

[redacted]

[redacted]

[redacted]

COMMENTARIUS PERPETUUS

IN

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM LIBROS

QUI SUPERSUNT OMNES

EORUMQUE EPITOMAS

CONSCRIPTUS

A

GE. ALEX. RUPERTI

TOMUS I

LONDINI

SUMTIBUS RICARDI PRIESTLEY

MDCCCXXV

TYPIS EXPRESSIT B. BENSLEY, LONDINI.

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII PRÆFATIONEM ET LIBRUM I.

PRÆFAT.) Præclare et cum summa urbanitate ac modestia consilium suum exponit Livius.

2. *Facturusne operæ pretium sim*, rem et opus utile, (ut 2 5, 19. 30.) *si a primordio Urbis populi Rom. res* gestas *perscripserim*, descripserim, vel potius perpetuam, continuam earum historiam scripserim, (v. ad 32, 23, 1.) *nec satis scio, nec, si sciam, dicere ausim, quippe qui videam, quum veterem, tum vulgatam esse rem* hanc, scil. hoc dicere, quum videam, multos historicos et olim et nunc dixisse atque putasse, se operæ pretium facturos esse, *dum novi semper scriptores—credunt.* Id Livius dicere non audet, ne vel superiores scriptores in contemtum adduxisse, vel inutilem ipse laborem suscepisse videri possit: nam si dixisset, se facturum operæ pretium, in suspicionem venisset adrogantiæ; si contrarium, ab eo quæri potuisset, cur itaque scribendi cepisset consilium. Itaque judicium de utilitate laboris suscepit, et de ratione, qua eum perfecerit, permittit lectoribus, nec ipse id facit, ut *novi scriptores* solent. *Rem veterem et vulgatam* quidam referunt ad *res populi Rom.*, et Stroth. ad *τὸ perscribere res pop. R.* Neutra ratio verbis seqq. convenit. Ceterum ab integro fere hexametro initium factum, sed casu potius quam studio, ut in Tac. Ann. et Sallust. 6. Jug. Multa hexametri exempla ex Livio, Tacito et aliis conlegit Fabric. Bibl. lat. 2, 21. Cf. ad Tac. Ann. 1, 1. Drak. ad h. l. Cic. Or. 56. Quintil. I. O. 9, 4.

3. *rerum gestarum principis terrarum populi*, ingratus genitivorum concursus, ut 31, 12, 4. et al. v. Drak. ad 25, 15. — *pro virili parte* non pro viribus, sed pro mea parte, quantum ad me pertinet. Nam *virilis pars* s. *portio* est hereditatis et deinde cujuscumque rei vel officii pluribus communis, sive boni ac læti, sive mali, molesti et tristis, pars ea, quæ æqualiter cuivis ex illis debetur aut convenit. cf. 6, 11, 3. 10, 8, 3. Baueri nota est: Vix est, quin h. l. parum Latine, contra usum certe optimorum scriptorum, hanc loquendi formam usurpatam concedas: nam quum alias significet *quantum ego facere debeo, quantum mihi commissum est*, h. l. non potest non significare *quantum facere potuero.* At in Indice hæc dicit: "*Pro virili parte* videatur esse, ex vulgari abusu, *pro viribus*; sed non est: obponitur enim scriptoribus *aliis*, semper *notis*, quorum unusquisque pro se, (*für sein Theil*) quasi in conlectam, conferat, non quod *possit* utique, sed quod *destinaverit.* Nil ergo aliud est, nisi: et ego, ut *unus* nimirum et ipse illius numeri, aliquid contulero." Cf. ejus not. ad Sanct. Min. T. 2. p. 157 sq. Idem monet, pron. *me* ante seq. *ipsum* (quod delevit Stroth. quia in optimis MSS. non legitur et facile subpleri potest) eleganter quidem abesse, sed, quum reliquis scriptoribus obponatur, vix abesse posse.

4. *in tanta scriptorum turba*, de qua v. Fabricii Bibl. Lat. 4, 2. et comment. mea de Silio p. XXXI sq. Laudantur ab ipso Livio passim Q. Fabius Pictor, Valerius Antias, L. Piso, Q. Ælius Tubero, C. Licinius Macer, Cœlius, Polybius et alii. v. Ind.

5. *meo qui nomini obficient*, meam famam obscurabunt. cf. ad 4, 31, 5. Quidam malunt *lumini*, quia putant, non probant, proprie dici *luminibus obficere* pro: ædificando prospectum lucemque adimere. "Neque *lumini obficere* dicunt JCti, sed *luminibus*; neque ista loquendi forma apud ullum scriptorem metaphorice, quod sciam, obcurrit. Tenuior quoque ac demissior, quam pro Livii oratione, videtur. Neque opus, a *luminibus* verbum *obficiendi* explicare: a segete commodius h. l. ducatur." Bauer conl. Virg. Ge. 1, 69.

6. *Res est præterea—repetatur*: in his verbis *res* est historia reip. Rom.; sed ad alterum *quæ* relata vox rem publicam Rom. significat. cf. ad 3, 40, 1. — *supra DCC annum*: nam Livius obiit a V. 770.

7. *res jam magnitudine laboret sua*, ut *magnitudo, quæ vix sustinetur* 7, 29, 2. *Laborare* dicuntur res, quæ inclinantur pondere, et oneri ægre obnituntur vel subcumbunt, illud vix ferre possunt. cf. ad 3, 31, 1. et intpp. Hor. Od. 1, 9, 3. et Ovid. Met. 2, 296.

[redacted]

8. *ad hæc nova* tempora, *quibus jam pridem prævalentis populi vires se ipsæ conficiunt*, tum luxu, ut *frangitur ipsa suis Roma superba bonis* ap. Prop. 3, 11, 60., tum bellis civilibus, quibus *in sua victricem convertit viscera dextram* Lucan. 1, 3. Cf. inpr. inf. 30, 44. med. et Horat. Ep. 16, 1 sq.

9. *omnis expers curæ*, tam metus, ne quisquam obfendatur, quam curæ et sollicitudinis, qua scriptorem civemque patriæ amantem angit ejusque animum conturbat *conspectus malorum, quæ ipsius tot per annos vidit ætas*, inpr. bellorum civilium et vitiorum, in illis vigentium. — *flectere a vero*, ut vere gesta paullum inmutet, leniat, quædam consilia reticeat aut excuset, causas intimas dissimulet, aut alias subjiciat: qualia in Augusti factis plurima Livium manebant et circumstabant; Bauer. Cf. ad Tac. Ann. 1, 1, 9. et 10.

10. *ante conditam condendamve Urbem*, ante quam Urbs condi cœpta, ejusve condendæ consilium a Romulo captum esset. *Condenda Urbs* intell. de tempore ante originem Urbis, ut *principia condendi hujus operis* 1, 55, 10. de iis, quæ antecedunt ædificationem; Ern. Nota Baueri est: " Prius de tempore ante originem urbis, alterum de tempore, dum conderetur, prius quam confieret, explicat P. Nannius Misc. 5, 2. Contra mihi videtur: nam certe, si, quod *condendum* est, prius est eo, quod *conditum* sit, necessario tempora *ante condendam urbem* debent esse illa, quæ fuerint prius, quam *de condenda urbe* quisquam cogitaret, i. e. tempora, quæ Trojam captam et Lavinium conditum sequuta sint; *ante conditam* autem, quum jam esset condenda, quum jam ædificandæ ejus consilium Romulus et Remus cepissent, sed eam nondum exstruxissent. Nam quod provocat ad verba Virg. *volvenda dies*, i. e. quæ volvitur. et Cic. Off. 1, 8. *de inferenda injuria*, i. e. quomodo inferatur; id ab h. l. alienum est, quum *condita urbs* a *condenda* distinguatur, et aliquid certe maturius ac perfectius, quam *condenda*, significet." Cf. Peris. ad Sanctii Min. 1, 15. et Cuperi Obss. 2, 9. Vox *condendamve* glossa esse videtur Doer.

11. *poëticis fabulis* cet. quas tamen *fabulas* (*μύθους*, narrationes a majoribus acceptas) Livius minus subtili judicio ad veritatem exegit, quam Dionys. Halic., acutus pragmaticusque scriptor, inpr. vero Heyne (in Disqu. II. Virg. Æneidi præfixa et in Excurs. ad Æn. VII.) et Beck in d. Abhandl. über die Quellen der ältesten Röm. Gesch. in Ferguson's Gesch. d. Röm. Republik Th. I.—" Vocabulo *decora* non est, quod in altero, *incorruptis monimentis*, respondeat, nec bis intelligi potest; alteri non conveniret; itaque pro adv. *decore* (sc. traduntur) positum videtur; et *monimentis* adcipere placeat tertio casu, ut *decora* sint apta, convenientia." Bauer. Ita vox *decora* convenit etiam *fabulis*. Malim tamen *decora* exponere decorata, ornata, et ad solas referre *fabulas*. Tum *monimentis* dictum est casu sexto. — *ea nec adfirmare* pro certo, (ut 1, 3 pr.) probare, defendere, *nec refellere* cet. cf. ad 5, 21, 8. — *miscendo humana divinis* proprie *humanis divina*, i. e. inter narrationes eorum, quæ homines gesserint, miscere et inserere miracula ope deorum patrata; *et, si cui populo licere oportet consecrare origines suas, ea belli gloria est populo Rom.*, h. e. certe populo Rom licere oportet, cui, vel nam illi, ea belli gloria est, ut Martem sui auctoris patrem ferre possit: quod recte ab iis et merito fieri, omnes gentes confitentur eo, quod imperium pop. R patiuntur, fortesque adeo Romanos ac Martis filios esse non concedunt tantum, sed et sentiunt; Bauer. Idem monet, multiplicem in h. l. et argutam brevitatem esse, similem Cic. p. Mur. c. 7. *sin autem sunt amplæ et honestæ familiæ plebejæ; et pater hujus et avus prætores fuerunt*, i. e. si tales omnino sunt, etiam Murenæ familia, utut plebeja, est ampla et honesta; quippe *et pater hujus* cet. — *consecrare origines et*, hoc est, *ad deos referre auctores*; v. ad 2, 42, 7.

12. *utcumque animadversa aut existimata erunt*, v. ad 4, 15, 1. *Animadvertere* est observare, adtendere, ratione et contemplatione dignari; *existimare* vero credere vel non credere, judicare, statuere, vera falsane sint: et *haud in magno equidem ponam discrimine* dictum pro: nil curabo, perinde habebo, mea nihil (non multum) interfuerit, mihi perinde fuerit, quid de iis censuerint lectores; Bauer. — *ad illa* vero, potius *pro se quisque acriter mihi intendat animum*, sed hæc multo mihi graviora videntur, *quæ vita* cet. Sic *mihi, tibi, nobis, vobis* in omnibus fere linguis abundant, et orationi inseruntur, ut plus ei vitæ vigorisque concilient. Cf. ad 2, 29, 8. 24, 38, 3. 40, 8, 1. et ad Sil. 1, 46.

13. *Desidere, magis magisque labi* et *ire præceps* dictiones gradibus differentes et propriæ de labe terræ, (v. 32, 9.) vel ædibus conlabentibus, quæ primum *desidunt* seu *subsidunt*, labant, (*sinken*) tum *magis magisque labuntur*, jam ruinam minantur, et tandem *præcipites eunt* s. dantur ad terram, prolabuntur, conruunt. Hinc et 24, 7 pr. *omnia præcipitia ad exitium*; 1, 40. *regnum præceps ad servitia*, servos, *cadere*; (*aufs tiefste herabsinken*) 27, 27. *in præceps dare remp.*, h. e. in inminens maximumque periculum, ut 22, 12, 11 *præcipitare remp.*, 26, 2, 7. *in locum præcipitem perducere exercitum* 27, 40, 2. *præcipitasset* se, præcipitata esset, *Romana res publica*; 34, 49. *libertas præceps*, periculosa, perniciem adcelerans; 4, 11 pr. *in re præcipiti*, quæ interitum pæne adtulisset, et 6, 7 pr. *in præcipitem locum tollere*, in summum fastigium, a quo graviore lapsu decidimus s. ruimus. Cf. ad 1, 32, 13. 4, 33, 5. ad Juvenal. 1, 149. 10, 107. et ad

[redacted]

Tac. Ann. 2, 26, 2. Bauer hæc adnotavit: "*Labante disciplina* præplacet Gronovio, (et Drak.) non mihi, qui melius τὸ *labente* (i. e. sensim imminuta, laxata, infirmata) convenire arbitror sequenti *desidentes*. Domus enim, quæ *desidere* sive, ut Virg. dicit, *considere* dicatur, non *labat*, sed *labitur*. *Labi* et *desidere* synonyma sunt, quum præsertim mox dicat *ut magis magisque lapsi sint*. Quamquam ex hoc ipso firmari possit *labante*, ne tautologiam habeamus in *labente*; quæ tamen nulla esse videtur, quum antea dixerit *paullatim* labente, jam pergat *ut magis magisque lapsi sint*. Ceterum *labi* eleganter dicuntur, quæ *sensim* in pejus ac deterius abeunt; quo magis voc. *paullatim* convenit *labendi* verbo. Sed tamen et Tac. A. 2, 33. *si quid in moribus labaret*. Mox Livius pergeret, ut cœperat, *perventum sit*, certe *fuerit*, pro *p. est*. Sed quia de suis temporibus loquitur, utque præsentia ante oculos habet, eo indicativum direxit." Cf. ad 2, 39, 9. 7, 29, 3. inpr. 36, 6, 2.

14. *Hoc illud* pleonasmus. — *in cognitione rerum* vere gestarum, in historia: — *omnis te exempli*, et boni et mali, *documenta in illustri posita monimento intueri*, v. ad 25, 33, 5. et 26, 5, 2. *Documenta* vel specimina, (v. c. virtutum imperatoris 24, 8, 7.) vel omnia ea, quæ docent alios, quid imitandum vitandumve sit, Germ. *Warnung*, ut 1, 28, 5. Cf. ad Tac. Ann. 1, 38, 3. *Monimentum* quidquid rei aut hominis alicujus memoriam conservat; h. l. ipsa res s. historia memorabilis. Mox Livius, judice Bauero, pro *capias* dedisset *capere*, ut cum superioribus congrueret, ni auribus obsequutus esset præmisissetque *imitere*. Hanc vero κακοφωνίαν facile potuisset vitare, si scripsisset *imiteris*, et si hæc ejus mens fuisset. Nos maximam post *intueri* posuimus distinctionem; et sic *capias* dictum pro *cape* vel *capias velim*, quod egregie h. l. convenit.

15. *nulla res publica sanctior*, in qua vel pauciora vitia, vel plures virtutes melioresque mores et disciplina viguerint. Mox quidam MSS. et ed. pr., ut et edd. Crev., Drak. et Stroth, post *nec in quam* inserunt *civitatem*, quod probasse Jac. Gron. recte miratur Bauer, qui hæc adnotavit: "Loca, quæ ut similia adfert, parum conveniunt. 2, 24, 8. *deliberationi de parte civitatis metum pro universa re publica intercessisse*. Fortassis et hic *re publica* insititium est; et tamen alius verborum nexus. 4, 46. *cujus providentiam in re publica experta civitas erat*. Alia rursus ratio, et duo diversa." Idem et alii monent, mox *adeo* (ut Gr. οὕτως) positum esse cum aliqua pro etenim, quippe, nempe, nam, quia, et quidem, ut 2, 24. 27. 28. 29. 39. 47. 4, 2. 5, 6. 41. 8, 8. 37. 21, 11. 29.

16. *Nuper divitiæ avaritiam* cet. cf. Juvenal. 10, 294. et 12, 138. *Nuper* etiam de tempore satis longo adhibetur, ut *modo* 22, 14, 12. 30, 30, 7. et al. v. ad Sil. 15, 90. et ad Juvenal. 2, 73. 160. Gron. Obss. 4, 18.

17. *initio ordiundæ rei*, pleonasmus Livio familiaris: nec pleonasmi specie liberaveris *potius*, *libentius*; Bauer.

18. *Cum bonis ominibus* cet. cf. Plin. Pan. pr. — *nobis* historicis. — *ut tanti operis successus prosperos darent* nobis, *orsis* illud opus: sed, quum *orsa* et *exorsa* neutro gen. plur. et passive inveniantur, vel substantive, ut *cœpta*, liceat et sic ordinare: *ut darent successus orsis*, cœptis, (quæ essent) *tanti operis*; Bauer.

LIB. I. CAP. I.)—1. *Æneæ Antenorique omne jus belli Achivos abstinuisse* pro vulg. *Ænea Antenoreque* legitur in omnibus fere MSS. quos sequutus sum exemplo Crev. et Stroth. Est quoque lectio difficilior, et vel ἀνακόλουθον, vel dat. comm., vel potius dictio Græca et poëtica, quæ similia verba, v. c. *arcere*, *defendere* et alia, tertio casui jungit pro sexto cum præp. *a*. Cf. ad 2, 22, 3.

2. *vetusti jure hospitii* cet. cf. Hom. Il. 3, 205 sq. 7, 347 sq.

3. *Antenorem*, *Pylæmene*, rege *Henetorum Paphlagoniæ* populi, occiso a Menelao, (v. Hom. Il. 2, 851 sq. 5, 576 sq.) et capta Troia, Henetos in Italiam duxisse, et Patavium condidisse, *Henetos* vero, *pulsis Euganeis*, *eas tenuisse terras*, et deinde *Venetos* fuisse adpellatos, vulgare erat commentum, a nominum similitudine, ut tot alia, deductum. Cf. Strab. 5, 325. 12, 543. al. 819. 13, 608. al. 905. (qui tamen 4, 297. veriora tradit de Venetorum origine a Venetis, Belgica gente, repetenda) et inpr. Heyne ad Virg. A. 1, 242 sq. et ibid. in Exc. VII.* —*Euganeis, qui inter mare Alpesque incolebant*, habitabant, sedes suas habebant, ut 5, 33, 2. 21, 31, 5. 38, 37. et *colere* 21, 26, 6. 24, 49, 2. 42, 67, 5. *Euganeorum* nomen Græcæ originis, (Εὐγανεῖς quasi Εὐγενεῖς) sed in nullo scriptore Græco obvium. v. Plin. 3, 19, 23. et 3, 20, 24.

4. *in quem primum egressi sunt locum*, locus, in quem cet., *Troia vocatur*, forte *vocatus* sc. eo tempore, (ut mox *adpellati*) *pagoque* (tractui, δήμῳ, *Canton*, *District*) *inde Troiano nomen est*; (non *fuit*: unde illud Livii adhuc ætate in usu fuisse videtur) *gens* vero *universa*, Heneti et Troiani, *Veneti adpellati*, Oratio h. l. variata, ut et mox; nam proprie dicendum erat: *Troiam vocari — nomen esse, gentem universam Venetos adpellatos — Ibi egressos Troianos—Latinum regem—concurrisse*. Verba *et in quem—adpellati* includenda parenthesi putabant Duk. et Drak. At cf. Periz. ad Sanct. Min. 3, 14.

5. *Æneam* (sc. satis constat) *ab simili clade* (immo eadem) *domo profugum* cet. de quo Æneæ in Italiam adventu, a multis scriptoribus exposito et a quibusdam in dubium vocato, v. Heyne Disqu. II. Virg. Æneidi præfixa. *ab clade*, post cladem, ut *a concione* 24, 22. *ab Q. Fabii opibus concussis* 22, 34, 1.

[redacted]

ab his præceptis 44, 34. vel ob cladem, ut *a prodigio* 1, 31. *a contemtu* 6, 2. 33, 19 pr. *ab ira* 24, 30 pr. 37, 43. *a spe* 27, 17, 3. *a cupiditate et necessitate* 5, 5. *a verecundia* 39, 49. *ab odio* 6, 4. *ab inrisu* 7, 10. Sic et utroque modo adcipere licet 2. 65 extr. *ab infelici pugna* cet. Abundat etiam *ab*, ut 10, 31, 4. et al.

6. *majora initia rerum*, pro *majorum i. r.*, ut c. 4. *ad cursum justi amnis* pro *justum*, c. 9. *violati hospitii fœdus* pro *violatum*, c. 30. *hac fiducia virium* pro *harum*, 4, 8 extr. *magis necessariam* cet. pro *necessarii*, 2, 50 pr *sine ullo majoris belli adparatu* pro *majori*, 2, 51. *proximam pugnæ cladem* et *hesterna felicitate pugnæ* pro *proximæ* et *hesternæ*. Alia hujus enallages seu permutationis epithetorum exempla inf. 5, 6, 2. 5. 39, 2. 5, 49, 2. 21, 10, 14. et passim reperiuntur. Eodem Jac. Gron. refert 37, 19, 5.

7. *primo in Macedoniam venisse*, in veterem Thraciam, ubi Æneam s. Æniam, Αἴνειαν, condidisse dicitur. Cf. 40, 4. 44, 10. 31. 45, 30. et Heyne de erroribus Æneæ Exc. I. et II. ad Virg. Æn. III. ubi etiam docet, Ænean pervenisse primum in Thraciam, h. e. Pallenen Chersonesum, et deinde in Delum, Cretam, Cytheram, Arcadiam, Zacynthum, Leucadem, Epirum, Italiæ litus, *Siciliam*, (v. Exc. I. ad Æn. V.) et tandem ad litus Tiberis orientale et Laurentinum s. *Laurentem agrum*. Ibi *egressi Troiani* castra muniere, cui loco inde *Troiæ* novæ *nomen est*, non longe a *Laurento*, (Paterno et Torre di Paterno, non S. Lorenzo) regia *Latini* sede, regis *Aboriginum*, primorum Latii locorumque circa Tiberim cultorum, quos adpellative ita dici putant, tamquam *αὐτόχθονας*, vel populum, qui non alium expulerit, sed primus ex alia terra, ut hi ex Græcia, in regionem desertam venerit eamque incoluerit. v. Heyne Exc. III. et IV. ad Virg. Æn. VII.

8. *classe ad Laurentem agrum tenuisse* iter, pervenisse vel tetendisse, ut *Diam tene* ap. Ovid. Met. 3, 690. et *tenere regionem*, *ad Mendin*, *sinum* cet. inf. 21, 49. 30, 25. 39. 31, 45. 32, 9. 15. *tenere portum* 22, 22. 37, 11. *litus* 44, 12. *insulam* 35, 43, 3. *Tenum* 36, 21, 1. *Phalara* 36, 29, 1. *Corcyram* 45, 41, 2. *montes* 1, 37. Ex his aliisque exemplis patet, præp. *ad* plerumque omitti, sed nonnumquam addi. Eam recepi, quia in omnibus fere MSS. legitur *ac* vel *ad Laurentem*.

9. *inter exercitus salutationem factam*, mutuam amicitiæ significationem, junctis dextris. Cf. 7, 42. et ad Tac. Ann. 15, 16, 6.— *spem adfirmat*, confirmat, ut 2, 12. 7, 14. 8, 24 pr. 10, 41. 22, 13. Cf. Gron. Obss. 3, 6.

10. *oppidum Lavinium*, (forte hod. Patrica s. Pratica) situm XX mill. pass. a Roma, in colle, (Monte di Levano, vel ubi nunc S. Petronellæ fanum est) ad Numicum s. *Numicium* fl., in quo Æneas, pugna cum Etruscis s. Rutulis facta, interiit: unde ad ripas sacratum ei sacellum et lucus, nomenque *Jovis* vel *Patris Indigetis* inditum, relatis forsan ad eum sacris antiquioris numinis, a priscis ibi Latinis culti. Cf. cap. 2 extr. et Heyne Exc. III. ad Virg. Æn. VII.

CAP. 2.)—1. *Bello deinde Aborigines* cet. hæc omnia usque ad finem cap. vel ex Virgilio notissima sunt. Cf. Dionys. Hal. 1, 64 sq. et de *Turno* v. Heyne Exc. VII. ad Virg. Æn. VII. de *Mezentio* et *Cære* Etruriæ opp. (hod. Cerveteri) id. Exc. III. ad Æn. VIII. et I. ad Æn. X.

2. *Æneas, adversus tanti belli terrorem — Latinos utramque gentem adpellavit*, cf. Dionys. 1, 59. 60. qui verisimiliora tradit de fœdere, jam ante congressum exercitus Troiani et Latini icto in has leges, ut Troiani aliquantum agri adciperent, jam cœpti adversus Rutulos belli essent socii, et sermonem, habitum nomenque ab Aboriginibus adsciscerent, Latinus vero retineret imperii summam. Idem c. 56. et alii referunt, Latinum in altero bello adversus Rutulos, ad rebellandum solicitatos a Turno, periisse, et Æneam in universum tum successisse regnum.

3. *Situs est*, sepultus, *super Numicium fl.*, ultra, (v. ad 31, 47, 3.) vel potius ad s. juxta fl., ut 26, 42. 32, 15. 33, 6. 15. 39, 28. 42, 55. Sic et *super ripam* 27, 48. et 35, 33. *Siti dicuntur, qui conditi sunt: nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam justa facta et corpus incensum est*, Cic. de leg. 2, 22, 57. ubi cf. Wagner. Sed Dionys. 1, 64. tradit, Æneæ corpus non inventum esse, eique exstructum ἡρῷον cum titulo: Πατρὸς θεοῦ χθονίου, ὃς ποταμοῦ Νομικίου ῥεῦμα διέπει. Cf. Ovid. Met. 14, 600 sq. et Tibull. 2, 5, 43 sq. Heroes s. dii *indigetes*, (indigenæ, vel inde h. e. terra geniti χθόνιοι vel ἐγχώριοι, homines propter eximias virtutes inter deos relati Diique tutelares facti; qui post consecrationem *indigetabantur*, invocabantur, ut Romulus 1, 16. Cf. 8, 9. et sup. ad c. I. n. 10. — *quemcumque eum dici jus fasque est*, religiose monitum: nam neque humano eum nomine nunc adpellari, (quod in deos relati mutabant) et *situm* dici fas erat, neque eodem forte ab omnibus honore colebatur. Cf. ad 21, 62, 4.

CAP. 3.)—1. *tamen id imperium* cet. i. e. nihilo secius: nam *tamen* sæpe refertur ad omissum in priori membro orationis *etsi*. Contra *tamen* passim omittitur præcedente *etsi* s. *quamvis*, v. c. 7, 19. 22, 20. 38, 9. vel præc. *quidem*, ut 41, 18.

2. *tanta indoles*, tantæ animi dotes virtutesque, ut 21, 2, 4. *Tantisper*, tam diu, *res publica Latina et regnum puero stetit*, conservatum est, salvum et incolume mansit. Cf. 4, 40. 43. ad 5, 44, 2. 45, 19. — *haud nihil ambigam*, haud certaverim, disputaverim, pro certe adfirmaverim. Cf. ad 2, 45, 7.

3. *quis enim rem — pro certo* (negotio) *ad-*

[redacted]

firmet? forte *pro certa*; Gron. Sed v. ad 40, 9, 11. Duk. et Drak. ad h. l. — *hiccine, Lavinia natus, fuerit Ascanius, an major, quam hic, Creusa matre natus* cet. nam hæc varie traduntur. Æneæ nonnulli, præter Creusam et Laviniam, uxores tribuunt Codonen et Authemonem, in Arcadia, et Launam, Anii filiam, in Delo ins. ductam. Hinc etiam diverse memorantur liberorum numerus, nomina et matres. Non defuere adeo, qui Romulum Remumque pro filiis Æneæ Ascaniique fratribus haberent. *Ascanius*, ut plerique narrant, primum *Euryleon*, deinde *Julus*, et in fuga demum *Ascanius* dictus est, et cum patre in Italiam venit; ut quidam, in Troade relictus novum constituit regnum; ut alii, patre in Macedonia mortuo, ex Troade illuc trajecit, et inde in Italiam. Cf. Dionys. 1, 47. 49. 65. 72. et Heyne Exc. XVII. ad Virg. Æn. II.

4. *ab situ porrectæ*, in longitudinem extentæ, *in dorso* montis. Omnia enim, quæ de corpore humano dicuntur, ad montem transferri solent, caput, latera, viscera, pedes. Ern. Sic et Gr. *νῶτος*, *ῥάχις* cet. *Alba* forte dicta, quia in monte condita erat, sed, ut fabulose traditur, ab ostento *albæ suis* cum XXX fetibus; de quo v. Heyne Exc. II. ad Virg. Æn. VII. — *Pax ita convenerat*, hac lege convenerat de pace, ut 24, 29. 29, 12. 38, 11. et *pax convenit in has conditiones* vel *in hæc* 29, 12. 30, 31. 43. *pacto convenit* sc. inter Alexandrum et Philippum 24, 6, 5. Sic et *convenit res* 24, 27, 3. simpl. *convenit* sc. hoc inter annalium scriptores, i. e. hi conveniunt inter se de eo, 9, 16, 1. 30, 16, 4. *hoc convenit cum aliquo* 23, 39, 1. *de legibus convenit, de latore discrepat* 3, 31. Nam contra etiam dicitur *discrepat* vel *discrepat res* et *inter auctores* 8, 40. 22, 36. 61. 25, 28. 29, 25. 38, 56. Etiam passive dicitur *quibus conventis* 30, 43.

5. *Silvius deinde regnat, Ascanii f.* in omnibus libris h. l. *Silvius* legitur et Ap. Dionys. 1, 70. etsi is tradit, Laviniam, Ascanio privigno regnum auspicante, præ metu ejus in *sylvas* (ὕλας) aufugisse, ibique *Silvium*, postumum Æneæ filium, inde ita dictum, peperisse, qui Ascanio fratri in imperio successerit. Eidem si fides habenda, reges Albani hoc ordine regnarunt, *Æneas* 6 annos, *Ascanius* 38. *Silvius* 29. *Æneas Silvius* 31. *Latinus* 51. *Albas* 39. *Capetus* 26. *Capys* 28. *Calpetus* 13. *Tiberinus* 8. (qui Dioni, Eustathio ad Dionys. Per. 350. aliisque *Tiberius* dicitur) *Agrippa* 41. *Allades* 19. *Aventinus* 37. *Procas* 23. *Amulius* 42. Alii alia regum nomina et annos regni edunt, magis arbitrio, quam certa auctoritate ducti, sed plerique rotundum, quem dicimus, numerum CCCC annorum. v. Heyne Exc. III. ad Virg. Æn. XII et in notis ad Æn. 6, 760 sq. ubi etiam monet, fabulæ de *Sylvio* in *sylvis* educto locum fecisse videri nomen ipsum, uti fabulis de Romulo et Remo ficum Ruminalem et similitudinem vocis *ruminis* h. e. mammæ. De *cognomine Sylvii*, quod Albanis regibus fuit, v. Victor. Orig. G. R. 17. et de vetere *Tiberis nomine* Alba s. *Albula* aliisque super eodem nomine commentis idem c. 18. Dionys. 1, 71. Heyne l. l. et ad Æn. 8, 330 sq.

6. *Ab eo* (Latino Silvio) *coloniæ aliquot deductæ* cet. Ab Alba Longa XXX coloniæ in Latio et extra Latium deductæ, certe novis colonis frequentatæ. cf. Dionys. 3, 31. Victor O. G. R. 17. et Heyne ad Virg. A. 6, 773 sq. A Latino dicti sunt *Prisci Latini*, Gr. Πρίσκοι Λατῖνοι, unde tamen haud conligerem, vocem *Prisci* esse nomen propr., non adpellativum. Festus dicit, *Priscos Latinos proprie adpellatos esse, qui prius, quam conderetur Roma, fuerint.*

7. *post Agrippam Romulus* (*Remulus* ap. Oros. 1, 20. Ovid. Met. 14, 616. et Fast. 4, 49.) *Silvius regnat* — *fulmine ictus*; sed, si Dionysio fides habenda, Allades, contemtor deorum et Jovis fulminatoris imitator.— — *Regnum ei per manus*, de manu quasi in manum, *tradidit*, eum successorem διάδοχον, habuit. Hinc *religiones per manus traditæ*, h. e. filio a patre, nepoti a filio cet. traditæ et propagatæ, inf. 5, 51. Cf. etiam 9, 17, 4. et 9, 14, 7.

8. *sepultus in colle* — *cognomen colli fecit*, eadem vox loco pronominis iteratur, quo nihil frequentius est Livio. Cf. ad 1, 56, 11. 2, 32, 3. 4, 3, 2. 5, 15, 6. 5, 41, 3. 5, 43, 1. 6, 2, 7. 6, 24, 4. 10, 18, 6. 10, 34, 2. et permulta alia exempla, quæ tum a nobis passim laudata sunt, tum a Drak. ad h. l. et a Duk. ad 1, 53. Hæc ad gratam orationis negligentiam refert Ernesti Opusc. philol. p. 133. Verum ego quidem pleraque malim ingratæ ineptæque glossatorum sedulitati tribuere: et ita quoque judicasse videretur Gron. qui alterutrum verborum bis positorum plurimis locis ejiciendum censuit; ubi tamen Drak. vulgatam fere lect. defendit.

9. *verecundia ætatis*, ut c. 6., respectus ætatis, quæ filio natu majori jus succedendi dat.

10. *stirpem fratris virilem*, Ægestum f.— — *Rheæ Silviæ* s. Iliæ. cf. Dionys. 1, 77 sq. — *Vestalem* cet. v. ad c. 20. n. 3.

CAP. 4.)—1. *Sed debebatur fatis origo urbis*, fatum, deus volebat utique, eam condi; Bauer. —*secundum*, post, (ut 2, 5 extr. 24, 10. 18. 21. 8, 10. ubi v. Drak.) *deorum opes*, potestatem, imperium. Cf. ad 9, 41, 3. et 30, 42, 7.

2. *Vi compressa*, stuprata, *Vestalis* virgo, Rhea Silvia s. Ilia; de cujus partu plura v. ap. Dionys. l. l. — *incertæ stirpis*, cujus auctor, quorum liberorum pater ignoraretur.

3. *sacerdos vincta in custodiam datur*: *pueros in profluentem aquam mitti*, abjici, exponi, (ut *ablegatus* ap. Cic. de leg. 3, 8, 19.) *jubet* sc. rex: nam præcedit *a crudelitate regia*, (forte *regis*) et Livius orationem variavit, ut solet.

v. ad 5, 19, 3. et 22, 6, 7. Dura tamen est ellipsis.

4. *Forte quadam divinitus* sc. comparata; Gron. Sed ita vix recte dici potest, et vel voc. *divinitus* delendum videtur, vel legendum *forte quadam divina*, θείᾳ τινὶ τύχῃ, aut potius cum Grut. et Bauero *forte quadam an divinitus*, ut *casu quodam, an divinitus* ap. Suet. Claud. 13. Cf. et Plin. Pan. 1. et Aur. Vict. de viris inl. c. 11.

5. *ad justi*, justum, *cursum amnis*, (v. ad c. 1. n. 6.) ad amnem intra justos suos fines et ripas currentem: nisi *justus amnis* est verus, cui *stagna* obponuntur, ut *justa aut recta pugna* 22, 28. *justus dux*, verus ac legitimus, 25, 1. *justus miles* 24, 14, 4. quibus obponuntur ibi *volones*, (v. ad 22, 57, 12) ut *justa arma* h. e. legionum (πανοπλία, completa armatura, ap. Polyb. 3, 62. 5. 4, 56, 3. 6, 23, 1. 10, 20, 2) 38, 22. armis velitum, de quibus v. 26, 4. cf. ad 4, 27. 5. et 6, 13, 3. Ceterum *ad cursum justi amnis* esse redundantiam pro *ad cursum suum*, monet Bauer.

6. *quamvis languida* non est valde, admodum languida, (quo sensu *quamvis* h. l. et passim dici monent Burm. ad Phædr. 1, 28, 1. et alii) sed quantumvis languida, quamvis languida esset, ut 2, 39. 51. 54. 5, 6, 2. 22, 8. 38, 19.

7. *in proxima adluvie*, in proximo loco, qui aqua super ripam egressa adluebatur; vel in proxima aqua super ripas effusa. Sed forsan *eluvie* leg. cum Gron. cujus adnotatio est hæc: *Eluvies* est inundatio vel effusio et excursus aquæ, sive vehemens, ut ap. Ovid. Met. 15, 267. Justin. 2, 1. (ubi male legitur *inluvies*, sordes extrinsecus adspersæ, ut et ap. Tac. A. 12, 51.) sive modicus et quatenus restagnat evehitque se plurima unda: (ut ap. Tac. A. 13, 57. et Curt. 6, 3. 8, 14.) nam usus voluit, *eluviem* vocari stagnantem undam, etsi non ita dicatur *eluere* fluvius, ut et *adluere* dici fluctum quacumque excurrat, *adluviem* non item.

8. *Ficum Ruminalem* totamque fabulam de Romulo et Remo a lupa lactatis peperisse videtur ignoratio et investigatio originis, quam *Romæ* nomen habuerit. Hoc quidam deducunt a ῥώμῃ, virtute ac robore, alii a *Rumon*, prisco Tiberis nomine, (a ῥόος, ῥέω) alii a *Romulo*, et hujus ficusque nomen inde quod mamma veteribus Romanis dicta sit *ruma* s. *rumis* et *rumen*. Cf. ad Tac. Ann. 13, 58, 1. et Hard. ad Plin. 15, 18. s. 20. *Ficus nunc*, nostra ætate, *Ruminalis* dicitur; olim a Romulo *Romularem vocatam ferunt*, tempore Romuli, vel aliquamdiu post. "Vanum haud dubie: neque enim, nisi a Romulo, hæc arbor nomen illud postea traxit; quod vel Grammatica ratio arguat." Bauer. Cf. Tac. l. l. et Ovid. Fast. 2, 412. ubi v. intpp.

9. *Tenet fama*, parum probabilis, ut et reliqua, *expositos esse pueros* non nudos, sed *in alveo*, quod tradit etiam Dionys. qui ipsum adeo alveum postea Numitori sub pallio adlatum dicit a Faustulo, ut fidem indicio suo faceret. *Fama* passim dicitur omnis traditio et narratio, etiam historicorum, et *fama tenet* pro *fama est*, ut 33, 3, 4. et 39, 22, 3. vel *adhuc est*, (ut *fama obtinuit* sc. se 21, 46 extr.) durat, (*erhält sich*) ut c. 17. 2, 3. 23, 12. 18. 44. *Alveus* propr. vel inferior pars navis, carina, fundus, aut ipsum corpus, (*Rumpf*) et hinc, ut *carina*, totum navigium, (ut 21, 26, 11.) vel labrum soliumque, inpr. balneare, σκάφη, *Wanne*, Trog. — *submissas præbuisse mammas*, Gr. μαστὸν ὑπέχειν, Schæf.

10. *Larentiam*, *vulgato corpore*, quum se corpusque suum omnibus promiscue prostituisset, (unde *vulgatum corpus* pro pellice s. prostibulo inf. 39, 53.) *lupam inter pastores vocatam*. h. e. scortum; unde *lupanar*. Cf. ad 2, 29, 5. *Laurentiam* alii. Sed *Larentiam* præferunt optimi libri, Dionys., Plut., Festus, Macrob., Gellius, Lactant. et fasti. — — *itaque educati*: τὸ *que* addi non placet: omisere etiam Gron. et Crev. ut languidius, et quia non significat *ergo*: quin tunc quoque, ut c. 5. n. 7., sine *que* præfert Livius; Bauer. Cf. tamen ad 3, 30, 3. 23, 35, 5. et al. Ceterum probabilius est, Romulum Remumque non inter pastores adolevisse, quod Livius refert, vulgarem sequutus famam, sed Græca suaque origine digna institutione Gabiis fuisse formatos, quod tradunt Dionys. Hal. 1, 84. et Plut. Rom. 6, 6.

11. *nec in stabulis*, domi, *nec ad pecora*, in pascuis, *segnes venando*, venantes, *peragrare circa saltus*, h. e. saltus, qui circa erant, vicinos. Cf. ad 1, 9, 1. 1, 17, 3. 9, 15, 1. 21, 49, 4. 29, 29, 1. 30, 9, 2. 35, 12, 2. — — *robore sumto*, adquisito, conlecto, parato, ut Gr. ὕψος λαμβάνειν de ædificio surgente vel arbore; Bauer.

12. *feras subsistere*, ut al. *sistere ense*, *telo*, *vulnere*, efficere (jaculando) ut feræ stent s. subsistant inhibeantque cursum, h. e. eas figere; vel inpetum earum sistere, cohibere, sustinere, excipere, ὑποστῆναι et ὑφίστασθαι, ut *subsistere Romanum* 9, 31. At *subsistere alicui* est ei obsistere, resistere, ut 27, 7. ubi v. Gron. et Drak. Cf. Heyne ad Tibull. 4, 1, 195. et Ern. clav. Cic.

13. *seria ac jocos*, (de quibus v. cap. seq.) res serias ac ludicras, *celebrare*, sæpe et cum multis peragere, exercere, agitare, tractare, iis operam dare. Cf. ad 3, 31, 3. 5, 11, 5. 34, 61, 4.

CAP. 5.)—1. *Jam tum fuisse ferunt in Palatino monte* (propr. sub eo, ad ejus radices) *Lupercal hoc*, i. e. quod etiam nunc in usu est vel celebratur, quod nunc videmus, quale hac ætate est. Cf. ad 1, 42, 7. 1, 55, 10. 6, 4, 7. 2, 13. 25, 40, 1. 39, 22, 2. 44, 9, 1. *Lupercal* festum vel tironibus notum, quod agi solebat in honorem Panis, quem jam olim perperam *Lycæum*, Λύκαιον, dictum

[redacted]

putabant a *λύκοις*, *lupis*, quos a pecore arceret: unde *Lupercus* (lupos arcens) Pan, *Luperci* ejus sacerdotes et *Lupercal* festum. Verum Panis nomen fuit *Λυκαῖος*, *Lycæus*, ductum ab oppido et monte Arcadiæ; (*Λύκαια* et *ὄρος Λύκαιον*) at Apollinis *Λύκειος* vel *Λύκιος*, et gymnasii Athen. *Λύκειον*.

2. *a Pallanteo* (ut ap. Virg. A. 8, 54. 341. al. sed Gr. *Παλλάντιον* et *Παλάντιον*) *urbe Arcadica*, *Pallantium*, *dein Palatium montem adpellatum*, ut et oppidum vel arx, *in Palatino monte* ab Evandro exstructa. Vulgo *Palatinum* legitur pro *Palatium*. Sed *Palatium* est substant. ut c. 6 extr. c. 7. et 33. 2, 10. 29, 37. Sic *Capitolium* etiam mons dicitur, et *τὸ Ἀβεντῖνον* (sc. *ὄρος*) ap. Dionys. passim, ut forte *Aventinum* inf. c. 6. 33. (*ut jungeretur Palatio Aventinum*) et 3, 50. De *Pallantio*, *Evandro*, fabuloso heroë, et *Carmenta* matre ejus, plura v. ap. Dionys. 1, 31 sq. et in Heynii Exc. 1. et not. ad Virg. A. 8, 51 sq.

3. *qui ex eo genere Arcadum*, s. Pallantino, (nempe quot oppida Arcadum, *tot genera* i. e. populi, ut Volscorum, 2, 38 extr. Etruscorum 1, 8 pr. Locrorum) *ea tenuerit loca*, oriundus fuerit et tenuerit ea loca; Bauer. *tenuerit* pro *tenuerat* ex plurimis optimisque MSS. recepi. — *multis ante tempestatibus*: nam LX annos ante Troiam captam eo duce colonia Pelasgorum ex Arcadia in Italiam seu casu seu consilio venisse dicitur. — *solenne*, ludos solennes, ut mox *ludicrum*, *θεατρικὸν*, ludus, vel quidquid in eo spectatur, vel ejus argumentum.

4. *Lycæum Pana* reposui pro vulg. *Lyceum*. v. not 1. *quem* Pana *Romani deinde vocarunt Inuum*, forte a cupiditate *ineundi* h. e. concumbendi; ut Sylvanus et Faunus *Incubus*. — *solenne notum*, quidam MSS. et edd. *s. votum*, prob. Burm. ad Virg. Ecl. 5, 74. Præstiterit *solenne et notum*.

5. *iram prædæ amissæ*, ob prædam amissam, ut passim de re, propter quam ira adficimur, v. c. 4, 58. 5, 33. 8, 12, 5. 9, 8. 34. 21, 2. 24, 30 pr. 27, 7. 37, 51. Sic et *ad terrorem traducti silvam exercitus* 9, 39, 1. *pudor non lati auxilii* et *ignominiæ* 21, 16 pr. 35, 37. forte et *ad gemitus vulnerum* 22, 5, 3. et similia. Cf. ad 1, 42, 2. 2, 6, I. 2, 10, 8. 4, 6, 6. 8, 13, 2.

6. *ultro adcusantes*, insuper, vel potius adeo, quamvis ipsi essent latrones adeoque adcusandi. cf. 3, 62. 3, 27, ad 21, 28, 6. Drak. ad 40, 12, 4. et Schelleri Obss. in Cic. p. 41. — *Crimini dabant*, ducebant, vertebant, loco criminis putabant, ut *dare aliquid alicui vitio, laudi* cet.—*in Numitoris agros* cet. ad hæc et seqq. intellegenda tenendum est, Numitorem tantum regno privatum, ceterum suos agros privatamque dignitatem omnem, ut fratrem regis, servasse, *avoi* quoque (quam c. 6. a *regia* distinxeris) Albanæ præfuisse; Bauer.

7. *Sic Numitori* cet. h. e. re sic comparata, propterea, itaque, hinc, ergo; ut passim *sic* et *ita*, v. c. mox *ita metu subactus*, et *ita undique* (tum a Numitore, tum a Romulo) *regi dolus nectitur*. Cf. ad 1, 10, 2. 1, 17, 3. et ad alia loca, quibus vulgo *itaque* legitur ex interpret.

8. *Faustulo spes fuerat*, forte opinio, suspicio, ut 2, 3 pr, 21, 6, 5. et *sperare* passim pro suspicari vel exspectare, unde *insperatum* 3, 26. de re mala. Sic et *ἐλπὶς*, *ἐλπίζειν*, *ἔλπεσθαι*.

9. *rem immaturam*, *nisi aut per occasionem* cet. Livius distinguit rem maturam ab ea, cujus aperiendæ aut occasio aut necessitas sit: itaque, etiam quum necessitas erat, tamen immatura res erat, i. e. citius, quam vellet Faustulus, aperiebatur; Bauer. Pro *aperiri* suspicari possis *patefieri*, quia mox sequitur *aperit*. Vid. tamen ad c. 3. n. 8. — *comparando*, v. ad c. 8. n. 4.

10. *sciscitandoque eo demum pervenit* recepi e c. Flor. et Lovan. 3. pro vulg. *eodem pervenit*. Idem probarunt Crev. et Drak. ad 32, 14, 2. — *globo juvenum*, conferta manu.

CAP. 6.)—1. *inter primum tumultum*, initio tumultus, ut *ad primam auroram* c. 7. *primo vespere* 35, 30. et *primo vere* 26, 25 pr. 33, 3 pr. — *regiam* — *in arcem*, v. ad c. 5. n. 6.— — *avocasset* recte legitur, non *advocasset*: duo enim significantur, in arcem evocatos milites, et a rege tuendo avocatos; Bauer. *Avocare* Gron. interpretatur: avertere a cognoscendo vero periculo, ne auxilium, quo maxime debebat, ferat, et sevocare partem populi a magistratibus seditionis causa. Similiter 43, 16, 5. *avocatam a se concionem tribunus questus*: nam *avocare concionem* est abducere eam a magistratu, a quo advocata est. Cf. loc. class. Gell. 13, 15 extr. — *pergere*, venire, ire, ut c. 7. (ubi est synon. verbi *vadere*) 60. 3, 6. al.

2. *agmine ingressi*, uterque simul. Cf. Virg. A. 2, 212.

3. *supererat multitudo* cet. h. e. Albæ et Lavinii abundabat, vel nimia erat incolarum copia.

4. *Intervenit deinde his cogitationibus*, supervenit, adcessit, (non quasi turbaverit cogitationes urbis statuendæ) *avitum malum*, quod avo ipsorum nocuisset, non, quo ipse peccasset, sed, quo in eum frater; qui tamen et ipse, ut frater avi, inter avos Romuli et Remi censeri possit; Bauer. *Avitum malum* eadem infausta de regno contentio, quæ inter Numitorem et Amulium fuerat — *fœdum certamen*, de quo v. cap. 7 pr. Mox ante *quoniam gemini essent* Bauer subplet: nam convenerant, seu quippe pacti erant. Sed malim exemplo aliorum post *principio* maximam, et post *imperio regeret* minorem ponere distinctionem. Novi vero capitis initium videtur demum faciendum a verbis cap. seq. *Ita solus potitus* eet.

5. *ætatis verecundia*, ut c. 3. ubi v. not. 9.

— *quorum tutelæ ea loca essent* pro : in quorum tutela, ut 21, 41. 24, 22. 42, 19. Cf. ad 3, 62, 5. et 21, 41, 7.

6. *Palatium* — *Aventinum*, v. ad c. 5. n. 2. — *ad inaugurandum*, ad augurium capiendum. v. ad c. 36. n. 4. — *templa capiunt*: nam *templum* dicitur omnis locus inauguratus et sanctus, sed proprie, a *templando* h. e. contemplando, tum editus locus, (*arx* c. 18. 4, 18. 10, 7.) ab auguribus certo ritu *captus*, tum spatium cœli, (*οἰωνιστήριον*) in omnes partes et quousque prospici potest, patens, et in illo loco ab augure *captum* h. e. definitum lituo, ut intra has cœli partes augurium capiatur: (de quo ritu augurum v. inf. cap. 18.) hinc et asylum 2, 1. curia 1, 30. 37. 49. 52. 39, 5. 41, 15. subgestus s. locus pro rostris, ex quo conciones habebantur ad populum 2, 56, 9. 3, 17 pr. (quæ loca alii de tribunali adcipiunt, ut et 23, 10, 4. sed agitur ibi de comitiis tributis, quæ in foro, quod et 2, 56. memoratur, vel in circo Flaminio, ut 27, 21., vel in Capitolio, v. c. 25, 3., habebantur, ut centuriata in Campo Martio) 8, 14, 12. 8, 35, 10. locus Campi ad aram Martis 40, 46, 3. Locus in templo illo, ex quo capiebatur augurium, dicebatur *tabernaculum*, v. c. 4, 7. *Templa* vero et *ædes* sacræ etiam pro *curiis* ponuntur propterea, quod sæpe in iis senatus habebatur, v. c. Bellonæ 30, 22 extr. conl. cap. 23 pr.

CAP. 7.)—1. *Priori*, prius, *Remo* — *sua multitudo* — *tempore præcepto* cet. nam Dionys. tradit: *μερίζονται τὸ πλῆθος ἅπαν διχῆ. τοῦτο δὲ αὐτοῖς δόξαν παρέσχε φιλοτιμίας, ἵνα θᾶττον ἀνύηται τῇ πρὸς ἀλλήλους ἁμίλλῃ τὰ ἔργα. αἴτιον δὲ τοῦ μεγίστου κακοῦ, στάσεως, ἐγένετο· οἵ τε γὰρ προσνεμηθέντες αὐτοῖς, τὸν ἑαυτῶν ἡγεμόνα ἕκαστοι κυδαίνοντες ὡς ἐπιτήδειον ἁπάντων ἄρχειν, ἐπῇρον.* Idem c. 87. dicit, avum suasisse, *ὅτῳ ἂν προτέρῳ κρείττους ὄρνιθες ἐπισημήνωσι, τούτῳ ἄρχειν τῆς ἀποικίας.*

2. *tempore præcepto*, quod tempore præcepissent seu prius habuissent augurium, *regnum trahebant* ad se et ducem suum, Remum, sibi vindicabant jus imperii.

3. *certamine irarum*, iræ certatim quasi indulgentes. Ex ira; Bauer.—*novos transiluisse muros*, non lapideos, (a Tarquinio demum structos; v. cap. 36 pr. et 38.) sed forte ligneos; Glar. Potius cespititios seu vallum, aut lateritios; Drak.

4. *Sic deinde* sc transsiliet, quod e seqq. repetendum, (v. ad 21, 43, 4.) vel peribit, tractabitur, punietur, vel, ut cap. 26. n. 2. *abi hinc*—(ut 6, 40.) *sic eat* sc. in perniciem s. malam crucem, vel sic abeat, sic ei detur; (cf. Drak. ad 37, 18, 1.) qualia verba omittuntur ab irato, et eo, qui re et facto consilium declarat. cf. ad 22, 50, 2. — *quicumque* ne quis adceperit pro *quisque*: sed et 3, 37. extr. *quidquid* (cupitum) est omne, unumquodque; Bauer. Ceterum de *hac vulgatiore fama*, quæ ficta tantum erat Romuli excusandi causa, v. Cic. Off. 3, 10. Remum tamen a Fabio tribuno Celerum cæsum fuisse. alii tradunt. Cf. Dionys. 1, 86. 87. qui etiam Faustulum obtruncatum dicit, quum rixam pugnamque fratrum dirimere voluerit.

5. *Græco* ritu *Herculi sacra facit*; cf. Macrob. Sat. 3, 6. et Dionys. 1, 11. Fabula Italorum domestica de *Caco et Hercule* ab historicis et poëtis varie ornata est. Cf. Dionys. 1, 39. 40. Virg. A. 8, 184—305. Macrob. Sat 3, 6. 7. Cassius et libri Pontif. ap. Aur. Vict. aliumve auctor. Orig. Gent. Rom. c. 6—8. Ovid. Fast. 1, 543 sq. Prop. 4, 9. quæ etiam loca class. sunt de *Potitiis et Pinariis*, atque *Ara Maxima*, in honorem Herculis, ob cædem Caci, prope forum Boarium (hod. Campo Vaccino, in quo etiam fuere ædes Herculis Victoris et statua triumphalis eidem ab Evandro sacrata, de quibus v. Liv. 10, 23. et Plin. 34, 7. s. 16. 35, 4. s. 7.) ab Evandro vel ipso Hercule (v. Ovid. Fast. 1, 581. et inf. 9, 29. 34. ubi Livius, alios forte auctores sequutus, sacra hæc ab ipso deo instituta dicit; cf. not. 11. et ad 1, 55, 4.) exstructa, ad quam, tamquam sanctissimam, juramenta et pacta usque ad tempora Neronis, quibus cum fano Herculis exusta est, (v Tac. Ann. 15, 41.) sacra autem *Græco ritu* fieri solebant et hinc capite non velato, ut in sacris Rom., (v. Virg. A. 3, 403 sq.) sed aperto, de quo v. Macrob. 3, 7 extr. Dionysius tradit, aram ab Hercule Patri vel Jovi Inventori, aram vero Maximam ab Evandro Herculi positam esse: utramque vero eamdem facit auctor Orig. Rom. De *Geryonis* tricipitis vel tricorporis armentis ex Erythia (Gadibus, vel potius insula prope Gades sita, uba mira pascuorum ubertas erat) ab Hercule abactis v. Heyne ad Apollod. 2, 5, 10. Ceterum Herculis nomen variis Italorum mythis insertum, et fama Italiæ ab eo peragratæ servata est multis fabulis et monimentis seu vestigiis ubique ostentatis, v. c. Herculis portu, promont. Herculeo, Heraclea et Herculano oppidis. Cf. Heyne ad Virg. A. 8, 202. et Exc. XIV. ad Æn. III. Livium multis verbis retulisse fabulosa de Hercule ejusque ara maxima et conloquio cum Evandro, et contra silentio prætermisisse leges a Romulo latas aliaque longe magis necessaria, valde inprobat Glar. Sed gravitas priscarum mythicarumque narrationum, inpr. de Marte et Hercule, ad Romanorum ætatisque Livianæ judicium est exigenda. Conf. Heynii Disqu. II. Virg. Æneidi præmissa ipsaque Livii Præfatio.

6. *avertere prædam*, facere et abigere, ut 37, 8 extr. Similiter *avertere pecuniam publicam* 6, 14. 33, 47. furto abigere (*entwenden*) et per fraudem in rem suam convertere,

[redacted]

νοσφίζεσθαι. Sed alio sensu mox Livius dixit *aversas boves*, conversos, circumactos, et retro actos, ut ἴχνη ἀποστρέψας de simili fraude Mercurii, ad Cacum translata, in Homer. H. in Merc. v. 76. *aversos boves* et quidem *eximium quemque* p., ut 21, 32, 8. et 35, 34, 3. *aversas boves, eximiam quamque* suspicari possis, quia Livius paullo post dixit *actæ boves quædam* — *relictarum et inclusarum boum*. Sed in talibus non est argutandum, et *boves*, ut *cervus, canis, leo, equa*, ἡ ἔλαφος, ἡ ἵππος, πάρδαλις, κύων, ἄρκτος cet. promiscue de utroque sexu dicuntur : unde alii Geryonis boves masculos, alii femineas, et Diomeden alii equis, alii equabus suis ab Hercule objectum, memorant. Illa tamen conjectura firmari potest eo, quod ita æqualitas dictionis restituitur, et veteres scriptores, præcipue Græci, in his sæpius femin. genere utuntur — *agendo compulisset* pleonasmi species ; sed non est : nam *agendo* obponitur *aversos* : unde est, quasi cum emphasi, more solito præ se agendi adversos, capite in locum verso, quo essent agendi ; Bauer. — *ad primam auroram*, v. ad c. 6. n. 1. — *pergit*, v. ad c. 6. n. 1.

7. *ex loco infesto* pass. sensu pro infestato, ut 6, 5, 2. et 10, 46, 4. et hinc intuto, insidiis obnoxio, ut c. 47 pr. 2, 11, 49. (ubi *tuta* obponuntur *infestis*) 9, 37, 10. — *ad desiderium*, propter desiderium vel desiderio, *relictarum mugissent*, ut *ad metum concedere* 2, 45, *ad vocem terroremve moveri* 5, 46. *ad consilia trepidare* 3, 49, pro quo *trepidare consiliis* dicitur 2, 26 pr. et 6, 35. Cf. ad 1, 34, 5. 4, 17, 5. et 9, 39, 1. — *vox Herculem convertit*, advertit, fecit, ut conversus staret et adtenderet ; Bauer.

8. *Evander* — *venerabilis vir miraculo literarum*, qui literas, rem feris hominibus, quales tum circa Tiberim' habitabant, *mirabilem*, secum adtulisse ferebatur, ut et Musicam aliasque artes et vitæ humanioris instituta, (v. Dionys. 1, 33.) in his artem vaticinandi. *Carmenta* ejus *mater*, *fatiloqua*, vates, ad quam antiquissima Italorum vaticinia s. carmina referri solebant, et cui varia tribuuntur nomina, ab arte petita, *Carmenta*, s. Carmentis, *Themis*, *Nicostrata*, *Porrima* et *Postverta* s. *Postvorta*. Eam nonnulli edidere Nympham et Mercurii conjugem, (unde h. l. ei tribuitur *divinitas*, nisi potius hac voce ars sola vaticinandi designatur) araque ei dicata est ad radices Capitolii, quam sub portam *Carmentalem* se vidisse dicit Dionys. quem vide 1, 31. 32. Cf. Heyne Exc. 1. et not. ad Virg. A. 8, 51 sq. et 334 sq. Memorantur etiam *Carmentalia sacra*, *Carmentis ædes*, ad radices Capitolii, (v. inf. 5, 47 pr. Ovid. Fast. 1, 629. Plut. T. 2. p. 278. et Dionys. l.) *Carmentis* s. *Carmentalis porta* et *flamen* h. e. sacerdos. — *ante Sibyllæ in Italiam adventum*, v Heyne Exc. V. ad Virg. A. VI.

9. *habitum formamque viri aliquantum*, aliquanto, multo, (v. ad 2, 39, 1.) *ampliorem augustioremque humana* secundum notam illam fidem opinionemque de diis et priscis quoque hominibus heroibusque. v. ad Sil. 6, 426, et 15, 21. — *Salve*, ut Gr. χαῖρε, voc. pietatis et honoris, quo compellatur, cujus favorem expetimus, sive sit deus, sive homo et res divino honore colenda. cf. c. 16. — *cecinit*, vaticinata est, ut 5, 15 pr. et al. nam vaticinia primum versibus comprehendebantur.

10. *Aram Maximam*, v. not. 5. — *tuo ritu*, a te instituto, vel tibi conveniente et grato. Cf. not. 5. et Ovid. Fast. 4, 660.

11. *adcipere se omen* divinitatis, ut 5, 55. et 9, 14. nam veteres putabant, *omina ostentaque in hominum potestate esse, ac, prout quæque adcepta essent, ita valere*, (Plin. 28, 2. s. 4.) adeoque vel inpleri et evenire, vel eludi et averti, si homines indicarent facto aliquo aut dicerent, *se omen* vel *adcipere* vel *non adcipere*. Quo etiam spectant tum formulæ *omen dii avertant* et *dii averruncent*, tum deprecationes et inprecationes, quibus superstitiosi homines tristia omina a se et in alios verti posse credebant. Omen tamen h. l. heros vel deus ipse adcipit *inpleturus fata*, h. e. perfecturus, ut Carmentæ prædictio eveniat, ut 8, 6. " *Inplere fata* reddere prædicta, eventum prædictis ; duo notat simul : active, facere, quod sit in fatis ; passive, subire, adcipere exitu. *Ara condita atque dicata*, aut ab ipso Hercule, aut ab Evandro ; utroque enim auctores trahunt : qui conjungi facile poterunt, si, jussu et auctoritate Herculis fecisse Evandrum, dixerimus." Bauer. Cf. not. 5. Mox *inclutæ* reposui pro. *inclitæ*. v. ad 22, 4, 1.

12. *Exta adponebantur* heroicis temporibus in epulis sacris, et quidem primum, (v. Hom. Il. 1, 459 sq. 2, 426 sq.) posteriori ævo diis cremabantur. *Adponi*, ut παρατίθεσθαι, de ferculis in mensam inlatis. v. Drak. ad 40, 59, 8.

13. *extis adesis*, comesis, *ad ceteram venirent dapem*, ad victimæ carnes, quæ non adolentur. Sic ap. Suet. Aug. 1. *reliquiæ* obponuntur *extis Marti redditis*. — *extis solennium* sc. sacrorum s. sacrificiorum, in his solennibus mactatorum. " Exta sunt carnes victimarum, quibus vescerentur convivæ, non quod diis obferretur et redderetur, sed tamen pars et reliquiæ victimarum, ut ap. Virg. Ge. 2, 396." Bauer.

14. *genus omne Potitiorum interiit*, postquam ab Ap. Claudio pecunia conruptum sacra *servis publicis* prodiderat. v. 9, 29. et 34. Cic. N. D. 2, 4. Vict. Orig. Gent. Rom. 8. Macrob. Sat. 3, 6. — *sacra una*, unica, sola, *suscepit*, recepit, instituit, induxit, ut *suscipere religionem* ap. Cic. Verr. 4, 16.

CAP. 8.)—1. *coalescere in populi unius corpus*,

v. ad c. 11. n. 2. — *jura dedit* sc. multitudini: sed rotundius dixisset *vocatæ ad conc. multitudini*; Bauer. — *Quæ ita sancta fore*, h. e. tum demum, ut 21, 13. 17. 24, 38. 26, 24. 29, 3. 30, 37. 36, 4. — *ab numero avium*, ex eo, propter illum. — *sequutum numerum*, amplexum esse, tenuisse, prætulisse; Bauer.

2. *me haud pœnitet, eorum sententiæ esse*, (quod verbum etiam abesse poterat) mihi placet, lubet, rectum videtur; Bauer. Cf. ad 2, 54, 16. — *et adparitores et hoc genus* ministrorum, sc. lictores. Sed potius *adparitores hoc genus* (hujus generis, sive hoc genus adparitorum, qui lictores vocantur) cum Jac. Gron., vel *et adparitorum hoc genus* legendum videtur. Nam *adparitores* dicuntur omnes ministri, qui magistratui *adparent*, h. e. ministerio suo præsto sunt, vel adsunt, si forte quid jubeatur, lictores, (qui hac voce etiam comprehenduntur 1, 49. et 4, 14.) viatores, scribæ cet. (unde Flavius scriba *adparens ædilibus* 9, 46, 3. Gell. 6, 9. et *adparitor* scriba Verris ap. Cic. Verr. 2, 3, 78., et *adparitores* quidem haud dubie jam Albanis fuere regibus, non vero, Livio judice, *lictores*. Vulgatam lect. defendit Bauer, putans, *lictores* et *adparitores* semper distingui, et lictores quidem 1, 49. haud dubie una esse intellegendos, sed aliam h. l. rationem esse, ubi de his ministris data opera loquens Livius propria vocabula adhibere ac distinguere debuerit. Idem tamen concedit, *adparitores* generis nomen esse, cui *lictores* subsint; eosque non semper distingui, ex supra dictis patet. — *sella curulis*, qua primum reges, deinde magistratus majores, qui inde *curules* dicti sunt, utebantur. Ortus vulgo creditur hic mos inde, quod senatores prisci, rure evocati, curribus venerint ad curiam, et inde domum redierint. De forma sellæ v. intpp. Suet. Aug. 44. et Spanhem, diss. X. de usu et pr. num. — *toga prætexta*, v. ad 22, 57, 10. — *ita*, hunc numerum, habuisse *Etruscos, ex XII. populis* s. civitatibus principibus, in quos primum Etruria omnisque regio circumpadana ab Etruscis, trans Apenninum late omnia tenentibus, descripta fuit, (v. ad 4, 23, 4.) *communiter creato rege*, qui propr. *Lucmo* s. *Lucumo* dicebatur, et *στρατηγὸς* Plut. Qu. Rom. p. 275 D. Cf. 5, 33 Polyb. 2, 17. et de Etruscorum s. Tuscorum (qui perperam Tyrrheni dicuntur Græcis et e Lydia repetuntur) antiquitate, origine ultra Alpes quærenda, et civitatibus Heyne Exc. III. ad Virg. A. VIII. Exc. I. ad Æn X. et Opusc. Acad. T. 5. p. 502 sq. Lictores aliaque regum consulumque Rom. insignia quidam Romuli, alii Tulli Hostilii, plurimi vero Tarquinii Prisci temporibus, et quidem vel a Tarquiniis, illius Tarquinii patria, (v. Strab. V. p. 152. al. 336.) vel a Vetulonia (v. Sil. 8, 484 sq.) Romam translata, vel ab Etruscis generatim sumta tradunt. v. Dionys. 3, 61. 84. 8, 44. (ubi aliis etiam Latii gentibus ea in usu fuisse docet) Flor. 1, 5. Plin. 8, 48. 9, 39. De numero *lictorum* v. ad 2, 1, 11.

3. *munitionibus alia atque alia loca adpetendo*, ædificantibus ea adtingentibus, occupantibus et urbi adjungentibus; extentis paullatim latius munitionibus. — *ad id, quod tum hominum erat*, ad præsentem hominum multitudinem. — *vana magnitudo urbis*, inutilis, si sine incolis esset. *Vana* dicuntur omnia, quæ speciem habent inanem, vel plus in specie, quam in re. Cf. ad 4, 37, 4. 9, 9, 12. 10, 29, 1. 24, 32, 1. 27, 26, 1. et 34, 12, 2.

4. *qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur*, *γηγενεῖς* dicentes, quorum ignota vel obscura esset origo: unde etiam nata forsan fabula de Cadmo, nota ex Ovid. Met. 3, 101 sq. *conciendo* pro *concientes*, immo, quum concivissent, (neque enim *conciendo ementiebantur*) ut c. 5. n. 9. *comparando* pro *comparanti*, 2, 9 pr. *miscendo orabant* pro *miscentes*, vel miscebant et orabant, 2, 32. *sumendo sese tenuere* pro *sumentes*, vel ita ut sumerent; Bauer. Cf. ad 3, 49, 4. 3, 53, 6. 4, 2, 8. 21, 34, 3. 22, 3, 5. 22, 14, 5. 30, 13, 1. 38, 16, 3. 40, 54, 6.

5. *locum, qui nunc septus descendentibus inter duos lucos est*, obscura verba, quæ, distinctione vel ante vel post *descendentibus* posita, varie explicari posse jam monuit Stroth., vel sic: qui nunc septus est, (nam *nunc* non nisi ad *septus* referendum) et ita situs, ut, qui a Capitolio in eum descendere velint, (nam asylum in valle fuisse, docent Strab. V. et Dionys. 2, 15.) ad utrumque latus lucum habeant; (similiter Gron. et Bauer: qui obcurrit et conspicitur iis, qui inter duos lucos descenderint, ut fere *τοὺς ὑπερβάντι Αἷμον Γέτας*, i. e. ad quos venturus erat, ubi Hæmum superasset, ap. Thucyd. 2, 96 pr. *ἐσελθοῦσι δὲ εἰσι βωμοὶ Ποσειδῶνος καὶ ἥρωος Βούτου* ap. Pausan, 1, 26, 6. *καταβᾶσι δὲ πηγή τε ὕδατός ἐστι* ibid. 1, 28. *καταβάντι ἐς τὸ πεδίον Ἱππόδρομός ἐστι* ibid. 10, 37, 4. *porticus dextræ subeuntibus* ap Tac. Hist. 3, 71. ubi etiam de *luco Asyli*, unde via in Capitolium fuit, agitur, et similia inf. 23, 12 pr. 32, 4, 1. 42, 15, 4. Suet. Vesp. 1. Strab. 9, 1, 2 extr. p. 391. 9, 1, 22 pr. p. 398 extr. Pausan. 3, 15, 4. 7, 3, 1. 8, 3, 2. 8, 13, 3. 8, 17, 5. cf. Siebelis ad *Ἑλληνικὰ*, quæ edidit, p. 155. et 228.) vel ita: qui nunc septus est, ne quis in eum descendat, (Gron. descendentibus inter duos lucos nunc septo clausus obstat et circumeundus est; sed tum *descensuris* leg. putabat Doer.) et *inter duos lucos* adpellatur. Cf. Dio XLVII. p. 338. qui Asylum dicit ita septum esse *περιφραχθῆναι*, ut nemo intrare queat, et Dionys. 2, 15, cujus verba sunt: *τὸ μεταξὺ χωρίον τοῦ τε Καπιτωλίου καὶ τῆς ἄκρας, ὃ καλεῖται νῦν κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον μεθόριον δυεῖν δρυ-*

[redacted]

μέσον, h. e. *inter duos lucos*. Idem deinde docet, Romuli temporibus locum a re ipsa sic recte adpellatum, quum ad utrumque latus tunc habuerit lucum, quod postea secus fuerit. Ceterum in edd. antt. pro *descendentibus* non male legitur *densis sentibus*, quod loco Dionis firmatur.

6. *locum Asylum aperit*, facit. Ad hoc Asylum non solos confugisse latrones, vel maleficos, servos et obæratos, sed Albæ potissimum aliarumque vicinarum civitatum incolas, seditionibus exactos aut fortunæ suæ obiratos, talesque etiam Romæ conditores fuisse primosque cives, satis nota res est. Cf. Dionys. 1, 4. 88. et Zimmermanni comm. de primis urbis Romæ incolis Darmst. 1804. Ceterum asyla, etsi ob securitatem civium inventa, ei tamen, ut alia instituta, magis perniciosa fuere, quam adcommodata: neque etiam ullum, præter Romuleum, Romæ exstructum legimus; sed templa ibi fuere asyla, et postea Imperatorum statuæ atque imagines. Cf. ad Tac. Ann. 3, 36. 60 sq. Suet. Tib. 37. et de asylis eorumque jure in Græcis civitatibus Spanhem. de usu et pr. num. Diss. IX. p. 666. qui hoc jus non templis tantum, sed urbibus etiam totis insulisque fuisse docet conl. Liv. 35, 51 44, 29. 45, 5.

7. *idque primum roboris*, virium, *fuit*, prima populi incrementa.

8. *Quum jam virium*, aperto asylo auctarum, *haud pœniteret* Romulum, quum jam satis virium habere sibi videretur, (v. ad 2, 54, 16.) *consilium viribus parat*, circumspexit eos, qui consulerent his viribus easque regerent: nam *vis consilii expers mole ruit sua*, Hor. Od. 3, 4, 65. Minus apte Bauer verbum *parat* exponit: parem facit, æquat, h. e. facit, ut par sit consilium viribus, ut non minus consilii subpetat, quam virium. Vox *viribus* forte ex glossa inrepsit pro *iis*. Cf. ad 1, 3, 8.

9. *Patres* et *senatores* non tam *ab honore adpellati* quam ab ætate et prudentia majore, (inf. c. 32. *majores natu consulemus*, Patres: unde et Pœni *seniores* vocabant *senatum*; v. 34, 61 extr.) vel quoniam a plebe tamquam patres sunt colendi, et illa ab iis tamquam a patribus defendenda; unde *patrocinium* dictum et *patrocinari*. Cf. ad 1, 32, 9. Plut. Rom. p. 24. et Cic. de sen. 6. Cur et quomodo *centum creati sint*, docet Dionys. 2, 12. Singulæ et tribus et curiæ ternos legerunt viros, quibus nonaginta novem Romulus unum adjecit. Ceterum Sigonius coni. *qui ciere patres* (s. *patrem*) *possent*, h. e. qui essent ingenui. Cf. 10, 8 extr. et Dionys. ac Plut., qui eamdem memorant causam: *ὅτι πατέρας εἶχον ἀποδεῖξαι μόνοι*. Enimvero non cur vocati *Patres* sint, sed, cur centum utique creati, disputat Livius; Bauer.

CAP. 9.)—1. *penuria mulierum* unde tanta esse potuerit, vix adsequaris, et fabulosus est raptus Sabinarum, qui inde ortus dicitur. Dionysius 2, 31. has eam potissimum ob causam raptas putabat, ut vicinæ civitates amicitiam cum Romanis contrahere cogerentur. — *legatos circa vicinas gentes misit*, ad vicinas gentes, quæ circa erant, s. omnes; Ern. conl. Flor. 3, 19. 4, 12. et Græv. ad Cic. Agr. 1, 7. v. sup. ad 1, 4, 11.

2. *Satis scire* gentes vicinas, *origini Rom. Deos adfuisse*, Deos juvasse originem et repentina incrementa Urbis. *simul* — *simul*, *ἅμα μὲν*, *ἅμα δὲ*, tum, tum. — *A plerisque rogitantibus dimissi*, v. ad 24, 6, 3.

3. *Ecquod asylum* cet., num s. an aliquod feminis quoque asylum cet. Ita passim *ecquis* et *ecquando* dicitur: sed *ecquid* etiam sæpe simpl. pro *num* s. *an*, ut 4, 3. et 27, 10. ubi v. Drak. — *haud dubie*, sine dubitatione, hæsitatione, (ut 10, 13, 9.) vel (ut 37, 18, 4.) sine omni dubio, omnino, (*unfehlbar, durchaus*) vel manifesto, *ad vim spectare res cœpit*, tendere Sic passim *spectare aliquid* et *ad aliquid* (ut forte *intueri ad* 36, 45, 6.) est vel tendere, vel moliri, circumspicere, animo agitare, parare, *beabsichtigen*. Cf. ad 1, 34, 5. 1, 47 pr. (*ab scelere ad aliud*, vel, ut vulgo legitur, *aliud spectare mulier scelus*) 6, 33, 1. 23, 6, 2. 25, 3, 16. 34, 56.

4. *Neptunus Equester*, *Ποσειδῶν ἵππιος* vel *ἱππεῖος* et *δμήτωρ ἵππων*, (Hom. Hymn. 5.) quæ forte epitheta curamque equorum (v. Hom. Il. 8, 440 sq. 23, 277 sq. Pind. Ol. 1, 124. 140. 5, 50. et Pyth. 2, 23. Pausan, 7, 21.) prisca ei tribuit lingua, quæ navem ob similem motum equo vel currui comparabat: unde postea et primum equum procreasse fingebatur. Cf. Heyne ad Apollod. 3, 14, 1. ad Virg. Ge. 1, 12 sq. et Æn. 1, 147. 156. Gierig ad Ovid. Met. 6, 75 sq. intpp. Phædr. 1, 12, 9. Idem Neptunus dictus Romanis *Consus*, (unde *Consualia* ludi, qui postea Circenses a circo maximo adpellati) quo nomine alii putant designari *ἵππιον*, equestrem, (non adjecta ratione) alii *concussorem*, *Σεισίχθονα*, alii deum *consiliorum*, vel consiliorum *consorum* h. e. conditorum, absconsorum, secretorum; quare et aram dei subterraneam fuisse monent. v. Plut. Qu. Rom. 48. et Dionys. 2, 5. 31. *ludos Consualia vocat*, v. ad 2, 21, 1. Iidem forte ludi postea dicti *Magni*, *Maximi*, *Romani*, (Romanæ originis, non ab aliis populis petiti) et *Circenses*, qui in circo maximo agebantur, et postea etiam in scena; nisi voces *scenici* et *scena* 31, 4, 5. et 33, 25, 1. ad *ludi* tantum referendæ, ut 42, 10, 5. *scenicos ludos per quatriduum, unum diem in circo fecit*.

5. *Cæninenses*, *Crustumini*, *Antemnates*, quibus Fidenates adjungit Plut. Rom. p. 27. de quibus v. inf. c. 14. 15.

6. *deditæque eo mentes*. h. e. ad id, pro *illi rei*, vel *deditæ* pro versæ, adtentæ, in-

tentæ; Bauer. Sed vix dubito quin legendum sit *ei*, scil. spectaculo.

7. *ex composito*, id. qd. *de comp.*, ut convenerat. Exempla laudavit Drak. Sic et *ex* vel *de compacto*, et simpl. *compacto* 5, 11.

8. *Talassius*, (al. Talassio, Talassus, Thalassius, Ταλάσιος) nobilis juvenis, dux militiæ Rom. et patronus turbæ plebis, adclamantis ei et gratulantis de eximia virgine: unde postea in *nuptialibus* carminibus Rom. cani solitum *Talassie*, *Talassie*, ut in Græcis Ὑμὴν, ὦ Ὑμεναῖε. Cf Plut. l. l. et in Qu. Rom. 30. it. Fest. v. *Talasio*, quod nomen etiam a ταλασίᾳ, lanificio, vulgo deducitur. Raptas autem DCLXXXIII virgines esse, tradit Dionys. 2, 30. 9. — *violati hospitii fœdus*, v. ad c. 1. n. 6. — *per fas ac fidem decepti*, v. ad 38, 25, 7. et cf. 42, 47 pr.

10. *quibus fors corpora dedisset*, h. e. fortuitus raptus. Male alii *sors* legunt. v. ad Tac. Ann. 14, 5, 7.

11. *ut*, *quum* in s. ad *suam vicem* (quod ad vicem suam adtineret, sua vice, suo loco, ut 3, 36. 28, 19. 43. 34, 32.) *functus officio sit mariti, parentum patriæque desiderium raptis* non modo leniat, sed plane *expleat*, h. e. efficiat, ne ulla raptarum eos desideret, eorum desiderio adficiatur.

CAP. 10.)—1. *Titum Tatium*, qui Curibus regni sedem habebat. — *legationes eo conveniebant, ad eum.* — *Ipsi* itaque *inter se tres populi* cet. Mox *Nec Crustumini quidem* (h. c. *et* vel *etiam ne* C. 9,) plerique libri, inprob. Drak. Sed v. ad Tac. A. 4, 35, 4.

2. *ita* (itaque, v. ad 1, 5, 7.) *per se ipsum*, solum, suo unius nomine, *Cæninum nomen*, populus, omnes Cæninenses, quidquid eorum fuit, ut *nomen Latinum*, *Hernicum*, *Romanum*, *Etruscum* cet. Sic et τὸ Θηβαίων ὄνομα ap. Æschinem, et similia alibi. Cf. Dionys. 2, 37. qui Romulo ex Etruria et Alba ab avo auxilia missa, eique exercitum XX. mill. ped. et DCCC equitum, Sabinis vero majores etiam copias fuisse, parum probabiliter tradit.

3. *in Capitolium adscendit*, v. ad c. 11. n. 4. — *simul cum dono*, præterquam quod ea arma Jovi donabat: etiam *designavit templo Jovis fines*; Bauer. — *Jupiter Feretrius* sic dictus a *feretro*, (quod paullo ante rectius forte pro *ferculo* in codd, quibusdam legitur) vel quoniam spolia humeris victoris Jovi *ferebantur*. Alias causas adferunt Prop. 4, 10. et Plut. in Romulo p. 27. et in Marcello. — *opimis spoliis*, h. e. *opulentis*, magnificis et amplis, sic dictis ab *ope*, abundantia et copia. Ea vero sola spolia sic dicta, quæ capta erant non modo a duce Rom. vel quovis alio, etiam gregario milite, (v. Varro ap. Fest.) qui ducem hostium interemerat, sed etiam in acie, et prima omnium, ante quam alius quisquam aliud ex hoste spolium cepisset: unde καταχρηστικῶς ita adpellantur 23, 46 extr. Prima relata sunt a Romulo de Acrone Cæninensium rege, secunda a V. 318. ab A. Cornelio Cosso de Larte Tolumnio Vejentium rege, tertia a V. 532. a M. Claudio Marcello de Viridomaro Gallorum duce. Cf. ad 4, 20, 1 sq. et Periz. anim. hist. c. 7. Ceterum h. l. *Capitolium* per prolepsin dictum. Cf. ad c. 34. n. 14.

4. *posteri ferent*, qui post me erunt ejusdem ordinis, successores in summo imperio, sive reges, sive imperatores.

5. *vulgari laudem*, vulgarem fieri. v. ad 2, 29, 5.

6. *inter tot annos* optimi MSS. et edd. antt. Alii *intra*, inprob. Gron. cujus nota est: "*Intra* est finitio temporis non ultra excurrentis: nam tres istæ voces *intra*, *citra ultra* certos locorum fines proprie demonstrant. Itaque *intra tot annos* foret, prius quam tot anni finem adciperent: sed Livius vult, quam tot anni sint elapsi; ut *inter tot annos* ap. Cic. Quinct. 14. et p. lege Manil. 23." Bauer contra monet, τὸ *inter* de temporis spatio vix dici posse, sed melius alteri convenire *tot bella*; alioqui sane illud *intra* circumscriptionem angusti plerumque temporis; per syllepsin vero h. l. *intra* diversis substant. jungi. Cf. ad 1, 33, 7. et 41, 16, 5.

CAP. 11.)—1. *per occasionem ac solitudinem* id. qd. ap. Tac. A. 15, 59, 9. *per occasionem solitudinis*, i. e. per occasionem s. obportunitatem rei feliciter gerendæ, quæ iis data est solitudine agrorum finiumque Rom., qui nullo exercitu defendebantur. Sic *occasio* et *per occasionem* 2, 17. 4, 31. 58 pr. 5, 26. 7, 7. 21, 8. 11. 33, 38. 37, 26. et 21, 35 pr. ubi *obportunitatem dare* et *occasionem facere* ut synon. junguntur.

2. *Hersilia conjux*, quæ sola ex raptis non virgo, sed jam matrona fuisse dicitur. *Vetustatis peritissimi referunt eam, dum adhæret filiæ, simul raptam: quam quum Romulus Hosto cuidam ex agro Latino, qui in asylum ejus confugerat, virtute conspicuo, uxorem dedisset; natum ex ea puerum, ante quam alia ulla Sabinarum partum ederet, eumque, quod primus esset in hostico procreatus, Hostum Hostilium a matre vocitatum, et eundem a Romulo bulla aurea ac prætextæ insignibus honoratum*, Macrob. Sat. 1, 6. Eam inter deas relatam Oramque vel Horam fuisse dictam, vulgaris fabula est, nota vel ex Ovid. Met. 14, 829 sq. — *victoria ovantem*, exsultantem, lætum: (ut c. 26. et 5, 45. cf. Gesner. ad Claudian. XXII. de laud Stilic. l. 2. v. 68.) nam neque ovatio proprie sic dicta, neque triumphus tum jam notus erat: *primum ovans Urbem ingressus est A. Postumius Tubertus*, Plin. 15, 29.) unde omnes quoque Romuli statuas pedestres fuisse docet Plut. — *ita rem* publicam *coalescere*, crescere, firmari, *concordia posse*, nisi malis: omnes ejus partes civesque

arctis quasi vinculis jungi posse, ut 23, 35 6. *tanta concordia coaluerant omnium animi.* Cf. ad c. 8. n. 1. ad 26, 40. 6. 29, 31, 2. ad Tac. A. 13, 26, 4.

3. *in Crustuminum* agrum *nomina darent*, ut passim *nomina dare*, *edere* et *profiteri* in coloniam, classem, (28, 45, 10.) militiam cet. *(sich angeben, melden)* pati vel cupere, nomina sua scribi in albo militari et colonorum, s. inter milites et eos, qui proficisci seu deduci aliquo velint. Sic et *ad nomina respondere* 3, 41. de civibus, qui edicto delectu citati et adpellati adsunt neque detrectant militiam; *ad delectum obedienter respondere* 42, 35, 1. et simpl. *respondere* 43, 14.

4. *Romanæ arci* in monte Tarpejo, ubi postea fuit *Capitolium:* at regia, Romuli sedes, erat in Palatino monte, (v. cap. 7 pr.) distincta ab arce, ut c. 6 pr. Albæ; Bauer. Cf. ad c. 6. n. 6. Mons Capitolinus primum dictus est Saturnius et Carmentalis, postea vero *Tarpejus* mons s. rupes et saxum, et quidem, ut vulgo putant, vel a *Tarpeja*, de qua h. l. agitur, filia *Sp. Tarpeji*, ab iis, a quibus minime decebat, interemta, vel a patre ejus in solatium doloris ob filiæ sortem. Cf. not. 5. — *fidum proditori*, certum, tutum.

5. *Additur fabulæ*, narrationi, sive veræ, sive falsæ et commenticiæ: nam utraque dicitur *fabula*, ut Gr. μῦθος. Cf. ad 28, 43, 9. Sed legendum crediderim *additur fabula*. Fabula autem illa varie narratur. Cf. Dionys. 2, 40. Prop. 4, 4. et Plut. in Romulo. Vulgaris opinio est, Tarpejam fuisse virginem Vestalem, quæ ex fonte Vestalibus sacro aquam ad sacra lavanda petitura Tatium viderit, ejusque forma et amore capta arcem festis Palilibus indefensam pacta sit prodere. L. Piso ap. Dionys. l. l. refert, eam scuta pepigisse, ut Sabini his privati eo facilius necarentur, et de pacto certiorem fecisse Romulum; sed nuntium transfugisse ad Tatium, et hinc tum arcem proditam, tum pœnam proditionis exactam esse, a Romanis vero monimentum Tarpejæ positum. Hinc et mons in ejus honorem Tarpejus dici potuit. Ad hanc vero Tarpejam forte translatum est, quod de puella, simili conditione Ephesum Brenno se tradituram esse promittente, narrat Plut. in Parall. p. 309. ut ad Tarquinium, capita papaverum decutientem, (v. inf. c. 54.) quod de Thrasybulo Milesiorum, et Periandro Corinthiorum tyranno refert Herodot. 5, 92. cui conf. Mariana hist. Hisp. 10, 16.. Tarquinius tamen illorum quoque exemplum sequutus esse videri potest.

6. *eo scuta illi* (in illam) — *congesta:* nam manus militis sinistra scutum, ex lævo humero suspensum, dextra hastam tenebat: unde ἐπ' ἀσπίδα et ἐπὶ δόρυ, ad sinistram et dextram, se convertere. Cf. ad Sil. 4, 387. *eo* ideo, ob hanc causam; ut passim. Hinc *eodem* et *eoque* est ob eamdem et ob eam causam 6, 5. et al. — *directo*, disertis verbis, aperte, sine ambagibus. *Circuitioni* obponitur a Cic. Div. 2, 61. Cf. inf. ad 21, 19, 1. — *sua mercede*, ipsius mercede: immo ipsa mercede; neque enim *alia* Tarpejæ obponitur; Bauer.

CAP. 12.)—1. *Tenuere tamen*, saltem, vel quidquid fuerit, quocumque modo factum sit; (ut Gr. μέντοι s. γοῦν, quod jam monuit Bauer: nam diversa est de modo captæ arcis traditio) vel interim, verum tamen, *jedoch*, ut *sed tamen* 7, 30, 6. et *tamen* 9, 17 pr. et 23, 19. quibus locis intpp. (ut Ernesti in clave Cic. v. *tamen*) hæc verba referunt ad omissum *quamquam* vel *quidem*, ad membrum præc. intellegendum.

2. *in adversum* montem s. clivum.— — *pugnam ciebant*, ejus initium faciebant; ipsi pugnabant et exemplo suo pugnam commovebant, excitabant. Cf. Drak. ad 2, 47, 1. — *ab Sabinis*, ex parte eorum, in exercitu, acie illorum; Bauer.

3. *Hostus Hostilius*, avus Tulli Hostilii regis. Cf. c. 22 pr. et ad cap. 11. n. 2.— — *Romanam sustinebat rem* publicam ejusque salutem et fortunam bellicam. Cf. 8, 27 pr. et ad 2, 44, 6. et 2, 64, 3.

4. *inclinatur acies* in fugam, recedit. Cf. ad 9, 12, 2. — *tuis jussus avibus* cet. v. cap. 6. et 7. — *prima Urbi fundamenta jeci*, v. ad 3, 46, 1.

5. *Stator Jupiter* dictus a *sistendo* sc. fugam. Cf. ad 10, 36, 5. Dionys. Hal. 2, 50. (qui eum Ὀρθώσιον Δία adpellat) Plut. in Cic. p. 868. D. τὸ τοῦ Στησίου Διὸς ἱερὸν, ὃν Στάτωρα Ῥωμαῖοι καλοῦσι, ἱδρυμένον ἐν ἀρχῇ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ, πρὸς τὸ Παλάτιον ἀνιόντων) et Schweigh. ad Appian. B. C. 2, 11. A *stando* nomen deducit Sen. de ben. 4, 7. et a *statuendo* Cic. Catil. 1, 13., qui tamen verbis apte ad consilium suum ludunt, et *Jovem Statorem Urbis et imperii* eo sensu adpellant, quo etiam *Servator* et *Conservator* vocabatur. Cf. intpp. Velleji 2, 131 pr. et Gron. Obss. 4, 14. *Jovi Statori templum*, cujus tres columnæ etiam nunc supersunt, conditum demum a V. 458. (v. inf. 10, 37.) haud procul a foro, in X regione Urbis. Cf. Ovid. Fast. 6, 793. Nardini Roma ant. 6, 14. et Begeri Thes. Brand. T. II. p. 663, 756.

6. *præsenti ope* vel certa, manifesta, conspicua, (ut *præsens victoria* 5, 27 extr. *res* 2, 36, 5. nisi ibi *præsentior* est magis urgens et periculosa, *dringender*, ut forte minus *præsens cura* 6, 27, 5. *præsens merces regni* 2, 41, 7, nisi hoc eo sensu dictum est, quo 37, 45. *præsentia talenta*, 10, 37, 3. *mulcta præsens*, 30, 33, 5. *præsens merces*, 36, 4. 38, 8. 44, 25. *præsens dare*, *ferre*, *numerare*, h. e. repræsentare, *baar bezahlen)* vel efficaci, (ut al. *præsens auxilium* et *remedium)* vel etiam potenti et benigna s. pro-

pitia, ut 7, 26, 4. *præsentes dii* i. e. faventes; nam dii favent et auxilium præstant tantum, ubi adsunt, omnisque eorum vis ac potestas, ut hominum, a præsentia fere pendere credebatur: unde toties *dii adesse* dicuntur pro favere, v. c. 3, 25, 7. 10, 39, 8. al. (nisi alia hujus rei ratio est, de qua v. ad 3, 14, 6.) et *præsentes* ac *secundi dii* junguntur 7, 26, 4. Cf. ad 10, 40, 13.

7. *ad primores*, primos, primam aciem, *προμάχους*, sup. *prima signa*. Mox *princeps* est primus.

8. *alia Rom. acies*, reliqua. v. ad 4, 10, 2.

9. *trepidante equo*, consternato, vel pavide currente, (cf. ad 3, 49, 4.) *in paludem sese conjecit*, i. e. conjectus est. — *adverterat ea res*, ad se verterat, et eo converterat. Cf. ad Tac. Ann. 1, 41, 1. et Drak. ad h. l. — *Romana res*, fortuna et arma.

10. *favore multorum*, quem clamore significabant, *addito animo*, v. ad cap. 25. n. 7.

CAP. 13.)—1. *crinibus passis* seu *pansis*, non nexis, non compositis, fusis et fluentibus. *Passi* crines lugentium sunt et supplicum, ut *sparsi* furibundorum et vaticinantium; Ern. Sic et Burm. ad Virg. Æn. 1, 480. et 2, 403. quibus locis multi libri hanc vocem præferunt, sed optimi illam, ut et inf. 26, 9, 4. Cf. ad 39, 13, 8. et Drak. ad h. l.

2. *dirimere infestas acies*, vim inferentes sibi, in se invicem directas et inpetum facientes. Sic *infesto exercitu in agrum pergere* c. 23., *equum infestus admisit in eum* 2, 19. 20. al. i. e. recta via in eum concitavit, (*er sprengte mit dem Pferde gerade auf ihn los*) *infestis hastis* s. *spiculis petere aliquem*, *signis infestis inpetum facere* cet. Cf. ad 21, 44, 2. Drak. ad 2, 46, 7. et Cort. ad Sall. Cat, 60. — *hinc patres*, *hinc*, illinc, inde, ex parte Romanorum, *viros orantes* cet. Ita *hinc*, *hinc* 3, 23. 21, 8. 30, 19. 44, 11. Alii tradunt, mulieres raptas, in castra Sabinorum profectas, precibus obtinuisse, ut pax fieret. v. Dionys. 2, 45. 46.

3. *ne parricidio macularent partus suos*, ne mutuis cædibus patres ac mariti efficerent, ut stirpi suæ posset objici et exprobrari, eam a parricidis ortam esse, et patres simul avosque inquinatos et maculatos mutue cognato sanguine; Gron. Cf. 3, 50. et 8, 11. *Parricidium* dicitur de omni cæde nefanda et inpia, *liberorum progenies* pro liberis a se genitis: nam explicandi vim habet genitivus; Bauer. Cf. ad 28, 29, 1.

4. *Si adfinitatis inter vos* cet. ita oratio obliqua mutatur in rectam, ut passim, sed et contra. Cf. c. 47 pr. 57. 2, 2. 7. 3, 9. 19. 48. 6, 24. 21, 10. 35, 49, 2. Wessel. ad Diodor. 4, 26. — *sine alteris vestrum*, alterutris.

5. *ut Sabinis tamen aliquid daretur*, fieret in gratiam eorum, vel quod gratum iis foret, *Quirites a Curibus adpellati* universi cives et togati: nam singuli adpellabantur *Romani*, ut et milites, qui nonnumquam *Quirites* contumeliose vocabantur. v. ad 45, 37, 7. *Cures* priscum opp. Aboriginum in Sabinis, regia Tatii, ad sinistram ripam amnis [Corese,] in agri Farensis loco, qui nunc Monte Maggiore dicitur. *Cures* pronuntiabatur olim *Quires* s. *Quiris*, *Κύρεις*: unde *Quirites*, *Κυρῖτες*, pro *Curensibus* s. *Curetibus*. Multi tamen et *Quirites* et *Quirinum*, divum Romulum, dictos putant inde, quod *curis* in Sabinorum lingua significet hastam, virtutis insigne. v. Dionys. 2, 48. et Ovid. Fast. 2, 475 sq. Ceterum e Sabinis etiam centum in Patres fuisse lectos, tradit Dionys. (cf. inf. cap. 17.) et Sabinis Capitolinum et Quirinalem, Romanis vero Palatinum et Cœlium colles traditos. Cœlium serius Urbi adjectum dicit Livius 1, 30. et 33.

6. *Monimentum* (quod monim. foret, esset, seu in monim., in memoriam (*ejus pugnæ*, locum, *ubi primum — statuit*, *Curtium lacum adpellarunt*. qui in medio foro Rom. fuit. v. ad 7, 6, 1. *equum Curtius in vado destituit* coni. Sigon. ex Plut. *ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωσεν*. "Quasi idem, in tam parva re, necesse habuerit Livius dicere. Alienus quoque a toto h. l. videtur equi interitus, quem haud dubie supra, quum evasisse Curtium scribebat, commemorasset. Sed h. l. lætam certe rem, Curtium servatum, et isti homines et Livius respexere. *Primum* quoque, etsi pleonastice positam, vulgatæ lect. melius convenire, periti sentient." Bauer.

7. *nomina* (earum, Sabinarum) *curiis inposuit*: sed Curiarum nomina bello Sabino antiquiora fuisse contendit Varro ap. Dionys. 2, 47. Plutarchus etiam in Rom. p. 30. compluribus Curiis nomina fuisse dicit a regionibus petita, sed alia, in honorem Sabinarum decreta, memorat. Cf. et Nardini Roma ant. 2, 1. *Curia* est Gr. *φρατρία*, unde *φράτορες* et *φρατρίαρχος*: sed *κυρία* etiam Atheniensibus dicta tota populi concio.

8. *centuriæ tres equitum* cet. ut c. 36. sed inf. 10, 6. hæc tribuum nomina fuisse dicit, ut Varro, Dionys. 3., Plut. et alii, qui tradunt, omnem et agrum et populum a Romulo in tres partes, (quæ vel a *tributo* dando, vel a numero ternario, vel a Gr. *τριττὺς* s. *τριτὺς*, tertia tribus parte, *tribus* dictæ sint) easque singulas iterum in decem *Curias* divisas, tribui vero unicuique *Tribunum* præfectum, et nomina post pacem demum cum Sabinis factam inposita fuisse. (Quæ ratio quomodo postea mutata sit, v. inf. cap. 36. 43. 2, 21. 9, 46. Græv. ad Flor. 1, 5 pr. et Gron. Obss. 3, 25.) Idem Livius inf. cap. 15 extr. ab his equitibus *Celeres* distinguere videtur, quos vulgo pro iisdem habent: nisi potius vulgarem amplexus est opinionem, quæ est, centuriis illis equitum et Tribubus eadem fuisse nomina, ex quaque tribu lectis centum juvenibus, genere opibusque insignibus, qui equo mererent,

[redacted]

quosque Romulus *ad custodiam* simul *corporis, non in bello solum, sed etiam in pace, haberet.* (cap. 15.) — *Ramnenses* s. *Ramnes* (ut c. 36, 10, 6. ap. Prop. 4, 1, 31. Pers. et al.) a Romulo dictos putant Romanos, qui inde a principio cum illo fuerint, *Tatienses* s. *Titienses* a Tito Tatio Sabinos, *Luceres* a *Lucumone* Etrusco, qui Romulo adversus Sabinos opem tulerit, vel a *luco*, in quo asylum aperuerit Romulus, vel a *Lucero* Ardeæ rege, eos, qui undique confugerint ad illud asylum. Varro autem omnia hæc vocabula Tusca fuisse monet L. L. 4, 9. *Titienses* an *Tatienses* h. l. legendum sit, ambigunt viri docti: sed a præcipuo nomine, quam a prænomine dictos, probabilius est; Bauer. Cf. ad Tac. Ann. 1, 54, 2.

CAP. 14.)—1. *legatos Laurentium*: quidam *Laviniensium legatos* memorant, (forte quia Tatius non *Laurenti*, sed *Lavinii*, de quibus vicinis oppidis v. ad cap. 1. n. 7. et 10., pœnas dedit, quod tamen omnes narrant) et alii legatos non modo *pulsatos*, sed et spoliatos in itinere necatosque tradunt. v. Plut. Rom. p. 32. et Dionys. 2, 51 sq. qui c. 52. narrat, Tatium *παραγενέσθαι εἰς τὸ Λαβίνιον ἕνεκα θυσίας, ἣν ἔδει τοῖς πατρῴοις θεοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως θῦσαι τοὺς βασιλεῖς.* Hoc est *solenne sacrificium*, quod ab imperatoribus in provinciam profecturis ante oblatum fuisse Diis Penatibus, docet Serv. ad Virg. A. 3, 12. Iisdem et Vestæ consules, prætores ac dictatores, magistratum ineuntes, Lavinii sacrificasse, tradit Macrob. Sat. 3, 4. Cf. inf. ad 5, 52, 5. Plut. l. l. et Oudend. ad Obseq. de prod. c. 83.— — *jure gentium agerent*, querentes de violato jure gentium, ex quo legati sunt sacrosancti, et satisfactionem postulantes. Cf. 2, 4 extr.

2. *minus ægre, quam erat dignum*, *ἄξιον*, fas et æquum, ut 2, 8. — *ob infidam societatem regni*, ut *insociabile regnum* ap. Tac. Ann. 13, 17. *Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς*, Hom. Il, 2, 204.— — *ut tamen expiarentur* (expiatione non superstitiosa, qua diis, sed civili, qua hominibus satis fit læsis) *legatorum injuriæ regisque cædes*, colloquio habito placuit compensari injurias et rediri in gratiam *fœdere renovato*; Gron. Cf. 8, 11 extr. Superstitiosam quoque expiationem aliquam interpositam fuisse, docent verba Dionys. 2. p. 115. *τό τε ἄγος ἀφοσιοῦνται* cet. et Plut. Rom. p. 32. *καὶ καθαρμοῖς ὁ Ῥωμύλος ἥγνισε τὰς πόλεις, οὓς ἔτι νῦν ἱστοροῦσι ἐπὶ τῆς Φερεντίνης πύλης συντελεῖσθαι.*

3. *occupant facere*, vel propere, vel prius faciunt, ut *præoccupaverunt ferre* 4, 30, 3. et Gr. *φθάνειν*, impr. junctum cum *πρὶν*, ut *occupare* cum *prius* et *prius quam*. Cf. c. 30 extr. 2, 48 pr. 21, 29, 7. 31, 35 pr. ad 24, 7, 6. et 24, 38, 2. Verba *prope se* male adjecta voci *vicinas*, ejusque glossa esse videntur. Perperam quoque repetitur voc. *prope*, etsi vario sensu.

4. *egressus omnibus copiis*, pro *cum omnibus c.*, ut sæpe ap. Livium. Sic et Gr. *σὺν* omittitur. v. Periz. ad Sanct. Min. 4, 6, 10. Gron. et Drak. inf. ad 23, 41. 43. 25, 22 et al. — *locis circa densa obsita*, adsita, adjacentia, quæ ibi erant, *virgulta obscuris*; nisi leg. *partem militum locis circa denso obsitis virgulto obscuram* seu *et obscuris*, vel potius delenda vox *obsita* tamquam glossa. Cf. 28, 2 pr.

5. *subsidere in insidiis*, *ὑφιζάνειν*, (*niederkauern*) poplite vel genibus flexis et demissis, (cf. ad 8, 8, 7. 28, 2. et 44, 5.) de felibus et leone, qui artubus contractis subsidunt et in prætereuntes repente insiliunt, (cf. Theocr. 25, 252. et Sil. 5, 310.) vel de venatoribus insidiatoribusque, qui similiter subsidunt et deinde ex insidiis *subito exorti* faciunt inpetum; unde *subsessores* dicti venatores. Cf. ad Sil. 13, 221.— — *id quod quærebat*, mente agitabat, vel perficere conabatur, vel optabat. Cf. ad 9, 19, 5. 22, 34, 3. et 23, 41, 5.

6. *inter pugnæ fugæque consilium trepidante*, fluctuante; ut passim *trepidare* ap. Livium pro dubium incertumque esse, sibi non constare, *schwanken*. Cf. ad 3, 49, 4.

7. *plenis portis effusi*, h. e. portis multitudine repletis *effusi*, catervatim proruentes et cum inpetu, instar fluvii s. torrentis, ut *ἐκχεῖσθαι, ἐκχύεσθαι, ἐπιχέεσθαι*, et *campo se fundere* 27, 41, 4.

8. *inpulsa Rom. acie*, retro cedente et fluctuante, loco depulsa et mota inpetu, inclinata, ut 2, 20. 6, 13. 9, 27, 40. 24, 16. 26, 6. Nos hodie dicimus *zurückdrücken*.

9 *simulantes*, se fugere, Romanos, *paullo ante sequuti* cet. — *hærens in terga*, propr. *tergis*, instans. — *fores portarum*, valvæ.

CAP. 15.)—1. *Belli Fidenatis contagione*, communione, societate, (v. ad 2, 5, 3.) *inritati* (forte *inretiti* vel *inbuti* vel *infecti*) *Vejentium animi*, ad belli societatem tracti sunt, cet. Post *stimulabat* majorem distinct. posui, ne jungatur *Vejentium animi — excucurrerunt*.

2. *Fidenates quoque*, æque ac Vejentes, *Etrusci fuerunt*: sed Fidenas s. Fidenam, Nomentum et Crustumerium in Sabinis colonias Albanorum fuisse, multis annis ante Romam conditam a tribus fratribus deductas, tradit Dionys. 2, 53. Post Fidenates autem subactos et coloniam Fidenas deductam Camerinos a Romulo fusos, et urbe eorum capta cives fuisse Romam traductos, bis totidem colonis in locum illorum missis, refert Plut. in Rom. p. 33.

3. *viribus adjutis nulla arte*, nullo dolo s. strategemate, (ut 2, 51. 7, 14. et *consilio vires adjuvare* 3, 62.) quali eum contra Fidenates usum esse vidimus in cap. sup.

4. *tantum valuit* Urbs *viribus* ei *datis ab illo profectu*, initio, (a *proficiscor*, orior, existo) vel potius prospero successu, (a *proficio*) nisi malis e MSS. reponere *profecto*, ut sensus sit: *tantum valuit profecto*, sane, utique, re vera, *viribus datis ab illo* sc. Romulo. Scheller voc. *illo* ad bellum referebat; sed potius legendum putabat *a bello enim profecto viribus* cet., ut his verbis exacte explicentur proxime præcedd. *consilium urbis bello ac pace firmandæ*. *Vires* sunt robur militum belli peritorum, fama bellica, auctoritas apud finitimos populos et potestas, partæ gentibus devictis, captis oppidis et coloniis illuc deductis.

5. *Celeres* equites, quos primum *Celeres*, (vel a Fabio *Celere*, interfectore Remi, primum iis præfecto, vel a *celeritate* ministerii, vel a Gr. κέλης, Æol. κέληρ) deinde *Flexumines*, postea *Trossulos*, et tandem *Equites* dictos esse putant. v. Plin. 32, 2. s. 9. Plut. Rom. p. 34. et sup. ad c. 13. n. 8. Iis præerat *tribunus Celerum*, qui regi, ut præfectus prætorio Imperatori, dignitate proximus erat. Cf. 1, 59. Dionys. 2, 13. Plut. Rom. p. 23. 34. et in Numa p. 94. ubi Celeres non pulsis demum regibus, sed jam a Numa dimissos dicit.

CAP. 16.)—1. *His inmortalibus editis operibus*, forte leg. cum Crev. *mortalibus*. Cf. cap. 2. extr. — *concionem in campo* Martio cet. De Romulo inter Deos relato et in curru Martis abrepto cf. Plut. Rom. p. 34. Dionys. 2, 56. Ovid. Met. 14, 772—851. et Fast. 2, 475 sq. Noti sunt similes mythi de Henocho, Elia aliisque, qui procella sublimes a diis rapti olim fingebantur sive ob singulares animi corporisve virtutes, sive ob ignotum mortis genus et locum, sive ob inmaturum subitumque obitum: de quibus mythis egi in Henkii Magazin für Religionsphilos. T. VI. P. I. — *palus Capræ* s. *Capreæ* s. *Caprea*, Gr. αἰγὸς λίμνη, in campo Martio. Cf. Plut. in Rom. p. 36, ἡ δὲ ἡμέρα, ᾗ μετήλλαξεν, ὄχλου φυγὴ καλεῖται καὶ νόνναι καπρατῖναι, διὰ τὸ θύειν εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκ πόλεως κατιόντας) intpp. Ovid. Fast. 2, 491. et Fest. v. *Capralia* — *nec deinde in terris Romulus fuit*, ut Genes. 5, 23. de Henocho.

2. *velut orbitatis metu icta*, perculsa, ut, eadem metaphora a telo desumta, al. *perfixa*, *percussa*, πληγεῖσα, ἐκπληγεῖσα, Gall. *frappé* Cf. 5, 21, 5. 27, 9, 6. 33, 28, 5. 34, 17, 2. 37, 6, 4. 37, 24, 7. ad Sil. 2, 213. et 8, 388. — *mœstum aliquamdiu silentium obtinuit*, tenuit, ut c. 28. nisi ita et h. l. legendum.

3. *Deum* — *salvere Romulum jubent*, in precibus adpellare, vel adloqui his verbis: *Salve, Deus!* cet. Cf. ad c. 7. n. 9.

4. *pacem precibus exposcunt*, h. e. veniam, placidum propitiumque animum, indulgentiam, ut passim in formulis precum et votorum. In iisdem *volens propitius* ut synonyma junguntur, v. c. 7, 26. 22, 37. 24, 21. 38. 29, 14 extr. Cf. ad c. 2. n. 3. et ad Sil. 5, 167.

5. *discerptum regem Patrum manibus* in templo Vulcani, unde partem corporis discerpti quisque in sinu extulisse credebatur, ne res manifesta fieret. v. Plut. l. l. et de Patrum odio propter superbum Romuli imperium Dionys. 2, 56.

6. *consilio* (commento callido) *unius hominis*, a Patribus subornati, ut ita cædis invidiam a se removerent.

7. *gravis auctor*, ut 33, 45. vir, testis ac nuntius summæ fidei et auctoritatis, διὰ τὸν τρόπον τοῦ λέγοντος καὶ τὸν ὅρκον Plut. l. l. Sic contra *auctor levis nec satis fidus* 5, 15. 6, 24. 7, 9. 23, 13. et *vani homines* 24, 32, 1. — *quamvis magnæ rei auctor*, quamvis rem nuntiaret magnam et miram vel parum probabilem. Cf. ad c. 4. n. 6. Similiter *res major, quam auctores* 22, 13, 4.

8. *petens precibus*, v. ad 9, 16, 3. — *contra intueri*, obtutu in ejus facie fixo, vel potius vicissim, ut 9, 6. Veteres enim putabant, deos, propria ac divina specie conspicuos, non nisi a paucis hominibus, qui ipsis carissimi essent, cerni posse, et plerosque eorum adspectu vel interimi, vel saltem excæcari. v. Heyne Exc. XIII. ad Virg. A. I. Proculus egregie agit partes hominis callidi et ad fraudem acuti.

9. *quantum illi viro fidei fuerit* e quibusdam MSS. recepit Drak. Vulgo legitur *fides*, ut *parum fidem, satis otium, satis tempus habere*; Duk. Forte leg. *quanta fides*; Drak.

CAP. 17.)—1. *certamen regni*, de regno v. ad 1, 57, 7. — *animos versabat*, agitabat, varie movebat, nunc huc nunc illuc movebat; Bauer.

2. *Necdum a singulis factiones pervenerant*, ita e comp. scribendi male intellecto perperam legi semper putavi pro *provenerant*, i. e. natæ, ortæ erant, nondum singuli erant factionum auctores s. capita. Nunc video, idem censuisse Bauerum, eique etiam plures ob causas displicuisse emendationem Grævii, Gronovio unice probatam: *cupido versabat, necdum ad singulos — pervenerat: factionibus i. e. certabatur*. Immo; *necdum a s. provenerant factiones*; sed, tantum *inter ordines certabatur*, inter Patres e Romanis et e Sabinis oriundos, vel inter partes, populos variæ originis, Sabinos et Romanos: unde mox *ab sua parte regnari* et *regem creari sui corporis*, ordinis, loci ac gentis, ut 4, 9, 2. 6, 34, 4. 24, 48. *Corpus civitatis* dicitur 26, 16. 34, 8. 38, 9. 34. ut nostrum *Staatskörper*.

3. *libertatis dulcedine nondum experta*, eam n. experti. v. ad 2, 29, 1. — *multarum circa civitatium*, i. e. quæ circa erant sitæ. v. ad 1, 4, 11. et 45, 3, 3. — *vis aliqua externa*, eine auswärtige macht; Ern. — *Ita*, itaque, (v. ad 1, 5, 7.) *rem*, imperium, *consociant centum*

Patres: tot e Romanis et totidem e Sabinis lectos memorant Plut. l. l. et Dionys. 2, 57. qui etiam tradit, decurias regnantes sorte lectas, et cuique in ea per quinque dies fuisse fasces s. Imperium.

4. *ac per omnes in orbem ibat*, ut 3, 36, 6. Nos dicimus: *gieng nach der Reine herum.* Sic et *senæ horæ in orbem*, per vices eundo, *operi attributæ sunt*, propr. munitoribus, *senis horis in orbem subcedentibus* operi huic, ut *prælio* 6, 4. — *intervallum regni*, tempus, quo non esset rex seu regium imperium, inter Romuli mortem et creationem novi regis, Numæ. — *Interregnum* sæpe fuit, quia populi comitia non nisi a summo magistratu haberi poterant. v. ad 3, 8, 1. — *quod nunc quoque tenet*, v. ad cap. 4. n. 9.

5. *ita gratiam ineunt*, ea moderatione, tam caute ac prudenter. *Ineunt* quidem *gratiam*, sed tamen *non plus dederunt juris* cet., Bauer. Cf. ad 4, 7, 4. 22, 61, 4. 31, 31, 8. et 33, 47, 5. — *detinerent*, quædam edd. *retinerent*, quod omnino rectius videtur, judice etiam Bauero, qui monet, *jus detinere* esse jus morari, debitum alteri reddere nolle.

6. *id sic ratum esset, si Patres auctores fierent*, i. e. id probarent et permitterent. *Hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur* (a Patribus) *idem jus*, senatus auctoritas ad *populi subfragium* adcedens, sed omni *vi ademta*; quæ verba, a multis male intellecta, jam Gron. Obss. 1, 25. bene ita interpretatus est: "*Usurpare jus* est facere, quod documentum sit nostri juris et potestatis: at *usurpare jus vi ademta* est solennibus quibusdam peractis testari jus tuum, etsi uti eo idque exsequi prohibearis; ut hodieque Principes amissa regna titulis retinent. Distinguit Livius inter *usurpationem juris* et *vim*, ut Tacitus inter *imaginem* et *vim* (v. ad Tac. A. 3, 30, 7.) Patres ex antiquo obtinebant, quod a Romulo adceperant, uti comitiis, quæque illic agerentur, auctores essent. Ejus juris hæc vis erat, ut, quod jussisset populus, lex ratumque esset, si Patres adprobassent; *ἂν καὶ τῇ βουλῇ ταῦτα δοκῇ* Dionys.) hi si auctoritatem suam adjungere recusarent, ut ad inritum reciderent. Hæc toties antiquis commemorata *Senatus* s. *Patrum auctoritas* paullatim inminuta est; primum comitiis, quibus Servius Tullius, subfragiis plebis contentus, *χαίρειν τῇ βουλῇ φράσας, ᾗ οὐκ ἠξίωσεν ἐπικυρῶσαι τὰ τοῦ δημοτικοῦ πλήθους, ὥσπερ αὐτῇ ποιεῖν ἔθος ἦν, κατέσχε τὴν ἀρχήν*, ut scribit Dionys. lib. IV.; deinde tributis comitiis Publilia ac Lætoria lege inductis, et Patribus ex concilio plebis submotis: ex quo plebeji magistratus comitiis tributis creati sunt, et Patres non nisi auctores centuriatorum et curiatorum comitiorum fuere, (v. Liv. 2, 56 sq. et Cic. p. domo 14.) tum legibus Horatia, Valeria, Publilia et Hortensia, ut plebiscita omnes Quirites tenerent; (v. Liv. 3, 55. 8, 12. Epit. Liv. XI. Gell. 15, 27.) porro SCto, quod post tribunitias rogationes de modo agrorum, de fenere, de altero consulatu adceptas et longas seditiones senatus coactus est facere, ut Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent; (v. Liv. 6, 42.) legibus a Publilio Dict. a. V. 416. et a Mænio trib. pl. a. V. 467 latis, ut legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum subfragium Patres auctores fierent. (v. Liv. 8, 12. et Cic. Brut. 14.)" *Auctoritas* (Germ. *Gutachten*, *Genehmigung*) senatui propria fuit, (ut *majestas* et *potestas* universo populo; unde toties legimus *ex auctoritate Patrum et jussu populi* bellum indictum, *sine a. P.*, *populi jussu* triumphatum esse cet.) et primum non nisi consilium: (v. sup. c. 9.) postea ad leges, comitia et omnia, quæ a populo vel consulibus agebantur, traducta est. Ea auctoritatis hujus pars, quæ ad comitia pertinebat, paullatim, ut diximus, omnem vim amisit; reliquæ partes semper quidem mansere, sed et hæ inminutæ sunt: nam si aliquis tribunorum pl. intercessisset, aut senatus alieno tempore locove, vel non legitimo edicto sive numero convenisset, vim nullam habebat sententia vel decretum et placitum senatus, et adpellabatur fere *senatus auctoritas*, non *SCtum*; etsi nonnumquam hæc sunt synonyma. Illa perscribebatur tantum, ut saltem constaret, quid Patres censuissent: hoc ad ærarium deferebatur, et tum vim suam obtinebat. Cf. ad 2, 23, 9. et 3, 55, 12. Dio. 55, 3. Ernesti clav. Cic. v. *auctoritas senatus*. — *vi ademta*, quemadmodum Sulla tribunatui pl. et Augustus omnibus fere magistratibus omnem vim ademit; qui ipsi non sunt sublati, sed mera nomina facta: unde tribunatus *imago sine re* dicitur Vellejo 20, 30. Cf. ad Tac. A. 3, 30. 7. Baueri nota est: "Quid sit *vi ademta*, ipse statim Livius interpretatur. Intellegas modo post hæc verba *nam*, *quippe*. Mos Livio, tales particulas omittere. *Jus* autem h. l. non est nisi consuetudo, species et imago juris, dignitatem senatui largiens, non potestatem."

7. *juberentque ut* cet., sic passim, ut et *jubet* vel *jubetur fiat* cet. omissa *ut*. Cf. 28, 36. 44, 2. Duk. ad 23, 21. Drak. ad 32, 16. Wolf. ad Cic. p. domo c. 17. et Oudend. ad Suet. Tib. 22.

CAP. 18.)—1. *consultissimus omnis divini et humani juris*, peritissimus juris naturæ et civilis, vel legum divinarum humanarumque, quæ vulgo naturales et positivæ dicuntur. *Numa* Pomponii f. et Tatii regis gener v. Plut. Num. p. 61.

2. *Samium Pythagoram edunt* forte pro Pythagora Spartano quodam, vel quod Pythagoræ Samii et Numæ instituta non pauca inter se congruerent. v. Plut. Numa p. 60. 64. 65. 69. *Edunt auctorem*, dicunt

eum auctorem esse, (Germ. *angeben*, *dafür ausgeben*) ut 1, 46, 6. et *editio*, traditio, (*Angabe*) 4, 23 pr. Hinc et *edere* consilia, ea enuntiare, 10, 27. 25, 9, 6. *edere deos*, *precationes*, *hostias*, *sacrificia ex libris fatalibus*, i. e. dicere, pronuntiare, indicare ex iis, quibus diis et quibus quotve hostiis sacrificandum sit, 7, 6. 21, 62. 22, 10. 30, 2. 40, 45. 41, 13. 42, 2.

3. *Pythagoram Servio Tullio regnante* cet., vel tempore Tarquinii Superbi et Bruti, secundum Cic. Tusc. 1, 16. 4, 1. Sed de vera Pythagoræ ætate, disciplina, et sodalitio adcuratius disputarunt intpp. Gell. 17, 21. Heyne Opusc. Acad. T. II. p. 186—199. et Meiners in d. Gesch. d. Wissensch. in Griech. und Rom. T. I. p. 304 sq. 322 sq. 398 sq. — *in ultima Italiæ ora*, in Magna Græcia, *juvenum æmulantium*, sectantium, *studia*, et diligentem iis operam navantium *cœtus habuisse*: quod sapientiæ studium non tam ad philosophiam artesve ingenuas discendas, quam ad formam, leges et instituta civitatum et cognoscenda et emendanda spectabat. v. Meiners et Heyne ll. ll. De *Metaponto*, *Heraclea* et *Crotone*, clarissimis Lucaniæ et Bruttiorum oppidis, v. Ind. et Heyne opusc, Acad. T. II. p, 205 sq. 234 sq. et 178 sq. Idem p. 240. monet, per prolepsin h. l. memorari *Heracleam*, cujus origines non ultra Olymp. 86. adsurgant. *Pythagoran* et *Crotona* Græcorum more dixit Livius, ut passim similia. Cf. ad 44, 28, 5.

4. *Ex quibus locis, etsi ejusdem ætatis fuisset* Pythagoras cum Numa, *qua fama in Sabinos* sc. perlata, quæ in Sabinos penetrasset, (Liviana prorsus brevitate et Græco more, inpr. Thucyd., dictum, ut c. 21. *fons ex opaco specu* sc. profluens) *aut quo—excivisset*; Bauer, qui recte monet, non de Numæ aut cujuslibet audire Pythagoram cupientis sed de ipsius Pythagoræ *fama* h. l. sermonem esse, adeoque non cum Gron. (Drak., Stroth. et Ern.) e MSS. et edd. antt. legendum, *quæ fama in Sabinos excivisset*, evocasset Pythagoram ad Numam discendi cupidum. Sed forte leg. *qua fama in Sabinos lata*, *quo linguæ commercio*, vel *qua fama tum Sabinos*, *aut quo* cet., forsan et *ob cupiditatem discendi*. Cf. 40, 29. 29. Cic. Tusc. 4, 1. et Or. 2, 37. Ceterum leve hoc esse Livii argumentum, docet Drak.

5. *disciplina tetrica*, horrida est severa, *finster*, *düster*: ob quam morum severitatem etiam efficta est Sabinorum origo Spartana. Cf. Plut. in Numa p. 61. D. ubi Livium ante oculos habuisse videtur, nisi uterque antiquiorem quemdam exscripserit; Stroth.— — *quo genere* disciplinæ aut hominum, nisi potius est qua gente, (ut bis 27, 32. et 30, 12, 4. 34, 17, 3.) *nullum quondam incorruptius fuit*, v. ad Juvenal. 3, 169. 6, 164. 10, 299.

6. *augurato*, capto ante augurio, (ut 5, 54 extr.) de quo v cap. 6. et 7. Sic et *auspicato*, de quo v. ad 5, 21, 1. — *adeptus est*, forte *esset*; Bauer.

7. *deductus in arcem — de templo descendit*, v. ad c. 6. n. 6. Ipsa superstitio satis nota. Docte de ea egit Spanhem. ad Callim. H. in Pall. v. 121 — 124. — *ad meridiem versus*, conversus. v. ad 38, 51, 2. — *capite velato*, v. ad c. 32. n. 7. et. cf. cap. 36. et 10, 7.

8. *regiones ab oriente ad occasum determinavit* pro terminavit, descripsit, finivit: illud tantum in sacris usitatum; Bauer. — *Signum contra—animo finivit*, ex adverso fixit, posuit, destinavit, propr. signo locum.

9. *uti tu signa—adclarassis*, adclaraveris, h. et clara et perspicua facias, sc. precor; nisi cum Gron. leg. *et* (tum) *tu signa* cet.

10. *peregit verbis auspicia*, pronuntiavit, nuncupavit, declaravit, ut c. 24. et 32. Sic et *peragere* pro dicere, enarrare, exponere, proponere, v. c. *sententiam* 3, 40. 9, 8. 22, 60. 39, 15. 43, pr. *laudes* 7, 37 pr. *carmen* 39, 15. *indicium* 6, 16. *fabulam* 3, 44. et simpl. *peragere* 1, 32, 8. et 34, 31, 7.

CAP. 19.)—1. *urbem novam, conditam vi et armis, jure eam*, eamdem: sed πλεονάζει *eam*, more Græcorum, ut passim *is* et *hic*, vel perspicuitatis causa additur; unde et eadem pronomina passim repetuntur, inpr. post parenthesin plurave verba interposita. Cf. ad 1, 49, 3. 1, 58, 4. 5, 24, 6. 6, 8, 2. 21, 3, 5. 22, 1, 26. 23, 27, 1. 26, 24, 10. 33, 13, 8. Gron. et Drak. ad h. l. ad 25, 27 et 44, 40. Porson. Præf. ad Eurip. Hecub. p. XIII. — *Quibus quum—non posse animos*, *quippe*, utpote, *militia efferatos*. Alii *efferatis* m. *animis* non inprob. Bauero.

2. *Janum* (Jani templum) *ad infimum Argiletum* montem, aut potius vicum in XI regione Urbis, qui a Circo maximo ducebat ad forum olitorium portamque Flumentalem, et in Urbe *Argiletum summum*, extra murum ejus *Argiletum imum* dicebatur. In foro illo fuit templum Jani. Cf. intpp Virg. A. 8, 345, 346. et Varro L. L. 4, 32 — *semel T. Manlio cos.* a. V. 517. adeoque anno VII. *post Punicum bellum* 1. Ab Augusto Janus bis terve clausus est. v. ad Suet. Aug. 22. Hinc Lipsius Elect. 1, 22 suspicatur, primam certe operis Liviani partem prius editam fuisse, quam Augustus Janum post devictos Cantabros iterum clauderet.

3. *Dea Egeria*, Nympha, vel Musa, vel Numæ amica, (v. Dionys. 2, 60.) cujus fons et lucus ad Ariciam fuit, et congressus cum Numa in antro Capenarum sub Aventino. Cf. c. 21. Heyne ad Virg. A. 7, 763 et Plut. Numa p. 61. 62. ubi hanc fabulam inde potissimum ortam dicit, quod Numa post uxoris mortem ruri fere et lucis sacris ac solitudinibus vixerit. Numa Egeriam quoque *conjugem suam* esse finxit, si vera est lectio cap. 21. Simili vero *comment*

[redacted]

vinculi eamdemque ob causam Scipio Africanus major (v. 26, 19.) aliique sunt usi.

4. *sacerdotes suos cuique Deorum*, h. e. sacris cujusque dei, *præficere*, constituere, qui curent deos horumque cultum; ut *antistites Jovis* ap. Nep. Lys. 3. Sed cum Duk. forte leg. *cuique eorum* sc. sacrorum. *suos* aptos, gratos, congruous, quales quisque posceret; Bauer.

5. *in XII menses describit annum*, a Romulo in decem distributum menses, quorum sex erant XXX, quatuor autem XXXI dierum. Numa Januarium et Febr. adjecit, illumque primum, hunc ultimum fecit anni mensem, qui postea, sed tempore nobis ignoto, inter Jan. et Mart. interjectus est. Ejus annus non CCCIV, ut Romuli, sed CCCLV. dierum fuit. Qua ratione Romulus, Numa et Cæsar annum Rom. ordinaverint, optime docuit Macrob. Sat. 1, 12—14. et ex eo egregie totum h. l. obscurum inlustravit Gron. Obss. 2, 13. Cf. et Censorin. de die nat. c. 18. Ernesti clav. Cic. v. *intercalaris*, intpp. Suet. Cæs. 40. et Ælian. V. H. 10, 7. — *solstitiali orbe*, solari, ab uno solstitio ad alterum. — *intercalaribus mensibus interponendis* ut *stipendio præterito exsolvendo* 21, 5, 5. (ubi alii *stipendia præterita* legunt) Cf. ad 1, 53, 3. et Gron. l. l.

6. *quarto et vigesimo anno* cet. cf. de hoc cyclo XXIV annorum, a Numa instituto, Gron. et Ern. ll. ll. Quum vero ille non satis dilucide, et hic non adcurate rem exposuisse, vera autem ejus ratio etiam doctissimos viros et interpretes Livii fugisse videatur, tirones hæc teneant. Annus Græcorum lunaris erat, CCCLIV dierum, et, quia sic quilibet annus XI dies et VI horas, cyclus vero VIII annorum XC dies aberrabat a cursu solis, hi XC dies ab iis octavo quoque anno conlecti et in tres menses XXX quemque dierum distributi intercalabantur. Numa autem anno Græcorum in honorem inparis numeri unum adjecit diem, ita ut ejus annus CCCLV dierum esset, mensibusque Græcorum intercalaribus retentis post tertiam octaëterida seu XXIV annum dies quoque XXIV superflui essent. Itaque XC illos dies, a Græcis intercalatos, in quatuor menses intercalarios, (qui ἐμβόλιμοι et Μερκηδόνιοι s. Μερκιδῖνοι Plut. Cæs. p. 59. et Num. p. 72. dicuntur) et quidem duos XXII, duos XXIII dierum, descripsit, et quovis biennio post diem XXIII Febr. (v. ad 43, 11, 7.) unum ex his, atque alternis, modo parem, modo inparem, interposuit primis duobus octenniis; at tertio quovis octennio non XC, sed LXVI dies, sc. ter XXII, intercalavit, quia per XXIV annos totidem dies lunari Græcorum anno adjecerat. Qua ratione factum est, ut *XXIV anno* vel cyclo XXIV annorum *plena annorum omnium spatia* essent, hi XXIV anni lunares, numero dierum intercalationibus aucto, æquarent totidem solares annos, et ipsi diesque eorum *ad metam eamdem solis, unde orsi erant*, ad modum anni tropici et cursum solis, vel cum ratione cœli *congruerent*. — Obscuram hanc fastorum omnisque civilis temporis rationem in rem suam convertit postea callidum Pontificum conlegium, quod, prout ipsi libitum fuit et rationibus ejus respondit, dies intercalavit. v. Suet. Cæs. 40. Eam quoque non recte percepere Plut. ll. ll., Scaliger et alii, melius vero Solinus, Censorinus et inpr. Macrobius, qui etiam omnes dicunt, Numæ annum CCCLV dierum fuisse, non CCCLIV, qui Græcorum et plane lunaris erit. Interpretes Livii tantum non omnes totum h. l. silentio prætermittunt; pauca et aliena disputant Sigonius et Bauer.

7. *fastos dies*, quibus *fas est* jus dicere, vel prætori licet *fari* tria verba solennia *do*, (judices) *dico*, (jus) *addico*; (sc. rem, dominium, debitores cet.) *nefastos*, quibus non licet. Cf. ad 6, 1, 7. Varro L. L. 6, 4. Ovid. Fast. 1, 47. 48.

CAP. 20.)—1. *Flaminem Dialem* s. Jovialem, qui reliquis dignitate antecellebat. *Flamines* erant sacerdotes uni alicui numini addicti, et majores Dialis, Martialis et Quirinalis, quibus XII minores additi sunt variis temporibus, etiam in honorem Imperatorum. Adpellati ita creduntur vel a *filo* s. *filamentis* laneis, infulis, quibus caput cingebant, vel a *pileo*, quasi *pilamines*, vel a *flameo*, eodem capitis tegumento, apice, proprio Flaminum insigni. v. Dionys. 2, 64. et Plut. Numa p. 64. qui Dialem et Martialem jam a Romulo *proditos*, iisque Quirinalem a Numa adjectum dicit.

2. *ne sacra regiæ vicis*, regii muneris, a rege curanda, *desererentur*, negligerentur. — *insigni veste*, prætexta, et *curuli sella*, quæ regia erat, ut postea summorum magistratuum, *curulium*. Formam ejus e nummis dedit Spanhem. de usu et pr. num. Diss. X.

3. *Virgines Vestæ legit*, Geganiam, Vereniam, Canulejam et Tarpejam, quibus duas addidit Tarquinius Priscus aut Servius Tullius: sed alii jam a Romulo Vestales putarunt *lectas* fuisse; quod voc. propr. est. v. Plut. Numa p. 66. 67. et Dionys. 2, 65, 68. — *Alba oriundum sacrificium*: Vestam enim cum igni æterno Æneas abstulisse Troia dicitur. v. Heyne Exc. IX ad Virg. A. II. *Vesta*, Gr. Ἑστία s. Ἱστία, symbolum erat ignis, primum domestici, (cujus usus magnam habebat vim ad vitam hominum excolendam, et familias societatesque formandas, de quo v. Diodor. 5, 68.) deinde et elementaris s. ætherei, ac proprie ita dicebatur focus, qui sacer erat. Hinc Vesta primum colebatur a singulis familiis, postea a civitatibus, maxime vero Romæ, cujus salus pendebat ab æterno ejus igni

et palladio, quod *fatale pignus imperii Rom. in ædis penetrali conditum* 26, 27. Quoniam focus in medio erat ædium, sacrum ejus propr. penetrale dicebatur, (ut forte 6, 41, 8.) et aræ illius ac simulacra sacrata erant positaque in penetrali seu media parte ædium privatarum, templorum et Prytaneorum, quin ipsa hæc Πρυτανεῖα, in quibus Vesta colebatur et perpetuus servabatur ignis, in media urbium parte sita: unde inf. 41, 20. *Cyzici Prytaneum, id est penetrale urbis* cet. Cf. Spanhem. ad Callim. H. in Del. 325. et in Cer. 129. Heyne l. l. et Hermanni Mythol. T. II. p. 71. et 75 sq. ed. pr.

4. *genti conditoris* Urbis, Romuli, *haud alienum*, quasi cognatum. v. cap. 3 extr.

5. *stipendium de publico statuit*, pecuniam et agros. — *aliis ceremoniis*, insignibus honoribusque, scil. vittis, prætexta, carpento, lictore, loco honestiore in spectaculis, (v. Suet Aug. 44.) jure testamenti condendi, licet minores essent, et reis forte obviam facti a subplicio liberandi.

6. *Salios*, a saltando sic dictos: quæ saltatio eorum similis erat πυῤῥίχαις, armatis Græcorum tripudiis. v. Plut. Numa p 68. 69. — *Martem Gradivum* explicant vel *gradientem*, inpr. acri inpetu in hostem, (θοῦρον Ἄρηα) vel κραδαίνοντα, vel *gravem deum*, vel *gramine* ortum. Mitto alias ineptias.— — *æneum pectori tegimen*, χαλκεας μιτρας et χαλκεους ζωστηρας dicit Dionys. II et VII. Sed fuisse potius ἡμιθωράκιον vel καρδιοφύλακα, pectorale, laminam æneam pectori inpositam, semiloricam, monet Lips. mil. Rom. 3, 6. v. Polyb. 6, 23. Pausan. 10, 26, 2. et Polyæni Strat. l. IV.

7. *ancilia*, quæ ab omni parte *ancisa*, recisa quasi vel curva erant, aut potius *ancilia* ab ἀγκυλος adpellata, quod περιφέρειαν sinuosam, crebro incurvatam et in apices excurrentem habebant, scuta XII, quorum primum et verum, (imperii pignus) ab Egeria de cœlo missum esse fingebat Numa; cuique XI alia simillima, ne furto auferretur, a Veturio Mamurio fabricanda curaverat. Hæc *ancylia* Cal. Mart. a Saliis saltantibus canentibusque carmina Saliaria *movebantur*, h. e. per Urbem ferebantur in honorem Martis. v. ad 5, 52, 3. 37, 33, 3. ad Juvenal. 2, 126. Plut. l. l. et Ovid. Fast. 3, 259—389.

8. *Pontificem*, et quidem *Maximum*, si aliis fides habenda, qui tradunt, præter eum quatuor Pontifices, eosque patricios, a Numa institutos esse; (v. Dionys. 2, 73. 3, 45.) quibus a V. 452. quatuor e plebe adjecti, (v. inf. 10, 6.) et deinde septem a Sulla. Vocem *Maximum* Livius adjicere demum cœpit inde a 3, 21. omisitque etiam 2, 2. et 27.

9. *Pontificem Numam Marcium, Marci* (Marcii) *filium*, Numæ regis (cui idem fuit prænomen Sabinum) generum, et Anci

Marcii regis patrem. Cf. Tac. An
Spanhem. de usu et pr. num. Diss.
p. 19. 20. et Plut. Numa p 73. 74.
cet, Numæ ab aliis unam uxorem
Tatii regis filiam, ab aliis duas, T
Lucretiam, a nonnullis quoque una
Pompiliam, ab aliis vero præter e
tuor filios, Pomponem, Pinum, C
Mamercum, (unde Pomponii, Pina
purni, Mamercii, et eorum cognon
tribui; Pompiliam autem nupsisse
patri Anci Marcii regis et filio illius
qui Numam ad regnum suscipien
pulerit, et cum eo commigraverit
sed post obitum Numæ, regni spe fr
mortem sibi consciverit.

10. *Sacra omnia exscripta—curare*
sunt *commentarii Numæ*, XII lib
βίβλοι ἱεραὶ s. ἱεροφαντικαὶ, libri jur
ficii cet. in papyro Ægypt. et lite
hieroglyph. vel lineamentis et pictu
bus compositi, quorum arcano se
buerat pontifices, et quos una cum
suo et XII aliis libris, philosop
Græce scriptis, sub Janiculo in
arcis lapideis recondi jusserat, ὡς
ἐν ἀψύχοις γράμμασι φορουμένων τ
ῥητων. v. Plut. N. 74. et ibi Antis
rius; a quorum narratione abhorre
tur, quæ leguntur inf. c. 31. extr.
in arcis inventi a V. 572. sed crem
v. ad 40, 29. — *cœlestes ceremonias*,
deorum superorum, (nam obp. *M*
idem pontifex edoceret, sc. voluit, e
pontificis scitis subjecit: sed licet eti
gere illi *ut esset, quo plebs veniret;*

11. *prodigia suscipere*, ut c. 34.
augurium, res et eventus extraor
(qui non omnes sunt prodigia) pro p
h. e. indiciis divinæ voluntatis v
non temere et casu, sed consilio
divino, factis, habere, et dignos
quorum ratio habeatur quique proc
dafür anerkennen. Nam veteres p
ostentorum vires in nostra potestate esse,
quæque adcepta sint, ita valere, Plin. 2
Cf. ad 1, 31, 1. et 43, 13, 6. —
et *curare prodigia* pro vulg *expia*
curare et facere ea, (inpr. sacra)
expiari placulum aliquod deorun
prodigiis declarata, placari potest
3, 23, 8. et 5, 50, 1.

12. *Jovi Elicio:* is idem qui Κατ
descensor, fulgurator, (de quo Bur
egit in singulari libello) nisi quo
dictus est a prisca opinione Etrusc
Romanorum, qua Jupiter et fulmi
quibusdam et precationibus e c
(quæ ratio nominis, ab Ovid. Fast
328. memorata, probabilior est e
h. l. Livius adtulit) vel *cogi*, e
inpetrari s. *inpetriri* posse credebant
a Porsena, Numa et Tullo Hostili
refert ex lib. II. Valerii Antiatis
adv. gentes lib. V. p. 154. (ed. Lu

[redacted]

1631.) et e L. Pisonis Annalibus Plin. 2, 52. 53. et 28, 2. s. 4. ubi dicit, *Volsinios totos concrematos esse fulmine; evocatum et a Porsena, et ante eum sæpius a Numa; Tullum Hostilium, hoc imitatum et ex Numæ libris eodem, quo illum, sacrificio Jovem cœlo devocare conatum, quoniam parum rite quædam fecisset, fulmine ictum.* Cf. inf. c. 31 extr.) ubi Livius verbis *nulla Tullo oblata cœlestium species* vel exornavit Pisoniana, vel antiquam superstitionem significavit, vel indicare voluit, Tullum fulmine ictum nihil vidisse et audivisse) Ovid. Fast. 3, 285—348. Dionys. 3, 35. Plut. Num. p. 70) qui tamen p. 75. Tullum dicit ludibrio habuisse religionem Numæ) et Lenz in Magazin für Philol. herausg. von Ruperti und Schlichthorst T. II. p. 48 sq. ubi his narrationibus primos, vulgo sic dictos, conductores fulminis designari ingeniose suspicatur. Sic ad electricæ materiæ vim et naturam referendæ omnino sunt flammæ subito in antennis navium, vel in spiculis ac signis castrorum terræ infixis, vel in puerorum virorumque capitibus visæ, nec non ignes cœlestes multifariam orti et complurium vestimenta adurentes, atque alia, de quibus v. ad c. 31. n. 1. Sed homines olim, talia animadvertentes, jam veras eorum perspexisse causas, et ita facile ad artem, Franklini demum ingenio inventam, traduci potuisse, nec potius ad vulgaria prodigiorum procurandorum remedia, a superstitione reperta, precationes et sacrificia, confugisse, vix crediderim: et liceat mea facere verba Heynii in Opusc. Acad. T. III. p. 125. "Casu adcidit, ut Tullus fulmine ictus cum domo sua conflagraret: nam eum arte aliqua temere adhibita ignem cœlestem in se derivasse videri, temporum barbaries credere vetat; etsi potuit certos ritus patrare, sacris factis, in loco incluso, quibus fulminis vim adliceret; potuit quoque res fabulose ornari, quum fama tantum hoc constaret, incendio Tullum periisse: certe Dionys. 3, 35. e suis auctoribus nihil de ea re memoravit.

13. *quæ suscipienda essent*, sc. prodigia.

CAP. 21.)—1. *Ad hæc consultanda*, ad consultandum de his rebus, ut c. 55 extr. et *rem delatam consulere* 2, 28 pr. Mox *adsidua* pro *adsiduo*, more Livii; nisi forte ita leg., ne duo epitheta jungantur: sed cf. Virg. Ge. 1, 449.; Bauer.

2. *proximo legum ac pœnarum metu* dure dictum pro: injiciendo civibus metum proxime adcedentem ad eum metum, quem leges ac pœnæ incutiunt, ei pæne parem. Forte leg. *proxime metum*, quam Mureti conjecturam probarunt Gron., Drak. et Bauer, (qui monet, leges ac pœnas primum esse, quod metuant plerique homines, tempore certe ac sensus ordine, et, ubi hic metus parum valeat, numinis metum adjiciendum esse) vel *perculsam proxime* (paulo ante, Romuli temporibus) seu simpl. *perculsam legum ac p. metu civitatem*: nam in multis MSS. legitur *propulso* pro *proximo*.

3. *quum ipsi se homines in regis, velut unici exempli, mores formarent*: nam qualis rex, talis grex. Cf. 5, 28. ad Juvenal. 6, 617. 8, 198. et Lamb. Bosii Spec. animadv. ad script. Lat. p. 3. *unici exempli*, singularis, præcipui, optimi; ut passim *unicus* dicitur, qui parem sui non habet, vel in genere suo præstantissimus est. Cf. 2, 58. 3, 33, 55. 6, 6. 22. 7, 1. 12. 25, 8, 31. 9, 15. 22, 14. 27. 23, 11. 21. 42. 24, 34. 25, 28. 33, 21. 45, 6. Heins. ad Ovid. Met. 3, 454. Passerat. ad Catull. p. 24. et ad Prop. p. 150. Sic et *unus* 45, 32, 3. nisi leg. ibi *unicus*.

4. *Lucus erat—cum conjuge sua Egeria essent*, v. ad c. 19. n. 3. — *fons ex opaco specu*, v. ad c. 18. n. 4. — *sine arbitris*, v. ad 6, 33, 3.

5. *Et soli Fidei solenne instituit*, ei præ ceteris numinibus instituit sacra solenni et singulari ritu celebranda, putans, ut ante dictum est, *fide* potissimum *ac jure jurando civitatem regendam*, et, ut Dionys. 2, 75. dicit, Justitiæ, Nemesi, Furiis aliisque ejusmodi numinibus honores divinos sat amplos a majoribus, Fidei vero, qua nulla res hominibus aut major esse posset aut sanctior, nullum cultum, nec publice nec privatim, tributum esse; *ταῦτα διανοηθεὶς πρῶτος ἀνθρώπων ἱερὸν ἱδρύσατο Πίστεως δημοσίᾳ* cet. Ab eodem Numa primum Termino templum esse exstructum, tradunt Dionys. 2, 74. et Plut. in Numa p. 70. Baueri adnotatio est: *soli Fidei*, i. e. ut cum aliis commune ei non esset. *Solenne* hic *templum* significare posse, audacius forsan, quam verius, dixerim; ut hoc velit Livius, numen Fidei non habuisse *σύνναον* vel *πάρεδρον*. Sequentia firmant *ad id sacrarium*. Sed et sic intellegere licet, totum Fidei sacrum commune ei cum alio non fuisse, rem divinam quoque soli factam; quod tamen minime infrequens: semper enim uni deo, etiamsi *σύνναον* haberet, separatim sacra fiebant. Fortasse mendum subest." Quidam *τὸ soli* delendum putant, aut legendum *simul*, vel *populi* e Dionysio; qui tamen *δημοσίᾳ* dixit, non *Πίστιν δημοσίαν*.

6. *curru arcuato*, semicirculari; vel potius camerato, velo virgisve desuper adoperto, tecto, ut hoc curru et *manu involuta* taciturnitas designetur, et *fidem tutandam* vel secreta servanda esse.

7. *Multa alia sacrificia locaque — dedicavit*, illa constituit, hæc destinavit. Cf. ad 1, 33, 7. — *Argei* loci unde dicti sint, ignoramus.

8. *duo deinceps reges*, ordine sequuti, sibi succedentes. *Deinceps* alter post alterum, alii post alios ordine continuo, ut *ἑξῆς* vel *ἐξείης* v. c. ap. Hom. Il. 6, 241. Cf. ad 1, 44, 6. 3, 39. 60. 5, 17. 37. 51. 6, 5. 9, 6. et Drak. ad 2, 47. 11.

[redacted]

CAP. 22.)—1. *Tullum Hostilium, nepotem Hostilii* cet. v. cap. 12 pr. et ibi n. 3. :— *regem jussit*, esse voluit, creavit. — *Patres auctores facti*, v. ad c. 17. n. 5.

2. *proximo regi dissimilis*, ut culvis bellicoso regi successit pacis amans, quod magno usui fuit reip.

3. *Senescere igitur civitatem otio*, ut alibi *languere, languescere, elanguescere*, quibus opponuntur *florere, vigere* et *maturescere*, v. c. 3, 12, 4. *senescentibus vitiis, maturescente virtute*, et ap. Polyb. 6, 51, 5. ἡ μὲν Καρχηδὼν ἤδη τότε παρήκμαζεν, ἡ δὲ Ῥώμη μάλιστα τότ᾽ εἶχε τὴν ἀκμήν. *Senescere*, ut *consenescere* et γηράσκειν, est vigorem amittere et vires, adeoque debilitari, inminui, languere, ut 5, 21. 9, 3. 27. 21, 53. 22, 39. 25, 7. 27, 20. 28, 36. 29, 3. 22. 30, 19. 35, 12. deinde et mœrore curisque confici, vexari, cruciari, ut 5, 43, 6. et ap. Flor. 1, 22 extr. unde *senium* inf. 7, 22, 3. est tædium, quod scil. nimia rei diuturnitate creatur. Cf. ad Sil. 2, 457.

4. *C. Cluilius*, a quo dicta *fossa Cluilia*, c. 23. Ducem Κλοίλιον et fossam Κοιλίαν vocat Dionys. III. sed hanc lib. VIII. Κλοιλίαν. Sic quoque Plut. in Coriol. et Festus *Clœlium* et *Clœliam fossam*. Fuit etiam *Clœlia gens* Albæ, post hujus excidium Romam translata. *Cluilius* autem et *Clœlius* ejusdem gentis nomina sunt.

5. *ne quid prius, quam mandata, agerent*, ut extemplo, sine mora, *res repeterent*, ablatas res exposcerent reddendas, vel *ut res redderentur* et *satis fieret*, ut 36, 3, 4. Si nihil ablatum est, *res repetere* significat poscere, ut satis fiat justis desideriis, vel injuria quacumque abstineatur, ut, 7, 32 pr.

6. *pie bellum indici*, justam ob causam; ut *pium bellum* pro justo, quo non violatur religio aut fides, et contra c. 23. *impium*. Hinc *pium justumque bellum* 42, 23. 9, 1, et 8. ubi v. Drak.

7. *in trigesimum diem*, Sigon. emend. *in trigesimum tertium diem*, quoniam *tot dies solemnes esse* dicit Livius, c. 32. et Serv. ad Virg. A. 9, 53. Sed aut rotundius hic loqui visum est Livio, aut nondum illa juris fetialis ratio, ut ab Anco est constituta, ita sub Tullo jam servabatur, Bauer. Cum Livio facit Dionys. 2. p. 132. et alia ratio est inf. c. 32. ubi dedita opera belli indicendi ratio diligentius enarratur; Drak.

8. *in eum expetant clades*, inmittant, ab eo, pœnæ loco, expetant, ei contingere jubeant, ut c. 23. *in omne nomen Albanum expetere pœnas*, ab omnibus Albanis repetere pœnas injuriæ, et simpl. *expetere pœnas* 6, 29. (cf. ad c. 25. n. 7.) nisi malis cum Bauero exponere: belli *clades* (nominat.) ei ingruant.

CAP. 23.)—1. *nomen vetustate abolevit*, interiit, intercidit, ut passim *abolescere*, vel, ut alii putant, *abolere*, neutraliter et pass. dictum, ut c. 3, 55. 8, 11 pr. 9, 36. At *abolere magistratum alicui* 3, 38, 7. est eripere; (ut *abrogare* 5, 11. 37, 20. 33, 16.)
27, 2. tollere, dirimere, *ritus parietes* 25, 1, 5. non colere, om
intra parietes abrogare ap. Tac. An
disciplinam s. ritus *sacrificandi* 39,
abrogare.

2. *in castris Cluilius moritur*,
mane inventus in tabernaculo ci
violentæ cædis. v. Dionys. 3. 4.

3. *Albani Mettum Fuffetium* c
torem, qui est summus magistrat
tis oppidis et municipiis. Cf. 3
23, 13 extr. (*Dictator* Carthag.,
lum etiam Hannibali dat Cato a
24.) Cic. Mil. 10. Periz. diss. d
1, 11. Intpp. Justini 9, 1. et Fr
4. Spanhem. ad Juliani orat.
Μέττιον Φουφέττιον adpellat Plut
Dionys. *Metum* Virg. A. 8, 642. n
aut *Metium*, quod gentis potius, e
nomen est.

4. *infesto exercitu*, v. ad c. 13. n.
eit sc. copias s. exercitum, ut sex
Livium. Sic et *educere* (h. e. co
e castris) *in aciem* paullo post et
22, 12. 26, 2, 3. 32, 30, 2. 40, 2
42, 56, 5. *adducere* et *reducere*
circumducere 34, 14 pr.

5. *ad rem Romanam*, utilitatem

6. *tametsi vana adferebantur*; n
pugnandi cupidus erat. — *tamen*,
coni. Periz. et *tametsi vana adferri*
male Faber.

7. *injurias et non redditas res* ca
esse belli, *et Cluilium* scil. *præ se*
dicere s. dicentem aliquando *aud*
videor, (puto) *et te non dubito* es
ferre, dicere, profiteri; nisi Livi
et ego rege ex nostro Cluilio audisse
cum Periz. et Bauero subplere
tem, vel ipse Cluilius etiam *cau*
dicitur: et re vera ejus auctor fu
toribus Rom. fides habenda. v.
2. et inf. ad 21, 43, 4.

8. *Neque recte an perperam* id fi
tor. judico, judicium facio: *fue*
ejus, populi aut regis, *deliberatio*
suscepit, incepit. Dubitanter loq
ferociæ Tulli.

9. *quo propior es* sc. Etruscis, *h*
(cf. ad 31, 31, 9.) edidi auctore
Goetting, Anzeigen A. 1781. p. 4
nibus fere MSS. legitur *quo propi*
s. *Vulscis*, et in plurimis edd. *quo p*
Sed tum *Volscis*, tum *vos* glossam
tionem redolet: nam illa vox ab
quia Volsci erant Latini, non Et
inde orta est, quod librarii *pr*
peram una voce scripserant. *Tu*
scis reposuit Stroth, et *Vejis* coni.
ex c. 15. et 28. Cf. Dionys. 3,
dit, Vejentes et Fidenates, c
hoc bello factos, convenisse Fi
que consilium cepisse, insidi
populo parandi, et *fossas confectas*

[redacted]

fractos, simul victorem ac victum adgrediendi; Mettum vero comperisse id per literas, easque Tullo tradidisse. Hinc minus mirum, quod ferox Tullus hæc non *adspernatus sit*, tamquam *vana* et ficta.

10. *in dubiam imperii servitiique aleam*, nam *alea* dicitur omnis res, quæ magis fortuna (Hazard) quam arte regitur. Cf. ad 28, 42, 11. 31, 35. 37, 36. 40, 21. 42, 50. 59. — *decerni possit* v. ad 7, 9, 4.

CAP. 24.)—1. *trigemini fratres* (voc. *fratres addere non est necesse*; Quintil, I. O. 9, 4.) alii *tergemini*. Illam scripturam nummi gentis Curiatiæ firmant, et *trigemini* dicuntur tres uno partu editi, *tergemini* vero triformes, triplices, vel amplissimi maximique; Duk. ad Flor. 1, 3, 3. prob. Drak. Alii nihil inter has voces interesse putant. Fratres illos eodem quoque die a matribus, geminis sororibus filiabusque Sequinii Albani, editos dicit Dionys. 3, 14. 15. Sed fabulosa forte tota historia, cui prorsus similem de Tegeatibus Pheneatibusque, ex Demarati Arcadicis petitam, narravit Plut. in Parall. T. II. p. 309. — *Curatiosque* multi MSS. pro *Curiatiosque* ut et 3, 32 pr. 5, 11. et al. Mox *notabilior* pro *nobilior* conj. Wakef. ad Lucret. 1, 356. Cf. inf. ad 27, 35, 5. — *nominum error*, dubitatio de nominibus, qua fit, ut incerta sint nomina, nempe utrum utrius partis fuerit; Bauer.

2. *Auctores utroque trahunt*, ad utrumque populum. Similiter *in diversum auctores trahunt*, diverso modo narrant, 25, 11 extr. et 38. 56 pr. — *hos ut sequar, inclinat animus*, unde et c. 30. Curiatios Alba Romam translatos et in Patres scribit lectos: quod, si constare vellet sibi, aut in ejusmodi dubitationibus operam consumere, pro certo scribere haud posset; Bauer. Cf. ad 1. 55, 4.

3. *ibi imperium fore*, penes eam partem, *unde*, a qua, *victoria fuerit*. Cf. Cort. ad Sall. Jug. 14. § 22.

4. *cujusque populi* antique pro *cujus*, vel potius *cujuscumque* ut passim *quisque*, v. c. 23, 11, 6. 25, 29, 4. Sic et *quandoque* pro *quando* vel *quandocumque* c. 31. (ubi v. Drak.) 9, 10. 21, 3. 29, 10. Cf. Gron. Apud Horatium nil frequentius esse monet Bauer conl. Od. 4, 1, 17. 4, 2, 44. A. P. 259. Idem mox *vetustior* per hypallagen pro *vetustioris* dictum putat.

5. *Fetiales* XX sacerdotes, a Numa instituti. v. Dionys. 2. 72. Plut. Numa p. 68. et Cic. de Leg. 2, 9. Ritus, quo bellum indicebant, et forma juris, quo utebantur, ab Anco constituta. Cf. c. 32. ubi Livius, alios forte auctores sequutus, ab Æquiculis jura fetialia petita dicit, quæ tamen jam antiquitus inter alios Italiæ populos, v. c. Albanos et Samnites, viguisse constat ex hoc cap. et 8, 39. Cf. ad 1, 55, 4. *Fetiales*, Gr. Φετιαλεῖς, Φηт. et Φιт., non *Feciales*; sic dicti putantur a *facere* vel *ferire* fœdus, vel *fari*, vel ant. *fedus* s. *fetus* pro *fœdus*. De *patre patrato* mox plura dicuntur.

6. *Sagmina te posco*, (a te) ut 30, 43, 5. et 35, 33, 5. Sic et *quisque signum duces poscere*. 7, 32, 2. *Sagmina* (propr. forsan *sancimina*) vel *verbenæ* omnes herbæ sacræ ac *puræ*, *ex arce*, e loco Capitolii sacro, cum sua terra evulsæ, et propter arcanam vim, quæ iis inesse credebatur, in sacris, legationibus, lustrationibusque artibusque magicis adhibitæ. v. ad 2. 54, 6. 30, 43, 5. Plin. 22, 2. et Festus. — *Puram* sc. herbam, verbenam ἱεροβοτάνην. — *graminis herbam*, g. germen viride, vel herbam gramineam, ut forte inf. not. 14. *saxo silice* pro siliceo; vel quia gramen a Plin. 24, 19. inter herbas refertur. Cf. ad 24, 3, 3. Heyne ad Virg. Ecl. 5, 26. et Gierig ad Ovid. Met. 10, 87.

7. *facisne me tu regium nuntium populi Romani Q.* quidam libri rectius, puto, *populique*, ut mox *sine fraude mea populique R. Q.* — *vasa* res et instrumenta mea, (ut σκεύη omne supellectilis genus; unde *vasa conligere* 22, 30. 24, 16. 27, 27. 47 de impedimentis exercitus castra moventis) scil. regia, *comitesque meos* regios; declarasne, me et omnia mea quasi publica esse, non privata? *Populus Romanus Quiritium*, ut al. *populus Romanus Quirites*. Cf. c. 32. et Gron. Obss. 4, 14.

8. *Quod* (utinam, vel potius quoad) *sine fraude mea populique Rom. fiat*, sine meo populique detrimento, (cf. ad 3, 53, 4. et 22, 10, 6.) vel, ut mox dicitur, *sine dolo malo*, sine malitiosa fœderis interpretatione, (si sciens quis fallit) quæ mihi possit esse *fraudi*, damno. — *Sp. Fusium*, non *Fufium*; (quæ gens nova fuit et plebeja) sed ex gente *Furia*, quæ *Fusia* olim dicta est. Cf. Drak. — *verbena caput capillosque tangens* quidam MSS. *tagens*, quod adridere potest conl. Virg. A. 12, 120. — *Pater patratus ad sanciendum fœdus*, h. e. confirmandum jure jurando atque exsecrationibus in violatores ejus, *fit*, eligitur ex Fetialium collegio et inauguratur verbena tactus.

9. *longa effata*, expressa, *carmine*, formula, verbis solennibus, ut c. 26. 3, 64. 31, 17, 33, 32. 39, 15. Sic μέλος et ὕμνος de oratione prosaica; Ern. v. Cuper. Obss. 1, 10. — *peragit* id. qd. mox *recitare*. Cf. ad c. 18. n. 10.

10. *non operæ est* mihi pretium vel res, h. e. cui operam dare vel vacare possim; non est mihi otium, aut facultas, aut lubido. Cf. 4, 8. 9, 23. 21, 9. 33, 20. 41, 25. 44, 36.

11. *audi tu, populus Albanus*, popule Albane. — *prima postrema* pro *p. et postrema*. Copula *et* millies omittitur, inpr. in formulis priscis et solennibus. Cf. ad 2, 39, 10. 7, 40, 1. 26, 1, 1. 26, 41, 4. 31, 6. pr. *postremaque* et *postremave* al.

12. *tabulis ceraxe* forte *ceratis*: certe ita h. l. expone, non de tabulis æneis et ceratis. — *utique*, et uti s. ut.

13. *defexit* antique pro *defecerit*.

14. *ut ego hunc porcum feriam — porcum saxo silice percussit*, cf. 9, 5, 21, 45. Plut. Sull. p. 458. Festus v. *Lapidem.* Hinc *fœdus ferire, icere, percutere* ὅρκια τέμνειν, כרת ברית, forte et *Jovem lapidem jurare*, de quo v. intpp. Gell. 1, 21. Cic. ad div. 7, 12. et Schweigh. ad Polyb. 3, 25, 6. 7. — *saxo* et quidem *silice*. Alterum substant. aut redundat, aut adjectivi loco est; Bauer. Cf. not. 6.

CAP. 25.)—1. *illorum tunc arma*, quum pugnam inituri essent; nisi potius leg. *nunc*. Sed passim *tunc* et *tum* pro *nunc* dictum, e Livii forte persona ac mente. Cf. ad 39, 11. 13. 17. — *et feroces* (ita verba forte transponenda) *suopte ingenio, et pleni adhortantium vocibus*, v. ad Tac. A. 1, 31, 11.

2. *Itaque ergo* passim obvius pleonasmus, ut 3, 31. 9, 31. 28, 12. 39, 25. al.— — *erecti suspensique*, exspectationis vel spei et metus pleni. v. ad 2, 54, 12. Mox ante *publicum imperium*, subple *sed* vel *tantum*. v. ad 3, 71, 4. — *futuraque ea*, quod ea futura esset, τὸ μέλλον ἔσεσθαι, Bauer.

3. *neutro inclinata spe*, ad neutram partem.

4. *agitatio anceps*, duplex, *telorum*, vel pro *ancipitium telorum*, i. e. ab utraque parte missorum, ut 23, 24, 7. 28, 19, 4. 30, 33, 3. 37, 11. Sic et *anceps metus* et *periculum*, duplex, geminum, tam ab hoste quam a civibus paratum 2, 20. 45. 37, 43. *anceps prœlium*, hoste et a fronte et a tergo urgente, 5, 8. 13. 6, 33. *anceps odium* 27, 17. ubi v. not. 7. *anceps utrimque* (de quo pleonasmo v. ad 2, 45, 10.) *hostis, ictus* et *ad ictum* 26, 46, 1. et 3. 30, 33, 10. ubi Gron. monet, *anceps* dici utrimque sese eodem modo habens, hinc et illinc capitatum, in utramque partem idem, sive ob naturam rei, sive ob ingenium loci, sive ob effectum. De discrimine *telorum armorumque* v. ad 1, 43, 4.

5. *nondum tamen cura*, solicitudo, *deseruerat, exanimes vice unius*, sorte et periculo tertii. *vicem* malebat Gron. i. e. ob vel κατὰ vicem s. conditionem, ut *vicem* alicujus *indignari* 2, 31. 40, 23. vel *vicem suam anxium esse* et *solicitum* 8, 35. 28, 19. 44, 3. *solicitus omnia* 21, 34. *cetera egregius* et *teres* 1, 32. 35. 21, 8.

6. *ut segregaret pugnam eorum*, eos pugnantes. — *ut quemque vulnere adfectum corpus sineret* s. pateretur sc. sequi.

7. *secundum pugnam petebat*, adfectabat; aut in eam ibat; aut potius eam capiebat, capessebat, sumebat, ut *petere fugam* 9, 23. 28, 6. *viam* 44, 2. *iter* 22, 2. *expetere pœnas* 1, 22, 8. et forte *prœlium* 30, 18, 5. — *clamore, qualis ex insperato* (tum enim major clamor) *faventium esse solet* spectatorum, in circo et amphitheatro gladiatori, cui favent, et qui præter spem vincit, adclamantium, (cf. ad Sil. 16, 314.) *Romani adjuvant militem suum*, ut c. 12 extr. *favore addere animum*. Cf. ad Tac. A. 16, 4, 8. — *defungi prœlio*, 25, 35, 2.

8. *ferocem in certamen tertium dabant*, bant, (ut *dare impetum* 2, 51. 3, 5. 4, 43. *motus* 7, 12. *stragem* 8, 30. *sinum* 2 aut potius mittebant, ut 9, 16, 4. al

9. *nec illud prœlium fuit*, sed cæde sæpe (quod jam monuit Stroth) ex oppositis alterum, cui maxima vis reticetur, ut 10, 14 extr. *non vero metu terruere Samnitium animos*, sed vano maxime metu: (quod ex adje tione *nam et Fabius* cet. intellegitur) 5. *fuit, quum hoc dici poterat*, scil. nil rum te consulem factum esse, (ad sententiam omissam spectant verba *Patricius enim eras* cet, sed *nunc, quum bus et plebejis promiscuus*, promiscue discrimine, *consulatus* et via ad eum non amplius est tempus illud, qu dici possit mihique objici, me non p meam virtutem, sed nobilitatem g factum esse ter consulem. Sic *fuimus fuit Ilium* pro: nunc non amplius Virg. A. 2, 325. et similia aliis loc præt. *fuit* non tam de præterito aliqu firmat, quam de præsenti negat.

10. *causæ* (fini consilioque) *hujus* (sc. uter populus imperet) *dabo*, qu stinabo, devovebo, inmolabo. — *Ma nenti arma*, ut 21, 54. *vix armorum tene potenti*, et 23, 45. *vix arma membraqu nenti*; Duk.

11. *quo* magis *prope motum res fuera* propius: nam quemadmodum *mag potius* nonnumquam comparativo pl tice adjicitur, ita et sæpe omittitur in parationibus, ut Gr. μᾶλλον, præcip in voce aliqua præc. latet, ut h. l. in magis magno, et in *multiplex* 7, 8, ante *quam* v. ad 1, 40, 1. 2, 56, 8. 12. 3, 40, 3. 3, 68, 7. 5, 21, 10. 7 23, 43, 7. 25, 29, 4. 28, 44, 6. 29, 2 4, 3. Duk. et Drak. ad 3, 68, 11. 49, 10. Fischer ad Anacr. 11, 11. pen et Heyne ad Hom. Il. 1, 117. vero et *propius* a Livio plerumque jungitur casui. v. ad 2, 48, 5.

12. *duo Romana uno loco propius tria Albana Romam versus;* Baueri no hæc: ‘ Initio statim belli Albanus citus in agro Rom. castra habuit Tullus, præteritis hostium castris, i Albano fuit. Propius ergo Romam nus exercitus, uti Albam Romanus Jam Horatius, simulata fuga, ad su que rediit: quem sequuti Curiatii p Romanum exercitum, ergo et Alban pius, cecidere; sicut Horatii in ips pugnæ, qui, propter fugam Horati mam et Albanum exercitum propio Quid ergo est, quod Albanorum se Romam propius, Romana Albam v dicit fuisse? Aut oblitus sui est, au tius alio itinere in agrum Albanu

[redacted]

redierat, ut post Tulli castra in Albano esset; de quo tamen nihil noster: tantum, quam proxime potuerit, ad hostem duxisse Mettium, narravit." Enimvero in medio inter utrasque acies pugnatur, et ita Romani Albanique eo, quo Livius dicit, loco cadere potuerunt; neque est, quod Horatium victorem in fuga similata ad suos rediisse censeamus: nam non pavidus fugit, sed ut segregaret Curiatios.

CAP. 26.)—1. *Princeps ibat*, primus, ante signa et omnes. — *paludamento sponsi*, chlamyde s. pallio elegantiori imperatorum, quod album purpureumve esse solebat. v. ad 41, 10, 2.

2. *abi hinc cum inmaturo amore*, intempestivo: nisi potius ita dicitur amor puellæ, quæ vel nondum matura viro est, vel adhuc sponsa, nondum uxor. *abi hinc.* — *Sic eat*, v. ad c. 7. n. 4.

3. *recens meritum facto* inprobo et invidiæ ejus *obstabat*, obponi poterat, (*hielt das Gegengewicht*) h. e. obstabat, quo minus atrox et pœna adficeretur, certe dignum putaretur. — *ingrati ad vulgus*, vulgo; ut in vulgus gratum, adceptum cet. v. ad Tac. A. 1, 76, 5.

4. *Horatio perduellionem judicent*, eum perduellionis reum judicent, ut 43, 46. *Perduellionis* emend. Gron. conl. 26, 3, 3. *vel capitis vel pecuniæ judicasset privato*, (eum pœna capitis mulctave dignum judicasset, adcusasset)—*perduellionis se judicare Fulvio*, et 6, 14 pr. 23, 14. *judicatus pecuniæ*, judicatus et damnatus pecuniæ solvendæ et non solutæ causa. Cf. ad 26, 3, 3. et Wagner ad Cic. de leg. 3, 12. §. 27. *Perduellio* primum et propr. dicebatur hostilitas, (ut *perduellis* hostis, 25, 12. 38, 50. 42, 20. 45, 6.) deinde omne facinus capitale, quo hostilis animus adversus rem publicam vel Principem declaratur, (*Hochverrath*) proditio, tyrannis adfectata, libertas ac jus civitatis violatum, inpr. parricidium vel omnis cædes liberi hominis, quam sciens quis facit. Cf. ad Tac. A. 1, 72, 5. Cic. p. Rab. perd inpr. c. 4. Ern. clav. Cic. et Grünebusch de crim. perduell. Cell. 1802 — *secundum legem*, a Romulo Numave latam. Hæc verba alii cum *facio*, alii cum *judicent* jungunt. — *Lex*, edictum, *horrendi carminis*, argumenti vel formulæ, *erat*: sed ita potius dicendum erat *legis carmen*. Hinc Ernesti in Clave Cic. p. l. *legem* putabat esse formulam modumque, (nam *legem* propr. dici formulam quamdam verborum a Gr. λέγειν) et *carmen* ipsum regis edictum. Quo tamen sensu hæc vox nusquam occurrit. Forte *carmen* h. l. est formula verborum s. edicti, (v. ad c. 24. n. 9.) et *lex* modus, conditio, ratio, ut *lex loci* ap. Ovid. Am. 3, 2, 20. Cf. inf. ad 22, 10, 4. Sed ita displicet, *legem* modo dictam esse alio sensu.

5. *Si a duumviris provocarit* reus, perduellis, ad populum, (v. ad 26, 3, 4.) *provocatione certato*, causam agat ad populum. Hinc mox legendum videtur *ita* vel *itaque provocatione certatum ad populum est.* — *Si vincent* duumviri, judicio eorum confirmato subfragiis populi, *caput obnubito* sc. *lictor*, quæ vox forte excidit post *caput*. Bauer hæc adnotavit: "In lege omnia intricata, confusa. Fortassis omnia in secunda persona intellegenda, ut quasi totum populum universosque cives ac singulos alloqui legem dicamus. Forsan et lictor adcusatoris partes egit. Quis enim Horatium, dicis certe causa, ut legitimum esset judicium, adcusaret? Ad eum ergo hæc lex, aut privilegium adeo, pertinebat. Quod si legem curiatam XXX lictores nomine populi jubere potuerunt; quid obstat, quo minus adcusatorem ad populum, vel dicis causa, lictor egerit? Nempe et hodie in judiciis capitis lictor adponitur, qui velut criminantis partes agat, *der Zeterschreyer*."

6. *Infelix arbor* tristis et funesta, vel sterilis, (ut *felix arbor*, *ramus* cet. frugifera, fertilis 5, 24. al.) vel *damnata religione*, *quæ neque feritur*, *neque fructum fert*, (Plin. 16, 26. 24, 29.) vel *quæ inferorum deorum avertentiumque in tutela esse dicitur*, (v. Macrob. Sat. 3, 20. ubi multæ hujus generis recensentur) h. l. crux vel furca (unde mox *sub furca vinctum*, nam furcis nostrorum fere patibulorum forma fuit; cf. ad 2, 36, 2. et Suet. Ner. 49.) cui adligatus reus *more majorum punitur*, h. e. ad necem *verberatur*. v. Suet. Ner. 49. Fuit enim antiquissimum subplicii genus idemque atrocissimum, ut virgis ad mortem cæderetur reus damnatus, et deinde securi quoque nonnumquam percuteretur: qui mos servatus est in gravissimis criminibus, (v. 2, 5. 7, 19. 26, 15. 28, 29.) in perduellibus, (nisi quod semel exsilii pœna memoratur 43, 16. et alia ap. Sall. Cat. 51.) in stupratoribus virginum Vestalium, (v. 22, 47. Dionys. 8, 89. 9, 40.) et in militia. (v. 2, 59 extr.) In hujus sævitiæ locum successit mox lenior ratio, ut reus securi percuteretur ante quam exspiraret sub virgis; cujus prima memorantur exempla 2, 5. et 41. (Nonnulli putant, verberationem fuisse genus quæstionis, ante ipsum subplicium adhibitæ, vel eo spectasse, et reus se mori sentiret.) Postea lege Valeria de provocatione cautum, ne, qui provocasset, virgis cæderetur securique necaretur, et lege Porcia ac Sempronia Ti. Gracchi, ne civem (præter milites) virgis cædi liceret. Cf. 2, 8. 10, 9. et Cic. p. Rab. perd. 4. Ceterum posteriori et inpr. Imperatorum ævo in militia *fustis* virgæ locum occupavit, et institutum *fustuarium*, triste subplicium propriumque Romanorum, qui vel milites aliquot, gravioris flagitii reos, vel decimum quemque sorte ductos (quæ *decimatio* est) fustibus ad necem cædebant;

de quo v. ad 5, 6, 8. Polyb. 6, 37. 38. et Lips. de Mil. Rom. 5, 18. Omnia hæc copiosius exposuit Heyne in Opusc. Acad. T. III. p. 184 sq. — *De pomœrio* v. cap. 44.

7. *ne innoxium quidem* qui præter voluntatem aut jure quemquam necasset: vel potius perduellionis falso insimilatum; Horatium, si vel innoxius esset. — *se non absolvere posse* putabant, quia hac lege eum judicare reum jussi erant. — *Quum condemnassent* sc. Horatium, *tum* cet. Malim *quum condemnassent eum* vel *reum, aliter* cet. Post verbum *posse* pro minori distinct. posui majorem.

8. *Moti homines sunt in eo judicio, maxime P. Horatio patre proclamante;* Bauer: "Si vel maxime, inquit, absolute *motus* dicitur, tamen *aliqua re* debet addi; quod hic intellegere non licet; nisi *patre proclamante* dictum est pro substant. *proclamatione* s. clamore patris, plane ut ap. Cic. p. Arch. c. 9. *nostra feretur depressa classis cum interfectis ducibus* i. e. depressio classis, interfectio ducum. Nam in absoluto sensu *commotus* dici solet, ac ne hoc quidem sic, ut h. l., sed ut ad præcedd. utique referatur, ut intellegere liceat *ea re*." — *patrio jure*, jure vitæ et necis in liberos; quod patri datum lege Romuli de patria potestate.

9. *qui nunc Pila Horatia adpellatur*, columella, tropæi instar, spoliis Curiatiorum ornata, ἡ γωνιαία στυλὶς s. στυλὶς, ἐφ' ἧς ἔκειτο τὰ σκῦλα τῶν 'Αλβανῶν τριδύμων, Dionys. 3, 21. — *decoratum ovantemque victoria incedentem* (forte *incedere*) *vidistis*, cf. ad 2, 6, 4. ad Tac. A. 4, 23, 5. et Juvenal. 12, 126. — *I, lictor, conliga manus*, cf. Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 184.

10. *caput obnube liberatoris urbis hujus*, forte *liberatori*. Mox *inter illam pilam* recepi ex aliquot MSS. pro vulg. *inter illa pila*, (cf. not. 9. *Horatia pila* ap. Prop. 3, 3, 7. sunt tela) et deinde *inter sepulcra* pro *intra* s.

11. *a tanta fœditate subplicii*, a tam fœdo subplicio, ut c. 28 extr. *a tanta fœditate spectaculi*

12. *sacrificia genti Horatiæ tradita*, v. ad 4, 2, 6. — *hodie quoque;* Gron. et Duk. malebant h. l. et 5, 27 pr. *hodieque*, i. e. hodie adhuc. Sed utrumque bene dicitur. — *publice*, publico sumtu, vel mandato.

13. *Sororium tigillum*, cf. Dionys. 3, 23. et Festus. De *jugo* v. inf. 3, 28 extr.

CAP. 27.)—1. *commissum fuerit*, forte *fuerat* aut *fuisset;* Bauer. — *vanum ingenium dictatoris*, mutabile, vel inanis gloriæ favorisque popularis cupidum. — *cœpit*, voluit, conatus est.

2. *ad bellum ex edicto gerundum;* "quid hoc est? ut proposito edicto juniores ad arma vocentur? Audio: sed quid hoc ad populum, cui bellum indicitur? Plane leg. *ex indicto*, (quod etiam coni. Doujat. et Duk.) i. e. ita ut ante edicerent Romanis bellum. Neque enim *ex edicto* bellun tur, sed milites conveniunt. Nisi *edicere* h. l. est id. qd. *indicere*." Ba suis *per speciem societatis* cum Romanb tas *proditionem reservat* obportuno tempore. — *pacto transitionis Albano* pugna, quod cum iis fecerat Mettus.

3. *ad confluentes* amnes, Anienem et rim, vel ad locum ubi confluunt.

4. *erigit totam aciem* sursum in m unde infra *decursu ex collibus*.

5. *qua* parte, in quam partem j *rem daret*, victoriam, propr. comm ut *esse in rem* 22, 3. 20. 30, 4. *non ab* 35, 32, 4. *e re mea, nostra, publica* cet usui ejus, ei utile. Cf. ad 6, 22, 2. 21, 2. *Res* significat aut occasionen piam, obportunitatem, aut eventum, riam; et hoc sensu *dare* sit vertere, ef Bauer. — *ea inclinare vires*, in eam p

6. *Tullus XII vovit Salios*, Agona Collinos s. Quirinales: nam Pa Numa instituerat; et hi in Palatio, colle Quirinali habebant sacrariu sacra faciebant. v. Dionys. 2, 70. 3, *fanaque Pallori ac Pavori* vovit, sc. no ut colerentur, quam placarentur, n plius eorum vim sentirent Romani. - *ire in prœlium*, in aciem, in ordinem et locum prœlii, nondum quippe com Bauer. Recte, nisi prœlium jam co sum credas.

7. *Idem imperat* sc. equiti, qui citat nuntiaverat abire Albanos. Sed *eidem imperat*, sc. equiti. — *hastas erigere* cet. v. ad 35, 35, 5.

8. *qui coloni additi Romanis essent*: colonia aliquo deducta, veteres oppid tantum non omnes colonis Rom. a solebant. Fidenæ itaque jam colonia Cf. 3, 1. 4, 11. 8, 14. "Qui in exp oppido relinquuntur cives, cum no colonis habitaturi, recte et ipsi *coloni* tur, ut quos expellendi jus vict fuisset: urbs enim talis jam civium erat." Bauer. Hoc sensu Fidenates ante *colonia Romana* vocati sunt; E *coloni a. Romani essent* coni. Faber.

CAP. 28.)—1. *Quod bene vertat* se, v (v. ad 2, 3, 2.) in salutem, saluti sit u populo; ut infra *Quod bonum, faustum j sit populo Rom. ac mihi vobisque, Albani.* Div. 1, 45. *majores*, inquit, *nostri omnib agendis quod bonum, faustum, felix f tumque esset præfabantur.* Cf. ad 10, Ceterum Albanos, vertentibus terga natibus Vejentibusque, pugnæ se cuisse et multos ex iis trucidasse, Dionys. 3, 26. qui omnia fusius na 24—31.

2. *sacrificium lustrale*, suovetaurile circa populum s. exercitum ducto immolato ille in campo Martio lustr a Censoribus, ita *lustrum condentibus*.

[redacted]

litus lustrari et purgari solebant tum agri, ineunte vere, a Fratribus Arvalibus, sacrificio *ambarvali*, h. e. circa arva ducto pro felici frugum proventu; tum Urbs ob prodigium vel insignem calamitatem vel ingens aliquod scelus admissum, *amburbio* s. *amburbialibus hostiis*, circa Urbem terminosque ejus ductis. Cf. 21, 62. 35, 9. 40, 6. 42, 20. 45, 16. ad Tac. A. 13, 24, 2. Polyb. 4, 21, 9. Salmas. ad Vopisci Aurelian. 20. Heyne ad Virg. Ecl. 5, 75. et ad Tibull. 2, 1. pr.

3. *ab extremo orsi*, ab extrema castrorum parte, ubi castris Rom. juncta erant Albana.

4. *hesternum id prælium fuit*, forte leg. *hesterno in prælio fuit* (aliquid s. ratio) cur s. *quod diis gratias ageretis* cet.

5. *insigne documentum*, v. ad Præf. Liv. nr. 14. — *Centuriones armati circumsistunt* e MSS. *Mettum* addidit Drak. suadente Gron. Id haud temere est; nisi subaudire maluerís *eum*: nam ipsum exercitum jam circumsteterant omnes Romani, nec centuriones ei rei, ut totum circumsisterent exercitum, subficerent; Bauer. — *civitatem dare*, jus civitatis.

6. *at tu tuo subplicio doce* cet. ut passim, in primis in concipiendis votis, *at* pro attamen s. saltem, vel pro tum, tum vero, ponitur, vel conjungit cum vi quadam et emphasi, ut est 10, 19, 10. Cf. inf. c. 41. 3, 27. 31. 9, 1. 8. 10, 26 pr. 24, 37 extr. ubi cf. Gron. et Drak.

7. *subplicium exempli* (propr. exemplum subplicii) *parum memoris legum humanarum*, nullam fere habentis rationem humanitatis in legibus sanciendis. "*Leges humanæ* i. e. humanitatis, rationis, qua tractare homines, parcere illis conveniat. Eleganter vero ipsum *exemplum parum memor legum* dicitur, quod eos, qui illud edant, legum humanarum parum memores indicet;" Bauer. Cf. ad 3, 36, 8. et 7, 31, 6.

CAP. 29.)—1. *præmissi Albam equites* duce M. Horatio. Ipsa excidii descriptio quem non miseratione adficiat? Cf. Virg. A. 2, 486 sq. quem locum ex Enniano in Annal. II. de Albæ excidio expressum esse ibi monet Servius. — *non quidem fuit tumultus ille* propr. illud, illa res v. ad 24, 42, 6.

2. *clamor hostilis et cursus*, h. e. hostes clamantes currentesque. "Obscurius dixit Livius, dum notiones condensat, quas sic evolve: clamor et cursus per urbem est, et *omnia ferro flammaque miscentur*; Bauer. — *tacita mæstitia ita defixit omnium animos*, v. ad 3, 47, 9. Verba *præ metu obliti* parum apta; nam paullo ante dixit, non fuisse *pavorem*, sed silentium ac *mæstitiam*: unde forsan scripsit: *præ mærore obliti*; Duk. An leg. *pæne mentis* (ut al. *sui*) *obliti*, vel *pæne mente alienati* — *deficiente consilio, quid relinquerent* cet.?

3. *ultimum illud visuri*, sc. quod relinquerent: nisi potius dictum est pro simpl. *ultimum visuri* sc. domos, vel quod ad ultimum illud tempus adtinet, h. e. ultima hac vice, ut *extremum hoc* dixit Valer. Fl. 4, 253. *hoc primum* Cic. ad Att. 13, 46 pr. *hoc tertio* Curt. 4, 11 pr. τοῦτο τρίτον Ev. Joan. 21, 14. ubi cf. Raphelii Obss. in N. T. ex Herodoto p. 319. et Gron. Obss. 2, 8. Sed forte Livius scripsit: *ultimum* (postremo) *illas visuri*, vel: *ultimum vale dicturi*. Similiter *ultimum illum visurus* dixit Curt. 5, 12, 8. et *hodie postremum me vides* Terent Andr. 2, 1, 22. Cf. ad 40, 42, 6. Ad rem cf. Virg. Æn. 2, 490 sq. Valer. Fl. 1, 710. 2, 168 sq.

4. *raptim*, *quibus* h. e. iis quæ *quisque poterat* efferre, *elatis*; Græcorum more dictum, qui pron. relat. ὅς, ἥ, ὅ ad præc. substant. adcommodant. Aliis tamen locis repetendum potius verbum, præcipue ubi quartus hujus pronom. casus cum *videri* jungitur, v. c. 6, 26. *precibus eventum senatus*, *quem videbitur* scil. dare, vel dare velle, vel dandum esse, *dabit*, 31, 3. et 8. *ut consul*, *quem videretur ei* sc. mittere, s. mitti debere, *mitteret*; cf. 23, 34. 29, 20. 33, 26. 34, 56. 43, 15. 44, 18. nisi et in his *quem videbitur* et *videretur* positum pro: *eum*, *qui videbitur*, ipsi placebit.

5. *continens agmen*, continuum, intervallis non interruptum, διηνεκὲς, ut 2, 50. 24, 16. 27, 51. et *continuatum* 2, 38 pr. Cf. ad 4, 22, 4.

6. *Egressis urbem Albanis*, al. *urbe*. v. ad 2, 37, 5.

7. *una hora*, admodum exiguo temporis spatio, (ut passim *hora* et ὥρα; v. Drak.) *quadringentorum annorum opus* cet. pæne *quingentorum*. Inter Albam certè et Romam conditam non CCC sed CCCC annos intercessisse summo consensu veteres tradunt scriptores; et Alba a. V. c. 87. diruta est. Cf. Heyne Exc. 3. ad Virg. Æn. XII. et Dodwelli diss. de cyclis X in fine.. Annos 487 memorat Dionys. 3. p. 172. annos 400. Strab. 5. p. 350. C. sed 300 etiam Justin. 43, 1. et Virg. A. 1, 272. — *dedit*, v. ad. 2, 25, 2.

CAP. 30.)—1. *Cælius additur Urbi mons*; v. ad Tac. Ann. 11, 24, 1. — *legit Tullios*; forte *Julios*: nam hos Dionysius memorat lib. 3. p. 170. et gens Tullia fuit Corniculana; Sigon. Recte forsan: sed vulgata lectio firmatur auctoritate librorum, et Juliam gentem jam Romæ ante Albam dirutam fuisse, ex Liv. 1, 16. Dionys. 2. p. 124. et aliis patet, quos Freinsh. ad Flor. 1, 1. laudavit; Drak.

2. *templumque* — *curiam fecit*, v. ad cap. 6. n. 6.

3. *Hostilia curia*, a Tullo Hostilio exstructa, *usque ad patrum nostrorum ætatem adpellata est*: nam conflagravit a. V. c. 700. quum cadaver P. Clodii in ea cremaretur;

(v. Plin. 34, 5. s. 11. Appian. b. civ. 2, 21. Dio Cass. 40, 48.) Livius autem obiit a. V. c. 770. Mox *secundum Etruscos*, post eos.

4. *ad Feroniæ fanum*, quæ *Feronia* fuit dea Latii Indiges, (v. Heyne ad Virg. A. 7, 800. 8, 564.) et libertinorum libertinarumque, a quibus etiam ex ejus templo pileus, libertatis insigne, petebatur. (v. 22, 1. et Serv. ad Virg. l. l.) Ejus triplex in Italia *fanum* s. templum cum loco memoratur: primum ad Tarracinam s. Anxur in Latio et via Appia; alterum in Etruria inter Lunam et Pisas ad Vesidiam fl., (v. inscript. ap. Gruter. p. 220.) tertium, de quo h. l. agitur, in eadem Etruria, inter Vejos et Tiberim, in agro Capenate, (Capena s. Capenas et Capenus Etruriæ opp.) ad radices Soractis montis. Fanum hoc opibus abundabat, ibique forum erat totius Italiæ *mercatusque frequens*, Dea autem in illo communiter colebatur a Sabinis et Latinis. Cf. 26, 11. 27, 4. 5. 33, 26. Dionys. 2, 6. 49. 3, 32. Strab. 5, 2, 9. p. 226.

5. *negotiatores Romanos*, qui non erant aratores vel publicani et pecuarii, neque etiam mercatores, (quæ mercatura temporibus liberæ reip. putabatur inhonesta, et a fæce plebis vel libertinis exercebatur) sed vel feneratores, *Capitalisten*, qui pecunias mutuas sub usuris dabant fenusque exercebant, præcipue in provinciis, ubi sæpe binis, ternis, quaternis centesimis pecunia conlocabatur, nec ulla lege definiebatur feneris magnitudo, (nisi forte Prætor coërcebat negotiatorum inpudentiam, de quo v. 7, 28. 8, 28. 10, 23. 32, 27. 33, 29. 35, 41.) vel rustici Rom. et frumentarii negotiatores, qui ab aratoribus cum civibus Rom. tum provincialibus, nec non integris civitatibus, emebant frumentum, eoque Romam, aut quorsum quæstus jubebat, vehendo lucrum quærebant. Sub Cæsaribus *negotii* verbum et mercaturæ et negotiationi commune fuit, et mercatores etiam dicti sunt negotiatores, v. c. *negot. olearii, carbonarii, lignarii* cet. Cf. Ernesti clav. Cic. voc. *negotiator*, et de negotiator. Rom. in Opusc. philol. p. 1 sq.

6. *Etruria erat vicina* Sabinis, et *Vejentes Etruscorum* vel ex Etruscis *proximi* sc. Sabinis: quare perperam Fontanin. Ant. Horæ 1, 1. ex h. l. colligit, Vejentes e numero XII populorum expungendos esse; Duk.

7. *de ceteris* Etruscis *minus mirum est — pacta cum Romulo induciarum fides;* quæ tamen jam pridem rupta erat: unde *cum Romano* coni. Duk. et cum *Tullo* Periz. Anim. hist. c. 4. Cf. c. 15. 27. et inf. ad c. 42. n. 3.

8. *vertique in eo res videretur*, (v. ad 3, 27, 6.) *utri prius arma inferrent*, bellum, ut passim *arma* poëtice pro *bello* dicuntur, v. c. 4, 45, 3. 8, 16, 1. 9. 10. (ubi *arma* et *bellum* junguntur) vel pro pugna, ut 22, 5, 6.

9. *occupat transire*, v. ad cap. 14. n. 3.

De bello hoc v. Dionys. 3, 32. qu
tradit, Sabinos mox iterum rebell
victos esse. — *Silvam Malitiosam*, τ
καλουμενην κακοῦργον, Dionys. III.
Sic Romana locorum nomina in Gr
ut Græca in Romanam linguam tra
solebant. Cf. Cluver. Ital. ant. 2, 9

10. *nec pugna constare potuit*, acie
stare, h. e. stare, consistere p. (ut
vel prœlium continuari, ob ordin
batos. *fuga*, fugientes, *explicari*, u
dissipata 28, 20. 38, 27. *agrestium fug*
pro agrestibus fugientibus, et *fuga C*
23, 25, 4. pro iis, qui apud Cannas
sent.

CAP. 31.—1. *nuntiatum regi, in m*
bano lapidibus pluisse, (ut al. *pluit t*
lacte; sed et *carnem, terram, sanguinem*
10, 31. 37, 9. 40, 19.) et *audita*
ingentem ex luco — et *vocem cœlestem ex*
monte missam. De his aliisque *prodig*
rebus quibusvis, quæ contra naturæ
fiunt, iramque divinam indicant
hyems præter morem gelida ac nive
5, 14 dicitur *prodigiis divinis similis*)
A. F. Steger *von den Prodigien* Brunsw
et Heyne Opusc. Acad. T. III. p. 19
et 255—274. unde in lectorum g
pauca et semel excerpere liceat, qu
ducenties prodigiorum mentionem
Livius, antiquitatis, annalium, fas
que auctoritate motus, et communi
norum superstitione inbutus. Nam
quidem is monet 21, 62. 24, 10. et
23. motis semel in religionem animi
nuntiata temere et credita esse; se
numquam ipse fluctuat in judicio
digiis, v. c. 27, 23. et 43, 13. ubi qu
ab ea negligentia, qua nihil deos po
vulgo nunc credant, quia eos providen
humanis negabant, vel potius parum
bant naturales rerum causas, *neque*
admodum ulla prodigia in publicum, u
annales referri: tam late enim pro
imperii finibus nullus dies fuisset, q
nuntiatum esset novum prodigium;
itaque persuasio, nullam vim hab
omina et portenta, si non *susciperent*
si nemo illa curaret. (Cf. ad 1, 20,
Multa prodigia non nisi terrori aut
falsæque persuasioni, mox fraudi
stigiis adcepta referenda sunt; (cf.
pr.) v. c. voces repente e luco aut h
clamores strepitusque per noctem
(v. 1, 31. 2, 7. 5, 32. 6, 33. 29,
12.) locuta bos, (3, 10. 24, 10. 27,
11. 35, 21. 41, 17. 26. 43, 15.) in
utero matris vel semestris triumph
mans, (21, 62. 24, 10.) species ho
cum candida veste vel aræ et cl
cœlo visæ. (24, 10. 42, 2.) Alia a ca
physicarum ignorantia aut neglec
fecta sunt, et vel ad aëris cœliqu
nomena, vel ad terræ marisque

[redacted]

vel ad animantium, tam brutorum quam hominum, ingenia, cultus habitusque spectant. *Prioris generis prodigia* sunt imbres insoliti sanguinis, (24, 10. 39, 46. 56. 40, 19. 43, 15.) lapidum, (1, 31. 7, 28. 21, 62. 22, 36. 23, 31. 25, 7. 26, 23. 27, 37. 29, 10. al.) terræ, (10, 31. 34, 44. 45. 35, 21. 37, 3. 42, 20. 45, 16.) lactis, (27, 11.) cretæ (24, 10.) et carnis, (3, 10. coll. Dionys. 10, 2. et Val. Max. 1, 6, 5.) inde orti, quod aut terra argillacea, quæ in multis Italiæ locis rubra effoditur, unde facta vasa Etrusca, aut lapides e monte campique lapidei, ut in Ligurum et Salyum finibus, aut creta ab imbre soluta, ut et lactis speciem referret, aut carnes, ex sacro aliquo epulo in altum sublatæ turbinis vi, mox in terram aliumque locum deciderent; (potuere etiam lapides, ut cineres quoque, vi ignis subterranei e monte agi, vel carnes a vulturiis ex aris ablatæ dejici, et lacteæ pluviæ oriri ex polline certarum plantarum per turbinem conlecto, vel ex particulis sulfureis per Vulcania incendia in nubes sublatis) stellæ crinitæ vel deciduæ, et interdiu visæ, duo vel tres soles, duæ tresve lunæ, et interdiu, solis orbis minui visus aut circulo inclusus, (22, 1. 28, 11. 29, 14. 30, 2. 38. 41, 20. 26. 43, 15. 45, 16.) cœlum ardens, (3, 5. 10. 31, 12. 32, 9. 43, 15.) species legionum, armorum, ararum, navium in nubibus visæ, ardentes faces, transversæ trabes et arcus ignei, (21, 62. 22, 1. 24, 10. 29, 14. 30, 2. 41, 20. 26. 42, 2. Steger l. l. p. 27 sq.) quæ ad auroram borealem aliasque atmosphæræ adfectiones pertinent; flammæ subito in antennis navium, in spiculis signisque castrorum terræ infixis, vel in puerorum virorumve capitibus visæ, et ardens caput Vulcani aut scipio in manu equitis vigilias circumeuntis, (1, 39. 22, 1. 25, 39. 33, 26. 34, 45. 39, 22. 43, 15. coll. Virg. A. 1, 680 sq. et 7, 71 sq.) quæ ad vim et naturam aëris electrica materia gravidi ducunt; lacrumæ et sudores parietum, saxorum, inpr. marmorum, adeoque et signorum atque columnarum, ob vim austri et repentinam vicem seu intemperiem humidi et sicci aëris; sudor sanguineus signorum minio obductorum. (22, 1. 36. 23, 31. 27, 4. 40, 19. 45. ad Sil. 1, 86. 98. 8, 645.) *Secundi* generis prodigia tantum non omnia ad motus terræ et agri aut montium, ignibus abditis tumentium, labores referenda sunt, v. c. mons, mare et cœlum ardere visum, (3, 5. 10. 23, 31.) pluvia lapidea, saxum ingens volitans, (25, 7.) terræ hiatus et subsidens in specus solum, (7, 6. 30, 2. 38. 32, 9.) obscuratus aër vel nox interdiu visa intendi (7, 28.) lux orta nocte, (28, 11. 29, 14. 32, 29.) sol pallens aut rubens similisque sanguineo, (25, 7. 31, 12.) hastæ motæ, (21, 62. 24, 10. 40, 19.) tenebræ interdiu obortæ, (7, 28. 363, 6. quæ loca a quibusdam ad defectionem solis referuntur, ut 37, 4. et 44, 37.) apertæ subito templorum fores, signa deorum mota vel conversa, sortes extenuatæ seu evolutæ, (21, 62. 22, 1.) pinnæ murorum dejectæ, (25, 7. 32, 9. 29.) arbores repente aut alieno in loco, in puppi aut templo, enatæ, vel revirescentes, (43, 15. Plin. 17, 38, 25.) lacus repente increscens vel deficiens, (5, 15.) amnes retroversi et absorpti, fons erumpens antea non visus, aut scaturigo lactis vel olei, hæc quidem, vena forte bituminosa ex meatu recluso manante; rivi sanguinis aut lactis fluentes, et lacus sanguine manantes, s. cruentæ aquæ, (26, 23. 27, 11. 23, 37. 34, 45. 45, 16.) aquis scil. a soli argillacei vel cretacei contagione rubentibus vel albescentibus aut innatantibus aquæ rubenti insectorum generibus, v. c. pulice monoculo, unde aquæ a procellis in altum raptæ aliis in locis imbres cruentos vel lacteos facere potuere; hinc et Comitium sanguine fluens, (34, 45.) et spicæ vel messes cruentatæ, ubi adhæsere forte spicis aut guttæ sordesve ex istis imbribus, aut papiliones ex chrysalide evolantes et rubicunda conspersi gutta, aut rubor ab aliis insectis adspersus. (22, 1. 28, 11.) Obscurum est, quod lana Priverni e terra et in Vejenti agro ex arboribus nata, (42, 2. fraudem forte facientibus jubatorum, barbatorum aliorumque lichenum generibus, inpr. filamentosis) quodque 32, 1. Ostiæ in Herculis æde et signo capillus enatus dicitur. (Cf. Steger l. l. p. 180. ubi suspicatur, capillum fuisse subtilissimas radicis plantæve fibras, et lanam pullam terra enatam confervam lacustrem.) Minime mirabilia vero sunt signa, vexilla, spicula evulsuris reluctantia, quia altius et in solo tenaci infixa erant; (vel, ut Cic. de Div. 2, 31. dicit, quia *timide fortasse signifer evellebat, quod fidenter infixerat*, et, ut ipse Liv. 22, 3. extr. *quia ad convellendum manus præ metu obtorpuerant*) sanguis erumpens signis evulsis, rubentis scil. aquæ scaturigine sub solo latente; voces exauditæ, vana religione visa objiciente, inpr. in solitudine agrorum et locorum; (ut h. l. et 2, 7. 5, 32. 6, 33.) pisces sub aratro inventi, qui pisces fuere fossiles. (v. ad 42, 2, 3.) *Tertii* generis prodigia petita erant ab animantibus, si raro visæ essent, (ut angues jubati 41, 26. 43, 13. et quadrupedes, etiam lacertæ et serpentes) aut si insolito aut alieno in loco, (v. c. anguis e columna lignea, s. ara, s. foribus templi elabsus, 1, 56. 25, 16. 27, 4. 28, 11. lupi 3, 29. 10, 27. 21, 46. 47. 48. 62, 27. 37. al. apum examina 21, 46. 1. 24, 10. 27, 23. boves 21, 62. 36, 37. corvi 10, 40. 21, 62. 24, 10. 30, 2. vulturius 27, 11. 23.) aut si species insolitæ s. *monstra* essent, (quorum tam frequens fit mentio, ut eorum major olim, quam nunc, multitudo fuisse videri possit, nisi potius, quæ olim superstitio ac metus notavit, hodie transmittit

incuria hominum) aut facta ab natura illorum aliena. (v. c. 27, 23. 30, 2. et 37, 3.) Ex his quædam etiamnum doctorum hominum indagationem exigunt, v. c. bos loquuta, (3, 10. 24, 10. 27, 11. al.) capræ lanatæ, (22, 1.) agnus cum ubere lactenti natus, (27, 4.) gallina in gallum, gallus in gallinam versus, (22, 1.) bos qui peperit equuleum, (23, 31.) et vaccam æneam iniit. (41, 17. Cf. 31, 12. ad Tac. Ann. 14, 12, 3. Phlegon Trall. de Mirab., Fortunius Licetus de monstr. caus. et diff., atque *die Prodigien von J. A. Fr. Steger.*) At hæc quoque, ut reliqua, possunt forte ad certa naturæ eventa et causas revocari, et similibus nostri ævi exemplis confirmari. Cf. inpr. Stegeri liber laud.

2. *ab eodem prodigio*, ob idem prodigium, v. ad 1, 1, 5. Paulo ante *vocem ingentem* sc. dicentem, jubentem, monentem.

3. *ut quandoque idem prodigium nuntiaretur*, (h. e. quando vel quandocumque, quoties: v. ad c. 24. n. 4.) *feriæ*, dies sacri, *per novem dies agerentur*, sive *novemdiale sacrum*. Exempla dabit Index.

4. *pestilentia* et *pestis* h. l., ut ubivis fere ap. Liv., pro lue vel febribus epidemicis, quas Romæ falso pro pestibus proprie sic dictis habitas esse docuit Heyne Opusc. Acad. T. III. p. 108 sq. — *salubriora*, magis valentia et sana.

5. *eum statum rerum requirentes*, desiderantes. *pax veniaque*, v. ad cap. 16. n. 4.

6. *Ipsum regem tradunt volventem commentarios Numæ — Jovi Elicio — conflagrasse*, vid. ad cap. 20. n. 10. et 12. Forte leg. *occulta ac* vel *et solennia sacrificia*, vel delenda vox postrema. Mors Tulli vulgo a ritibus occultis procurandi morbi repetitur: sed quidam tradunt, eum ægrotantem ab Anco Marcio vel factione ejus fuisse occisum, regiamque simul incensam, ut cædes occultaretur. Cf. Dionys. 3, 35.

7. *operatum* (supin. pro, ut operaretur) *his sacris se abdidisse*; nisi leg. *operaturum*, vel certe *operatum* positum pro *operantem*, ut 4, 60 pr. ap. Plin. 26, 2. et Tac. Ann. 3, 43, 3. *Operari*, operam dare s. navare, *sacris*, ut *Musis*, *textis* cet., hinc et deditum esse, v. c. 4, 60 pr. 10, 39 pr. 21, 62. Cf. ad Sil. 2, 70. et Tac. Ann. 2, 14, 3. Duk. et Drak. inf. ad 10, 39, 2.

CAP. 32.)—1. *Patres fuere auctores*, v. ad c. 17. n. 5.

2. *Numæ*, regis religiosissimi, *nepos ex filia Ancus Marcius* et Numæ Marcii Pontificis filius, v. ad c. 20. n. 9. Hinc et ipse sacra rite colenda curabat. — *regnum κατὰ cetera egregium*, ut c. 35. et 37, 7. ubi v. Jac. Gron.

3. *longe antiquissimum*, primum et gravissimum, optimum factu, quod maxime est curæ cordique, ut 3, 10. 6, 40. 7, 31. 9, 31. et πρεσβύτερον ap. Herodot. 5, 63. et Ælian. V. H. 5, 17. De *commentariis regis*, Numæ v. ad c. 20. n. 10.

4. *pontificem* sc. maximum, quæ vox a[l] optimis MSS. abest. Cf. 1, 20. 2, 2. 27. 34 44. 1. al. — *in album relata*, in tabulam al[bam] s. albatam, λεύκωμα) in qua edicta alia[que], quæ populo erant indicanda, scrib[i] solebant et *in publico proponi* s. promulgari.

5. *medium ingenium*, *μέσον*, (ap. Lucian Conviv. c. 43 extr.) moderatum, medium quasi inter duo extrema, inter Romuli e[t] Numæ ingenium. *Medium se gerere* dicitu[r] 2, 27. qui neutri studet parti; *media oratio* quæ nec nobilitati nec plebi favebat, se[d] mediam quasi inibat viam, 10, 15. *medium decretum* 3, 13. quod nec in vincula conji[ci] reum, nec plane dimitti jubebat, *medium consilium* 2, 30. 4, 43. 8, 13. *mediis*, inter tre[s] censentes medium quasi tenentibus, 27, 2[5] 3. *medios nec in alterius favorem inclinatos* 4[0] 20. — *et Numæ et Romuli memor*, eorum ingenio respondens. Cf. 2, 4. 23, 12. e[t] ad 3, 36, 8. — *tentari patientiam*, periculum fieri an se patientem injuriæ præbiturus si[t] *et tentatam contemni*, si experta et felicite[r] tentata sit, i. e. intellegatur ferri injuriam contemni eum, qui tulerit; Ern. Cf. ad 8 4, 3.

6. *jus ab antiqua gente Æquicolis* repetitur *descripsit*. Valerius in Epitome de præno[minibus]. *Ab Æquicolis Sertorem Resium*, q[ui] *primus jus fetiale instituit*. Cf. de eo et d[e] *Fetialibus* sup. ad cap. 24. n. 5. Pro *Æquicolis*, quæ est depravatio Grammaticorum leg. *Æquiculis*. v. Heyne ad Virg. A. 7, 74[7] *Æqui* vel *Æquani*, *Æquiculi* et *Æquiculani* fera gens, ad utramque Anienis ripam exiguum tractum inter Marsos, Pelignos e[t] Sabellos montes inhabitans, a Romani[s] devicta et exstincta; Heyne l. l.

7. *capite velato filo*, vitta, infula, ut ap Tibull. 1, 5, 15. et Fest. *Flamen Dialis dictus quod adsidue filo veletur*. Alia sunt capiti velamenta sacerdotum, (ut 10, 7, 11.) e[t] augurum, (1, 18. 10, 7.) quorum causam tradit Virg. Æn. 3, 403 sq. Mox pro *cujuscumque gentis* in c. Voss. legitur *cujus gentis* et in Pal. *cujusque g*. forsan recte. v. ad c 24. n. 4. Sed mox sequitur *quicumque est* nisi et hoc mutandum. — *audiat Fas*, v ad 8, 5, 4. — *Peragit*, v. ad c. 18. n. 10.

8. *siris* antique pro *sinas*. — *hæc, quicumque* cet. apud quemcumque qui cet — *paucis verbis carminis* (v. ad c. 24. n. 9. *peragit*, dicit. v. ad c. 18. n. 10. — *quos homines et res exposcit*; nisi cum Duk. leg *quæ*. — *tot enim solennes sunt*, vulgares, ve[l] legibus definiti.

9. *majores natu*, Patres, senatum. Cf. a[d] 1, 8, 9. — *Cum his* verbis, quum hæc dixisset, (ἅμα τοῖσδε, al. *simul hæc*) *nuntius Romam redit*. Cf. ad 8, 14, 3.

10. *Quarum rerum*, *litium*, *causarum* (synonyma, ut mox *populi priscorum Latinorum hominesque prisci Latini — fecerunt*, *deliquerun[t]*

[redacted]

— *condit, consenut, consciit* — *bellum indico facioque*, et alia in formulis solennibus, de quo cf. ad 22, 10, 2.) sc. gratia s. causa (nisi leg. *causam*, i. e. controversiam, quasi petitionem; solet enim cum quarto casu hoc verbum poni: sed ego non minus recte arbitror dici *condicere alicui furti* quam *furtum*: quin absolutum primitus illud vocabulum fuit, nec casum proprie rexit; Bauer.) *condixit pater patratus* cet. h. e. de quibus rebus convenere inter se (*condicere* Germ. übereinkommen, verabreden; cf. Gron. Obss. 1, 1.) patres patrati, scil. in fœdere, Tullo regnante icto: nam pater patratus fœdus facit, (ut fetialis clarigat i. e. res repetit indicitque bellum) et Dionys. 3, 37. diserte dicit, Romanos postulasse ex fœdere, ut res redderentur, Latinos vero respondisse, fœdus a se ictum esse cum Tullo, non cum Anco. De *Priscis Latinis* v. ad c. 3. n. 5. *hominibus*, populis; ut 23, 31. *quorum hominum essent* pro, cujus populi cives fuissent. Cf. omnino Gell. 16, 4.

11. *Puro pioque duello* (bello) *quærendas*, (requirendas, *repetendas*) ut *justum piumque bellum* inf. 39, 36. et 42, 23. vid. sup. ad c. 22. n. 5. *Purus* sc. a scelere, ut ἁγνὸς et καθαρὸς, justus et pius.

12. *itaque* (et ita) *consentio, censeo, conscisque*, una, communiter, simul cum aliis, et mox *consensum*, scisco, h. e. decerno, jubeo, censeo, constituo. cf. ad 4, 4, 6. 10, 18 pr. 10, 34, 9. 33, 49. 41, 8. Sed *consciscere* etiam simpl. est sciscere, constituere, ut *facinus* 28, 22. *exsilium* 24, 26 pr. *exsilium ac fugam sibi* 5, 53. 10, 16. 34. ubi hæc etiam eo sensu dicta sunt, quo *mortem* vel *necem sibi consciscere*, h. e. moriendi consilium et capere et exsequi. Sic et plura verba composita pro simpl. obvia, ut *instare* 2, 43, 6. *consequi* 24, 45, 4. et al. Cf. ad 4, 4, 6. et ad Tac. Ann. 6, 27, 1.

13. *quandoque pars major eorum, qui aderant*, (cf. 26, 33 extr.) *in eamdem sententiam ibat* scil. *pedibus*, ut 5, 9 pr. nam, ubi SCtum per discessionem fiebat, jubebantur senatores discedere ad eum locum curiæ, quo iverat sententiæ alicujus pronuntiatæ auctor, ut ita, numeratis capitibus, facile cognosceretur, cuinam sententiæ plurimi faverent; unde *in sententiam alicujus ire pedibus*, vel simpl. *ire, discedere, discessionem facere*, ut contra *in alia omnia* h. e. in contrariam, diversam sententiam, *ire*, (v. Gell. 3, 18. 14, 7. Cic. Verr. 4, 65.) et *contra ire* ap. Tac. Ann. 14, 45 pr. Sic et inf. 2, 27. *in alteram causam*, sententiam, partem, *conlega præceps ierat*, h. e. temere, parum consulto, ut XXI, 18. *præceps legatio*, temere missa. Ibidem in quibusdam libris legitur *præceps erat*, h. e. proclivis, ut 26, 38, 3. et 37, 7. Hinc et (quod jam notavit Gron. ad Gell. 3, 18.) *pedarii* dicti senatores, non, quod multi etiam nunc putant, quotquot pedibus in sententiam discederent, (nam vix erat quisquam senatorum, qui id non sæpius vel semel certe fecisset) sed qui tantum ita pedibus irent, saltem plerumque, sive ipsi fiduciam non haberent dicendi sententiam, sive non rogarentur, ut qui nondum essent a censore in senatum lecti aut in postremis scripti. v. loc. class. Gell. 3, 18. inf. ad 22, 49, 13. et 27, 34, 3.

14. *bellum erat consensu*, bellum decernebatur perinde ac si omnes consensissent. Cf. ad 24, 37, 9. Sed forte e cod. Florent. legendum *consensum* i. e. decretum; ut inf. 8, 6, 3. *consensit senatus bellum*, h. e. consensu s. communi consilio decrevit, (nisi cum Drak. subpleveris *fieri*) et ap. Gell. 15, 26. *consensis quibusdam et concessis*. Cf. Cic. Fin. 2, 35 extr. et inf. 27, 9 extr. ubi duplex loquendi ratio jungitur: *idem socios consensisse ad prodendam urbem*.

15. *hastam ferratam*, ferro præfixam, *aut sanguineam*, non e frutice vel arbore sanguinea fabricatam, sed sanguine infectam, ut injiceretur terror, et significaretur, bellum fore cruentum. Cf. Plin. 18, 18. et Ammian. Marcell. 19, 1.

16. *populus Romanus Quiritium*, ut 8, 9. 41, 16. al. pro: populus Rom., qui idem populus Quiritium, ut *populus Romanus Quirites* pro: populus Rom., qui iidem Quirites. v. Drak. ad h. l. et Gron. Obss. 4, 14. et ad Gell. 1, 12. 10, 24. *Quiritium* nomen *populo Rom.* adjunctum, ex quo Sabini Curibus Romam commigrarint, monet Brisson. de form. 1. p. 61.

17. *ob eam rem ego populusque Rom.* h. e. ego nomine et jussu populi Rom. *bellum indico facioque*, (cf. not. 10.) nisi *indico* referendum ad *ego*, et *facio* ad *populum Rom.* — *emittebat* sc. *manu*.

CAP. 33.)—1. *demandata cura sacrorum*, scil. eorum, quæ ipse solebat curare.

2. *Et quum Sabini Capitolium atque arcem*, (v. ad 1, 55, 6.) *Albani Cœlium montem implessent*, quæ loca erant *circa Palatium, sedem veterum Romanorum*, h. e. eorum, qui Romam condiderant cum Romulo cet. Cf. c. 30 pr. *Palatium* et *Aventinum*, v. ad c. 5. n. 2.

3. *Additi eodem*, in eumdem collem, ut eo 27, 22. *Tellenæ* (s. *Tellene* et *Tellena*) et *Ficana* Latii oppida, prope Ostiam, ut forte et *Politorium*. Cf. Dionys. 3, 37. 38.

4. *Politorium inde rursus bello repetitum, quod vacuum* a civibus s. incolis, Romam traductis, ut antea dictum, *occupaverant Prisci Latini*, de quibus v. ad c. 3. n. 5. Forte delendum τὸ *rursus*, vel leg. *petitum*. Sed cf. 9, 27. et ad 2, 45, 10.

5. *Medullia* a Latinis capta et cruento bello quatuor annorum recepta ab Anco. Cf. Dionys. l. c. Oppidum incerti situs in Sabinis. Verba *varia victoria* forte glossa, verbis *Marte incerto* adscripta. — *præsidioque firmata valido*, v. ad 21, 57, 7. — *castris in aperto positis*, cf. ad 21, 32, 7.

6. *ad*, apud, *Murciæ* sc. ædem; ut, *ad Jovis Statoris* c. 41. *ad Spei* 2, 51. *ad Martis* et *ad Cereris* 10, 23 extr. ἐς Ἀθηναίης sc. νηὸν Hom. Il. 6, 379. Cf. et 2, 7 extr. 3, 48 al. Murciæ sacellum sub Aventino monte, quem *Murcum* s. *Murcium* inde olim dictum perperam, opinor, Festus tradit. Alii putant, eam a monte hoc ita adpellatam, nec diversam esse a *Murcea*, ignaviæ dea, de qua v. Augustin. de civ. dei 4, 16. Sed Plinius 15, 29. s. 36. et Plut. Qu. Rom. T. II. p. 268. docent, Venerem a myrto, arbore ei sacra, primum dictam esse *Myrtiam*, Μυρτίαν, et postea *Murciam*, Μουρκίαν, vel rectius forte *Murtiam*: et *sacellum Murtiæ Veneris* memoratur Varr. L. L. 4, 32.

7. *Janiculum*, collis s. mons altus, trans Tiberim situs. — *ne quando*, aliquando, *ea arx hostium esset*, v. ad 4, 31, 8. et 24, 42, 6. — *Id non muro solum* scil. cingi, *sed etiam ponte conjungi Urbi placuit*: nam scriptores et Græci et Latini sæpe membris duobus unum jungunt verbum, a quo grammatice quidem utrumque pendet membrum, quamquam quoad sententiam plenus verbi significatus ad unum modo referri possit, et ad alterum vel pleni hujus significatus pars quædam, (v. c. 3, 48 pr. et 3, 55, 9. τὸ *dicere* verbi *negare*) vel similis ei atque cognatus intellegendus sit significatus; quod ellipseos s. figuræ genus σύλληψιν et ζεῦγμα aut synezeugmenon adpellant. Cf. ad 22, 12, 8. 24, 5, 7. 38, 21, 5. 40, 9, 2. ad Tac. Ann. 2, 20, 2. d'Orville ad Chariton. p. 398. Brunck. ad Sophocl. Electr. 72, 435. ad Œd. Tyr. 271. ad Aiac. 1035. Burm ad Virg. Æn. 7, 187. 9, 279. Drak. inf. ad 40, 42, 11. Stroth. ad 3, 67 extr. ubi (ut jam ante eum Drak. l. l.) ad verba *Esquilias — captas* intellegit *nemo defendit*: quod tamen verbum τῷ *submovit* parum respondet; nisi hæc durities adfectu loquentis excusanda. Sic et h. l. neque *cingi*, neque aliud verbum satis aptum voci *muro*, τῷ *conjungi Urbi* simile est et cognatum. Forte excidit *cingi* s. *circumdari*, vel cum Schellero legendum *non muniri solum*. Ἐτείχισε δὲ καὶ τὸ καλούμενον Ἰανίκολον, καὶ φρουρὰν ἱκανὴν ἐν αὐτῷ κατέστησεν, Dionys. 3, 45.

8. *ponte sublicio*, qui innitebatur palis s. trabibus et tignis, quæ *sublicæ* dicebantur, vel ex trabibus, sine fulturis ferreisque clavis, sine omni ære aut ferro, compositus erat, ita disposita contignatione, ut eximerentur trabes ac reponerentur, et vel clavum iis addere religioni esset. v. Plin. 36, 15, s. 23. Hinc *roboreum pontem* dixit Ovid. Fast. 5, 622. ξυλίνην et ἱερὰν γεφύραν Plut. Cf. inf. c. 37. et 11, 10. *in Tiberi facto*, alii *in Tiberim*, ut 40, 51. et in Epit. Utrumque ferri potest; Drak. Cf. ad 2, 14, 2.

9. *haud parvum munimentum a planioribus aditu locis*, a parte locorum, quæ planiora sunt et aditu faciliora.

10. *discrimine recte an perperam* *fuso*, (ut contra *salvo* inf. 5, 40, nondum exacte discernerentur mala facinora, non satis intel utrum quid recte an perperam fac

11. *carcer imminens foro ædificatur* auctus deinde in loco inferiore Tullio firmissima illa parte, (*ea* dicta est *robur Tullianum*, quis parietibus, olim certe cincta e qua exspirabant malefici illuc p Cf. ad 29, 22, 44. 34, 44. extr. 38 Sallust. b. Cat. 55. ubi v. Cort. Tac. Ann. 4, 29. Hic carcer d unicus fuit, (v. Juvenal. 3, 31 plures exstructi, e quibus lapide tur *lautumiæ*. Præerant iis trium tales, (cf. 39, 17.) et custodes illo primum servi publici, deinde u lites. Romæ autem non lib custodiæ, (*Staatsgefängnisse*) nec ali publici, quam in quibus servaba fici, donec subplicium de iis s Rei honoratiores, in perpetua custodia, municipiis per Italiam tur, (v. Sallust. Cat. 50. 43. et Ve vel *privatis carceribus* in singulis pa ædibus. v. inf. 6, 36 extr. et ad Ta

12. *Silva Mæsia Veientibus a* Dionys. 3, 41. — *in ore* s. ostio T *condita*, vetus, a situ sic dicta, col et postea velut emporium Romæ Cf. Dionys. 3, 44. et Plin. 4. 5. adversus Etruscorum latrocinia tores in Tiberi infestantium, *muniit* et *Ostium condidit*: (v. Dio quæ arguunt artes mercatorias E adversus vicinos libertatem comn sibi vindicantes:" Heyne Opusc 5. p. 416. A *salinis circa factis* n cepit *via salaria*, quæ in Sabino vel, ut Festus dicit, a sale, quod Sabini deferebant a mari. Cf. 15, 6. Adleri Beschreib. d. Stad 6. p. 59. et inf. ad 2, 9. n. 4. Mo vulg. *ædes*, ut 2, 21. 4, 25. 6, 5 al

CAP. 34.)—1. *Lucumo* etiam r corum dici solebat. v. ad c. 8. n *quinii* Etruriæ opp. Cf. Dionys. 3,

2. *Damarati* (Dorica forma pr ut *Nicodamus* 38, 5. *Damoteles* 38, *rata* 24, 22. *Democritus* 31, 3 *Archidamus* 32, 4. *Damiurgos* MS. 22. *Nasos* 25, 24. Drak.) *Corinthii* Bacchiadarum gente oriundi, q chio vel Bacchide originem d propter opes, mercatura potissin sitas, summam regiamque Corint bat potestatem, sed ob luxuria fectatam dominationem a Cypse expellebatur. v. Pausan. 2, 4. Herodot. 5, 3 sq. 93 sq. Ælian. V et Schol. Apollon. 4, 1212. — *que Aruns*, quidam MSS *Lucumo*,

[redacted]

Aruns, ut et 2, 6. 14. Ἀῤῥοῦντα et Λοκόμωνα in cod Vat. Dionys. 3. p. 184. in ceteris Ἀρωντα et Λυκόμωνα. — *inmemor in testando nepotis decessisset*; hoc ad antiquitatem et jus testamentorum pertinet: sed quod de nepote ab avo præterito dicit, de eo postea jure Rom. aliter constitutum est; Duk.

3. *sortem bonorum*, partem, spem. — *Egerio inditum nomen*, quem alii fratrem Tarquinii, non fratris filium edunt, et Livius patrem Tarquinii Collatini. Is Aruns s. Egerius *Collatiæ* urbi Sabinis ademtæ præfectus inde *Collatinus* est dictus, et hoc nomen ad posteros propagavit. Cf. c. 38, 57. et Dionys. 3, 50. *in nullam sortem bonorum*, partem hereditatis.

4. *Tanaquil*, seu Caia Cæcilia, *quæ haud facile* ob superbiam *sineret*, pateretur, *ea*, *in quæ innupsisset*, *humiliora* esse *iis*, *in quibus nata erat*, h. e. gentem, domum, in quam matrimonio reciperetur, humiliorem esse nobilissimo, quo nata erat, genere. Cf. ad 4, 4, 4.

5. *Roma est ad id* perficiendum s. consequendum (vel propter, ob id, πρὸς τοῦτο, ideo, ut 2, 3 extr. 23, 18. 37, 27. *ad hoc*, ob hoc, 28, 39. 45, 39. *ad ludibrium*, ludibrii causa, 36, 14.) *potissimum visa*, lecta (*auserseben*) vel petita. Sic fere *magnam gloriam*, vel *nihil præter publicum commodum videre*, h. e. spectare, sequi, adpetere 2, 12. 3, 68. 28, 17, 2. *decus spectare* 7, 32 extr. *Asiam et Antiochum spectare* 37, 6, 2. δόξας ὁρᾶσιν ap. Lucian. in Hermot. Quidam emendant *potissima*, vel *aptissima*, vel *lecta*. Vulgatum defendi posse putat Bauer. vel poëtarum more, quem minime adspernetur Noster, vel ut intellegamus apta, adcommodata.

6. *ubi omnis repentina nobilitas sit*, h. e. recens orta, nova quasi et sine imaginibus.

7 *Ancum Sabina matre ortum*; forte leg. *Sabino patre* cum Periz. Anim. hist. c. 3. ubi docet, matrem ejus, Numæ filiam, Romæ natam adeoque Romanam fuisse. Cf. ad c. 20. n. 9. Contra Periz. hæc disputavit Duker. "Non video, cur Anci pater omnino Sabinus dici debeat, quem Livius a Numa pontificem, Tacitus a Tullo præfectum Urbi factum, et Plut. in fine Numæ patre quidem Sabino, sed cum Numa Romam profecto et ab eo in senatum adlecto, natum scribunt. Nec patrem Anci in Sabinis natum fuisse et cum patre suo Romam venisse, ullo certo argumento ostendi potest. Quod autem nonnulli tradiderunt, Anci matrem non fuisse Sabinam, sed Romanam, quam Numa ex uxore Romæ ducta subceperit, id non tantam vim habet in re, quam in controversia positam fuisse Plut. tradit, ut adfirmari possit, eam *haud dubie Romæ natam* fuisse. Si verum est, quod proditum Plut. scribit, Ancum, Numa moriente, quinquennem puerum fuisse, ratio temporum non repugnat, quo minus Numæ filia, in Sabinis nata, XXXVII anno regni illius Ancum parere potuerit."

8. *nobilem una imagine Numæ esse*, h. e. Numam primum fuisse majorem ejus, qui magistratum gesserit curulem et hinc jus imaginis suæ cera exprimendæ et ad memoriam posteritatemque prodendæ habuerit. Nam *imagines* erant signa nobilitatis, et jus illud dabant magistratus curules. Quos si quis primus gesserat e familia sua, dicebatur *homo novus* (cf. 4, 48. ubi *homines novi* obponuntur *principibus*, sed forte ii sunt, qui ex tribunis pl. primi hunc magistratum gessere, et hinc mox *conlegis principibus* obponuntur, Drak. ad 4. 54, 6. Corte et Wasse ad Sallust. Cat. (23. si nec ipse nec majorum aliquis, *ignobilis*, si aliquis majorum, *nobilis*, et si unus tantum (ut h. l. avus, Numa) *nobilis una imagine*, si plures, *nobilis multis imaginibus*. Utrum vero jus imaginum jam illis temporibus in usu fuerit, non constat. Livius forte nobilitatem generis more loquendi, sua ætate recepto, expressit.

9. *Facile* ei s. viro (quæ etiam vox in quibusdam libris legitur) *persuadet*, *ut cupido honorum*, quippe qui cupidus honorum esset, scil. ut Romam commigrent.

10. *suspensis alis*, extentis et *leniter* agitatis, (*schwebend*) sine strepitu aut clangore; ut *suspensus gradus* s. *pes* tacite incedentis et leniter vel vix terram tangentis. Poëtice loquitur Livius, ut passim. Mox *ministerio* pro: ad ministerium.

11. *Adcepisse id augurium*, v. ad c. 20. n. 11. *Excelsa et alta* junguntur etiam Cic. Tusc. 2, 4. ut passim alia synonyma. *Excelsa ex alite* coni. Scheller in Obss.

12. *eam alitem*, cui imperium quasi in aves esset, *ea regione cœli*, sub qua sita esset Roma, *et ejus Dei nuntium*, Jovis, regis deorum hominumque, cui sacra est et armigera. — *circa summum culmen hominis*, caput, quod *ominis* tantum causa ita *hic* dicitur, unde portendatur honoris *culmen*, fastigium regale; Bauer.

13. *levasse*, abstulisse, *decus humano capiti superpositum*, pileum, quo non nisi capita hominum tegerentur, et non servorum, sed ingenuorum libertinorumque, *ut divinitus eidem redderet*, ut eo reddito ostenderet, se a Deo missam esse; nam alioquin abstulisset forte, non vero reddidisset, et multo minus, ut supra dictum est, *capiti apte repsuisset*. Pileus ille Cic. Leg. 1, 1. *apex* vocatur, qui proprie erat pileus sutilis, (acuminatus in summa parte, et in medio virga eminente vel laneo filo ornatus) et forsan regum quoque insigne, ut Pontificis Max. et Flaminum vel Flaminis tantum Dialis; unde *apicem dialem inponere alicui* inf. 6, 41. pro: eum flaminem dialem prodere vel creare. Cf. Ruben. Elect. 2, 25. Hinc forte *decus* h. l. dicitur. *humana manu superpositum* conii. Stroth.

14. *L. Tarquinium Priscum edidere nomen*, Romana dedere nomina *Lucumoni Tarquiniis* nato. *Priscum* cognomen vel addidere librarii, vel Livius ipse per πρόληψιν; nam regnante demum Tarquinio Superbo vel post eum hic Tarquinius adpellatus est *Priscus*, h. e. prior s. primus, (quemadmodum Belus ὁ ἀρχαῖος dictus, i. e. primus; Bauer.) ut ab illo rege discerneretur. Sic et *Rostra* 4, 17. de quorum origine v. 8, 14. Cf. ad 1, 10, 3. 3, 51, 3. 14, 54, 7.

15. *notitiamque eam* — *liberaliter*, non serviliter, — *in fam. amicitiæ adduxerat jura*, ex notitia fecerat amicitiam: sed forte leg. (quod quidam libri exhibent) *notitiaque eum* — *jura*; Ern. et Bauer. — *bello domique* al. *belli d.*, ut c. 34 et *domi militiæque* c. 35.

CAP. 35.)—1. *sub tempus* eorum s. id. scil. comitiorum, tempore eorum instante. Cf. ad 2, 55, 1. Suspicari possis *sub tempus id* Sed similiter dici *ad tempus* 3, 46, 64. 28, 42. 43. al. et *post tempus*, monet Drak. ad 3, 64, 4. — *quum* sc. diceret, ut c. 48 pr. et al. Ita Duker et Bauer. At Stroth. putabat, paulo post *et Tatium* positum esse pro *tum Tatium*, (ut *quum studiose ac libenter* ap. Cic. ad Div. 15, 11. vel *et*, *tum* inf. cap. 40. n. 5. *tum* — *et* 21, 36 extr. 28, 15 pr. et Gr. μὲν et δὲ pro μὲν et καὶ: sed Bauer id alienum esse monet ab h. l., ubi non *distributio* sit, sed comprobatio et *documentum* prioris per ipsa *exempla*) vel τὸ *quum* h. l. infinitivo jungi, ut 2, 27 pr. 3, 37. 4, 51. 6, 27. et ἐπεὶ ap. Herodot. 2, 32. ubi v. Wessel. Cf. ad 5, 15, 6.

2. *sui potens*, ut: (homo) *sui juris*. — *sub haud pœnitendo*, spernendo, *magistro*, bono, optimo, idoneo. v. ad 2, 54, 16.

3. *Patres minorum gentium*, ex gentibus minus nobilibus lecti, (*vom zweyten Range*) unde et *Dii minorum gentium*. Cf. ad Tac. Ann. 11, 25, 4. — *factio haud dubia regis*, haud dubiæ fidei erga regem, cui confidere poterat.

4. *oppidum Apiolas*, cf. Plin. 3, 5, 9. Strab. 5. p. 231. Dionys. 3. p. 186. — *quam quanta belli fama fuerat*, gloria hoc bello parta: vel, quam speraverat, quum bellum parvi esset momenti, vel esse putasset.

5. *Circus maximus*, in valle Murcia, inter Aventinum et Palatinum montes situs, qui stadia tria cum dimidio longus, unumque latus erat, et loca 150,000, sed, ut alii dicunt, 485,000 capiebat. *Loca divisa Patribus Equitibusque*, saltem singulis curiis, circo in XXX partes diviso, si fides habenda Dionys. 3, 68. Liberæ reip. temporibus Patres Equitesque separatim quidem nec immixti plebi, sed promiscue h. e. locis incertis et quæ fors tulerat, spectabant. Loca deinde certa illis adsignavit Claudius, bis Nero v. Lips. ad Tac. Ann. 15, 23, et Ern. ad Suet. Claud. 21 et Ner. 11. Ceterum *Circi* erant ædificia publica, in oblongæ, et ab altera parte rotu
altera rectæ formæ, in quibus lu
bantur varii, cursus, certamina g
ludus Troiæ, venatio, naumachia
equestris et pedestris.

6. *spectacula sibi quisque faceret*,
sedilia, s. loca, unde spectatur,
spectatores sunt f. sedent, *Lagen*,
fori adpellati, cf. ad 1, 56, 1. 29, 3
1, 5. *Furcæ* pali, figuram *V* vel
rentes; *furculi* 38, 7, 5. *Ludicru*
cap. 5. n. 3, Sedilia, quæ pri
quisque faciebat, a Tarquinio Super
lignea et permanentia, (v. cap. 56.
deinde lateritia, tandemque m
triplici porticuum ordine sustentat

7. *Romani Magnique ludi*, v. ad
et 2, 36, 1.

8. *tabernæ factæ*, v. ad 3, 27, 3.

CAP. 36.)—1. *Muro lapideo*, ex
lapide constructo: nam muro U
antea erat cincta.

2. *Ramnes*, (al. *Ramnenses*) *Titie*
ceres, v. ad c. 13. n. 8. — *Attus*
quibusdam MSS. *Acius*, *Atius*, *Act*
Accius, et *Nevius*, *Narvus*, ap.
Ναῖος Ἄττιος Cf. Intpp. Valer. M
1. Plin. 15, 18, 20. 34, 5, 11. Cic
1, 17. *Attus* esse pronomen Sab
23. et *Nuvius* legi in numo, sed p
ab Harduino ad Plin. l. l. expon
Drak.

3. *nisi aves addixissent* hoc fieri
sent, ut mox: *ubi aves non admisiss*
sensu 31, 5 dicitur *precutionem*
deos, h. e. exaudivisse, ab effectu.
Sil. 4, 636. Utrumque etiam ver
gitur c. 55. Cf. 22, 42. et 27, 16.

4, *eludens artem*, inludens, inri
c. 48. et 2, 45. 7, 13. 9, 2. 6. 25,
22, 7. |Fabulam ipsam inlusit ja
Div. 1, 17. *divine tu* vir, vates. —
rare h. l. per augurium divinare,
verius sit, at c. 6. augurium cape
20. augurio eligere locum rei
Drak.

5. *in augurio rem expertus*, quum
set. Forte del *in*. cf. Flor. 1, 5.
(h. e. actu inaugurandi, vel pro si
gurio, ut paulo ante *inaugura* pr
ex vet. ed. leg. Doujat. et Scheller

6. *Statua Attii fuit ante Curiam*,
conflagravit Curia incensa P. Clod
Plin. 34, 5, 11. — *Comitium* locu
Romano, prope rostra, ex quo
curiam erat. Dictus a *coëundo*, (V
4, 32.) quod ibi comitia curiata
nesque, habebantur, et primum
deinde prætores jus dicebant. v
Beschreib. d. St. Rom. p. 241. Ib
gati excipiebantur, ut 45, 20, 4.

7. *concilia populi*, comitia mino
ata et tributa, *exercitus vocati*, comi
ima s. centuriata. Sic et 39, 15.

[redacted]

vestri, ne vos quidem, nisi quum aut vexillo in arce posito comitiorum causa exercitus eductus esset, aut plebi concilium tribuni edixissent, aut aliquis magistratus ad concionem vocasset, forte temere coire voluerunt. v. inf. ad c. 43. n. 16. et c. 44. n. 3. Gell. 13, 15. et 15, 27. ubi Lælius *is*, dicit, *qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium edicere debet.* Populus autem universus dicebatur *exercitus urbanus*, quod distributio populi in classes et centurias (non in curias et tribus) proprie spectabat rem militarem et exercitus ex iis scribendos, (unde et cuique classi certa arma adsignata) quodque initio comitiorum centuriatorum bona centuriarum populique pars, dum ceteri in subfragiis ferendis erant occupati in campo Martio, cum armis in Janiculo s. arce excubabant præsidii causa adversus subitam hostium vim, quæ ingruere forte posset. Hinc *imperare exercitum* est id. qd. *vocare Quirites inlicium* h. e. ad comitia centuriata, ut contra *remittere exercitum* solutis comitiis. Cf. Gell. 13, 15. 15, 27 extr. Varr. L. L. 5, 9 extr. inpr. Dio Cass. lib. 37. p. 47. ed. Steph. et 47, 42. Gron. Obss. 1, 1. Gruch. de com. 1, 3. 4.

8. *summa rerum*, summæ s. maximæ res, aut deliberandæ, aut perficiendæ. Cf. ad 3, 5. n. 6. *dirimerentur*, tollerentur differrenturque in aliud tempus. Cf. ad 8, 23, 13.

9. *numero* autem capitum s. equitum, non centuriarum, *alterum* numerum *tantum*, quantus prior fuit, *adjecit*, ut *alterum tantum* 8, 8. 10, 46. 45, 10. — *MDCCC equites*, non MCCC. ut in aliis libris legitur: nam tres centuriæ, quælibet C equitum, conscriptæ a Romulo; totidem deinde adjecti equites e Sabinis, totidemque ex Albanis a Tullo, ut sic nongenti essent *in tribus centuriis*, quarum numerus non auctus est. Cf. c. 43. Gron. Obss. 3, 25. et Drak. ad. h. l. — *qui additi erant*, dicebantur *Posteriores* s. Secundi *Ramnes, posteriores Titienses, posteriores Luceres* — *nunc quia geminatæ sunt*, a Servio duæ factæ ex quavis una. v. ad c. 43. n. 17.

CAP. 37.)—1. *ligna pleraque in ratibus* advecta secundo flumine, non singula et dispersa, *hærebant inpacta sublicis*, quas non facile ita permeare poterant. Sed forte cum Gron. leg. *pleraque ratibus inpacta subliciisque* cet. Σκάφας ποταμηγοὺς καὶ σχεδίας ξύλων ξηρῶν καὶ φρυγάνων γεμούσας, ἔτι τε θείου τε καὶ πίσσης παρασκευασάμενος. ἔπειτα πῦρ ἐνεῖναι ταῖς ὕλαις ἐκέλευσε—αἳ ἐμπίπτουσι τῇ γεφύρᾳ, καὶ ἀνάπτουσιν αὐτὴν πολλαχόθεν, Dionys. 3, 56. *pontem subcendunt* in multis libris; forte aptius.

2. *fluitantia arma*, baltei, pila, clypei, aliaque e ligno corieve facta, (v. Heyne ad Virg. A. 1, 118.) *insignem*, notam, *victoriam fecere*, eam significarunt. Paulo ante Gron. non male emend. *Sabinis, et fusis eadem* cet. — *in fugam averterent*, v. ad 3, 63, 1.

3. *Montes pauci tenuēre*, ad eos pervenere. Cf. ad c. 1. n. 8. Forte leg. *at* vel *sed pauci*.

4. *tumultuario milite*, militibus raptim conlectis, non delectu conscriptis, (ut 35, 2. 23. 40, 26. al.) unde et *subitarii* dicuntur 3, 30. 31, 2. 40, 26. 41, 18. al. ac *repentini* 41, 1. et 10 Cf. ad 3, 4, 5. 41, 10, 1. et 2, 26, 1. Sic et *tumultuaria castra* raptim communita 28, 16. *tumultuarium opus* de muro raptim restituto 42, 63. *tumultuaria prœlia* cum *tumultu*, repentino impetu et perturbatione, facta, 27, 42. 35, 4. Cf. ad 10, 14, 6. et 21, 16, 5.

CAP. 38.—1. *Egerius, fratris hic filius regis* cet. Cf. c. 34. et ibi n. 3. Paulo ante legendum videtur *quidquid circa*, vel, quod in multis libris exstat, *citra agri erat.*

2. *ad universæ rei dimicationem*, h. e. de universa vel summa re, (*zur entscheidenden Schlacht*) ut 7, 11 pr. *ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit*, 32, 5 pr. *in universum* (forte *universi*; sed *universum* quoque recte dictum, vel proprie, vel pro *universi*; v. ad 1, 1, 6.) *eventum belli*, 22, 12. *neque universo periculo summa rerum committebatur*, (ut Nos: *er setzte nicht in einem entscheidenden Treffen die ganze Macht des Staats aufs Spiel*, Str.) 22, 12. *fortunæ se committere*, 22, 32. *in casum* (fortunam, fortuitum eventum, ut passim *casus*) *universæ dimicationis venire*, 6, 22. et 25, 39. 33, 8. *periculum summæ rerum facere*, ap. Cic. ad Div. 10, 24. *summam remp. in discrimen deducere*. Cf. ad 3, 5, 6. et 6, 17, 1. Alii exponunt: ad dimicationem omnium utriusque populi copiarum; ut *universa victoria, requies, pugna* 4, 27. 10, 5. 27, 12. h. e. universorum, quæ ad omnes pertinet.

3. *circumferendo arma*, v. ad 9, 41, 3.— — *Ficulea*, (al. *Ficulnea*) unde *Ficulensis* 3, 32. — *aut qui*, aut de iis, qui *defecerant*.

4. *quanta mole gesserat bella*, h. e. adparatu, vel vi ac periculo, vel studio, certamine, contentione. *Moles* dicitur quælibet res gravis, vel magnitudo, difficultas, et multitudo rerum, laborum, periculorum, curarum, vel res talia parans s. gignens. Cf. 2, 16 pr. 4, 54, 2. 5, 12, 6. 6, 2 extr. 14 pr. 19 pr. 8, 13. 25, 11, 9. Nullam autem mentionem Livius facit belli gravissimi et a Tarquinio per IX annos cum Etruscis gesti: quod quomodo excusari possit vix adsequor. v. Dionys. 3, 60. 61. qui tradit, eum victis nec præsidia inposuisse nec tributa, et ab iisdem regum insignia adscivisse. Cf. ad c. 8. n. 2.

5. *muro lapideo* cet. Cf. c. 36 pr.

6. *cloacis*, operum maximo, judice Plin. 36, 15. quarum tamen, ut et circi maximi Capitoliique non nisi fundamenta jecisse censendus est Tarquinius. Cf. Dionys. 3, 67. et inf. ad c. 56. n. 1. *cloacis fastigio ductis* (h. e. per proclive, *herabwärts*) quidam libri prob. Gron. Sic *inferior submisso fastigio*

(loco declivi) *planities* 27, 18. *per proclive, sumto fastigio* 44, 5. *declivis locus tenui fastigio vergebat* ap. Cæs. B. C. 1, 45.

7. *aream ad ædem in Capitolio Jovis* cet. cf. Plin. 35, 12. s. 45.

CAP. 39.)—1. *Servio caput arsisse*, v. ad 1, 31, 1. et 25, 39, 9.

2. *excitos reges*, regem cum ejus uxore et liberis, vel tota stirpe; regium genus familiamque, ut 2, 2. 3. 8. 27, 4. 29, 30. 45, 43 extr. cf. Drak. ad 2, 2, 11. Sic et *reguli* dicuntur regum filii 42, 24 extr. 45, 14 pr. ut Gr. βασιλεῖς. v. Intpp. Eurip. Hec. 552. et Ern. ad Tac. Hist. 2, 25. — *quidam familiarium*, servorum, οἰκετῶν. — *donec sua sponte experrectus esset*: "experrectum igitur licebat moveri? Nugæ vero! Sentis, opinor, uti nos h. l. posse ad defendendam significationem, quam intpp. tribuant Gr. ἕως οὗ Matth. 1, 25. et quam habet *donec* ap. Hor. Od. 3, 5, 45. ubi non post illud *donec* admisisse conjugem natosque intellegi potest Regulus, ut qui multo tum magis esset *capitis minor*, quum senatus captivos non censuisset redimendos." Bauer.

3. *Scire licet* et augurari ex isto prodigio, scil. ex *flamma*, eum *lumen* futurum. Sic et inde una voce dicitur *scilicet*, quod frustra h. l. reponi malebat Drak. — *hunc lumen*: malim *hoc*, more Latino et ipsius Livii; Bauer. Cf. ad 21, 10, 14. *Lumen* est auxilium, tutela, præsidium, vel salus, ut φῶς s. φόως pro σωτηρία ap. Hom. Il. 6, 6. 8, 282 al. *Lumen* s. *lux* dicitur quidquid in quaque re est præcipuum, s. pulcrum clarumque, et hinc vel ornamentum, vel præsidium. Cf. ad 7, 30, 8. *lumen rebus nostris dubiis*, periculosis et adversis, *futurum*; cf. 2, 50 extr.

4. *materiem*, causam, fontem et occasionem, (cf. ad 6, 22, 2. 26, 35, 2. 26, 40, 6.) *ingentis decoris publice privatimque* nobis *parandi*: vel *materies* h. l. ut c. 46. indoles dotesque naturales, (*Anlage, Stoff*) quæ disciplina elaborantur tamquam materies. v. Burm. ad Ovid. Her. 4, 86. et Ernesti clav. Cic.

5. *Inde puerum* — *cœptum haberi* scil. *ferunt*, unde omnia pendent ab initio cap.

6. *ingenia ad magnæ fortunæ*, principum virorum, *cultum*, vitæ rationem scil. elegantiorem, *excitantur*, formantur. v. ad 7, 2, 4. Ad comparandam et tuendam magnam fortunam, Doer. *culmen* ex uno MS. vel *gustum* reponi volebat Scheller.

7. *Juvenis vere regiæ indolis*, et pace et bello egregius. v. Dionys. 4, 3. — *ulla arte* Scheller. coni. *ulla parte* vel *ratione*. — *filiamque*, τὸ *que* pro itaque, ergo; Bauer. Cf. ad 37, 60, 1. et 45, 6, 1.

8. *Ser. Tullii*, in *Corniculi*, opp. Latii, expugnatione *occisi uxorem* Ocrisiam. Cf. Dionys. 4, 1. 2. (et oratio Claudii Imp. æri incisa, et typis expressa ad Tac. Ann. 11, 24, 1. Ὀκρήσεια dicitur Pl ap. Gruter Inscr. p. 994. sed 'C nys. et Plin. 36, 8.) *Servium* v inde dictum quod vel *parvus* *servatus* sit ex patriæ interitu. ejus v. ad 4, 3, 10.

9. *ob unicam nobilitatem*, v. ad — *prohibitam ferunt servitio*, v. ad 10. *inter mulieres*, reginam Servii. — *eductum* id. qd. *ed* 21, 43, 11. 27, 19, 3. al.

CAP. 40.)—1. *non modo*, *sed* quod passim omittitur, ut et *etiam*. v. ad 3, 71, 4. Mox *non* *civicæ*, *sed ne quidem* cet. ut 2, 2 extr. 4, 3. 5, 38. 6, 34. 9, 6, 4. 2 24, 40. 25, 26. al. Nam plena obcurrit, ut 9, 6, 4. et ut *non s* 2 pr. al. 35, 46. et hinc forte Quin et negatio abest a membr ut 3, 6. *non modo*, *sed vix*; Ern. 40. et Drak. ad 25, 26. Similit *non solùm* — *sed ne quidem*; 22, *nium modo*, sed *et Campanum*, 10, 4. 39, 28 pr. *non* modo, *sed* etiam *præda* tantum, *sed armati quoqu* *quantum a mari recessisset*, tanto *fore* et similes ellipses. Cf. ad 45, 12. 7, 19, 3. 32, 5, 1.

2. *tamen inpensius* e duobus M pro vulg. *tum*. Præstiterit e ante: *se* — *fraude pulsis*, *regn* Comparant similia loca Diodo 653. 658.

3. *regnum præceps ad servitia c* Præf. n. 12. et ad 3, 15, 8.

4. *post centesimum fere annum*, a. V. c. 176. *post ducentesimum* putans designari initium reg non ejus excessum, quia Serv anno nondum in regiam Tarq videatur. Nota Drak. est: " paulo plures annos, quam cent pore a morte Romuli elapsos es id. qd. circiter, et indicat non m temporis paulo minus, sed et p quam illud, quod memoratum Intpp. Gell. 4, 3. Et sane a m effluxerant jam anni admodum insignior erat injuria, quam nomini Romano inferre voleb vius videretur spatium, intra cuj tantopere regia majestas Rom evilnerat, ut regnum, quod Ro prognatus, Deus ipse, tenuerat tur in servum, serva natum igitur Anci Marcii liberi num minori utuntur."

5. *Sed et injuriæ dolor* — *et* cet. h. e. et metus ne *gravior ultor* *rus esset* — *tum*, et, (v. ad cap. præterea, insuper, quia *Servi* Nodum in scirpo quæsivere in quod τὸ *quia* damnes suaden

[redacted]

Drak. et Bauero. *Privati* obponuntur vel regibus, vel magistratibus et iis, qui cum imperio sunt, (v. ad 2, 56, 14.) adeoque et triumphantibus 38, 50. vel denique pontificibus flaminibusque 5, 52. scil. qui gentilicia sacra, iis, qui publica curant. Flaminius, etsi consul designatus, inf. 21, 63. *privatus* dicitur, quia ante initum magistratum et inauspicato in provinciam abierat. Cf. ad 38, 50, 2.

6. *quemcumque alium generum delegisset* sc. Tarquinius. Cur vero *generum*, quum præter duas filias etiam totidem haberet filios, Lucium et Aruntem? v. cap. 46. et Dionys. 4, 1. Sed hi potius fuere ejus ex filio nepotes, (v. Dionys. 4, 4. inpr. 6. et 7. ubi præter alia monet, Lucium, si filius fuisset ejus, ætatis fere anno LXVII. Servium socerum occidisse) certe tum adhuc infantes, qui illis temporibus nondum regnare vel *regni heredes* institui solebant.

7. *agrestibus ferramentis*, ut a. *telis* 9, 36, 7. h. e. securibus: unde mox *alter elatam securim in caput dejecit.* "Jungenda *ferramentis convertunt*, et nomen pro verbo positum, *specie rixæ* pro *in speciem rixantes:* nam ut illa bene junxeris *specie rixæ convertunt*, i. e. rixa ficta, non tamen congruunt illa *tumultuosissime convertunt:* nisi forte leg. *tumultuosissime*, quod haud satis ipse mihi probo;" Bauer. Sed ita duriter dictum *tumultuosissime specie rixæ*, et potius *specie rixæ convertunt* jungenda videntur; legendum autem, ni fallor, *quam potuere* (i. e. quantum potuere esse) *tumultuosissimi* (ut *vino, quam possit, excellenti* ap. Plin. 20, 24. et similia) cum *ferramentis, quibus uti uterque consueti erant*, vel quibus adsueti erant.

8. *quum ambo regem adpellarent* auxilii causa, ad eum provocarent. Nam ipsi reges ea ætate causas cognoscere solebant et jus dicere. Mox voces *ad regem* tum ad *vocati*, tum ad *pergunt* spectant.

9. *jussi in vicem dicere*, quisque sua vice, suo loco, h. e. alter post alterum. Mox *se totus averteret* scil. ab altero. v. ad 3, 63, 1. *Telum* pro *securi.* v. ad 3, 50, 1.

CAP. 41.)—1. *Clamor inde* sc. oritur, ut passim post *inde* vel *hinc.* — *populi* nom. collect. unde *mirantium*; ut *quisque* c. 59. 2, 6. et 22. (ubi cf. Drak.) 3, 56. 6, 3. 24, 1. 25, 12. *senatus* 2, 9, 3. *plebes* 3, 38, 9. 24, 2, 6. *multitudo* 24, 3. *hostis* pro *hostes* 25, 21, 5. *cuneus* 25, 31. *cohortem pollicentes* 24, 1, 3. *pars eunt, pars cæsi* cet. cap. 53. 6, 24 extr. et al. *omnis ætas currere obvii*, h. e. omnis ætatis homines 27, 51 pr. *omni effusa civitate obviam et precantibus* 29, 14 extr. Cf. ad 3, 47, 1. 22, 4, 2. 29, 12, 3. ad Sil. 5, 495. Sic et 22, 7, 6. *alius ab alio inpleti rumoribus domos referunt* nuntium suis.

2. *arbitros*, rei testes, (qui ei interfuerant et testari poterant, eam factam esse, vel quomodo esset facta; v. ad 6, 33, 3.) *ejecit*, vel rectius forte *ejicit*, ut vulgo legitur. *simul* — *simul*, v. ad c. 9. n. 2.

3. *tamquam spes subesset*, adesset. *Subesset* pro *subsit*, quoniam *comparat* dictum pro *comparabat.* Ita 2, 37. *præcones dimittuntur, qui juberent*, 5, 27. *legati, qui dederent Faleriös, proficiscuntur*, al. Cf. ad Tac. Ann. 1, 39, 9. et 6, 33, 2.

4. *Erige te* et animum tuum, scil. ad magnas spes magnosque conatus. — *expergiscere*, ut antea physice, e somno, *sic nunc vere*, quasi moraliter, animo, remota omni cunctatione et ignavia, ingeniique vigore elucente. Cf. Burm. ad Valer. Fl. 4, 663. et Wasse ad Sallust. Cat. 21. ubi verba hic ita exponit: olim te dormientem, igne cœlesti circumdatum, excitari nefas erat, (v. cap. 39.) at nunc tandem *expergiscere vere*, tuto, auctoribus diis, non e somno, sed ad regnum et gloriam. Baueri nota est: "Magna vis est in illo *vere:* respicit enim ad illud tempus, quo post flammam circumfusam expergefactus est Servius: quæ tunc illum flamma non excitaverat, ea jam excitari jubetur. Nempe illa imago (typus) et præsagium fuerat flamma corporea *moralis*, animi nunc ardoris et conatus." *Nunc expergiscere. Quid verere?* conj. Lips. et Fr. Sanctius, non inprob. Duk.

5. *Si tua consilia torpent*, tarda sunt vel cunctabunda et dubia, in *re subita*, inopinata, in qua subito capienda sunt consilia. Cf. ad 4, 27, 1.

6. *ad Jovis Statoris*, v. ad c. 33. n. 6.— — *sopitum fuisse* propr. alto somno obpressum, et hinc privatum sensu animique deliquio obpressum. Hinc *sopita quies* 9, 37. somnus altus et gravis, propr. sensu carens aut privatus, ut *sopitus humerus* 42, 15. et *sopitum vulnere ac nihil sentientem* regem 42, 16. Cf. 8, 6, 1. et Gron. Obss. 4, 8. p. 120.

7. *omnia salubria esse*, salva esse, bene se habere, spem facere restituendæ sanitatis.

8. *Servius cum trabea et lictoribus prodit*, Voss. 2. *procedit;* non male. cf. ad Juvenal. 1, 39. et ad Sil. 6, 444. Sed vulgata lectio non damnanda. *Trabea* toga alba, latis clavis ornata et trabibus purpuræ intextis, habitus regum, et deinde consulum, augurum et equitum, sed horum in solennibus tantum pompis. *Τηβέννας ἐμπεπορπήμενοι περιπορφύρους φοινικοπαρύφους, ἃς καλοῦσι τραβέας* Dionys. 2, 70. et 3, 61. *χιτῶνά τε πορφυροῦν χρυσόσημον καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον ἡμικύκλιον.*

9. *per speciem*, v. ad 2, 32. n. 2.

10. *Tum demum palam facto*, quum palam factum esset, scil. exspirasse Tarquinium. Al. *palam facta* (morte) *ex comploratione* (v. ad 3, 38, 3.) cet. Sed difficiliori lectioni favent codices, et frequens usus absolutorum partic. neutr. gen. v. c. *palam facto* 22, 55. *permisso* 6, 25. *edicto* 10, 36. *comperto* 31, 39. 33, 5. *cognito* 33, 41. *nuntiato* 25, 9. *sublato* 22, 20. *debellato* 26, 21. 29, 32. 30,

8 pr. *inexplorato* 21, 25. 22, 4. 38, 18.) non præmissis speculatoribus, qui loca explorarent) et contra *explorato* 23, 42. 43. 27, 2. *incerto* (quum nescirent) 28, 36 extr. *audito* 28, 7. *pacto* 28, 21. et alia, quæ notavit Drak. ad h. e. ad 1, 41, 6. 28, 21, 5. Cf. ad Sil. 14, 97. et Periz. ad Sanctii Min. 3, 9. ubi docet, in his vocem *negotio* intellegi. Huc etiam Drak. refert τὸ *remisso* 6, 17, 4. et usum genitivi participp. pass. apud Græcos, v. c. *προσαγγελθέντος δ' αὐτοῖς* cet. ap. Polyb. 2, 5, 6.

CAP. 42.)—1. *publicis consiliis*, quibus firmabat dignitatem et vim regiam apud populum; *privatis*, quibus securum se domi et tutum a domesticis insidiis præstabat. *Publicis*, quæ Servius clandestina quidem, at tamen de summa re publica cepit, quod nempe celata Tarquinii morte per speciem alienæ fungendæ vicis opes sibi firmavit: *privatis*, quæ ad familiam suam privatim pertinebant, connubium nempe filiarum, quas Tarquinii filiis elocando evitare conatus est similes insidias, atque Anci liberi Tarquinio struxissent." Drak.

2. *Nec rupit, vicit, elusit*—*invidia regni*: nam *invidia* non modo ei tribuitur, qui invidet, sed etiam ei, cui invidetur; Doer. Cf. Cic. Tusc. 4, 7. *regni* pro ex regno, ob regnum, qua regnum; Bauer. Cf. ad 1, 5, 5.

3. *ad præsentis* (præsentem) *quietem status* rerum, quæ domesticis seditionibus obportuna erat, non novi regis securitati. — *induciæ*, Vejentibus datæ a Tullo forte Hostilio iterum in centum t.. ..os; (ut a Romulo c. 15. postquam has fregerant c. 27. Cf. ad c. 30. n. 6. et Perizon. Animadv. hist. c. 4.) vel potius a Tarquinio. v. ad c. 38. n. 4. Servius non aliud gessit bellum, quam cum Etruscis, sed hoc vicennale fuit, ipsique dedit materiam trium triumphorum. v. Dionys. 4, 27. et cf. inf. c. 46 pr.

4. *animos periclitaretur*, experiretur, exploraret, ut 6, 15 pr.

5. *quibus* ordinibus *inter gradus d. f. aliquid interluceat*, interest, intervallo quasi interjecto. "Qui distinguuntur, intervallis et ordine per gradus, qua gradus, ex gradu;" Bauer. — *fama ferrent*, vulgo ederent.

6. *Censum enim instituit*, æstimationem rei familiaris; sed c. 43 pr. est ipsa res familiaris. De *censu* cf. omnino Dionys. 4, 15—19. Censum instituit Servius sequutus exemplum Solonis nisi quod sex, non quatuor, classes fecit.

7. *pro habitu pecuniarum*, p. modo, copia. — *hunc ordinem* civium, qui nunc quoque est s. servatur, v. ad c. 5. n. 1.

CAP. 43.)—1. *centum millium æris* s. assium, et quidem uncialium; quæ summa æquat fere C minas ap. Dionys. et 2132 imperiales argenti Saxonici.

2. *Centuria*, Gr. *λόχος*, est cujusque nu-
meri vel multitudinis nomen, ut
non centum homines continebat.
gulis primæ classis centuriis forsan
erant, in ultima autem classe,
continebatur centuria, aliquot
millia. *Juniores* dicebantur ab an
17 ad a. 45. *Seniores*, qui XLIV,
alii putant, XLVI. annis major
Juniores hujus classis in prima acie
bant. — *juvenes*, forte *juniores*; D
est Græcis Latinisque hic mos, u
rativos et positivos jungant, quum
illi horum vim habent; Ern.

3. *Arma his imperata* ferre; Str
v. ad 42, 52, 6. et de armis sin
classium v. Dionys. 4, 16. 17.

4. *Clipeum* s. *clipeus*, ἀσπὶς, rot
scutum, θυρεὸς, oblongæ formæ erat
tegebat pectus, hoc totum corpu
secundæ classi, quæ sine lorica
clipeo datum scutum, quod et
loricæ loco esse poterat, eoque co
minus quam his protegi. Inf.
Clipeis antea Romani, (qui in prin
erant) *usi sunt: deinde, postquam* s
facti sunt, (h. e. stipendium solv
quo v. ad 5, 10, 5.) *scuta pro clipei*
— *Ocreæ*, κνήμιδες, tegumenta tibia
terum *arma* proprie dicuntur ea,
tegendum corpus pertinent; *tela* vo
menta omnia, quibus vis infert
quibus τῆλε, eminus, pugnant. v.
1. Hinc *arma* a *telis* distinguunt
22, 57, 11. 30, 11, 3. et 36, 18, 1
45, 39, 2. — *hastaque et gladius* p
g., ut passim, more poëtarum, q
substantivo copulam *que* addere so
22, 44, 3. 22, 54, 3.

5. *duæ fabrorum centuriæ*, quæ
cundæ classi additæ, teste Dionys
machinas in bello ferrent, præstarent,
Sed forte leg. *in bella* (in usum
pararent, ut ap. Dionys. *δύο ὁπλ*
καὶ τεκτόνων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν
αξόντων τὰ εἰς τὸν πόλεμον εὔχρησ
sius coni. *facerent*, (quod tamen
modo præcessit) et Scheller *ferro*
ferro obducerent s. armarent.

6. *Secunda classis intra centum*
eorum, qui censum minorem, qui
lium, at saltem censum *LXXV*
æris (fere 1600 imperial.) habere

7. *præter loricam*, qua non opus
tectis, *omnia eadem* arma, quæ pri
erant.

8. *Tertiæ classis* censum *in*, usqu
quaginta millium æris (fere 1066
censum esse voluit, ut *in id tempus* 4
lus tamen codicum lectionem
firmat, et forte leg. *millia*; Drak
in, quod a multis MSS. abest?

9. *totidem centuriæ et hæ*, h. e. hu
(quia classis e centuriis constab
erat, ac si ante centurias no
Bauer.) sc. fuere, quot secundæ

[redacted]

discrimine ætatum, ita ut denæ seniorum ac denæ juniorum essent. — *ocreæ tantum ademtæ*, non datæ.

10. *censu XXV millium*, fere 533 imperial. — *totidem centuriæ*, XX, quot in secunda ac tertia classe.

11. *nihil præter hastam et verutum* (sc. telum, jaculum parvum, veru instructum) *datum*, pro: *hastam, id est verutum*, (v. ad 2, 42, 7.) vel duo diversa tela, alterum quo cominus, alterum quo eminus res geratur, notantur; Drak. Idem monet, classi quartæ leviora quidem arma, quam tribus prioribus, ut et tertiæ, quam duabus præcedentibus, imperari, eam tamen propterea non, ut quintam, ad levem quoque armaturam ita proprie dictam destinatam videri, quamvis id fere suspicari possis ex 8, 8. et 21, 55. (ubi velitibus *hastæ* et *veruta* et *gæsa* tribuuntur) Dionysium vero, qui arma quartæ classis θυρεούς τε καὶ ξίφη καὶ δόρατα fuisse dicat, diversos forte auctores sequutum esse et in hac et in aliis partibus hujus descriptionis instituti census. *arma mutata nihil præter hastam, et verutum datum* distinguit Doujatius, ut sensus sit, eadem arma, quæ tertiæ classi, etiam quartæ imperata fuisse, nisi quod loco *hastæ* datum sit *verutum*.

12. *Quinta classis aucta*, non XX, ut in tribus superioribus, sed XXX centuriis factis. Civibus ei adscriptis nulla erant arma, (unde, teste Festo, adpellabantur *velati*, vestiti inermesque, et *ferentarii*, tela ferentes, non tenentes) tela *funda et lapides*, ap. Dionys. σφενδόναι καὶ σφενδονή.

13. *In his adcensi*, milites postremi ordinis. vid. inf. 8, 8. med. Festus: *Adcensi dicebantur, qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur; dicti ita, quia ad censum adjiciebantur.* Vegetius de re mil. 2, 19. *Adcensi postea additi quam fuisset legio completa, quos nunc Supernumerarios vocant.* Varro L.L. 6, 3. *Adcensi, ministratores. Adscriptitii* (s. adscripticii) dicti, quod *olim adscribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, i. e. si quis eorum deperisset.* Similem ob causam publici quidam magistratuum ministri s. adparitores, similes viatoribus, *adcensi* videntur dicti, (v. 3, 33. 8, 31. al. Salmas. Mil. Rom. c. 14. 15. et Fabrett. Inscr. c. 6. p. 433.) Sed illud militum genus parum h. l. aptum. Legendum haud dubie; *In his adcensi* (ut *in diis referri*, et *adnumerari in grege* vel *exemplis* ap. Cic. Rosc. Am. 32. et Ovid. Trist. 5, 4, 20.) h. e. his adjecti, in has centurias relati, *cornicines tubicinesque*, (ut 2, 64. male vulgo *tibicinesque*: nam tibia non adhibebatur in militia Rom.) *in duas centurias distributi*: non in *tres*, ne universæ 194, sed 193 centuriæ fuerint. Ita plane consentit Dionys. nisi quod duas σαλπιστῶν, τυμπανιστῶν et βυκανιστῶν centurias quartæ classi *adcenset*, h. e. adjicit. Librarii facile III pro II substituere poterant, vel etiam *tres* pro *duas*, quod tria hominum genera memorari putabant, adcensos, cornicines et tubicines.

14. *Undecim millibus* æris, fere 234 imperial. sed, si Dionysio fides habenda, 12½ Minis, 266 Imp. *duodecim millibus* conj. Glac. et *duodecim millibus quingentis* Hotoman. de re num. p. 124.

15. *reliquam multitudinem*, proletarios vel capite censos, *inmunes* a *militia* usque ad tempora C. Marii. v. Gell. 16, 10.

16. *pedestri exercitu*, populo, stipendia faciente, (v. ad c. 36. n. 7.) *ornato*, armis instructo. Cf. ad 9, 40, 12. *Equites* ad primam classem adjecti.

17. *Sex alias centurias, tribus ab Romulo institutis*, (sed ab ipso Romulo, a Tullo et Tarquinio numero capitum auctis, de quo v. cap. 13. 30. et 36.) *fecit*, ita ut primi Ramnenses, Luceres et Tatienses, a Romulo instituti, tres centurias, et secundi s. posteriores Ramnenses, Luceres et Tatienses, a Tarquinio instituti, totidem centurias facerent. Romulus primum centenos, deinde ducenos in quamque centuriam legit; Tullus cuivis centuriæ dedit trecentos; Tarquinius sexcentos. Servius redegit easdem ad CCC, *geminatis centuriis* s. duabus ex una factis, ita ut *sex centuriæ* essent, et quævis CCC capitum, qui numerus capitum antea fuerat. His sex centuriis adjecit *duodecim* novas, ut itaque omnium equestris ordinis capitum numerus fuerit quinque millium et quadringentorum, in centuria unaquaque CCC. Cf. omnino Gron. Obss. 3, 25. *tribus ab Romulo institutis*, quum tres ab eo institutæ fuissent. Sed *e tribus* forte leg. cum Gron.

18. *dena millia æris*, 213 imperial. quæ summa est permagna, si singulis equitibus, et perexigua, si singulis centuriis data est. Idem valet de *binis millibus æris*, a viduis (non singulis, neque equitum tantum, sed omnibus) ad equos alendos conlatis; quod tributum erat, ex quo singulis sive equitibus sive centuriis bina millia dabantur. Nota Drak. est hæc: "Hotomannus de re num. p. 88. putabat, *equorum* vocabulo etiam ornamenta eorum comprehendi, et eam pecuniam semel datam esse, ut, equo peremto, alterum sibi suis numis eques compararet. Salmasius de mil. Rom. c. 21. conj. *una millia æris*, (ut *una mænia* ap. Sallust. Cat. 6.) permotus loco Varr. L. L. lib. 7, extr. p. 98. *Debet itaque dici, ut Vatiniorum, Manliorum, sic denariorum; et non equum publicum mille assarium esse, sed mille assariorum.* Contra Gron. de pec. vet. 3, 2. locum Varronis adcipiendum putabat non de millenis æris, quibus equus publicus emebatur tempore Servii, sed quæ ærarium conferebat in equi publici inpensam. Quum autem Livius mox addat, viduas *bina millia* annua, quibus equi alerentur, pependisse, statuebat, equites proprie millenos æris

adcepisse in equi publici inpensam, altera millia addita ad exhibendum curatorem equi servum. Schelius vero in diss. de castris Rom. c. 4. vel Gronovii expositionem probabat, vel Varronem de equitum stipendio quadrimestri loqui opinabatur, vel denique decem millia Serviana, quæ olim equiti ad emendum equum dabantur, postea in decem pensiones annuas (tot annos enim eques merebat) conversa fuisse, atque ita Varronem recte dixisse, *equum publicum mille assariorum esse*, i. e. mille asses factum pretium annuum equi publici. Budæus de ass. lib. 4. p. 466. quoniam Livius non *equum emendum*, sed *equos emendos* dicat, credebat, quemque equitem duos equos habuisse, unicuique autem emendo quinque millia æris, alendo mille æris tributa fuisse. Contra Perizon. in margine Liviana monuit, verba *ad equos emendos dena millia* dicta esse pro: ad singulos equos emendos decem millia æris data esse, sed hanc summam illo tempore inmodicam fuisse, ideoque *decem* pro *dena*, et *duo* pro *bina* legendum, et ita verba adcipienda esse eo sensu, quo Budæus illa adceperit. Ceterum *bina millia* eques non percipiebat tamquam stipendium, (id enim equitibus demum constitutum est bello Vejenti; v. Liv. 5, 7.) sed ut inpendium, quo equum publicum et equisonem aleret. v. Gron. l. l. Intellego autem omnes viduas, quæ in populo Rom. erant; non quasi quælibet earum quotannis bina millia æris penderent, (ea enim justo major foret summa, certe quarumdam viduarum ratione) sed tantum quemlibet equitem bina illa millia æris in annos singulos adcepisse ex tributo, quod viduæ pro ratione facultatum rei publicæ conferebant."— *et viduæ adtributæ sunt* equitibus, *quæ penderent in annos singulos bina millia æris, quibus* binis millibus, vel viduis, h. e. quarum viduarum bonis, *equos alerent* equites. Sed dura est hæc verborum constructio. Gron. conj. *et, qui equos alerent*, h. e. unde, vel ut haberent, quo alerent equos. Scheller: *quibus*, vel *equitibus, ut equos alerent* cet. Bauer: *quo*, i. e. ut, aut *quæ*, aut *qui*, i. e. ut ita, qua ratione.

19. *gradus facti*, subfragiis secundum centurias latis, et equitibus primaque classe primum *vocatis* ad subfragia ferenda. Cf. Dionys. 4, 21. — *vis omnis penes primores civitatis esset*: cur? v. 34, 51 extr.

20. *Equites enim vocabantur primi* — ita *ut, ubi si variaret*, (sc. res subfragiis, vel variarent centuriæ et subfragia) *secundæ classis* scil. centuriæ *vocarentur* cet. Sed scabra est oratio. Similiter vero dicitur *variat* sc. se *libertas causis* cet. 3, 45. 27, 27. 35, 31. (ubi cf. Gron.) 38, 57. Sic et passive *variatur sententiis* 22, 60. et *variata res* 21, 28, 7. vel *sententia*, ubi simul fit mentio rei, quæ eas effecit varias. Cf. Erne[...]
Cic. voc. *variare*.

21. *hunc ordinem* centuriarum. — [...]
earum numero sc. centuriarum. [...]
enim, quum una cum re Romana [...]
civium numerus crevisset, tribusq[...]
cæ urbanis, quæ jam erant, adje[...]
sent, etiam cives, qui in his [...]
erant, in classes ac centurias di[...]
sunt, atque sic centuriarum *num[...]*
plicatus est; licet alias ipsæ *tribus* [...]
butionem in centurias haud quidquam pe[...]
nam hæc censum, tribus vero habi[...]
regionem spectabant; Stroth. Con[...]
super hoc loco obscurissimo di[...]
Valesii in ed. Drak. et verba Gro[...]
4, 1. "Multitudine civium in im[...]
aucta, unaquaque in tribu permul[...]
diversarum, immo omnium classiu[...]
jamque singulæ classes in unaquaq[...]
plures faciebant centurias tam ju[...]
quam seniorum. Hinc Cic. pro [...]
centuriam vocat *unius tribus partem*. [...]
comitiis centuriatis ex tribubus [...]
sorte una tribus excernebatur, [...]
centuriis primæ classis quod qu[...]
prærogativa, centuria ipsa quoq[...]
tribus jam prærogativæ nomen [...]
erat: deinde quot illius sorte duct[...]
prærogativæ tribus essent centuria[...]
classis, tot rursum sortes conjici[...]
in sitellam; tum quam centuria[...]
nans sors excidisset, ea erat præ[...]
centuria. Hinc et tribus, in qua [...]
batur, prærogativæ nomine gaud[...]
tribus nomen dabatur illi centuria[...]
que *tribus* et *centuriæ* vocabula pr[...]
hac in re comitiali usurpabantur c[...]
inf. 4, 46 pr. ubi jam in delectu *tri[...]*
classes s. centuriæ, *sorte ductæ*, et [...]
decem, quoniam exigua manus s[...]
erat.

22. *Quadrifariam Urbe divisa* c[...]
Servius *tribus*, quæ ex Romuli inst[...]
distinctæ erant secundum gener[...]
num, (vid. de hac re et de voc *trib[...]*
13. n. 7.) distinxit secundum loca[...]
tionis, vel ἐκ τῶν γενικῶν fecit τοπικ[...]
et universam Urbem in quatuor pa[...]
bus urbanas, Palatinam, Collinam, [...]
nam et Suburanam s. Sucusanam [...]
vero Rom. in XV portiones, (*trib[...]*
s. rusticanas) divisit (v. Dionys. 4, [...]
tem non in plures: nam a. V. 250 [...]
tribus adjecta, (v. 2, 16.) et a. V. [...]
bus tantum XXI factæ. (2, 21.) A[...]
V. 368 quatuor, Stellatina, Tro[...]
Sabatina, Arniensis s. Narniensis [...]
n. V. 397. Pomptina s. Pontina et [...]
s. Poplilia, (7, 15.) a. V. 423 M[...]
Scaptia, (8, 17.) a. V. 436 Ufenti[...]
fentina et Falctina, (9, 20.) a. V. 45[...]
sis et Terentina, (10, 9. (circa [...]
Velina et Quirina; ita ut postrem[...]
numero essent. v. 23, 12. 33, 25.

[redacted]

Nomina reliquarum tribuum, quas Servius fere omnes instituit, fuere *Æmilia*, (38, 36.) Clustumina s. Crustumina (42, 34.) Cornelia, (38, 36.) Fabia, Galeria, (27, 6.) Horatia, Lemonia, Menenia, Papiria, (8, 37.) Pollia, (8. 37. 29, 37.) Pupinia, (26, 9.) Romilia, Sergia, Vejentina, Veturia, (26, 22.) et Voltinia. Postquam vero Q. Fabius Censor omnes humiles, ab Appio Cæco censore per omnes tribus divisos, in quatuor urbanas tribus conjecerat, (v. 9, 46.) et iis adjecti etiam libertini erant; (v. lib. XX Epit.) honestius fuit in tribu rustica esse, et probrosum, a Censoribus e rustica in urbanam conjici. Cf. ad 9, 46, 18. Dionys. 4, 15. (nam Livius h. l. et obscurus est et nimis brevis, Plin. 18, 3. et Sigon. ant. jur. civ. Rom. 1, 3.

23. *æqualiter ex censu conferendi* tributi, æquabiliter, sc. pro portione, virili parte, ex descriptione census; Bauer.

CAP. 44.)—1. *quem maturaverat* incusso civibus *metu legis de incensis a se latæ*, de non censis, qui non professi essent dolo malo nomen opesque suas, *cum minis vinculorum mortisque*, nec non servitutis ac publicationis bonorum. v. Dionys. 4, 15. Præter hanc legem etiam alias tulisse dicitur Servius. v. Fest. voc. *plorare*, et Dionys. 4, 9. 13. 20. 24. 25. Ceterum *mortem* h. l. civilem, h. e. capitis deminutionem maximam, intellegebat Duker. cui favet Dionys. idemque malebat cum Doujatio legere *metus legis*.

2. *in campo Martio*, ubi lustrum semper conditum, etsi census nonnumquam in foro habitus aut in villa publica, de qua v. 4, 22 extr. *Campus Martius* h. l. per prolepsin dicitur, aut Livius alios auctores sequutus est inf. 2, 5. ubi cf. not. 4.

3. *instructum exercitum*, populum, classibus centuriisque descriptum instructumque simul armis. v. ad c. 36. n. 7. — *suovetaurilibus*, sue, ove ac tauro Marti mactatis. Cf. 8, 10 extr. Dionys. 4, 22. Tac. Ann. 6, 37. et Hist. 4, 53, *Solitaurilia* (*sollo*, h. e. solido, toto, *tauro*) adpellant Festus et alii. *Lustrum* (κάθαρμον ap. Dionys.) dictum inde, quod victimæ illæ, prius quam mactarentur, circa populum Rom. ductæ, eum *lustrabant*, (*entsündigten*) sed sec. Varr. L. L. 5, 2. a *luendo*, quia tum vectigalia solvebantur. Cf. Valer. Max. 4, 1. *Conditum lustrum* dicta illa *exercitus lustratio*, quia *censionis* fuit *finis* et extrema actio censoria; nam *condere* est finire: unde etiam *lustrum perficere* dicitur 24, 43, 3. Census peragebatur quinto quoque anno, (unde *lustrum* pro tempore quinquennali) olim a rege, deinde a consulibus, et ab a. V. c. 312 ab altero Censorum vel utrisque. Cf. 4, 8. 35, pr 9 et Ind. Censebantur autem omnium civium capita præter orbos orbasque. v. 3, 3.

4. *Millia octoginta*, 84,700 e censoriis tabulis edit Dionys. 4, 22.

5. *Q. Fabius Pictor*, qui circa a. V. c. 530. tempore belli Punici II. annales scripsit. Cf. c. 55 extr. 22, 7. Dionys. 1, 6. Fidem ejus inminuit Polyb. 1, 14. 58. 3, 9. et Dionys. 4, 30. sed scite defendit Ernesti in Opusc. philol. p. 102 sq.

6. *Addit duos colles* longissime a Tiberi sitos (ut et Esquilinus) versus orientem meridiemque. *Esquiliæ* s. *Exquiliæ* (al. *Æsquiliæ*, ut Ἠσκυλῖνος, Ἐσκυλ., Ἰσκυλ. et Αἰσκυλ. λόφος, unde *Esquyliæ* forsan dicendæ, vel *Exquiliæ*, si mons nomen adcepit ab *excubiis*, quas Romulus, Tatio diffisus, ibi habuit) in plur., quoniam duos colles comprehendit, Esquilinum et Cispium. v. Varr. L. L. 4, 8. Inde dicta porta et tribus *Esquilina*; forte et regio s. pars Urbis, ad eum sita; unde *Esquilias auget*, amplificat. Alii: *auget* ædificiis collem; et Gron. coni. *auget* (Urbem) *Esquiliis*, non inprob. Bauero, qui tamen vulgatum quoque eodem sensu per hypallagen dictum putat, ut 24, 29, 1. *exonerandam multitudinem* pro *e. urbem multitudine*, et similia ap. Virg. A. 3, 465. et 8, 180. De quatuor reliquis collibus, et de Janiculo vid. cap. 33. His adjecti postea Vaticanus et Pincius s. Collis Hortulorum. — *Inde deinceps*, continuo post. v. ad 1, 21, 8.

7. *pomœrium proferre* spatium, *den Zwinger weiter hinaus rücken*. *Pomœrium*, *verbi vim solam intuentes postmœrium* sc. spatium *interpretantur, dicunt, esse:* quæ tamen non tam interpretatio est quam etymologia; neque Livius contendit cum quoquam de origine vocis, quam et ipse ex *post* et *mœrus* (ant. pro *murus*) compositam putavit, sed potius contra eos, qui solam verbi vim intuebantur, disputat de re ipsa, quam illo significari volebant. Hinc Perizon. emend. *post murum* (ant. *mœrum*) *interpretantur esse*, prob. Bauero, qui tamen monet, non ita uti semper Livium verbo *interpretari*, ut explicationem, sed ut opinionem et judicium significet. Ceterum in iis, quos Livius refellit, fuere etiam Varro (L. L. 4, 32.) et Plut. (in Romulo p. 23.) Cf. de pomœrio ad Tac. Ann. 12, 23. 24.

8. *ædificia mœnibus continuare*, et *conjungere:* illud est, statim ad et post mœnia ædificare, hoc, in muris ipsis, ædificia muris ipsis inponere, ut muris sit paries anterior ædificio et substructio; vel illud, ædificia ad murum usque exstruere, hoc, mœnia urbis partes ædium privatarum facere; Ern. et Bauer. *Conjungere* arcte mœnibus jungere, tenui vel nullo fere interjecto intervallo seu interstitio, ut 10, 10 pr. *ædificia juncta muro*, propinqua. (Cf. ad 22, 20, 6. ibique Gron.) *Continuare a. m.* ut fere 34, 4, 10. *agros continuare*, proximos agros suis adjungere. Cf. ad 4, 22, 4.

CAP. 45.)—1. *Aucta civitate et magnitudine Urbis.* forte legendum: *Aucta sic late m. V.* emend. Scheller. *formatis*, instructis. *firmatis* coni. Bauer.

2. *Dianæ Ephesiæ fanum*, CCXX annis a tota Asia factum, (Plin. 36, 14.) et inter mundi miracula relatum, ab Herostrato deinde, ut inmortalitatem nominis sibi pararet, incensum, instauratumque Alexandri M. temporibus. Ad exemplum Amphictyonum vel Pylaici concilii s. conventus, (31, 32. 33, 35.) qui statis diebus esse solebat, Servius omnium civitatum Latini nominis conventum (πανήγυριν) instituit ad templum Dianæ, sacrificiis ludisque celebrandum. Sapiens ejus consilium mox sequutus est Tarquinius alter, qui omnes Latii populos (XLVII oppida) in magnum coëgit fœdus, cujus Roma caput fuit, quodque ex eo tempore in monte Albano, in quo templum Jovi Latiali s. Latiari exstructum a rege illo erat, quotannis die, a rege consulibusve Rom., plerumque principio anni et magistratus, prius quam in bella proficiscerentur, indicto, a legatis horum populorum renovatum est, et epulis communibus, sacrificiis ludisque celebratum per IV dies; quæ *feriæ Latinæ* vel simpl. *Latinæ* dictæ sunt. Cf. cap. 49—53. ad 5, 17, 3. 9, 8, 1. 21, 63, 10. 11. 22, 1. 25, 12, 1. 21, 16. 42, 35. Plut. Camill. extr. et inpr. Dionys. 4, 25 sq. et 45—50. nam Livius hanc rem, ad opes Rom. augendas firmandasque longe utilissimam nimis leviter adtigit.

3. *consensum* populorum *deosque consociatos*, communes, ut *d. sociales* 3, 18. et 40, 22. nisi sunt hi, qui socios et tuentur et tueri jubent.

4. *Romæ fanum Dianæ* factum in summo montis Aventini cacumine, versus Tiberim. Æneæ ejus columnæ græcis literis incisæ fœderis leges, quæ Augusti adhuc temporibus legebantur. — *Ea erat confessio* bene pro *Id e. c.* Cf. ad 24, 42, 6.

5. *Id quamquam omissum jam ex cura Latinorum*, cura ejus rei a Latinis omissa: *uni tamen ex Sabinis se dare*, obferre, *visa est fors*, fortuita occasio, *imperii* cet. Sabinus iste fuit Antro Coratius s. Curatius, et *antistes* templi *Romanus* Cornelius. Cf. Plut. Qu. Rom. pr. Opp. T. II. p. 264.

6. *idque carmen*, vaticinium, ut *cecinere* de vate: nam vaticinia et oracula versibus olim exprimi solebant.

7. *Inceste sacrificium facere*, non caste, pure ac rite: nam veteres non solebant ἀνίπτοις χερσὶν et ποσὶν, inlotis manibus pedibusque, sed *perfusi ante vivo flumine*, aqua maris fluminisve *pura*, *recenti* ac *perenni* lavati, *pure lauti* aut *pure lotis corporibus*. sacra facere, templum inire, et precari. Cf. 5, 22. 27. 37. 39, 9. — *præfluit*, præterfluit, ut 44, 31. Hor. Od. 4, 3, 10. 14, 26. Sic et *præferri* 2, 14, 3. 5, 26, 6, 29. 7, 24. 28, 30. 29, 32. *prægr* *prævehi* 24, 44. extr. *prælabi* cet Tac. Ann. 2, 6, 10.

CAP. 46.)—1. *jam usu haud dubi* *possederat*, longa possessione (*Vi* suum fecerat; unde *usu possidemini* *Hannibal jam velut usu cepit Italiam* *Syriam usu suam facit* Sen. Ep. l *usucapio* est jus rei possidendæ mum rei] dominium, natum ex pc ejus diuturna et non interrupta p legibusque definitum temporis s| — *jactari voces a juvene Tarquinio* cet nys. 4, 31 sq. 36 sq. qui docet, Servio probata senatui plebique nium similata pœnitentia cum gratiam rediisse.

2. *agro capto ex hostibus*, Etruscis 42. n. 3.

3. *ferre ad populum* sc. rogatic passim. — *spem adfectandi regni*, tendi modo, sed et occupaudi: E

4. *adversa Patrum voluntate*, adve *adversa nobilitate* 6, 42. 39, 41. et *natu* 21, 10 pr. 42, 28. — *cresc* *ria*, gloriæ, gratiæ auctoritatisqu quendæ. v. ad c. 47. n. 8. et ad 23

5. *Tulit enim etiam Romana reg* ut Mycenensis s. Agamemnonia *emplum tragici sceleris*, horrendi et ne quale a Tragicis describi solet et

6. *L. Tarquinius, Prisci Tarq* *filius neposne* cet. vid. ad c. 40. n. *lium ediderim* esse dixerim. Cf. ad

7. *His duobus, ut ante dictum* cap. 42. — *Forte ita inciderat*, adc 2, 27. 3, 38. 38, 49. et 10, 18 ex Drak. — *fortuna, credo, populi* 30, 3.

8. *nihil materiæ* cet. vid. ad c. 3

9. *muliebri cessaret audacia*, in se pateretur audaciam, neque ea mariti consilia. — *Contrahit eos*, c conciliat inter se.

10. *malum malo aptissimum* prov eodemque fere sensu dicitur, q *simili gaudet*. Sed verba hæc p forte includenda. Baueri nota e *tissimum fit* i. e. jungitur facile morati facile celeriterque jungun est etiam *junctus*; quod hic esse voc. *fieri*." Cf. Serv. et Heyne ad 4, 482.

11. *de viro ad fratrem* viri, de *virum* sororis. Sic bene declaratu sermonum turpitudo.

12. Vulgo legitur: *Aruns Tar* *Tullia major quum prope continuatis* ita ut altera pompa funebris alt sequeretur, (ut c. 47. *duo conti* quorum unum excipit alterum 22, 4.) *domos vacuas novo matrimon* *fecissent*, quasi ad id aperuissent, l cissent, h. e. mortui essent, et sic

[redacted]

plius obstarent, quo minus frater sororque matrimonio jungerentur, *junguntur nuptiis* L. Tarquinius et Tullia minor. Sed ex MS. Voss. 2. cum Strothio recepi emendationem Perizonii: *Lucius Tarquinius et Tullia minor* (ita omnes MSS. et edd. tam primæ quam recentt.) *junguntur nuptiis, quum domos vacuas n. m. fecissent*, h. e. de medio sustulissent fratrem sororemque, ut ita ipsi matrimonium contrahere possent. Hæc lectio et Dionysii aliorumque historicorum auctoritate firmatur, et usu loquendi. Nam eodem sensu Cic. Catil. 1, 6. dixit, *quum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuam fecisses*, et Sallust. Cat. 15. (ubi v. Cort.) *Aurelia creditur necato filio vacuam domum scelestis nuptiis fecisse.* Perizon. et Gron. emend. *Ita L. Tarquinius* cet. *Ceterum domus vacua*, dici solet, in qua liberi nulli vel nati vel superstites sunt, ut *vacua resp.* 23, 2, 5. quæ est sine senatu, (libera, patens occupanti, defensore ac vindice spoliata, ἔρημος, sola; Bauer.) et al. *vacuæ legiones, provinciæ* cet. v. ad Tac. Ann. 1, 3, 2.

CAP. 47.—1. *infestior senectus*, v. ad c. 7. n. 7. — *specture*, v. ad 1, 9, 3. — *gratuita parricidia*, sine fructu, vel mercede, ut 3, 37 al.

2. *tacita serviret*, vitam agens obscuram et otiosam, latens et nihil memorabile agens, ut *vitam silentio peragere* ap. Sallust. Cat. pr. vel *silentia vitæ* et *multum ævum* ap. Sil. 3, 145. 579. Cf. ad 9, 6, 7.

3. *Si tu is es, cui* cet. talis, quali cet. Cf. ad c. 13. n. 3. et similis exhortatio Tanaquilis sup. c. 41. *istic*, penes te.

4. *Quin adcingeris*, cur non ad res strenue agendas te paras? — *regna moliri*, arcessere et sibi parare.

5. *patris imago*, nobilitas tua. Cf. ad c. 34. n. 8.

6. *Devolvere retro*, relabere quasi et descende, ad *stirpem*, redi ad inferiorem majorum tuorum conditionem.

7. *nullum momentum* — *faceret*, nihil valeret, nullam haberet vim. *Momentum* (quasi *movimentum*) propr. pondus, quo libræ lanx deprimitur. Cf. ad 2, 7, 11. 3, 27, 6. 5, 49, 4. 23, 24, 5. 43, 12, 1. — *prensare Patres*, v. inf. ad 2, 61. n. 4.

8. *omnibus locis crescere* (v. ad c. 46. n. 4.) *criminibus*, v. ad 3, 19, 7.

9. *ut jam agendæ rei tempus visum est*, captata occasione, quod maxima plebis pars in agris esset messis faciendæ causa. Cf. Dionys. 4, 38. — *in regia sede pro curia*, in curia. v. ad 26, 27, 4.

10. *ab stirpe ultima*, infima, deterrima, servili: nam a matre tantum repetitur; Bauer.

11. *sed muliebri dono*, beneficio, favore, donatione mulieris. Alii *dolo*, rectius, judice Dœring. Sed illud aptius graviusque. — *agrum divisisse*, v. cap. 46 pr.

12. *insignis ad invidiam*, magis conspicua et invidiæ obnoxia.

CAP. 48.)—1. *insultasse dominis*, justis regni heredibus *eludentem* eos. v. ad c. 36. n. 4.

2. *ad cogendum senatum*, v. ad 32, 2. 4.— — *semianimi regio comitatu*: atqui regii adparitores et comites diffugerant. Dionysius dicit, Servium vidisse circa se τῶν αὐτοῦ φίλων πολλὴν ἐρημίαν, et abiisse gementem κρατούντων καὶ παραπεμπόντων αὐτὸν ὀλίγων. Hinc Gron. emend. *cum senum minime regio comitatu*, vel: *cum minime regio c. domum se reciperet. Quum pervenisset ad* cet. Sed fugientes etiam comites postea ad regem redire, aut alii amici se ei adjungere potuerunt. — *a cetero scelere*, a toto sc., a reliquis partibus ejus, reliqua ratione et universa; Bauer.

3. *ad summum Cyprium vicum*, κύπριον στενωπὸν, non longe a tigillo sororio et Esquiliis. Cf. Varr. L. L. 4, 32 extr. Donat. de urbe Rom. 3, 9. et Nardin. 3, 15.

4. *facessere se jussa*, h. e. recedere. — *Dianium* scil. templum s. sacellum, ut ἡρακλεῖον, ἀνακεῖον cet. — *flectenti*, Tulliæ flectere jubenti (ut mox *carpentum egisse restitit pavidus*, obstitit. Alii legunt *flectente carpentum*, sine sensu. Gron. emend. *flectens* vel *flectendo*, (inter flectendum) et Bauer. *flectente carpento* (sc. se) *restitit*, constitit, profectus non est. De re ipsa v. Dionys. 4, 39. et Ovid. Fast. 6, 587 sq. De *carpento* cf. ad 5, 25, 6.

5. *Urbium clivum*, ut in multis MSS. et ed. Ald. Vulgo *Virbium*, qui prope Bovillas fuit. v. Pers. 6, 55. Suspicari possis *Oppium* ex Varr. L. L. 4, 8. Sed Ὄρβιος (al. Ὄλβιος) ap. Dionys. et Festum. *Urbicus* ap. Sotinum. — *collem Esquiliarum*, al. Esquilinum: nisi ita legendum.

6. *Sceleratum vicum vocant*, qui ante dictus est *Cyprius a Cypro, quod ibi Sabini cives additi consederunt, quia bono omine id adpellarunt: nam* cyprum *Sabine* bonum *dicitur*, Varr. L. L. 4, 32. Sic et Dionys. tradit vicum primo Ὄλβιον, beatum, et postea ἀσεβῆ nominatum esse.

7. *quibus iratis*, ut iis iratis. — *Servius Tullius regnavit ita, ut bono etiam moderatoque subcedenti* cet. cf. 24, 5 pr.

CAP. 49.)—1. *Superbo*, crudeli, ut *superbia* c. 54 pr. crudelitas; Bauer. *sepultura prohibuit*, v. ad 22, 14, 3. Summum olim id scelus erat et mos ferorum hominum, aut pœna summi sceleris sive tyranni. Cf. 24, 21. 29, 9. ad Sil. 1, 154. 13, 445 sq. 16, 293. Tac. Ann. 1, 22. 6, 29. Ab uxore Servii corpus mariti noctu extra urbem humatum tradit Dionys. — *armatis*, v. ad 32, 39, 4. — Mox *Eo adcedebat, ut* pro: *quod*.

2. *domesticis consiliis*, non publicis. Cf. Dionys. 4, 41 — 44. et Suet. Aug. 35.

3. *Octavius Mamilius Tusculanus* genus ducebat a Telegono, *Ulixis* s. Ulyssis et Circes filio. — *Octavius* prænomen, ut in aliis nominibus peregrinis similia, v. c. *Marius Statilius* 22, 42. *Decius Magius* et *Marius Blosius* 23, 7. — *ei Mamilio*, v. ad cap. 19. n. 1.

CAP. 50.)—1. *ad lucum Ferentinæ* aquæ (cf. cap. 51 extr.) vel potius Deæ, forte Latinorum, haud procul a *Ferentino*, opp. Latii in Hernicis, et a Roma, ad radices montis Albani, ubi conventus Latini nominis et plerumque habitos esse passim monet Dionysius, (cf. Liv. 7, 25. et Fest.) et 4, 45. hunc a Tarquinio indictum, ut consultaretur de bello adversus Sabinos gerendo, qui fœdus, cum Servio ictum, solvissent. Cf. inf. ad 4, 23, 5. De magno fœdere, in quod Tarquinius coëgit populos Latii v. ad cap. 45. n. 2.

2. *Turnus Herdonius*, princeps Aricinorum, Octavii Mamilii æmulus, et hinc quoque infensus Tarquinio socero ejus. Cf. Dionys. 4, 46 — 48. *Aricia* opp. Latii, (hod. *Nemi* vicus) ad radices Albani montis et ad nemus Dianæ sacrum, in quo erat fons Egeriæ. *ab Aricia* sc. oriundus, vel Aricinus, ut 2, 22. *principum a Cora liberos*, 6, 13. *coloni a Velitris*, h. e. Veliterni, 43, 19, 5. *Aputeum Macedonem a Beræa*. Mox forte leg. *Haud mirum esse ei Superbo* cet.

3. *premat obnuxios*, v. ad 3, 39, 1.

4. *Quod* imperium *si sui bene crediderint cives* sc. ei s. ipsi, ut passim.

5. *quod id temporis venisset*, eo s. tali tempore, sc. vespertino, tam sero. — *Disceptatorem*, arbitrum, judicem, ut 8, 23. 39, 25. 42, 42. et *disceptare* pro dijudicare, disquirere, judicem esse, 3, 40. 8, 23. 35, 33. 39, 24. 33. 41, 20. vel litigare 38, 35. *disceptatio* 37, 56. 38, 32. Cf. Drak. ad 38, 35, 1. et Cort. ad Sall. Jug. 21.

6. *quia ea res exemisset*, quasi eripuisset s. sustulisset, (ut *tollere diem* ap. Cic. Leg. 3, 18.) *illum diem*, h. e. inpedivisset, quo minus quid hoc die constituto agi et confici possit: ut *eximere diem concilio* plebis 25, 3, 12. Sic et *diem eximere dicendo*, (quum in senatu ab iis, qui multa et aliena quoque dicunt, tantum temporis consumitur, ut sol occidat ante quam SCtum fieri possit) et *eximere dies comitiales* ap. Cic. ad Qu. Fr. 2, 1. et 6.

7. *ne id quidem ab Turno tulisse*, adcepisse, *tacitum*, silentio prætermissum, ita ut Turnus taceret, *ferunt*, dicunt, scil. Tarquinium. Sic *tacitum ferre* dicitur, cui nemo reclamat, v. c. 3, 45. *ut tacitum feras* scil. a me, h. e. ut taceam, ap. Cic. ad Att. 2, 3. *non feres tacitum*, et ap. Plaut. Asin. 4, 2, 7. *suspendas potius me, quam tacita ut hæc auferas* sc. a me, quam ut taceam. Nam *ferre* passim significat auferre, obtinere, adcipere, sumere, consequi v. c. *laudes* 2, 47, 4, 57. *sortem* 6, 15. *aliquid beneficio ab aliquo* 2, 12. *jus* 3, 34. *inpunitum* cet. Displicet tamen nobis tum dictio, *tulisse ferunt*, tum mutatio subjecti, *tulisse ferunt* sc. Tarquinium, *dixisse enim* sc. Turnum; unde saltem præstiterit, quod in veteri libro Sigonii legitur: *ne id quidem Turnum tulisse tacitum ferunt*, h. e. silentio prætermisisse et æquo tulisse animo, vel sine contradictione, ita ut taceret. Sic 35, 19. *contumeliam tacitus tulit*, et 7, 1, 4. *non patientibus tacitum tribunis*. Cf. 5, 28 pr. et 5, 29 extr. — Mox verba: *ni pareat patri* filius, *habiturum* eum *infortunium esse*, referenda ad patriam potestatem, quæ tanta olim erat apud Romanos, ut jus quoque vitæ et necis ea contineretur, ut taceam alia jura, v. c. filium ter vendendi, exheredandi cet.

8. *habiturum filium infortunium*, meritam pœnam.

CAP. 51.)—1. *Hæc Aricinus in regem increpans, ut in aliquem increpare* 27, 1, 6. *exsecrari* 10, 28. 30, 20. 39, 51. et al. *detestari* 39, 10. *incusare* ap. Tac. Ann. 5, 7 extr. pro: dicere cum increpatione cet. Cf. ad 3, 3, 1.

2. *insontem obpressit*, adcusatione perfecit ut damnaretur, (sic et 2, 52.) *oblato falso crimine*, prolato, vel potius objecto, exprobrato. Cf. 6, 15 pr. — *deversorium*, ut mox *deverticulum*, (non *diversorium*: nam *divertere*, ut *digredi*, de duobus dicitur, qui *diversam* instituunt viam) locus s. domicilium et hospitium, propr. a via paulisper remotum, ad quod de itinere *devertimus*, nos convertimus, ut ab eo nos reficiamus: unde 9, 17 pr. degressio a re proposita ad aliam, excursus. Sic et ap. Juvenal. 15, 72. Hinc etiam *deverti*, *deversari*, cet. scripsimus 25, 9, 4. 35, 40 pr. 38, 15, 3. 44, 9, 8. et 44, 43 pr. pro vulg. *diverti* cet. Cf. ad 44, 43, 1. — *servos* et *sinerent* pro *servum* — *sineret* c. Flor. forte rectius. Sic et Dionys. — inlatam, adlatam, oblatam.

3. *primoribus populorum* Latii XXX; nisi cum Schellero leg. *popularium*.

4. *quod morando spem destituerit*, frustratus sit, ei defuerit, irritas fecerit insidias sibi paratas. Cf. 26, 18, 2. 35. 44, 2. 39, 39, 3.

5. *enimvero manifesta res visa*, h. e. profecto, utique. Ea particula vel augendæ, et negandæ graviter aut adfirmandæ rei, vel denique doloris et indignationis indicandæ (ut 2, 45, 13. 6, 11, 11. 10, 35, 6.) causa, etiam ab initio orationis, (ut 24, 31 pr. et 27, 30, 10.) ponitur. Cf. 2, 22, 4. et Drak. ad 2, 22, 6. 10, 35, 13. et 31, 30, 4. Sic et simpl. *enim*, et *sed enim*, *verum enim* cet. v. ad 3, 39, 8.

6. *dejectus ad caput*, fontem, (propr. summum rivuli s. fluvii locum, unde nascitur et defluit) *aquæ Ferentinæ*, v. ad c. 50. n. 1. εἰς βάραθρόν τι καταβάλλουσι, κα[illegible]

[redacted]

ἐπικατασκάψαντες ἔτι ζῶντι τὴν γῆν, διαφθείρουσι Dionys. 4, 48.

7. *crate superne injecta* cet. quod subplicii genus Pœnis potissimum usitatum fuisse dicitur. Cf. 4, 50. Plaut. Pœn. 5, 2, 65. (ubi v. Taubman.) Tac. Germ. 12. Ferrar. elect. 2, 7. Stewick. ad Vedet. 3, 4. Similis Gr. *καταποντισμὸς*, de quo v. Wessel. ad Diodor. 16, 35.

CAP. 52.)—1. *novantem res, νεωτερίζοντα*, novas res vel mutationem rei publicæ et turbas moliri, ut 27, 24. 28, 36. 29, 36. 35, 31. Sic *novæ res* sæpe dicuntur, sed et *consilia nova*, pro novarum rerum studio 8, 17, 3. Græce *αἱ κινήσεις* et *κινεῖν τὰ καθεστῶτα* vel *τὰ πράγματα*, turbas ciere, res novas moliri, v. c. ap. Polyb. 2, 21, 3. 3, 4, 12. 4, 34, 3. al.

2. *in eo fœdere teneantur*, contineantur, comprehendantur, (ita Duk.) *quo ab Tullo* Hostilio cet. v. cap. 29. 30. Scheller coni. *jam eo f. teneantur*, obstringantur. Cf. Quintil. Declam. 103. ibique Burm. — De *fœderis* annua *renovatione* v. ad c. 45. n. 2.

3. *ad lucum Ferentinæ* cet. vid. ad c. 50. n. 1. *secretum imperium*, proprium et a Romano diversum.

4. *ut ex binis* manipulis, ex uno Romanorum et uno Latinorum, *singulos faceret, binosque ex singulis* tam Romanis quam Latinis: *ita geminatis manipulis*, mixtis ex Romanis Latinisque, Baueri nota est: "Sign. dividere manipulos singulos, dimidiare, et sic duas dimidias variorum in unum conjungere, tamquam, ut unus manipulus Rom. secaretur in duas partes, itemque Latinus; hi essent e singulis bini; jam ex dimidiato Latino et dimidiato Romano unus conflaretur; ita e binis singuli coirent. *Ita geminatis manipulis:* non intell. manipuli, qui aucti essent suis numeris, ut plures quisque milites contineret, sed quorum numerus auctus esset, quia Latini manipuli adjecti duplicabant Romanos. Liceat tamen intellegere *geminatos* e pluribus, variis consociatos, e dimidiato Latino et Romano." — *centuriones* sc. Romanos.

CAP. 53.)—1. *ni degeneratum in aliis*, nisi id, quod in aliis rebus ab eo degeneratum esset, quod ille degenerasset a virtutibus majorum; nisi degeneratio facta, vel animus degener cet. Ita passim Livius, ubi causam alicujus rei significare vult, his participiis neutr. gen. utitur pro substantivis, v. c. *perlitatum* 7, 8. *auditum* 27, 45, 2. 28, 26, 2. *propter lapidatum* 29, 10, 5. lege *cautum* 4, 16. *pronuntiatum* 4, 59. *tentatum* 4, 49. 7, 22 pr. *oppositum* 21, 52 pr. *ea vix inspectaque satis animorum fecere* 24, 40, 9. Cf. Gron. ad 3, 20. Periz. ad Sanctii Min. 3, 8, 2. et Bauer in Ind., ubi de hoc participiorum usu hæc notavit: "Ita 27, 47, 4. *castra* nihil *aucta* errorem faciebant, 24, 22, 4. *occupatæ partes*, i. e. occupatio earum, et 27, 45, 2. *auditum*, h. e. si auditum esset, qs. *τὸ audiri, τὸ γνωσθῆναι*, nam Græci, ut hodie Itali, infinitivo sic utuntur. Angli talia commode et sentiunt, et exprimunt: *the very being heard*, vel Itali *l'esser inteso.*" Cf. ad 5, 39, 3. et 39, 8, 5. Ceterum quæ uberius narrantur c. 53 — 60. breviter et poëtice tractavit Ovid. Fast. 2, 685 — 852.

2. *Volscis bellum in CC amplius post suam ætatem annos movit*, quod amplius (quam) ducentos annos (etsi non continuos) post eum duravit. — De *Suessa Pometia* v. ad 8, 15, 1.

3. *Ubi quum dividenda præda*, ex divisione prædæ, (propr. pro *dividendo prædam*, ut 7, 21, 2. *prolatandis comitiis*, 6, 39. *magistro eq. dicendo*, 9, 41. 45. *circumferendo bello*, et alia, ut 32, 16, 3. 33, 3, 3. cet. de quibus v. Gron. et Drak. ad h. l. et 24, 15. 28, 19. Cf. sup. ad c. 19. n. 5.) *quadraginta talenta*, tamquam regis partem, *refecisset*, (in antt. edd. *cepisset* et *recepisset*) h. e. redegisset, confecisset, ut 35, 1 extr. Sic et *conficere*. *efficere* et *χρήματα πράττειν*. Cf. Ern. clav. Cic. *divendita* edd. ab Ald. ad Drakenb. non MSS. *divendenda præda* (h. e. divendendo prædam) forte leg. cum Gron. — *quadraginta*, non *quadringenta*, lectio omnium fere MSS. et Edd ante Gruter. vid. ad c. 55 extr. Cf. Dionys. 4, 50.

4. *ipsius etiam loci*, sc. Capitolii.

5. *Excepit eum*, ejus meditationes *lentius spe bellum*, bellum diuturnius, quam speraverat; ei hæc meditanti obtigit, ut *ἐξεδέξατο πόλεμος Ῥωμαίους* ap. Polyb. 1, 65 pr. *Villium, in Macedoniam quum venisset, atrox seditio militum excepit* 32, 3. *gravitate cœli aquarumque adveniens excipitur* 23, 34, 6. Cf. ad 4, 43, 4. 25, 23, 4. 27, 40, 3. Bellum Gabinum inde ortum dicitur, quod ditissimi patriciorum Gabios commigraverant. Antecessit autem bellum Sabinum, (de quo v. Dionys. 4, 51 sq. ut de Gabino ibid. c. 55 sq.) forte et cum Æquis ac Tuscis. v. cap. 55 pr. Mox *urbem* bis posuisse Livium vix crediderim. Cf. tamen ad 1, 3, 8. — *minimus ex tribus*, ut ap. Polyæn. Strat. 8, 6. et Ovid. Fast. 2, 691. at maximus ap. Dionys.

6. *Volscos, Æquos et Hernicos* populos Latini nominis, ut et *Gabini*.

7. *Forsitan se inventurum* eos, quibus animus esset ad bellum gerendum armaque capienda. — *ferocissimum populum*, fortissimum: (ut 1, 25. 26. 59. 2, 39. 56. 3, 39. 41. 47. 7, 10. al.) nisi potius leg. *ferocissimum parentem*, h. e. crudelissimum. Baueri nota est: "Alienissima h. l. *ferocis populi* mentio, quum et omnino ferox tum populus Rom. non esset, tyrannidis jugo pressus, nec Tarquinius utique ferociam populi esset expertus. Nisi forte Romano-

rum quoque, non regis tantum, odio incitare Gabinos volebat Sextus. Interim probabilis admodum Fabri emendatio, *patrem* legentis; cui tamen haud satis aptum videtur epith. *ferocissimum*. *Inpium* rectius, aut simile quid, patri ἀστόργῳ adderet."

4. *Si nihil moverentur*, eum detinere nollent, et parum curarent, v. inf. ad 2, 24. n. 5. *moverentur* in quibusdam MSS. Mox *si alii desint* coni. Gron.

CAP. 54.)—1. *consilia publica*, al. *concilia* solenni variatione. *Consilia* est ant. lectio omnium fere MSS. et edd. ante Basil. 1555. vera utique, si vocabula illa, ut putant, ita differunt, ut *concilium* sit cœtus hominum, qui audiendi, *consilium* conventus, βουλὴ, eorum, qui deliberandi causa conveniant; nec potius *concilium* a *concieo* omnis conventus dicitur. Cf. inpr. Gron. ad 44, 2. ubi docet, *consilium* esse vel publicum, senatum, 23, 2. 3. 22. 24, 22. 26, 13. vel militare imperatorum 8, 6. 9, 15. 22, 3. 25, 31. 27, 46. 28, 26. 29. 30, 5. 31, 36. 32, 6. 9. 37, 13. 15. 42, 60. 44, 35. 37. 45, 7. 26. vel prætorum, judices et adsessores, 29, 20. vel consiliarios regum et ducum regiorum, 1, 34. 35, 17. 19. 36, 43. 42, 50. 57. 62. 43, 22. 44, 26. vel prudentiam et astum 2, 44. 35, 36. 39, 35. *concilium* vero comitia s. conventum populi cujusque 24, 37. vel communem remp. conjunctorum populorum 39, 48. 42, 44. vel congressum secretum s. coitionem 4, 6. vel conventum legatorum ab diversis populis sociis 33, 12. 13. 34, 30. — *superbiam*, v. ad c. 49. n. 1.

2. *et dictis factisque omnibus — vana adcresceret fides*: ante Drak. post *et* et *instructis* interpungebatur; sed hæc etiam jungi possunt, ut *dictis f. o.* sint dativi. Mox Bauero præeunte post *pariter*, non post *labores*, distinct. posui, ne duo adverbia inconcinne jungantur.

3. *summa papaverum capita* (ap. Ovid. Fast. 2, 706. *lilia*) *dicitur baculo decussisse*, v. ad c. 11. n. 5.

4. *tacitis ambagibus*, non directo et verbis, sed facto, symbolo, quod significaret, quid fieri vellet. Cf. ad c. 56. n. 12.— — *primores civitatis interemit*, *obportunos* quasi factos et idoneos ad consilium hoc exsequendum, alios ab eo, scil. *criminando eos apud populum*, alios a se ipsis, *invidia sua* et magno odio, quo apud cives erant. Sic 7, 23. *obportuniores* ad inpetum in eos faciendum, *obportuna loca*, (ad injuriam primumque inpetum obnoxia hosti vel periculis, ideoque præsidiis tuenda) 3, 15. 24, 21. 25, 30. 27, 28. 30, 12. 34, 25. *obportuniores* 7, 23, 30. *bello* 32, 21, 12. *obportunus insidiantibus* 24, 37, 2. qui facile ab iis in fraudem inducitur, vel illis ob stuporem

aut inprudentiam et temeritatem
piendi nocendique *obportunitatem*, (
11, 1.) unde mox *decipi posse* et
fraudis patere synon. dicitur; (cf. a
12.) *obportuna* (obnoxia, exposita)
cet. 2, 13. 6, 24. 28, 19. — *in*
quam habebant jam sibique cont
suis factis, non criminationibus
Sic fere *suum munus facere*, propriu
sibi, non tribunis, debeatur, 2, 4

5. *Patuit quibusdam volentibus f*
nonnullis MSS. prob. Drak. Cf.
33, 1. *alii in exsilium acti* e cod. O
cepi cum Stroth. pro vulg. *aut i*
— *juxta atque*, æque ac, tum tum.

6. *divisui* (vulg. *divisa*) *fuere*, ad
nem prædamque proposita sunt, u
6. Cf. ad 45, 30, 1. — *et priva*
dine commodi ed. Vascos. et inde ali
rectius.

CAP. 55.)—1. *cum Æquorum gente*
v. ad c. 32. n. 6. et ad c. 53. n. 5

2. *Tarquinios reges ambos*, *patrem*
avum, de quo v. ad c. 40. n. 6.
Capitolium in bello Sabino, filiu
cisse. Cf. cap. 38 extr.

3. *libera a ceteris religionibus*, a ce
deorum cultu, eorumque *fanis* e
Fanum proprie locus quicumque
diis vel templo *effatus* s. sacratus;
37 extr. nam pontifices et augure
consecrantes, verba solennia *fant*
fantur) deinde parva ædes deo alicu
ut *sacellum*. Templa aliaque loca d
solebant primum *voveri* certis de
deinde *definiri* et *terminari*, (v. 5,
h. e. fines eorum solique sacri c
(unde *terminatio* 34, 62, 4.) tum *co*
dita vero *effari* et *consecrari*, sol
verbis ritibusque e profanis sac
inaugurari, auguriis ad sacrum us
effici, (v. ad c. 36. n. 4.) et *dedic*
verbis solennibus alicui *deo dicari*,
dem plerumque vel ab imperatore,
voverat, aut consule, re ad sorte
consulibus revocata, (v. 2, 8. 4,
a duumviris ad eam rem creatis au
viris sacris faciundis, (v. 2, 42.
28. 22, 33. 23, 21. 34, 53. 35, 41
30, 8.) interdum vero ob populi s
sive favorem ab aliis quoque, (v. c
pili centurione 2, 27. et a Flavio a
ruli 9, 46.) jussu senatus aut maj
bunorum pl. partis, pontifice ma
dedicationis præeunte, eoque, q
cabat, postem tenente templi. vi
27. 9, 46. et de consecrationis de
nisque ritibus inpr. Cic. pro domo
54. *Exaugurabantur* autem templa
et *fines diis sacrati*, si numina augu
tisque cæremoniis inde *evocabantur*,
sic *augurato* (augurio capto, ut 1,
rabantur scil. a religione, vel ab ali
(v. 5, 54 extr.) aut e sacris iterum

[redacted]

efficiebantur; quo facto aliud ibi templum condi poterat.

4. *Inter principia condendi hujus operis*, Capitolii, (v. not. 10. adPræf.) *traditur*, *Deos*, Juventatem et Terminum, *movisse numen*, ostendisse et declarasse voluntatem suam: nam *numen* proprie dicitur voluntas ejusque indicium, monitum oraculumque dei, (unde 8, 34 pr. *dictatoris edictum pro numine semper observatum*) deinde ejus potentia ac majestas, vel auxilium et tutela, hinc vero ipse deus, ejusque vel natura, vel nomen ac titulus. Sed forte cum Schellero leg. *deus*, scil. Terminus; vel, quod Doering putat, delendum voc. *deos*, ut sensus sit: *numen*, deorum voluntas et potestas, *traditur movisse* sc. se, (v. ad 2, 3, 2.) se declarasse et patefecisse; nisi malis *monuisse*, quod est verbum propr. de vatibus, oraculis et diis, qui somniis vel prodigiis aliisque signis voluntatem suam et futura significant. Ceterum *Juventatem* (nam ita propr. dictam hanc deam monet Gron. ad 5, 54. 21, 62. 36,36.) *Terminumque*, cedentibus ceteris diis, *non moveri se passos esse*, sed restitisse, tradunt Dionys. 3, 69. Flor. 1, 7. et ipse Livius 5, 54 extr. ubi itaque alios auctores, quam h. l., sequutus videtur, ut passim. v. ad 1, 7, 5. 1, 24, 2. et 5. 9, 44, 8. 21, 3, 2. 21, 56, 4. Drak. ad 42, 47. § 6. Cf. et supra Epitom. Hinc vero et mox forte leg. *non motum Terminum sede* vel *e sede*, h. e. templo suo, ut 4, 20. 5, 39. 38, 43.

5. *Caput humanum integra facie* cet. Cf. 5, 54 extr. ad Sil. 2, 410. Dionys. 4. Plin. 28, 2. s. 4. Varr. L. L. 4, 3. Heyne ad Virg. A. 1, 444. Hinc *Capitolium* a *capite Toli* cujusdam ibi invento dictum nugantur Arnob. adv. gent. L. VI. et alii.

6. *haud per ambages*, verborum, ambigue et obscure dicta, ut 2, 12, 7. 5, 15. et 9, 37.) *arcem fore eam*, id Capitolium: sed *eam* dixit, relata voce ad *arcem*; nisi malis exponere *arcem eam imperii* sc. arcem *fore*. *Arx* dicitur quidquid altum est, adeoque montes, vertex montis, quod in colle positum est, inpr. ἀκρόπολις, deinde munimentum et præsidium. *Arx* Romæ pars altera Tarpeji montis, in quo erat Capitolium: ἡ ἄκρα τῷ Καπιτωλίῳ προσεχὴς ap. Dionys. l. 10. p. 640. Cf. 5, 47 pr. ad 1, 11, 4. 3, 45, 9. et Tac. Ann 14, 31, 6. *Arx* et *caput Italiæ* Roma dicitur 21, 35. 22, 32. et *caput orbis terrarum* 21, 30. ut h. l. *caput rerum*. *Arx et caput belli est, ubi Hannibal est* 28, 42.— — *idque ita*, eodem modo, *cecinere*, prædixere.

7. *ad eam rem consultandam*, v. ad c. 21. n. 1.

8. *manubiæ Pometinæ*, pecunia redacta ex præda, ab incolis Suessæ Pometiæ capta et vendita, inpr. pars prædæ, quam rex vel imperator capit. — De *Fabio* v. ad c. 44. n. 5. L. Calpurnius *Piso* Frugi consul fuit a. V. c. DCXX, et Annales orationesque scripsit.

9. *quadraginta ea sola talenta fuisse* cet. recte pro *quadringenta* (quæ lectio non nisi duorum MSS. et Dionysii. 4, 50, auctoritate nititur) jam reposuit Stroth., quoniam 1. consensu omnium fere MSS. et edd. antt. firmatur; 2. Livius *talenta* et *millia pondo argenti*, adeoque ejusdem numeri, sibi opponit, neque alio sensu hæc verba adcipi possunt, quam hoc: *quadraginta* (substant. et subjectum) *ea*, quem numerum uterque memorat, (*die Vierzig*) *sola*, solum, tantum, *talenta fuisse*, non tot *millia pondo argenti*; 3. Livius contradiceret sibi, imo nugas proferret, si *quadringenta talenta* scripsisset, et mox *CCCC millia pondo* tam enormem vocasset *summam*, et tanto majorem. *Talenta XL* æquant fere 50,000 imperiales numos, adeoque *CCCC fere* 500,000 imp. at *CCCC millia pondo* DCLXVI talenta et quod excurrit, vel fere 800,000 inp. Hæc itaque summa longe major est XL, non vero CCCC talentis.

10. *et nullius* magnificentiæ, nisi malis operis, *ne horum quidem operum*, quæ nunc sunt, hujus ætatis, *magnificentiæ*, h. e. operum magnificorum *fundamenta*. Sic c. 56 *magnificentia hæc nova*, Romæ hodierna, vel qualis nunc est, et 6, 4 extr. *opus vel in hac magnificentia Urbis conspiciendum*. Cf. ad c. 5. n. 1.

CAP. 56.)—1. *foros in circo, cloacas* et *Capitolium*, opera a patre vel potius avo inchoata, et a filio vel nepote perfecta. Cf. cap. 35 extr. (ubi vid. n. 6.) et 38 extr. Dionys. 3. et 4. p. 200. et 246. Plin. 36, 15. Salmas. ad Solin. p. 646.

2. *ubi usus non esset*, si inutilis esset vel sine usu, h. e. nimis magna, quæ nec satis laboribus exerceri nec ali posset.

3. *Signiam* (hod. *Segni*) *Circeiosque*, oppida in finibus Volscorum sita, et hoc quidem ad mare in promontorio Circæo, hod. *Monte Circello*, ubi et portus fuit egregius; unde h. l. *terra marique*. Cf. 2, 21.

4. *portentum terribile*, *anguis ex columna lignea elapsus*, v. ad c. 31. n. 1. et Heyne ad Virg. Æn. 5, 84 sq. — *quum terrorem fugamque in regiam fecisset*, quum effecisset, ut ceteri perterriti fugerent in regiam. *in regia* emend. Bauer, quia visum fuerit domesticum. Columna vero non in ipsa fuit regia, sed extra eam. — *publica prodigia* in locis publicis, ut in agris, templis, foro, vicis facta: hinc ad reipublicæ sortem referri credita; Bauer. — *domestico visu*, viso, ostento.

5. *responsa sortium*, oraculi, (κλήρου) quod Delphis, ut et alibi, per sortes, ψήφους, edebatur. v. ad Juvenal. 1, 82.

6. *Brutus*, *Tarquinia sorore regis natus*: quam regis potius amitam, filiamque Tarquinii Prisci facit Dionys. Regis quoque et Bruti filios ætate fere æquales fuisse, ex historia conjurationis probabile fit. Cf. ad c. 40. n. 6.

7. *Is quum primores civitatis, in quibus*, h. e. et in his quoque (ut 6, 20. et 29, 29.) *fratrem suum* cet. — *interfectum* pro *interfectos* verbo ad posterius nomen adcommodato. Ad *primores civit.* ex seqq. intellig. *interfectos*; Str. v. ad 21, 43, 4. Ceterum non modo fratrem Bruti natu majorem, in quo generosus elucescebat animus, sed et patrem ejus clam occidendum curaverat tyrannus, ut illius potiretur opibus. v. Dionys. 4, 64. 68.

8. *neque in animo suo quidquam* cet. statuit et ingenium suum ita dissimilare, ut nullus inde metus regi relinqueretur, et *sua prædæ esse regi sinere*, ut nihil superesset, quod ille *concupisceret*. Ita dissimilatione ejus Romanos XXV per annos fuisse deceptos monet Dionys. 4, 77.

9. *factus ad imitationem stultitiæ*, quum ad eam se formasset totumque finxisset, vel personam *Bruti* h. e. stupidi homiuis sibi adcommodasset. Hinc et tribunus Celerum factus est, adeoque regi proximus dignitate v. Dionys.

10. *opperiretur*, exspectaret, *tempora sua*, obportuna, sibi faventia, suis consiliis exsequendis idonea, ut *tempore tuo pugnasti* 38, 45 extr. *sua tempora exspectare* 4, 7. et nos *seine Zeit abwarten.* Sic 22, 39 extr. *ne occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des*; 23, 41, 5. *æstu suo* (secundo) *Locros trajecit*; 38, 43, 8. *Ambracienses suos*; 9, 19. *numquam nostris locis*, qui nobis favebant et obportuni, vel solerter a nobis capti erant et explorati, *laboravimus*; (v. ad 3, 31, 1.) 4, 58 pr. *ex incommodo alieno suam*, sui commodi, *occasionem petere*, ut ap. Terent. Andr. 4, 1, 5. *malis gaudere alienis atque incommodis alterius sua comparare commoda.* Cf. ad 42, 43, 2. Sic passim *meus, tuus, suus, noster, vester* dies, ventus, deus cet. *σὴ νῦν ἡμέρα, σὸς ὁ καιρὸς* Polyb. 17, 18. et al. — *liberator ille populi Rom. animus*, v. Bentl. ad Hor. Od. 4, 9, 37. *Liberator* pro liberatoris, vel in quo animo delitesceret et turgeret consilium liberandi populi; Bauer.

11. *baculo cavato ad id* consilium, ut aurei baculi theca esset. *corneo*, e corni ligno duro. De voc. *baculus* bis posita v. ad 1, 3, 8.

12. *per ambages*, obscuram *effigiem ingenii sui*, præclari et sub vili stupidi hominis specie latentis.

13. *Ex infimo specu*, antro, *χάσματι*, in Parnaso, cui tripos inponebatur, et ex quo Pythia tripodi insidens Dei adflatum excipiebat. Bauer hæc eo refert, quod Pythia, tripodi alias in spelunca insidens, nonnumquem, quo plenior deo fieret, in imam speluncam descendere coacta sit. — Ceterum Romani raro consulebant oraculum Delphicum, (cf. 5, 15 sq. et 29, 10.) et plerumque augures.

14. *velut si prolubius ceciderit* duplex pleonasmus; Bauer.

CAP. 57.)—1. *præter aliam superbiam*, alia superbiæ argumenta, *regno infestos etiam*, regi et omnino dominationi unius. *superbiam regni* malebat Bauer. — *habitos*, detentos et vexatos. Mox in vett. libris legitur: *Tentata res est primum, si primo impetus* cet. Non vero adverbium, sed epithetum delendum esse, jam bene, opinor, monuit Gron. *si* pro *an*, ut 2, 25. 35. 4, 20, 7. 5, 42. 10, 16. 27, 14. 30, 16, 4. 31, 9. 54. al.

2. *satis liberi commeatus erant*, sæpe ac facile dabatur *commeatus*, h. e. venia abeundi ab exercitu, potestas Romam aliove proficiscendi. — (*Urlaub.*) Cf. ad 25, 8, 6. — *comessatio* s. *comissatio*, *κῶμη*, convivium nocturnum et tempestivum, inpr. compotatio, et eorum, qui ebrii et coronis redimiti, cum facibus musicisque instrumentis per plateas (*κώμας*) discursitare, (*κωμάζειν*) et inter lascivas cantilenas saltationesque ad amicarum fores concurrere solebant.

3. *Tarquinius Collatinus, Egerii filius*, v. ad c. 34. n. 3. — *Quin conscendimus equos*, alii *conscendamus*. Utrumque recte dicitur; sed plerumque indicativo jungitur *quin*, particula solennis semet aliosve incitantium. Exempla v. ap. Drak. ad h. l. Cort. ad Sallust. Cat. 20. Heins. ad Ovid. Am. 2, 19, 59. et in Schelleri Lex.

4. *Id cuique spectatissimum sit* sc. mulierum ingenium. *Spectata* dicuntur certis experimentis, an proba sint, nec ne, explorata et cognita, inpr. metalla, numi, histriones et gladiatores; unde *spectaculum, spectatio* et *spectamen* pro specimine et experimento. — — *age sane, omnes* sc. exclamant.

5. *primis se intendentibus*, se extendentibus, dispersis, *tenebris*, ut de nocte 7, 28, 3. cui amictum, vela et peplum tribuunt poëtæ. Mox *in convivio lusuque* malebat Gron.

6. *in medio ædium*; nam *telæ ex vetere more in atrio texebantur*, ut utar verbis Cic. pro Mil. c. 5. Cf. Lips. Elect. 1, 17.

7. *Muliebris certaminis*, h. e. de mulieribus, ut fere *certamen regni* et *juris* 1, 17. 21, 6. 31. *timor* et *terror externus, servilis, peregrinus*, h. e. ob hostem externum et servos, 2, 39. 3, 10. 16. 28, 42. 34, 25. *scelera divina et humana*, in deos hominesque commissa, 3, 19. 29, 18. *odia externa et domestica*, h. e. hostium et civium, 2, 45. aliaque adjectiva, objectum notautia.

CAP. 58.)—1. *postquam satis tuta* sc. *omnia*, quod voc. in seq. *omnes* latet, et sine necessitate additur in Edd. ab Ald. ad Drak. *pavida ex somno*, quippe repente somno excussa, vel cum pavore excussa somno; Bauer. Idem monet, mox *versare in omnes partes muliebrem animum* dici pro: omnibus machinis, minis, precibus, solicitare, et *omnes partes* hic non esse consilia varia, res varias, ut ap. Virg. Æn. 4, 286. et 8, 21. sed argumenta, causas ad persuadendum

compositas, locutione petita ab arbore, quæ prolabi coacta in omnes partes trahatur, ut ex una ruat, sin minus ex altera. — — *in sordido adulterio*, cum homine sordido, servo.

2. *Sp. Lucretius* Tricipitinus, pater Lucretiæ, præfectus urbi a rege relictus, (v. cap. 59.) *cum P. Valerio* Poplicola, *filio Volesi* s Volusi, (al. *Valesi*; unde *Valesius* et postea *Valerius* Romæ dictus) Sabini, qui cum Tatio Romam commigraverat. v. Dionys. 2, 46. *Collatinus* Tarquinius, maritus Lucretiæ, (v. ad c. 34. n. 3.) *cum L. Junio Bruto*, Tarquinia sorore regis nato, et tribuno Celerum. v. cap. 56. et 59. Collatinus et Brutus simul fere cum Lucretio et Valerio Collatiam veniunt, postquam eos, *Romam forte* una *redeuntes*, *nuncius uxoris convenerat* in via.

3. *Satin'* (satisne) *salvæ* scil. res sunt? num omnia bene se habent? (*Steht alles wohl? Ist dir etwas begegnet?* ut 3, 26. 6, 34. 10, 18. 40, 8. et inpr. ap. Comicos. cf. Duk. — *Vestigia viri alieni in lecto sunt tuo*, ut ap. Prop. 2, 29, 35. et Tibull. 1, 9, 57. ubi v. Broukhus. *Μηνύματα συζυγίας* dixit Aristænet. Epist. 2, 22. et forte sic *μνημόσυνον* Meleager carm. 103, 4. in Brunck. Anal. T. I. p. 29. Honestissimam rei inhonestæ descriptionem et generosæ indignationis plenam in his et seqq. verbis jam notarunt alii.

4. *pestiferum hinc abstulit gaudium*, ut ap. Virg. Æn. 4, 29. *amores abstulit*; Ern.

5. *Cultrum, quem sub veste a. h.*, — *eum*, v. ad c. 19. n. 1. nisi pro *eum* legere malis *tum* suadente Schellero.

6. *prolapsa in vulnus*, vulnere adcepto, ut *in vulnus cadere*, *corruere*, *devolvi* ap. Lucret. 4, 1042. Virg. Æn. 10, 488. Stat. Theb. 4, 463. et Sil. 2, 129. Sic et inf. 2, 46. *præceps Fabius in vulnus abiit*, delapsus ex equo, et corruens in pectus mortifere vulneratum. Cf. Burm. ad Quintil. declam. 9, 5.

CAP. 59.)—1. *me, L. Tarquinium* — *exsecuturum*, persequuturum, expulsurum, vel vindicaturum, ulturum; nisi malis cum Gron. reponere *exacturum*, quoniam *exsequi* de rebus tantum, non de hominibus adhibetur. — *ferro, igni, quacumque vi possim* plane ut 2, 10. Copula *et* omissa. Cf. ad 1, 24, 11.

2. *Ut præceptum erat* a Bruto, et secundum formulam juris jurandi, quam præiverat.

3. *pro se quisque queruntur*, v. ad c. 41. n. 1.

4. *pari præsidio*, satis firmo, subficiente sc. ad impetus regis arcendos, *verhältnissmässige, hinlängliche.* Sed egregie emend. Gron. *Inde pars præsidio relicti Collatiæ, ad portas custodibus datis* cet. Ita *pars*, quod etiam in uno MS. legitur, et *ceteri* bene sibi obponuntur.

5. *præco ad tribunum Celerum populum advocavit*, non ad præfectum Urbi, Lucretium, quia hic magistratus minor fuisse videtur, (Cf. ad c. 15. n. 5. et 56. n. 9.) vel quia Lucretius tum forte erat Collatiæ, non Romæ: nam comitia certe consularia a præfecto urbis habita fuisse scribit Livius c. 60 extr. Sed a Lucretio interrege, non præfecto urbis, rectius tradit Dionys.

6. *Tricipitini* Lucretii. Cf. ad c. 58. n. 2.

7. *aliis, quæ præsens rerum indignitas subjicit*, quas cogitationes injicit s. injicere solet sc. animo s. oratori; ut *quæ dolor querentibus subjicit* 3, 48 extr. *idem subjicit* mihi *ratio* 26, 41, 9. et *has mihi spes subjicit, injicit, dat, fortuna* 28, 44. Cf. ad 29, 15, 1. 30, 32, 2. 40, 9, 4. 44, 24, 1. Sed h. l. forte leg. *subjecit.*

8. *præfecto Urbis*, de quo v. ad 3, 3, 1. *invocantibus parentum Furias*, vindices parricidii. Cf. ad 40, 10, 1.

CAP. 60.)—1. *pergeret Romam*, v. ad c. 6. n. 1. —*flexit viam Brutus*, de via deflexit. — Mox *adcepere* pro *excepere*, ut 5, 21 pr. 38, 25, 5. al.

2. *exsulatum Cære ivit* rex VI. Cal. Mart. qui dies *Regifugium*, dictus est. v. Intpp. Ovid. Fast. 2, 686. et Macrob. Sat. 1, 12.

3. *Sextus Tarquinius Gabios, tamquam in suum regnum* cet. Cf. c. 53. et ad 2, 19. n. 4.

4. *Regnatum Romæ* est, reges imperium tenuere.

5. *ex commentariis Servii Tullii*, secundum rationem comitiorum habendorum et centuriarum, a Servio institutam et descriptam in *commentariis*, h. e. libris, in quibus memoriæ causa res perscribuntur memorabiles. Ex formula imperii regendi, descripta fortasse a Servio, quum deponere imperium in animo haberet; de quo v. cap. 48 extr. ei in animo esset, imperio se abdicare; (v. cap. 48 extr.) Ern.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM II.

CAP. 1.)—1. *peragam*, persequar, exponam, *annuos magistratus imperiaque legum, potentiora quam hominum*, h. e. liberæ civitatis (cujus hæc est descriptio, immo plane definitio; Bauer.) statum, qui legibus continetur, quarum vis est maxima et efficacissima, immo divina et immutabilis; in qua non, ut in hominum potestate, locus est vel gratiæ et iræ, (vid. cap. 3 pr.) vel libidini et arbitrio, vel denique fortunæ, quibus infringi possit. — Mox suspicari possis *regnarint* et *numerarentur*, quia præcedit *fuerat*. Sed Wolf. ad Suet. Cæs. 84. jam monuit, apud historicos multa non per relativam constructionem dici, sed absolute vel ἀορίστως narrari; et utrumque genus constructionis rectum esse interdum, alterum vero prælatum a bonis scriptoribus.

2. ut *haud immerito omnes deinceps*, singuli ordine s. continuo, (v. ad c. 44. n. 6.) *numerarentur*, recenseantur et habeantur, *conditores* (v. ad 5, 24, 7.) si non *Urbis*, *certe partium* ejus, *quas novas ipsi* Urbi *addiderunt*, tamquam, vel ut essent *sedes multitudini ab se auctæ*, vel quas in gratiam et usum multitudinis ab se auctæ addiderunt; nisi *addiderunt* est id. qd *dederunt*, adsignarunt, *ipsi* conditores *multitudini*, vel e recentt. libris leg. *multitudinis*. Pro *certe* alii *captæ* prob. Bauero, cui τὸ *certe* videtur pæne frigere.

3. *pessimo publico*, maximo reip. damno, ut ap. Varr. R. R. 1, 13 extr. Sic et *malum publicum* 4, 44. et contra *bonum publicum* vel *bono publico* 2, 44. 9, 38. 28, 41. 33, 46. 34, 6 al. et *egregium publicum* ap. Tac. Ann. 3, 70 extr. Similiter *publicum divinum* inf. 8, 10, 12. et al.

4. *sub tutela inviolati*, inviolabilis, (ut 3, 55. 8, 34. 45, 5 pr.) *templi*, asyli, vel potius templi, quod Romulus, quum asylum aperiret, exstruxerat, tamquam locum sacrum, ubi nemo violandus esset. Cf. Dionys. 2, 15 extr. et sup. ad 1, 6, 4. — *regio metu*, regum, a regibus. *soluta metu*, non quo antea teneretur, sed plane ab initio non metuens; Bauer.

5. *agitari cœpta esset*, ut bis 21, 8. et 26, 46. Sed *cœpisset* coni. Ern. quia hoc subintell. est ad seq. *serere*. — *tribuniciis procellis*, turbis ac seditiosis motibus, ut *turbo* et *tempestas*. *Procellæ seditionum* 28, 24. 25. *prima periculi procella* inf. c. 10. ut
al. Cf. ad 10, 5, 4.

6. *cum Patribus serere certamina*
ut s. *discordias*, *lites*, *mentionem* cet.
al. *bella ex bellis serere* 2, 18. 21, 1
spargere) scil. cœpisset, quod in p
esset latet; nisi leg. *seri* scil. cœp
Cf. ad Sil. 1, 394. 3, 365. 5, 235.

7. *pignera conjugum ac liberorum*
conjuges ac liberos, qui (ut et ne
neri aliique cognati) sæpe vocan
amoris, (*Liebespfänder*) arctissim
amoris conjugalis et parentalis, q
stringitur, vel quo illis tamquam
bus, obligamur et obstringimur
scribo, non *pignora*, ut *pignerare*, c
fenus, *fenerator*, *femina*. — *long*
subpl. *non nisi* vel *demum*; Bauer.

8. *res nondum adultæ* — *qua*
— *nutriendo* — *maturis*, metapho
gibus ductæ.

9. *Libertatis originem inde magi*
repetere possis et æstimare licet
ponere, quod cet. — *quia annuum*
(scil. sive et) *consulare*, *factum est* i
Bauer. putans, alioqui sensum
emergere: quod non adsequor
sunt plana, si junxeris *quia imper*
lare factum est annuum.

10. *omnia insignia* regum *pri*
tenuere, præter trabeam et diad
forte et hæc primis fuere consuli

11. *Id modo cautum est*, provisum
bibitum, *ne ambo fasces haberent*,
Urbe, vel in castris aliove loco am
(cf. 9, 8. 22, 45. 28, 9, 7.) et ita
terror videretur, qui iis incuti sole
alterum dumtaxat consulem, idqu
mensibus (nonnumquam vero alt
bus in castris, ut 22, 41. ubi cf. n
Polyb. 3, 110. 113, et Plut. in F
lictores s. fasces erant, adeoque
rium auspiciumve, cujus erant
nisi, ut quidam putant, ii tantu
intellegendi, quibus secures addit
rum, qui fasces non habebat, pr
adcensus, et lictores pone sequeba
2, 55, 2. 3, 33, 4. et Suet. Cæs. 20
autem fasces sumebat major nat
primus erat creatus, (cf. 9, 8.) v
h. l., id conlega concedebat, sed,
gem Juliam de maritandis ordi

Augusto a. V. c. 736 latam, qui plures habebat liberos, et, si par utrique liberorum esset numerus, maritus, aut sponsus, aut cui jus mariti concessum erat. v. Dionys. 5, 2. Dio. Cass. 54. Gell. 2, 15. et Valer. Max. 4, 1, 1. qui etiam, ut Appianus, B. Civ. 1, 100., XXIV lictores regibus, (quot postea Sullæ et ceteris post eum dictatoribus fuere, de quo v. Drak. ad Liv. Epit. 89.) et hinc XII cuique priorum consulum ante legem, a Valerio Poplicola latam, fuisse putat. Sed v. sup. 1, 8. Dionys. passim, et Schweigh. ad Appian. l. l.

12. *qui non acrior vindex* cet. qui non acrius libertatem vindicaverat adversus regem, quam deinde custodiebat et tuebatur. Bruti facinora fere omnia non ex patriæ amore animoque generoso, sed ex vindictæ potius honorumque cupiditate profecta videri, probare conatur Schulze in Woltmann's Gesch. und Politik a. 1802. P. I. p. 65 — 85. contra quem disputavit Bredow in Archenholzii Minerva a. 1802. Fasc. V.

13. *primoribus equestris gradus*, h. e. equitibus. Ordo equester, proprie sic dictus, Gracchorum demum temporibus constitutus, et inde senatus seminarium fuit. — — *traditum inde*, mos inde ortus traditusque posteris.

14. *Patres*, qui generis sunt patricii, *et conscripti*, ex equestri ordine Patribus adscripti. Postea simpl. dicti *Patres conscripti*, omissa copula *et*, ut in aliis formulis vulgaribus, v. c. *de vi armatis hominibus: nisi Livius errat, et Patres conscripti* sunt potius in albo senatorio conscripti et universi Patres. Cf. 23, 12, 4. ubi senatores adeo Carthag. ita adpellantur, more Rom., sed parum apte.

15. *Conscriptos in novum senatum adpellabant lectos*: "immo ipsi *conscripti* erant novus senatus, quem ipsi efficerent: significat ergo, ut essent, vel qui essent novus senatus, lecti ad novum senatum efficiendum, novi senatus nomine et conditione ac loco," Bauer. *In novum senatum lecti* videntur simpl. dici novi senatores, ut *in Patres lecti* simpl. Patres s. senatores.

CAP. 2.)—1. *ne ubiubi*, ne ubicumque sit, ne quacumque demum in re (ut 42, 57 extr. nisi leg. *necubi* h. e. ne alicubi, ne usquam, ne ulla in re ac parte officii quod regium fuerat, ut *necunde, ne quando*) *regum desiderium esset*, ministerium munusque regis, quod non modo civile ac militare, sed et sacrum fuerat, (quam officii partem non receperant consules) desideraretur, quum deesset, qui ejus vicem expleret, ut 1, 20. *ne sacra regiæ vicis desererentur*. In MSS. legitur *nec ubi* et *nec ubi ubi* et *nec ubi ibi*: in Voss. 1. *ne ubiubi* probb. Gron. et Drak.

2. *regem sacrificulum*, qui *rex sacrificus* 40, 42 a. *rex sacrificiorum* 9, 34. *rex sacrorum* 27, 6. 36. Gr. *βασιλεὺς τῶν ἱερῶν*, et diminut. *sacrificulus* forte contemtim dicebatur. — *regem creant*, propr. dicendum erat: *rex creatus* ob præc. Cf. ad 22, 6, 7. *Id sacerdotium*, hunc sacerdotem, regem sacrificulum, *pontifici* maximo ejusque potestati *subjecere*, eo inferiorem fecere, ut 10, 3, 5. 31, 29 al. — *additus nomini honos*, amplissima dignitas majestasque superbo *regis* nomini juncta. Ceterum similis fere *Βασιλεὺς*, Archon Athen. Cf. Pollux 8, 90. et Schweigh. ad Athen. 6, 26. p. 360.

3. *Ac nescio an* pro *an non*, h. e. puto. Ita semper non dubitatio, sed adfirmatio, et modestius exprimitur; ut et *haud scio an*. Cf. 3, 60. 9, 15. 22, 39. 23, 16. 28, 12. 37, 54. (ubi v. Drak. §. 16.) ad Corn. Nep. Timol. 1, 1. Duk. ad Flor. 3, 12. — *offenderit*: vix est, quin legendum putem *offenderet*; Bauer.

4. *ne intervallo quidem facto* cet. etsi jam alius post patrem et diu regnaverit, Superbum non abjecisse spem regni, et tam parum fuisse memorem, hoc regnum non suum, (sibi debitum) sed *alienum* fuisse, quod et patri suo, peregrino homini datum esset, et ab arbitrio populi Rom. penderet, ut illud jure quasi hereditario rapuisset.

5. *Hic sermo — est datus*, diffusus, sparsus. Suspicari possis *diditus*.

6. *Invitum se id dicere hominis causa* sc. Tarquinii Collatini, quem forte non confestim ipse adloquitur, ut minus ille nova re ac subita perturbetur. — *solidam*, totam, plenam, *libertatem recuperatam*, immo solide, plane, omnino; Bauer.

7. *Regium genus, regium nomen* cet. Cf. Gell. 15, 29. et Cic. Off. 3, 10. At Dionys. 5, 9. 10. 12. 16. et Plut. in Poplic. c. 7. p. 100. probabiliora tradunt, Collatinum oppressa demum conjuratione patriciorum juvenum (v. cap. 3.) consulatu se abdicare coactum esse, quoniam obstiterit, quo minus Aquillii s. Aquilii, sororis suæ filii, apud quos tamen conjuratorum conventus et literæ ad Tarquinium scriptæ fuissent, idem subirent supplicium, quod jam a Bruti filiis fuisset sumtum. *Genus* maternum ipse quoque Brutus a Tarquiniis trahebat.

8. *ejecisti reges*, v. ad c. 39. n. 2. — *cum gente* demum *Tarquinia*, non ante, non aliter; Bauer.

9. *Consuli*, Collatino *primo*, primum, initio, *tam novæ rei* — *incluserat vocem*, intercluserat, ut in omnibus fere MSS. 21. 56, 4. 26, 5, 6. et 27, 27, 2. — *precibus orant*, cf. ad 9, 16, 3.

10. *Sp. Lucretius*, qui præfectus Urbi fuerat *major ætate ac dignitate*, sc. quam ceteri eum orantes. — *varie, rogando alternis vicibus suadendoque cœpit agere* cum eo, tractare, conloqui, vel agere rem, pro simpl. rogare et suadere cœpit, ut *agere clamoribus* c. 45.

11. *civitate cessit*, excessit, exiit; ut 2, 33 extr. *memoria cessisset*, excessisset, quo sensu

de memoria excidere, dicitur 29, 19 extr. et *e memoria excedere* 26, 13. — *reges*, v. ad 1, 39. 2, 2.

CAP. 3.)—1. *spe omnium serius*, v. ad 1, 5. n. 8. — *in regno*, sub regibus, regnante rege. — *licentiam quærentes*, requirentes, desiderantes. v. ad 9, 19, 5.

2. *libertatem aliorum in suam servitutem vertisse* sc. se, s. versam esse, (8, 30. 22, 23. 26, 6, 11. passive s. intransit. et absolute, ut *vertere* c. 27. 62. 5, 18. 49. 7, 30. 38. 9, 17. 38. 40. al. *præcipitare* 2, 51. 5, 18. 6, 30. 25, 11. *laxavit annona* et *annus* 23, 20. 32, 5. *mutavit nihil annona* al. 5, 13 pr. 9, 12 pr. 39, 51. *movere* sc. se s. *exercitum* s. *castra* s. *e. castris* et al. 1, 55, 4. 21, 32. 22, 1. 23, 1. al. 5, 25. 9, 20, 2. (*κινεῖν* ap. Polyb. 2, 54 pr.) insinuare 40, 37, 4. *remisit clades* et *imber* 2, 34. 40, 33. *Vertisse* vero *in servitutem*, h. e. versam s. mutatam esse, pro effecisse s. peperisse, ut 4, 9. 8, 30. 22, 23. 26, 6. Cf. Drak. ad 1, 17, 6. et Cort. ad Sallust. Jug. 85. Exc. VI.

3. *a quo inpetres*, quod cupias, seu *jure*, seu *injuria*, sive sit justum, sive contra jus fiat. Cf. ad simil. loc. Tac. Ann. 3, 10, 6.

4. *nihil laxamenti*, lenimenti pœnarum, *habere*, continere ac dare.

5. *sola innocentia vivere*, quasi vitam sustentare, ad eam tantum adtemperare vitam, prorsus innocenter vivere; ut *virtute vivere*. Pro adject. *innocentem*; aut *cum* vel *ex* subpl. Bauer. — *ægris animis*, quum ægritudine adfecti essent, (*missvergnügt*) *jam sua sponte*, jam sic et ante, nondum alia, oblata causa.

6. *ea consultatio tenuit*, duravit, (ut 3, 19. 47. 23, 44. 24, 47. 25, 15. 39. 33, 22. 36, 43.) nisi malis *tenuit* senatum, h. e. occupavit et distinuit, (ut *tenuit eum de Hannibale deliberatio* 35, 42.) Patribus verentibus, *ne* cet., (nam verba *timendi* Græcorum more sæpe omitti ante *ne*, inttp. monent: cf. ad 38, 4, 4. et ad Tac. Ann. 1, 47, 2.) vel aliis suadentibus ut bona redderentur, *ne non reddita belli causa* essent, aliis dissuadentibus, ne *reddita belli materia essent*, h. e. adjumentum, metaphora ducta a materie s. lignis, quibus ignis alitur.

7. *tamquam ad id*, ob id, (v. ad 1, 34, 5.) *quod agi videbatur*, sc. ut bona repeterent, *ambientes*, circumeuntes, *animus pertentant*, explorant et sollicitant. Ceterum h. l. in eadem periodo infinitivi narrativi *moliri* et *struere* junguntur verbo finito *pertentant*. — — *literas ab Tarquiniis*, v. ad 27, 5, 4.

CAP. 4.)—1. *Vitelliis Aquilliisque* cet. v. ad Epit. II. n. 1. Ἀκύλλιοι dicuntur. ap. Dionys. in cod. Vat. *Aquillii* in Capitol. fastis et numis. Ἀκύλιοι Plut. T. I. p. 98 sq.

2. *spatium ad vehicula c. a consulibus sumsissent* v. ad 24, 38, 1. *nam aliter qui*, quomodo, *credituros eos* Tarquinios esse dicunt. Mox *et cænatum — conjuratique*, et conjurati; nisi delendum illud *et*. — *remotis arbitris*, v. ad 6, 33, 3.

3. *sermonem eorum ex servis unus excepit*, auribus, ut *excipere voces* 40, 7. *legem parari* 4, 30. *rumores* ap. Juvenal. 6, 409. et nostrum, *eine Nachricht auffangen, aufschnappen*: quod propr. dicitur de venatoribus, qui feras ex insidiis vel dolo *excipere, capere*, δέχεσθαι, ἐκδέχεσθαι, solent. Cf. ad 5, 14, 2. 22, 12, 6. et Sil. 13, 135.

4. *Consules profecti*, abeuntes, *domo*, prodeuntes in publicum.

5. *jus gentium valuit*, non violatum est. Cf. ad c. 14. n. 1.

CAP. 5.)—1. *res integra, refertur*, iterum, ut integra, h. e. nondum dijudicata et liberi arbitrii; de integro. Cf. ad Tac. Ann. 4, 40, 1. Synonyma *integra ac libera* junguntur 10, 25. et *rei integræ* obponitur *res acta* 28, 40, 2. *Bellum integrum* 21, 29, 7. in quo pugna nondum commissa est. Cf. ad 24, 24, 6. et 32, 6, 3.

2. *redigi* bona, h. e. pecuniam ex iis venditis *in publicum*, in ærarium.

3. *contacta* plebs *regia præda*, h. e. polluta, contaminata, infecta, ejus particeps facta, ratione quadam injusta vel turpi. Sic *contactus* 4, 9. 15. 6, 28. 21, 48. 29, 8. 18. 31. 8. 38, 55. et *contagio* s. *contagium* et *contactus* (4, 30.) communio s. societas (propr. communicatio vitii, contactu transfusi) c. 37. 1, 15, 1. 9, 1. et 34. 10, 18, 2. 40, 20, 5. Similiter Decius, se devovens, dicit 10, 28 extr. se *contacturum funebribus diris*, exsecrationibus, *signa, tela, arma hostium*, et sic *locum eumdem suæ pestis* (forte *pesti*; v. ad 3, 46, 1.) *et Gallorum ac Samnitium fore*, h. e. hoc contactu se hostesque ejusdem interitus participes fore, in idem exitium tractum iri. Cf. ad 6, 28. 3.

4. *campi fructum*, Marti jam una cum campo sacratum, *quia consumere religiosum* erat, religioni et nefas habebatur. *Religiosum* et *religio* dicitur tum prodigium, ostentum, ut 39, 7, 5. tum metus et scrupulus, animo religioni dedito ex eo injectus, (unde *religiosus* 24, 10. qui facile eo terretur) deinde et culpa, quæ violata religione contrahitur, ut 10, 40, 10. Hinc *religiosum* vel *religioni* vel *religio est*, et *res in religionem venit, vertitur*, (10, 37, 13. 22, 33, 5. 30, 38, 5.) ut Nos dicimus: *man macht sich ein Gewissen darüber*. Cf. ad 5, 23, 7. 6, 1, 7. Ernesti clav. Cic. et loc. class. Gell. 4, 9. Ceterum hunc campum jam prius *Marti consecratum* fuisse, docet Dionys. 5, 13. Ἦν δὲ καὶ πρὸ τούτου ἱερὸν ἦν τοῦ Θεοῦ τοῦδε, Ταρκύνιος δὲ σφετερισάμενος ἔσπειρεν αὐτό. μέγιστον ἡγοῦμαι τούτου τεκμήριον εἶναι τὸ πραχθὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων περὶ τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς. Cf. sup. ad 1, 44, 2.

5. *simul inmissa* in segetem vis hominum. Alii: *inmissa corbibus* stramentum et segetem. *corbibus* messoriis, ut 22, 1. *Spicas*

[redacted]

conjiciunt in corbem, atque in aream mittunt; — infra manum, stramentum, quod terra hæret, subsecatur; contra, quod cum spica stramentum hæret, corbibus in aream defertur, Varr. R. R. 1, 50.

6. *Insulam inde*, ex eo s. iis (cf. ad 2, 32, 8.) — *factam* dicunt, ἣν φάσιν ἐκ τοῦ σοροῦ τῆς καλάμης σαπείσης, καὶ τι καὶ τοῦ ποταμοῦ προσλιπαίνοντος αὐτὴν, νῆσον γενέσθαι, Dionys. l. l. *temere*, forte casu.

7. *manu adjutum*, esse, molibus et substructionibus, opera et arte humana; quæ huic insulæ Tiberinæ, inter campum Martium Janiculumque sitæ, et molibus muroque circumdatæ, formam navis dedit, eamque propterea obelisco, loco mali, ornavit. *adjutum*, opus, rem. Cf. Drak. ad h. l. et Cort. ad Sallust. b. Jug. c. 13. §. 6. *adjutam* sc. insulam s. aream malebat Gron. — *tam eminens*, ad modum e., Drak. quem vide ad 33, 45, 4. Sed *jam e.* leg. cum Duk. — *templis* Fauni et inpr. Æsculapii, cui tota insula erat sacrata.

8. *subplicium conspectius*, magis conspicuum s. insignius, magis oculos hominum advertens, ut ἐκπρεπέος Hom. Il. 3, 42. *conspectus* 4, 13 pr. 5, 23, 3. 6, 15, 17. 30, 45, 2. *tumulus conspectus*, conspicuus, 10, 40. 22, 24. 32, 5. 34, 50. *conspiciendum*, spectabile, 6, 4, 7. *conspici* sc. ut aliquod magnum, insigne, insolitum, et hinc esse 4, 60. 21, 4, 8. (ubi obponitur *vestitus nihil excellens*) 31, 24. 37, 57, 4. 39, 6, 10. Cf. ad 27, 31, 3. ad Juvenal. 8, 140. Gron. et Drak: inf. ad 4, 13, 3. et Intpp. Nepot. in Att. 13. — *exactorem subplicii*, v. ad Tac. Ann. 3, 14, 9.

9. *a ceteris in se averterant oculos*, ut 3, 24. Al. *adverterant*.

10. *illos patriam liberatam*, et *eo potissimum anno*, quo liberata esset, *induxisse in animum, ut proderent*.

11. *nudatos virgis cædunt, securique feriunt*, v. ad 1, 26, 6. — *inter omne tempus* subplicii.

12. *eminente animo patrio*, (v. ad 8, 7. 2.) conspicuo, quamquam subpresso: (v. ad Tac. Ann. 13, 16, 5.) quod probabilius est, quam quod Plutarchus in Poplic. p. 99, 100. Dionysius aliique scriptores tradunt, eum vultu fuisse inmobili. — Ceterum omnem hanc agendi rationem in Bruto non satis vel laudari posse, vel vituperari, judicat Plut., et Dionys. 5, 8. eam quidem, ut quævis Romana, admiratur, sed veretur simul μὴ σκληρὰ καὶ ἄπιστα τοῖς Ἕλλησι δόξει λέγειν.

13. *publicæ pœnæ*, qua filii reip. causa et palam adficiebantur. — *Secundum pœnam*, v. ad 1, 4, 1. — *in utramque partem*, tum pœna sceleris, tum præmio indicii.

14. *vindicta liberatus*, virgula, quam lictor, vel potius Prætor capiti servi manu mittendi ter quaterve inponens, eum in libertatem *vindicabat*, dicens: hunc hominem liberum et civem Rom. esse aio, vel liberum esse dico more Quiritium. Quo facto servus in gyrum circumagebatur, et potestatem adcipiebat abeundi quo vellet. Hæc est publica manumissio per vindictam, quæ non modo libertatem dabat, sed et *civitatem*, h. e. jus civitatis s. Quiritium, et quidem optimo jure. Hinc *vindicta vitæ* liberatio ab ea, 26, 15, 8. *mors una vindicta est* 40, 4. sed *vindicta libertatis* defensio 34, 49.

15. *Vindicio ipsi nomen fuisse*: quidam emend. *Vindici*, quod nomen, propr. liberatorem servatoremve significat, et provocant ad Plut. cui tamen Οὐινδίκιος dicitur (v. Poplic. p. 98 — 100.) ut et Zonar. 7, 12. et Dionys. 5, 7. in MS. Vat.

CAP. 6.)—1. *dolore tantæ ad inritum cadentis spei*, ob tantam spem cet., ex eo, quod illa — caderet. Cf. ad 1, 5, 5. — *Ne se ortum*, hominem, ex vel a se ortum, ut 1, 32. 34. 8, 3. 7. 39, 53. — *extorrem, egentem, ex tanto modo regno* vulgo distinguitur; sed commata ejicienda putabat Drak. Malim: *extorrem actum ex tanto modo regno*, vel certe: *egentem, extorrem ex tanto modo regno*. Ceterum meliores rationes a rege adlatas memorat Dionys. Hal. 5, 4. Cf. Heynii Opusc. Acad. T. 4. p. 291 sq.

2. *Ferrent opem, adjuvarent*, pleonasmus; nisi posterius verbum glossatori debetur. — *Romano saltem duce*, nunc saltem, quum Romanus sit sibi dux, cujus virtus et auctoritas bonum spondeat eventum.

3. *agmine quadrato*, instructa acie et ordinibus densatis, ut semper ap. Livium. Cf. 21, 5. 31, 36. 37. 39. 30. 44, 9. Sed a Marcii temporibus ita dicebatur agmen, πλινθίῳ simile, quod æque latum ac longum est, vel potius frontem habet recta linea exæquatam, et ad extremitates angulos rectos: *bataillon quarré*. Cf. Morus ad Cæs. B. G. 8, 8. Schel. adcurate contra Lips. mil. Rom. 5, 12. disputans, ad Polyb. c. 11. 12. p. 280 sq. inpr. Nast's Röm. Kriegsalterth. p. 233—260.

4. *nostris decoratus insignibus magnifice incedit*, v. ad 1, 26, 9. — *Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus*, qui postea imperia tantum et mandata dare solebant.

5. *Avide itaque se certamini offert*, immo primus illud iniit, lacessitus conviciis Aruntis, si fides habenda Dionys. 5, 15. Cf. Cic. Quæst. Tusc. 4, 22.

CAP. 7.)—1. *Adjiciunt miracula huic pugnæ* sc. homines vel annales, ut 24, 3, 4. et 25, 39. Cf. ad 2, 18, 4. — *silentio proximæ* post pugnam *noctis*, περὶ τὴν πρώτην που μάλιστα φυλακὴν Dionys. 5, 16. Cf. et Plut. Poplic. p. 184.

2. *sylva Arsia*, ut ap. Valer. Max. 1, 8, 5. Sed Plut. Poplic. p. 101. aciem instructam fuisse dicit ἐν χωρίοις ἱεροῖς, ὧν τὸ μὴν Οὔρσον ἄλσος, τὸ δὲ Αισούειον λειμῶνα προσαγορεύουσιν. Ap. Dionys. 5, 14. δρυμὸν ἱερὸν ἥρωος Ὁράτου. Cf. Cluver. Ital. ant. 3, 2. p. 868.

De *ingentis editæ vocis* prodigio v. ad 1, 31, 1. Mox *hæc dicta* sc. esse. Sed hæc verba glossam esse ineptam, semper suspicatus sum. Idem putat Dœring.

3. *Uno plus Tuscorum* cet. (*um einen mehr*) ut 5, 30 extr. *legem antiquarunt una plures tribus*, h. e. antiquantes legem unius tribus numero vicerunt: *durch die Mehrheit einer Tribus*. Cf. ibi Drak. *ἑνὶ πλείους Τυῤῥηνῶν ἢ Ῥωμαίων* Plut. l. l. et Dionys. 5, 16. qui Fauni quoque vocem fuisse dicit, *ᾧ ἀνατιθέασι Ῥωμαῖοι τὰ πανικὰ καὶ ὅσα φάσματα ἄλλοτε εἰς ὄψιν ἀνθρώπων ἔρχονται*. *Tuscorum* plerique MSS. unde recepi pro vulg. *Etruscorum*, prob. Jac. Gron. qui hanc quoque variationem Livio solennem esse monet. Cf. c. 9. 34. 46. 5, 33. 9, 33. 41. 10, 30. 45.

4. *Etrusci pro victis*, ut s. tamquam victi: nostrum *als*, s. *so gut als*. Sic et 8, 1. 10, 35. 21, 9. 25, 34. Similiter *pro victoribus esse* 25, 34. *pro perfuga* 27, 15, 5. *pro transfuga* 24, 45. *pro firmato* 4, 7, 2. *pro pontifice* c. 27. *pro dictatore* 6, 38, 6. *pro imperio* et *pro potestate* (per imperium cet.) 2, 56, 11. 4, 26, 5. *pro magistratu*, ut magistratus 8, 36, 1. 9, 7, 6. 39, 5, 1. vel ex auctoritate ac nomine magistratus, ut *pro conlegio* vel *pro* et *ex conlegii sententia* 4, 26. 44. 53. 38, 36, 1. (quæ tamen verba Duk. ad 4, 26, 9. vel exponenda putabat *nemine intercedente*, vel de sententiis maximæ partis, quamquam uno alterove dissentiente aut intercedente) *facere pro bonis sociis* et *pro amicis*, h. e. agere, ut hi solent ac debent, 24, 48. 35, 46. *pro voluntariis* 32, 3, 2. Mox *nec quicquam* aliquot MSS. non male.

5. *suspicio cum atroci crimine* durius dicta pro: *suspicio atrocis criminis*. Sed *crimen* potius h. l. est criminatio. — *conlegam subrogaverat*, v. ad 3, 19. n. 2.

6. *Velia* collis s. regio editior Romæ, propinqua Palatino monti et foro inminens. v. Varro L. L. 4, 8. Donat. vet. Rom. 2, 16. Nardin. 5, 4. 5. et Adler's Beschr. Roms p. 245. *Τὴν οἰκίαν ἐν ἐπιφθόνῳ τόπῳ κατεσκευάσατο, λόφον ὑπερκείμενον τῆς ἀγορᾶς ὑψηλὸν ἐπιεικῶς καὶ περίτομον, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Ἐλίαν ἐκλεξάμενος*. Dionys. 5, 19. Sic et suspicionem regni adfectati augebat domus Manlii in arce posita 6, 19. pr. Cf. et ad 6, 20, 12.

7. *submissis* (populo et demissis) *fascibus in concionem escendit*, vel, ut 3, 49., *in concionem adscendit*, propr. in rostra s. subgestum, ut concionem ad populum haberet: (cf. ad 8, 33, 6.) nam τὸ *e* in talibus verbis compositis est nostrum *hervor*, vel *empor*, (in altum) ut in *emergere*, *eminere*, *erigere*, *evadere*, *evolare*, *emunire* (in altum educere 21, 7, 4. et 24, 21, 6.) cet. unde et *escendere in rostra* et *tribunal* dicitur 23, 23. 28, 26. et 30, 15. Stroth. Sic et *escendere equum* pro *adscendere* 23, 14, 3. Cf. ad 29, 11, 3. Hinc *fasces submittere alicui* tropice pro, principatum ei concedere, dixit Cic. Brut. 6. Ab eodem quoque Va-

lerio, lege de provocatione lata, ut
quæ fascibus consulum lictorumve in
erant, iis exemtas fuisse, sed in Urb
tum, non extra eam et in provinci
loque, tradit Dionys. 5. Cf. inf. 24, 9

8. *superstitem gloriæ suæ esse*, ut *glor*
supervivere dixit Plin. Ep. 2, 1 pr.
gloriola sua perfrui Cic. ad Div. 5, 12.

9. *ad Aquillios se recidisse*, his patri
ditoribus se parem vel similem factu
judicio vulgi.

10. *adeo a vobis spectata virtus erit*
certis experimentis a vobis explor
cognita cet. Sed semper mihi dis
præpos. *a*, quæ etiam abest a cod.
Cf. Sallust. B. Cat. 16 pr. Plaut. Per
4. Virg. Æn. 6, 687. et sup. 1, 57.
not. 4.

11. *tam levi momento mea apud vo*
pendet, tam levi parvaque mutatur
Cf. 4, 32. et ad 1, 47, 7. In XI. MS
male legitur: *tam levi momentaneaqu*
vos fama pendere: sed illud præstat.

12. *magis referat*, v. ad 8, 39, 3. -
colli subjiciam, sub ipsum collem, vel s
radices exstruam.

13. *ubi nunc Vicæpotæ est* sc. ædes. v
33, 6. *Vica pota* vel *Vicapota* (al. *Vica*
Vicapoca) dicta Victoria a *vincendo* et *p*
v. Cic. Leg. 2, 11 extr. et Senec. Ap
ὅπου νῦν ἱερόν ἐστιν Οὐΐκᾶς Ποκᾶς (ita
MSS. pro vulg. *Οὐΐκος πόπλικος*) *ὀνομ*
νον Plut. in Poplic. T. I. p. 102. In
codd. vitiose legitur *vicus publicus* et
lica. Cf. Drak. ad h. l. Lips. epist.
2, 11. Schegk. obss. præmiss. ep. 1. I
Elect. 1, 7. Græv. ad Cic. de h
resp. c. 8.

CAP. 8.)—1. *popularem etiam facere*
pulo et gratum et faventem. Cf. ad
4. et 9, 33, 3.

2. *cognomen Publicolæ*, pro quo *P*
tum ex fide marmm. et auctorum
corum, Dionysii, Plut. et Dionis,
etymologia vocis scribendum videri
nam *Poplicola* est *populum colens*, (v.
δημοκηδής ap. Plut. et Dionys. V. Se
licolæ vel *Publicolæ* legitur h. l. in o
libris, (nisi quod in Leid. 2. et Vos
marg. legitur *Plebicolæ*, ut ap. Cic.
31. et Sext. 52. cui lectioni favet loc
7, 32.) ut in numo ap. Mediobarb. p
in Fastis Capitol. ap. Gruter. p. 269.
terea a *populus* formatur *populicus* et
cola, pro quo olim non modo *poplicus*
plicola, sed et molliore forma *poblicus*
licus et *Publicola* s. Poblicola dic
quod jam notavit Priscianus. Cf. ad
8. et Duk. ad Flor. 1, 9, 4.

3. *Sacrare cum bonis caput* alicujus,
formula ejus caput s. vitam et bona
8, 11. n. 4.) *Jovi* infero s. Stygio, (*κα*
νίῳ Διί) Telluri et Diis Manibus ad
vel devovere, ejusque inpune occider

[redacted]

testatem cuilibet dare: cf. 3, 55. 8, 9. et Dionys. 2, 10.): unde *sacer* et *sacratus* (diis inferis) exsecrabilis, *κατάρατος*; et eodem forte sensu dictus *Mons sacer* 2, 32. (sed, si Festo fides habenda, *quod eum plebs discedens Jovi consecraverat*; nisi Jupiter Stygius est) vel a *legibus sacratis* in eo latis 2, 33. ut et *leges sacratæ* (2, 33. 3, 32 extr. 55. 4, 26, 2. 7, 41. 9, 39. 36, 38. 39, 5.) inde, *quod caput ejus, qui contra fecerat, consecrabatur*, vel *sacrum erat* Diis inferis, (v. Festus et loca class. Cic. pro Balbo 14. et in Cornel. 1. Fragm.) ut et ejus, qui Tribunos pl. violabat; quare hi *sacrosancti* erant, h. e. inviolabiles, al. *sancti*, ita ut *sacer sanciatur* (cf. 3, 55.) et sit, qui eos violare audeat. (Similiter 27, 38, 2. *sacrosancta vacatio* a militia dicitur, vel, ut alii putant, jure jurando a senatu ac populo confirmata. Cf. Fest. et Cic. p. Balbo 14. 15.) (v. 2, 33 pr. et Cic. pro Rabir.) Quidam *legem sacratam*, in monte sacro latam, 2, 33. (cujus tria erant capita, et præter quam etiam alias sacratas leges in eodem monte perlatas fuisse, ex 2, 54 extr. et 3, 32 extr. probabile fit) ab eo dictam putant, quod Tribuni pl. ea sacrati sint vel sacrosancti facti; et Dionysius 6, 89.) ubi etiam verba legis illius laudantur) quod in hanc legem populus tum *ad sacra* juraverit. Cf. Periz. Anim. hist. c. 10. et Ernesti clav. Cic. p. 36.

4. *comitia conlegæ subrogando habuit*, ut *comitia regi creando fiunt* 1, 35 pr. Cf. ad 3, 35, 1. *Subrogantur* autem *conlegæ, consules et magistratus* a consule aut eo, qui comitia habet et *rogans* populum (v. ad 4, 58, 10.) illos in locum eorum, qui vel mortui sunt, (ut h. l. et 3, 19. 23, 24. al.) vel magistratu mox abituri, (ut 25, 41. 32, 54. 34, 54. 35, 6. 42, 11.) creandos curat: sed *subficiuntur*, qui aliorum loco a populo creantur.

5. *Bruto statim Horatium subgerunt*, subjiciunt, subjungunt, proximum consulem s. successorem faciunt, ut 9, 44 pr.

6. *memoriam* ejus *intercidisse*, periisse, ut c. 4. et al. Ita ex plurimis MSS. reposui pro vulg. *memoria intercidisse*, h. e. excidisse, scil. consulatum, ut ap. Valer. Max. 5, 2. Ext. pr.

7. *Nondum dedicata erat Jovis ædes*, sed tantum locus ei consecratus. v. ad 1, 55. n. 3. Capitolium vero secundo demum Horatii consulatu, (de quo v. ad c. 15 pr.) ab eo dedicatum esse, tradunt Dionys. 5, 35. et Tac. Hist. 3, 72. qui locus class. est de Capitolio. — *consules sortiti, uter dedicaret* cet. v. ad 1, 55, 3. — *quam dignum erat*, v. ad 1, 14, 2.

8. *postem jam tenenti consuli* (v. ad 1, 55, 3.) *nuntium incutiunt*, repente adferunt, ut ei incutiant terrorem. Cf. Cic. pro Domo c. 54. *funesta* quum sit *familia* et domus ejus, in ea funus, eoque ipsa contaminata. Cf. 2, 47 extr.

9. *Nihil aliud* scil. respondit; vel potius, κατὰ nihil aliud, h. e. non ultra, non aliter, non alio modo, *aversus a proposito* cet. Sic fere 3, 19. *si nihil aliud*, si nulla alia re: nisi malis *si nihil aliud*, sc. facit s. egit, ellipsi Græcis et Romanis frequenti, v. c. *nihil minus, quam vereri* 26, 20. (ubi v. not. 1.) *quid aliud* sc. facimus s. agimus, *quam admonemus* 4, 3 pr. et 22, 60, 5. h. e. tantummodo admonemus. Ita hoc explicandum esse, probabile fit ex 4, 26. 7, 17. 26, 2. 34, 2. 41, 23. ubi plene dicitur: *quid aliud faciunt*, vel *agunt, quam quod suadent*: quibus locis Gron. verbum *agere* delendum putabat. Ita pro *tantum*, tantummodo, non nisi ponitur *nihil aliud quam* 2, 29. 32. 49. 63. 4, 26. 9, 17, 10. 23, 3. 24, 36. 27, 18. 34, 46. 35, 49. 37, 21. 40, 15. 50. *nec quidquam aliud quam* 31, 24. *nihil præterquam* 3, 26 extr. *quid aliud quam* 40, 15. Cf. ad 2, 43, 6, 6, 41, 6. et ad Tac. Ann. 4, 34, 6.

10. *Hæc post exactos reges—gesta primo anno*: sed quædam memoratu digna omisit Livius, inpr. primum fœdus inter Romanos Pœnosque super navigatione ictum, maritimamque mercaturam, jam tum a Romanis exercitam, (v. Polyb. 3, 22 sq. et Heyne in Opusc. Acad. T. III. p. 42 sq.) et creationem quæstorum, a Valerio (non vero a seqq. consulibus) populo concessam, si fides habenda Plut. in Poplic. p. 103. (Cf. ad 2, 41. 4, 43. et inpr. ad locum class. Tac. Ann. 11, 22.) Anno sequente nihil admodum memorabile evenisse, et tertio demum bellum cum Porsena gestum esse dicit Dionys. 5, 20.

CAP. 9.)—1 *Porsenæ* regia *Clusium* (olim *Camers*, v. ad 10, 25, 7. hod. *Chiusi*) opulentissima fere Etruriæ civitas ad Clanem fl. quam tridui spatio ab Roma abfuisse dicit Polyb. 2, 25. *Porsena*, Gr. Πορσῖνος, Πορσίνας, Πορσήνας: sed in multis libris *Porsenna* legitur, ut in quibusdam Plinii, Frontini al. Syllaba sec. brevis est ap. Sil. 8, 389. 478. 10, 483. longa vero ap. Virg. Æn. 8, 646. Cf. Drak. ad h. l. et Duk. ad Flor. 1, 10, 1. *Lartes*, vel potius *Lar* et *Lars*, (cf. 3, 65 pr. et 4, 17. 58.) prænomen forte dignitatis et regibus Etruscorum Vejentiumque commune. Charisius lib. 1. *Lar si familiaris erit, genitivo Laris; si Tolumnii* (vel Herminii 3, 65. quem Λάρον vocat Dionys. et Λαρῖνον Diodor.) *vel Porsennæ, Lartis*. Ceterum hoc bellum docet, quam exiguæ tum adhuc Romanorum vires fuerint. Porsena vero adjuvabatur etiam non modo ab aliis Etruscis, sed etiam a Latinis, quorum auxilia Tarquinius ejusque gener, Octavius Mamilius, contraxerant. — *miscendo* v. ad 1, 8, 4. — *Tarquinii*, pater et filii.

2. *amplum Tuscis ratus*, gloriosum, (ut 5, 30. 28, 42. 30, 17.) *tum regem esse Romæ*, eumque a Tuscis reductum, *tum* cet. — *Romam* cum *infesto exercitu venit* pro *ad Romam*, prope Romam: neque enim ipsam ingressus est; Bauer. — *Non unquam alias*

ınte eleganter pro *nunquam* et Græce; Ern.

3. *Nec hostes modo timebant* sc. senatus, (v. ad 1, 41, 1.) *sed* etiam (v. ad 1, 40, 1.) *suomet ipsi*, ipsos, *cives:* neque enim *alii* timebant, sed *alios;* Bauer. — *vel cum servitute*, quocumque pretio, etiam ipsius servitutis aut amissæ libertatis, pacem redimeret.

4. *Salis quoque vendendi arbitrium*, pro arbitrio vendendi postestas, jus privum, monopolium, *quia inpenso*, magno, inmenso, *pretio venibat*, vendebatur sal a redemtoribus, (vel lucri faciendi causa, vel quia magno conduxerant salinas, ab Anco circa Ostiam factas, de quo v. 1, 33 extr., et ipsis, ut omnia fere publica, locatas) *in publicum* scil. ærarium *omne sumtum*, receptum, translatum, rei publicæ vindicatum, juris publici factum, quod fuisset privati, (ut fere *in publicum recuperare* 42, 19 pr. *emere* h. e. pecunia ærarii, vel ea soluta publicum facere, quod privatum est, 39, 44. 44, 16 extr. *redimere* 26, 27. *redigere* 2, 42 pr. 4, 10. 15. ubi cf. not. 8. *referre* Nep. Timoth. 1. *cogere* Varr. L. L. 4. *dare* ap. Caton. et contra *vendere in privatum* 40, 51. *redimere de publico* et *ex privato* 22, 60, 2. *conferre ex privato* 34, 34, 2. *nihil in publicum relatum*, *omne in privatum versum* 38, 59, 1. Gr. δημεύειν) et *ademtum privatis*, ut a publicis actoribus institoribusve plebi divenderetur pretio salubriore. Cf. Burm. de vectig. pop. Rom. c. 6. p. 92. Recepi cum Strothio emendat. Gron., quam etiam MSS auctoritate firmari testator Klockius, sed verba alio sensu adcipio quam Gron. qui putabat, *venire* h. l. esse conduci, et *arbitrium* pecuniam quam socii (publicani) solverint pro monopolii, quod vocant, jure redimendo, ut fere *arbitria funeris* ap. Cic. (v. Ernesti clav. Cic.) Vulgata lectio, *in publicum omni sumtu*, ni fallor, plane inepta est; neque persuasit mibi conjecturam suam Dœring, qui suspicatur, verbum *translato*, vel *recepto*, vel *redacto*, vel simile excidisse, sensumque h. l. esse: *ademtum privatis*, dum *omnis sumtus* sali conficiendo inpendendus transferebatur ad ærarium, sive, dum publice suscipiebatur salinarum administratio, ut, sublato, quod privati e salis venditione faciebant, lucro, salubriore pretio sal veniret. *in publicum omne insumto* emend. Heins. ad Tac. Ann. 6, 32. — *portoriisque plebes liberata* ex emend. Gron. pro *plebe l.* adversante Bauero, cujus nota est: "Etsi sententia hæc non pendet a præc., tamen moris est scriptoribus, qua Græcis qua Latinis, ut per ablativos absolutos eas sententias conjungant, quæ nullo nexu cum prioribus continuentur, nil certe, quod antecesserit, significent, ut h. l. pro: simul etiam plebs liberata est; Germ. veteris: *wobey man auch zugleich* cet." *Portoria* h. l. omne vectigalis genus, propr. illud, quod in *portu* pro mercibus solvitur, ut 40, 51 extr. Cf. ad 32, 7, 1. et v. Burm. de vectigal. c. 5.

5. *qui oneri ferendo essent* sc. pares, subficerent; ut *sitne aliquis plebejus ferendo magno honori* 4, 35, *remp. esse gratiæ referendæ* 28, 25, 4. *æri solvendo esse* 31, 13. (ubi perperam, opinor, in omnibus libris legitur *ære*, quemadmodum 6, 31. pro *inpediendo delectui esse* in multis MSS *delectu*, 24, 27, 1. in omnibus libris *prætores trahenda re esse*, s. erant sc. occupati, judice Stroth., et triumviri monetales rectius dicuntur *æri flando feriundo*, sed forma antiquiore *ære fl. f.*) *quæ diutinæ obsidioni tolerandæ sunt* 30, 9. *esse etiam nunc tolerando certamini legatum* 10, 5. At ne necesse quidem videtur subplere *par.* Sic 4, 43. *non ducem scribendo exercitui esse.*— — Mox *stipendii*, tributi.

6. *nec quisquam unus*, v. ad 3, 55, 13.

CAP. 10.)—1. *Pons sublicius*, qui, ut Tiberis, inter *Janiculum* et Urbem erat. v. 1, 33. et 37. *Munimentum*, præsidium urbis et Romanorum, dicitur Horatius Cocles, ut passim vir fortissimus civium suorum *præsidium*, *murus*, *turris*, *clipeus*, *πύργος*, *ἕρκος*, *κίων*, *ἔρεισμα*. *Cocles*, unoculus, Horatius cognominatus, *ἐν πολέμῳ τῶν ὀμμάτων θάτερον ἐκκοπεὶς, ὡς δ'ἔνιοι λέγουσι, διὰ σιμότητα τῆς ῥινὸς ἐνδεδυκυίας, ὥστε μὴ εἶναι τὸ διορίζον τὰ ὄμματα, καὶ τὰς ὀφρῦς συγκεχύσθαι. Κύκλωπα βουλόμενοι καλεῖν αὐτὸν οἱ πολλοὶ* cet. Plut. in Poplic. p. 105. Idem et Dionys. 5, 25. tradunt, Horatium grave vulnus adcepisse in natibus vel femore, et ex eo claudicasse.

2. *reprehensans singulos*, reprehensos retrahens, (ut *manu reprehendere* 34, 14, 4. retrahere, vel a tergo prehendere) vel objurgans. *obsistens obtestansque*, ut 10, 19. *obsecransque* malebat Gron. ne jungerentur *obtestans* — *testabatur*, h. e. monebat, demonstrabat.

3. *Si transitum pontem*, per quem transiissent, (ut 21, 43. et 23, 28.) vel *si pontem reliquissent a tergo transitum* hostibus, qui, vel ut, his transitus esset; Stroth. Non male; nisi malis e cod. Oxon. reponere *transitum per pontem*, vel cum Nannio emendare *transitui;* Doer.

4. *Itaque monere*, *prædicere*, hortari, jubere, ut 39, 19. et 51. Utrumque verbum jungitur etiam 21, 10. et hinc *prædictum* est mandatum 23, 19. proprie quod alicui dicitur, ut faciat ejusque memor sit. Cf. ad Tac. A. 13, 36, 2. — *ferro, igni* cet. v. ad 1, 59, 1. — *cedentium pugnæ*, ei se subducentium, subtrahentium. *pugna* malebat Gron. Sed *cedere pugna* demum dici posse eum, qui jam pugnaverit, monet Bauer.

5 *Sp. Lartium ac T. Herminium* cornu dextrum Rom. in acie tenuisse tradit Dionys. 5, 23. Ibid. alter Λάρκιος dicitur: ap. Plut.

[redacted]

in Public. p. 105. *Λουκρήτιος καὶ Ἑρμήνιος*. Cf. de iis inf. c. 11. et 20. Lartii forte filius aut frater primus dictator c. 18. *periculi procellam*, v. ad c. 1. n. 5. Mox *exigua pars pontis*, et deinde *ut prœlium incipiat* emend. Gron.

6. *Servitia regum superborum*, tamquam servos. Cf. ad 3, 15, 8. Sic et *mancipia nobilium* tropice et amare dicuntur *tribuni pl.* 10, 37, 8.

7. *pontem obtineret*, teneret, obstinate retineret fortiterque defenderet, (v. ad 3, 36, 12.) *ingenti gradu*, diductis pedibus et firmiter positis, (*stabili gradu* 6, 12, 6. et Tac. Hist. 2, 35.) instar *gladiatoris*, *gradum* s. *statum* tenentis. Sic *hostes gradu demoti* 6, 32. *gradu et statu movere* 7, 8. 30, 18. (ut al. *de gradu et statu demovere*, *dejicere*, *depellere*, *deducere*, *declinare*) et *in suo quisque gradu obniti* 8, 38. Cf. ad 7, 10, 2. Horatium *angustias pontis inplesse* dicit Sen. Ep. 120. at *διαμεῖναι ἐπὶ τῆς αὐτῆς βάσεως* Dionys. Inde in comitiis competitores vel *locum suum tenere*, vel loco *pelli*, et simpl. *depelli* s. *dejici* dicuntur. v. ad 3, 35, 10. et 10, 8, 2. "Locutio a gladiatorio positu ducta, non ex Hom. *μακρὰ βιβάς*: nam Homero designatur vadens, ingrediens, Livio consistens, resistens;" Bauer.

8. *alacritate perfecti operis*, præ alacri gaudio ob perfectum opus, sc. pontem rescissum. Cf. ad 1, 5, 5.

9. *Tiberine pater:* nam h. l. *Tiberinus* non amnis, sed deus est fluvii, et *pater* honoris, amoris, religionisque vox, qua dii, reges fluminaque majora insigniuntur.

10. *Ita*, bis dictis, *sic armatus*, sicut armatus erat. *Ita* pro *ita que*, vel *ita sic*, ut *itaque ergo* et *jam nunc*; Drak. — *ad posteros*, apud eos. Cf. ad 1, 26, 3. 3, 21, 4. 5, 20, 5. 6, 34, 5. 7, 7, 2. 10, 29. 35. 24, 32. 48. al. Coclitem *incolumem ad suos tranasse*, tradit etiam Dionys. 5, 24. at periisse Polyb. 6, 55, 3. ubi tamen Schweigh. monet, Livium et Florum 1, 10. dubie de ea re loquutos esse, Polyb. vero ambigue quodammodo dixisse *κατὰ προαίρεσιν μετήλλαξε τὸν βίον*, *voluntariæ morti se destinavit*, h. e. vel *periculo sponte suscepto subcubuit*, vel, *quum morti se destinasset, incolumis tamen evasit*.

11. *statua* Horatii *in comitio posita*, (ut Attii Navii; v. ad 1, 36, 6.) *τῆς ἀγορᾶς ἐν τῷ κρατίστῳ* ap. Dionys. lib. 5. p. 296. postea, quum de cœlo tacta esset, monitu haruspicum in locum subliniorem in area Vulcani translata. v. Gell. 4, 5. Hinc *εἰκόνα χαλκῆν ἔστησαν αὐτῷ ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου* ap. Plut. Poplic. p. 106. et *statua ei in Vulcanali posita* ap. Victor. vir. illustr. c. 11. Eam *durare hodieque* dicit Plin. 35, 5, s. 13. Propter diversam scriptorum narrationem Doujat. ad h. l. et Hard. ad Plin. l. l. perperam duas statuas ex una fecere; quod eo magis mirandum, quum ipsi Gellium ad partes vocaverint; Drak.

12. *agri quantum uno die circumaravit*, arando circumivit: non enim capiendum est de reciprocatione in arando; nam ita tantum jugerum s. jugum adcepisset, quod inde dictum creditur, quoniam uno jugo boum in die exarari posset; sed de ambitu, quantum bobus uno sulco circumduxisset; Drak. Cf. Plin. 18, 3 pr. Dionys. lib. 5. page 296. et 303. Lips. ad Sen. de ben. 7, 7.

13. *pro domesticis copiis*, pro earum modulo, *unusquisque ei aliquid* cet. Cf. 5, 47 extr.

CAP. 11.)—1. *ad custodiam*, custodiæ causa, ut sæpe *ad* eo sensu; Duk. *infestum Rom. agrum reddidit*, v. ad 1, 7, 7.

2. *neglegens ultor*, non adeo severus.

3. *ad secundum lapidem*, milliare Rom., *Gabina via*, quæ Gabios ducebat. Ad seqq. jam hæc notavit Stroth: "Prima Urbis porta, a Tiberi orientem versus, erat Flaminia, tum sequebantur Collatina, Collina, Viminalis, Querquetulana, Esquilina, Tiberi e regione posita vel *aversissima ab hoste*, Nævia, Cœlimontana cet. Etruscis igitur necesse erat præterire portam Collinam (cf. ad 26, 10, 3.) et viam Gabinam, ut ad pecus e porta Esquilina exactum pervenirent; ubi vero huc perventum erat, a fronte eos adoriebantur consules, e portis Nævia et Cœlimontana egressi. Ita a quatuor partibus inclusi erant hostes."

4. *Herminius — concurrit ex insidiis* una cum militibus. *procurrit* conl. Scheller.— — *in Valerium* ex emend Glar. et Sigon. *in Lucretium* omnes MSS. et priscæ edd.

CAP. 12.)—1. *quum C. Mucius*, (*Μούκιος*, non *Mutius*) — *itaque magno audacique* cet. h. e. quum is Mucius igitur s. inquam *magno* cet. Sic usu particularum *itaque* et *igitur* post longiorem parenthesin vel digressionem orationis series nectitur. Cf. Gron. ad h. l. et Ernesti clav. Cic. "*Ἀνακόλουθα* hæc *Mucius — itaque ratus*, certe *τὸ itaque* redundat, nisi interpretari malis *atque ita* vel *propterea*;" Bauer. — *indignitatem*, ignominiam. — *sua sponte*, clam, *sine consulum jussu et ignaris omnibus*.

2. *fortuna tum Urbis*, obsidione et frumenti inopia, *crimen adfirmante*, confirmante, ut 1, 1, 9. aut probabile, credibile reddente, ut 32, 35, 3.

3. *populationum in vicem ultor*, ut, quemadmodum hostes populati sint, vicissim populer, et sic eorum populationes ulciscar; Doer. "Est potius pleonasmus: neque enim hic junxeris *populat. invicem*, i. e. quæ fiant in vicem, ultro citroque; nam nec Romani populari hic poterant, nec, si *invicem* hoc fieret, ultore aut ultione alia opus esset;" Bauer. Mox forte leg. *multa ageret, et eum* vel *eumque milites vulgo adirent*. — *semet ipse aperiret, quis esset*, Græcismus, ut *scis me qui sim* et alia; Schæf.

4. *ante tribunal regis destitutus*, constitutus, sc. solus, reus, inops; Bauer. Verbum *destituere* (quod jam monuit Stroth. ad 10, 4.) significat vel in inferiore loco constituere, ut h. l. et 23, 10. vel pœnæ aut contumeliæ causa aliquem constituere in aliquo loco, vel ita, ut periculis expositus sit, ut 7, 10. 13. 10, 4. 27, 13. Cf. Ernesti clav. Cic.

5. *pati fortia*, syllepsis pro ad quæ patienda fortitudine s. forti animo opus sit, vel pro adverb. *fortiter*; Bauer. — *ut in singulas horas capite dimices tuo:* si hoc rectum est, erit id. qd paulo post *uni tibi et cum singulis res erit*: sed satis insolens videtur, ut *capite suo dimicare* dicatur, qui solus omne periculum sustinet; et forte leg. *de capite*, ut 24, '26. et similia passim;" Duk. *capite* pro *de capite* dictum; Bauer.

6. *juventus Romana*, nos juvenes Romani.

7. *minas per ambages*, obscure, *jaceret*, proferret, ederet, significaret. Cf. ad 1, 55, 6. et 5, 15, 4. Sic *jacere* et *jactare pacis conditiones* vel in iis quid, pro commemorare c. 13 pr. 38, 25. et al. Cf. de vi et discrimine verborum *jacere* et *jactare* ad Tac. Ann. 11, 18, 7. et inf. ad 3, 10, 2.

8. *qui magnam gloriam vident*, v. ad 1, 34, 5.

9. *dextram foculo — injicit*, aræ parvæ et portatili. Res expressa in plurimis gemmis, in Gorlæi Dactyl. P. II. p. 206. 207. 534. Wildii gemm. n. 105. al. quas exhibuit Drak. ad Sil. 8, 385 sq. Eam tamen, tamquam fide indignam, non memoravit Dionys. 5, 35. *adcenso foculo*, propr. igni, adcenso in eo. Cf. Ovid. Fast. 1, 76.

10. *Juberem* te *macte* (propr. *mactum*) *virtute esse*, laudis et lætitiæ fructum porro capere e virtute tua, et in ea pergere; ut fere ὄναιο τῆς ἀρετῆς, et ὀνήμενος ap. Hom. Odyss. β, 33. Vox hæc, quam pro *magis aucte* positam, vel a verbo obsol. *magere* derivandam putant, solennis fuit in lætis adclamationibus, perpetrato egregio facinore: unde alius ejus casus (etiam in plur. *macti virtute este* 7, 36.) vix in usu fuisse videtur. Cf. Drak. ad h. l. Heyne ad Virg. Æn. 9, 641. Burm. ad Valer. Fl. 6, 547. Duk. ad Flor. 2, 18, 16.

11. *jure belli liberum*, (ut fere mox *intactum inviolatumque*) liberum a jure belli, h. e. a pœna, quam jure belli a te exigere possem; Drak. Velut ea passum, quæ jure belli ab hoste pati debueras, vel: ut, qui te violare aut retrahere voluerit, jus belli violasse judicetur; Bauer. Interpretatio Drak. minus dura *intactum* (inlæsum) *inviolatumque* synon. ut *integri intactique* 5, 38, 7. Hinc et *intactam nivem* dixit Livius 21, 36. ut *integram* Sen. nat. quæst. 4. 2. τὴν διαμεμενηκυῖαν ἐκ τοῦ πρότερου χειμῶνος ap. Polyb. 3, 55 pr. Cf. inf. ad 42, 66, 1. 43, 1, 3. — *est apud te virtuti honos*. præmium; Drak.

12. *ut beneficio tuleris a me*, consequaris. v. ad 1, 50. n. 7.

13. *ut cuique ceciderit*, obtigerit, vel exierit s. exciderit, (scil. sors e sitella) ut 21, 42. *quoad*, donec, *te obportunum dederit*, v. ad 1, 54, 4.

CAP. 13.)—1. *Scævolæ a clade*, jactura, *dextræ manus cognomen inditum* C. Mucio Cordo: nam σκαιὸς, et hinc *scævus*, est lævus, sinister; (etsi propria hæc vocis *scævus* vis non in usu fuit) unde Σκαιόλας et *Scævola* s. *Scævula* per deminutionem, ut *Saxula*, *Romulus* cet. pro *Saxa* et *Romus*, (v. Serv. ad Virg. A. 1, 273.) non a *scæva vola*, Sed Varro L. L. 6, 5. *Pueris*, inquit, *turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit bonæ scævæ* (ominis) *causa: inde* Scævola *adpellatus. Ea dicta ab* scæva i. e. *sinistra*; *quod quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur.* Cf. Drak. ad h. l. — *legati a Porsena* v. ad 27, 5, 4. — *quo nihil*, in quo n., nisi leg. *a quo*; Bauer. — *subeunda* quod esset *dimicatio*: nam Mucius c. 12. dixerat: *in hoc discrimen adcingere, ut in singulas horas* de *capite dimices tuo.* — *Jactatum* v. ad c. 12. n. 7.

2. *De agro Vejentibus restituendo*, qui olim Vejentibus, Porsenæ popularibus et parti gentis Etruscæ, ademtus fuerat, (v. 1, 15.) sed mox a Porsena Romanis, ut iis gratiam referret, restitutus est. v. cap. 15 extr. Porsenam petiisse, ut ager sibi daretur, tradit Dionys. unde Doujat. coni. *Vejente*. Sed ita *restituendo* non satis apte dictum. — *expressa Romanis necessitas est obsides dandi*, decem juvenes nobilissimos totidemque virgines: inter quos Horatii filius fuit, et Valerii filia. v. Dionys. 5, 52. et Plut. in Public. p. 106. Extorta a Romanis necessario inplenda conditio; Doer. Necessitas inposita, vel necessitate (inposita) res necessaria expressa; Bauer.

4. *ad publica decora*, ad facinora præclara pro republ. perpetranda, et bene sic de ea merendum.

4. *Clœlia virgo — omnes Romam ad propinquos restituit* (ut c. 49. 24, 47. et *dedere se* vel *deditio ad* 27, 15. 28, 22.) cet. Adcuratior est et probabilior narratio Dionys. 4, 34. 35. et Plut. in Poplic. p. 106. 107. scil. virgines, custodibus pudoris causa remotis, lavasse in Tiberi, et, hortante Clœlia vel Valeria Tiberim tranasse; insidias deinde reductis structas esse a Tarquiniis, sed ab ipso Arunte, Porsenæ filio depulsas: quam ob rem gravissime indignatum Porsenam eo ipso die facessere castris Tarquinios jussisse, et pace cum Romanis firmata eos castris quoque suis donasse; Clœliam vero, quoniam equo trajecerit fluvium, ab eodem equo eximie ornato, et a reliquis obsidibus (v. Plin. 34, 6. s. 13.) vel ab earum patribus statua esse honoratam equestri, posita in Sacra via,

[redacted]

celeberrimo loco, (v. Sen de consol. ad Marciam 16.) et non ita multo post incendio absumta. Idem Plinius l. l. *E diverso,* inquit, *Annius Fetialis tradit, equestrem, quæ fuerit contra Jovis Statoris ædem in vestibulo Superbi domus, Valeriæ fuisse Publicolæ Consulis filiæ; eamque solam refugisse Tiberimque tranavisse, ceteris obsidibus, quæ Porsenæ mittebantur, interemtis Tarquinii insidiis.* Hoc alioque scriptorum dissensu tota historia si non dubia, certe obscura fit. Ceterum de statua Clœliæ tamquam adhuc in conspectu omnium posita loquitur Sen. de cons. ad Marc. 16. — *ad Clœliam obsidem deposcendam*, h. e. poscendam vehementer, vel ad pœnam, ut 21, 6; Drak. Cf. ad Sil. 1, 677. 2, 30.

5. *alias* obsides, quæ cum ea effugerint, *haud magni facere* sc. — *supra Coclites Muciosque* h. e. supra horum facinora *id facinus esse*, v. ad 5, 23, 4. Mox *præ se ferre*, profiteri, declarare. Sed τὸ *quemadmodum* mallem abesset. — *constitit fides*, ut 37, 32 extr. Cf. ad 3, 19, 1. et 4, 13, 6.

6. *consensu obsidum ipsorum probabile erat*, probatum, æquum, laudabile; probabatur. Cf. ad 34, 54, 6.

7. *opportuna injuriæ* v. ad 1, 54. n. 4.

8. *novam virtutem*, singularem. Ceterum pacis conditiones non memorant historici. Quam iniquæ tamen fuerint, patet ex Tac. Hist. 3, 72. et Plin. 34, 14. s. 39.

CAP. 14.)—1. *inter cetera solennia*, ritus, in *bonis* hostium *vendendis*, vel in omnibus auctionibus publicis sectionibusve, est etiam hoc, ut initio earum præco proclamat, *bona Porsenæ regis venditum iri,* et primas res venales *adpellet bona Porsenæ.* — *originem natam esse* pleonastice dictum, et mox per syllepsin *omissam* et *crevisse:* nam neutrum congruit *origini*; Bauer. — *Proximum vero* cet. Eamdem illius *moris originem* memorat Plut. in Public. p. 107. — *ab longinqua o.*, v. ad 1, 1, 5.

2. *ne in potestatem quidem populi Rom. esset*, sc. commissum, permissum, traditum, ut 24, 1. extr. et 45, 6. extr. *in amicitiam fuerant* 6, 2. (ubi quidam jungunt *fide ambigua in amicitiam*) *in aciem stare* 6, 39. 24, 8, 9. *in carcerem adservari* 8, 20, 9. *in custodiam habere* 22, 25, 7. *in animum habere* 33, 10. Sic et εἰς pro ἐν. Contra et *in* jungitur sexto casui pro quarto. Cf. ad 1, 33, 8. 6, 22, 1. 34, 52, 2. 41, 28, 3. Gron. et Drak. ad h. l. Gell. 1, 7. ad Cic. de Leg. 3, 17, 37. Ernesti clav. Cic. — Mox *Aricinos res nec opinata perculerat* plane ut ap. Suet. Tib. 11. (ubi Ern. et Ruhnk. malebant *percussus*) et ap. Tac. Ann. 1, 12. ubi v. not. 4. de vi et permutatione verborum *percellere* ac *percutere.*

3. *effuse prælatos hostes*, prætereuntes, prætergressos Cumanas cohortes, quæ paululum declinaverant. v. ad 1, 45, 7.

4, *divisique in hospitia*, in ædes, ubi deversarentur; Ern. Cf. 28, 26, 2. 33, 1, 4. 43, 8. 45, 22. — *Tuscum vicum* aliunde dictum tradunt Varro L. L. 4, 8. et Tac. Ann. 4, 65. Sed cf. Dionys. et Fest. Ibi habitabant sericarii, (Martial. 11, 28, 11.) prostibula et vilissimi homines. v. Horat. Sat. 2, 3, 228. et Plaut. Curcul. 4, 1, 21.

CAP. 15.)—1. *P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola consules facti:* sed ex vestigiis codicum, fastorum conditoribus, Dionys. 5, 21. Cassiodoro, Cuspiniani vet. libro et Mariano probabile fit, Livium h. l. mutilum, Lucretii nomen suspectum, et legendum esse: *M. Horatius* (Pulvillus iterum) *et P. Valerius Publicola* (tertium); *inde Sp. Lartius et T. Herminius consules facti.* Cf. c. 16. de *P. Valerio* quartum consule, et de *M. Valerio*, ejus fratre.

2. *Non ideo potius delectos Patrum ad eum missos, quam legatis ejus Romæ datum* (ita omnino legendum, et τὸ *quam* ad *potius* referendum crediderim) *responsum* esse, *quin* (quia non) *breviter reddi responsum potuerit, non recipi reges, sed ut* cet. — Mox forte leg. *qui libertati foret in illa urbe finis.*

3. *obstinatum est*, destinatum, firmum propositum. — *obtundam*, vexabo vos.— — *pacem distineat*, impediat, dissolvat. v. ad Tac. Ann. 14, 25, 2.

4. *agrum Vejentem — restituit*, v. ad c. 13. n. 2. De *Octavio Mamilio Tusculano* v. 1, 49 extr.

CAP. 16.)—1. *Attus Clausus*, al. *Actus, Atta, Attius, Accius.* Cf. Drak. ad h. l. et nos ad Tac. Ann. 4, 9, 5. De re ipsa, et de gente Claudia, quæ et patricia fuit et plebeja, acerrimaque majestatis Patrum propugnatrix, v. Suet. Tib. 1. 2. De *Sabino* bello v. plura ap. Dionys. 5, 39. 43.

2. *a turbatoribus*, auctoribus, *belli:* nam *turbare bellum* est, turbando bellum movere s. efficere, ut *ταράττειν, συνταράξαι, συγχεῖν, συγχέαι,* et *συγχύειν τὸν πόλεμον,* (Lat. *conflare bellum*) ap. Demosth. de Cor. 50. Polyb. 4, 10. 14. 15, 2. 13. 28, 15. *irritare pugnam* 28, 33. *turbare suspicionum et credendi temeritatem* ap. Tac. Ann. 4, 67. Ita vulgatam lect. defendit Ernesti, qui tum eleganter h. l. *auctorem turbatoribus* et *bellum paci* respondere monet. Alii vero intpp. cum Gron. legere malunt *bello*, vel *a turbatoribus vulgi*, (ut 4, 2. 48.) vel *ab auctoribus belli*, ut *πολεμοποιοῖς* ap. Plut. Poplic. p. 108.

3. *ab Regillo* primum legitur in ed. Basil. at in MSS. *ab c. Reg.* vel *c. n. Reg.* vel *ab cn. Reg.* vel *ab icous Reg.* (unde Jac. Gron. emend. *a vico Regillo*, coll. c. 62. 19, 13. Polyb. 2, 17. et al. e quibus intellegitur, primos Italiæ aliarumque regionum populos *vicatim*, *κωμηδὸν* vel *κατὰ κώμας*, habitasse, et eadem loca aliis oppida, aliis

[redacted]

vicos dici) In quibusdam codd. *ab urbe Regillo*, in aliis *a lacu R.* Illud rectius: nam *Regillum* h. l. non est lacus in agro Tusculano, (v. 2, 19. 20. 3, 20. 6, 2.) sed oppidum Sabinorum, (ut 3, 58. et ap. Suet. Tib. 1. ubi *Regilli*, non *Regillum* dicitur) unde *Regillenses* 6, 22. et *Regilliani* ap. Suet. Tib. 2. — *magna clientium manu*, 5000, quibus datus *ager trans Anienem*, πεταξὺ Φιδήνης καὶ Πικεντίας, Dionys. 5, 40. Fuisse, qui Claudiam gentem jam auctore Tito Tatio Romam commigrasse traderent, docet Suet. Tib. 1.

4. *in (ad) principum dignationem pervenit*, principibus senatus dignitate par factus est. Cf. 7, 25. 10, 7. Tac. Germ. 13. ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ δύναμιν ἔσχε μεγάλην Plut. Poplic. p. 108. *Dignatio* potest etiam esse gratia, favor, ut ap. Justin 28, 4. sed scriptorem requiro Livio æqualem, qui hac voce eo sensu usus est; Drak. — *Agrippa Menenio, P. Postumio II.* vel iterum *coss.* sed notas secundi tertiique consulatus in lib. 2. et 3. Livii plerumque ab auctore omissas, ab editoribus autem adjectas esse, monet Drak.

5. *de publico est elatus*, publicis sumtibus sepultus est (nam funera octavo plerumque die ædibus efferri, et extra Urbem comburi sepelirique solebant) λαμπραῖς ὑπὸ τῆς πόλεως ἐκομίσθη ταφαῖς, Dionys. 5, 48. Cf. inf. c. 33 extr. 3, 18. et ad 24, 22 extr. 38, 56 pr. Valerio tamen ejusque genti, honoris causa, locum ad sepulturam in Urbe sub Veliam, ut Claudiæ genti sub Capitolio, (v. Suet. Tib. 1.) publice datum esse, monet Plut. in Public. p. 109. Eum *luxere matronæ* totum annum, (v. Plut. l. l.) *ut Brutum*, de quo v. cap. 7.

6. *duæ coloniæ Latinæ*, regnante Latino Sylvio ab Alba Longa, et postea jure Latii Roma deductæ, Suessa *Pometia et Cora*, urbes Latinæ, et deinde Volscorum. Cf. ad 1, 3, 5. Plin. 3, 5. s. 9. et Heyne ad Virg. Æn. 6, 773 sq. *Auruncorum* pars ultra Lirim in Campania habitabat, quorum Suessa Aurunca fuit, pars cis Lirim in Latio. Bellum cum iis gestum non memorari a Dionysio aliisve mireris. Cf. Drakenb. cui tota Livii narratio suspecta est.

7. *iram belli hostis abstinuit ab obsidibus*, v. ad c. 22. n. 3. In multis MSS. *ira belli hostilis a*, unde Gron. emend. *ira belli hostilia a.*

8. *Et hoc anno Romæ triumphatum* de Sabinis, qui primum ingentem et rusticorum et civium Rom. cædem ediderant, quum Postumius consul inprudentius in eos erupisset, sed mox a consulibus maxima strage adfecti erant. v. Dionys. 5, 47. qui tradit, Minucium (non Menenium) triumphum obtinuisse, Postumium vero ovationem, quam tunc primum a senatu inventam Licinius vetus historicus prodiderit. Cf. Plin. 15, 29. s. 38.

CAP. 17.)—1. *occasione coorti* obportuna. v. ad 1, 11, 1.

2. *inter multos saucios consul fuit, spe incerta vitæ relictus*, cui spes l. v. reliqua fuit, vel qui in incerta fuit vitæ spe, ut 43, 17. *egregia spe futuri status fidissima gente relicta*, h. e. quum gens fidissima in spe egregia futuri status esset, egregiam ejus spem haberet; Doering. *relatus* vel *reductus* emend. Duker. —*jam in eo* loco *esset* res; (ut 2, 47. 8, 27. 35. 30, 19. 33, 41. 37, 14.) nisi malis *in eo esset* miles, quæ vox sequitur. Illa ratio placet Dukero, (conl. 28, 22. 30, 29. 34, 41.) hæc Gron. ad 7, 35, 7. Ἔστι τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ ap. Aristoph. Plut. 399. ut ἐν τούτοις et ἐνταῦθα ap. alios. vid. van Staveren ad Nepot. Milt. c. 7. Cf. ad 2, 47, 2. 3, 68, 1. 7, 35, 3. 30, 19, 3. 42, 37, 1.

3. *sub corona venierunt*, (v. ad 3, 55, 8.) ut *venum dari sub c.* 4, 34. Forma loquendi inde petita, quod vel antiquitus mancipia jure belli capta coronis induta veniebant, vel milites custodiæ causa captivorum venalium greges circumstabant: nam *corona* dicitur quidquid rotundum est, et hinc circulus hominum, qui ab omnibus partibus aliquid cingunt, v. c. oppidum in obsidione, aut judicium in foro audiendi gratia. Utramque rationem memorat Gell. 7, 4. et priorem dicit veriorem esse. — Ceterum Dionysius hujus belli non meminit, at contra memorat, hoc anno Sabinos a Cassio devictos, Camerinorum oppidum a Virginio vi captum, et quosdam a Tarquinio cum Latinorum legatis Romam missos ibique cum egenis ac servis conjurationem molientes securi percussos esse. vid. ei. lib. 5, 54. 57. 63 sq. Præterea mox iterum captæ Pometiæ, belli Aurunci et trecentorum quoque obsidum mentio fit inf. c. 22. 25. 26. Hinc non male suspicatur Drak., Livium diversos sequutum auctores et sui inmemorem, easdem res bis tradidisse.

CAP. 18.)—1. *per lasciviam scorta raperentur*, quod sæpe factum fitque hodie vel ludis vel alio tempore, prout fors dederit, ubi disciplina solutior et lenocinia exercere liberum; Gron. — *per ludos* pro ludis s. tempore ludorum, (*während der Spiele*) ut *per secessionem pl.* 2, 33. 4, 12 pr. *per meridiem* 42, 64, 4. ubi cf. Drak. *per vastationem agrorum* 10, 4, 3. *per seditionem militarem* 22, 33, 6. *per multa bella* 8, 13. *per inducias* 30, 31. 37. *per induciarum tempus* 30, 24. 38. 40, 27. *per belli tempus* 33, 34. *per bellum* 24, 7, 7. 26, 34, 3. 33, 42, 3. 34, 5, 1. 36, 31, 5. Ceterum *ludos* h. l. intellegendos esse circenses, consuales, non scenicos, qui hac ætate nondum Romæ fuerint, Grut. monet adversus Lips. Elect. 1, 11. et Bulenger. de theatro 1, 42. Mox forte leg. *parvaque ea res ad rebellionem spectare videbatur*, (idem conj. Drak. et in quibusdam MSS. *parvaque*

[redacted]

ex re res ad r. s. v. legitur) vel *parvaque ad reb. sp. res videbatur:* nisi malis cum Gron. *parvaque ex re ad reb. sp. videbantur* sc. Sabini, ut 40, 1. Repetitio certe voc. *res* suspecta merito fuit et Gron. tum h. l., tum 29, 6. 30, 34 pr. 39, 18. nec non, etsi minus, 3, 38. et 6, 42. Sæpius quoque in vulg. libris Livio obtrusa, v. c. 5, 12. 25, 23. Cf. ad 1. 3, 8.

2. *Supra* (h. e. super, nisi potius ita legendum, vel præter) *belli Latini metum id quoque adcesserat* cet. h. e. tanta illius moles, vel certa conjurationis hujus notitia adcesserat. Sed obscure hæc dicta; unde Dukerus non male conj. *belli Sabini*, quod etiam in duobus MSS. repertum. — *triginta jam conjurasse populos* sc. Latii: quod adjici necesse non erat ob seqq. An potius h. l. excidit, et delendum τὸ *Latini?* Dionysius 5, 61—68. tradit, XXIV Latini nominis gentes cum Tarquiniis in Romanos conjurasse, simul vero Romæ ob feneratorum inpotentiam magnas fuisse turbas, eamque ob causam dictatoris primum creandi mentionem ortam. — De *Octavio Mamilio* v. 1, 49. et 2, 15.

3. *nec quo anno;* nam primum dictatorem triennio serius dictum fuisse, alii tradunt; *nec quibus consulibus parum creditum sit*, non satis fidei s. fiduciæ habitum sit, in quibus non satis fiduciæ repositum sit. Alteruter Consul, jubente senatu, aliquando et populo, (v. 25, 5.) etiam absens, (8, 23. 27, 2.) quem vellet, e Consularibus Dictatorem dicebat nocte silente captisque antea rite auspiciis. (8, 23. 9, 38. Epit. lib. XIX.)

4. *Consulares legere* viros, dictatorem et magistrum equitum, h. e. lecti sunt (nos: *man wählte*, ut *dicunt, ferunt* al.; v. Stroth.) *consulares;* Cf. c. 17 pr. et 18 pr.

5. *Lartium, qui consularis erat* cet., non vero hoc anno, quo consul erat. Errat h. l. Drak., qui conj. *consul*, et paulo ante vocem *consulares* casu primo adcipit.

6. *M'. Valerium, M. filium, Volesi* s. Volusi (v. ad 1, 58, 2.) *nepotem* primum dictum fuisse *magistrum* populi s. Dictatorem docet Festus v. *Optima lex*. Cf. Dionys. 5, 73 qui Dictatorem *μόναρχον* adpellat, similemque dicit esse Gr. *αἰσυμνήταις*. — *Qui consules si maxime* (nostrum: *ja*) *ex ea familia*, ex gente Valeria cet.

7. *tacitæ induciæ*, quæ non publico consilio aut ex pacto fiunt, sed forte aut casu, per se exsistunt, hostibus utrimque quiescentibus. Cf. Justin. 6, 7. 8. et inf. 2, 64. 23, 46. Similiter *privatæ induciæ* 34, 19, 2.

CAP. 19.)—1. *Nihil dignum memoria actum* præter id, quod Dionys. 6, 1. refert, SCtum scil. factum esse, ut mulieres Latinæ Romanis, et Romanæ Latinis nubtæ, si iis videretur, aut domum ad parentes redire, aut apud conjuges manere possent, tumque Romanas fere omnes e Latio ad parentes fuisse reversas, Latinas vero, duabus exceptis, patriæ prætulisse maritos. Fortasse tamen hoc figmentum est hominis Græculi Romanis adulaturi.

2. *sustineri ira*, v. inf. ad cap. 44. n. 6.

3. *miscuere certamina*, contulere manus, congressi sunt, pugnarunt, ut *m. pugnas, prælia, bella, confundere, prælia, μιγνύναι ὑσμίνην, συνάπτειν μάχην, ξυνάγειν Ἄρηα.* Similiter *miscere tumultum* cet. pro concitare, agitare, movere, moliri. — Paullo ante *suismet ipsi* emend. Gron. ex more Livio fere perpetuo. Cf. c. 9. 42. 44. 3, 56. 61. 7, 35 al. Sed v. Drak.

4. *equum infestus admisit*, (concitavit, ut 25, 19, 1. al.) ut mox *infestis venientium hastis*, et c. 20. *infesto spiculo petit*. v. ad 1, 13, 2. Pro illo *venientium* Gron. non male conj. *invehentium*, quia proxime præcedit *veniens*, et in duobus MSS Pall. legitur *invenientium*. Ceterum si Dionysio 6, 10—13 fides habenda, Tarquinius pater non adfuit huic pugnæ, et Titus filius cum dictatore congressus est; Sextus etiam non Gabiis, (v. 1, 60.) sed in hoc prœlio periit, in quo XXXIII millia Latinorum aut cæsa aut capta sunt. Idem tradit, pugnam *ad Regillum lacum* (v. ad c. 16. n. 3.) fuisse Idibus Quinctilibus, et in memoriam ejus hoc die quotannis Equites Rom. solenniter ab æde Honoris extra Urbem ad Capitolium transvectos esse. Memorat quoque fabulam de Castore et Polluce hujus pugnæ nuntiis.

5. *cohortem exsulum Rom.* forte manum, *Corps.*

CAP. 20.)—1. *cohorti suæ* cet. prætoriæ, quæ tamen propr. instituta demum a Scipione Numant. v. Lips. Mil. Rom. 1, 4. — — *metu ancipiti*, tum ab hostibus, tum a commilitonibus incusso. Cf. ad 2, 45, 3. et 1, 25, 4.

2. *ex subsidiariis*, posteriore acie, *Corps de reserve*, ut al. *subsidia*. Cf. ad c. 31. n. 1. Sed triplex peditum acies exeunte demum Sæc. IV. inventa. Cf. ad 8, 8, 1. Hinc *subsidia* ante hæc tempora memorata sunt statio vel milites ante castra hostibus oppositi. v. 6, 23 extr. coll. cum Plut. in Camillo, et Nast's Röm. Kriegsalterthümer § 127 sq. *Subsidium* etiam passim dicitur vel præsidium, ut 22, 32. et 23, 16. vel auxilium, ut 2, 48. 53 al.

3. *provolant in primum*, h. e. in primam aciem, ut c. 46. 10, 14. 41. 25, 21. 36, 18, 2. — *pro antesignanis*, ut antesignani, *objiciunt* hosti *parmas*, parva et rotunda equitum scuta. *Antesignani, πρότακτοι* s. *πρόμαχοι τῶν σημείων*, (*propugnatores* 9, 39.) erant hastati, qui ibant stabantque *ante signa*, non omnia, sed præcipua et plurima, in secunda acie disposita, ne nuda hosti ostenderentur. Postea hastati et principes ita dicti videntur, (v. c. 22, 5. *Antesignani pro signis*, h. e. ante signa, ut 22, 2[illegible]. pro

mœnibus, stantes) ut et similiter *Antepilani* 8, 8. quoniam stabant *ante pilanos*, h. e. Triarios, *qui sub signis*, h. e. post signa, unde *subsignani*) *locabantur*, (cf. 23, 16, 5.) et *pilani* dicebantur a *pilis*, quibus utebantur, *Triarii* autem, quoniam in tertio ordine s. acie post hastatos et principes constituti erant. Cf. ad 8, 8, 4. 22, 5, 4. 24, 16, 1. *Antesignani* tropice dicuntur duces vel qui præ reliquis ad pugnandum parati sunt 35, 18, 3. et Cic. Phil. 2, 29. distinguuntur que ab iis, *qui primi agminis erant*, 27, 18.

4. *juventutis proceres* vel *principes* (42, 61.) equites nobiliores, inter cives militaris ætatis vel juniores, qui in delectu nomina profiteri debebant, (v. ad 1, 43, 2.) claritudine generis excellentes. — *inpulsi Latini*, v. ad 1, 14, 8.

5. *ædem Castori vovisse*, Castori et Polluci ap. Flor. 1, 11. Cf. Suet. Cæs. 10.

CAP. 21.)—1. *Saturnalia* solennia s. festa, h. e. Saturnalium *dies festus institutus*, ut *ludi Consualia*, *Megalesia*, *Cerealia*, *Taurilia* 1, 9. 29, 14. 30, 39. 34, 54. 36, 36. 39, 22. ἀγῶνα ἄγουσιν Ἡραῖα et Ἕρμαια ap. Pausan. 5, 16. 8, 14. et similia, quæ laudarunt Gron. ad 1, 9. Burm. ad Quintil. 1, 5. et Bentl. ad Aristoph. Plut. v. 583. Saturnalium origo ad Tullum regem refertur a Dionys. III. et multo serior memorari videtur inf. 22, 1 extr. qui igitur locus non de prima institutione capiendus est. Saturnalia in memoriam aureæ ætatis omni lætitia XIV Cal. Jan. celebrata, et primum quidem unum diem, cui duos a Cæsare demum dictatore adjectos esse, tertium ab Augusto, et quartum a Caligula putant. v. Lips. Sat. 1, 2—5. et loc. class. Macrob. Sat. 1, 8. et 10. (ex quo etiam intellegitur, *ædem Saturno* a Tullo Hostilio votam, et Saturnalia primum instituta, secundum Varronem vero ædem locatam a L. Tarquinio, et a T. Lartio dictatore Saturnalibus dedicatam fuisse). Sed *Saturnalia prima* (h. e. dies primus Saturnalium, ut *Quinquatribus ultimis* 44, 20.) jam a Livio 30, 36. ut *secunda* et *tertia* a Cic. ad Att. 5, 20. 13, 52. et *septem Saturnalia* a Nonio et Mummio ap. Macrob. l. l. memorantur; qui forte non festi omnes, sed lætitiæ dies fuere.

2. *Tanti errores temporum inplicant* se, vel nos, vel inplicationem faciunt; nisi leg. *tempora*. — *secundum quosdam*: " verba suspecta et obscuri sensus: nam si hæc tantum *secundum quosdam* digeri non poterant, fuerunt alii, secundum quos id fieri poterat: sed hoc repugnat sententiæ Livii, qui de omnibus loquitur;" Duker.

3. *Mortuus est Cumis* in Campania Tarquinius nonagenarius; *quo se contulerat ad Aristodemum* Malacum, Aristocratis filium, *tyrannum* Cumarum. v. Dionys. 6. 21. et de Aristodemo id. 5, 2. 10. 11. 7, 5 sq. et Heyne Opusc. Acad. T. 5. p. 427.

4. *Patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia* inmoderata fuit, data obportunitate augendæ potestatis suæ. Τὸ *nimis* additur rei augendæ causa. Sic *nimia gloria luxuriare*, superbire c. 48. *læta principia magistratus ejus nimis luxuriavere*, tam læta fuere, ut magistratus ille inmoderatius se et insolentius gereret, 3, 33 pr. *hæc lætitia luxuriat nobis*, nimis ei indulgemus ejusque modum excedimus 23, 12. — De *Signia colonia* v. 1, 56, 3.

5. *Romæ tribus XXI factæ*, v. ad 1, 43, 22.

6. *Ædes Mercurii* cet. cf. c. 27. n. 6. et Ovid. Fast. 5, 669.

CAP. 22.)—1. *quæ mitterent Latinis* et misissent, *ni* cet. Cf. ad cap. 50. n. 10. — — *Hac ira*, ut c. 32., ira s. ob iram hujus rei, ob id irati, quod sc. Volsci auxilia comparaverant, vel in hac obfensione. — — *consilii pœnam non metuentes*, quippe qui statuerant quidem auxilia Latinis mittere, sed nondum miserant.

2. *obsides dant CCC principum a Cora et Pometia liberos*, v. ad 1, 50, 2. 2, 16, 6. 2, 17, 3. et 27, 5, 4.

3. *clades* ejusque memoria *Latinos*, *ira odioque*, ob iram odiumque omnium, *qui arma*, bellum, *suaderent*, (cf. not. 1.) *ne ab legatis quidem violandis abstinuit*, retinuit, prohibuit, cf. 1, 1, 1. 2, 16, 7. 4, 59. 7, 27. 8, 19. 24. 59. 26, 24, 9. 38, 23, 1.

4. *rem ad novos magistratus rejicerent*, transferrent, eorum arbitrio judicioque rei cognitionem reservarent; ut c. 27. 28. 5, 22, 2. 23, 25. 26, 15. 39, 3. Livium etiam dixisse *homines rejicere* (et *differre*) *ad aliquem* exemplis ad h. l. docuit Drak. Cf. ad 21, 53, 3. 42, 32, 4. et ad Tac. Ann. 3, 52, 5. Sic et *integram causam ad senatum remittere* ap. Tac. Ann. 3, 10. et forte inf. 40, 16, 5. — *Enimvero*, v. ad 1, 51, 4. — Mox constr. *Cum legatis donoque venit magna multitudo captivorum, qui* cet.

5. *quisque servierant*, v. ad 1, 41, 1. et Drak. ad h. l.

CAP. 23.)—1. *propter nexos ob æs alienum*, debitores, qui et *nexu vincti* infra dicuntur, ut obligatio, qua creditori tenentur, *nexus*: nam creditor debitorem, dum solveret, *nectere* h. e. nervis aut compedibus XV pondo vincire, et in servitutem abducere poterat, isque *nexum inire* (v. 7, 19.) h. e. operas serviles creditoribus pro pecunia, quam debebat, præstare tenebatur. Cf. not. 8. 6, 11. 14. 15. 27. 34. 7, 19. Dionys. 6, 22 sq. Tab. 3. legg. XII Tabb. Postea soluti nexu, cautumque ne quis necteretur, nisi qui noxam h. e. pœnam meruisset. Cf. 8, 28 extr. et mox not. 8. ubi *nexu soluti* dicuntur vel nondum eo vincti, nondum nexi addictique creditoribus, quamvis ære alieno obruti, vel, quod Strothio præferendum videtur, aliquando vincti et postea soluti.

[redacted]

Pro *solutique* Bauer. conj. *soluti*, i. e. quum semet ipsi solvissent: pro *nexu* Sigon. et Salmas. de modo usur. p. 837. *nexi*, qui tamen non differunt a *vinctis*.

2, *sua sponte glíscentem*, per se, jam ante, ex re ipsa, in animis, ut c. 38; Bauer. — — *cum omnium malorum suorum*, miseriæ suæ, *insignibus*, signis indiciisque externis.

3. *corporis pallore ac macie* tantum non *peremti*, peremto similis, ut *fame, frigore, squalore enecti* 21, 40, 4. *mortuus* ap. Cic. Pis. 36. *exanimis* et *metu exanimatus*. Idem verbum *peremti* ad *pallorem*, qui index tantum est peremti corporis et comes, non causa, non nisi per σύλληψιν referendum: de quo v. ad 1, 33, 7. — *Ad hoc*, præterea, ut 5, 16, 1. 6, 11. 21, 52. 54. 28, 44, 2. Sic et *ad hæc* 2, 45, 6. 21, 40. al. et *ad id* 3, 62. 26, 47. 44, 37. unde *ad id quod* pro *præterquam quod* 32, 40. et 44, 37. sed *ad id* vel *hoc* sc. tempus pro *hactenus*, adhuc, 3, 22, 6. 9, 15, 1. 21, 52, 4. 28, 44, 3. Cf. ad 3, 7, 4. et ad Tac. Ann. 4, 12, 6.

4. *ordines duxisse*, rexisse, iis præfuisse, *ajebant*, h. e. eum aliquoties centurionem fuisse. *Ordo sexagenos milites duos, centurionem et vexillarium unum habebat*, 8, 8. Hinc *ordinum ductor* (λοχαγὸς s. ταξιάρχης) 7, 41. *ordinare* 29, 1 pr. in ordines dividere, *honestum ordinem ducere* 3, 44 pr. e primis centurionibus esse, superiori alicui ordini s. centuriæ præesse, ut contra *inferiores ordines habere* 42, 33. Sic et *primum pilum ducere* 7, 13, 1. Cf. ad 42, 34, 5.

5. *cicatrices adverso pectore ostentabat*: nam *honestum* est, *adverso*, non *averso* ab hostibus corpore, h. e. pectore, non in tergo, ut fugientes solent, vulnerari. Cf. ad 21, 28, 4. et 45, 39, 10. ad Sil. 5, 594.

6. *tributum iniquo suo tempore* minime opportuno, *imperatum* fuerit. — *deinde fortunis aliis*, reliquis. v. ad 4, 10, 2. — *velut tabem*, bene de ære alieno absumente paulatim rem familiarem; Ern. Cf. ad 4, 30, 4. 7, 38, 4. 33, 38, 2. 39, 9, 1. 42, 5.

7. *recentibus vestigiis*, notis, indiciis, *verberum*, ut ἴχνη μαστίγων, πληγῶν, τραυμάτων, Doer.

8. *Nexu vincti solutique*, v. not. 1. *in publicum*, v. ad c. 24. n. 6. — *Temperare* sibi, abstinere *manibus*, a vi ut 32, 20, 1. et t. *oculis* 21, 22, 8. Cf. ad Tac. Ann. 3, 14, 7. — *Hæc se meritos*, consequutos: vel hæc per interrogationem efferenda; Bauer. Cf. Heusing. obss. antibarb. p. 414 sq. — *exprobrantes suam quisque alius alibi militiam* obscuriore brevitate dictum pro: qua alius alibi functi essent, ab alio alibi toleratam, Bauer.

9. *nec agi quidquam per infrequentiam* (vel, ut al., ab infrequente senatu) *poterat senatus*: nam SCtum fieri non poterat, nisi legitimus adesset Patrum numerus, et quidem centum saltem ante Augusti ætatem, (cf. 38, 44. 39, 4. et 18 extr. 42, 28, 6.) post eam CCCC. v. Fest. v. *Numera Senatum*, Drak. ad 39, 4, 8. Dio. LIV extr. et LV. p. 550. Duk. inf. ad 39, 18, 9.

10. *eludi atque extrahi se*, ludificari se re sæpius *extracta*, dilata. v. ad 2, 61, 6.

11. *frequentique tandem curia* cum Periz. et Gron. forte leg. *tamen* vel *jam curia*, ob ingratam voc. *tandem* repetitionem. — — *non modo, sed*, ut 1, 40 pr. — *quieturos alios*, v. ad 4, 10, 2.

12. *animos flecti* verbis lenibus et persuasoriis, *quam frangi*, vi cogi et expugnari. Cf. ad Tac. Ann. 14, 31, 4.

Cap. 24.)—1. *cum tumultuoso nuntio*, tumultum faciente. — *ne nomina darent*, v. ad 1, 11. n. 3.

2. *ingenium magis populare*, aptius ad populum capiendum movendumque, ut 5, 17. et al.

3. *ceterum deliberationi de — parte civitatis* (plebe) *metum pro universa re publica* cet. v. ad Præf. n. 15. — *bello prævertisse quidquam*, præponi, ante bellum curari, majori cura dignum videri, *vorgehen*. Sed ita potius dicendum erat *præverti*, (h. e. prius, potius, magis necessarium haberi agique) saltem *prævertere* sc. se; et omnino, opinor, leg. *nec posse* (si officio suo satisfacere velit) *bello præverti a se quidquam*. Cf. 3, 40 extr, 8, 13 pr. 35, 33. 36. 27. Baueri nota est: "Dictum videtur pro *potuisse prævertere*, aut præteritum pro præf. positum: (ut 3, 41, 3. 3, 48, 2 al.) nisi *prævertisse* suo sensu ad præteritam deliberationem senatus retuleris: sed ne sic quidem satis aptum." *nec fas esse*, (probari posse) *Patres bello prævertisse* (anteposuisse) *quidquam* tum, *quum hostes* cet. conj. Doer.

4. *nec, si sit laxamenti aliquid*, si moræ ac spatii quid supersit, salva re publica, de plebe prius quam de hoste cogitandi, (ita Gron. ut 5, 5. *si laxamentum dederis*, obsidionem paululum omiseris, 7, 38. 10, 39. 22, 37. 43, 18. cf. inf. ad c. 34. n. 13. nisi *laxamentum* h. l. cum Bauero ad plebem et æs alienum referre malis, quam cum Gron. ad bellum et obsidionem) *aut plebi honestum esse — neque Patribus* cet. propr. *aut Patribus* cet., unde *vel* pro *neque* suspicari possis. Scheller in Lex. Lat. pro *aut* conj. *tamen*, vel *datum*, vel etiam *haud*, ut duplex negatio posita sit pro una, de quo v. inf. ad c. 45. n. 7. — *Concioni addidit fidem*, effecit, ut ei fides haberetur.

5. *liberos nepotesve ejus moraretur*, vexaret. Iis moram et impedimentum objiceret, eos turbaret in possessione bonorum; Doer. Cf. c. 44. (*commodi publ. morator*) et 6, 39. Sic contra *nihil morari aliquem* 4, 42. 8, 35. 43, 16. quæ locutio ducta est a formula dimittendi senatus, *nihil vos moramur, P. C.* vel a solenni formula judicis reum dimit-

tentis absolventisque, *nihil moror eum*, missum facio. Hinc *nihil moror hoc*, vel *hoc ita esse*, vel *quo minus* cet. (3, 54 pr.) pro nil curo, nihil interest s. refert mea, vel non repugno: *nullo morante* 3, 56. nemine hoc curante, ad id adtendente, vel potius nemine *morante*, inpediente, sc. viatorum. Cf. ad 9, 11, 6. Bauer: "Hæc verba, inquit, ambiguum relinquere videantur, prohibitum, an jussum edicto fuerit, ut liberos nepotesque debitorum morarentur creditores: alterum tamen probabilius, tum, ne omnia pignera debitor amitteret, tum, quia Livius, si prius vellet, haud dubie repetisset *neve*."

6. *proripientium* (ut 32, 10. 36, 8 al.) *se ex privato*, (ut *domo* 29, 9.) absol. et substant. ut *in privato consilia habere, servari, animadvertere* inf. c. 54. 32, 16. 39, 18. Sic contra *in publicum se proripere* sup. c. 23. n. 8. *prodire* cet. Cf. 5, 55 extr. 9, 7, 6. 22, 55, 4.

7. *ut sacramento* interposito jurejurando *dicerent*, scil. se arma sumturos esse pro patria, cet. (v. ad c. 32, 1.) h. e. nomen s. militiam profiterentur. Sic *sacramento dicere* 24, 8. 25, 5. *adigi* 22, 38. *rogare* 32, 26. 35, 2. 40, 26. Cf. Drak. ad 24, 8, 19.

CAP. 25.)—1. *Suessam Pometiam* aliaque oppida Volscorum expugnavit Servilius, et adversante conlega ac sine auctoritate Patrum triumphavit, sed bello demum post discessum consulis a Volscis instaurato et inita societate cum Hernicis atque Sabinis, quos et ipsos paulo post feriarum tempore iterum in agrum Rom. inruentes fugavit, si fides habenda Dionys. 6, 25. 28. 31. Cf. sup. ad c. 17. n. 3.

2. *captum prædæ datum*, deprædandum, diripiendum traditur, ut *dare urbem excidio ac ruinis* 1, 29.

3. *Ecetranorum Volscorum*, ut 3, 4. nam varii erant Volsci nominis populi, ut *Volsci Antiates*, (2, 33.) *Aurunci* cet. *Ecetra*, Ἐχέτρα, colonia Rom. (unde 3, 4. *Ecetranum ad Æquos descisse*) ἐν καλλίστῃ συνόδῳ, idoneo comitiis loco posita, Dionys. 8 pr. et lib. X. Ἐχετρανῶν, πόλις τοῦ Οὐολούσκων ἔθνους ἐπιφανεστάτη τε καὶ κρατίστῳ τόπῳ μάλιστα κειμένη, non longe ab Æquis et Hernicis. Cf. c. 10. 4, 61. 6, 31. Ἐχετρανῶν legitur etiam in numo ap. Holsten. ad Steph. Byz.

CAP. 26.)—1. *tumultus fuit verius, quam bellum*; Cic. Phil. 8, 1. (conl. 5, 12. et 19.) *Potest bellum esse sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est tumultus.* (sc. a *tumore*, h. e. rebus novis imminentibus earumque timore). *Itaque majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, Gallicum*, (inf. 7, 9. et 11.) *quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem tumultum esse quam bellum, hinc intellegi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent.* Inminente autem repentino ac propinquo bello periculoque summo et celerrime propulsando *decerni* solebat *tumultus*, (34, 56.) h. e. periculum indicari et edici, ut arma raptim caperentur, et justitium nullaque vacatio esset: (v. ad 7, 28, 1. et 8, 20.) unde et *tumultuarius* dictus *miles*, de quo v. ad 1, 37, 4.

2. *consuli ordine Patres*, sententias rogari; — ut *consulere plebem* 6, 39, 1. eam in suffragium mittere. Mox *debellatum est*, bellum confectum est. De hoc bello autem cum *Auruncis* iterum gesto v. ad c. 17. n. 3.

CAP. 27.)—1. *quum Appius — jus diceret*, v. ad 1, 35. n. 1.

2. *conlegam* Appii *adpellabat*, auxilii causa, ad Servilium provocabat, inplorabatque ejus auxilium et fidem. Nam *adpellare aliquem* plerumque est auxilium conlegæ vel conlegarum ejus, qui sententiam, maxime in judicio, dixit, inplorare, passim vero et auxilium populi vel tribunorum, unde *adpellatio* sæpe non differt a *provocatione*. Mox *aut — aut* abest a multis edd. prob. Gron. quia utrumque voluerint fieri, non alterutrum: alterum, ut fides et promissa Patrum exsolverentur; alterum, ut inpediretur sæva juris dictio Appii. Contra Drak. monet, non utrumque a Servilio postulatum videri, sed alterutrum, ut vel Patrum, vel sua auctoritate (alterutra enim subficere poterat) asperrime jus dicentem ac promissa fallentem conlegam cohiberet, et aut de integro rem *ad senatum referret*, cujus deliberationi bellum intervenisset, aut ipse, qui fidem interposuisset, consulari auctoritate in jus vocatos eriperet, si Patres levati metu belli subvenire plebi recusarent.

3. *adeo in alteram causam præceps ierat*, v. ad Præf. n. 15. et ad 1, 32, 13.

4. *medium se gerendo*, v. ad 1, 32, 5.

5. *Patres mollem consulem rati*, facilem, indulgentem, obsequiosum, *et ambitiosum*, nimis et in re, in qua non oportebat, studiosum favoris plebis, ut *in socios* c. 41. h. e. favoris eorum. Sic et mox, et 3, 47. 5, 36 al. *ambitio* (ut al. *obsequium*) est intempestiva ac nimia captatio favoris gratiæque alicujus, nimium inlicitumque studium, alicui præter jus, decorum, æquitatem et officium, placendi, gratificando ei et in omnibus se ad ejus sensum studiaque adcommodando, demerendi ejus causa. Cf. Drak. ad 3, 47, 4. et Gron. ad 45, 36. ubi etiam monet, *ambitiose facere* 29, 36. 38, 32. et al. dici eos, qui præter decorum, fere demerendi alicujus causa, agant, quum studeant plus et supra quam oporteat et in quibus nec oporteat, ut gratiam ineant. — *æquasse eum*, h. e. ejus odium *Appii odium*, v. ad 5, 23, 4.

6. *uter dedicaret Mercurii ædem* cet. v. ad

[redacted]

1, 55, 3. Hoc loco repetit, quod jam c. 21. sed verbo tantum tetigerat, quia hic sermo est de odio plebis in consules; Duk.

7. *collegium mercatorum*, qui ad *Mercurii ædem* certis diebus conventus et sacrorum et negotiorum causa habuisse videntur, unde et dicuntur *mercuriales*. — *pro pontifice*, v. ad c. 7. n. 4. — *primi pili centurioni*, ut 25, 19. qui etiam *primus centurio*, *primus pilus* et *primipilus* (πριμοπίλος ap. Dionys. lib. 9, p. 567.) vocabatur. *Primus pilus* propr. dicebatur primus ordo pilanorum s. triariorum, (cf. 8, 8.) et hinc quoque ejus centurio, hujusque munus et dignitas, quæ tum magna, tum quæstuosa erat, et hinc quoque ambitiose petita, vel ab ipsis tribunis mil., quod lege vetitum. v. 7, 41. ad Tac. Ann. 2, 11, 2. et ad Juvenal. 14, 197. Sic et *decimus ordo hastatus*, *primus hastatus prioris centuriæ*, *primus princeps prioris centuriæ* et *primus pilus* 42, 34. (unde simul gradus centurionatus cognoscuntur, de quibus v. Lips. de mil. Rom. 2, 8. Salmas. de re mil, p. 60. et nos inf. ad 25, 14, 4. et 42, 34, 5.) *secundi hastati* et *primi principis* (h. e. ordinis hastatorum et principum) *signum* 26, 5, 10. 26, 6 pr. et hinc *princeps primus centurio* 25, 14, 4. h. e. centurio primi principis, (ut *primi pili centurio*) et hoc pro *centurio primi ordinis* aut *primæ centuriæ principum*, ut *princeps prior centurio* ap. Cæs. B. C. 3, 64. et simpl. *princeps* 25, 14 extr. nisi leg. *princeps primus*.

8. *quod facile adpareret*, adparere poterat, *factum esse*, *non tam ad honorem ejus*, *cui curatio altior fastigio suo data esset*, h. e. munus non suæ, sed majori dignitati vel magistratui conveniens, cet.

9. *periculum libertatis* amittendæ, quod antea debitoribus imminuerat. A MS. Flor. abest voc. *libertatis*, prob. J. F. Gron. — Mox *verterant* (al. *verterat*) sc. se. v. ad 2, 3, 2.

10. *Super hæc*, insuper, *timor incessit Sabini belli*, venit, ingruit, se ostendit, fuit, ut *religio incessit* 8, 3, 2. et *mœstitia* i. 9, 4, 3. vel ut al. *timor*, *metus*, *indignatio*, *admiratio*, *religio incedere* (intrare animum) vel *incessere*, ingruere, capere, *aliquem*, (1, 17. 3, 59. 60. 9, 8. 24, 13.) *alicui*, (4, 57.) *in aliquem*, (ap. Terent. And. 4, 3, 15. et inf. 29, 24.) dicitur. Cf. ad 28, 46, 7. — *populari silentio*, nihil agendo et moliendo propter *ambitionem*, (v. sup. not. 5.) ut populo gratificaretur. Sic *silentium* de iis, qui nil moliuntur in suo quisque genere 3, 41. et 37, 38.

11. *projectum imperium*, vile et contemnendum.

12. *Quum circumstaret* tribunal Appii *quotidiana*, vulgaris, plebis, *multitudo*, *licentia adcensa*, audacior facta. — *provocavit* ad populum.

13. *adeo superarant animi*, animus, scil. Appio

CAP. 28.)—1. *ne in foro subitis consiliis*, si subito capienda essent consilia, *trepidaret*, anceps dubiusque esset. v. ad 1, 7, 7. et 1, 14, 6.

2. *sed delatam*, de delata re, (v. ad 1, 21, 1.) *consulere* Patres *ordine* (v. ad c. 26. n. 2.) *non licuit* consulibus, ut *consulam hanc rem amicos* in Plauti Menæchm. 4, 3, 26. *poscere* et *rogare* aliquem aliquid. — *adeo tumultuose*, v. ad Præf. n. 15.

3. *si*, ut Gr. εἰ, siquidem, quoniam, (ut 7, 13. et 30, 30.) *invidiam ejus*, quod invidia inde metuenda vel subeunda esset, cet. Cf. ad 7, 31, 4. — *publicum concilium* opponitur *cœtibus nocturnis*. — *curias concionesque*, Drak. conj. *c. coitionesque*, admodum eleganter judice Ern. (Cf. ad 3, 35, 10.) Sed idem Ern. alio loco (in Gloss. v. *concio* hæc disputavit: "Quemadmodum *curiæ* inproprie dictæ sunt, ita alterum substantivum, illi junctum, et ipsum ex eo genere placuerit Livio necesse est. Hæ autem non sunt *coitiones*, sed *conciones*: quæ etiam inpropr. dicuntur 4, 13. ubi Gron. quoque conj. *coitiones*, sed nullo exemplo probavit, a Livio uspiam dictum esse *coitiones haberi*."

4. *Conrepti consules*, increpati, reprehensi — *decernunt* sc. Patres.

5. *Consules in tribunal adscendunt*; in uno Pal. *escendunt* prob. Gron. quoniam hoc verbum Livio in deliciis est. v. ad c. 7. n. 7. et Drak. ad h. l.

6. *ad sellas consulum propere convolavere* e plerisque libris restitut. Drakenb. reposuit *prope*, obfensus pleonasmo, quo tamen apte h. l. designatur major celeritas, ut ap. Plaut. in Aul. 2, 8, 23. in Trin. 4, 3, 1. al. — *abdicare consulatum*, ut *a. dictaturam* 6, 18. Edd. ante Drak. *abdicare consulatu* sc. se. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 47, 3.

CAP. 29.)—1. *Utraque re*, senatus plebisque mente, *satis experta*, explorata. *Expertus* passim passive dicitur. Cf. ad 2, 42, 8. 3, 56, 11. 4, 9, 4. 35, 45. 2. et Tac. Ann. 12, 2, 3. Drak. inf. ad 5, 54, 6. 7, 40, 16. 22, 22, 19. 35, 49, 12.

2. *nihil aliud quam prehendere prohibito*, v. ad c. 8. n. 9. — *tumultuosius consulitur*, ut contra mox *ordine consuli cœpit* sc. senatus.

3. *quæstionem postulantibus*, cognitionem, vel judicium inpr. in causa capitali, cui Romæ inde ab a. V. DCIV. præerat *quæsitor* (prætor) et judex *quæstionis*. Sic et *quærere rem* pro inquirere 9, 34. 32, 26. et *aliquem* 33, 28, 2. Cf. 9, 18.

4. *nihilo plus sanitatis* cet. non minus furere s. insanire senatum ac plebem.

5. *P. Virginius*: sed is nondum honores gesserat, et jus censendi in senatu, posterioribus certe temporibus, non nisi principibus fuit senatorum: itaque leg. *T. Virginius*, qui consularis fuit, (v. cap. 21.) ut Lartius et Ap. Claudius. — *rem non vulgabat*, levamentum malorum non omnibus

sine discrimine debitoribus concedendum censebat. — *Vulgare rem* est, eam vulgarem s. communem faciendam censere, (v. ad 3, 31, 3.) vel promiscue ad omnes pertinere velle, v. c. *consulatum* 10, 6, 8. *corpus* 1, 4. *munus* 2, 41. *laudem* 1, 10. *contagio vulgabat morbos*, diffundebat, 3, 6. 25, 26. *vulgari cum privatis*, commisceri, omni discrimine sublato, 3, 35. *vulgantur concubitus* 4, 2. — *T. Largius* al. Cf. c. 18. et 21.

6. *Non id tempus esse*, tale, ut passim is vel talis vel tantus. Sic *ea postulavit, ut* 3, 53. *is status rerum* 8, 13. *ea æmulatio* 44, 25. *ætatis ejus*, talis, tam provectæ, 2, 56. ut synon. *se id ætatis* 10, 24. et ap. Tac. Ann. 5, 9. (ubi cf. not. 6.) *Q. Fabium ea ætate*, qui vel quum tam provecta ætate esset, (cf. 7, 40, 3.) *atque eis honoribus Valerio subjectum*, eo inferiorem factum, Valerium dictatorem, Fabiumque magistrum equitum dictum 10, 3, 5. (cf. ad 2, 2, 2.) *eum tumultum*, tantum, 22, 28 extr. Cf. ad 3, 35, 3. et 45, 19, 11.

7. *nec sisti posse* sc. malum, h. e. inhiberi, vel potius intransit. *sisti* (ut al. *sistere* se) sc. rem, pro firmiter stare, h. e. rem publicam sustineri, sublevari, erigi, recreari, servari, salvam et incolumem esse, *aufrecht erhalten werden*. Formula Livio solennis, (cf. c. 44. 3, 9. 16. 20. 4, 12. 16. 39, 10. 40, 19. 45, 19.) et, quod jam monuit Strothius, translata ab iis, qui ex lubrico aut palustri solo extrahuntur et ad solidum *emergunt*, in quo firmum pedem ponere possint. Hinc 25, 35, 5. *ex omni sævitia fortunæ emergere*; (ut ἐξαναδῦναι, v. ad Juvenal. 3, 164.) *in apertos campos* (e saltibus) vel *ex Bruttiis emergere* 21, 25. 27, 38. et contrario sensu h. l. dicitur *plebem ære alieno demersam esse*, et 3, 16. *Vixque concordia*, per concordiam ordinum, tametsi adsit, *sisti*, stare atque servari resp. *videbatur posse, superantibus aliis ac emergentibus malis*, translatione ducta a palude, in qua aliis jam in summo ejus natantibus ac emergentibus, unus propter hos emergere non potest. (Cf. ad 6, 14, 6.) Eodem autem sensu 23, 48, 7. dicitur: *nisi fide* (pecunia mutuo sumta, *Crédit*, de quo v. mox ad c. 30. n. 1.) *staret res publica, opibus* (præsenti pecunia ærarii) *non staturam*. Cf. ad 1, 3, 2. 5, 44, 2. 27, 10, 4. 28, 44, 3. 33, 8, 2. — *adeo*, v. ad Præf. n. 15.

8. *minas esse consulum, non imperium*, eos minari quidem posse, non vero jubere. — — *Pulset tum mihi lictorem*, v. ad Præf. n. 12. — *violarit* Crev. prob. Bauero.

CAP. 30.)—1. *rursus*, contra, *Virginii Lartiique* sententiæ videbantur *exemplo haud salubres*, salutares quidem in præsens, sed perniciosæ in futurum, si, quod æquum videri posset, per seditionem ac vim inpetraretur: *utique*, potissimum, in primis, (ut 6, 20, 1. 22, 7, 9. 23, 18, 3.) vel saltem, certe, (ut 3, 65. 6, 38. 10, 19, 6. al.) vel haud dubie, (ut 5, 39 extr.) vel omnino, (*durchaus, auf alle fälle*, v. ad 6, 35, 4.) *Lartii putabant sententiam* ejus modi s. eam esse, *quæ totam fidem tolleret*, (ut *fidem abrogare* 6, 44 extr. et *moliri* h. e. labefactare 6, 11, 5. *den Credit aufheben, wankend machen*; vel *victum ingens vinculum fidei* 8, 28, 6.) quum non facile a quoquam pecunia alicui crederetur, si verendum ei esset, ne non redderetur: (cf. omnino inf. 6, 41 extr. 8, 28, 6. 23, 48, 7. Cic. pro lege Manil. c. 7. § 19. et Off. 2, 23. *Ne sit æs alienum, quod reip. noceat, providendum est; quod multis rationibus caveri potest: non, si fuerit, ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum, nec enim ulla res vehementius remp. continet, quam fides; quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.* — *medium maxime consilium Virginii habebatur*, quod inter duo quasi extrema et duo Appii Lartiique consilia medium teneret, (ut *media visa est Clyti sententia* 36, 12, 1. et *medium ingenium* 1, 32. ubi vid. n. 5.) *et moderatum utroque*, ut neque creditoribus, neque debitoribus omnia concederentur; nisi potius legendum est: *moderatius utroque* sc. Appii et Lartii consilio. Idem, vel *moderatum præ utroque*, (ut *parvum præ ea urbe* 1, 6.) conj. Doering. Vulgatum defendit Drak. ad 34, 32, 3. dictumque putat pro *medium magis et moderatius utroque*: quæ interpretandi ratio durissima est.

2. *respectu rerum privatarum*, commodi privati: nam Patres potissimum erant creditores. — *publicis consiliis*, v. ad c. 41. n. 1.

3. *imperium suo vehemens* sc. ingenio, quod voc. mox sequitur, (cf. ad 21, 43, 4.) et in quo ludit Livius. *Ingenium* vero, ut *natura* et φύσις, est indoles, conditio, ratio, natura.

4. *M'. Valerium Volesi filium*, v. ad 1, 58, 2. Frater fuit et Poplicolæ, et M. Valerii, ad Regillum lacum occisi, de quo v. cap. 16. et 20. Solus h. l. dictator, non simul magister eq. memoratur, ut 7, 6 extr.— — *nihil triste nec superbum*, (pro *superbi*, nempe quia *triste* præcessit; Bauer.) v. ad 27, 41, 1.

5. *Servilii consulis edicto*, v. cap. 24. *sed*, præterea, *et homini*, tali viro, ex ea familia, *et potestati* tantæ, dictatoriæ, quæ sine provocatione esset.

6. *ubi ad manum venisset hostis*, v. inf. ad c. 46. n. 4. — *micare gladios sensere*, h. e. videre. Cf. ad 1, 33, 7. *gladii* malebat Gron.

7. *adepti fessos*, consequuti, adsequuti, ut 24, 1. 31, 43.

8. *plusque ibi sanguinis factum*, h. e. cædis, ut Gr. ποιεῖν αἷμα ap. Polyb. 15, 33, 1. πράσσειν αἷμα, et ap. Demosth. ἐφ' αἵματι φεύγειν, reum cædis agi. Cf. Drak., et ad 9, 13, 1. 35, 51, 2. 40, 9, 7. Sic contra cædes pro sanguine, et φόνος pro αἷμα.

[redacted]

CAP. 31.)—1. *fugatque exuitque castris*, forte *et exuit*; Gron. Idem recte, opinor, mox emend. *mediam turbaverat hostium aciem*, *qua parte — parum apte introrsum* (inter duo cornua) *ordinibus* densis *aciem* (forte leg. *eam*; cf. tamen ad 1, 3, 8.) *firmaverant*, ut *subsidiis firmare* 6, 23 extr. et *subsidiis firmare aciem* 9, 17, 9. Cf. ad 21, 57, 7. 25, 21. 33, 8 extr.

2. *locus in circo*, forus, *ipsi posterisque ad spectaculum*, ad spectandum, ut inde ludos spectaret, datus. (Cf. ad 1, 35, 6.) *sella in eo loco curulis posita*, v. ad Tac. Ann. 2, 83, 3. — *post aliquanto* pro vulg. *aliquanto post*, ut *post paucis diebus* 32, 5. 40, 47. 57. *ante annis octo* 40, 52. (ubi Drak. conj. *annos* vel *annis ante octo*) *post paullo* 22, 60, 9. 33, 28, 3. *causa expiandæ violationis* 31, 12, 4. *causa ignominiæ* 40, 41, 8. *causa sacrorum* et *ludorum* 39, 14. 40, 44. *ἕνεκα πορείας* ap. Xenoph. Mem. Socr. 4, 7. et in Hierone 11, 10. Cf. verba Dionys. sup. 1, 14, 1. Sic et *χάριν*, de quo v. Abresch. diluc. Thucyd. Auctar. p. 420. — *Velitras coloni missi*, qui non nisi gravi pœna proposita Urbe exierunt. v. Dionys. Hal. 7, 13.

3. *milites*, *extrahi*, differri, prolatari, (v. ad 2, 61, 6.) *rem criminantes — perpulere*, ita effecere, *ut* consul *forte temere*, sine consilio, circumspectione et periculi respectu, vel cæco casu, (ut 25, 38. 39, 15. 41 2. et aliis locis laudatis a Gron. ad 10, 43, 5.) *adversos montes agmen* conscendere juberet.

4. *in adversas valles desiluere*; immo *aversas*, quæ videlicet ipsis a tergo essent: nam frons castrorum ad alteram partem in Romanos vergebat; Gron. qui eodem sensu dictam putabat *vallem supinam* 4, 46. 6, 24. 7, 24. quam alii devexam vel humilem explicant. — *ubi*, in castris; unde forsan leg. *Ibi*. — *de domesticarum rerum eventu cura* pro *cura eventus*, ut Genitivi vitarentur, dictum; Ern. — *tanta gratia* jungenda; Stroth. Ante *tanta* excidit *sed* vel *at*: absque hoc plura subplenda, ut cum iis, quæ antecedunt, hæc cohæreant; Bauer. Ipsum voc. *tanta* non satis aptum h. l. et forte leg. *contra*. — *quid nexis fieri placeret*, edd. ante Drak. *de nexis*. v. ad 27, 16, 3.

5. *me dius* (forte *deus*) *Fidius* scil. sic juvet. *Fidius*, ut quidam putant, dictum pro *fidus* vel *fidei*, ut alii, pro *filius dius*, h. e. dei, vel *Διος*, Jovis, ut formula hæc juris jurandi non differat a vulgari *me Hercules*. Cf. Fest.

6. *seditioni interero* tamquam otiosus spectator, non particeps. — *suam* (plebis) *vicem indignantem*, v. ad 1, 25, 5.

7. *per eum non stetisset*, in ejus potestate non positum esset, non pependisset ab ejus arbitrio, non penes eum vel in eo culpa fuisset, ut 3, 61. 6, 33. 8, 2 pr. 9, 14 pr. 24, 17, 3. 39, 47, 27. 44, 14, 5. *prosequuti sunt*, v. ad 6, 34, 6.

CAP. 32.)—1. *in consulum verba jurarent*: nam milites in verba ducis, tribuno militum verba sacramenti s. formulam, vel verbis conceptis præeunte, jurabant, se ducis imperio obedientes fore, et jussu consulum conventuros, nec injussu abituros. v. 3, 20. 22, 38. Polyb. 6, 22. 11, 30. Similiter *in verba Philippi juraturos* Achæos 32, 5, 3. Cf. Lips. Mil. Rom. 1, 6. Nast's Röm. Kriegsalt. p. 38 sq. et Schel. ad Polyb. c. 1.

2. *per causam*, sub prætextu, *προφάσει*, ut *per speciem* 1, 41. 25, 8, 3. 39, 35. 40, 13. vel *in speciem* (v. ad 5, 14, 2.) et *specie* 35, 31. 41, 23. — *agitatum de consulum cæde*, ut 9, 29, 3, *de inferendo bello agitat* sc. consilia. Cf. 10, 4, 1. et 25, 36, 2. — *doctos*; tali sensu usitatius *edoctos*: sed et Cic. Verr. 3. 18 pr. ita; Bauer. Idem monet, verbum *dicitur* tum primo, tum quarto casui et infinit., ac si foret *dicunt*, jungi.

3. *nullam scelere religionem exsolvi*, conscientiæ pœnæque divinæ metum vel obligationem tolli. Cf. ad 5, 23, 7. — C. *Sicinio* Belluto. Cf. c. 33. et 3, 54. Mox duobus in versiculis ter legitur *est*, cum infin. *esse*. Cf. ad 1, 3, 8.

4. *in Sacrum montem*, v. ad 2, 8, 3. *cujus Piso* (v. ad 1, 55, 8.) *auctor est*, quem sequutus est Sallust. Jug. 31. — *sumendo*, v. ad 1, 8, 4.

5. *metu mutuo suspensa* (dubia, ut 34, 62, 7. al.) *erant omnia*, h. e. omnes dubii et anxii; ut 8, 13 extr. *inter spem metumque suspensos animi*, h. e. animo, ut *animi dubius*, *æger* cet. *Suspensi de statu alterius* 9, 43, 2. Cf. ad 34, 27, 6. Eodem sensu dicitur *animis spe metuque pendentibus* 7, 10, 2. et *sollicitis ac pendentibus animi* 7, 39 extr. Cf. ad 3, 26, 8. et 6, 15, 1. Hinc *suspensa* (dubia, incerta) *omnia relinquere* 34, 62, 7. et *suspendere rem* 39, 29, 1.

6. *Quam diu autem tranquillam — fore*, scil. *secum reputabant*, quod sæpe omittitur, ut *dicebant*, *ait*, *dicunt*, *rati* cet. Cf. ad 2, 45, 13. 21, 16, 4. 21, 53 pr. 21, 57, 2. 22, 8, 4. et 6. 22, 28, 1. Sic et *decretum est* 30, 27, 5. similiaque sæpius obvia omittuntur.

7. *placuit igitur oratorem*, legatum, *ad plebem mitti Menenium Agrippam*: propr. *Agrippam Menenium*, ut c. 16, 33. 4, 11, 13. nam *Agrippa* olim prænomen fuit et postea cognomen. v. ad 3, 1, 1. Ipse autem consularis fuit. v. cap. 16. Cf. Dionys. 6, 42 sq. 49 sq. 68, 70 sq. 81—87. quibus locis tradit, primis legatis, anno jam præced. missis, superbum et minax responsum esse datum; postea consilio Menenii unoque Appio dissuadente, M'. Valerium, T. Lartium, Menenium Agrippam et septem alios missos esse legatos; Valerium invitasse plebem ad reditum; L. Junium deinde, acerrimum seditionis turbarumque concitatorem, qui se Brutum cognominari voluerit, tamquam oriundum a magno illo viro, cujus nomen et prænomen habuerit, probus

oratione justas plebis querimonias exposuisse ita, ut ipsis quoque legatis expresserit lacrumas; Lartium ei acerbius respondisse, Agrippam vero civili oratione, in qua simul SCtum de nexis memoraverit, flexisse animos: et Brutum deinde illum petiisse, *ut plebi sui magistratus essent sacrosancti*.

8. *inde oriundus*, ex plebe; ut passim *inde* pro *ex eo* s. *ea* s. *iis*, ut ὅθεν pro ἐξ οὗ. "Puto his verbis indicari, gentem Meneniam olim plebejam fuisse, ac deinde (forte a Bruto et Poplicola, senatum, qui Tarquinii Superbi credelitate exhaustus erat, subplentibus) vel ipsum Agrippam vel aliquem e majoribus illius inter patricios adlectum: nam et hic Agrippa, et filius neposque ejus consules fuere (v. c. 16, 51. et 4, 13.) quo tempore nondum plebs ad consulatum admittebatur;" Duker.

9. *nihil aliud quam hoc narrasse fertur*, immo et SCtum de nexis retulisse, *quo* non minus mentes hominum flexisse videtur. Cf. Dionys. 6. — *horrido modo dicendi*, duro et aspero, vel tenui, inpolito, inornato.— — *suus sermo fuerat*; nisi *consentiebant* præcedat, *fuerit* legerim: nunc *erat* malim; Bauer.

10. *nihil aliud quam* — *frui*, v. ad c. 8. n. 9. — *Hac ira*, v. ad c. 22. n. 1. — *segne ministerium*, plane nullum; Bauer.

11. *maturum*, nutritum, *confecto*, concocto, *cibo*, *sanguinem*, et ita temperatum, ut per totum corpus suo fungi possit officio.— — Mox *comparare* pro comparando ostendere, ut ap. Cic. Off. 2, 5. *flexisse* sc. fertur.

CAP. 33.)—1. *Agi deinde de concordia cœptum*, et haud dubie de meliore conditione nexorum, quorum nullam mox mentionem fieri mireris, quum seditio eorum causa orta sit. Cf. ad c. 32. n. 9. — *magistratus sacrosancti*, v. ad 2, 8, 3. — *auxilii latio*, ejus ferendi jus.

2. *tribuni plebei* et contr. *plebi* 3, 65 pr. al. sec. cas. a *plebes*, *ei*, (sup. c. 24 pr. et al.) nisi utrumque est tertius cas. pro: *tribuni plebi* sc. constituti, creati, de quo v. Cort. ad Sallust. Cat. 38. Hinc et *plebiscitum*, *plebeiscitum*, (10, 21. 22, 30. al.) *plebis scitum* et *scitum plebis* 10, 22 extr. 22, 26. 31, 50.

3. *C. Licinius et L. Albinus* (forte *Albinius*) *tres conlegas sibi creaverunt*: (nam tribuni pl. conlegas sibi cooptare, quin et semet ipsi creare poterant; de quo v. 3, 35. 64. 65. 5, 10, 11. sed quia hoc jus nondum habebant, Duk. recte monet, *creaverunt* dictum esse pro: præfuerunt concilio plebis, quo præter eos tres alii creati sunt; nam *creare magistratum* etiam dicitur, qui comitia habet; (v. ad 7, 16, 6.): *in his Sicinium fuisse*, sc. dicunt s. traditur, (v. ad c. 3. 2 n. 6.) vel potius ex seqq. intelleg. *convenit*. (v. ad 21, 43, 4.) Cf. Dionys. 6, 89. qui L. Junium Brutum, C. Sicinium Bellutum, C. et P. Licinios, et C. Icilium Rugam primum, et quidem IV Idus Dec. a. V. CCLX, tribuniciam potestatem adcepisse tradit. Alii dicunt, *duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse*, iisque vel mox in Urbe, vel demum a. V. c. 283. lege Publilia additos tres. (v. inf. cap. 58 pr. Cic. in Or. Cornel. I. Fragm. et Plut. in Coriol. p. 216. qui Junium Brutum et Sicinium Bellutum creatos dicit.) Alii quinque adjecti a V. 297. ita ut ex eo tempore *bini e singulis classibus* (quinque prioribus, nullus vero e sexta, quæ in classibus fere non numerabatur, ut contra *classici* κατ' ἐξοχὴν dicebantur ditissimi cives, qui in prima classe erant, et hinc *auctores classici* pro præstantissimis) crearentur. v. inf. 3, 30. et Dionys. 10, 30. Creati autem primum sunt comitiis curiatis. et ab a. V. 283 tributis, in quibus sola plebs, submotis Patribus, secundum tribus s. regiones subfragia ferebat, quæque nec jussu senatus nec auspicato, ut curiata et centuriata, habebantur; nam auspicia penes Patres erant, qui secundum legem, a Romulo latam, jus sacra administrandi soli sibi vindicabant, et jus auspicia capiendi, a quo etiam comitiorum eventus pendebat, acriter propugnabant. v. inf. 2, 56—60. 4, 6. 6, 41. 10, 8. Dionys. 2, 9. 9, 41. Cic. de Div. 2, 35. 38. Potestas Tribunorum fuit sacrosancta, (v. 3, 55.) et mœnibus quidem Urbis terminata, (3, 20.) at permagna, (v. cap. 35. 42. 56. 4, 1. 26. 5, 9. 12. 6, 20. 35. 38.) sublata, re et nomine, ad tempus, (3, 32.) mox restituta, (3, 54.) iterum sublata, re, nomine relicto, a Sulla dictatore, et restituta a Cn. Pompejo. Antiquissima et prima illorum potestas fuit *auxilii latio* (ut auxilium plebi ferrent adversus Patres) vel intercessio contra decreta senatus et magistratuum; (quæ eo inminuta est, quod vel unus tribunus ceteris intercedere poterat, de quo v. inf. c. 44. 4, 48. 6, 35.) sed ea sensim admodum aucta, maxime post tempora Sullæ, quibus etiam senatores esse, in senatu sedere, eum convocare et ad eumdem referre poterant. Ceterum hoc anno etiam creati duo *Ædiles plebei* s. plebis et plebeji, alter magistratus plebejus, (v. cap. 56.) qui Tribunis pl. velut administri essent et adjutores aut conlegæ, (*Policey-Aufseher*) et curam haberent *ædium* publicarum aliarumque rerum, ad commodum publicum internumque reip. statum, (nam erant præfecti πολιτείας, *Policey-Aufseher*) ad SCtorum legumque custodiam, (v. 3, 55. 57.) ad sacra ritusque eorum, (v. 4, 30. 25, 1. 38, 14.) ad forum, (nam erant Ἀγορανόμοι s. Præfecti foro) adeoque ad ornatum ejus, (v. 9, 40.) ad annonam, ad pondera et mensuras; præterea ad fornices, popinas et inpudicitiam, (v. 8, 22. 10, 31. 25, 2.) ad ludos, (v. 24, 43. 27, 6. 28, 10. 38, 10.) justam agrorum possessionem, (10, 13.) pecuarios (33, 42. 35, 10.) cet. pertinentium,

[redacted]

vel causarum, iis commissarum a Tribunis senatuve; unde etiam *judices* aliquando sunt dicti. Cf. Dionys. 6, 1. et 90. 8, 35. Tribunus vero vel Ædilis pl. fieri non poterat, cujus pater sederat sella curuli et adhuc vivebat. v. 27, 21. et 30, 19.

4. *sacratam legem*, ap. Dionys. tribuniciam. v. ad 2, 8, 3. — *Per secessionem pl.* v. ad 2, 18, 1.

5. *His consulibus cum Latinis populis ictum fœdus*, cf. 7, 12, 2. — *Antiates Volscos*, v. ad 2, 25, 2.

6. *Poluscam, item Volscorum* sc. oppidum. Cf. c. 39. *Longulam* et *Poluscam* cepit Postumus Cominius. v. Dionys. 6, 91.

7. *C. Marcius* Coriolanus, ex gente Marcia, quæ originem referebat ad Ancum Marcium regem, nepotem Numæ. De eo v. Dionys. 7. et Plut. in Coriol. p. 213, 235. qui solus matrem ejus quæ priscæ virtutis exemplar fuit et educatrix filii, cujus pater inmatura morte defunctus erat) Volumniam, et uxorem Veturiam vocat. Cf. c. 40.

8. *cædeque in portæ proxima* parte *urbis facta*, dure dictum. In quibusdam MSS legitur *in proximo urbis*, in aliis *in proxima urbe*; unde *in prima urbe*, h. e. in prima parte urbis, emend. Jac. Gron. *in proximam turbam* conj J. Fr. Gron. *κατὰ πόλλα μέρη τῆς πόλεως φόνος ἐγένετο* ap. Dionys. 6. p. 413. Mox cum J. Fr. Gron. leg. *ad terrorem, ut solet, primum ortus.*

9. *memoria cessisset*, v. ad 2, 2, 11.

10. *interpreti arbitroque concordiæ civium*, ut *interpres conloquii* 7, 40. *pacis et concordiæ* 21, 12. et ap. Cic. Cluent. 36. et Verr. 1, 12. 2, 44. 4, 22. h. e. internuntius, mediator, conciliator, *μεσίτης*, medius, sequester.

11. *Extulit eum plebs*, (v. ad 2, 16, 5.) efferendum, sepeliendum curavit, sumtibus datis, *sextantibus* cet. cf. Val. Max. 4, 4, 2. Plin. 33, 10. s. 48. Dionys. lib. 6 extr. *Quadrantes* pro *sextantibus* memorat Aur. Victor de vir. inl. c. 18.

CAP. 34.)—1. *P. Minucius*, non *Minutius*, in fastis Capitol. omnibusque illius gentis numis. Sic et Gr. *Μινούκιος*. In priscis tamen marmm. utrumque reperitur, et h. l. in plerisque libris *Minutius*.— — *quieta a bello*, ut 7, 1. 28, 19. 39, 11. et *quies* vel *otium ab armis* cet. 1, 31. 4, 35. 7, 22. Drak.

2. *caritas annonæ*, de qua v. Dionys. 7, 1 sq. et Plut. in Coriol. — *qualis clausis*, obsessis, *solet* esse.

3. *dimissis passim* hominibus s. frumentatoribus *in Etruriam et in Siciliam quoque ad frumentum coëmendum* — et *quæsitum*, ut quærerent, coëmerent. — *longinquis auxiliis*, remotis.

4. *ab Aristodemo tyranno*, de quo v. ad 2, 21, 3.

5. *In Volscis Pomptinoque* agro, qui aliis *Pometinus*, *Pomtinus*, *Pontinus*, Πωμέντιον, Πωμετῖνον et Πωμεντίνων πεδίον dicitur, ut paludes Pomtinæ et Pontinæ, et ipsa Volscorum urbs *Suessa Pometia*, Πωμέντια.

6. *ipsis frumentatoribus*, qui pro speculatoribus habebantur.

7. *ubi ea remisisset* sc. se, h. e. decrevisset, inminuta esset; ut *remiserunt imbres* 40, 33. Cf. ad 2, 3, 2.

8. *Norbæ in montes*, in montosos Norbæ tractus, vel colles, in quibus sita fuit. v. Cluver. Ital. ant. 3, 8. p. 1018. 9. *Norba*, nunc *Norma*, *πόλις τοῦ Λατίνων ἔθνους οὐκ ἀφανής*, (Dionys. 7, 13.) de cujus memorabili interitu v. Appian. h. civ. 1, 94.— — *novam coloniam*, deductam forte post aliam, cujus mentionem prætermisit Livius. Cf. tamen ad 6, 30, 4. — *quæ arx in Pomptino* agro *esset*, v. ad 3, 45, 9. et 4, 31, 8.

9. *magna vis frumenti ex Sicilia advecta*, commodata a Gelone, benignissimo Syracusarum tyranno.

10. *annonam veterem*, vetus idque vile pretium annonæ. Nam *annona* non modo frumentum dicitur, quod anno quoque provenit, sed ejus quoque pretium, e copia aut paucitate frumenti, quod provenit, ortum, et caritas annonæ s. frumenti. Cf. ad 45, 33, 1.

11. *sub jugum missus*, in servitutem quasi redactus. Magna vi et indignatione hæc, ut et reliqua, dicta de nimia tribunorum potestate. Marcius ægerrime consulatus repulsam tulerat. v. Plut. p. 220. — *indignitates*, injuriam et ignominiam, ut sup. c. 12 pr.

12. *Tarquinium regem qui non tulerim*, feram s. ferrem s. tulissem, vel ferre possim, si etiam nunc regnet s. regnaret: nisi hæc potius, ut et præcedd., dicta nomine Patrum, quorum quasi personas sumsit Marcius, aut per *κοίνωσιν* de omnibus Romanis cujusque ævi. Cf. ad c. 38. n. 5. al.— — *tertio* abhinc *anno*, triennio ante.

13. *Utantur annona*, sentiant eam annonæ caritatem, *quam furore suo fecere*, seditione et secessione, causis neglectæ agriculturæ, et famis inde ortæ. Cf. princ. huj. cap, et inf. ad c. 42. n. 6. — *laxandi annonam*, inminuendi pretium ejus, (v. not. 10.) vel caritatem, qua Urbs et plebs premebatur; ut *annona laxaverat* sc. se 26, 20. *laxare laborem* 9, 16. vel *laxare* (liberare, recreare) *aliquem a laboribus* 32, 5, 1. *pugna laxata*, remissa s. intermissa, 21, 59. *annona laxior*, remissior, inminuta ejus caritas, inf. c. 52 pr. nisi malis, annona uberior liberiorque commeatus, ut 24, 8. *laxior neglegentiæ locus*, h. e. major facultas. (Gr. *εὐρυχωρία*) Hæc metaphora desumta est a *laxo* spatio; illa vero a *laxis* habenis, funibus arcubusque, quæ *laxantur* h. e. remittuntur. Cf. ad c. 24. n. 4. ad 23, 20, 6. 32, 5. et 39, 17, 3. ubi *laxior dies* est, longinquior terminus, qu vulgo dicitur.

CAP. 35.)—1. *tribuni diem dixissent*, diem Marcio constituissent, quo se tamquam reus sisteret coram judicio, h. l. populi. Cf. ad 3, 11, 4. — *Ibi* tum vel ea re, ut 3. 14 pr. Cf. Drak. ad 7, 23, 4.

2. *adeo infensa*, infense, (ut sæpissime adject. pro adverb., de quo v. Drak.) *erat coorta plebs, ut unius pœna defungendum esset Patribus*, leviori incommodo illo et jactura s. malo majus malum s. periculum, ex ira infensæ plebis ipsis imminens, propulsandum esset. Sic 10, 29. *defunctos consulis*, qui se devoverit, *fato*, morte ejus periculum imminens effugisse; 29, 21 *non levi defunctorum pœna*, 3, 5. *non pari cæde defungi*, et 5, 11, 7. *defunctos se esse*, ut nos: *dass sie damit davon kämen und alles überstanden hätten*. Cf. 4, 52, 3. 8, 19, 12. 10, 13, 4. 39, 46, 3. 45, 41, 4.

3. *Restiterunt tamen adversa invidia*, adversante odio plebis, (v. ad 1, 46, 9.) quum, quamvis adversa sibi esset s. obstaret invidia, quam resistendo sibi contraherent; Doer. Sed hoc languet et friget, et jam est in verbo *restiterunt*; quare sic malim: restiterunt Patres per adversam invidiam, obposuerunt invidiæ plebis suam, certavere cum plebe contumacia odii, in odium plebis defenderunt Marcium, quasi fronte adversa invidiæ; Bauer. — *qua suis, qua ordinis* pro et, et, vel — *qua, qua*, tum, tum; partim, partim, ut 9, 3. 8. et ter inf. cap. 45.

4. *disjicere rem*, discutere, impedire. v. ad 24, 2, 7. — *plebem exposcentes*, ab ea flagitantes.

5. *Unum sibi civem — donarent*, sua causa et gratia absolverent, ut *donare Fabium populo Romano*, in populi gratiam absolvere s. ei ignoscere, 8, 35. *sibi condonare filium* 3, 12 extr. *Cære hospitio Vestalium dare* 7, 20. *remittere sibi pœnam alicujus* 8, 35, 3. vel *patriæ memoriam simultatium*, earum oblivisci in gratiam patriæ 9, 38. 39, 5, 4. *concedere aliquid* vel *aliquem alicui* passim ap. Cic., et *dare aliquid alicui* vel *gratiam facere* et *veniam dare alicujus rei alicui*, de quo v. ad 3, 56, 3. 8, 58, 4. 8, 35, 12. et 26, 17, 5. Cf. Duk. ad Flor. 3, 5, 10. Ernesti clav. Cic. et nos ad Tac. Ann. 1, 10, 10.

6. *Ipse quum die dicta non adesset* cet. De novo judicii ritu v. Dionys. qui omnem quoque historiam hujus rei luculentius narrat. — Mox *Attii Tulli* pro *Tulli Attii*. v. ad 3, 1, 1. Τύλλος Ἄττιος ap. Dionys. 8, 1. sed 8, 67. in quibusdam libris Ἀττίδιος, ut ap. Appian. r. Ital. 5.

7. *consilia conferunt de Romano bello*, h. e. adversus Romanos gerendo.

CAP. 36.)—1. *Ludi magni* s. maximi et Romani, Circenses, (v. ad 1, 9, 4.) qui a pridie Nonas Sept. ad pridie Idus in honorem *magnorum* deorum, Jovis, Junonis ac Minervæ, *maximaque* cum dignitate, religione et magnificentia, pro salute populi agebantur, (v. Cic. Act. II in Verr. lib. V. c. 14. sup. 1, 35 extr. et inf. 6, 42 extr.) *ex instauratione*, iterum, *parabantur*, iterabantur, instaurabantur, prioribus pro irritis habitis. Cic. de Div. 1, 26. *Quum bello Latino ludi votivi maximi primum fierent, civitas ad arma est excitata repente. Itaque ludis intermissis, instaurativi constituti sunt: qui antequam fierent, quumque jam populus consedisset, servus per circum, quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est* cet. Cf. Valer. Max. 1, 7 ex. 4. et Ind. *Instaurare sacra, dies, ludos* cet. propr. repetere, iterum agere, et *instaurare ludos totos ter* vel *per biduum, triduum* cet. fere simpl. facere, agere, instituere, ut sæpissime apud Livium. Sed doctius *biduum instauratum ludis* dicitur 27, 36, 2. et 31, 4. ut fere *instaurare diem donis* ap. Virg. Æn. 4, 63. ubi v. Heyne. Cf. loca in Ind. laudata in voc. *ludi plebeji* et *Romani*, ex quibus simul intellegitur, *Romanos* ab Ædilibus fere curulibus, *plebejos* vero ab ædilibus plebis (a quibus etiam ita dicti videntur) institutos esse. Cf. et Cic. Verr. 5, 14. ex quo loco Ernesti colligit, ludos plebejos Floræ factos esse.

2 *Ludis*, ludorum die, (ut 27, 36. 32, 26. 34, 44. 44, 22. *feriis, comitiis, Latinis* al.) *mane servum quidam pater familiæ* (al. antiq. *paterfamilias*) — *sub furca cæsum*, cædens, ita ut simul cæderet, *medio circo*, per medium circum, *egerat*, sc. ad subplicium. Cf. ad 1, 26, 6. — *Ti. Atinio*, al. *T. Latino* et *Latinio*, ut ap. Dionys. Plut. et Val. Max. 1, 7, 4. — *præsultatorem*, qui et *præsul* et *præsultor* dicitur. De simili re v. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 134. 135.

3. *Quamquam haud sane liber erat religione animus* ejus, somniumque ipsi videbatur non vanum et spernendum, sed divinitus missum, (ut *vir haud intacti religione animi* 5, 15, 5. v. ad 2, 5, 4.) *tamen timorem*, religionem, *vicit verecundia majestatis magistratuum, ne ludibrio* fieret hominibus, si somnium narraret. *In* s. *per ora hominum abire, ire, venire*, vel *in ore omnium esse* dicitur is, de quo omnes loquuntur, vel laudantes eum, vel vituperantes: unde *Postumius in ore* (omnium) *erat*, h. e. laudabatur ab omnibus, inf. 9, 10 pr.

4. *Magno illi ea cunctatio stetit* sc. pretio; ut nos: *sie kam ihm theuer zu stehen*, 3, 60 pr. *magno detrimento certamen*, prœlium commissum, *stetit*; 23, 30 pr. *multo sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit*. Sic et *magno emi, vendi* cet., vel *magni esse, æstimari* cet. — Mox *mercedem*, pœnam.

5. *Jam præsentior res erat*, v. ad 1, 12, 6. — *prolatantem* sc. rem. v. Drak. ad 7, 21, 3. — *Tum enimvero*, v. ad 1, 51, 5.— — *Deorum ira admonuit*, terruit, subegit, vicit, rem differre aut neglegere prohibuit; Bauer.

6. *minas iræque cælestes repræsentatas casibus*

[redacted]

nis, (ut 8, 6.) h. e. manifestas factas et præsentes quasi oculis animisque, vel expressas, ut *repræsentare imaginem* cet. Alii exponunt, quæ statim ratæ essent factæ et eventum habuissent, vel jam intellectas his casibus, ante quam tota mole ingruerent, (ut nos dicimus *einen Vorschmack geben*) ut metaphora ducta sit a pecunia, quæ *repræsentari* (nobis *prænumerari*) dicitur, ubi statim præsens solvitur, vel potius prius, quam res emta adcipiatur. Cf. Ernesti clav. Cic.

7. *captus omnibus membris*, eorum usu privatus; ut 33, 2, 2. 41, 16, 3. et *captus luminibus* et *altero oculo* 9, 29. 22, 2. (ubi cf. Duk.) *pedibus* 43, 7. *auribus et oculis* 21, 58. *mente* s. *animo* vel *animi*, et hinc *mens capta*, debilitata, stupida, insana, 8, 18. et 39, 13 extr. Ceterum loco fabulosæ hujus historiæ Dionys. Hal. 7, 68. morbum pestilentem memorat, qui hominum pecudumque stragem fecerit.

CAP. 37.)—1. *Ludi quam amplissimi ut fierent*, cf. c. 36. pr. Hæc vero ad novum annum novosque consules refert Dionys. 8 pr. — *compositum fuerat*, v. ad 3, 53, 2.

2. *quod sequius sit*, turpius, minus rectum et honestum.

3. *ne cujus facti dictive contagione* (v. ad 2, 5, 3.) *præsens violer*, ne, si adsim, quod facto dictove quis peccaverit, ejus particeps fiam, illudque mihi etiam, tamquam ejus socio, inputetur.

4. *sub auctore certo*, fide digno.

5. *ut urbem excederent;* al. *urbe*. Sed *urbem* in omnibus fere MSS. h. l. et al. Cf. 3, 57 extr. 23, 1 pr. 24, 3, 20. 25, 9. 38, 7. 45, 20. Sic et *egredi urbem* 1, 29, 6. 3, 57, 6. 25, 8, 3. 29, 6, 4. Cf. Drak. ad h. l.

6. *præcones dimittuntur, qui — juberent*, v. ad 1, 41. n. 3. — Mox junge *discurrentes in hospitia*.

CAP. 38.)—1. *continuato agmine*, v. ad 1, 29, 5.

2. *ad caput Ferentinum*, h. e. aquæ Ferentinæ. v. ad 1, 50 pr. et 51. n. 5. — *querendo*: "Nemini, credo, placebit Sigonianum *quærendo*. Quærebat enim Tullus, quasi totius negotii ignarus, unde venirent, aut quo casu Romam ante ludos, quos spectatum iissent, nunc reliquissent? Ipse certe, ut in senatu Rom. dixerat, ante commissos ludos redierat domum;" Bauer. Personæ, quam Tullus suscepit et fert, aptissima primum *questio*, deinde *indignatio*.

3. *secunda iræ verba*, ei apta, obportuna, subservientia, ad eam augendam idonea, obportuna. Similiter *secunda* 23, 14, 8. dicuntur grata multitudini, ejus voluntati votisque respondentia, et *secundis* (faventibus, benignis) *auribus audiri* 42, 28 pr. Cf. Ovid. Art. Am. 584 ibique Burm. — Mox propositio vel a Livio, vel a librariis inversa est pro: *Ut* (h. e. quamquam, licet, aut si vel maxime, ut passim, v. c. 21, 47, 2. 21, 52, 5. 22, 25, 1. 23, 27, 6. 25, 19, 8. 28, 12.) *omnia, inquit, obliviscamini alia, veteres populi Rom. injurias* cet. verbis autem *orationem exorsus* non significat Livius, initium orationis hæc fuisse: *veteres pop. Rom.* cet. sed hæc post initium relatu non adeo dignum insequuta, et sententia est: quum exordium orationis *in conc. m.* fecisset, tum subjungit: mos enim historicis est, ut orationum exordia brevi complectantur, nosque in medias statim res et maxime cognitu dignas rapiant; Str. conl. 21, 52. 24, 22. et 25. Drakenb. conj. *Ut veteres populi Rom.* — *ut omnia* cet. Gron. *Ibi in concionis modum oratione exorsus veteres populi Rom. injurias cladesque gentis Volscorum: Ut omnia, inquit*, cet Duk. *exorsus in veteres* cet. ut c. 56. — *qui per nostram ignominiam*, propter eam, (v. ad 5, 12, 6.) vel cum ea, ut 3, 42, 1. 30, 29, 3. al. "Neque *qua* legendum, neque τὸ *qui* ad *populi Rom.* referendum, sed arguta illa et Thucydidea brevitate intellegendum, quam in Philol. Thucyd. p. 14. demonstravimus: *contumeliam* sc. Romanorum, *qui — commisere*, vel hoc pro: quum commiserint, quod commiserunt;" Bauer.

4. *vestros liberos traductos per ora hominum*, (ut *per hostium oculos traduci* 9, 6, 2. h. e. ante eos) et sic contumelia adfectos risuique expositos: unde *traducere*, ut παραδειγματίζειν, simpl. dicitur pro, ignominiæ ludibrioque exponere, metaphora ducta a victis hostibus, qui ante currum in triumpho, (v. 33, 23.) vel a sontibus, qui, antequam adficiuntur subpliciis, ante oculos hominum et per vicos traducuntur, ut sint spectaculo, ludibrio et exemplo, παραδείγματι.

5. *nisi aliquod nefas esse* putatis præsentiam nostram, qua ludos sacros *violaturi simus, piaculumque merituri*, effecturi, ut hoc nefas piaculari quodam sacrificio expiandum sit. Σαρκαστικῶς hæc dicta, ut mox *ab sede piorum.* — *ideo nos abigi — vivere nos* cet. v. ad c. 34. n. 12.

6. *Ita et sua sponte irarum pleni*, v. ad c. 23. n. 2.

CAP. 39.)—1. *in quo aliquanto plus spei repositum*, quam in Attio Tullo. *aliquanto* longe, multo; (v. Ernesti ad Suet. Cæs. 86.) nisi potius medium est inter *paulo et multo*, nostrum: *ziemlich viel*. Cf. Wolf. ad Suet. Cæs. 10. ubi monet, *aliquantum* per se incertæ potestatis esse, ut cognata vocabula *aliquis, aliquamdiu, aliquot* v. c. anni, qui possint esse 10, sed et 40, 60. — *Spem fefellit*, ut σφάλλειν τὰς τῶν πιστευσάντων ἐλπίδας ap. Polyb. 11, 2 extr.

2. *Circejos — colonos Rom.* v. 1, 56.

3. *in Latinam viam*, quæ a Roma ad La-

[redacted]

tium Latinorumque oppida ducit. — *transversis tramitibus*, ut t. *itineribus* 3, 7. et *obliquis tramitibus* 5, 16. vel *obliquo monte* 7, 15. 38, 20. h. e. transversa via per montem. *Colles obliqui*, qui obliquam, non rectam viam habent duccuntque, 28, 33. 38, 22 pr. Sic et *transversis limitibus*, h. e. viis, 22, 12. 31, 24. 39. 32, 13. 41, 14. al. (quibus *prorsos limites* obponit Festus.) quin et *inmunitus* (præsidio destitutus) *Appiæ* viæ *limes* 22, 15 extr.

4. *novella hæc oppida*, nuper in ditionem Rom. redacta, vel novas has colonias, (v. sup. cap. 33.) ut *novelli Aquileienses* 41, 5. pr. Gavillii coloni Aquileiæ, coloniæ nuper (cf. 39, 55.) deductæ. Non est quod displiceat τὸ *novella*, et cum Bauero atque Gronoviis legatur *Pometiam*, vel Bovillas, vel ex Dionys. *Mugillam* s. *Mægillam*, unde L. Papirius *Mugillanus* dictus. Malim quoque jungere *Romanis ademit*, quam cum Bauero *novella Romanis*, quod dictum putat pro : nuper admodum iis capta.

5. *tunc deinceps* (v. ad 1, 44, 6.) — *Corbionem* et *Vitelliam*, Æquorum oppida; *Lavicos* (al. *Labici* et *Labicum*, unde 4, 41. *via Lavicana*, 15. m. p. a Roma) et *Pedum*, Latinorum opp: sed *Trebiam* Umbrorum vel Sabinorum; unde Cluverius emend. *Toleriam*, et Doujatius *Trebam* Æquorum, (hod. *Trevi*) prope fontes Anienis. — *Ad Urbem*, Romam, *ducit*, v. ad 1, 23, 3. Dionysius alio, quam Livius, ordine expeditionem Coriolani recenset, et bis eum ad Urbem adcessisse tradit.

6. *ad fossas Cluilias quinque* cet. v. 1, 23.

7. *adeo tribuni — instigabant*, tantopere, vel nam. v. ad Præf. n. 15. — *externus timor*, v. ad 1, 57, 7.

8. *Sp. Nautius jam et Sex. Furius consules erant :* consules a. V. 264 et 265. Q. Sulpicius, Sp. Lartius, et C. Julius, P. Pinarius, plane a Livio omissi. Cf. Drak, ad 2, 35, 7.

9. *labare plebis animos*, inconstantes fieri, ut 22, 61. 32, 30. 36, 6. 40, 54. 42, 50. *Labare* propr. deficere, labefactari, minari ruinam, nutare, propemodum *labi*, nondum tamen labi; Gron. ad Præf. Liv. ubi conf. not. 13.

10. *suis insignibus velatos isse subplices* (v. ad c. 54. n. 6.) *ad castra hostium traditum, et nihilo* cet. emend. Jac. Gron. " Ita scribendum fuisse, ut facilius flueret oratio, adsentior: an scripserit ita Livius, dubitare liceat: immo langueat oratio per illud *et*, sine quo vigeat asyndeto plane Liviano :" Bauer. Cf. ad 1, 24, 11. Potest etiam *sed* subpleri ante *nihilo magis*.

CAP. 40.)—1. *Volumniam* matrem, et Vergiliam uxorem Marcii dictam tradit Plut. Coriol. p. 230. — *Id publicum consilium* cet. auctorem consilii fuisse Valeriam Poplicolæ sororem, refert Dionys. l. 8. p. 511. — *in primo*, primum, ut *in primis*, (3. 65.) *a primo* et *ex primo*; quæ omnia substantive dicuntur pro principio s. initio. Cf. Cort. ad Sallust. Jug. 68. *is primo* conj. Bauer. — — *religione*, sanctitatis specie, *oculis animoque obfusa*, obversante, incussa. *in legatis et sacerdotibus*, iis conspectis et auditis.

2. *consternatus ab sede sua* cet. brevitas arguta pro : consternatus et prosiliens, cum consternatione prosiliens, *quum ferret matri obviæ complexum*, obviam iret amplexurus, gestu et consilio amplexaretur; Bauer. Alii post *consternatus* comma ponunt, junguntque verba seqq. — *Sine* bis positum in MS. Pal. non male. *In hoc me longa vita — traxit*, violenter me reservavit; protracta, producta est; Doering.

3. *nihil pati, nec tibi turpius, quam mihi miserius*, inversio pro *nec mihi miserius, quam tibi turpius:* nam vult, Coriolani filii magis interesse quam matris, ut abstineat proposito; Bauer. Sed adjicit: *ut* (quamvis) *sim miserrima*. — *De his*, uxore et duobus filiis, (quos digito monstrat) *videris*, iis prospicias, illorum nunc curam habeas. Cf. ad 35, 6, 3. et 42, 13, 9.

4. *quos mors, aut servitus manet*, exspectat, ut *hostium adventum mansit* 42, 66, 1. et Gr. *μένειν* et *παραμένειν*: nam qui alterum exspectat, manet alicubi, donec ille veniat.

5. *invidia rei obpressum periisse tradunt* Coriolanum; quem sibi ipsum conscivisse mortem dicit Cic. Læl. 12. et in Bruto 10. Sed eum per tumultum esse obtruncatum vel lapidibus obrutum propter invidiam Attii Tulli et Volscorum, qui remanserint domi et prædæ, militibus divisæ, expertes fuerint, tradunt Dionys. 8, 59. Plut. in Coriol. p. 232. 233. et Appian. de reb. Ital. c. 5.— — De *Fabio* v. ad 1, 44. n. 5.

6. *sine obtrectatione gloriæ alienæ vivebatur;* Cic. Tusc. Qu. 4, 8. *Obtrectatio est ea, quam intellegi zelotypiam volo, ægritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit.* Post *vivebatur* Cujacius Obss. 12, 24. ex plenioribus MSS. hæc inserenda putabat: *Tunc enim primum sancitum fuit, ut mulieribus de via cederetur, ut inauribus aureis, ut purpurea veste, ut aureis segmentis, ut novo vittæ discrimine uterentur.* Sed ullum eorum vestigium neque ap. Dionys. et Plut., neque in ullo codice repertum est: unde Duk. et Drak. suspicantur, illa ex Valer. Max. 5, 2, 1. a nasuto quodam concinnata. Vellem tamen Cujacius dixisset, quibus MSS. sit usus. Valerii certe locus rem dubiam facit.

7. *templum Fortunæ Muliebri ædificatum* via Latina ad quartum ab Urbe lapidem, quo loco Coriolanus exoratus fuerat. v. Valer. Max. 1, 8, 4. 5, 2, 1. Dionys. 8, 10, 55. Plut. in Coriol. p. 231. 232. *Fortunæ Virili* templum jam dedicatum erat ab Anco Marcio vel Servio Tullio. v. Plut. de Fort. Rom. c. 17. T. II. p. 322. Dionys. 4, 4. et Ovid. Fast. 6, 145 sq.

8. *Ibi fortuna populi Rom.* (v. ad 6, 30, 3.) *duos hostium exercitus — confecit*, delevit, perdidit; propr. penitus interfecit, inpr. bestias vulneratas et gladiatores in muneribus. — *T. Sicinius, C. Aquillius*, Τίτος Σίκκιος, Γάϊος Ἀκύλλιος ap. Dionys. l. 8. p. 531—535. ubi etiam tradit, Sicinium, ingenti victoria de Volscis reportata cæsoque Attio Tullo eorum duce, triumphasse.

9. *Aquillio Hernici provincia evenit*, belli cum iis gerendi negotium, ut c. 54. 3, 2. 5, 12 al. *Provincia* enim propr. est negotium s. munus publicum administrandum, (Gall. *département*: unde *classis* ita dicitur 30, 43 44, 1. et *navalis provincia* 37, 4, 2. et *provincia urbana* et *peregrina* de jurisdictione prætorum 24, 9. 25, 3. 26, 7. 39, 45.) inpr. belli gerendi, (cf. ad 21, 5, 1. unde et *provinciam*, h. e. bellum alicubi gerendum, *conficere* 26, 21. 27, 5. et ter 40, 28. 35. eodem sensu dicitur, quo *perdomare et pacare provinciam* 39, 29.) deinde populos, contra quem, vel regio et fines, intra quos bellum est gerendum, vel denique oppidum, ubi majora imperatoris castra sunt, pro tota regione locisque vicinis positum, ut *Suessula* et *Syracusæ* 25, 3. *Pisæ* 33, 44. (ubi deinde *Etruria circa Pisas* synon. dicitur) *Tarentum* et al.

CAP. 41.)—1. *agri capti partes duæ ademtæ*, tertia tantum Hernicis relicta. — *Adjiciebat*, adjiciendum censebat. Cf. ad 3, 21, 3. — *ipsos possessores*, qui ipsi possessores erant hujus agri publici. Cf. Dionys. 8, 69 sqq. — *publica sollicitudo*, de republica, ut *publica indignatio*, de reip. detrimento, 3, 48. extr. *publica consilia*, de republica, pro salute ejus 2, 30, 2. *publicus pavor*, de rep. 5, 39, 3.

2. *Tum primum lex agraria promulgata est*, de agro publico, a Patribus conducto, plebi et egenis civibus (qui crebris delectibus incursibusve hostium in agros ad extremam inopiam redigi solebant) dividendo; *numquam deinde — sine maximis motibus rerum agitata*: nam quis æquo animo cederet agris, quos, justo potissimum titulo, possidebat, vel a majoribus adceptos, vel emtos aliove modo adquisitos? Tribuni in primis seditiosi leges agrarias ferre solebant, ut plebis gratiam captarent: et novum tandem inventum harum legum genus, agris proscriptorum totarumque civitatum inter veteranos divisis. Vid. omnino Heyne de legg. agrariis pestiferis, in Opusc. Acad. T. IV. p. 350—374.

3. *quæ plebs primo cœperat fastidire*, cum fastidio indignari, vel reprehendere, (v. Ernesti clav. Cic.) eum, Cassium, *munus vulgatum isse*, vulgasse, vel vulgare voluisse, (ut *ire perditum* 32, 22. *ire ereptum*, *depressum* al.) *a civibus in socios*, ut fere *contagium morbi etiam in alios vulgatum est* ap. Curt. 9, 10. Cf. sup. ad c. 29, n. 5. Cassius enim dimidium agri Latinis, dimidium plebi divisurus erat, quo parum prudenti consilio plebis Rom. portio imminuebatur et beneficium ejus. Sed dura est formula, *munus vulgare a civibus in socios*; unde præstiterit: *munus vulgatum*, promiscuum, *a civibus in socios isse*, transiisse. Verbum quoque *fastidire* passim quidem absolute ponitur jungiturque infinitivo, v. c. 10, 8. Valer. Max. 2, 6, 8. Plaut. Curc. 5, 2, 34 al. At his quoque locis non significare videtur ægre s. moleste ferre, sed fastidiose respuere, vel superbe spernere. Hinc Gron. ejicit τὸ *isse*, (pro quo in aliis libris *esse* et *egisse* legitur) et jungit *fastidire munus vulgatum*, conlatum, tamquam commune, *a civibus in socios* quoque. Drak. conj. *sese* pro *esse*.

4. *Quid adtinuisse*, opus fuisse? Cf. Drak. ad 3, 36, 4.

5. *Popularis jam esse dissuasor legis — esse cœperat*, quippe qui populi salutem respicere videbatur; injecta callide suspicione regni adfectandi.

6. *ambitiosus in socios*, v. ad c. 27 n. 5.— — *civibus vilior*, minus gratus.

7. *præsentem mercedem regni*, v. ad 1, 12, 6. et 2, 36, 6. — *propter suspicionem insitam* (forte *injectam* sc. plebi a Virginio) *regni* a Cassio adfectati.

8. *ubi primum magistratu abiit* Cassius; qui tertium consul fuerat. Cf. sup. c. 17. et 33.

9. *patrem auctorem ejus supplicii* (h. e. qui id filio intulerit, vel eum pœna adfecerit; v. Drak. qui docet, non opus esse legi *actorem*, h. e. exactorem, exsecutorem) cet. cf. Valer. Max. 5, 8, 2. et Plin. 34, 4. s. 9.— — *verberasse, ac necasse*, v. ad 1, 26, 6.

10. *peculium filii consecravisse Cereri*, totum forte patrimonium. Proprie vero *peculium* dicebantur bona, quæ filius patris, et servus domini, permissu conligebat. — *Signum*, simulacrum.

11. *Invenio apud quosdam* cet. sic et ap. Dionys. 8, 78. 79. cui *id propius fidem* (al. *fidei*; sed v. ad 1, 25, n. 11.) videtur, quia *dirutæ publice ædes* Cassii, et bona ejus publicata sunt. Neutrum vix vivo petre fieri potuit, quum filius nondum sui juris esset, et in propria bonorum possessione.

12. *a quæstoribus K. Fabio et L. Valerio*, non primis, sed hujus anni. Nam duo jam urbani a regibus creati, et deinde a consulibus, tandem a populo in comitiis curiatis, adjectis a. V. c. 334 duobus militaribus, qui consules ad bella sequerentur. (v. 4, 43.) Circa a. V. 488 additi quatuor alii, qui quæstorias curarent provincias. (v. inf. Epit. lib. XV.) A Sulla creati XX. a Julio Cæsare ad XL. v. sup. ad c. 8. n. 10. et ad Tac. Ann. 11, 22. Ceterum ante inductas leges annales in petendis honoribus neque ætatis neque graduum ratio habebatur; unde a. V. 296 quæstor creatus est Quintius, qui jam ter consul fuerat. (v.

inf. 3, 25. et Tac. l. l.) postea primus honorum gradus fuit quæstura. Quæstores autem his temporibus diem dicere solebant ad populum iis, qui insigne aliquod scelus commiserant. Cf. inf. 3, 24. et 25.

13. *diem dictam* Cassio, eum adcusatum esse *perduellionis*, de qua v. ad 1, 26. n. 4.— — *dirutas publice*, jussu populi, auctoritate publica. Cf. ad 5, 50, 2. — *ea est area ante Telluris ædem*, quæ etiam ædes in eodem dirutæ domus loco exstructa est. Cf. Dionys. lib. 8. p. 546. Cic. p. domo c. 38. Valer. Max. 6, 3, 1.

CAP. 42.— 1. *redegit in publicum*, v. ad c. 9. n. 4.

2. *tenuere tamen* (v. ad 1, 3, 1.) *Patres*, h. e. obtinuere, perfecere, pervicere, ut 3, 29. 4, 30. 23, 20. 24, 19. 39, 3. ubi cf. n. 2.— — *rebellantes Volscos et Æquos*, h. e. bellum redintegrantes, quæ propria verbi vis est, et passim obvia, ut et inf. cap. extr.

3. *Castoris ædes vota erat Latino bello*, v. sup. c. 20 extr. — *Idibus Quinctil. dedicata*, cf. ad Tac. Ann. 2, 83, 10.

4. *duumvir ad id ipsum creatus, dedicavit* ædem. v. ad 1, 55, 3. et 23, 30, 8.

5. *Tribuni pl. popularem potestatem* suam *lege populari*, agraria, populo grata, *celebrabant*, insignem faciebant; nisi malis, commendabant, vel jactabant.

6. *satis superque gratuiti furoris in multitudine esse*, plebemque satis superque per se s. sponte furere, sine mercede aliqua proposita, qua ad seditionem excitetur: nam *furor* est seditionis. Cf. c. 29 extr. ad c. 34. n. 13. et 25, 4.

7. *largitiones temeritatisque invitamenta*, h. e. quæ temeritatis invitamenta sunt ut 7, 15, 3. *a fallaci equitum specie agasonibusque*, h. e. *nempe*, vel *id est agasonibus*, 4, 33 pr. *ignibus armata facibusque ardentibus* 26, 31, 4. *Carthaginienses victosque*. Ita passim τὸ *que*, quod Gron. delendum putabat, exegeticum esse vel explicandi vim habere, pro *hoc est*, ut *et* 3, 1 pr. 46. al. et *ac* 38, 49, 2. monet Drak. ad h. l. et 2, 56. 38, 49. Cf. ad 5, 45, 3. 22, 48, 2. 35, 29, 1. et ad Tac. Ann. 1, 33, 7.

8. *Vana lex*, (quæ promulgata non potuit perferri) *vanique legis auctores facti*, (v. ad 1, 8, 3.) *jactando irritum munus*, quum gloriarentur, se munus plebi daturos esse, quod perficere non poterant. — Mox *expertos*, exercitos.

9. *ad bella externa superarant vires*, ne omnibus quidem opus erat. — Mox junge *numinis moti ira* et *consulti*.

10. *Qui terrores eo evasere*, eum exitum habuere *liefen darauf hinaus*.

11. *Oppia, virgo Vestalis*, quæ *Pompila* vocatur in Euseb. Chron. p. 167. *Popilia* Oros. 2, 8. et *Opimia* Dionys. 8, 89. 90. qui eam vivam defossam dicit in campo scelerato ad portam Collinam (v. ad c. 51. n. 2. et 8, 15, 6.) duosque conruptores sub furca flagris cæsos et necato has *pœnas* et Vestalis, pontificum *incesti* s. incestus (causa vel nomi *nata*, et stuprator *dabat*. Cf. 8, 15. Dionys. 2, 65. Plut. Numa p. 67. e Rom. 95. Lips. de Vesta c. 13.

CAP. 43.)—1. *Ortonam*, *Latinam* (ultra Algidum, non longe a Corb qua cf. 3, 30.) nam *Ortona* (*Ὄρτω* V. p. 167.) etiam Frentanorum op vale ad mare Hadriaticum. —*pl lationum*, iis satiati.

2. *Sp. Licinius tribunus pl.*, *Σπόριος* (in cod. Rom. *Σικίνιος*) ap. Dionys. 559. unde Sigonius non male em *Icilius*; ex qua gente multi his tem tribuni fuere, infestissimi Patribus 58. 3, 44 sq. 4, 52. et inpr. 54. *agrariæ Patribus injungendæ*, Germ. *gen, aufzwingen*; Ern. *Injungere* est onerum munerumque fungendo hinc 32, 3, 3. et ap. Plin. Ep. 6 *suscipere* obponitur; Gron. — Mox *conlegæ* legendum; quod jam alii m

3. *Ducendus Fabio in Æquos* cet. i dam MSS. At plerique et edd. ant *Furio in Æquos, in Vejentes Fabio dat Æquis quidem* cet. Huic lection Dionys. ex quo etiam petita videt ea recepta Livius sibi repugnat. (extr. et 46 pr.

4. *Unus ille vir ipse consul*; verba *sul* ab aliena manu profecta p Freinsh. ad Flor. 1, 13, 21. et Duk. Contra Drak. monet, vocem *consu* sariam esse, et sine ea frigere mo *sulis* omnemque perire obpositionem et Gron. comparant cap. 61. (*unus bus ipse Ap. Claudius*) 4, 18. (*ipse* similia.

5. *rem publicam sustinuit*, sustenta vavit, *quam exercitus prodebat*, quæ u efficiebat s. committebat, vel potiu sibi quasi creditam destituebat et deserebat; ut *prodere remp.* 10, 19, *plinam* c. 59. *communem causam* 34 *urbem* 22, 50. (ubi τῷ *servare* obpon *bertatem* 3, 38. *salutem* 9, 14 extr. *publica* 26, 36. Hinc et *proditio* *Patrum* 3, 69. *prodere præsidium in* *ciatus* 26, 12, 7. *p. ad inconsultam p* *giones* 22, 44, 6. et *p. commilitones* 24, 30. ut *ad mortem* ap. Virg. A. 1 e. desertos morti tradere, pericul exponere. Cf. c. 54. 10, 19. et a 247.

6. *si aliud nihil* facere vellent, salt ad 2, 8, 9.) *instare instructos*, h. e. ap. Suet. Tib. 72 extr. (v. sup. a 12.) nisi leg. *perstare* vel *restare*.

7. *remedia ab imperatore ulla quæ* inventa, vel adlata, vel parata, ut 1. 25, 6. 36, 40.

[redacted]

CAP. 44.)—1. *velut processisset* via vel res, ex sententia subcessisset, *Sp. Licinio*, de quo v. ad c. 42. n. 2.

2. *Victam tribuniciam potestatem* cet. v. ad c. 33. n. 3. *priore anno*, v. cap. 43 med. *exemplo*, si hoc exemplum specteiur : *ad exemplum facti* ap. Cic. ad Div. 9, 14.

3. *ut cuique privatim aliquid juris*, ex necessitudine, vel patronatu profecti.

4. *obtinuere*, inpetravere, perfecere, (ut 22, 31, 6. al.) *ut tribuniciæ potestatis vires*, potestatem trib. *vellent* tribuni adhibere adversus Pontificium conlegam in salutem reipublicæ, *obtinere* in cod. Gærtner. ut præc. *adpellare*, quod tamen Drak. pro *adpellavere* dictum putabat. Sed passim in tali oratione verbo finito subjungi finitum, docuit jam Duker. ad c. 23. — *moratorem publici commodi*, v. sup. ad c. 24. n. 5.

5. *Id unum* (seditionem) *venenum*, rem perniciosam, (cf. c. 52. 3, 67. et 5, 2 pr.) *tum labem*, perniciem, ruinam, vel ejus causam, et malum, quod interitum minetur; ut passim *labes, lues, pestis*, (v. c. 23, 43, 6. 35, 27. 38, 21, 5.) *pernicies*, ὄλεθρος, λῦμα, quævis calamitas, vel omne id, quod noxium est et perniciosum, vel, ut *pestis* 10, 28 extr. et 25, 19, 10. mortis genus s. pernicies. *Labes* proprie prima compagis solutio, priusquam ruina fiat; unde *hæc prima mali labes, hoc initium inpendentis ruinæ fuit* ap. Justin. 17, 1. *labes terræ* et *ruinarum* inf. 42, 15, 5. et Justin. 30, 4.

6. *Dis sustentatum*, inhibitum, retardatum, dilatum, *id malum*, seditionem. Sic et *sustinere* pro retinere, coërcere, reprimere, vel morari et differre; (v. c. cap. 19. 3, 5. 65. 5, 39. et 45. 10, 28, 8. al.) tum et sustinere vel retinere ædificium hominemve a labsu, ruina, interitu, (v. ad 21, 35, 10.) et hinc fulcire, adjuvare, ut 27, 49, 2. vel sustentare, alere, ut 39, 9 extr.

7. *sisti potuisse*, v. ad c. 29. n. 7.

8. *victis Æquis* cet. Cf. cap. 43. et ibi n. 3.

CAP. 45.)—1. *pessimi proximo bello exempli*, cf. c. 43.

2. *ne rem committerent eo*, in pugnam ejusque eventum, *duæ acies*, civium hostiumque.

3. *ancipiti*, gemino, *periculo*, quod a civibus hostibusque erat, *aversi*, retenti, alieni a pugna. Cf. ad 1, 25, 4. et 2, 20, 1. Ita vero delendum videtur τὸ *tam*, vel leg. *se tenebant primum*.

4. *præpropere agere*, nimis festinanter (*voreilig*) et temere : unde *temeritas ac præproperum*, præceps, *ingenium* 22, 41. 27, 33. Mox *qua — qua*, v. ad c. 35. n. 3.

5. *similationem intestinæ discordiæ timori prætendi*, et *timoris remedium*, prætextum, *inventum*, excogitatum, confictum esse, (propr. *inventam*; sed partic. posteriori voci et prædicato adcommodari solet) illam fingi, ut ita timor obcultetur : *et consules magis non confidere suis militibus*, eorum virtuti, *quam non credere* eorum fidei, magis dubitare ac desperare de illorum virtute et viribus, quam voluntate, fide et benevolentia. Minus apta videtur explicatio Nannii Misc. 5. 20. : consules potius non confidere voluntati militum, quos alienos a se putent aversosque, quam de viribus illorum desperare; eos credere, milites suos posse vincere, sed, velle eos vincere, non confidere. Hanc tamen verborum sententiam probant Drak. et Ernesti. Sed ille ad ea ex præc. subintellegit *similationem*, hoc modo : similationem intestinæ discordiæ, et similationem, consules magis non confidere, quam non credere suis militibus, remedium timoris inventum.

6. *Ad hæc*, præterea (v. ad 2, 23, 3.), *in novitatem generis originisque* Romanorum *qua falsa, qua vera* (v. ad c. 35. n. 3.) *jacere* : nam *jaci* propr. dicuntur tela vel missilia, et hinc quoque alia, quibus aliquis quasi vulneratur, h. e. læditur. Similiter 28, 9, 11. *carmina jactare in aliquem*, et infra *probra ingerere et jacere*. — Mox *multitudini* in edd. antt. non male : sed *multitudinis* in plurimis MSS. — *pectora versare*, animos vexare, s. agitare, adficere, inpellere, commovere. Cf. ad 21, 30, 2. 22, 25, 15. et 25, 3, 13.

7. *nolle subcessum Patribus*, ut iis res prospere subcedat. *nolle — non — non* negative dicitur, pro : *nolle Patribus, nolle consulibus subcessum*. Sic sæpe, ut apud Græcos, negatio redundat, aut gemina non adfirmat, v. c. 1, 3, 2. et 3, 54, 2. *haud nihil*; 3, 11. *nemo non lingua, non manu promtior*; 3, 26. *nihil nec tam inopinatum, nec tam insperatum*, 26, 27, 7. *Flaccus sibi simultatem cum Campanis negare nullam esse*, ubi *ullam* in edd. ante Drak. Cf. 1, 26. 36. 46. 4, 37. 38. 24, 8. 32, 26 extr. 35, 48. 39, 47. Drak. ad 3, 26. 5. et 43, 13 pr. (ubi itaque Gron. frustra emend. *ulla prodigia*) Cort. ad Sallust. Jug. 13, 5. Duk. inf. ad 21, 22, 1. 43, 13, 1.

8. *externa et domestica odia*, v. ad c. 39. n. 7. — *hostis eludebat*, v. ad 1, 36, 4.

9. *capita conferunt*, clanculum deliberabundi, ut nos dicimus, *die Köpfe zusammen stecken*.

10. *retro revocanda*, cohibenda, reprimenda. *Retro* παρέλκει, ut in *retro redire, repetere, remittere, referre, respicere*. Sic et 31, 32, 1. 33, 31, 1. *iterum instaurare* 27, 37, 3. *rursus remitti* 42, 47, 4. *præter prævehi* s. prætervehi 24, 44, 7. (nisi del. *præter*, vel leg. *provectus* seu *pervectus* sc. ad filium) *utrimque anceps* 30, 33 extr. *crebro factitare* ap. Tac. Ann. 14, 52, 4. Cf. ad 9, 2, 5. 6. 9, 23, 1. 26, 39, 8.

11. *ut in hostem animadversuros* sc. in eum consules.

12. *quo minus consules* pugnare *velle credunt* dimissi milites, eo magis *crescit ardor pugnandi*, ut *quo minus timoris — eo majorem metum* 26, 20. *quo plures erant*, eo *major cædes fuit* inf. c. 51. et contra *quo magis — eo*

breviore spatio inf. c. 50. Cf. ad 1, 25, 11. 1, 40, 1. 22, 43, 2. 23, 15, 5. 25, 36, 10. 25, 39, 4. 31, 31, 9.

13. *Quippe inpune se insultaturos rati:* quod posterius voc. additur in quibusdam MSS. Sed v. ad c. 32. n. 6. — *His* cogitationibus s. sententiis *freti* cet. — *Enimvero*, v. ad 1, 51, 5.

14. *per centurionum principes*, qui et vocantur *principes ordinum*, vel *centuriones primorum ordinum*, vel simpl. *primi ordines*, i. e. primi centuriones hastatorum, principum et triariorum cujusque legionis; Drak. Cf. ad 30, 4, 1. et Lips. de mil. Rom. 2, 8. — — *clamoribus agunt*, v. ad c. 2. n. 10. — *tergiversantur tamen* sc. consules. In MS. Veith. *tergiversatur tamen Fabius. Deinde* cet.

15. *ad*, ob, *crescentem* (v. ad 1, 7, 7.) *metum conlega concedente*, ut signum detur pugnandi. — *istos* milites nostros. Δεικτικῶς dixit.

16. *Deos numquam fallet*, perjurii vindices. — *Si fallat* deos, perjurus fit. *Si fallam* — — *invoco* quidam MSS. — *iratos deos* ubique in jure jurando sibi aliisque adprecabantur, nisi dictis starent et fidem solverent, vel si quos sexsecrarentur; Drak. conl. 5, 11. et al.

17. *Idem* — *in se*, in suum caput, *quisque jurat*, optantes sibi iram deorum, si fallant.

18. *Fabium nomen, Fabia gens:* verba *Fabia gens* glossatoris manum sapiunt; Schæf.

CAP. 46.)—1. *Prope certa spes erat* Vejentibus et Etruscis — *quam pugnaverint cum Æquis*, vid. cap. 43.

2. *ancipiti occasione*, ubi duces patriciique expositi essent *ancipiti periculo*, de quo vid. ad c. 45. n. 3.

3. *explicandi ordines spatium* recte, opinor, emend. Gron. — *temere*, cæco casu, *aufs Gerathewohl:* unde *temeraria* 21, 48, 5. quæ temere, *forte* fiunt. Cf. ad 2, 31, 3. et 21, 5, 10.

4. *pugna jam in* (ad, ut Gr. εἰς) *manus venerat*, MSS. pro vulg. *ad manus*. v. Intpp. ad h. l. et ad Tac. Ann. 1, 80, 7.

5. *præceps Fabius in vulnus abiit*, v. ad 1, 5, 86.

6. *Tum in primum infestis hastis provolant*, vid. ad 1, 13, 2. et 2, 20, 3.

CAP. 47.)—1. *Manlius cos. pugnam ciebat*, v. ad 2, 12, 2. — *gravi vulnere ictus*, ut infra *mortifero* v. i. ad 22, 5, 3.

2. *Simul et ranior jam erat hostium acies*, magnam habebat speciem, parum autem firmitatis, vel magnum inplebat spatium, atque ad utrumque latus longe extendebatur, sed minime densa erat, Stroth. *rarior* malebant Periz. et Drak. — *subsidia*, v. ad c. 20. n. 2. De *triariis* v. 8, 8. *missis ad consules nuntiis* cet. v. ad 8, 19, 10. — *quo loco res essent*, i. e. quales. Cf. ad 2, 17, 2. 3, 68, 1. et Drak. ad h. l.

3. *consternato agmine*, adtonito et quasi mente capto, feroci et furente; unde *sanos* *etiam consternare animos* 8, 27. et *co* *muliebris* furor, seditio 34, 2. Prop tur de terrore subito adtonitis, u 39, 17. et de terrore et inpetu ve quo *ad arma*, *in fugam* cet. ferimu citamur, ut 7, 42, 2. (*multitudinem consternatam esse*, h. e. ita territam riculi, ut arma ceperint, de quo co quendi genere v. ad Tac. Ann. 2, 10, 43. 21, 24. et 56. pr. 38, 46.

4. *familia funesta*, v. ad c. 8. n. 8 *situs triumphus*, oblatus quidem, sed atus. — *in tempore*, tempore obpo καιρῷ, ut 8, 17. 22, 25. 23, 40. 2 29, 34. 33, 5. 19. Sic et *tempore* 10 tempestive, obportune, τῷ καιρῷ. Sil. 11, 8. et Drak. inf. ad 8, 7, 5.

5. *Funera duo deinceps ducit*, ut *fu tinuata* 1, 46. Cf. ad 1, 21, 8.

6. *idem in utroque* funere *laudator*, i utriusque habuit orationem fu quæ inde *laudatio funebris* s. *mortuor* Oratio illa funebris, in laudem hon republica optime meriti et inlu forum delati, a filio aut propinquo tris habebatur; nonnumquam et s aliquo et tum diserto tum claro Polyb. 6, 53. Suet. Tib. 6. Plin. E vel, ut apud Græcos, (v. Cic. Leg ab eo, cui senatus id negotium man (Quintil. 3, 7, 1.) In Græcia hi λ τάφιοι non nisi in honorem fortiss bellatorum, et in Ceramico ad eorum, haberi solebant. (v. Thucy sq. Diodor. 11, 33. Plato in Menex ed. Bip.) Originem hujus mori tribuit Plut. Poplic. c. 9. et 53. et Dionys. 4, 40. 9, 54. qui tamen 5, a Romanis prius quam a Græcis r dicit. Institutum autem illud ini clarum fuit, et non modo ad bon et merita eorum honoranda, se æmulationem amoremque patriæ dum plurimum valuit. (v. Polyb. Sed utilitas ejus inminuta est, honor ille vulgari indignisque etia et mortui non veris, sed adulatori bus prædicari cœperunt: quo etiam mendosior facta. v. 8, 40. 22, 31. Brut. 16. Cf. ad Tac. Ann. 3, 5, diss. de sermonibus funebr. Copen Dœring de laudationibus funebr. 1803. Kirchman. de fun. Rom. 2, 1 anim. hist. c. 6. p. 207. et Span pr. et usu num. 10. p. 8. Ceterum l. 9. p. 570. tradit, Fabium duobu bus aute annum magistratus exact sulatu se abdicasse, quod gravi ictus munia consularia obire non Drak. — *ferret*, v. ad 1, 50, 7.

7. *quod initio consulatus inbiberat* induxerat in animum, vel firmiter s habuerat cum animo ac delibera ap. Cic. Quint. 6. — *saucios milites* cet. cf. ad Tac. Ann. 4, 63 extr.

CAP. 48.)—1. *occuparent Patres ipsi suum munus facere*, v. ad 1, 14, 3. et 1, 54, 4.

2. *Verum esse*, h. e. justum s. æquum, (quod in multis libris legitur ex interpret.) ut 3, 40. 23, 11. 32, 33. 35, 8. 39, 27. 40, 16. Cf. Drak. ad h. l.

3. *nimia gloria luxuriare*, v. ad c. 21. n. 4. *evanescere vividum ingenium*, vim suam perdere, ut *vis loci*, et *vinum evanescit vetustate* ap. Cic. Div. 2, 57. Contra *vegetum ingenium in vivido pectore vigebat*, *virebatque integris sensibus* inf. 6, 22.

4. *eo nulla pugna memorabilis fuit*, v. ad 1, 11, 5. — *in tempore*, v. ad c. 47. n. 4.

5. *res proxime* (sc. ad) *formam* — *venit*, ut 6, 42, 6. et 26, 48, 3. Sæpe autem *proxime*, *proximus*, *prope* et *propius* cum quarto casu junguntur. v. Gron. ad 8, 32. 21, 22, 40. et Obss. 3, 2.

6. *Legionibus Rom. cedebant*, adcedentibus decedebant, (wichen aus) et *cedebant*, recedebant, in urbem. — *eludentes*, decliuantes, propr. ictum.

7. *alia bella præsentia instabant*, v. ad 3, 6, 5. 5, 15, 5. et 36, 10, 6. — *averti alio* Romanos eorumque cogitationes ab eo. Cf. ad 6, 23, 4. — *Auctores sumus*, spondemus. Cf. ad 9, 20, 4.

8. *familiare bellum*, privatum gentis Fabiæ. — *vacet*, non opus habet.

CAP. 49.)—1. *Familiam unam*, gentem; unde et mox dicitur: *Si sint duæ* — *gentes* sc. præterea, — *deposcant*, *hæc Volscos sibi*, *illa Æquos*, desumant sibi bello petendos: quod *deposcere* in re gladiatoria proprie dicitur; Ern. Cf. ad 22, 28, 4. — *paludatus*, indutus paludamento s. chlamyde imperatoria. Cf. ad 1, 26. n. 1.

2. *signa ferri jubet*, ex Urbe efferri.

3. *Sex et trecenti milites*, *omnes patricii*, *omnes unius gentis* cet. quibus ab aliis quatuor vel adeo quinque *cognatorum sodaliumque* vel clientum millia adduntur. Cf. Ovid. Fast. 2, 193—242. Hanc de Fabiis narrationem fabulosam esse, jam docuere Dionys. 9, 5. 22. et Perizon. Animadv. Hist. c. 5. Ille monet, minime videri verisimile, a tot Fabiis non nisi unicum filium Romæ relictum; (v. inf. c. 50 extr.) hanc vero opinionem inde forte natam esse, quod præter eum nullus alius deinde fuerit gloriæ laude inlustris, aut ad honores pervenerit. Hic contra censet, re vera CCCVI viros ad illud bellum profectos esse, non autem plures, neque hos ipsos omnes unius gentis, sed longe maximam partem hujus gentis clientes, (tunc enim temporis, senatu a Tarquinio XXX annis ante cædibus exhausto, non fuisse multo plures trecentis patricios virili ætate) atque ita vere unum Fabiæ gentis, vel certe trium consularium fratrum inpuberem filium, vel forte etiam totius gentis paulo plures, sed quorum unus tantum ad virilem ætatem pervenerit, Romæ relictos; (nam omnes Fabios, proximis temporibus in annalibus et fastis memoratos, vere ab hoc uno Marci filio, Q. Fabio Vibulano, videri ortos, quum deinceps proximi patrem Quintum et avum Marcum, remotiores vero avum Quintum illum habuisse istic legantur, et præterea, si plures superfuissent tunc ex illa gente, haud dubie et illorum, si non omnibus, vel plerisque, saltem quibusdam etiam aliis horumve posteris proximis summus honor fuisset a populo delatus, propter recentissimam gentis gloriam) dictos autem omnes, qui ad id bellum exierint, vulgo *Fabios*, quia non modo illi duces fuerint et auctores expeditionis, sed et in se suamque gentem proprie receperint illud bellum, ac per se et suæ gentis clientelas gesserint. Ceterum minus mirum videri debet, Fabium illum, suæ genti superstitem et inpuberem, jam decennio post consulem factum esse. v. 3, 1. Leges forte annales tum erant nondum latæ, aut Fabius erat dignus qui iis solveretur, ut alii. Cf. ad 25, 2, 4.

4. *egregius senatus*, egregiis viris constans: nisi leg. *exercitus* pro *senatus*.— — *temporibus quibuslibet*, omnibus; quocumque ille tempore fuerit, sit et futurus sit.

5. *Sequebatur turba*, *alia*, *cognatorum sodaliumque*, *propria sollicitudine*, *alia publica excitata* cet.

6. *nihil medium*, mediocre, exiguum, leve, parvum, ut *nec spem*, *nec curam mediocrem*, *sed immensa omnia* 30, 33, 7. *media bella* 5, 37. et *gratia* 6, 14 extr.

7. *in patriam ad parentes restituant*, v. ad c. 13. n. 4. — *Incassum*, v. Wakefield ad Lucret. 2, 1164.

8. *Infelici via*, quæ ab eventu hujus belli ita demum dicta est, ut et *via* ac *porta scelerata*. — *dextro Jano*, per dextrum Janum, h. e. transitum; nam transitiones perviæ Jani nominantur Cic. N. D. 2, 27. Cf. inf. ad 8, 15, 6. 41, 27, 14. Duk. et Drak.

9. *donec nihil aliud quam*, tantummodo, (v. ad c. 8. n. 9.) *in populationibus res fuit*, expeditio versabatur. — *satis erant*, subficiebant.

10. *infesta*, intuta, *hostium* omnia loca *fecere*. Cf. ad 1, 7, 7. — *per utrumque finem*, per utriusque populi fines. Ita passim *finis* in sing. dicitur pro *finibus* seu terminis, v. c. 4, 58. 9, 6. 10, 35. 33, 37. 35, 27. 38, 15. 40, 16. Cf. ad Tac. Ann. 16, 15, 1.

11. *Romana equitum ala*, v. ad 25, 21, 4.

12. *Saxa Rubra* oppidulum, non longe a Cremera fl. et IX mill. a Roma, in via Flaminia.

13. *ab insita* cet. pro: ob insitam cet.— *ante*, ante quam *deductum* esset a *Cremera Rom. præsidium*, Fabiorum, ut pace facta Romam redirent.

CAP. 50.)—1. *sine ullo majoris belli adparatu*, v. ad 1, 1, 6.

2. *consilium ex re natum*, præsente rerum conditione subpeditatum.

3. *Hæc spes provexit* illos, eo deduxit, vel induxit: ut 40, 14, 1. *illo etiam gaudio provehente* sc. me, h. e. incitante, hilariorem me reddente, vel *provehente* sc. lusum, h. e. augente: quo modo explicare malim, quam *provehente* sc. se, conspicuo.

4. *effuso cursu* (v. ad 1, 14, 7.) *insidias superassent*, præterissent. Sic et *superare promontorium* navigando, pro præternavigare 25, 27, 3. 30, 39, 1. 31, 23 pr.

5. *tela ab omni parte adcidebant*, cadebant, vel potius advolabant. Cf. Cæs. B. G. 3, 14 pr. — *continenti agmine*, v. ad 1, 29, 5. — *quo magis* — *breviore*, v. ad c. 45 n. 12.

6. *orbem conligere* dicuntur milites, qui ab hostibus undique cincti frontem in omnes faciunt partes et hostibus quaquaversum obvertunt, ut ab omnibus partibus et in omnes pugnent. Sic *in orbem* (facto orbe et in omnes partes) *se tutari et pugnare* 4, 39, 21, 56. 2. 28, 22. 33. *orbem volvere* 4, 28. et 22, 29, 4. (ubi clare dicitur: *qui plures simul terga dederant, conversi in hostem volventesque orbem* cet.) et *turmas volvere* 7, 33, 44. quibus locis alii hæc exponunt: glomerare vel convertere aciem hostique terga dare. Similiter fere *errorem volvere* 27, 47, 8.— — *insignem*, conspicuam, manifestam.

7. *multiplicatis in arcto* loco (v. ad 5, 38, 4.) *ordinibus*, brevioribus et hanc ipsam ob causam pluribus hostium ordinibus factis pro augustiis loci, ubi in arctum condensabantur. Contra *explicare ordines* dicitur sup. c. 46.

8. *rupere cuneo viam*, perrupere, cum vi et inpetu viam sibi fecere s. iter aperuere; ut rumpere *iter, cursum, aditus*. *Cuneus* est acies formam trigoni s. literæ Δ referens, vel *multitudo peditum, quæ juncta acie primo angustior, deinde latior procedit et adversariorum ordines rumpit, quia a pluribus in unum locum tela mittuntur*, Veget. 1, 26. 3, 19. Cf. inf. 22, 47.

9. *in editum leniter collem*, paulatim adsurgentem, ut *colles placide* et *leniter adclives* s. *adclivi* et *declives* 38, 20. et Cæs. B. G. 6, 19. 29, 7, 19. 83. *lenis clivus* et *lene fastigium* inf. 6, 24. 25, 36. 29, 33. Cf. ad 21, 37, 2.

10. *vincebatque auxilio loci paucitas*, sc. et vicisset utique, vel res effectum habuisset, *ni Vejens — evasisset*. Doctior verborum structura, Tacito frequentissima. v. ad Tac. Ann. 1, 35, 8. et cf. inf. ad 4, 52, 4. 6, 21, 3. 7, 7, 4. 22, 60, 10. 28, 33, 2. 34, 29, 5. Cort. ad Sall. Jug. 27, 2. et Drak. inf. ad 38, 2 pr. qui docent, sæpe tempus inperf. et indic. et conjunct. modi (ut 2, 22, 1. et 39, 42, 5.) pro plusquamperf. poni. v. et Ruhnken. ad Vellej. 2, 52. et Arntzen. ad Plin. Pan. 8. *ni evasisset* Bauer dictum monet pro: *sed enim evasit*.

11. *jugo circumnnissus*, per jugum
Cf. ad 22, 18, 4.

12. *Fabii cæsi ad unum omnes*
prope puberem cet. v. ad c. 49. n.
Epit. 2. n. 3. — *dubiisque rebus* c
1, 39, 3. Sed forte leg. *dubiis qu*
— *vel maximum fuit et unicum*, vel
trum auxilium; ne hæc verba ad *un*
spectent.

CAP. 51.)—1. *annona premente*
Cf. ad c. 34. n. 13. Verba *transie*
E. T. spectant ad illa: *obsessaque U*

2. *ad Spei* fanum, (v. ad 1, 33,
quod in XIII regione Urbis erat
rim. v. 40, 51. Alia Spei ædes fui
regione Urbis extra portam Carme
(v. 24, 47. et 25, 7.) alia in for
(vel, quia hoc extra illam portam
dem) a M. Attilio Calatino, qui co
a. V. 495 et 498, exstructa. v. 21,
Legg. 2, 11. et Tac. Ann. 2, 49.
lina porta in V regione Urbis ad
Quirinalem.

3. *meliorem militem*, fortiorem,
κρείσσονα, ut 7, 9. 24, 3. 25, 18. fo
34, 2. Cf. Intp. Hor. Od. 1, 15,
bello inf. 38, 15, 5.

4. *Post adceptam proximam pugn*
ut mox *hesterna felicitate pugnæ*.
libri habent *proximæ*; et Gron. co
ima pugna. Sed v. ad 1, 1, 6.

5. *inpetus dabant*, cf. ad 1, 25,
dedita opera propulsa junge. — *pr*
sc. se. v. ad c. 3. n. 2.

6. *Quo plures erant, major* cet. v.
n. 12.

7. *quod inopia frumenti* eum *age*
silia pugnæ, *quamvis*, quantumvis,
temeraria, periculosa et audacia,
4, 6. et 1, 32, 13.) *dum*, dummod
essent, ut eo citius dira fame liberar

8. *terga darent*, h. l. non fuger
terga obverterent modo huic n
aciei Rom. nam *inter duas* erant *a*
fere *latus* s. *nudum latus dare*. Doe

9. *occidione occisi*, penitus, omnes,
4, 58. 9, 38. et al. *ad internecione*
deleri; *occidione obcumbere* Tac. A. 1

CAP. 52.)—1. *laxior annona rediit*
34. n. 13.

2. *suo veneno, agraria lege*, v. ad c.
— *nec modo, sed* v. ad 1, 40, 1.
invidiæ erat, ut deinde *erat crimini*.

3. *Eum obpresserunt*, v. ad 1, 5
obpressit in multis MSS. unde Gr
emend. *ea* invidia *obpressit* M
Vulgo non male post *obpresserunt* n
post *exolevisset* maxima distinctio p
quum adcipitur pro *quamquam*; ni
gendum est: obfendit certe nos
positum. — *pro Coriolano*, v. sup.

4. *patris Agrippæ*, de quo v. cap.

5. *in multa temperarunt tribuni*,

[redacted]

s. ponendo modum s. moderationem adhibuere, ut *in amore temperare* ap. Plaut. Epidic. 1, 2, 8. Enimvero *mulcta* non, ut *mulctare*, de capitali etiam pœna dicitur, (minime h. l. propter verba seq. *mulctam dixerunt*) sed de pecuniaria tantum, vel quæ ejus loco est: nam *mulctare* videtur proprie esse *mulgere* aliquem (ut *emungere*) sc. pecunia s. pecore, et hinc *damnare*, h. c. *damno* s. jactura adficere, privare; unde *mulcta* est *damnum* sc. pecuniæ s. pecoris cet. vel mulcta pecunia, et hinc pœna, sed fere levis tantum, ut 24, 16, 7. ubi et *nota levior* dicitur. Cf. ad 3, 11, 3. Dura vero est Strothii interpretatio: eam moderationem adhibuerunt, ut capitis pœnam in mulctam mutarent. Hinc Dœring emend. *iu ira temperarunt*, vel *in mulctam rem mutarunt*. Forte leg. *simultatem temperarunt*, vel potius *iræ multum temperarunt*, ut 33, 3.

6. *quum capitis anquisissent*, (ut *capite* et *pecunia* 26, 3.) h. e. adcusassent, in capitis vocassent judcium: causa vero *capitis* est res capitalis, in qua caput hominis agitur. v. ad 26, 3, 3. *Anquirere* propr. est diligenter quærere, inquirere, cognitionem habere, v. c. *de perduellione* 6, 20. v. Otho in Gifan. Obss. L. 50. p. 32 sq.

7. *Ea* tamen mulcta *in caput* ejus *vertit se*, facta ei est causa mortis. Cf. sup. ad c. 3. n. 2.

8. *prœlium* temerarium *cum Tuscis*, Vejentibus, *ad Janiculum*; v. cap. 51.

9. *T. Menenii — cujus patris munere* cet. v. sup. c. 32. 33. Mox malim *quibus jam serviret*, et ad hæc verba refero etiam *eas leges*; nisi malis cum Dœringio legere *quibus nunc serviret*, et *eas leges* explicare tam exoptatas, quarum favore nunc plebs tantum efficere possit. Cf. ad c. 29. n. 6.

10. *periculum, discussit* dispulit, removit. — *participando*, communicando cum Servilio *laudes*, gloriam relatam ex prœlio cum Vejentibus, de quo v. cap. 51.

11. *adeo mutaverunt animum* tribuni et plebs, pro: mutatus erat eorum animus; *ut dicunt, ferunt* cet.

CAP. 53.)—1. *Certamine domi finito, Vejens* cet. in MS. Veith. et sic uno spiritu legendum conj. Gron. — *quibus* sc. Vejentibus. Cf. ad 33, 24, 4.

2. *dispersi alii alia* sc. parte s. porta. *dispersi alii, alii manipulatim* MS. Veith.— — *Intra vallum cædes magis quam prœlium esse*, cf. 5, 45 pr.

CAP. 54.)—1. *Manlio Vejentes provincia evenit*, v. ad cap. 40. n. 8. Sed *A. Manlius*, non C. dicebatur. Cf. Dionys. IX. et inf. 3, 31. 33.

2. *Paci externæ confestim continuatur discordia domi*, illam continuo excepit hæc.

3. *Agrariæ legis tribuniciis stimulis plebs furebat*, illis concitata est ad seditionem a tribunis. Cf. ad cap. 42. n. 6, 7. et ad 6, 34, 5.

4. *Abeuntes magistratu* consules *Genucius adripuit*, adcusavit, ad judicium populi vocavit, (ut 3, 58. et *corripere*, de quo v. ad Tac. Ann. 3, 49, 2.) et quidem quod agrariæ legi repugnassent, et noluissent decemviros creare, qui ex SCto plebi agros dividerent. v. Dionys. 9, 38. — *Vopiscum Julium in quibusdam annalibus* cet. ut in fastis Capit., in tabulis Græcis, Dionys. l. 9. p. 594. et Diodor. 11. p. 275. Cf. Pigh. Ann. ad a. 280.

5. *rei ad populum* facti, apud eum adcusati. *sordidati*, togis sordidis induti. *Sordes* et *squalorem* tam reorum, quam subplicantium lugentiumque, ad miserationem movendam spectare, nota res est. Propinqui etiam et amici reorum, quin et magna nonnumquam plebis vel senatus pars, *vestem mutare* solebant, ut 2, 61. 3, 58. 4, 42. 6, 16. 20. 43, 15 al. *Pullo* (sc. vestimento) *amictus Perseus* subplex 45, 7, 4. Cf. Schweigh. ad Appian. Syr. 40.

6. *infulis* s. velamentis laneis, vitta nivea adligatis, *velari* et cingi solebant cornua victimarum, *ad mortem destinatarum*. v. Voss. ad Virg. Ge. 3, 487. Insignia etiam subplicum mortemque deprecantium sunt laneæ *infulæ* s. *vittæ* et *velamenta* ac *rami oleæ* vel lauri. Cf. ad 2. 39, 10. 24, 30, 8. 25, 25. 29, 16. 30, 36. 35, 34. 36, 20. 37, 28. 44, 19. 45, 25 pr. Græcis vocantur *στέμματα* et *θαλλοὶ* s. *κλάδοι ἱκτήριοι* et *φυλλάδες ἱκτῆρες*, qui *rami* 24, 30. 29, 16. 30, 36. *porrigi*, et 45, 25. *jactari* dicuntur: ut *ἱκετηρία* a laneis infulis, ramum obvolventibus, *εἰρεσιώνη*. Ramus ille etiam nunc symbolum subplicum et pacis in insulis australibus: (v. Forsters Reisen T. I. p. 127.) ut et apud Romanos olim *sagmina* et *verbenæ*. Cf. ad 1, 24, 6. Ritter de fetialibus Rom., Ilgen Opusc. T. I. p. 135 sq. Böttigers griech. Vasengemählde T. I. P. 2. p. 99. 100. Ritus autem hic *ἱκετηρίας*, ut verba Heyn. ad Virg. A. 8, 128. mea faciam, ductus e vittis seu infulis laneis, obvolventibus ramum oleagineum, cujus usus erat quum in sacris, tum in lustratione et expiatione: adeoque is, qui præferebat, *ἱκέτης*, subplex factus, aut crimen expiare se et culpam deprecari velle symbolice et religiose significabat, aut simpl. per sacra et deos se subplicare testatum faciebat: unde omnino fœderis, pacis et legationis symbolum est factum.

7. *adparitori tribunicio*, v. ad 1, 8, 2.

8. *Si se commoverit*, si aliquid molitus fuerit; nos: *wenn er sich nur rühren wird.*

9. *exsilium C. Marcii*, (v. 2, 35.) et *Menenii damnationem* (v. 2, 52.) tamquam pœnas sibi quoque timendas.

10. *consilia* (v. ad 1, 54, 1.) *inde non publica* (MS. Veith. *in publico*) *habere, sed in privato*, v. ad 2, 24, 6.

11. *eripiendos esse reos* quocumque modo, *jure an injuria*; immo *aut injuria*, ut legitur in MS. Veith. Mox *quemvis*, ut 1, 4. ubi

vid. n. 6. *auctor*, qui *facinus* hoc exsequeretur.

12. *plebs erecta*, intenta rei, quæ jam ageretur, cum magna *exspectatione*, (*in gespannter Erwartung*) ut 3, 47. 33, 32, 3. *erigere aliquem exspectatione* 36, 34, 3. *erigere se in spem* 3, 1. *erectus in exspectationem* 21, 20, 5. Sic et *suspensus ad exspectationem* 42, 19, 20. et junctim *erecti suspensique* 1, 25, 2.

13. *mirari primo*, *quod* (v. ad 34, 57, 3.) *non descenderet tribunus* sc. in forum, quod in parte Urbis inferiore erat, in valle inter Capitolinum et Palatinum montes. v. Donat. urb. Rom. 2, 16 sq. et Nardinus Rom. vet. 5, 2. *Descendere* dicuntur Romani honestiores, quum in forum, curiam, campum (v. c. 7, 18, 2. 24, 7, 8. 26, 18, 2. 34, 1, 5. *in campum* Martium, comitiorum causa) eunt, quod solebant in montibus habitare, qui salubrius habitabantur, ea loca autem in vallibus, inter montes, erant; item in universum, quum in publicum prodeunt: Ernesti clav. Cic. Cf. Drak. ad 3, 48 pr.

14. *obversati vestibulo*, ante vestibulum versati. Cf. ad 24, 23, 2. — *acies funditur*, exercitus late se fundit s. dissipat, dispergitur, dilabitur. Cf. ad 41, 7, 3.

15. *sacratæ leges*, v. ad 2, 8, 3.

16. *neminem noxæ pœnitebat*, pudebat, vel nemini noxa displicebat, ut 1, 8 pr. *haud me pœnitet sententiæ eorum.* Nam *pœnitere aliquem* ejus rei dicimus, quæ ei displicet et quacum non contentus est, aut ejus, quæ parva est et quam contemnit, v. c. *pœnitere laboris, virium, virtutis ac fortunæ suæ* 1, 8, 8. 4, 58. 8, 23. 9, 18, 34. 22, 12. 23, 3. et aliis locis, ubi etiam *pœnitet* simpl. dicitur omisso pronomine, ut 23, 12, 3. 28, 40, 5. Nonnunquam et *fastidire* et *contemnere* τῷ *pœnitere* respondet, ut 4, 3. et al.

17. *ut etiam insontes* cædis *fecisse* eam *videri vellent.* — *palamque ferretur*, diceretur, vel judicaretur, Cf. ad 4, 45, 5. et 9, 15, 3.— — *malo* sc. facinore et remedio; quoniam alio modo id non liceret.

CAP. 55.)—1. *Sub hac victoria*, ea quasi subnixi Patres delectum edicunt; vel statim post illam: nisi tum potius cum Gron. leg. *sub hanc victoriam*, ut 7, 31, 3. 21, 2, 1. 24, 25, 4. 25, 7 pr. 26, 16, 1. 27, 37 pr. 29, 15, 3. 33, 37, 1. 34, 27, 3. 35, 31. 39, 21 pr. Sed Livium sine discrimine τῷ *sub* nunc quartum, nunc sextum addidisse casum, et a Grammaticis ita potius distingui, ut v. c. *sub adventum* notet paullo ante adventum, instante adventu, *sub adventu* quum jam advenit, post adventum, sed vanam esse hanc distinctionem, et v. c. *sub idem tempus* dici pro *eodem tempore* 1, 22. 37, 11. 18. 42, 17. 44, 35. 45, 25. *sub vocem* et *dicta* pro *post ea* 7, 31. 35, 31. *sub lucem*, *sub occasum solis* cet., docet Drak. — *delectus edicitur*, v. ad 21, 63, 1. et 31, 49, 5.

2. *XXIV lictores adparere consuli*
1, 8, 2. 2, 1, 11.
3. *Nihil* — *infirmius* sc. his l
esse.
4. *quod ordines duxisset*, v. ad 2, 2
5. *spoliari hominem*, exui, vel nu
pus a lictoribus, qui vestes *circum*
undique lacerare solebant; *et vir*
diri, expromi e fascibus et ad ca
parari. Cf. 8, 32.
6. *in senatum vocari* sc. Patres,
pr. 36, 21. et *in concionem vocari* s
tudinem (quæ vox præcessit) 2
vel *vocare* et *advocare ad concionem* c
silium 4, 1 extr. 26, 48 extr. 44, 37
In quibusdam libris h. l. et al. pr
omittitur.

CAP. 56.)—1. *Voleronem plebs tri*
creat; contraque omnium opinionem r
tulit sc. Volero: nam sic passim se
in quibus diversum sit subjectu
copula *et* s. *que*, et præterea a pa
activum transiri, vel contra, doce
Cf. ad 3, 38, 4. 4, 17, 7. 22, 6, 7. 2
23, 8, 4. 23, 18, 4. 24, 21 extr. 24,
29, 32, 2. inpr. ad 25, 35, 3. et 3
— 33, 36, 3. 36, 31, 4. 41, 25. —
missurum tribunatum, hoc libere et in
usurum *ad vexandos prioris*, superior
imi, *anni consules*, frenis quasi hu
tati laxatis. Locutio petita ab
permittunt vel *canem*, h. e. in feras in
(v. Lucret. 4, 685. 692. unde
venatores, et ἐπάγειν) vel *equum*, q
atis habenis liberoque cursu ruer
patiuntur et incitant, ut inf. 3, 6
30. 9, 22, 10, 5. 29, 2. 30, 11. 40,
et *emittere*. v. ad 10, 5, 4. et 29, 2. (
tere, *permittere* et *inmittere* eodem s
cuntur) Cf. Drak. ad 3, 70, 9. Gr
2, 13. et Gruter. ad Martial. 10, 1
2. *ut plebeji magistratus tributis co*
rent, v. ad 2, 33, 3.
3. *Haud parva res*, exigui mom
sub titulo, inscriptione vel argu
— *atroci*, admodum gravi et Patrib
noxio, ut al. *atrociter ferre.*
4. *Huic actioni*, rogationi. Nam
magistratuum sunt vel rogationes
(*tribunitiæ*) vel SCta, iis referent
senatum facta; (*consulares*) nec r
tiones, quibus lex aut suadetur au
detur; ut *senatorum actiones* sent
senatu dictæ. — *tribunum reficit*,
creat, ut 3, 21. Cf. ad 9, 10, 5
ultimum dimicationis, ad ultimam
tionem s. certamem extremum,
et *ad inopiæ ultimum* 10, 11. Sic
tremum periculi et *spei* 21, 34. 43
trema agminis, *finium* cet. 21, 34.
Cf. ad 9, 39, 4. et 22, 6, 6.
5. *inde a paternis certaminibus*, v.
27 sq. Verba *Appii filium* a quibusd
absunt, et in fastis Capitol. *M. F.*

[redacted]

Sed cf. 3, 15. Dionys. 9, 42. Duk. et Drak. qui duplicem olim de Claudio, qui Romam commigraverit, opinionem vulgatam fuisse suspicatur, cum vel *Appii* vel *Marci* prænomen habuisse — *T. Quinctius* Barbatus Capitolinus. De *Quintia* gente v. 1, 30. et 3, 12.

6. *inventor legis*, qui primus eam tulit s. rogavit: *auctor legis* eodem quidem sensu passim dicitur, sed plerumque est legis suasor, adjutor, laudator, qui *auctoritatem* ei præstat hortando et laudando. Sic ad alios refertur, non, ut *inventor*, sine ullo ad alios respectu dicitur. Cf. 22, 25 extr. Volero autem *auctor* etiam rogationis a se latæ fuit, sed Lætorius auctor ejus *recentior et acrior*. — *Lætorius* forte is, de quo v. sup. c. 27.

7. *ætatis ejus haud quisquam* v. ad 2, 29, 6. — *Is* — *ipse* — *exorsus* sc. est. Mox post *contenderet* punctum forte ponendum.

8. *rudis lingua*, inperitia dicendi, *non suppetebat*, par erat, respondebat, *libertati animoque*, libertati animi, liberiori ingenio, cujus sensa non diserte expromere poterat. Cf. ad 24, 22, 1. Mox ante *facile loquor* ed. Mogunt. prima inseruit *tam*, quæ particula ante *quam* passim omittitur, v. c. 25, 15, 4. 26, 18, 1. 26, 31, 1. 35, 49. si his locis vulgo recte legitur; de quo tamen dubitare possis. *Magis* ante *quam* solere omitti non *tam*, monet Bauer ad 26, 18. Cf. ad 1, 25, 11.

9. *Occupant tribuni templum*, v. ad 1, 6, 5. — *Submoveri Lætorius jubet* omnes, *præterquam* præter eos, *qui subfragium ineant* in comitiis tributis, adeoque patricios. Cf. ad 3, 14, 4. 22, 3, 8. et 25, 3, 14.

10. *nihil cedentes viatori*, ministro, quo magistratus ad homines arcessendos (inpr. a villa in senatum, ex quo *viatores* dictos monet Cic. de Sen. 16.) et prehendendos quoque, ut lictoribus, utebantur, (vid. quæ mox sequuntur, et 3, 56.) potissimum tribuni pl., sed et alii, v. c. dictator, (v. 6, 15 pr. et 22, 11.) consules, (v. 8, 18.) ædiles, (v. 30, 39.) censores, (v. 39, 44.) et imperator Samnitium 10, 38. Cf. Gell. 12, 3. et 13, 12.

11. *non populi*, omnium ordinum, universæ civitatis, qua etiam senatus continetur, *sed plebis* cet. Cf. 2, 35. et 6, 37.— — *illum ipsum* sc. populi magistratum, v. c. consulem, hortari tantum posse et monere populum, *more majorum*, ut discedat, non imperare. *pro imperio*, per imperium, imperioso modo, propr. ita ut partes imperantis agat, ut 3, 49. *jam pro imperio Valerius discedere lictores jubebat*, quasi id imperare posset vel penes ipsum esset imperium. Cf. ad 2, 7, 4. Vulgo *illum ipsum* referunt ad tribunum, et inde conligunt, tribunis pl. non fuisse jus *submovendi*. Cf. ad 3. 14, 4.

12. *Si vobis videtur, discedite, Quirites*, recepta erant verba dimittendæ concionis populi; ut senatus dimittendi formula *nihil vos moramur, Patres conscripti.*

13. *Facile de jure, et contemtim, disserendo perturbare Lætorium poterat.* Sic verba non tam jungenda, quam omnino transponenda crediderim h. l. ubi quidam τὸ *et* delendum, alii pro eo *tam*, vel *parat* pro *poterat* substituendum, et alii denique *facile* tum ad *poterat*, tum ad *disserendo* referendum putant. Appius *facile Lætorium perturbare poterat disserendo* tam *de jure* magistratuum, cujus is ignarus erat, quam *contemtim*, cum contemtu et ejus, qui hæc ignoraret, et tribunorum, qui non populi sed plebis magistratus essent. Sic *contemtim* 2, 35 pr. 6, 38. 7, 7.

14. *tribunum privatum esse, sine magistratu*, invidiose et contemtim dicit Appius respectu auctoritatis Patrum: nam idem paulo ante dixerat, tribunum esse magistratum, sed plebis, non populi. Cf. ad 1, 40, 5. Sigonius comparat verba Plut. in Quæst. Rom. T. II. p. 283. *Cur tribunus pl. non, ut alii magistratus, prætextam gestat? an quia omnino magistratus non est? nam neque lictores habet, neque pro tribunali sedens jus dicit, neque principio anni magistratum init, neque illo se abdicat dictatore dicto, ut diversi muneris ordinisque homo — et inpedimento potius magistratui est eique adversus, quam magistratus; tribuni enim est, resistere magistratus potentiæ nimiamque ejus licentiam coërcere.*

15. *concursus hominum in forum ex tota urbe concitatæ multitudinis fieret*, verba *concitatæ multitudinis* aut tollenda prorsus videntur, aut post seq. *tempestatem* rejicienda; Ern.

16. *Darent iræ spatium* cet. Cf. 8, 32, 7.— *In potestate alicujus esse*, alicujus voluntatem auctoritatemque vel judicium sequi, facere, quæ ei placeant, ut 40, 46, 6. et contra *in sua potestate esse* 8, 2, 3. Sic et *in auctoritate Patrum esse*, iis obtemperare, SCtis parere, 3, 21 pr. 4, 26 med. (ubi etiam paulo post eodem sensu dicitur *consules senatui dicto audientes esse*) 32, 7, 7. 32, 28, 2. 42, 32, 4.

CAP. 57.)—1. *ut tantam consularem majestatem esse vellet* cet. adeoque non majorem, quam concordia sineret civium. Paulo ante e duobus MSS. recepi *avocabantur* pro *advocabantur*. Mox *trahant* rectius omnes fere edd.

2. *nihil relictum esse virium in medio*, v. ad 6, 6, 7.

3. *quorum in manu sit*, quænam harum partium summam in ea potestatem habeat. Post *rem publicam* alii colon, alii nullam distinctionem ponunt, ut sit enallage adcusat. pro nominat. ut 31, 27, 2. Cf. ad 40, 20, 2.

CAP. 58.)—1. *perinde ac*, quasi, *duo* tantum *antea fuerint*. v. sup. ad c. 33. n. 3 *addito* pro *additos* in omnibus MSS. et plurimis edd. perperam legi jam monuere Duk. et Stroth. *additos esse Piso auctor est*, h. e.

tradit, ut 8, 6, 1. 9, 37, 9. 10, 25 al. Quin et dixit Livius: *habeo auctores, Romanos solitos* fuisse cet. 9, 36, 4. 22, 7 pr. et *id quidam auctores sunt* 23, 16, 7. 30, 26, 4. *qui hujus pugnæ auctores sunt* h. e. eam memorant, 26, 6, 6. ut fere 6, 12, 2. *ita pars major auctores sunt* 30, 3, 4. *Auctor* dicitur is, a quo fama orta est, et qui dicere potest, unde habeat, quæ dicit: hinc etiam nuntius (s. nuntians, et index); Ern. clav. Cic. Cf. ad 4, 13, 7. 5, 1, 4. (ubi v. Gron.) 8, 30, 8. 10, 14, 2. 22, 55. 4. Heins. et Burm. ad Ovid. A. 2, 6, 34. De *Pisone* v. ad 1, 55, 8. — *C. Sicinium, L. Numitorium* cet. cf. Diodor. l. 11. p. 278. ex quo etiam *C. Sicinium* substituere Sigon. et Pigh. Ann. ad a. 283. In MSS. præter Haverk. et in edd. antt. *C.* vel *Cn. Siccium*, ut et inf. c. 61.

2. *Odisse plebem plus quam paterno odio*, magis quam pater eam oderat. De patre v. sup. c. 16. 21—30. et 44.

3. *se unico consule*, qui solus consulis nomine dignus sit, et unice ad id ob ferociam constantiamque aptus. v. ad 1, 21, 3. *objecto* torrenti tanto instar firmissimi obicis vel aggeris et firmissimæ molis; Gron. Cf. 4, 13. 44. 36, 5. 37, 10. 42, 5.

4. *nequaquam tanta Patrum spe*, quippe quibus non consul, Appio similis, præfuerit.

5. *nec ulla vi domari poterat* sc. exercitus, quod nomen, quia conlectivum est, mox etiam plurali *inhiberent* jungitur; nisi cum aliis legere malis *poterant*, vel *inhiberat*, vel *domare* exercitum *poterat* sc. ira Appii.

6. *omnes sua sponte remittere industriam motam*, incitatam adhortatione Appii. *notam* conj. Cler. art. crit. 3, 1, 4.

7. *acerbitate promta*, adhibita, exercita. — *Volerones*, Voleroni similes, ut *Tarquinii* 6, 40. *Manliana imperia* 4, 29. 8, 7.

CAP. 59.)—1. *adversus Fabium consulem*, v. sup. cap. 43. *multo violentior* et contumacior *fuit Appio*, adversus Appium.

2. *alii gaudere sua clade atque ignominia*; forte leg. *alias* vel *alioquin*.

3. *quandoquidem nihil præter tempus*, dilationem, *noxæ*, pœnæ, non ejus remissionem, *lucrarentur* milites, quorum contumaciæ nunc cederet. *Noxa* et delictum, et pœna, quæ propter illud infligitur. Cf. ad 8, 18, 3. et 10, 19, 2. — *A quibus* sc. novissimis *perlatus ad primos tumultus* cet.

4. *Nemo ullius* sc. rei, nisi ipsa hæc vox excidit.

5. *in pacato agro*, ut *pacata loca* 24, 41. *pacatum agmen* cet., quibus *hostilia*, *infesta* et *hostes* obponuntur, 10, 32, 1. 23, 27. 24, 20. 35, 4. 36, 20. 37, 46. 40, 57. Passim etiam *pacati* dicuntur, qui vel in pace sunt, ut 28, 34. 35, 4. 43, 17. vel ad pacem petendam compulsi et hinc victi, ut 39, 2, 6. et 42, 8, 2.

6. *duplicarios*, al. *duplares*, milites, quibus ob virtutem duplex dabatur frumentum, non stipendium. *duplicia cibaria* i[…] 7. et ap. Varr. L. L. 4, 16. Veget[…] Lips. mil. Rom. 5, 16. et Schel. ad […]

7. *virgis cæsos securi percussit* — […]*mus quisque ad subplicium lecti*, v. a[…] 1, 59, 3. et ad Epit. 2. n. 4.

CAP. 60.)—1. *Contra ea* pro si[…] ut fere *præterea* et *postea*. Cf. 3, […] 33, 31. 41, 24. 44, 43. — *gaude[…] suo* miti, ei indulgere et comm[…] frui posset. — *Huic tanta conc[…] exercitusque*, tam concordi duci exe[…] *non ausi obferre se Æqui*, obviam i[…]rere. Cf. ad 3, 60, 8. et 5, 13, […] *prædæ: omnis* cet. cf. ad 33, 24, 4.

2. *res major*, memorabilior et […] facta *victoria* plebis, *quam usu*, fru[…]tum tamen sic *virium et plebi ad[…]demtum Patribus*: nam in comiti[…] non, ut in centuriatis, vis sub[…] penes Patres, sed plebem erat, […]nis pl. haberi, neque auspicii[…] poterant. Cf. ad 2, 33, 3. […] tamen virium plebi additum le[…] et Horatia a. V. c. 306 lata et rep[…] 416. a Q. Publilio Philone Dict[…] 466. a Q. Hortensio Dict. *ut, q[…] plebes jussisset, populum* s. Quirites […] e. obligaret, et plebiscita non […] plebem, sed universam rem pub[…]tinerent. v. inf. 3, 55 pr. 8, 1[…] Liv. XI. et Dionys. 11, 45.

CAP. 61.)—1. *annus excepit*, se[…] hunc annum continua serie. De *lege agraria* v. ad 2, 41. n. 2.

2. *tamquam tertio consuli*, terti[…] esset. Res plures Appio crimini […]morat Dionys. 9, 54. qui etiam […] morbo mortuum esse, sed vio[…] ipsum intulisse manus refert.

3. *plenus suarum, plenus patern[…]* qui invidia et ira plebis, non tan[…] quam in patrem, (de quo v. su[…] —30. et 44.) concepta, preme[…] Drak. ad 5, 3, 4. 6, 28, 8. 30, 4[…] 2, 6. ubi notavit, *iram paternam* […] aliorum erga patrem, *injuriam* […]juriam aliorum erga vos, ab iis […]tam, *victoriam suam* victoriam […]se, *odium vestrum* odium aliorun[…] Cf. Cort. ad Sall. Jug. 14, 17. e[…] Virg. A. 1, 716. — *non temere*, […] ut 30, 30, 4. et al.

4. *ut vestem mutaret*, v. ad ca[…] *Prensare* s. *prehendere* et *prendere* […] manus eorum solebant vel rei, […] benigna suffragia judiciumve […]gantes, vel candidati, magist[…]bientes, aliive, aliquid petentes […] manu rogantes, (ut 1, 47. 3, 1[…] in via sibi obvium conloquendi […]centes, vel læti et gratias agent[…] pr. — Mox *submitteret* pro remi[…]

[redacted]

5. *idem in oratione spiritus*, vocis sonus et contentio, ut mox *adcusatorius spiritus*, qualis adcusatoris, non rei et trepidi hominis, esse solet.

6. *Diem prodicere*, (al *prædicere*, ut ap. Tac. Ann. 2, 6. et 79.) vel simpl. dicere, definire, ut 3, 58. et 25, 13, 2. vel proferre, prorogare, ampliare, h. e. in alium diem judicium differre, ut h. l. et 3, 57. 6, 20. 38, 51. 52. Cf. Duk. et Drak. ad h. l. et 3, 57, 6. — *trahi rem*, differendo prorogari, protelari. Sic et *trahere* (*in die Länge ziehen*) *comitia, bellum, pugnam, certamen* cet., (ut al. *ducere bellum, extrahere bellum, rem, certamen* cet. cf. ad 4, 43, 6.) vel *rem in serum* 32, 35, 3. 38, 50, 1. ut *in serum* tempus *protrahere* ap. Suet. Aug. 17. et *in serum noctis convivium producere* inf. 33, 48, 4. et *perducere* 38, 50, 1.

7. *Cujus quum laudationem* cet. Cf. ad 2, 47. n. 6.

CAP. 62.)—1. *serenitas* cœli — *religio fuerit*, v. ad 2, 5, 4.

2. *Omnis ira belli* — *vertit* sc. v. ad 2, 3, 2. Mox *vicorum, quibus*, in quibus, *frequenter habitabatur, Sabini exciti*, v. ad c 16. n. 3.

3. *ancipiti prælio*, cujus victoria fuerat dubia. Cf. ad 24, 45, 1. — *integro bello*, nondum confecto.

CAP. 63.)—1. *agrariæ legis*, de qua v. ad 2, 41, 2. Mox *matura jam seditio ac prope erumpens*, instar ulceris, egregie dicitur.

2. *nihil aliud quam*, v. ad 2, 8, 9.

3. *ut tum res erant* sc. publicæ, *opulentissimam urbem Antium*, (hodie *Anzo*) opp. Latii, Volscorum caput, ad mare, sed sine portu, in amœnissima regione, (v. Cic. ad Att. 4, 8.) ubi templum Fortunæ erat celeberrimum. Cf. Ind. Phil. a Turre monimenta veteris Antii Rom. 1700. et Klotz. Lectt. Venus. p. 230. — *Ceno* s. *Cenon* (nunc *Nettuno*) adjacens oppidulum, Antiatibus præbebat portum, navale et forum. Cf. Dionys. 9. p. 612. — Mox *tenent* pro detinent, retinent, morantur, inpediunt. Cf. ad 3, 29, 4. 5, 54, 1. 7, 25, 3. 22, 19, 6. 23, 15. et 19. 24, 20. 32, 9. 35, 42. 43, 13.

CAP. 64.)—1. *Extremo*, exeunte, *anno*, in extrema ejus parte, h. e. fine. *pacis* — *sollicitæ*, turbatæ.

2. *bello externo tranquilla*, immo *tranquillum* sc. annum; nam hanc enallagen generis, quæ negligentiam potius vel adfectationem, quàm elegantiam redolet, librariis deberi malim, quam Livio. Vox quoque *consules* vel in hoc, vel in præc. membro delenda videtur.

3. *res publica egregie gesta*, h. e. bellum, ut *remp. administrare* et *gerere*, 23, 49. 27, 6, 6. 28, 9. et 30, 41. *rem Rom. gerere* 24, 18. 30, 2. et *remp. capessere* 3, 69. pro bellum suscipere gerendum. Nam *res publica* primum dicitur civitas universa; deinde singulæ ejus partes, quas Cicero Sext. 46 dicit esse religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritatem, leges, morem majorum, judicia, jurisdictionem, fidem, provincias, socios, imperii laudem, rem militarem et ærarium; denique (ut 3, 71 al.) res vel actio et negotium quodcumque, ad publicam rem vel utilitatem pertinens; (*die Angelegenheiten oder das Interesse des Staats*) unde *remp. deserere* (non amplius curare) 26, 12, 4. Cf. Drak. ad h. l. Gron. ad 8, 31. et Ernesti clav. Cic.

4. *ingenti cæde*, multis occisis, *plurimo sanguine*, plurimis vulneratis.

5. *paucitas damno sentiendo propior erat*, ob paucitatem magis faciliusque damnum s. clades sentiri poterat.

6. *velut tacitis induciis*, v. ad 2, 18. n. 6.

7. *Romanos nocte abituros, si senserint*, tam ingentem eorum vim advenisse.

8. *tertia vigilia*, v. ad Sil. 7, 154 sq.

9. *in stationem educit*, ante portas castrorum disposuit. *Statio* nostrum *Piquet, Postirung*, ut 7, 26. 37. 22, 12. 25, 39. al. — *somni copia*, facultas dormiendi.

10. *aures agitante sonitu*, ut al. *inpellere, pellere, quatere, ferire, pulsare, percutere, verberare aures* et oculos.

CAP. 65.)—1. *cessere magis*, ordinibus haud turbatis, *quam pulsi*, dispersi et fugati sunt: *ordines* certe, qui *post principia*, primam aciem, (ut 3, 22, 5. 8, 10, 4. al.) stabant, integri, incolumes et non turbati, ad clivos se tuto recipiebant.

2. *quo leviores ardua loca evaderent*, cf. ad 2, 7, 7.

3. *metum excussisset pudore*, quod vera esset consulis increpatio. Cf. 7, 17.

4. *deinde, ut* Romani, non amplius recedentes, sed *obtinentes locum*, eo ipso, quod eum obtinebant, *vires ferebant*, adcipiebant, resumebant, (v. ad 1, 50. n. 7.) *audent* cet. Ita Stroth. conl, 1, 4. extr. 15. extr. 2, 50. extr. et Theocr. Id. 22, 113. ὁ δ' ἀεὶ πάσσονα γυῖα Ἱπτομένου φορέεσκε πόνου. Simplicior, opinor, interpretatio est hæc: *Restitere primo obstinatis animis: deinde, ut* vel quantum *ferebant*, sinebant, patiebantur, aut permittebant, *vires locum* suum *obtinentes*, fortiter et obstinate tuentes, et sic jam pæne exhaustæ quidem, sed increpatione consulis refectæ, *audent ultro gradum inferre.* Vulgo legitur *ut in obtinentes locum* sc. superiorem Volscos, ad quos Romani pro viribus enituntur. Sed sic verba *vires ferebant* et reliqua parum apta sunt, et illud *in* abest ab omnibus fere MSS. et editt. ante Sigon.

5. *inpetu capto*, ut 8, 30. 10, 5. et *conatibus captis* 3, 5. 9, 4. (Nos dicimus *ansetzen, ausholen*; Ern. qui tamen malebat *facto*)— — *enituntur*, adscendunt, *atque exsuperant iniquitatem loci.* Locus hic prorsus exhibet vim propr. verbi *niti*, sc. adscensu aliquo pervadendi: Ern. Cf. ad Tac. Ann. 2, 80, 8.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM III.

CAP. 1.)—1. *Fabius Quintus*, prænomine nomini postposito, ut inf. c. 29. 4, 17. pr. (*Cloelium Tullum*) 4, 18, 2. 7, 22, 4. Sic et cognomen ante nomen ponitur, v. c. *Macer Licinius* 4, 23. 7, 9. *Marcellus Claudius* 23, 14, 19. Cf. 2, 32, 7. 27, 6, 9. 29, 2, 3. 30, 1, 5. Drak. ad h. l. et Schweigh. ad Appian. Hann. 37. De Fabii juvenis consulatu v. ad 2, 49, 3.

2. *Jam priore consulatu Æmilius* cet. Cf. 2, 61. De lege agraria v. ad 2, 41, 2. *Agrarii* qui potissimum agitabant legem agrariam, et, ut ex ea agros consequerentur, horum divisionem expetebant.

3. *Possessores et magna pars Patrum*, v. ad 2, 42, 7.

4. *tribuniciis actionibus* (v. ad 2, 56, 4.) *se jactare*, se vexare, vel potius se venditare, iis adjuvandis gratiam plebis laudemque captare. *Jactare se re* vel *in re aliqua* significat multum in ea versari, vel quocumque modo ea vexari, vel ei immorari, illam urgere, vel insolentius se efferre et gloriari, vel denique se venditare, ambitiose ostentare studia sua, gratiam formamque captare, et sibi nimis placere. Cf. ad 39, 26, 4. 39, 43, 1. ad Juvenal. 1, 62. et Ernesti clav. Cic. — *popularem*, v. ad 2, 8, 1.

5. *aliquantum* (v. ad 2, 39, 1.) *esse agri a Volscis capti* cet.

6. *Triumviri agro dando* al. *coloniæ deducendæ*, aut *de colonia deducenda*, aut *agrarii*, et simpl. *triumviri*. Cf. Ind. et ad 9, 46, 9. Pro *creat* (sc. Fabius ; ad 7, 16, 6.) multi MSS. *creant*, forte rectius. Cf. ad 2, 18, 4.

7. *Jussi nomina dare*, v. ad 1, 11, 3.

CAP. 2.)—1. *extra ordinem ea provincia data*, ut *extra sortem* 26, 29, 5. h. e. sine sorte, et sine comparatione: nam vulgo magistratus provincias vel *sortiebantur* s. *in sortem* (propr. nomina earum in sitellam) *conjiciebant*, (v. 28, 38. 30, 1. 27. et ad 21, 42, 2.) h. e. sortem de iis ducebant, et hac ducta illas inter se distribuebant atque adcipiebant, vel inter se *comparabant*, de iis inter se conveniebant, (*verglichen sich darüber in Güte*) i. e. vel sorte vel comparatione (*Vergleich*) definiebant, in quam quisque mitteretur: unde et *sors* dicitur pro *provincia*. Cf. ad 10, 26, 4. 22, 35, 5. et 33, 43. Sic et *comparare inter se*, *ut* vel *uter* cet. 8, 6, 5. 25, 13, 3. 25, 41, 7. 26, 8, 7. 35, 20, 2. *provincia data*, v. ad 2, 40, 9. — Mox propr. legendum *antea dederit*. Sed Livius aliique scriptores, inpr. Tacitus, sæpe indicativos ponunt in oratione obliqua. Cf. ad 33, 21, 6. 34, 41, 4. 36, 39, 4. 37, 52. 43, 1, 6. 45, 29, 7. 45, 32, 1. et passim ad Tac. Ann.

2. *tutum receptum ad e. clementiam fore*, v. ad 4, 57, 2. — *indignitas rei*, superba hæc et ignominiosa agendi ratio, *consulem alterum ab Urbe excivit*, T. Quinctium: nam Fabius jam *profectus erat* adversus Æquos.

3. *Romanus ira odioque pugnabat*, h. e. Romani, ut 2, 27. 8, 3 pr. 24, 27. et al. Cf. ad Tac. Ann. 12, 58, 4. Sic et *Samnis* 7, 33. *Tarquiniensis* 9, 41. *Carthaginiensis* 24, 47. 28, 44. ad quæ loca cf. Drak.

CAP. 3.)—1. *victos timeri hostes increpans*, cum increpatione s. indignatione dicens. Cf. 1, 51. pr. 4, 32. pr. 50. pr. 6, 37. pr. 23, 45. et Tac. Ann. 1, 39 extr. ubi Wolf. monet, huic verbo ibi esse potestatem quam dicunt prægnantem, ex neutrali propria et activa mistam, sicut Germ. *schelten*. Sic et *indignari* pro: cum indignatione loqui, moleste ferre, queri. v. ad 31, 31, 8. 32, 34, 3. 34, 6, 1. 40, 11, 3.

2. *ex auctoritate*, sententia s. voluntate, *Patrum justitio*, interstitione s. cessatione jurisdictionis judiciorumque publicorum, (*omnium rerum* 26, 26, 4.) *indicto* s. edicto a consule. Consules ipsi jus dicebant ante quam prætores creati essent, adeoque justitium erat, quoties, et *servabatur*, quamdiu uterque aberat, *remittebatur* autem, altero reverso. Postea etiam absenti (prætoribus creatis) indici et remitti solebat absentibus consulibus; (cf. 10, 21. al.) indici autem in omni fere vel lætitia vel luctu publico; (v. Ind.) nonnumquam et sponte sumi, de quo v. ad 9, 7, 5. 23, 25, 1. et ad Tac. Ann. 2, 82, 5.

3. *Præfectus Urbis* s. *Urbi* ante Augusti tempora, rege vel consulibus absentibus, ab his creari solebat, ne Urbs sine summo magistratu esset, et institutis prætoribus, Latinarum dumtaxat feriarum causa. Cf. Ind. et ad Tac. Ann. 4, 36. 6, 11. — *eoque inpeditiore agmine*, v. ad 5, 16, 2. et 10, 20, 7.

4. *conditum lustrum*, v. ad 1, 44, 3. Cf. Dionys. 9, 36. — *Censa civium capita CIV millia et CCXIV*, ut in Epit. *capitum* MS.

nim vero vox *capita* non re- *millia*, sed ad numerum poste- riorem que *ducenta quatuordecim*, fere ap. Livium. v. ad 39, 7, 1.

)—1. *Furios Fusios scripsere qui- Furii* postea dicti, qui olim *Fusii* . Cf. ad c. 8. n. 1. et Drak. ad

nis Volscis, et mox *Ecetranum ad* *ae*, v. ad 2, 25, 2.
gravati venissent, haud dubitas- . Al. *gravate*, ut 21, 24. et *gra-* 2, — *introducti a consulibus ad*, legati : nam hoc officium erat et, iis absentibus, prætoris ur- nsorum. v. Ind. v. *Legati*, Drak. 1. et Schweigh. ad Polyb. 6, 12, . 23, 11, 1. 24, 1, 8. Neque nper hunc morem obtinuisse, it ex Liv. 39, 33. ubi v. not. *es provincia evenerat*, v. ad 2,

, (al. *videret*, ut *daret operam*, vel *provideret*) *ne quid res publica de- rret* aut *adciperet*, formula s. *forma* alteri consuli, et *viderent* cet., e consuli res publica, in *ultimam* sive extremum discrimen ad- dictatoria fere potestate *com- permitti* solebat. Hæc potestas ibus data, nec primum Opimio, n adversus cives ; idque signifi- se Plut. Gracch. p. 843. jam mo- ut. de sen. Rom. p. 928. et Drak.

nsule T. Quinctium mitti, ut al. et *Proprætorem* uno verbo, sed inf. 37, 46. et 39, 29. De hoc tu, cujus prima h. l. fit mentio, 38, 4. — *subitarios milites*: *ita na auxilia adpellabant*, v. ad 1,

—1. *carpere multifariam vires*, in vasque partes divellere, distra- inminuere, ut inf. c. 61 extr. et ue metaphora petita est aut ab am *carpunt* h. e. ducunt, aliamve inores partes divellunt, aut ab , gramen, thyma aliaque minu- licusve abripientibus) vel par- m exercitus, inpr. agminis, et nodo hinc modo illinc crebris adgredi et turbare, ut 6, 32. 8. 31, 40. unde *carptim lacessere gredi* 22, 16, 2. 28, 28. 44, 41. *um* — *servatum*, v. ad cap. 3.

ma porta castrorum erat maxi- ab hoste, (de quo v. loc. class. 1, 66. unde *aversa porta* 10, 34, 24, 17. 31, 42. 34, 47.) et sic gnitudine vel a *decimis* cohorti- s, ad eam locatis. Reliquæ erant *principales dextra* atque *sinistra*, (ubi *principes* tendebant) et *prætoria*, decumanæ, orienti hostique obversa, et vicina *prætorio* (s. tentorio ducis) a tergo, (cf. ad 6, 42. 7.) ut ducumana *quæstorio* tentorio, unde et hæc *quæstoria* vocatur 34, 47. et 40, 27. Prætoria etiam dicitur *extraordinaria* ab *extraordinariis* sociorum *equitibus cohortibusque* ibi tendentibus, h. e. tertia parte equitatus et quinta peditatus sociorum : qui extraordinarii milites etiam *electi* seu *delecti* (42, 58, 5.) ἐπίλεκτοι, adpellabantur, ut *ablecti*, ἀπόλεκτοι, quidam ex iis secreti, custodes et satellites ducis. Cf. ad 10, 32, 3. 34, 47. 1. 40, 27. 31. Polyb. 6, 26. 10, 39. Lips. Mil. Rom. 2, 7. 4, 8. et 5, 5. Stewech. ad Veget. 1, 23. Patric. de re mil. et Schel. ad Hygin. et Polyb. in Græv. Thes. T. 10. p. 945. 1084. 1152. 1164. 1279.

4. *acriter dimicans cecidit* una cum duabus cohortibus, quas secum duxerat : unde inf. *legati at cohortium cædem*. Cf. Dionys.

5. *nulla vi potuere sustineri*, coërceri et reprimi, (v. ad 2, 44. n. 6.) *deinde, quum compulsi* cet. nisi post *potuere* punctum est ponendum, et pro *venissetque* leg. *venisset utique*. Pro *quum* quidam MSS. *quin*: unde Gron. conj. *quin compulsos in c. Romanos r. obsiderent*. Hæc probavit Duk. conl. 2, 19. et 33, 36.

6. *Summa rerum*, ut fere *summa res*, (33, 45. 36, 34.) vel *summa res publica*, vel *summa rei publicæ*, universa res publica, vel salus ejus, (ut 9, 38, 7. *in quo tum summa rei bellicæ* salus reip. bello tuendæ, *ponebatur*) vel res, ab qua hæc pendet, (ut *summa rei*, id, quo tota res redit et quo continetur, aut *summa totius spei* 3, 61. id, in quo totum bellum et eventus ejus s. victoria versatur, et omnis spes posita est), vel summum imperium in re publica (ut c. 6 extr. et 23, 17, 1.) aut militari, (ut 25, 22 pr.) vel, ut h. l., totus exercitus cum castris. Sic et *summa rei* inf. cap. 10. 8, 26. 10, 39. est, quod mox c. 10, *caput* et *vires belli* dicitur, (*die Hauptmacht*) et *summa rerum* 21, 12, et 29. aut *summa belli* 3, 61. extr. et 29, 4. bellum universum. Cf. ad 1, 38, 2. ad Tac. Ann. 2, 45, 6. et Gron. inf. ad 26, 10, et 38, 50. — Mox legendum jam alii monuere *ni T. Quinctius cum peregrinis copiis, Latino Hernicoque exercitu*, (ut 5, 19.) vel *ni T. Q. perituris*, aut *peregris*, aut *propere ægris*, aut (in) *tempore ægerrimis copiis* sc. Romanis *subvenisset*. Alii verba *peregrinis copiis*, aut *Latino H. e.* glossema esse putant. Cf. cap. 4 extr.

7. *obportuna præsidia*, obportuno loco (sed ita potius dixisset Livius *locis obportunis, quibus inposuerat præsidia*) aut tempore in insidiis locata, vel satis idonea ad excipiendum hostem.

8. *Difficile est, ad fidem — adfirmare*, ita, ut adfirmationi fides haberi possit, *exacto numero*, adcurato.

9. *Q. Valerius Antias*, æqualis Sisennæ, C. Licinii Macri, (4, 7.) Lucretii et Catulli, vixit Sullæ temporibus scripsitque Annales Rom., grande opus, cujus librum LXXV laudat Gell. 7, 9 extr. et LXXIV Priscian. lib. IX. Urbanius a Livio vituperatur hoc loco, quam aliis, in Ind. citatis. Alius est *L. Valerius Antias* 23, 34.— — *Romanos quinque millia ac trecentos*: non est quod legas *Romanorum*, multo minus cum Rhen. *quinquies mille*, v. ad 35, 20, 3. et 39, 7, 1.

10. *pari defunctam cæde*, v. ad 2, 35, 2.— —*Exsequi*, exigere, *subtiliter numerum*, ut nos : *genau angeben.*

11. *justitium remissum est*, v. ad cap. 3. n. 1.

12. *in triduum*, ut plerumque, *indictæ feriæ*, subplicationes ad omnia deorum pulvinaria, quarum tempore omnibus negotiis publicis cessabatur. Cf. inf. ad cap. 63. n. 2. *pacem Deum exposcentium*, v. ad 1. 16, 4.

CAP. 6.)—1. *Consules Cal. Sextilibus*, (Augusti) *ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt*, at postea aliis diebus (v. Ind. voc. *Annus*) et ab a. V. 598 vel 599 constanter Cal. Jan. Causam mutationis v. ap. Dionys. Hal. lib. 10. p. 678. Cf. inf. Epit. 47. et ad Ovid. Fast. 1, 81. 3, 147. *anni* sc. consularis, non civilis.

2. *Grave tempus*, h. e. propter aëris gravitatem valetudini noxium, insalubre, pestiferum. Cf. cap. 8. et 10, 31. 23, 34, 6. 25, 26. 37, 23. Hinc *gravitas cœli aquarumque* 23, 34, 6. pestilentia vel gravis noxiaque vis aëris et aquarum.

3. *annus pestilens* lue vel febribus epidemicis. v. ad 1, 31, 4. Sed de re ipsa Dionys. 9, 68. qui eam mirifice exornavit.

4. *auxere vim morbi* sc. Romani; vel *morbi auxere vim* sc. suam, h. e. aucta est vis morbi, *terrore*, ob terrorem cet.; nisi leg. *auxere vim morbi terrores p.* (quod exstat in multis MSS. et edd. ante Rhen. et eodem sensu, quo nostra lectio, doctiusque dictum videri potest) vel e MS. Klock. *auxerat vis morbi*, h. e. aucta erat. v. ad 2, 3, 2.

5. *vulgabant morbos*, v. ad 2, 29, 5. — *instantes clades*, urgentes, ut 5, 6, 5. et locis ibi laudatis. Locutio petita ab hoste, nobis *instante*, nos urgente, premente. Cf. 32, 36, 2. cum 32, 31 extr. 35, 15, 1. 35, 33, 5. et inpr, ad 36, 10, 6. ad Tac. 2, 55 extr. 15, 55, 4. ad Sil. 1, 268. 7, 349. — *infrequens senatus*, v. ad c. 23. n. 9.

6. *pro tristi nuntio* Romam adlato. — *in Hernico* agro s. solo.

7. *pergit inde infestus in agros*, v. ad 1, 6, 1. et 1, 13, 2.

8. *agros, etiam sine belli injuria*, damno, vel sine injusto bello, *vastatos* sc. peste et agrestium fuga.

9. *ad tertium lapidem Gabina*
11, 3.

10. *trahebat animam*, duceba
spirabat, vivebat.

11. *adfecti* morbo *plerique p*
vitatis.

12. *non modo* non *ad expediti*
ad 1, 40, 1. — in *tanto tum*
2, 26, 1.

13. *circuitio* per Urbem, ord
causa, aut obitus et lustratio
(*die Ronde*) *ac cura* vigiliarum ?
rerum, ad salutem rei public
tium ? Illud præstiterit : nam
in magna Urbis trepidatione m
gistratus vigilias circumire jus
32, 26. 39, 14. 16. Senatores
gariorum militum, ædiles equit
funguntur. Sed sic forte de
saltem *ac*; aut leg. *circuitioni*
(ædilibus) *pl. erat*, vel *circuitio*
vigiliarum nocturnarum cura 39, 1
vocem *cura* illo ampliore sen
seqq. adceperis, obscure se
pressa. Nescio tamen, cur mih
displiceant verba *ac cura*, qua
intpp. obfendisse videntur.

14. *summa rerum*, v. ad cap. 5

CAP. 7.)—1. *quid in vasto a*
deserto, ut 10, 12, 4. *vastam*
bellis urbem 24, 3. et *urbe a defen*
23, 30, 4. ubi edd. et MSS.
vastata exbibent, et Sigonius,
conj. *a defensoribus vacua*, ut 4
Cæs. B. G. 2, 12. — *integra lo*
non adfecta contagione ac *tabe*
minumque, de qua v. cap. 6. S
teger opponitur *victo* 30, 29, 4. e
35, 29.

2. *Tusculanos colles*, v. ad Sil. 7.
sessis sociis Romanis, non vere,
rum opinione. Cf. princ. cap.

3. *curio maximus*, præfectus X
nibus, qui in XXX curiis sacra
Creabatur ex Patribus comitiis
inf. 27, 8.

4. *subplicatum ire pacemque ex*
rum (v. ad 1, 16, 4.) ad *omnia de*
Ind. et ad 3, 63, 2. 5, 13, 5. N
ad id evocati; nisi *ad id*, *quod* d
præterquam quod, ut inf. cap
37. al. Cf. ad 2, 23, 3.

5. *crinibus* passis *templa verr*
26, 9, 4.

CAP. 8.)—1. *quum aliquot int*
issent, finita essent. *Interreges* (
tratus solus cum plebe non con
est) comitiorum præcipue h
causa, quæ non nisi a summo
haberi poterant, temporibus li
prodebatur vel absentibus con
utroque consule, ut nunc, ant
consulatus annum mortuo, v

intercessione tribunorum pl. inpeditis (v. *6, 36.*) vel ob similes causas. Cf. ind.— — *Veturium Geminum, sive ille Vetusius fuit*, v. ad cap. 4. n. 1. — *jam satis valida civitate*, ut 10, 33, 4. *vixdum validum*, qui vix convaluerat ex morbo viresque amissas recuperaverat.

2. *Lucretium prædonum agmen fefellit*, Gr. ἔλαθεν, Germ. *entgieng seiner Aufmerksamkeit*, Stroth. Sic inf. 8, 20. *fallit hostis ad Urbem adcedens*, Gr. λανθάνει προσιών; 23, 19, 6. *ne quid falleret* (Pœnos) *missum*, h. e. iis insciis mitteretur, et 25, 23, 3. *ne quid falleret tale admissum*, i. e. clam admitteretur, nisi malis, fraudi esset, ut 25, 9, 2, et 29, 35, 1. Cf. ad 6, 15, 5. 10, 14, 5. 24, 41, 5. 42, 64, 2. 44, 29, 3. inpr. 41, 2, 1.

3. *Q. Fabius præerat Urbi*, v. ad cap. 3. n. 2.

4. *solutiore cura*, liberiore, animo omnis timoris experte. Proprie animus, curis et metu liber, iis *solutus* dicitur. Hinc et *solute ac negligenter* junguntur 23, 37, ut *soluta* sc. curis, secura 6, 3. 8, 30. 25, 39, 4. ubi *soluta*, *secura* et *neglecta* junguntur.

5. *jam ante exploratis itineribus suis*, obportunis, (v. ad 1, 56, 10.) vel a se faciendis, (Duk. delendum putabat τὸ *suis*, Doer. jungit *suis instructum*, cum suis militibus paratum et dispositum ad pugnam) *instructum*, instructa acie, vel militibus suis in acie conlocatis incedentem, vel, ut sup. 1, 15., *dimicationi ultimæ instructum, intentumque*. Cf. 9, 37, 3. et 10, 19. ubi *instruere* simpl. dicitur pro instruere aciem, vel se. Hinc et *instructi* 10, 19.

6. *compulsos in cavas valles*, (cf. 7, 34 pr. et 28, 2 pr.) *quum exitus haud in facili*, h. e. non faciles, (ut contra *in difficili est moderatio* inf. cap. 65 extr.) *essent*, forte *esset*: nam *exitus* h. l. est exeundi facultas.

CAP. 9.)—1. *C. Terentillus Arsa*, de cujus conatu cf. Dionys. 10, 1 sq. (ubi etiam *Terentius* dicitur) ut principiis juris Rom. Tac. Ann. 3, 26 sq. Res ipsa, quam Terentillus hic moliebatur, gravissima erat. Nam omnis jurisdictio, ut antea penes reges, sic nunc penes Consules erat, ex arbitrio vel patriis moribus institutisque jus dicentes, non ex legibus, quæ et paucæ et solis notæ Patribus erant, ac sæpius negligebantur: quo fiebat, ut jus incertum quasi fluitaret. Nec facile erat, huic malo mederi, quum Patribus hæc potentia nimis grata esset, Tribunorum autem rogationes s. actiones non nisi ad summam potestatem regnumque patriciorum manibus eripiendum sibique vindicandum spectarent. Hinc motus urbani, a Terentillo excitati.

2. *tribuniciis actionibus*, v. ad 2, 56, 4.

3. *inmoderata*, *infinita* (respectu magnitudinis, non temporis, Germ. *uneingeschränkt*) *potestate*, verba hominis ad invidiam hæc exaggerantis. Eadem vero epitheta sine copula et junxit Auctor libri ad Herenn. 2, 22. quo velut hiatu vis orationis augetur.

4. *tempore capto* obportuno, commoda occasione, (ut λαβεῖν καιρὸν) scil. absentia consulum. Sic 26, 12, 8. 30, 42, 5. 33, 28 pr. et forte 35, 19. pro vulg. *tempore apto*; Gron. ad 26, 12, ubi *capto* MS. Put. sed ceteri et edd. ante Gron. *captato*, ut 4, 36. et 5, 6.

5. *non potuisse sisti*, v. ad 2, 29, 7.

6. *Quid tandem?* Vox *tandem* in interrogationibus sæpe vim habet vehementius instandi; Drak. Cf. ad c. 68. n. 1. — *illi non licere* sc. tribuno. — *his ipsis judicibus*, populo. — *Non illud* sc. quod moliatur tribunus. Al. *illum*. Mox *placatam* MS. Flor. pro *pacatam* probb. Gron. et Drak.

7. *desertam remp.* absentibus consulibus *invadi* a tribunis.

8. *Ne Æqui quidem ac Volsci* cet. nam in Tusculanos agros transiere, non vero miseratione moti. v. cap. 7.

9. *dilataque in speciem actione* cet. in præsens et in hunc annum puto: nam deinde gravissimis motibus agitatur; Duk.

CAP. 10.)—1. *ut suum quisque per triduum cognitum abduceret*: ut *cognoscere* 24, 16. 26, 30. 38, 38. vel *noscere* 10, 20. 36. et *recognoscere* 5, 16, domini dicuntur, quæ sua esse probant. Nos: *sich zu etwas als zu seinem Eigenthume legitimiren*; Doer. Similiter forsan *adnoscere* 40, 11, 4. Cognita dominis restitui solebant, at *incognita venire*, ut 5, 16. 35, 1 extr. et al. Cf. ad 38, 38, 8. *Reliqua* præda *vendita*, *quibus* rebus, pro *cui*, quoniam *præda* est nomen conlectivum; Stroth. *reliqua* sc. prædæ, ut *r. belli* 9, 16. (pro *reliquiis belli*, ut 26, 1.) Doer. Immo *reliqua* pro *reliquæ res*, ut *suum*. Cf. ad 33, 24, 4.

2. *Id antiquius consuli fuit*, v. ad 1, 32, 3. — *Jactata res*, tractata, de ea disceptatum, *quum in senatu, tum ad*, apud, *populum*, in concione populi. Cf. 10, 37, 6. 10, 46 extr. 22, 23, 6. "Quæ hic narrantur, vix potuere fieri, nisi consule ipso in Urbe et senatu præsente; unde conligi potest, non antiquissimi instituti esse, ut triumphum petituri Urbem ingredi non possent: sed forte Lucretius legibus a senatu solutus fuit," Duk.

3. *ut ovans Urbem iniret*: de qua ovatione et quomodo a triumpho differat, (quod Livius, tamquam suis lectoribus notissimum, omittit) v. Dionys. 5, 47. 8, 68. Gell. 5, 6, Plut. in Marcello p. 310. 311. Dio 54, 33. 55, 2. unde intellegitur, ovantes non bovem diis, ut triumphantes, sed *ovem* inmolasse, neque curru, sed pedibus, et postea equo Urbem esse ingressos.

4. *lex Terentilla relata*, iterum lata. De *prodigiis*, quæ mox memorantur, v. ad 1, 31, 1. — *carnem pluit*, non *carne*, (ut 10, 31. 37, 3. 40, 19.) MSS. et *pluisse* sc. fertur, prob. Gron. Dicitur etiam *pluit terra* 34,

45. 35, 21. et *lapidibus* 1, 31. 7, 28. 21, 62. al.

5. *ut nihil*, plane non, *odor mutaret* se, mutaretur; (v. ad 2, 3, 2.) nisi malis: ut carnis formam et adspectum neutiquam *odor*, putredo, *mutaret*: nam corpora *mutantur*, quæ putrefiunt. Cf. Valer. Max. 1, 6. ex 5. Forte leg. *interciderit*.

6. *Libri* Sibyllini (s. fatales 42, 2 al.) tres *per duumviros sacrorum* s. sacris faciundis (quorum loco a. V. 386. *decemviri s. f*: creati sunt ex plebe et patriciis, de quo v. 6, 37. et a Sulla *Quindecimviri*) *adiri* s. inspici et consuli ex SCto solebant difficili reip. tempore, inpr. prodigiis insignibus nuntiatis, et tum ceremoniæ, sacrificia aliaque, in iis præscripta, procurari. Cf. 22, 9. 36 al. Hos libros Tarquinius, sive Priscus sive Superbus, a Sibylla Cumana emisse, et Duumviris inlustribus custodiendos tradidisse dicitur. v. Dionys. 4, 62. nam Livius hanc historiam fabulosam silentio prætermisit: quod ob tantam librorum illorum auctoritatem frequentemque in seqq. libris mentionem minime probandum. Saltem non simpl. *libri* h. l. dicendi erant, qui nunc primum memorantur: etsi vulgaris hæc loquendi ratio facta. cf. 5, 50. 10, 47. 22, 36. 25, 12. 31, 12. 34, 55.

7. *pericula a conventu alienigenarum* sc. metuenda.

8. *ut idem orbis volveretur*, ut eadem rerum vicissitudo rediret; metaphora sumta a rotis, quarum orbis eodem semper modo circumagitur. Cf. 42, 42.

9. *adcisæ res*, ut 8, 11 al et *copiæ* 8, 11. *Adcisæ* propr. dicuntur aves, quibus alæ sunt resectæ, et hinc *res*, opes, vires exhaustæ, extenuatæ, inminutæ, consumtæ; quo sensu nos dicimus: *einem die Flügel beschneiden*. Hinc et *spes abscisa*, *incisa*, et *præcisa* pro infracta, ademta, sublata; (v. ad 35, 32, 4.) *adcidere res Vestinorum* 8, 29, 8. *incidere media* ap. Cic. Phil. 2, 19. Sic et ἐπιτέμνειν τὰς γνώμας ap. Polyb. 5, 58, 3. — — *reficere exercitum*, explere, subplere, inminutum militum numerum restituere. Sed 8, 36, 6. *refectus exercitus* dicitur recreatus ex vulneribus, sanatus, vel qui corporis vires recuperavit; ut *refici spes*, *animi* et vires dicuntur pro restitui, renovari, recreari 23, 26. 33, 36. 37, 24.

10. *summam rei* — *caput et vires belli*, v. sup. ad cap. 5. n. 6. — *Æqui provincia*, v. ad 2, 40, 8.

11. *personare*, clara voce dicere s. jactare. —*Fabulam compositam Volsci belli*, ad 40, 12, 4.

12. *Hernicos ad partes* in *fabula* agendas *paratos* semper esse, vel subornatos esse auctores falsi rumoris. Loquutiones a scena petitæ: Hernici autem, socii Rom., jam aliquoties nuntiaverant, hostes venisse in suos fines. Cf. cap. 4. 6. et 8. — *occidione occisos*, v. ad 2, 51, 9.

13. *jam fides* et probabilitas *abierit*, evanuerit, parum probabile videatur, ut *abiit timor* 2, 52. et οἴχεσθαι pro perire. Vulgo legitur *id fides abierit* prob. Gron. ad 5. 34 med. ut *id* dictum sit pro: *id factum esse*, quem tamen usum loquendi non satis idoneis firmavit exemplis.

14. *Sic*, hac fraude, — *ne quid aliud actum*, egisse et spectasse consules, *putent*. — *Res est in integro*, ut al. *in tuto*, *angusto*, *turbido*, *expedito*, pro: *res est integra*.

15. *dum domi*, *dum togati sint*, v. ad c. 50. n. 1.

16. *terrorem externum*, v. ad 2, 39, 7.

CAP. 11.)—1. *per omnes comitiales dies*, h. e. quibus comitia habentur vel haberi possunt, quorum CLXXXIV in calendario Rom. numerantur, omnes scil. anni dies præter festos, nefastos et nundinas. Eos non diversos fuisse a *fastis*, ex h. l. et Varr. de L. L. patere monet Stroth. ad 24, 7. et 25, 2. *quum discedere populum jussissent tribuni* cet. v. ad 2, 56, 11. 12.

2. *Multum et consules se abstinebant* sc. ab hac re et rixa. Nos diceremus: *sie zogen sich sehr zurück*. — Mox *nemo non linguæ* cet. v. ad 2, 45, 7.

3. *mulcatus*, pugnis s. virgis s. calcibus percussus, verberatus, male tractatus; (ut 8, 24, 27. 29, 9. 28, 30 extr. ubi cf. Gron. et Drak.) *nudatus*, cui vestis vel erepta vel lacerata est in tumultu. Gron. ad Plaut. Stich. 3, 1, 19. "Ab ἀμέλγω, inquit, *mulgeo* est: inde *mulceo*, quia mulcendo, fingendo, deducendo, ex uberibus lac elicitur. Hinc *mulctare* et *mulcare* pro *mulcitare*. Utrumque proprie ac primum est mulcere nimis, ut doleat; dein distinctum, ut hoc esset tractim tangere verberibus, illud pœnæ causa ita mulcere, ut emulgeas partem sanguinis viscerum de patrefamilias, h. e. bonorum: unde *mulcta*. Nec Sabinum aut Oscum est hoc, ut Varro et Festus tradunt; nisi illi primi haec omnia ex Græco fonte hauserunt: neque a *multus*, quod a μάλα μάλιστα descendere puto: sed *multa* et *multare* quidam maluerunt lenioris pronuntiationis ergo." Cf. Duk. et Drak. ad h l.

4. *Kæsoni capitis diem dicit*, diem certum constituit, quo causam capitis in foro agat. *Caput* vero dicitur hominis status, civitatis ac libertatis jus, ipsaque vita; unde *deminutio* s. *diminutio capitis*, amissio libertatis, vel civitatis vel familiæ; (maxima, media et minima) *causa* autem s. res *capitis* s. *capitalis*, in qua caput hominis agitur, quum in judicium vocatur publicum, quo condemnatus locum in senatu, civitatem, libertatem, aut ipsam adeo vitam amittit, vel in exsilium agitur. Hinc *capitis adcusare et damnare* aliquem, *capitis causam dicere*, *capitis diem alicui dicere*, (cf. ad 2, 35, 1.) et *capite sancire* 7, 16, 4. h. e. pœna capitis proposita vel constituta. Hinc et *capitalis*

[redacted]

noxa (crimen) 3, 55. et *capitale* vel ἀρχαϊκῶς *capital* sc. crimen s. facinus, 24, 37. quod capitis pœna luendum et cui hæc proposita est. Cf. Ernesti clav. Cic.

5. *rerum ruere*, inpotentia animi raptum violentis uti consiliis, vel temere loqui et agere, labi, *sich übereilen.* — *Invidiæ flammam ac materiam criminibus suis subgerere*, ut *adjicere* 43, 16. eleganter pro: invidiam et crimina augere.

6. *audacia regnantem videtis*, v. ad 24, 29, 3.

CAP. 12.)—1. *prensabat singulos*, v. ad 2, 61, 4. — *multa referret sua familiæque decora*, cf. ad 21, 43, 13.

2. *neminem unum*, non unum, ne unum quidem, nullum omnino, ut 9, 16, 11. 28, 35, 5. 38, 50, 4. et *nec quisquam unus* al. de quibus v. ad c. 55. n. 13.

3. *maximum momentum rerum*, v. ad 1, 47, 7.

4. *Senescentibus vitiis, maturescente virtute*, v. ad 1, 22, 3. — *Quinctius, cui Cincinnato cognomen erat*, quod capillos in *cincinnos*, crines intortos in circulos et calamistratos, flecteret, quod docent Dio Cass. p. 579, et Zonar. 7, 18. a quibus itaque perperam Κικιννάτος scribitur, vel ob ignorantiam linguæ Latinæ, vel culpa librariorum; Drak. — *sibi ut condonarent filium*, v. ad 2, 35, 5.

5. *se suosque mulcatos*, v. ad cap. 11. n. 3.

6. *atroci responso judicium suum præferebant*, atrociter respondentes judicium s. sententiam suam ante diem judicii ferebant, vel etiam præ se ferebant, declarabant, indicabant, qualem die judicii sententiam essent dicturi. Alii: malebant ad ipsum judicium reservare sententiam suam, quam nunc atroci responso declarare. Cf. 27, 34. 37, 37. pr. et ad Tac. Ann. 2, 53, 8.

CAP. 13.)—1. *Premebat reum crimen unum*, obprimebat, adgravabat, vexabat, ei maxime nocebat. Cf. 7, 4, 3. 33, 9. 34, 31. 39, 40. et ad 4, 12, 3. Sic etiam de reis ap. Plin. Ep. 2, 11. 5, 14. al. — *M. Volscium* hoc anno *tribunum pl.* fuisse, tradit Dionys. 10, 7. De falsa ejus adcusatione, qua moti ammi plebis, jam ad absolvendum Kæsonem propensæ, v. inf. cap. 24. 25. et Dionys. 10, 28.

2. *grassantem*, circumvagantem, lascivientem, (*grassari* etiam dicuntur, qui in vicis urbis discurrunt, obvios vexant, verberant, spoliant, *grassatores*) *in Subura* f. *Suburra*, loco secundæ regionis Urbis frequentissimo et in valle inter Esquilinum et Cælium colles. v. ad Juvenal. 3, 5. Hæc erat vetus Suburra: recentior est ad radices montis Esquilini. v. Adler's Beschreib. von Rom. p. 145 sq.

3. *Inter manus domum ablatum*, per manus, plurimum manibus, ut ap. Cic. Verr. 5, 11. Cf. Drak. ad h. l. Duker. ad Flor. 3, 21. § 26. et Burm. ad Phædr. 5, 7, 10.

4. *rem exsequi*, judicio persequi, vel ulcisci, punire.

5. *dies dicta sit rei capitalis*, v. ad c. 11. n. 4.

6. *Adpellati tribuni*, v. ad 2, 27, 2. — — *medio decreto* (v. ad 1, 32, 5.) *jus auxilii sui expediunt*, ut contra *inpedire*. Cf. 4, 55. et 9, 17.

7. *retentus in publico est* loco, in foro; nam mox dicitur *dimissus e foro*. Cf. ad 2, 24, 6. — *tribus millibus æris*, 1000 imp.

8. *Decem finierunt*, definierunt, (numerum denarium constituere) vel modum hunc statuerunt numero vadium, ut decem darentur; Drak. Cf. ad 10, 13, 13. Gron. ad Epit. Liv. 34. Burm. ad Quintil. I. O. 2, 1.

9. *Hic primus vades publicos dedit*, h. e. in causa capitis, quæ maxime ad populum aut remp. spectat, et hinc quoque *publica* vocatur: nisi leg. *publico*. *Vades* fere semper in causis publicis et capitis, *prædes* in re civili et causis privatis seu pecuniæ et in lite vindiciarum. v. Ernesti clav. Cic.

10. *quum excusaretur* (v. ad 6, 22, 3.) *solum vertisse* al. *mutasse*, patriam reliquisse, *exsilii causa*, cf. c. 58. 21, 63. 43, 2.

11. *ut trans Tiberim viveret*, in finibus Etruriæ. v. Salmas. de modo usur. c. 18. et conf. inf. cap. 26. Mox alii rectius forte legunt: *in devio quodam tugurio*, vel *devio quodam in t.*, vel *in vili quodam t.* ut ap. Dionys. ταπεινή τις καλύβη.

CAP. 14.)—1. *exercuit civitatem*, iis hæc fuit occupata

2. *cessissent possessione rei publicæ*, summo imperio, principatu et reip. administratione, quæ tota fere ab eorum arbitrio pendebat. Cf. inf. cap. 20 pr.

3. *juniores, id maxime quod* cet. pro: ii maxime, *qui* Cæsonis sodales fuere. Cf. Periz. ad Sanctii Min. 2, 9, 5. — *auxere iras* suas. — *ibi*, v. ad 2, 35, 1.

4. *submoventes*, hanc turbam a foro per viatores submovere conantes: unde et *tribuni submoverunt populum* sc. per viatores, vel submoveri jusserunt, inf. 25, 3. ubi cf. not. 14. Alio sensu lictores plerumque, ut magistratui viam faciant, populum *submovere* dicuntur, (v. Ind.) et hinc magistratus *submoto* (populo a lictoribus) *incedere* 28, 27 extr. et ap. Plin 8, 46. v. ad 25, 3, 14. Submoveri autem pro imperio non licebat more majorum, quia dicebatur: *si vobis videtur, discedite, Quirites*. v. 2, 56. et ibi not. 11. Hinc lictor 45, 29, 1. *submotor aditus* dicitur. Cf. Hard. ad Plin. 8, 46. et Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 16, 9. — *nemo unus*, v. ad cap. 12. n. 2. — *præcipuum* præ ceteris.

5. *Mediis diebus* inter eos, quibus lex s. rogatio illa ferretur, adeoque iis, *quibus tribuni de lege non agerent*.

6. *adesse*, auxilio esse iis *in foro* negotia habentibus, inpr. in judiciis, ut solent advocati patronique causarum *adesse reis*, h. e. eos juvare. Cf. ad 6, 38, 4. 8, 31. et ad Tac. Ann. 12, 1, 2. Dii quoque *adesse* eo sensu dicuntur, de quo v. ad 1, 12, 6. Sed *adesse* sc. in judicio, die dicta, 25, 4, 4. ut *prodire* ibid. et similiter *prodire ad delectum* et *in delectu* 43, 14.

7. *tranquillo peregere* sc. cœlo, a cujus serenitate ducta est metaphora, sine tempestate, h. e. sine tumultu et interpellatione.

8. *tractandæ plebem* sc. benignius; vel ut ap. Cic. Orat. 28. *eloquentiæ est tractare* (commovere, inpellere) *animos, et omni modo permovere.*

CAP. 15.)—1. *Adcipiunt civitatem*, ejus imperium. — *Quantum se magis insinuabant, eo acrius* cet. pro *quanto*, ut 32, 5. 44, 7, 4. al. v. Drak. ad 5, 10, 5.

2. *Conjurationem factam* cet. arguebant tribuni fictis literis et indice subornato: quod crimen fictum esse, Claudius cos. Patribus pluribusque de plebe jam persuaserat, quum Herdonius Capitolium occuparet. v. Dionys. 10, 9 sq.

3. *statum bellum*, anniversarium, quovis anno inlatum. — *ad quatuor millia et quingenti* v. ad 4, 59, 4.

4. *Capitolium atque arcem*, v. ad 1, 55, 6.

5. *in arce facta cædes eorum*, civium, ibi habitantium.

6. *Dant tamen arma*, v. ad 42, 52, 6.— — *incerto hoste*, quum adhuc esset incertum, quis hostis esset; ut alii ablativi passim, ubi particip. verbi substantivi omissum est, v. c. 26, 39, 6: *spe*, 23, 40, 5. *sexdecim circiter Romanis* et 5, 34 extr. *cognomine*, ὁμωνύμῳ, *Insubribus pago Æduorum* in Gallia, nisi leg. *Romani* et *cognominem*.

7. *ad obportuna omnis*, totius, *urbis* (h. e. omnia, quod etiam vulgo legitur) *loca*, v. ad 1, 54, 4.

8. *servitiis grave jugum demeret*, h. e. servis, ut 2, 10, 6. 28, 11. al. Sic et *remigium* 21, 22. 26, 39. 51. *dictatura* 8, 12, 12. *arma* 22, 34. 45. 30, 14. 35, 35. 41, 12. *advocatio* 3, 47. et similia. Cf. ad 4, 11, 1. 22, 28, 1. ad Tac. Ann. 2, 13, 9. et Juvenal. 4, 39. 81.

CAP. 16.)—1. *terror servilis*, v. ad 1, 57, 7.

2. *Virque concordia sisti videbatur posse; tantum superantibus aliis ac emergentibus malis;* v. ad 2, 29, 7. Post *posse* minimam, et post *malis* maximam distinct. poni malebat Duk. Τὸ *ac* ante vocalem h. l. legitur, ut 41, 24, 9. 42, 12, 1. et al. Id vero barbarum esse, et *atque* vel *et* vel *aut* iis locis substituendum, docent Drak. ad 10, 36. 41, 24. Intpp. Suet. Cæs. 26. Ern. clav. Cic. Ruhnken. ad Muret. T. 1. p. 9. et alii, refragante Schellero in Lex. lat. — *nemo tribunos aut plebem timebat* tempore belli externi, quo plerumque furor eorum quiescebat, e hosti resistebant: at nunc id poti agebant tribuni, ne plebs arma pr patriæ caperet; Drak. *mansuetum* i lenius, *et* — *exoriens, tumque esse sop debatur*. Ita bene cohærent hæc ve necesse est legere *tum* pro *tumque*, Schellero *tum quiesse* vel *quiescere;* adridere possit.

3. *peregrino terrore*, v. ad 1, 57, 7

4. *inclinatis rebus*, per se jam in s discrimen adductis, *incubuit*, insta quod columnæ, aut alii rei inclinat fulciendæ potius, inponitur, eam magis inclinat, et casum ejus pr Stroth. Cf. ad 9, 12, 2. 28, 1, 1. et Ann. 4, 24, 1.

5. *patriciorum hospites clientesque*, q pitolium occupasse dictitabant.

CAP. 17.)—1. *in templum venit*, 6, 5.

2. *servitia* (v. ad c. 15. n. 7.) ve omnia *commovit auctor*, auctoritate libertatem ea vocando, sed tantum et exsules 4500, vel potius servos f Cf. Oros. 2, 12.

3. *Jupiter, Juno et Minerva* συ σύνναοι, in templo Capitol. et in c versis colebantur, tamquam dii p imperii (quos ex arce Trojana Rom ductos fingunt poëtæ; v. Heyne E Virg. A. 2.) ut *alii dii deæque* in ar c. 19. n. 11. ad 1, 55, 6. et conf. 6 Dionys. 4, 61. et ad Sil. 10, 432 theton *Regina* delendum suspica h. l. et loco sim. 6, 16 pr. nam se mam deportata est, et in Aventi plum habuit. v. inf. 5, 21. 22. 3 *Jupiter Capitolinus, Juno Regina et* junguntur etiam ap. Cic. pro do Valer. Max. 5, 10, 2. et in numis busque. Itaque jam ante Vejos alia *Juno Regina* Romæ culta vide

4. *publici penates*, dii patrii, a m adcepti, et a qualibet urbe, tamqu et inpr. templorum tutores, com culti; ut *privati penates* dii propri lares cujusvis domus et familiæ. 18, 6.

5. *Tantum hostium non solum* cet. ad Att. 9, 12.

6. *Non*, nonne, *quidquid Patrum est, consules, tribunos, Deos hominesq* omnes omnino, etiamsi res ad d magnopere pertineat; Duker. (qu Flor. 2, 6, 43.) ad unum omnes, *humanaque* in universum omnia, conl. cap. 19. 2, 5. 4, 2. 7, 5 pr. 26. 10, 40. 29, 18 extr. Cf. Ern. cl v. *divinas*. Sed orator forte vehe grandiloquus, mentis abreptus ipsos quoque deos ad arcem imper *gustissimam illam domum Jovis optimi* vel armis tuendam advocasse

quemadmodum Silius Ital. 12, 608 sq. et 705 sq. fingit, Roma ab Hannibale obpugnata, Jovem ad Capitolium arcemque suam, et alios deos ad septem Urbis colles, sibi sacros, cum armis, cuilibet propriis, defendendos discurrisse. Eadem quoque postea vidi in mentem venisse Drak. qui tamen hæc forsitan nimis poëtica esse putabat, quam ut iis vulgata lectio defendi possit. *eos* pro *deos* conj. Coutier. et *cives* Gron.

7. *arcem* (v. ad 1, 55, 6.) *ab Sabinis auro captam recepisti*, v. 1, 11 sq.

8. *tribuniciæ potestatis sacratarumque legum*, v. ad 2, 8, 3. et 2, 33, 3.

9. *princeps familiæ suæ*, auctor sui cognominis; Gron. Sed parum apte de patre hæc, ut cap. 18 alia, (*memorem se majorum suorum* cet.) loquentem Valerium inducit Livius, magis suæ, quam hujus ætatis memor.

10. *tribuni cessere nocti*, ob noctem cessere consulibus Patribusve. Nocturno periculo se subduxere; Ern. Cf. ad c. 60. n. 5.

11. *penates publicos privatosque*, v. ad cap. 17. n. 4.

CAP. 18.)—1. *de arce Capitolioque*, v. ad 1, 55, 6. — *turbatæ urbis statu* pro *turbato u. s.* v. ad 1, 1, 6. 3, 68, 1. et 21, 10, 14.

2. *Tusculi dictator erat*, v. ad 1, 23, 3.

3. *magno opere censet*, ut *maximo opere, summo opere, quanto opere*, pro vulg. *magnopere* cet. — *sociales deos*, v. ad 1, 45, 3.

4. *si edoceri se sissent*, al. *sivissent*; sed contractas formas amat Livius.

5. *memorem se majorum suorum* cet. v. ad cap. 17. n. 9. — *populi colendi cura*, unde cognomen *Publicolæ* s. *Poplicolæ* patri et familiæ datum. v. 2, 8. Sed forte leg. *cognominis, quo populi* cet.

6. *suæ fortunæ*, ei adcommodatum, *supplicium sumtum est*: liberi omnes securi sunt percussi, servi in crucem acti. Cf. Dionys. 10, 16. et 18.

7. *in consulis domum plebes quadrantes, ut funere ampliore efferretur, jactasse fertur*, v. ad 2, 16, 5. et 26, 11, 6.

CAP. 19.)—1. *fidem exsolverent*, præstarent, promisso (de quo v. cap. 18.) satis facerent, ut 24, 16. 26, 31. et *exsolvere jus jurandum* 24, 18.

2. *collegam sibi subrogasset*: nam consules aliosve magistratus in locum eorum, qui vel mortui sunt, (cf. 2, 7. 23, 24 al.) vel magistratu abierunt et abituri sunt, (ut 23, 24. 32, 54. et 35, 6.) rogat aut creandos curat is, qui comitia habet, et populus sufficit et creat.

3. *Hæ tenuere contentiones*, v. ad 2, 3, 6.

4. *Decembri mense*: nam consules ordinarii his temporibus Cal. Sextil. *magistratum occipere*, h. e. incipere, inire, solebant. v. sup. ad cap. 6. n. 1. — Forte leg. *creatus*.

5. *priores erant*, Kæsonem superabant.— — *pro tribunali*, al. *de tr.*, pro *in tr.* De *tribunali* v. Ernesti clav. Cic.

6. *perpetui tribuni*, perpetuo refecti, ut 6, 40, 3. et mox *iterum ac tertium tribuni*: quod non proprie capiendum; (nam refectio eorum in tertium annum memoratur demum c. 21. et ap. Dionys. 10, 19.) sed convenienter adfectui loquentis. Sic et 6, 40, 4. *semper tribunos pl. habere*, ut *pacis semper auctor* 30, 42. Ceterum sæpe Livius sic verbis suæ narrationis jungit verba orationis cujusdam, quæ ab illis quoad ordinem constructionis pendeant, et oratione incipiant obliqua, quæ deinde in rectam vertitur; Stroth. Ipsa autem Quinctii oratio est præclara et indignationis plena.

7. *ut in perdita domo*, conrupta s. pessima, *criminibus regnarent*, h. e. criminationibus, sc. Patrum, ut 6, 14. 15. 34. 62. 38, 48. De verbo *regnare* v. ad 24, 29, 3. Mox *semina discordiarum* de hominibus et auctoribus, ut *tuba belli* ap. Cic. ad Div. 6, 12. Proprie dicitur 21, 5, 1. *sator litis*, et ibid. *certamina serere*, ut al. *semina discordiæ* cet. *jacere* s. *spargere*, nota metaphora.

8. *A. Virginius*, v. sup. cap. 11. — *plus hercule aliquanto* meruisse videbitur ei, *qui*, vel meruit, *qui*, si quis, *vere*, secundum veritatem æquitatemque, *rem æstimare velit*, ut 30, 22, 1. 30, 23, 1. 31, 48, 3. 34, 27, 1.

9. *Herdonius, si nihil aliud*, v. ad 2, 8, 9. — *nudosque*, armis privatos, sine armis, inermes, ut γυμνὸς s. ψιλὸς ὅπλων, ἐσθῆτος cet. et passim *nudi armis, telis* cet. et *seminudus genere armorum* 31, 35, 4. Cf. ad Sil. 4, 313. 16, 47. et Drak. inf. ad 3, 23, 5. ubi *inermes nudique* junguntur, et *nudi* sunt sola tunica vestiti, ut γυμνοί; nam ita, vel *seminudi* et *cum singulis vestimentis sub jugum mitti* solebant devicti hostes. Cf. 9, 6 pr. 15. 45, 39. et ad 10, 35, 5. De *jugo* v. inf. c. 28 extr.

10. *Pudet* me (nisi leg. *pudeat* sc. vos) *deorum hominumque*, (*Schande vor Göttern und Menschen*; Doer) quæ indignantis exclamatio ad verba potissimum seqq. spectat. — *in arce, in Capitolio*, v. ad 1, 55, 6.

11. *cella Jovis*, σηκὸς vel τέμενος, ædicula, delubrum, medius, sanctissimus et undique septus templi locus, in quo simulacrum Dei servabatur. Cf. Ind. et sup. ad cap. 17. n. 3.

12. *Hoc est auxilium plebi ferre* (v. ad 2, 33, 3.) adversus patricios, *inermem eam h. t. objicere*, h. e. auxiliumne plebi fertis objiciendo cet.

13. *a familia armata*, a servis armatis, ut 8, 15, 5. al. Cf. inf. ad c. 55. n. 8.

14. *sacrosancti*, v. ad 2, 8, 3. et 2, 33 pr.

15. *neque sacri*, cultu divino digni, *neque sancti*, inviolabiles, nullo modo ac scelere violandi.

16. *divinis humanisque sceleribus*, v. ad 1

[redacted]

57, 7. et 3, 17, 6. Mireris h. l. aquam hæsisse Drak. — *si tuleritis* sc. iterum: nisi leg. *pertuleritis*, vel delenda hæc verba, adscripta forte in marg. voci *tum*.

CAP. 20.)—1. *erecti*, animum recipientes, *Patres restitutam credebant remp.*, v. sup. ad cap. 14. n. 2.

2. *suscepisse conlegam priorem*, primum, prius, *actionem rei* — *in peragendis* sc. actionibus *consularis officii partem ad se vindicabat*, h. e. sibi, (ut 9, 43. et 44, 14.) nisi leg. *peragenda* sc. actione. Alii putant, *peragenda consularis officii* sc. negotia esse ea, quæ vulgo a consulibus gerantur, aut ex ant. lectione, *in peragendis consulariis* (al. *consularis* et *consularibus*) *consularem officii partem*, veram esse restituendam, scil. *in peragendo censu*, qui tumultu servili interruptus erat, (cf. cap. 22 pr.) vel *in peragendis* (exsequendis) *consiliis* conlegæ *consularis* cet. Hæc Sigonii conjectura non spernenda videtur.

3. *Tum tribuni eludentes*, v. ad 1, 36, 4. — *persequi* consules, iis instare, *quærendo*, v. ad 5, 15, 7. — *Nobis vero* quoad *nihil delectu opus est*, vel simpl. *non*, vel potius *plane non*, *neutiquam*, *nullo modo*, ut 3, 44. 4, 9. 5, 27. 6, 38, 4. al.

4. *in verba* Valerii *juraverint*, cet. v. ad 2, 32, 1. hinc *consulis*: sed *consulum* malebat Duk. conl. Dionys. 10, 16.

5. *ad lacum Regillum*, v. ad 2, 16, 3.

6. *nondum neglegentia* (contemtus, incuria cultus, ut 22, 9, 5. et 43, 13.) *Deum venerat* in consuetudinem. Præclare diversa temporum indoles notatur, ut passim. Cf. 4, 6 extr. 5, 40, 6. 46, 6. 7, 2. 25. 40 pr. 10, 9, 6. 10, 40, 8. 26, 22 extr.

7. *de proferendo exercitu*, de differendo, (ut *proferre rem*, *diem*, *tempus* cet.) h. e. differenda ejus profectione, de retinendo exercitu ac retardando in Urbe, donec, quæ cuperent, a Patribus inpetrassent. Cf. SCta cap. 21 pr. memorata. Hæc tamen sententia non apte ita expressa, et omnes intpp. lectionem vulg. damnant, putantes aut delendum *exercitu*, aut legendum *de proferenda cum exercitu*, vel *de proferendo exitu*, vel *de proferendo exercitus exitu*, vel *de providendo* (præcavendo) *exercitui*, vel *de perterrendo* aut *perturbando exercitu*, conl. verbis mox seq. et cap. 21 pr.

8. *locumque inaugurari* cet. v. ad 1, 55, 3.

9. *neque provocationem* ad tribunos *esse longius ab Urbe M. P.* cf. ad 2, 33, 3. et ad 29, 20, 4.

10. *quod sæpius Quinctius dictitabat*; e quibusdam libris forte leg. *dictabat* propter additum *sæpius*. Frequentativis tamen Livius nonnumquam sine vi utitur.

11. *ut consuetis remediis sisti possit*, v. ad 2, 29, 7. *Non ita*, non tam parum.

CAP. 21.)—1, *in auctoritate Patrum esse*, eam sequi, ei cedere, ut mox *Consules fuere in Patrum potestate*, h. e. SCto parebant. Cf. ad 2, 56, 16. — *In reliquum*, v. ad 23, 20, 4.

2. *ne quid cederent plebi*, qua in re, vel Germ. *etwa*, ut passim, inpr. post *si*. v. Drak. ad 3, 48. qui sæpe ita *quid* eleganter abundare monet. Cf. ad Tac. Ann. 14, 7, 4.

3. *L. Quinctium consulem reficiebant*, h. e. reficere volebant seu conabantur: nam ipse refici nolebat, ut e seqq. intellegitur. Est actus pro consilio s. conatu rei perficiendæ, ut *tenebat* 9, 46, 17. *decernere* 4, 50, 3. 27, 20. *intendebant* 21, 6, 5. *averterent* 23, 32, 4. *notantibus* 27, 25, 3. *abrogare* 34, 1. et 6. *restituebat* 37, 53. *retinerent* 25, 33. (ubi v. Drak.) *diviserant* 5, 24. *dare* pro *dare velle* s. *offerre* 9, 41. pr. 21, 34, 3. 28, 5. 31, 19. 37, 53. *revocabat* pro *revocandos censebat* 26, 8, 3. Cf. ad Sil. 1, 14. 514. 4, 151. 11, 551. 13, 523. 728. 16, 183. inf. ad 4, 57, 9. 37, 17, 4. et ad Tac. Ann. 2, 34, 3. Sic et διδόναι pro offerre ap. Diodor. 18, 60.

4. *actio consulis*, v. ad 2, 56, 4. — *ad plebem*, v. ad 2, 10, 10.

5. *Vos elevatis eam*, levem facitis, minuitis. Sic passim *levare* et *elevare*, cui τὸ *adgravare* obponitur 6, 27, 1. et *extollere* 9, 37, 4. et 28, 44 extr. Hinc et *elevare indicem indiciumque* 26, 27, 6. pro minuere fidem ejus. Cf. ad 4, 12, 3.

6. *Imitamini* est imperat., quem subjunctivus sæpe sequitur; Duk. — *dum ne*, dummodo non, *imiter*, ut 33, 24, 5. Cf. Drak. ad h. l. et 28, 40.

7. *se id subfragium non observaturos*, non probaturos, nullam ejus rationem habituros.

CAP. 22.)—1. *Q. Fabius Vibulanus tertium*, cf. cap. 1. et 2.

2. *Lustrum condi*, v. ad 1, 44, 3. *propter Capitolium captum* et *consulem occisum*, v. cap. 15. et 18. Census cœptus anno superiore, sed interruptus erat tumultu servili. Cf. cap. 24 extr.

3. *religiosum fuit*, v. ad 2, 5, 4.

4. *Bellum ingens a Volscis et Æquis*, i. e. Volscorum et Æquorum, ut mox *quia nondum ab Æquis venisset exercitus*, nisi potius jungenda *ab Æquis* (missus) *venisset*. v. ad 27, 5, 4. — *ipsam coloniam*, sc. Antium. Cf. 2, 65. 3, 1. et 4. — *præverti*, v. ad 2, 24, 3.

5. *Equites suæ cuique parti*, in gratiam s. subsidium partis, quæ cuique esset sua vel tamquam sua cuique adsignata, *post principia*, post primam aciem vel primos aciei ordines, *conlocat*. Hoc elegantius dictum putabat Doering, quam si *sua*, (ut ad *principia* referatur) vel *suos*, aut *suæ quemque*, aut *suæ quosque* sc. equites, reponatur auctore J. F. Gron. qui monet, ex sermonis ratione dici *suam rem cuique*, aut *suo quidque domino tribuere*, non *suum quidque* aut *suo cuique*. Cf. 1, 52. 2, 32. 3, 11. 36. 25, 17, 4. (ubi Gron. emend. *unicuique genti adsuetis*) 31, 34. 33, 46, 7. 34, 2, 45, 29, 7. Intpp.

Virg. Ecl. 7, 54. et Duk. ad h. l. qui præter alia hæc monuit: "Mihi nondum liquet, cur hæc tam ἀποτόμως damnanda sint, et cur omnes librarios toties ad hoc corrumpendum conspirasse credere debeamus. Propemodum credo, Latinos dixisse interdum *unusquisque*, ut *unusquisque* et *quotusquisque*."

6. *quum ad id spectator pugnæ adstitisset*, v. ad 2, 23, 3.

CAP. 23.)—1. *distenderent hostium copias*, disjungerent, distraherent in diversas partes; ut *distendere animos* et *curas* pro dividere, distrahere 9, 12. 27, 40. hinc etiam arcére 34, 29. Sic et *distinere* 4, 59 pr. 5, 20 pr. et 7, 21, 3. quod passim a librariis perperam confunditur cum *detinere*, h. e. retinere, ab aliqua re abstrahere.

2. *ab Roma in castra Antium perlata*, h. e. ad Antium, ut *Vejis* pro *ad Vejos* 5, 8. et 12. nisi delendum *Antium*, vel certe transpositis verbis legendum *Antium in castra perlata*; Scheller. — *datum auxilium*: an *latum*? Sed v. ad 38, 16, 5.

3. *Vi nunquam*, conatu sæpius frustra repetito, *eo*, ad arcem, *subiri potuit* a parte exercitus Tusculanis data. Al. *eo subire*, et *eo subigere*. — *inde*, ab arce. Cf. Dionys. 10, 21.

4. *inermes nudique sub jugum missi*, v. sup. ad c. 19. n. 9. Mox viri docti emendant *Victor ad Columen exercitu reliquo*, vel *reducto*, vel *relato*, vel *refecto*, vel, quod ceteris præstat, *reconlecto*; (nisi malis *conlecto*) nam dispersus erat exercitus, persequutus hostem fugientem.

5. *hinc Volscos, hinc Æquos*. v. ad 1, 13, 2.

9. *Eodem anno descisse Antiates*, et Cornelium Cos. in eos, Antio vi capto, severe animadvertisse, tradit Dionys. 10, 22.

CAP. 24.)—1. *frustrationem eam legis tollendæ esse*, ad legem tollendam spectare s. valere. Cf. inf. cap. 31 extr. 39 extr. 4, 48 extr. 5, 3, 2. 7, 18, 1. 27, 9, 6. 34, 54, 4. 38, 50, 4. 39, 16, 7. 40, 29, 6. — *P. Lucretius*, forte *L.* quia præfecti Urbis ante hoc tempus consulares fuere; Duk. conl. cap. 3. 5. 8. 29.

2. *quæstores M. Volscio — diem dixerant*, v. ad 2, 41. n. 12. De *Volscio* v. sup. cap. 13.

3. *multis emanabat indiciis*, palam factum est et manifestum. Cf. Drak. ad h. l. et nos ad 50, 54, 7. — *in quæ testis crimen conjecisset*, quibus illud commissum esse dixisset.

4. *qui una meruerant* stipendium.

5. *sine ullo commeatu*, v. ad 1, 57, 2. *frequentem ad signa fuisse*, frequenter, ut 39, 53. et ap. Tac. Ann. 4, 55.

6. *ni ita esset*, nisi ita se res haberet, et si Volscius hoc negaret, (formula, in quam dabatur judicium, et solennis in sponsionibus, in quibus sacramento, h. e. certa pecunia deposita vel promissa, quis cum aliquo contendebat) *multi privatim*, per se, *ferebant Volscio judices*, profitebantur se paratos esse ad causam agendam coram judicibus, qui rem dirimerent. Lite inter duos orta, qui disceptandæ ejus brevissimam viam optabat et ad judicem provocabat, is *judicem ferre alteri* (3, 57. 8, 33. 9, 1.) dicebatur, et *judicem dicere* 3, 56. nisi quod illud est provocantis, hoc provocati: *ferebat* autem vel ipse nominando virum spectatæ moderationis et nemini suspectum, aut jubendo adversarium nominare (*dicere judicem* 3, 56.) quem sumerent; Gron. ad 3, 56. Cf. Ernesti clav. Cic. v. *sponsio*. — *In mora tribuni erant*, inpedimento, inpediebant, obstabant, ut 26, 3, 3. 30, 44, 2. et *moram rei facere* 3, 2. 21, 32. 27, 6, 4.

7. *in comitiorum disceptationem*, h. e. de comitiis.

8. *Census, res priore anno inchoata, perficitur; idque lustrum — conditum*, v. ad cap. 22. n. 2. — *Fuerunt censa civium capita* cet. v. ad Epit. 3. n. 1. et ad 3, 3, 4.

CAP. 25.)—1. *duas residuas causas*, scil. *legem* Terentiam (v. sup. cap. 9.) et *judicium de Volscio*, v. cap. 13. 24. et 29.

2. *M. Valerio*, qui biennio post consul fuit, (v. cap. 31.) *Valerii filio*, ejus, qui dictator fuit a. V. CCLX. (v. 2, 30. 31.) Sed forte leg. *M'. Valerii filio*, vel potius *M'. F.* Cf. stemma Valeriorum ap. Drak. ad h. l.

3. *quæstor erat Quintius, qui ter* cet. v. ad 2, 41, 12.

4. *Virginius maxime et tribuni* ceteri, ut (quod jam monuere Gron. et Drak.) *Syphace et captivis* 30, 12 extr. *consulum Papiriique præcipuum id decus* 9, 15, 6. (ubi tamen τὸ *præcipuum* ad solum spectat *Papirium*) *Quinctius legatique* 35, 34. 37. *Popillius et legatio* 45, 13, 1. *Bitis cum obsidibus* 45, 42, 2. *T. Quinctius et Romani* 38, 31, 2. Ζεῦ καὶ θεοὶ et al. Cf. ad 31, 18, 1. 35, 44, 1. Drak. ad h. l. Schel. ad Hygin. de castramet. p. 1052. et intpp. Rutil. Numat. 1, 300. Virginius quidem ipse tribunus erat, sed præcipuus quoque turbarum auctor, (v. sup. cap. 11—13.) unde tamquam princeps tribunorum seorsum nominatur. — *ad inspiciendam legem*, solertius examinandam. Cf. ad 6, 27, 4. et 26, 35, 3. — *quid fraudis occultæ ferretur*, lege lata intenderetur. *Ferre fraudem* etiam pro *adferre* s. *inferre* dicitur 24, 38, 5. et ap. Cic. ad Att. 7, 25.

5. *res repetitum*, v. ad 1, 22, 5.

6. *sacrata quercus*, sacra Jovi, vel venerandæ quasi antiquitatis et magnitudinis.

7. *nostrisque et nunc querelis adsint*, eas benigne audiant, *et mox armis*, ea juvent. Cf. ad c. 14. n. 6.

CAP. 26.)—1. *benigne arma cepit*, sponte, libenter ac propenso animo. Sic et *benigne polliceri operam* 6, 6, 5. vel prolixe, liberali-

ter. Cf. ad 3, 63, 2. — *ad Eretum* in Sabinis propinquum Nomento et ad Tiberim, (hod. Monte Rotondo) XVIII. mill. pass. a Roma in via Salaria. — Mox verba *comparati ad eam* paulo durius dicta pro: si finium Rom. vastitas compararetur cum vastitate Sabini agri. Forte leg. *ad eum* sc. agrum Sabinum, Conf. tamen inf. ad 5, 23, 4.

2. *ex metu alieno*, alterius partis, Romanorum.

3. *munitiones circumdant* castris Rom., ea cingunt fossa, vallo et exercitu. περιετάφρευέ τε καὶ περιεχάρακου Dionys. l. 10. p. 650.

4. *Nihil nec tam inopinatum* cet. v. ad 2, 45, 7. — *insperatum*, v. ad 1, 5, 8.

5. *Operæ pretium est audire* hæc, vel narrationem sequentem eos, *qui omnia* cet., vel, quæ simplicior ratio est, *audire* eos, *qui omnia* cet. ut scil. eorum judicia comparentur cum hac narratione, unde perversitas illorum intellegetur. Cf. Juvenal. 6, 474 sq. Quis vero est, quem non mirifice adficiat narratio hæc et comparatio diversorum temporum, hominum judiciorumque?

6. *L. Quinctius trans Tiberim* cet. Cf. cap. 13 extr. *ubi nunc navalia sunt*, h. e. locus, ubi naves vel ædificantur,. vel reficiuntur, vel, hyeme potissimum adventante, in litus subducebantur machinis subpositis; *die Werfte, Docke* — *Pala* instrumentum rusticorum, quo terram fodiunt; *ein Spaten.*

7. *satin' salva essent omnia*, v. ad 1, 58, 3. — *Qua simul*, simulac *velatus processit* cet.

8. *imperii nimium*, ut *nimius animi* (animo, aut nimio animo, h. e. nimis ferox et superbus) 6, 11. *sermonis nimius* ap. Tac. Hist. 3, 75. *confusus atque incertus animi* 1, 7. *stupens animi* 6, 36, 3. *territus animi* 7, 34 pr. *animi æger* s. *præstans* s. *egregius* et al. Malim tamen exponere: nimium s. nimis magnum imperium. Nam alioquin Livius dixisset: *virum et imperii nimium, et in ipso* cet. — *vehementiorem*, qualem jam cognoverant eum in consulatu. Cf. cap. 19. 20. 21. Forte cum Christio leg. *virum ipso imperio vehementiorem*, h. e. suopte ingenio graviorem tetrioremque, quam vel imperium dictaturæ esset; Drak.

9. *nihil præterquam vigilatum est*, v. ad 2, 8. n. 9.

CAP. 27.)—1. *stipendia pedibus*, in pedestri exercitu, *propter paupertatem fecisset*, quia non habebat censum equestrem, adeoque non a Censoribus in ordinem equestrem lectus equoque publico donatus erat. Militia autem equestris honoratior erat.

2. *Justitium edicit*, v. sup. ad cap. 3. n. 2.

3. *claudi tabernas tota Urbe jubet*, quod fiebat vel edicto consulum dictatorisve in luctu, et periculo (de quo v. ad 2, 26, 1.) vel jussu seditiosorum tribunorum, qui ita opifices avocabant ab opere, ut eos in concionem confluentes concitarent. *Tabernæ* autem sunt ædificia vilia, inpr. circa forum, ubi *tabernarii*, opifices aliique plebe homines vel faciebant ve exponebant merces, vel artes ex unde *tabernæ unguentariæ, cauponi tonsoriæ, medicæ, argentariæ, sutrin* (3, 48.) literariæ, in quibus ludi erant, (3, 44.) *novæ ac veteres arg* foro. Cf. Ind. et ad 26, 27, Beschr. d. St. Rom. p. 257. · H Plin. 35. s. 8. et 37.

4. *vallis duodenis*; qui *valli* sunt vel ramosi stipites, aggeri castr gendi. *Pallisaden*. Plerumque tum aut quaterni ferebantur. v. Rom. 5, 11. et inf. ad 25, 36, 3 6 pr. Epit. 57. n. 2.

5. *non itineri magis apti* sc. fuer post *tulisset* major distinctio pone lim certe lectionem vulg. *apte* quam voc. *apti* vel ad *dictatorem* et *equitum*, vel ad *agmina* referre, qu quidem conlectivum est, sed no casus.

6. *puncto sæpe temporis maxima momenta* (v. ad 1, 47, 7.) *verti*, 27, 9. et 32, 17. dicitur *ex parvis magnarum momenta pendent*, (cf. 2 1. 21, 4. 22, 12, 9. 24, 19, 5. 38, ad Tac. Ann. 4, 32, 4.) et passim *in re* et *in eo* (forte et simpl. *verti* pro inesse, consistere, contineri, pendere, quæri, (Germ. *darauf beruhen*, v. c. 1, 30. 4, 31. 8, 27. 1.) vel esse, ut *in summo discrimi titur* 6, 36, 3. et 26, 5, 7. — *si tuunt*, v. ad 27, 16, 4.

CAP. 28.)—1. *tractus castrorum* longitudo, spatium.

2. *sarcinas in unum conjici* sc. loc *quo fuerant ordine*, quia *exercitus* conlect.

3. *rem in discrimine esse*, pugn eventu dirimi, pugnam dubii eve mitti. Cf. ad 6, 17, 1.

4. *ad prohibenda circumdari oper* prohibendum, ne s. quo minus rentur opera; nisi leg. *prohibend* 6, 24, 4.

5. *vacuam*, inperturbatam, *n* dictatoris perficiendo (ut mox *opere*) *dedere*, non amplius inped cumvallationem.

6. *illa prior* (nisi leg. *illic*) *nih* v. ad 2, 34, 7. — *infensus addid* tator; (cf. ad c. 38. n. 4.) nisi l *sule ad dictatorem ire jussi*: *is ign fensus addidit.*

7. *Sub jugum abire* inermem et (v. ad c. 19. n. 9.) vel *sub jug mitti* s. *traduci* (ut 9, 6 pr.) et 6 extr. et mox cap. 29 pr.) sum miniæ et servitutis signum. *Jug* inposita prisco ævo formam postea lit. Λ habebant. Hinc di

jugum, cujus figura h. l. describitur. Cf. Zonar. 7, 17. et Festus. *sub jugo misit*, ut contra *sub terram ediderunt pugnam* 38, 7, 7. Sed Duk. τὸ *jugo* ex ant. scriptura *jugom* pro *jugum* ortum putabat. Cf. Drak. ad h. l. et Cort. ad Sallust. Jug. c. 38. §. 9.

CAP. 29.)—1. *Castris hostium receptis*, captis, ut 23, 41, 1. 39, 23 extr. 42, 54. 44, 32. al. — *Carebis, inquit, prædæ parte — et tu, L. Minuci, — legatus his legionibus præeris:* quales pœnas inrogabat disciplina Rom. Cf. 10, 4, 2. 24, 16. 27, 13. Frontin. Strat. 4, 1. Valer. Max. 2, 7. et Lips. Mil. Rom. 5, 18. Hinc sibi militibusque ignominiam deprecatur Minucius inf. 22, 30.

2 *hic* (Minucii) *exercitus memor et coronam auream libram pondo* s. pondere sc. habentem, ut 4, 20. 26, 36. 47. Al. *libræ pondo*. Sed v. Gron. de pecun. vet. 1, 6. et Schelleri Lex. lat.

3. *comissantium modo:* nam *comissari*, κωμάζειν, est vel post nocturnum convivium et impr. compotationem per urbis vicos cum tædis et symphonia vagari, ad puellarum amatarum sedes ire, ante illarum fores excubare cum cantu, easque, nisi sponte aperirentur, vi effringere; vel amicorum domos adire diei festi agendi aut cœnæ continuandæ hilariorisque potissimum compotationis causa, ut 40, 7, 3. quin comissatum *ad fratrem imus?* et Gr. κωμάζειν πρός s. εἴς τινα. Cf. Mitscherl. ad Hor. Od. 4, 1, 11. et Drak. inf. ad 40, 7, 5. De *carmine triumphali et solennibus jocis* cf. 4, 20. (ubi v. not. 1.) 5, 49 extr. 7, 10. 28, 9. 39, 7.

4. *L. Mamilio Tusculano*, de quo v. sup. cap. 18.

5. *in comitiis M. Volscii* (v. cap. 13. 24. 25.) *falsi testis* causa habenda, ut judicaretur, eum *tenuissent*, retinuissent, movissent ut in magistratu maneret. Cf. ad 2, 63, 3. — *dictatura, in sex menses adcepta:* quo spatio definita erat dictatura, nisi prorogaretur ob summum reip. discrimen, (ut 6, 1.) ne diuturnitate potestatis in tyrannidem verteretur. Cf. ad 9, 34, 9. et 22, 31, 5. Sed semestre imperium non nisi dictatori rei gerendæ causa creato dari solebat Cf. 23, 23 pr.

6. *Fabius Quintus successor* cet. (v. sup. ad cap. 1. n. 1. et ad 28, 38, 4. — *de lege* Terentia. Cf. cap. 9 sq. — *Patres tenuere*, v. ad 2, 42, 2.

CAP. 30.)—1. *subitarium exercitum*, v. ad 1, 37, 4.

2. *Is metus perpulit;* al. *perculit* perperam. — *ne postea eosdem tribunos*, qui nunc essent, (nisi cum Periz. leg. *hos eosdem*) *juberent plebs*, comitiis crearent, ut passim *jubere magistratus* et *legem*, at *rogare* de eo, qui comitiis præest.

3. *Tricesimo sexto anno a primis tribunis pl. decem creati sunt, bini ex singulis classibus*, v. ad 2, 33, 3. 4, 20, 7. ibique Drak. et Dodwell de cyclis 10, 96. — *Itaque*, et ita. (v. ad 1, 4, 10.) *cautum est, ut* cet. pro: *atque cautum est*, (lege sancitum, constitutum) *ut ita* cet.

4. *a Corbione Ortonaque*, v. ad 2, 43, 1.

CAP. 31.)—1. *annona*, ejus caritate, (v. ad 2, 34, 10.) *laboratum est propter aquarum intemperiem*, pluviæ defectum, nimiam siccitatem, vel potius aquarum inundationem, earum et pluviæ nimiam effusionem. *Intemperies* est intemperata s. inmoderata conditio, v. c. *cœli* 5, 13. 8, 18. 22, 2. s. tempestatis nimis vel calidæ vel frigidæ. *Laborare* autem et *laborari* proprie dicuntur, quæ grave aliquod onus vix tolerant, eoque labefactantur, premuntur, vexantur, adfliguntur, vel multum inde laboris, difficultatis, curarum et molestiæ percipiunt. Cf. ad Præf. n. 7. Hinc *premi et laborare* junguntur 22, 6 pr. Simili metaphora, ab animalibus, quorum cervices jugo premuntur, desumta, *bellum ingens in cervicibus* Romanorum *esse* dicitur 22, 33, 5. et *cervicibus* Pœnorum *præpotentem finitimum regem inponere* 42, 50, 3. (unde *malum a cervicibus vestris depellere* et *cervicibus sustinere rem*. ap. Cic. Catil. 3, 7. Verr. 5, 42. al.) sed *in cervicibus esse* hostis vel hosti pro: prope adesse, (ut Nos dicimus: *in oder auf dem Nacken seyn*) 44, 39, et in *cervicibus habere hostem* 27, 26, 4. ut *hostes* nobis *supra caput sunt* 3, 17 pr.

2. *De Aventino publicando*, publici juris faciendo, usui plebis permittendo, s. in usus publicos redigendo, confiscando, (ut 31, 13, 2. nam *publicare* est publicum facere) *lata lex est;* de quo v. Dionys. 10, 31. 32. qui docet ab L. Icilio tribuno pl. rogationem latam esse, (cf. inf. c. 32. n. 2.) ut, quum agros plebi dividere nollent Patres, saltem ei ad ædificandum incolendumque concederent Aventinum montem, cujus maxima pars, etsi intra Urbis muros sita, nemorosa esset; eamque legem post longam disceptationem perlatam esse. Livii narratio in toto hoc cap. nimis manca est et parum adcurata: longe probabilior disertiorque ex Dionys. 10, 31. 32. 35. 40. 43. 45. 47—55. petenda est, cujus summa est hæc. Romilio et Veturio coss. tribuni pl. legem agrariam, per XXX jam annos extractam, iterum promulgarunt, eamque L. Siccius (al. Sicinius) Dentatus, vir fortissimus, militari facundia suasit. Lex tamen post multas altercationes non perlata, et mox Romam nuntiatum est, Æquos et Volscos iterum arma cepisse. Adversus eos cum consulibus profectus est etiam Siccius, ducens extraordinariam veteranorum DCCC cohortem, jussusque cum ea adoriri castra hostium, in monte posita. Is frustra deprecatus est certam, ad quam se mitti vidit, mortem, et Romi-

lli conviciis minisque adactus obtemperavit. Sed rustico quodam duce alia, quam consules hostesque putaverant, via in montem evasit, et castra incendit. Quæ res palam facta invisos reddidit consules, et Siccius in annum sequentem tribunus plebis creatus, consulibus autem, ut magistratu abiere, ob male actum militare imperium et delectum nimis asperum, dies dicta et mulcta est inrogata. Novi itaque consules, eamdem olim sortem veriti, plebi cœperunt favere, legemque tulerunt, ut non solis consulibus, sed omnibus in posterum magistratibus liceret eos mulctare, qui aliquid a moribus legibusve alienum commisissent. Præterea ex SCto decem legati in Græciam missi sunt, qui leges Græcas describerent: cujus rei idem potissimum Romilius auctor fuit, ut se plebi non iniquum esse ostenderet.— — De *Siccio*, quem Livius turpi tantum fraude Decemvirorum perisse tradit inf. cap. 43. (cf. Dionys. 11, 25.) v. Gell. 2, 11. et Plin. 7, 28. s. 29.

3. *legem omnibus concionibus celebrabant*, v. ad 1, 4, 12.

4. *recens ejus populi meritum*, v. cap. 18.

5. *Itaque ergo*, v. ad 1, 25, 2. — *dies dicta* — *ab ædile pl.* v. ad 2, 33, 3. Pro *C. Claudio Cicerone* Plin. 7, 28. *L. Siccium* memorat, et Dionys. l. 10. p. 673. *C. Siccium Dentatum.*

6. *quæque æquandæ libertatis essent*, v. ad cap. 24. n. 1.

7. *missi legati Athenas* tres consulares, teste Dionysio: (cf. sup. 2, 54. 3, 2 et 10.) Iidem decemviri creati. v. cap. 33. ex quo cap. et sup. cap. 10. intellegitur, h. l. legendum esse *Ser. Sulpicius*, ut et inf. cap. 50 extr.

CAP. 32.)—1 *fœda homini*, terribilia, vel tristia, perniciosa, ut mox *fœdatus annus.* De *pestilentia* v. ad 1, 31, 4. et cf. Dionys. 10, 53. qui more rhetorum rem mirifice exornavit. — *lugubres domus*, in quibus fuit luctus.

2. *lex Icilia de Aventino* publicando. v. ad cap. 31. n. 2.

3. *aliæque sacratæ leges*, v. ad 2, 8, 3.

CAP. 33.)—1. *Anno trecentesimo altero* s. secundo, (v. ad Epit. Liv. 49. n. 1.) et quidem expleto, ita ut decemviri a. V. 303 magistratum inirent. At alii, v. c. Sigon. et Drak., annum 301. innui, eodemque primos fuisse decemviros putant. Cf. ad c. 38, n. 1. *læta principia magistratus ejus nimis luxuriavere*, v. ad 2. 21, 4. — *eo citius lapsa res est*, conrupta, in pejus ruit, degeneravit, vel conlapsa est, desiit, finem habuit; Bauer.

2. *Subplevere* tantum *ceteri numerum*, creati tantum, ut explerent numerum. — *novissimis subfragiis*, de novissimis, quibus novissimi, postremi quatuor decemviri crearentur.

3. *Regimen totius magistratus:* n
cemviratus? an conlegii decemvi
Sed illi notioni non conveniunt ver
men (quod ad plures spectat) et *totis*
respuit sermo Latinus, quo *magistr*
citur non nisi munus aliquod pu
aut qui eo fungitur, non conlegium
nunc vulgo *Magistrat* vocatur. Ita
delenda videntur verba *totius mag*
tamquam glossa hominis indocti,
loquendi usum ignorantis, vel leg.
et vis magistratus aut *et tota vis mag.*
popularis captator, levis favoris pop
aura et *ventus* (v. Ernesti clav. Cic
vocc.) dicitur, quia homines ad
agendas inpellit, quas agere non d
aut ne animus quidem erat: nam
vento leniori traducitur ad omne
quæ nos aliquo propellit, ut quid
aut consequamur. Cf. 22, 26, 2.
6. 29, 3, 5. 30, 45. 42, 30. 39. sed i
3, 37, 1. Similiter Fortunæ tribu
cundus *flatus* (45, 8, 3.) seu *ventus*
eaque cœptis nostris *adspirare*
allegoria a vento et navigatione
v. ad Sil. 8, 325. et Mitscherl. a
Od. 2, 10, 22.

4. *Decimo* quoque *die jus populo si*
vicem *reddebant*, et, qui jus dicebat,
tus juris adpellabatur.

5. *Eo die penes præfectum juris fa*
erant, conlegis novem singuli adcensi
bant, v. ad 1, 8, 2. 2, 1, 11. 2, 43,

6. *in unica concordia*, v. ad 1. 2
— *qui* magistratuum *consensus privat*
dum inutilis, civibus noxius, dan
(ut 4, 31, 1. 5, 5, 7. 6, 40, 5. aliisqu
quæ laudarunt Burm. ad Ovid. ex
2, 8, 59. et Ernesti in clave Cic., utc
ἀλυσιτελής, ἀνωφελής, v. c. ap. Pc
117. Theophr. Char. 8, 4. et Hom
269. ubi v. Clark. et ἄχρηστος ap.
Tact. *esset*, futurus esset, vel esse p
solet; (cf. v. c. cap. 36.) nisi leg. *es*

7. *Moderationis eorum argumentum*
plo unius rei notasse: " hypallage vel
tate dictum pro: adtulisse exemplum
sit argumento moderationi, e quo
mento notetur, signetur, universa
intellegatur (*abstrahirt werde*) mo
eorum. Neque enim argumentum n
sed moderatio. Possit etiam esse p
mus pro: moderationem ipsam, qui
plum est argumento;" Bauer.

8. *decessit jure suo*, ut cap. 46 pr. et
suo ap. Cic. Cf. ad 27, 10, 1. — *de*
vi magistratus, v. ad 1, 53, 1.

CAP. 34.)—1. *Quum promtum*
cet. sensus est, eos eodem tempo
jus redderent, etiam legibus scriber
cupatos fuisse; Drak. — *ab his*
viris *ferrent*, v. ad 1, 50, 7.

2. *atque in medium conferrent* v. ad

3. *quas consensus omnium*, omnes

tientes, (cf. 6, 22, 4. et 8, 35, 3.) *non jussisse*, probasse et scivisse, *latas* a decemviris, *quam tulisse* quasi quisque pro se aliis jubentibus *videri posset*, h. e. tam gratas et adceptas, ut nemo magis dubitasset easdem ferre, quam ab aliis latas probare.

4. *ad rumores*, secundum sermones et judicia *hominum* jactata et vulgata. *edito*, promulgato. *editos* conj. Gron., Duk. et Bauer.

5. *Jam plebs*, præterea (ut 23, 5 extr. et al. v. Drak.) plebs *consulum nomen* — *perosa erat*, active, pro oderat. v. Drak.

6. *cedentibus in vicem adpellationi* (v. ad 2, 27, 2.) *decemviris* editi ex emend. Drak. pro vulg. *adpellationi* cum Strothio, qui monet, *cedere aliqua re* dici pro decedere ab ea, et *cedere alicui rei* pro: ei parere s. obsequi. Livius inf. cap. 36 dicit, *priores decemviros adpellatione conlegæ corrigi reddita ab se jura tulisse*, h. e. passos esse. Baueri nota est: "Pronum est, *adpellationi* corrigere; nec, si libri faveant, inprobaverim. At quum illud in hoc nemo facile mutaturus fuisse videatur; retinendum, et absolute explicandum *adpellatione* sc. facta, qua adpellationem, si quis adpellaret alios decemviros: dictum, ut *ludis, pace, bello, comitiis, actu rerum*." Sed nostra lectio dignior Livio; et quot non conrupere inperiti librarii?

CAP. 35.)—1. *comitia in trinum nundinum* (sive *trinundinum* sc. tempus) *indicta sunt*, ut plerumque, nec tamen semper, (v. ad 24, 7, 8.) h. e. in tertias vel ternas nundinas, (*εἰς τρίτην ἀγορὰν* Plut. Coriol. p. 222. et Dionys. 7, 58.) quibus candidati ambiebant magistratus, et leges aliæve res, in comitiis peragendæ, promulgabantur, ut cives, non modo in Urbe, sed etiam extra eam vel in agris degentes, et, si non primis, certe tertiis nundinis, fructuum vendendorum causa, in Urbem confluentes, tum illas res cognoscere et solerter explorare, tum tertiis nundinis, h. e. XVII die, in comitiis subfragia de iis ferre possent. Numerandorum enim dierum (quod Ernesti in clave Cic. et alii jam docuere) initium fit a nundinis primis, et desinit in tertiis: nundinæ autem secundæ more latino bis numerantur, ut idem dies sit nonus a primis nundinis, et primus in altera enneade dierum, utque septem tantum dies binis interjecti sint nundinis; (v. Varro R. R. lib. 2. Præf. pr., Dionys. l. l. et Calendar. Rom.) quemadmodum nos dicimus *heute über 8 Tage*. Cf. Drak. ad h. l. — *Comitia decemviris creandis indicta*, ad decemviros creandos, ut 22, 35, 2. *comitia rogando conlegæ*, et sic passim de sine, vel eo, ad quod aliquid pertinet, v. c. *triumviros agro dando creat* 3, 1. *duumviri sacris faciundis* vel *decemviri legibus scribendis* sc. *creati*, *forte et dies rei nulli agendæ* 6, 1,

7. *consilia erigendæ reip. agitare* 6, 2, 1. al. Cf. ad 3, 46, 1. 6, 21, 2. 8, 6, 3. 9, 11, 9. 30, 6, 2. 38, 47, 2.

2. *vacuo ab se relicto loco*, v. ad 4, 16, 5. — *prensarent homines*, v. ad 2, 61, 4.

3. *Demissa jam in discrimen dignitas* cet. comitiis jam indictis et re eo perducta, ut novi decemviri subfragiis populi crearentur, hæc dignitas Appium Claudium, virum juvenem, cujus ætas tum honorum cupidior esse solet, tum iis petendis jam matura erat, quique et consul jam designatus et decemvir fuerat, (v. cap. 33.) perpulit, ut, dulcedine ejus captus, iterum illam ambiret. — *ea ætate iisque honoribus actis*, (peractis, exactis, ut *acto honore*, consulatu, 8, 26. extr.) ut 45, 19, 11. Cf. ad 2, 29, 6.

4. *propior petendo, quam gerendo magistratui erat*, similior petenti, quam etiam nunc gerenti hunc magistratum erat, magis eum petere, quam adhuc gerere videbatur. Cf. 27, 17. — *Optimates* (ut *optimi* 35, 34. ubi v. not. 3. et Gr. *ἄριστοι*, unde Aristocratia) proprie qui optimas in re publica partes sequebantur, aut certe eas sequi videri volebant, consiliaque sua optimo cuique probari cupiebant. Obponuntur *popularibus*, (h. e. iis, qui populi causam tuebantur adversus potentiorum injurias, aut qui gratiam populi, etiam cum detrimento reipubl. et contra honestatem, captabant) sed nonnumquam et plebi, quoniam erant fere homines superiorum ordinum, non de plebe, nisi forte ditiores. Cf. cap. 39 extr. et simil. loc. 9, 46, 17. Cic. Sext. 45, 66. et Ernesti clav. Cic.

5. *medius inter tribunicios Duilios Iciliosque*, inter Duiliam, Icilium iisque similes, qui quondam tribuni plebis fuerant, (ut *consulares, ædilicii, prætorii*) et quidem acerrimi. v. 2, 58. 61. et ad 3, 31, 2.

6. *per illos se plebi venditare*, commendare, jactare, ut mercatores laudant merces, quas vendere cupiunt.

7. *Nimium* s. nimis *se cogere in ordinem*, *esse* indicium s. proprium *non tam properantis* cet. *In ordinem se cogere* est tantum demitti, majestatis inmemorem agere, deprimi sponte, oblivisci majestatis, *sich erniedrigen*: 3, 52, 6. *in ordinem cogi* est inpediri imperio fungi, cogi abire magistratu legitime capto, nulla culpa sua; Bauer. *In ordinem cogere* s. *redigere*, est potestatem, auctoritatem dignitatemque inminuere; *inter viles et abjectos connumerare* dicit Priscian. lib. 18. nos: *demüthigen, herabsetzen*) hinc contemnere, despicatui habere; proprie ad eum, qui alicui proprius est, et quem egredi cupit, locum et ordinem illum redigere, vel ad inferiorem ordinem detrudere. Cf. 6, 38. 25, 3. 43, 16, 5. Intpp. ad 35, 4. et Wolf. ad Suet. Claud. 38. qui monent, locutionem ductam ex militia, ubi milites extra ordinem suum in agmine egressi a

ductoribus in ordinem cogi dicantur.

8. *vulgari cum privatis*, v. ad 2, 29, 5. — — *ad continuandum magistratum*, v. ad 4, 22, 4.

9. *obsecundando mollire inpetum a.* v. ad 23, 14, 8. — *quod bene vertat*, v. ad 1, 28, 1. — *inpedimentum*, quod ipse haberet comitia, *pro occasione* continuandi magistratum.

10. *dejectis honore* petito, spe ejus consequendi fraudatis et de eo depulsis, (ut passim *spe excidere* et *dejici*, ἐλπίδος τ' ἀπεσφάλην ap. Eurip. Iphig. Aul. 742. et ἀποσφάλλειν τινὰ πόνου ap. Hom. Il. 5, 567. ubi v. Kœppen) quo sensu et simpl. *dejici* dicitur 38, 35. 47. ut *repelli* 39, 32, 3. *depelli* ap. Tac. A. 3, 32, 2. et *detrudi* ap. Suet. Cæs. 24. inpr. de petitore vel competitore, et *per coitionem*, h. e. congregationem hominum, eorum conrumpendorum, (inpr. ut quis adipiscatur honorem, vel eo dejiciatur) aliusve malæ rei perficiendæ causa; unde et *coire* pro convenire vel coire societatem ob malam rem, ut mox cap. 36 pr. Cf. 4, 44, 4. 37, 47. 38, 35. 39, 41. 40, 46. inpr. ad 2, 10, 7. et 10, 8, 2.

CAP. 36.)—1. *Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit*, desiit partes sibi non proprias et naturæ ingenioque suo haud adcommodatas agere, (nam *persona*, ut πρόσωπον, est ficta facies s. larva, qua histriones olim utebantur) h. e. dissimilate et aliter, quam sentiret et soleret, agere. Nos diceremus: *jetzt zog er die Maske ab*, *legte die Larve ab*. Ceterum *ille* recte pro *illud* dicitur. Cf. ad 24, 42, 6.

2. *inpotentibus consiliis*, inmoderatis, nimium violentis, imperiosis, superbis et tyrannicis, ad dominatum spectantibus, vel, ut *inpotens injuria* 8, 28. 38, 56. et *inpotens postulatum* 7, 41 extr., ab ejusmodi inpotenti, non satis moderato et civili, animo profectis. Nam *inpotens* non modo est, qui nihil potest, infirmus, tenuis, inpar, (ut *inpotens suarum rerum* 9, 14. ubi v. not. 4.) sed etiam qui potentia abutitur ejusque modum excedit, vel qui sui non potens est; unde *inpotens iræ* 5, 37. 29, 9. (al. *inpatiens*, ut ap. Ovid. Met. 13, 3.) i. *lætitiæ* 27, 50, 3. 30, 42, 6. i. *regnum* 7, 39. 8, 5. *crudelitas* 8, 31 pr. *tyrannus* 25, 28 extr. *rabies* 29, 9. *superbia* 42, 46. *inpotentia muliebris* 34, 2.

3. *consiliis, quæ secreto* (forte *secreti*) *ab aliis coquebant*, ut 8, 3, 1. agitabant, lente et clam moliebantur, ut *coquere* iram, dolorem, cœpta, bellum, πέπτειν s. πέσσειν κήδεα, χόλον cet. v. ad Sil. 2, 327. Similiter *consilia concocta* dicuntur 40, 11, 2. ubi Drak. et Duk. conj. *cocta*, ut Græv. ad Cic. p. Rosc. Com. 15. *coquendum* pro *concoquendum*, quia *coquere consilia* sit excogitare s. deliberare, et *concoquere* probare. Sed Ernesti in clave Cic. jam monuit, verba composita ex *con* sæpe pro simplicibus poni, intenta tamen vi simplicium.

4. *rari aditus* (genit. sing. num. sistentes, vel quum essent; Str. inf. in hoc cap. *hominum, non cau erant*, illorum, non harum ratione bant; cap. 38 *suarum rerum erant*, suis rebus unice vacabant, dediti 67. 36, 42. 45, 31. et al. *partium* alicujus esse et *facere*, 7, 30. *ut aut* *aut inimicorum simus*, iis faveamus, mus, et opem feramus, ut passi *esse alicujus*. Cf. ad 3, 48, 8. 3, 62, 5. 21, 11, 1. 21, 30, 5. 22, 50, 2. 37. 49. 55. 38, 3. Drak. ad h. l. ler. ad Alciphr. Ep. 1, 13. — quibus nihil facile probari poterat obstinati. — *Idus tum Majæ solen* 1, 32, 8.) *ineundis magistratibus* ante Cal. Sextiles. v. cap. 6. Causs tionis adfert Dionys. Hal. 10. p. 6

5. *denuntiatione ingentis terroris*, c tione ejus, vel re et facto, quo ter tiebatur. Cf. ad 24, 37, 8.

6. *suam cujusque vicem* v. ad 1, *orbem per omnes iret*, v. ad 1, 17, 4.

7. *nec adtinuisse*, non opus fuis 2, 41, 4.) *demi secures*, quæ dictato præferebantur, et jam a Valerio fascibus consulum exemtæ dic ad 2, 7, 7.

8. *non infimis solum, sed* etiam *Patrum*, v. ad 1, 40. n. 1. — *mem tatis vocem*, dignam libero hon tionem, ut 3, 69, 3. *orationem ma jestatis Patrum*, vel quæ eam respe rationem habuerit. Cf. ad 1, 28, 7 7, 31, 6. 7, 33, 2. 9, 3, 5. 26, Similiter *specimen virtutis deceptum gine decoris* 8, 7, 5. et alia poët quæ amat Noster.

9. *adpellatione conlegæ conrigi* cap. 34. n. 6. *Intercessio* h. l. no bunorum Patribus, sed unius conlegio conlegæ vel conlegis centis, aut horum consilia ac de sensu suo inpedientis. — *verte* verti. v. ad 2, 3. 2.

10. *hominum, non causarum, toti* 23, 14 med. v. sup. not 4.) u quippe *apud quos gratia*, studium *vim æqui haberet*.

11. *non prioris decreto stetisse*, ad contentum fuisse, illud servasse, Cf. 7, 6, 3. 35 pr. 8, 13, 3. 9, 5. 10, 30, 1. 21, 19. 26, 17. 28, 45. 34, 54, 6. Paulo ante *discede* omnes MSS. et edd. præter Gr *decedebat* legitur culpa forte typo

12. *possessum semel obtinerent imp* consequerentur, sed retinerent, vel obstinate tenerent. Cf. ad 2, 16. 7, 18. 9, 29. 9, 38, 9. 23, 24, 28. 40, 36, 3. Gron. ad h. l. Agric. c. 23.

CAP. 37.)—1. *libertatis captare*

clare pro, libertatem sperabant, *inde*, ab iisdem, *unde*, a quibus. " *Captare auram* propr. de eo dicitur, qui, vento obversus, ejus adspirationem ore patulo conligere conatur, (cf. Ovid. Met. 7, 557.) et hic transfertur ad plebejos, qui, ad patricios obversi, ex habitu oris eorum conjicere conantur, quæ libertatis recuperandæ spes supersit;" Drak. Cf. ad c. 33. n. 2. — *in servitutem elapsos:* ut Gr. ἐξολισθαίνειν, lapsum effundi, inpetu nimio effusum incipere, velut qui per glaciem cursitantes, pedibus abreptis, effusi ruant, vel per præceps acti desuper effundantur, *hinaus, hinunter gleiten;* Bauer. Alii conj. *lapsos*, vel *delapsos*, vel *relapsos*. — *in desiderium veniant*, desiderentur rursus, desiderium eorum veniat, redeat; Bauer.

2. *Quum interim mentio nulla fieri*, fieret, (v. ad 1, 35. n. 1.) *et*, etiam, *decemviri* cet.

3. *qui primo tribunicios homines* cet. Cf. ad cap. 35. n. 5.

4. *Hi ferre, agere plebem plebisque res*, spoliabant, expilabant plebem, ejusque res ad se rapiebant. Res quæ *ferri agique* possunt (ut 10, 34. 33, 13. et 38, 15. vel *rapi agique* 22, 1 pr. et *portari agique* 24, 16.) alias sunt res, quæ moventur (*Mobilien* v. ad 5, 25, 4.) et diripiuntur, ita ut *agi* ad pecudes, *ferri* vero (et *rapi* ac *portari*) ad alias res referatur, ut Gr. φέρεσθαι καὶ ἄγεσθαι, (v. c. ap. Dionys. Hal. 3, 31. 4, 39. Xenoph. exp. Cyri 2, 6. 5, 5. et hist, Gr. 3, 2.) Stroth. Cf. 10, 34. 22, 3. 38, 18. 39, 54. 40, 49. Drak. ad 33, 13, 10. et ad rem Dionys. 11, 2. qui tradit, adversarios decemvirorum insimilatos falso criminum, et vel exilio morteve adfectos, vel bonis exutos esse ab audacissimis juvenum.

5. *tum fortuna, qua* cet. cum successu tam prospero, ut cuncta, quæ quis potentior cuperet, ejus essent. Ita pro vulg. *quum fortuna* edidi auctore Strothio, qui etiam conjecit, *quum fortuna*, (res ipsæ) *quum quisquis cupitum iret, potentioris esset*, ut alii, *plebem plebisque res et fortunas, quum, quidquid cupitum foret, p. e.* vel, *quum fortuna, qua, quidquid cupitum, fieret, p. e.* vel, *quum, fortunæ quidquid cupitum foret, p. e.*, vel, *quum fortuna, quidquid cupitum foret, p. fecisset.*

6. *virgis cædi*, cædebantur, *alii securi subjici*, nonnulli etiam securi percutiebantur. Quidam legunt: *virgis cædi alii, alii* cet. Sed veteres passim sic brevius loqui, docent Gron. et Drak. Cf. ad 22, 29, 2. et Tac. Ann. 1, 57, 1. Ita Græci omittunt ὁ μὲν cet. sequente ὁ δὲ cet., Schæf. Cf. Baueri diss. de Thucyd. p. 43. Sic et 31, 21, 6. *L. Valerio inperat, ut altera parte duarum legionum equites, altera* cet. Omissum prius *altera* addunt edd. ante Gron., non MSS.

CAP. 38.)—1. *Idus Majæ venere*, cf. cap. 36 pr. Hunc esse tertium decemvirorum annum, et proximo demum iis substitutos fuisse consules, Glar. conlegit ex cap. 51. 56. 61. et 9, 34 pr. Cf. Dodwell. diss. de cyclis 10. § 86. ubi hanc chronologiam et Dionysio et Livio fuisse docet.

2. *ad inperium inhibendum*, adhibendum, exercendum, ostendendum, (Gall. *faire valoir;* Bauer.) ut inf. hoc cap. et 3, 59. 4, 53. 56. 36, 28. ubi v. Gron. *insignibus* sc. *inminutis*.

3. *Deploratur in perpetuum libertas*, pro plane amissa habetur, spes ejus recuperandæ abjicitur; ut passim *res deploratæ, comploratæ* et *conclamatæ*, locutione desumta a mortuis, qui deplorantur et conclamantur, ut 1, 41, 10. 5, 39. 22, 25. 25, 26. Cf. ad 4, 40, 1. Similiter 5, 40. (*spem et consilia communia*, pro omnium salute, *deplorare*, abjicere) 9, 7. 26, 12. Sic et *desperata comploratæque resp.* 22, 53. et *deploratos agros esse* 41, 6, 4. ubi Ern. male conj. *depopulatos*.

4. *nec ipsi* Romani *solum desponderant animos, sed* etiam *contemni* cet., ut mox: *Non nuntii solum, sed* etiam cet. v. ad 1, 40, 1. — *indignabantur* sc. finitimi populi: (Cf. ad c. 28. n. 6.) nisi potius leg. *inperium qui ibi esse — indignabantur*. Cf. ad 28, 12, 8. sed et ad 2, 56, 1. *inperium* pro *inperiumque* conj. Bauer.

5. *Destitutis inter Patrum et plebis odia*, decemviris utrique civium ordini invisis et ab eo desertis. Cf. ad 30. 44, 5. — *Is pavor perpulit*, vulg. *perculit*, male, v. ad cap. 30. n. 2.

6. *omnes* Patres *vastati agri — causas in se congesturos* sc. sciebant, vel *haud ignari erant*.

7. *tentationem* eam *fore*, (v. ad 24, 42, 6.) *abolendi sibi magistratus*, auferendi, adimendi, abrogandi: sane et omnino abolendi ac tollendi, ne amplius omnino essent in rep. Xviri; Bauer. Cf. ad 1, 23, 1. — *inperioque inhibendo* (v. sup. not. 2.) *in paucos præferocis animi*, v. ad cap. 62. n. 5. *mirabundam* (v. ad c. 47. n. 5.) *plebem convertit* in se. — *solitum quidquam liberæ civitatis;* al. *civitati*, quod perinde fuerit, nam voci *quidquam* datus est Genitivus; Bauer.

8. *quum et ipsi* decemviri id quod *non convenirent Patres* in curiam, ita *interpretarentur*, quasi *invisum* esset ipsorum *inperium consensu*, h. e. omnibus Patribus, (v. ad 24, 37, 9.) *et plebs, quia* decemviris, tamquam, finito jam ipsorum magistratu, *privatis, jus non esset vocandi senatum.* — *jam caput*, ducem, *fieri* sc. senatum.

9. *Hæc fremunt plebes;* al. *fremit* et *fremebat*. v. ad 1, 41, 1. 2, 33, 2. et 25, 28, 3.— — *indignitate rerum*, propter eam, *in agros cesserant*, concesserant, discesserant. Vox *rerum* del. forte; Gron.

10. *suarumque rerum erant*, (v. sup. ad cap. 36. n. 4. et 2, 18, 1.) *amissa* re *publica*, ejus administratione.

11. *inpotentium dominorum*, v. ad cap. 36. n. 2. — *adparitores*, v. ad 1, 8, 2.

12. *ad pignera capienda:* nam pigneribus

ablatis distractisve, aut mulcta dicta a magistratu, inpr. consule et censore, coërcebantur senatores et cives, inpr. qui citati non adessent. Cf. 37, 51. 43, 16. Gell. 14, 7. extr. Cic. Or. 3, 1. et Phil. 1, 5. Ceterum bona etiam absentium Patrum publicata tradit Dionys. 11, 22.

13. *senatum in diem p. edicunt*, v. ad 31, 49, 5.

14. *privatisque, si vis abesset*, inter quos et privatos nihil esset discriminis, præter vim, quæ ab ipsis, tamquam a magistratu, adhiberetur.

CAP. 39.)—1. *obnoxie* vel idem fere quod *obedienter*, demisse et subjecte, vel non libere et constanter, timide, humili, submisso et servili animo: nam *obnoxius* proprie dicitur tum is, qui *ob noxam* s. delictum pœnæ obligatus, (ut Festus dicit) deinde qui quocumque modo obligatus, obstrictus, (*verpflichtet*) aut inperio alicujus subjectus est; (cf. 7, 30 pr. 8, 28. 34. 23, 5. 29, 37. 35, 31. 37, 53. 38, 34, 42, 46 med.) tum cui facile quacumque de causa *noceri* potest, (ut 36, 32, 2.) adeoque infirmus; tum denique qui *noxæ* h. e. culpæ sibi conscius est, et hinc timidus, demissus, anxius, suspiciosus. Cf. 6, 34 pr. inpr. 23, 12 med. Gell. 7, 17. et Gron. ad Sen. de ira 3, 8.—Præc. *est* del. Gron. et Crev.

2. *Valeriis et Horatiis ducibus pulsos reges*, v. ad 1, 39. n. 2. De *Valeriis* res nota ex 1, 58. 59. 2, 2 extr. non vero de *Horatiis*, nisi huc referendum, quod de Horatio Coclite traditur 2, 10. vel M. Horatius Pulvillus propterea primo post reges exactos anno consul creatus est. v. 2, 8. *Decem Tarquinios*, homines mente ac superbia similes Tarquinio Superbo. Cf. 6, 40, 5. et ad 2, 58, 7.

3. *nec nominis* regis *homines pertæsum esse*, quod per se nihil contineret mali. — *deincepsque*, reliquos ordine. Cf. ad 1, 21, 8.

4. *quod* in *sacris etiam retentum sit*, sc. in titulo regis sacrificuli. Cf. 2, 2 pr. — *Superbiam tum perosos regis*, v. ad cap. 34. n. 4.

5. *in rege eodem*, uno, cui mox *tot privati* obponuntur. *in filio regis*, v. 1, 58. — *Neque se videre*, *qui*, quomodo s. cur, *sibi minus* cet. — *senatum cogere*, v. ad 32, 2, 4.

6. *quanto ferocior* (h. e. *fortior*, quod et multi libri exhibent; v. ad 1, 53, 7.) *dolor esset* in *libertate sua*, *quam cupiditas* in *injusta dominatione vindicanda*, vel partic. pro gerund., pro *vindicando libertatem et dominationem*, ut 5, 6 pr. et al. Illud *in* bis insertum ab editoribus ante Drak.

7. *exæquandæ sit libertatis*, v. ad cap. 24. n. 1.

8 *Populares* — *optimates*, v. ad cap. 35. n. 4. — *quid enim* vero, autem, δὴ γάρ τοι, *eos per populum egisse*, ut passim *enim*, *nam* et *namque*; quæ etiam sæpe tum in objectionibus, (in quibus etiam *minime vero*, vel simile quid, cujus deinde ratio reddatur, inpr. in adfectu, ut h. l., omissum videri potest) tum in transitionibus abhibentur. Sic *nam* 29, 8, 1. et 39, 26, 1. (v. Duker. ad Præf. Flori.) In objectionibus plerumque *enim* aliis particulis adjicitur, ut *at enim*, (4, 4 pr. 21, 40. 24, 26. al) *sed enim*, *verum enim*, *verum enim vero*, (4, 4.) *immo enim*, *enim vero*: nec tamen semper, ut 22, 25, 3. *id enim* (vero, cum vi aliqua) *ferendum esse negat*, et, quibus locis ab initio positum est, 23, 45, 7. 34, 32. Cf. ad 1, 51, 5. Mox leg. *nunc ita habeant*.

CAP. 40.)—1. *nec iræ nec ignoscendi modum*, rationem, qua vel iram exercere, et vim pœnasque adhibere, vel veniam et inpunitatem dare possent. Alii interpretantur: finem, vel medium quid inter iram et veniam. Baueri nota est: "*Modus* per dilogiam (cf. ad 24, 22, 4. et ad Præf. n. 6.) ad voc. *iræ* significat terminum, moderationem: non valebant iram cohibere; ad voc. *ignoscendi* sign. rationem, conditionem, *Möglichkeit*. Etsi et *iræ modus* esse possit, qua ratione iram ostenderent, effunderent: timebant indulgere iræ; nec tamen ita taciti ferre poterant. Illud mollius pæne; contexto quidem aptum utrumlibet."

2. *C. Claudii*, qui sententiam dicere jussus censuit, ante quam aliud ageretur, pristinam reip. formam esse reddendam. v. Dionys. 11, 11. De ipso v. cap. 15. et 35.

3. *oratio fuit precibus* magis s. potius, *quam jurgio*, *similis*, v. ad 1, 25, 11. — *orantis* Appium *per manes sui fratris*, de quo v. 2, 56 - 61.

4. *Quum aliud* cet. pro: etsi, quamvis aliud cet.

5. *Sententiam peregit*, v. ad 1, 18, 10. — — *verbo*, sententiæ, *adsensi sunt*.

6. *Alia sententia*, L. Valerii Potiti, qui dictatorem dicendum esse ab Interrege censebat. v. Dionys. 11, 19 sq. Ceterum paulo obscuriorem h. l. sententiam recte ceperunt Schottus Obss. 3, 38. et Stroth, qui ita eam declaravit: "*Alia sententia asperior* quidem s. atrocior verbis videbatur, sed re mitior s. lenior erat, quod non, ut Claudii, decemviros plane nullos esse magistratus *judicabat*; sed *censendo*, dum censeretur, (s. sententia diceretur in senatu) SCtum esse faciendum de prodendo interrege, judicatum quidem est, decemviros non habere consularem potestatem, concessum tamen, eos *quoscumque* h. e. qualescumque, tamen utique *magistratus esse*, quippe *qui senatum habuerint* s. coëgerint. Namque dum fieret SCtum, jam eo ipso concedebatur, senatum rite esse coactum, quia senatu non rite coacto nullum fieri poterat SCtum. Si autem senatus rite coactus esset, sequebatur porro, quum privatis eum cogendi jus non esset, eos esse magistratus, qui illum coëgerint; qualescumque etiam sint: dum etiam aliis magistratibus præter consules liceret, senatum cogere. Claudius

contra, *auctor nullius SCti faciendi*, dum SCtum fieri vetaret, senatum rite coactum negabat, atque sic decemviros judicabat privatos esse. Hinc ejus sententia re vera, et illa altera *in speciem* tantum *asperior erat.*" — Bauer monet, *censere* h. l. simpliciter, velut cum emphasi dici pro sententiam dicere, peragere in senatu, ex relatione legitime convocantis et consulentis, et *judicare censendo* pro constituere, ponere, firmum relinquere, dubitationi eximere, exque eo agere, ut certo, ei inniti. At Ernesti, *censere* esse h. l sententiam dicere ejusmodi, quæ perscribi SCto possit: obponi enim sententiæ ejus, qui nullam SCti formulam dixerit. Schotti interpretationem probant etiam Duk. et Drak, sed ille *ita* vel *hoc* ante *censendo* excidisse putabat.

7. *Ita labante jam causa decemvirorum*, alii *labente*: sed eo tantum adducti erant decemviri, ut eorum potestas nutaret, nondum tamen laberetur; Drak. Cf. ad Præf. n. 13. — *ut decemviros* ii, *qui decemviratum petissent*, (sed non consequuti essent, sc. C. Claudius, de quo v. cap. 35 extr.) *aut socii*, societate et amicitia cum decemviris, certe quibusdam, juncti, sc. L. Valerius Potitus et M. Horatius Barbatus, *aut hi maxime* (nam Valerius et Horatius acerrime in eos invecti fuerant) *obpugnarent*, inpugnarent. Sed pro *aut hi maxime* legendum videri *et* vel *atque hi*, vel *atque nunc maxime* (sc. belli tempore) jam alii monuere. Baueri nota est: "*Socii* non sunt *conlegae* utique Decemvirorum, quippe quorum nemo reliquos obpugnaret; neque *injuriæ* socii, qui non essent; nec vero *senatores* aut Patrum reliqui. Ordo esse videtur et ex eo sensus: Cur socii, qui decemviratum petissent, decemviros obpugnarent? Sint ergo hic socii olim competitores, eidem honori inminentes, in eadem causa cupiendi vel cupiti ac petiti decemviratus. Claudium tamen, patruum Decemviri, *socium* intellegas, cognatum, junctum, necessarium; nec minus Cornelium, Cornelii decemviri fratrem: ut *socii* sint amici, familiares, *ἑταῖροι*, sodales."

8. *vacua civitate* sc. a bello s. hostibus. Cf. ad 9, 13, 5. 31, 1, 7. 37, 25, 1.

9. *in turbido* sc. rerum statu, ut ap. Tac. Hist. 1, 21. et contra mox *re publica in tranquillum redacta*, vel metaph. 24, 8. *non tranquillo* mari *navigamus*. Cf. Gron. ad 28, 27.

10. *verum esse*, æquum, justum, utile, (v. ad 2, 48, 2.) *neminem rei tantæ*, bello præsenti propulsando *prajudicium*, detrimentum, *adferre*, (ut ap. Plin. Ep. 7, 6, 5. *cognitioni Cæsaris præjudicium fieri*, et al.) vel potius, quod Gron. monet, a nemine rem tantam, utrum scil. decemviri jure aut justi sint magistratus an non, præjudicari, (neminem dicere, unde eventus causæ jam nunc adnoscatur ac decernatur, rem non integram relinquere; Baueri et alii aliter, at contorte) *majore cura* cet. dum s. quamdiu alia cura, sc. de bello propulsando, gravior sit et præsentior. Cf. Dionys. 11, 18. *Præjudicium* est eorum, qui ante verum in foro judicium de re aliqua judicant, et jam antea, quid de ea sentiant, vel tacite vel palam ostendunt s. manifestant. Similiter 26, 2, 4. *pro præjudicato ferre*, ducere, habere pro re jam decreta, pro titulo, judicio et auctoritate Patrum confirmato, quem tamen *consultationi* senatus *reliquerant* Patres, permiserant, vel de quo judicium seposuerant. Cf. ad 5, 11, 6. 26, 29, 5. 35, 10, 5.

11. *senatu disceptante*, v. ad 1, 50, 5.

12. *ita se parare Appium, ut sciat* cet. id agere, ut paratus sit ad *rationem reddendam*, et hoc secum reputare. Cf. ad 35, 23, 3. Hæc vero verba pendent ab illis: *sibi placere.*

13. *nec rem aliam præverti*, v. ad 2, 24, 3.

CAP. 41.)—1. *In hanc sententiam ut discederetur*, v. ad 1, 32, 13. — *in concione* populi.

2. *imaginariis fascibus*, non legitimis, non eorum, quibus utendi illis jus sit, nec verum justumque honorem significantibus, sed ejus tantum speciem præ se ferentibus. Sic fere 5, 2. *proconsularis imago* contemtim et invidiose dicitur de tribunis mil. consulum loco rem publicam administrantibus, non vere consulibus iisque, dignitate inparibus. *Imaginarium* et *imago*, ut *species* et *nomen*, sæpe obponuntur *rei* et *personæ*. v. ad Tac. Ann. 3, 30 extr. — *Violentia* et *audacia* verba synon. neque transponenda.

3. *erit melius*, bonum, aptum, utile, *non, nisi de quo consulimus* Patres, (cf. ad. 2, 26, 2.) *vocem misisse*, mittere. v. ad 2, 24, 3. et 3, 48, 2. Sermo ira turbatus.

4. *reticere privato*, tacere ejus jussu metuve, ut 23, 12. Cf. ad Tac. A. 14, 49, 3.

5. *non, quod similabat, consulendo* ex IX MSS. et editt. ante Rhenanum restitui cum Stroth. qui ita h. l. interpretatur: *Cornelius complexus Appium, eo diremit certamen*, ut Appius, ejus precibus motus, *non consuleret* senatum ulterius de delectu habendo, *quod* consulere *similabat*, sed cuique copiam dicendi de alia quavis re concederet. Mihi tamen et hæc explicatio admodum dura videtur, et ipsa lectio inepta; sed non minus inepte in IX MSS. *non quid s. c.*, in uno *non qui s. c.*, in alio *non inquit s. c.*, et in editt. post Rhenan. *non cui s. c.* legitur. Forte Livius scripsit; *L. Cornelius complexus Appium*, adeoque precibus, *non, quod stimulabat*, vel potius *stimularet* s. *stimulasset* sc. Appium ad iram, ei *consulendo, diremit certamen.* — Mox *facta dicendi gratia*, h. e. copia s. facultas.

6. *Quum libertas*, Valerio concessa, *non ultra vocem excessisset*, (ut ap. Valer. Max. 3, 2. ex. 24.) sermone tantum contineretur,

neque ejus fines egressa in convicia, jurgia et vim degeneraret. Cf. 8, 33, 11. 25, 1. 33, 35. 34, 1. Redundat *ultra*.

7. *ab residuo odio*, ex eo, ob illud, v. ad 1, 1, 5. — *leniter ducta res*, tractata; vel protracta. Sic nonnumquam *bellum ducere*, (al. *trahere* et *extrahere*) ut forte 22, 25, 4. *in ducendo bello sedulo tempus trahere*, nisi hæc notio inest in verbis *tempus trahere*.

8. *Silentio Patrum*, iis silentibus, neque repugnantibus. Cf. ad 2, 27, 10.

9. *ad nomina respondent*, v. ad 1, 11, 3.

10. *decemviri inter se comparabant*, (v. ad 3, 2, 1.) *quos oportebat ire ad bellum*, vel relinqui in Urbe, (cujus tutela App. Claudio et Sp. Oppio permissa) *quos præesse exercitibus* in Sabinis, et in Algido adversus Æquos. Cf. cap. 38.

11. *in Fabio*, Fabii, *ingenium esse minus in bono constans*, magis *in bono*, justo et recto defendendo non constans et pertinax, *quam navum*, strenuum, (nam id propr. est *navum*, seu *gnavum*, unde *navare*, et contr. *ignavum*) solers et industrium, *in malitia*, sceleribus committendis; nisi potius *malitia* h. l. est vel versuta et fallax nocendi ratio, (v. Cic. N. D. 3, 30.) vel callida juris interpretatio al. calumnia. In MS. aut. non male legi *quam ignavum in militia ingenium esse* bene monet Schott. Obss. 3, 38. Vetus et rectior forte scriptura est *gnavus*, (unde *ignavus*) ut *gnotus* et *gnarus* a Gr. γινώσκω s. γνόω et γνωρίζω, etsi Cic. Or. 47. *ignavum*, *ignotum* et *ignarum* ob euphoniam pro *innavum*, *innotum*, et *innarum* dici monet.

CAP. 42.)—1. *per suum atque illorum dedecus*, v. ad 2, 38, 3.

2. *exutus omnibus utensilibus*, cibariis, victui necessariis, commeatu; quo sensu *res utiles* dicuntur 9, 43, 5. Cf. ad Tac. Ann. 1, 70, 6. — *victurus*, vitam sustentaturus.

3. *arma Tusculum ad*, h. e. præter, (v. ad 2, 23, 3. et Drak. ad 26, 5.) *subplementa* militum in prœlio interfectorum *decernerent* sc. mitti: nisi cum Gron. leg. *arma* illis, qui inter fugam illa jactassent aut dereliquissent, *ac subplementum*, milites in occisorum locum.

4. *ab arce Tusculi*, quod conditum erat in colle, (v. ad Sil. 7, 692.) unde perperam in MSS. et antt. edd. legitur *digressos*.

CAP. 43.)—1. *duo nefanda facinora*, fraudes, quibus pericre *Siccius*, (de quo v. ad cap. 31. n. 2.) et *Virginia*; (de qua v. cap. seq.) ille in *bello*, hæc *domi* s. Romæ.— — *secessionis* a signis, vel potius ab Urbe.

2. *mentiones sermonibus obcultis serentem*, v. ad 2, 1, 6. 7, 39, 2. 33, 32, 4. 34, 37, 1. et cf. Virg. Æn. 6, 160.

CAP. 44.)—1. *haud minus fœdo* (nisi malis *fœdum*) *eventu*, v. ad cap. 32. n. 1.

2. *honestum ordinem ducebat*, v. ad 2, 23, 4.
— *vir exempli recti*, ut nos dicir
emplarischer Mann.

3. *Perinde*, eodem, quo ille
eamdem recti et honesti norma
Numitoria, *instituta fuerat*, quip
dudum erat mortua, (v. Diony
que instituebantur, filia forte et
alii quoque liberi ei fuere.

4. *L. Icilio tribunicio* cet. v. a
5. — Mox *Appius*, *amore ame*
Gron.

5. *in servitutem adserere* vel *vin*
in foro dicitur is, qui liberum a
vum suum esse contendit, et sil
suum servum, vindicat; ut *in li*
eum, quem quis servum esse
sibi, tamquam suum servum,
berum esse adfirmat, et ab eo,
defendit. Hinc *adsertor*, et *ads*
ciæ, quæ propr. est controver
sive de possessione alicujus re
stram esse dicimus, quum aliu
sibi vindicet, sive de jure in
quem vel liberum esse dicimus
nostrum; (ut cap. 45 extr. et
deinde ipsum hoc jus, quod ve
tulare, sibi adrogare, vel pr
judex *dicere*, *dare* et *decernere* di
dum libertatem, de ea: non fo
quo passim *secundum aliquem dec*
care, *dare litem* (ut 23, 4, 1. e
Rosc. Com. 1.) vel simpl. *dare*
sententiam, dicitur pro: eam
quo, ex commodo sententiaque
veur de qn. Cf. ad Tac. Ann. 4,
diciæ secundum libertatem, ut con
servitutem cap. 57. vel *ab liberta*
tem cap. 57. vel simpl. *ab liber*
Vindicias secundum servitutem dar
cap. 56. *liberum corpus in servit*
cendum) alicui *addicere* s. trader
petita a rebus, quæ in auctionib
maximam licitationem, vel a
qui, quum solvere non possun
bus, tamquam mancipia *addic*
15. et inpr. 27.) h. e. traduntur
hæc notavit Bauer: "*Vindi*
libertatem et *servitutem* sunt h.
de statu hominis, qui liber an
dubio agatur: qui si pro *libero*
fuerit seque gesserit, maneat i
sessione (vel quasi) libertatis, s
usurpatæ; sin *servierit*, *interim*
potestate seu domini veri seu
sicut peregrinitatis reus manet
usu et quasi possessione civi
decernatur. Ergo *præjudicium* a
diciæ illæ, i. e. in quem statum
seratur, liber an servus interi
(domino cedat, an pro liber
eventum judicii; et Virginia
in servitutem serva declarabatur
huc vel jam nunc dominus inp
non ut liberæ parceretur; quod
bat Appius; nam servæ stupr

in crimen aut judicium. Iniquitas Appii, secundum servitutem vindicias entis, erat partim in consilio libidi- artim in neglegenda possessione sta- eri, quum adhuc serva non fuisset, libera se gessisset Virginia. Male t Stroth. *ut libera judicaretur:* quod n posset, in causa dubia et status ersia. Certe adderet *interim*, tan- ad eventum judicii. Quo quid opus jam judicata libera esset? Immo e sunt, ut *interea* maneat in statu donec de *jure* cognitum fuerit. Hinc *indicari* puellam in posterum diem, erim manere in propinquorum ma- beram vel quasi liberam, ut postridie ur, vere sit libera an serva."

taberniis literarum ludi, v. ad cap. 27. n. 3. *inister libidinis decemviri*, (ita forte leg. ositis vocibus. vel *decemviralis*, nisi *decemviri* est glossa) M. Claudius, cap. 57 pr. *minister cubiculi* Appii citur. Mox in MSS. rotundius legi, *natam*, (sc. dicens) *servamque adpel- ni se jubebat*, monet Grön. Bauerus *legi servam quoque*, nisi verba ab ip- sint transposita, aut *que* positum *que*, etiam, sicut et ipsam.

clamorem nutricis, puellam ducentis lum literarium et comitantis, ut gus pueros. — *populare nomen*, po- gratum. — *notos*, active, amicos e, qui norant seu nossent patrem, et sponsum, *Bekannte*.

sertor virginis, M. Claudius. v. not. 5. *jure grassari, non vi*, h. e. agere, in- ersequi, ut *g. consilio* 10, 14. *Gras- pr.* magno vel concitato *gradu* sum- studio ad finem aliquem contendere, *possessionem agri* 6, 5. et *ad decus* Sil. 1,

luctoribus, suadentibus iis, *qui aderant* amicis, notis, vel advocatis, vel e stantibus, *ut sequeretur* in jus vo-

Votam judici Appio *fabulam petitor, pud ipsum auctorem argumenti, peragit*, dictio a comoedia et partibus, in *dis*, translata. Cf. ad 1, 18, 10. et *Petitor*, qui a praetore aliove ju- it possessionem cet., actor, in causa , ut *adcusator* propr. in causa publica, *ide petitur*, ille, cui intenditur lis, vel n actio subcipitur.

subpositam s. subditam *ei*, Virginio, vera filia.

si publicae causa abesse, militantem pro — *absentem de liberis dimicare*, peri- vel vere certare, nempe per amicos;

ege ab ipso lata, lege XII Tabb., qua erat, ut is, qui in servitutem adse- , usque ad litem dijudicatam, liber t non in potestate adsertoris. Cf. 11, 31.

16. *vindicias det secundum libertatem*, v. sup. not. 5.

CAP. 45.)—1. *Appius decreto praefatus* sc. est. — *legem postulationi suae praetendere*, tamquam rationem adferre, hanc illa ful- cire, et illam citare ac praemittere, ut haec speciosa fiat, ut cap. 47. *decreto sermonem praetendere*, et Germ. *vorschützen, zum Vorwand brauchen, als Grund angeben*. Cf. ad 37, 54, 3. et 45, 42, 3. quibus locis Gron. emend. *bello* et *orationi;* sed alii jungunt *belli titu- lum*, (causam, praetextum) et *id ipsum argu- menti orationis*.

2. *si nec causis*, (nec respectu causarum) *nec personis variet* se, diversa sit, sc. libertas, vel potius lex. Verba seqq., quae ob nimi- am brevitatem obscura sunt, bene jam ex- plicavit Stroth. "Appius per calumniam juris duo hominum genera sibi invicem obponit; unum, quod in sua potestate sit, alterum, quod non sui juris, sed vel in pa- rentis vel in aliorum manu sit. Si de ho- mine, qui sui juris sit, quaestio oriatur, utrum in servitutem, an in libertatem ad- serendus sit, tum *id juris esse*, scil. ut usque rem dijudicatam liber sit, *quia quivis*, talis utpote sui juris homo, *lege agere*, atque ipse de libertate sua disceptare, *possit*. Hoc vero non valere in homine, qui non sui ju- ris, sed in manu aliorum sit; hunc liberum pronuntiari non posse, sed necesse esse, ut sub potestate sit, sive parentis, sive domini, ne alterutri fraus fiat. Quum igitur haec puella non sui juris sit, necesse esse, ut sub potestate sit, vel Virginii, qui se ejus patrem, vel Claudii, qui se ejus domi- num dicat. Quum autem Virginius, is qui pater dicatur, non adsit, in neminis nisi in Claudii potestate eam, donec Vir- ginius adveniat, esse posse. Hoc aperte declarant verba Appii ap. Dionys. 11, 31."

3. *adsertorem*, v. ad cap. 44. n. 5. *sistendam*, fore ut sistatur coram judicio *in adventum ejus*, si advenisset is.

4. *quam quisquam unus*, v. ad cap. 55. n. 13. *Reclamare*, clamore et vociferatione indignationem significare, ut *fremere*, fre- mitu s. tacito murmure. *reclamare* e MSS quibusdam et editt. antt. revocavi pro vulg. *recusare:* nam illud multo elegantius et aptius est, dura vero dictio, *adversus injuri- am decreti magis fremere, quam recusare* sc. id decretum; neque ab uno vel altero id re- cusari s. rejici vel repudiari potest.

5. *P. Numitorius puellae avunculus*, non *avus*, ut ex compendio scripturae legitur in om- nibus MSS. et antt. edd. Cf. inf. cap. 54. et Dionys. XI. qui dicit, Numitoriam Vir- ginii uxorem et sororem hujus Numitorii fuisse.

6. *lictor, decresse, ait*, jam decrevisse Ap- pium, decretum fecisse et pronunciasse, quod non amplius inmutari queat. *decresse*

sc. vindicias secundum servitutem, ut cap. 47. *Decernere* etiam dicitur prætor aliusve judex, qui ex edicto jus dicit. *lictor, descende, ait,* — *submove* MS. Veith.

7. *Placidum quoque* et sedatum *ingenium tam atrox injuria* (tum decreti iniquitas et celeritas, tum vis adhibita, et fastus tam decemviri quam lictoris) *adcendisset*, quanto magis acerrimum Icilii ingenium ac turbulentum. (v. ad cap. 35. n. 5. et cap. 44.) Brevitas rem narrantis æstui animoque impetuoso Icilii eam gerentis consentanea est.

8. *ut tacitum feras*, v. ad 1, 50, 7.— — *nuptam*, sponsam, quippe quæ, per vicos ad sponsi ædes ducenda, caput flammeo obnubebat. v. ad Juvenal. 2, 124. et 10, 334.

9. *duas arces libertatis tuendæ*, ejus præsidia, adjumenta et fundamenta, ut al. *columen, columna, propugnaculum, murus, turris, telum, clipeus, πύργος, ἕρκος, ἔρεισμα, ἕρμα, κίων, ἀσπίς.* Cf. ad 1, 55, 6. et Tac. Ann. 14, 31, 6. — *Huic* Virginiæ, δεικτικῶς.

10. *neque tu istud decretum sine cæde nostra referes* sc. domum, (h. e. domum abibis, non inmutato decreto) vel repetes, renovabis *umquam*, ullo alio tempore, si vel nunc aboleveris. Scheller in Lex. exponit: *referes* in ærarium, (quo leges vim suam obtinebant) vel inpune feres, vel exsequeris; quæ rationes duriores, opinor, sunt omnes.

11. *si hujus* (contemtim et δεικτικῶς) sc. M. Claudii *cesserit vindiciis* secundum servitutem, h. e. si, *ubi venerit*, in judicio tum habendo, M. Claudio, puellam, quam servam suam esse dicit, in servitutem adserenti, cesserit, neque filiam ab eo, qui vindicat, defenderit, (v. ad cap. 44. n. 5. ubi et contra dicitur *cedere secundum libertatem postulantibus vindicias*) *sciat, sibi conditionem filiæ quærendam esse*, inquirendam, vel respiciendam, animo reputandam, h. e. cogitandum esse, qualis futura sit conditio filiæ, si rapiatur ad stuprum et in servitutem abducatur. Vulgo hæc interpretantur: Si Claudio permiserit, ut filiam usque ad judicii diem domum abducat, sciat, alium sponsum filiæ circumspiciendum esse; propr. alias nuptias, quæ scil. sub *conditione* dotis fiunt: unde similiter dixisse videri potest Cic. Phil. 2, 38. *filiam ejus ejecisti, alia conditione quæsita.* Sed ut taceam, ita vocem *aliam* h. l. omissam esse, et *conditionem* pro sponsa potius, quæ uxor dicitur ratione dotis habita, quam pro sponso poni, verba *si hujus vindiciis cesserit* neutiquam illo modo explicari possunt: nam decemvir jam Claudio jus dederat abducendi filiam, pater vero absens erat adeoque illud nec permittere nec prohibere poterat; post ejus autem adventum dies judicii constituta erat, ut quæreretur, utrum puella non nunc, sed in perpetuum Claudio tradenda esset necne. Quod si tamen vox *vindiciæ* eo, quo supra diximus, sensu capitur, (quo omnino capienda e
modo pater alium sponsum filiæ pot
rere, si M. Claudii *vindiciis cessit*, adeo
et serva et scortum fit? Icilius profi
vindicaturum sponsam in libertatem, h. e
surum esse ejus libertatem, neque
rum, eam a M. Claudio abduci, sc
pater adveniat. Qui *ubi venerit*, ips
viderit, curet, *de filia quid agat*, et *si*
jus Claudii *vindiciis* secundum ser
(perpetuam) *cesserit, sciat, condition*
deplorandam ipsumque ejus causa
Declarat itaque, sibi nunc *sponsæ*,
ubi venerit, filiæ conditionem curæ
esse. Cf. ad cap. 44. n. 5.

CAP. 46.)—1. *tribunatum etiam*
rantem, memorem ejus gesti, residu
spiritus gerentem ac ferocientem, v
etiam eum revocari: quod *spirare* al
futuro magis et consilio dicitur, hic
terito; Bauer. Cf. ad Sil. 3, 240.
cum seditionis quærere, h. e. facultat
portunitatem seditionis movendæ
cap. 50. Cf. Corte ad Plin. Ep.
Sed forte leg *seditioni* h. l. et inf. c.
v. not. 7.) more Livii. quem multi
plis inlustrant Gron. et Drak. Cf. a
4. 3, 35, 1. et ad Tac. Ann. 2, 64, 6

2. *Jus eo die se non dicturum*, de ba
cogniturum, *neque decretum interpo*
inter duas quasi partes facturum, v
dicio simul facturum, (ut ap. Cic.
48. 5, 19.) vel obpositurum, (ut in
1. *interponere se* de tribunis pro vul
cedere, vel *consilium* 35, 35. et *inser*
ubi vid. n. 4.) vel potius cognition
adjecturum. — *vindicari puellam*
secundum servitutem. — *Quod*
quodsi non.

3. *neque legi suæ latorem se defore*, v.
44. n. 15. *Deesse alicui rei* pro, ea
gere, non curare vel tueri, ei non
cere; unde inf. cap. 50 med. *nec illi*
nec suæ libertati se defuturos, se et illi
rem non neglecturos sed vindicat
suam libertatem defensuros esse;
non defuisse fortunæ, ea usum esse;
extr. et 27, 28 pr. *occasioni suæ dees*
27. *ne tempori deesset*, ne obportunu
pus præterire pateretur; 8, 30, 4.
militi, non miles duci defuit, alter alte
virili parte adjuvit. Cf. et 23, 14 p
extr. 26, 38, 4. 28, 8, 2. (ubi *dees*
dicitur seq. *quin* pro: nil intermitt
deesse occasioni, de quo v. ad Sil.
36, 4, 1. — *pergere inde recta* sc.
passim. v. Drak.

4. *Quum instaret*, postularet, *ades*
elle, M. Claudius, (v. ad cap. 44.
vindicaret eam in libertatem Iciliu
ad proximum diem, et hanc ob
sponsores daret, qui fide et periculo
mitterent vadimonium, h. e. præ
puellæ in judicio, sive eam sisten

[redacted]

— *id ipsum agi* a se, se agere id, h. e. animo secum agitare.

5. *dum præciperent iter*, ante caperent, (ut al. *prævertere*, *præsumere*, et quod 22, 41, 5. et passim in multis libris nec minus apte pro *præcipere* legitur, *præripere*: cf. ad Sil. 4. 802. 16, 337. 390.) h. e. prius ad castra contenderent et venirent, quam nuntii mox ab Appio eodem missi. — *et se quisque* cet. v. ad 2, 42, 7.

6. *ne ejus*, hujus tantum, (ut mox *unius*) *rei causa sedisse videretur* sc. in tribunali juris dicendi gratia. *Sedere* et *considere* dicuntur tum magistratus, et quidem vel pro rostris in subgestu et sella curuli, vel, ubi jus dicunt et quæstioni præsunt, in tribunali, tum judices, eorum consiliarii et advocati vel patroni partium; ut contra *surgere* et *stare* dicentes — sive in senatu, sive in judiciis. Cf. 26, 48, 6. 34, 61. 40, 8. Drak. ad h. l. et Ernesti clav. Cic.

7. *omissis rebus aliis*, τὰ ἄλλα μεθεὶς s. ἀφεὶς, al. relictis, prætermissis, sepositis, neglectis, non curatis; ut *omittere mota arma*, bellum inceptum, 21, 11 extr. *hostem* 22, 12. *Gallicum bellum* 23, 25. *Italiam* 23, 32, 4.— — *nemo adibat* Appium, ut judicem.

8. *Ne Virginio commeatum dent*, v. ad 1, 57, 2.

CAP. 47.)—1. *quum civitas*, omnes cives, *expectatione erecta staret*, v. ad 2, 54, 12. Sic πόλις, *civitas*, *urbs*, (ap. Sil. 2, 257.) et nomina regionum pro incolis ponuntur; v. c. *Etruria Sutrium socios* — *obsidebat* 6, 3, 1. *Setiam*, *ipsis querentibus* 6, 30, 4. *Plistiam*, *socios Rom.* 9, 21 extr. *Nuceriam petentes*, 9, 41 pr. *Latium Copuaque agro mulctati* 8, 11, 9. *Patarium*; *eos* cet. 10, 2. Cf. ad 6, 3, 1. 6, 4, 5. 21, 7, 2. 21, 39, 4. 24, 29, 3. (ubi Stroth. contulit Diodor. 12, 63. τὰς Ἀθήνας — δ' αὐτῶν sc. Ἀθηναίων, c. 73. [illegible] κατὰ κράτος τὴν πόλιν, — αὐτοὺς δὲ cet. c. 62, εἰς τὴν Καρχηδόνα — δ' αὐτῶν sc. Καρχηδονίων, et 13, 43. εἰς Καρχηδόνα— αὐτοῖς) 24, 35 pr. 36 extr. 26, 19, 10. 28, 19, 1. 29, 14, 8. 30, 44, 3. 31, 16, 3. 32, 15, 4. 32, 18, 2. 37, 56, 3. 38, 28, 5. 44, 7, 3. 44, 30, 6. et ad 1, 41, 1. Gron. de pec. vet. 1, 3. p. 76. et 2, 4.

2. *Virginius sordidatus*, v. ad 2, 54, 5. Pro *suam* in MSS. et edd. ante Curion. *suum*, unde Gron. conj. *cum*. — *aliquot matronis*, quæ de partu non subposito testarentur; Duk. Cf. Dionys. 11, 34.

3. *cum ingenti advocatione*, advocatorum multitudine. v. ad 3, 15, 8. et 26, 48, 4.— — *prensare homines*, v. ad 2, 61, 4.

4. *precariam opem*, precibus inpetrandam, unde *debitæ* obponitur, ut *precarium auxilium* 8, 35. *justo*, quod jure intercessionis continetur, et *precaria libertas*, precario data et relicta a potentiori, 39, 37. *æquo fæderi*. Hinc et *precario petere* et *dare* 34, 62.

5. *si incolumi Urbe ea liberis suis sint patienda, quæ*, si *capta* sit ab hostibus, tamquam *ultima* et extrema *timeantur* et timeri possint. — *prope concionabundus*, ut *in modum concionantis* 6, 14, 10. h. e. clara voce concionem habentis vel coram concione loquentis e loco superiori aut pro rostris, de re graviter dicenda, ut ap. Cic. Tusc. Qu. 1, 49. *concionabundus* i. e. concionans, (quod particip. primo casu non est usitatum) ut 33, 32, 7. *mirabundi* pro *mirantes*; Bauer. Cf. ad 3, 38, 7. 25, 37, 4. 26, 16.

6. *tanta vis amentiæ verius quam amoris*, i. e. magis, potius, si vere dicendum sit; brevius dictum, velut ita evolvendum: vis rei, animi, quæ amentia verius diceretur, quam amor; Bauer. — *in tribunal escendit*, al *adscendit*. v. ad 2, 28, 5.

7. *querente petitore* M. Claudio. v. ad cap. 44. n. 12. — *per*, propter, *ambitionem*, v. ad 2, 27, 5. — *interfatur*, interpellat sermonem Claudii, nisi simul significat, eum interea *jus fatum esse*, dixisse; Drak.

8. *Quem decreto sermonem prætenderit*, v. ad cap. 45. n. 1. Mox *tradiderint* Gron. explicat: potuerint tradere, si voluissent nempe, utpote propiores memoriæ temporum illorum. Sed veram Livii mentem recte ita cepit Stroth. “Varios apud varios auctores (v. c. Dionys. 11, 35.) invenio Appii sermones, quales vulgo fingi solent; et forsan inter eos est etiam unus aut alter *verus*, h. e. re vera sic ab Appio habitus. Quum vero apud nullum scriptorem talem inveniam sermonem, qui justam (probabilem) rationem tam *fœdi decreti* adferat, nullum eorum referam, sed modo decretum ipsum *nudum proponam*; quum id saltem certo *constet*, hoc eo pertinuisse, ut *vindicias secundum servitutem* (v. ad cap. 44. n. 5.) *decerneret* Appius.” Cf. similis Livii excusatio 6, 12, 2. et 29, 14, 5.

9. *Primo stupor omnes admiratione — defixit*, tam graviter perculit, ut torperent et obmutescerent, adtonitos reddidit et torpidos, præ stupore, sine motu, voce et intermissione, oculis in eadem loca ac res vel in humum *defixis*, ut Jason ap. Apollon. 3, 422. ὁ δὲ σῖγα ποδῶν πάρος ὄμματα πήξας Ἧσθ' αὔτως ἄφθογγος, ἀμηχανέων κακότητι. Cf. ad 21, 33, 2. ad Tac. Ann. 3, 1, 9, et Sil. 9, 253. Nonnulli locutionem desumtam putant a stylis æneis acubusve, quibus veneficæ ac magæ vel simulacra cerea, formata ad similitudinem illorum, quibus vim coëundi vel omnem agendi potestatem auferre voluerint, vel nomina eorum tabellis inscripta, additis incantamentis aut adscriptis inprecationibus, defigere s. confodere consueverint, de quo v. Heins. ad Ovid. Am. 3, 7, 29. et Ernesti clav. Cic. Cf. 1, 29 pr. 6, 40 pr. 7, 10 extr. 8, 7 extr. 21, 33. 22, 53. et Duk. ad Flor. 2, 6, 59. — *silentium tenuit*, v. ad 2, 3, 6.

10. *Placet pecudum* cet. Cf. 4, 2, 4.

[redacted]

11. *Pasurine hæc isti sint* sc. adstantes et inermes, δεικτικῶς.

CAP. 48.)—1. *alienatus* (*alienato* in edd. præter princ. et Drak. non in MSS. nisi in duobus minimæ auctoritatis) *ad libidinem animo*, a sana ratione et justitia aversus, (v. ad 10, 29, 1.) et in libidinem modo intentus, Stroth. Sed nemo ita loquitur, ubi præsertim aliquid interponitur; leg. *alienato*, averso, avocato a re, a causa vera et æqua *ad libidinem*; Bauer. Eodem sensu *alienatus* servari potest: (cf. 25, 39.) sed illæ explicationes verbi haud probandæ videntur, nec id aptum h. l., nisi legeris *ab libidine* (v. ad 1, 1, 5.) vel potius, quod idem est, sed minus ambiguum, *ob libidinem*. μαινόμενος ὑπὸ τοῦ πάθους Dionys. 11. 33. Mox *negat*, *hesterno tantum convicio* cet. pro: *dicit, non hesterno tantum convicio — sed certis quoque indiciis* cet. Cf. 3, 55, 9. 4, 60, 3. 22, 12 al. Alii alio modo hanc dictionem expediunt. v. ad 1, 33, 7.

2. *cum armatis descendisse*, v. ad 2, 54, 13. — *quiesse erit melius*, quiescere, ut c. 41. n. 3.

3. *si quid inclementius* cet. v. ad cap. 21. n. 2.

4. *prope Cloacinæ* statuam vel potius templum (v. ad 1, 33, 6.) *ad tabernas* Novas, v. ad cap. 27. n. 3. *Cloacina* vel singularis dea, cloacis præfecta, cujus simulacrum in cloaca maxima repertum Tatius consecravit, (v. Lactant. Inst. 1, 20. §. 11 Spanhem. de pr. et usu num. diss. 10. p. 191. et Intpp. Augustini de civ. dei 4, 8.) vel, si hoc numen a Patribus eccles. effictum est, leg. *Cluacinæ*, ut sit *Venus Cluacina*, de qua v. Plin. 15, 29. s. 36. De æde deæ cf. Martian. urb. Rom. 3, 5. Panvin. descr. Urb. reg. 8. Fabric. descr. Urb. c. 10. Nardin. Rom. vet. 5, 8. Mox *Te — consecro*, devoveo diis inferis, h. e. morti.

5. *multitudine prosequentium* juvenum (quam vocem non male adjiciunt edd. ante Ald. quoniam *matronæ* et *viri* mox seorsum memorantur) *tuente* eum a vi lictorum, (al. *ruente*) *ad portam* Urbis *perrexit*, ut ad exercitum rediret, et tumultum concitaret in castris. Agmen prope CCCC hominum cum eo ad castra contendebat. v. cap. 50 pr. Conf. ad hæc et seqq. 1, 59.

6. *puellæ infelicem formam*, quæ eam reddiderit infelicem. Cf. Juvenal. 10, 289 sqq. necessitatem ita agendi.

7. *querentibus subjicit*, v. ad 1, 59, 7.

8. *Virorum vox*, oratio, *tota*, plena, *erat tribuniciæ* cet. vel tota pertinebat ad tribuniciam cet., de iis agebat, in iis rebus unice versabatur. Cf. ad c. 36. n. 4.— — *publicarum indignationum vox tota erat*, versabatur in querelis de re publica, ad eas composita erat; Bauer. Cf. ad 2, 41, 1. 3, 3, 1. 3, 62, 5.

CAP. 49.)—1. *retractantem* (al. *detrectantem*) *adripi*, propr. retrahentem sc. se, h. e. detrectantem, repugnantem, recusantem, *tergiversantem*, ut c. 52. et 37, 18. unde *sine retractatione* 6, 28, 1. ubi vulgo legitur *sine detrectatione*, ut h. l. *detrectantem*. Cf. Drak. ad h. l. et Ernesti clav. Cic. — *adparitoribus*, v. ad 1, 8, 2. — *si jure ageret* cet. h. e. si Appius sibi pro jure et potestate magistratus ita agendum putaret, se defensuros Icilium adversus eum, qui non magistratus, sed privatus esset; Duk. Cf. c. 38 extr.

2. *In concionem adscendit*, v. ad 2, 7, 7.

3. *Jam pro imperio* cet. v. ad 2, 56, 11.

4. *Agitatus deinde consiliis, ad quæ, adsentiendo*, adsentiens, (v. ad 1, 8, 4.) m. a., *trepidaverat*, quum varia consilia animo volvisset, (vel potius, quia *agitatus*, ut Drak., non *agitatis*, ut Sigon. et post eum alii edidere, legitur, mente ejus variis consiliis, quæ varii dederant amici, turbata) circa quæ per aliquod tempus fluctuaret, dum mox hoc suadenti adsentiret, mox aliud consilium danti; Stroth. quo auctore ex omnibus MSS. *trepidaverat* restitui pro vulg. *trepidus*, et pro *atque* reposui *ad quæ*. Cf. ad 1, 7, 7. et 1, 14, 6. Similiter, nec tamen plane eodem sensu, *ad arma trepidare* 9, 37, 7. 23, 16, 6, et *trepidante tota civitate ad excipiendum Pœnum* 23, 7, 11. h. e. prægestiente: nam *trepidare* est præ moræ impatientia et lætitia vel cupidine alicujus rei, ad modum equi generosi frenum mordentis, trepidare, et hinc simpl. festinare, properare; Doer. Verbum *trepidare* indicat non motum aliquem simpliciter ad capessendam rem, neque omnem tumultum illum, qui fit ante concursum, sed motum cum festinatione aliqua, sive e terrore repentino, sive quacumque alia subita re, ex qua festinatione aliquid confusionis tumultusque (*Getümmel, Gewühl*) oritur; Ern. Cf. Ern. in Actis Erud. ad a. 1743. p. 17. Gron. inf. ad 27, 1. (ubi docet, *trepidare* esse satagere, commovere se, negotium capessere) et 44, 14. 38. extr. Pro *ad quæ* etiam conjicere possis *per quæ*, ut 44, 6. *subinde per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans*.

CAP. 50.)—1. *in monte Vecilio*: is a nemine memoratur, ut nec alia locorum hominumve nomina. Quæ tamen causa non legitima est Livii verba tentandi: ita enim infinita et in Livio et in aliis scriptoribus mutanda essent; Drak. qui idem monet ad 8, 12. 42, 21. et al. Cf. Ern. clav. Cic. in ind. geogr. v. *Acherini*. — *nuntiant decemviris, ut* cet. v. ad 25, 22, 1. — *strictum etiam telum tota in se castra* (exercitum omnem) *convertit*, sublatum scil. et *cruore*, ut *ipse, respersum*. *Telum* vero est omne instrumentum, quo nos defendimus vel vim inferimus, h. l. culter lanii, (cf. Dionys. XI.) ut securis 1, 40 extr. gladius 31, 34.

[redacted]

udes 34, 15. falces gæsaque 9, 36, 38, 29. hinc et remedium, tutela, m, adjumentum, ut 3, 55 pr. 69, 2. 5, 29 extr. 6, 35. Cf. ad 1, 43, 9. 21, 44, 9. — *Togæ* obponun-, ut togati et *pagani* militibus et Cf. not. 5. ad 3, 10, 15. 4, 10, 5. 1. 9, 25, 3. 22, 23, 1. 22, 38, 5. et al. 16, 7.

repidatione concurrentium, post cele- cursum hominum, *turba constitit*, cessavit, vel multitudo eorum

beræ ac pudicæ vivere licitum fuisset, , 44, 6. — *contumelia liberos amitti*, ertatem et pudicitiam amitterent, cipia et scorta fierent.

illius dolori — se defuturos, v. ad n. 3.

immixti turbæ militum togati, (cf. not. ives qui cum Virginio venerant, *rendo eadem illa*, quæ Virginius, *do-* triste rei spectaculum non satis rbis exprimi, *simul*, tum, *nuntiando*, a Virginio narratam, (potestatem rorum labefactatam; Drak.) *Ro- gatam esse*, maximam partem con- t ad exitum pæne adductam, (ut *prælium* 10, 28, 9. 28, 2. 38, 25. 35, 6. et 21, 40 extr. ubi obpo- *mittere bellum*, h. e. incipere, et *conficere*; cf. ad Tac. Ann. 14, *insequutique*, et alii, hos priores equuti, *qui* (forte leg. *quod* vel *eo* endacio rem augentes *dicerent*— nque hoc hominum genus ita *per-* perfecerunt, *ut ad arma!* ab omni- *aretur*. — *simul his, simul his*, v. ad

rium si quis inhiberet, v. ad c. 38. n. 2. *ope ab ipsis* decemviris *datum locum esse*; forte *seditioni*. Cf. ad cap. 46. Mox leg. *Ser. Sulpicius*. v. ad cap.

Valerium et M. Horatium, viros popu- . sup. cap. 39. 41. et 49. — *invi- erre*, v. ad 2, 60, 1.

51.)—1. *ad eum ipsum primum*: τὸ undat et forte inducendum, quia ginius proxime nominatus et lo- st; Bauer. — *ista de me judicia* et a, quibus indicatis, me tali honore a vobis judicari. — *si quis usus*, 32, 3.

cii cædis, de qua v. cap. 43.

comitiorum militarium prærogativam, creationem tribunorum militarium prærogativam, *sequerentur urbana* ta ut decem tribuni militares, in o a militibus creati, mox Romæ *lebis crearentur*. Sic fere 21, 3 pr. *tiam militarem favor plebis sequitur*) , 12. *Prærogativa* et *principium* (9, , *Fausia tribus* vel potius *Fausia tribus fuit principium*) propr. dicitur tribus vel centuria, quæ sorte primum ducta etiam ab eo, qui comitia habebat, primum vel *præ* reliquis *rogabatur* subfragium, (nam centuriæ prius quam subfragia ferrent, sortiebantur) ut, quæ proxime post eam, *primo vocatæ* 10. 15. 22. Prærogativæ auc- toritatem plerumque sequebantur ceteræ, (cf. 21, 3 pr. 26, 22, 7.) quæ *jure vocatæ* (h. e. eo ordine, quem Servius fecerat) adpel- labantur, (ut 5, 18. 26, 6. et *quæque intro vocatæ* 10, 13, 9.) et id quoque spectari solebat, ut prærogativa haberet nomen boni ominis. cf. 9, 38 extr. et 24, 7-9 (Ascon. in Divinat. "*Jure vocatæ*, quod in his sequente populo, ut sæpe, prærogati- varum voluntatem jure omnia complecren- tur.") Hinc factum est, ut eadem pro bono in ferendis subfragiis omine, et sig- nificatione aliqua diceretur. Ceterum *cen- turia* et *tribus* promiscue olim dicebantur, et tribuum passim quoque (v. c. 5, 18 pr. et 25, 2.) mentio fit in comitiis centuriatis. (v. Gron. Obss. 4, 1. et Ernesti clav. Cic. v. *tribus*) Hinc etiam centuriis eadem, quæ tribubus, nomina erant. Sic 24, 7. 26, 22. et 27, 6. *centuriæ* (ut al. *tribus*) *Aniensis*, *Veturia* et *Galeria* memorantur, et quidem *juniorum* ac *seniorum*, quoniam cen- turiarum cujusque classis dimidia pars erat *seniorum*, dimidia *juniorum*. (v. 1, 43. sed et inf. ad 26, 18, 6.) — Quæ quum ita sint, Icilius (ut verba Drak. mea faciam) inpedire volebat, ne plebs comitiis tributis omen futuri tribunatus plebis, datum illis, qui subfragio militari in Aventino tribuni militum creati essent, ratum esse, eos- demque illos tribunos plebis jubere posset: id enim si eveniret, ipse ab hoc honore, cui inminebat, exclusus fuisset. Per pro- lepsin autem hæc adcipienda sunt, ut et alia loca, (v. c. 1, 34, 14. 5, 18. 8, 18, 2. 10, 22 al.) si post expletas demum XXXV tribus, h. e. post a. V. c. DXII ratio comi- tiorum centuriatorum, a Servio Tullio in- ducta, sic iumutata est, ut in comitiis *una* ex omnibus *tribus*, et ex hac *centuria*, eæque *prærogativæ*, sorte ducerentur. Sed hoc jam prius factum esse, probabile faciunt Duker. ad Liv. 5, 18. et Perizon. Animadv. hist. c. 4. — *imminens ei potestati*, ejus cu- pidus, ad eam adspirans. Nam *imminere* significat vel viciniam, (ut 8, 24, 4. 22, 15 extr. 24, 40, 4. 25, 25, 1.) vel exspecta- tionem, vel cupiditatem. Cf. ad 4, 25, 3. 8, 23, 8. 23, 16. 25, 20. 26, 43, 3. 30, 28. 31, 14. 33, 11. 40, 57.

4. *Porta Collina*, per eam, ut 26, 10. 27, 37. al. v. Drak.

5. *soliciti de summa rerum*, salute reip. v. ad 3, 5, 6.

6. *se in ordinem cogi*, v. ad cap. 35. n. 7.

CAP. 52.)—1. *Per M. Duilium* (de quo v. 2, 58. 61.) *certior facta plebs*, *edocta*,

monita: nam alioqui *certiorem facere* de *nuntio* tantum rei gestæ ponitur, non de præcepto aut consilio vel monitu; Bauer.

2. *in Sacrum montem*, v. ad 2, 8, 3. et 2, 32 pr. — *deseri Urbem:* nam mons Sacer erat trans Anienem, tria ab Urbe millia passuum. v. 2, 32. Mox Gron. conj. *Admoniturum Sacrum montem constantiæ plebem: scituros, quàm sine restituta potestate tribunicia redigi in concordiam res nequeant.* Sed optimos quoque scriptores dixisse *scio*, *credo*, *dico*, *ignoro*, *quod* cet. docuere Drak. ad h. l. et Perizon. ad Sanctii Minerv. 3, 14, 16. et vox *tribunicia* forsan omissa, quoniam loquitur Duillius, qui tribunus fuerat, nec aliam facile potestatem intellegi posse putabat. Baueri nota est: " *sine*, non, *restituta potestate*, vel sine restitutione ejus. *Scituros quod* puerilis barbaries, et forte leg. *secuturos* h. e. obsecuturos. quo tamen sensu non dicitur, et frigeret h. l., vel *scituros* est a *sciscendo*, quasi foret, Patres scituros, quidquid plebi placuerit. Verum non Patres *sciscere* dicuntur, sed plebs. Altiori vitio locus laborat." Cf. ad 45, 41, 1.

3. *Via Nomentana* et *Ficulensis* s. *Ficulnensis* quæ ad *Nomentum* et *Ficuleam* s. *Ficulneam*, Sabinorum oppida, ducit. Cf. Drak. et Adleri Beschr. d. St. Rom. p. 60. Hinc et *porta Nomentana* 6, 20, 8. non, ut vulgo legitur, *Flumentana:* nam illa longissime aberat a Capitolio, hæc ipso Capitolio subjecta in campum Martium ducebat. Cf. Nardin. Rom. vet. 4, 4.

4. *modestiam patrum suorum*, qui olim in eodem monte quieti sese tenuerant. v. 2, 32. — *retractante*, v. ad c. 49. n. 1.

5. *quam togatorum aliorum*, a. civium. In omnibus MSS et edd. ante Froben. *togatorum aliorumque*. Tum *togati* sunt cives honestiores, et *alii* homines de infima plebe, qui tunica sine toga utebantur, et hinc Cic. Agr. 2, 34. *tunicati*, et Horat. Epist. 1, 7, 65. *tunicatus popellus* adpellantur. Sed *togati* etiam omnes dicuntur cives, ipsique *lictores* erant *togati*, a quibus tamen ita distinguerentur. Cf. Lips. Elect. 1, 23.

6. *eam potestatem* tribuniciam *eripuere patribus nostris*, vi expressere, extorsere majoribus, perfecere, ut hi institui eam plebique dari paterentur. — *ne*, nedum, vel tantum abest, ut (cf. Gron. et Drak. ad h. l. et Parei Lex. Crit. p. 776.) *ne*, nedum, vel tantum abest, ut *nunc*, *dulcedine semel capti*, *ferant desiderium* hujus potestatis, ea careant æquo animo. Cf. similis locus Cic. de Leg. 3, 11 extr. a Livio forte expressus.

7. *futuros se in potestate Patrum*, v. ad 2, 56, 16. — *simul orant, ut ipsis ab invidia caveatur*, sibi præstetur securitas, *ac monent, ne suo sanguine* cet., suadent, ut avertant periculum, ipsis Patribus inminens, si plebi talia permittant indulgeantque ejus iræ.

CAP. 53.)—1. *decemviris ab ira pra*
iis prospicere et securitatem præsta
cap. 52 extr.

2. *conposito consilio*, formato s. disp
ut 4, 13. vel potius capto jam ex c
sito (5, 14 pr.) s. conpacto, *verabred*
2, 37 pr. 25, 16. 40, 40 extr. et al.
rare inter se. v. ad 3, 2, 1.

3. *ea postulavit, ut* cet. v. ad 2, 29. 6

4. *ne cui fraudi esset*, damno, (v. ad
8.) vel sceleri, ut *capitalis fraus* 23,
ap. Cic. p. Rab. perd. 9. Cf. ad 22, 1

5. *quæ consilii fuerunt*, ante a vobi
berata, et quæ *postulastis*, *adeo æqua* su

6. *Scuto vobis magis, quam gladio, o*
magis vis decemvirorum a vobis p
sanda est, quam iis inferenda. Cf. a
Liv. 57. n. 3. — *nec inferendo in*
inferens, (v. ad 1, 8, 4.) *nec patiend*
Si cet. non male interpungitur in edd

CAP. 54.)—1. *alii decemviri*, v. ad
2. — *Haud ignaro inminet fortuna* ad
h. e. mihi; ut sup. cap. 38 med. *haud* i
sum, *quanta* mibi *invidiæ inmineat te*
— Mox *arma* sunt tribunatus et prov

2. *dandus invidiæ est sanguis*, odium
guine meo (h. e. morte mea) exple
est. *Nihil ne ego quidem moror, quo min*
v. ad 2, 24, 5. et 2, 45, 7. — *Q. Furi*
tifex max. tribunos pl. crearet, h. e. c
tribunis pl. creandis haberet. v. ad 7,
Ita etiam pontifex comitia habebat
fici maximo creando 25, 5 pr. Ex qu
Gruchius de comit. 1, 3. et 2, 3. co
pontificibus ante legem certe Don
jus cum populo agendi et comitia h
fuisse. Cf. Duk. ad 25, 5, 2. Pro Q.
obscuro homine, rectius forte *M. Pa*
memorat Asconius Pedianus in Con
orat. Cic. pro Cornelio. Sed v. Drak

3. *Quod bonum, faustum* cet. v. ad 1, 2

4. *In Aventinum* montem (v. ad 1,
— *ubi prima initia inchoastis* (ut 39, 2
bertatis vestræ, cf. 2, 28 sq. nisi simul
tant hæc ad famam, cujus Piso
fuisse dicitur 2, 32 pr.

5. *Convellunt inde signa;* al. *conv*
Sed *signa converti* vel ab agmine, qu
itinere retro cedat, vel ab acie, qu
mota et ferri cœpta in aliam partem
tur, sed eadem terræ infigi in castris
vis, hisque movendis *convelli* s. *velli* et
(vel *tolli*, *moveri* et *ferri*, ut 25, 33. 27,
30, 10.) jam monuit Gron. Cf. su
50. post med. et inpr. cap. 52 pr. ubi
dicit, eos *castra in monte Sacro locavisse*.
eri nota est: " *Convellunt* legitur pr
liter sane: neque enim in *agmine* jam
aut *alio* iter intendebant: nam etsi a
castris eo venerant, nunc tamen in i
non erant; nec vero turba, quæ obv
castris venisset, *sub signis* erat: nisi
tere signa simpl. est *abire*, sicut *pergere*
sæpius est *ire*." — Mox leg. *L. Virg*

l et ap. Dionys.
inium, progeniem ejus cet. v. 2, 33.
rogavit et plebs scivit, v. ad 4, 58.

aminiis pratis et *circo*. v. 3. 63.
b. 39, 5. et Fest

.)—1. *quorum consulatus popularis*
lo gratus et favens, *sine ulla*
iuria, quorum jus et jura non
ntur, *nec* tamen *sine offensione*
ippe qui *credebant*, *quidquid* esset,
ti plebis caveretur, prospiceretur,
etur, (quodcumque novum aut
præsidium ejus) *id suis decedere*
sua potestate et auctoritate de-
2, 60 extr.
uod tributim plebes (v. ad 2. 33, 2.)
pulum teneret, v. ad 2, 60, 2.—
errimum, summa vis et auctori-
c. 50. n. 1.
ndo nova lege al. non male.
as cædes haberetur capitalis noxæ.
vel pro capitali noxa, nisi leg.
3, 11, 4. — *plebem*, plebis liber-

moque tribunis, (dat. comm.) in
itiam, *renovarunt* legem, *ut sacro-*
d 2, 8, 3. et 2, 33 pr.) *viderentur;*
si quoque tribuni ut sacrosancti v.—
aboleverat, cf. ad 1, 23, 1. — *ce-*
ligiosis, ut mox *religione*.
utos eos, v. ad 2, 1, 4.
ui tribunis plebis, ædilibus — Jovi
, v. ad 2, 8, 3. et 2, 33, 3. Qui
decemviri hac lege dicantur, ne
es quidem juris interpretes, ut
s docet, nedum inter recentio-
nit. Cf. Duker. et Drak. ad h. l.
e prætorio Diss. 1. §. 7. sq. et al,
utat, judices designari posterio-
orum, litibus judicandis, si qui-
nor temporum Livius; aut *duum-*
lum, quales 1, 26. commemorati.
.nd. monet, *judicem* simpl. dici
et consulem; posse tamen et
tellegi, ut consuli ac prætori
judicis nomen, quod omnino
um et præsidem notet, ut Suffe-
gine fuerint quasi Consules. Mea
ue sententia *judices* sunt ipsi ædi-
os etiam Dionys. 6, 1. δικαστὰς
ad 2, 33, 3.) et *decemviri* decem
hi autem seorsum memorantur
gov, ut dilucidius res explicetur
ius definiatur, neque callidæ
interpretationi locus relinqua-

s, omnis res familiaris, servi et
a, τὰ χρήματα ap. Dionys. l. 6.
d 3. 19, 13. 39, 14; 2. et Ernesti
ad ædem Cereris, Liberi, Bacchi,
Proserpinæ, *venum iret:* quibus
una fuit ædes. Cf. 41, 28, et ad
49, 1. *Venum ire* et contr. *venire*
pro venale fieri s. exponi in publico, vendi, ut (in s. ad) *venum dari*, (24, 47, 3.) *tradere, redire*, vel *veno dari, poni, exerceri*.

9 *Hac lege juris interpretes*, qui verba legis urgere solent et ea tantum concedere, quæ diserte iis sunt expressa, nec semper ea, quæ ex illis rite colligi possunt, *negant*, dicunt, non *quemquam*, neminem *sacrosanctum esse* et proprie ac diserte dici, *sed* potius sc. dicunt, (v. ad 1, 33, 7.) *eum, qui eorum cuiquam nocuerit, sacrum sanciri*, fieri, destinari, judicari, vel sanciri, ut sit sacer sc. Jovi Stygio. v. ad 2, 8, 3. et cf. Cic. pro Balbo c. 14.

10. *argumentum esse* cet. Possis et *argumento* legere. Sed cf. 5, 47. 8, 30. et Drak. ad 24, 8. — *tribunos vetere jure jurando plebis* cet. Cf. 2, 33. et ad 2, 8, 3.

11 *Fuere, qui interpretarentur* cet. scil. nobiles ac patricii, qui, ut suos magistratus tribunis pl. æquarent, eosdem hac lege sacrosanctos esse contendebant: *judicem enim consulem adpellari* cet. nam consules primum *prætores*, postea *judices*, et tandem *consules* dicti. *Regio imperio duo sunto; iique præeundo, judicando, consulendo, prætores, judices, consules adpellantor* Cic. Leg. 3, 3. Baueri nota est: "Ergo postea consulum nomen judices habuere? Sed *judex* h. l. summum magistratum jure dicundo significat, ut 7, 3, 2. *prætor maximus*, i. e. dictator, summus præfectus jure dicundo. Ipsi ergo consules, ante prætores creatos, qua juris dictionem, dici *prætores* poterant. Nec tamen vel omnino vera, vel ad causam apta Livii ratio videtur." Errasse Livium, Periz. l. l. putat. Sed cf. Drak.— — *Quæ refellitur* sc. ab aliis: nam alioquin debebat mox esse *quod mos fuit, non fuerit;* Bauer.

12. *Institutum ab iisdem coss., ut SCta in ædem Cereris ad ædiles* (forte *ab ædilibus*) *plebis deferrentur*, quæ postea ad ærarium deferebantur, et ab eo tempore vim suam obtinebant. v. 39, 4. ad Tac. Ann. 3, 51, 5. et Schweigh. ad Polyb. 3, 26, 1.

13 *quia nondum in quemquam unum sæviebatur*, in unum aliquem, vel in unum præ ceteris. Cf. 7, 34, 2. ibique Drak. et Ernesti clav. Cic. *Unus* sæpe abundat, ut in *quisquam unus* 2, 9. 3, 45. 28, 37. 32, 20. *quilibet unus* 9, 17, 9. *unus quilibet* 42, 42. *unus quisque, quivis unus, nemo unus*. Cf. ad c. 12. n. 2.

CAP. 56.)—1. *in forum descendisset*, v. ad 2, 51, 13.

2. *Oratio rebus dubiis inventa est*, adeoque haud necessaria, ubi res no dubiæ sunt.

3. *Omnium — gratiam facio*, veniam do, ea tibi condono, ut 8, 34, 5. Cf. ad 2, 35, 5.

4. *Unius tantum criminis* sc. causa s. nomine (quod vocab. passim omittitur, ut 5, 19, 3. 40, 52, 1. et al. de quo v. ad Tac. Ann. 2, 59, 2. Cort. ad Sall. Cat. 6. Ern. ad Tac. Ann. 13, 11. et Duk. ad h. l.) in

vincula te duci jubeo, (forte *jubebo*) *ni judicem dices* (v. ad cap. 24. n. 6.) et coram eo probabis, *te ab libertate in servitutem* cet. v. ad cap. 44. n. 5.

5. *tribunos adpellavit*, v. ad 2, 27, 2.

6. *nullo morante*, v. ad 2. 24, 5. De *viatore* v. ad 2, 56, n. 10. *Provoco* ad populum.

7. *vindiciæ ab libertate* in servitutem *dictæ*. v. ad cap. 44. n. 5.

8. *Deos esse et non neglegere*, sed adtendere et curare, *humana* negotia, credebant veteres et sibi persuadebant, si pios malis liberatos et vota eorum exaudita, inpios vero meritas pœnis mulctatos cernerent; dubitabant autem et negabant, ubi probos infelices esse, et inprobos felices videbant: vel deorum id crimine et invidia evenire, illisque dedecori esse arbitrabantur. — *liberum corpus in servitutem addixisset*, v. ad c. 44. n. 5.

9. *æquandarum legum causa*, cf. cap. 31 extr. Callida hæc et ficta est oratio captatioque benevolentiæ.

10. *consulatu abisset:* saltem designatus consul fuerat. Cf. cap. 33. ubi etiam dicitur *regimen totius magistratus penes Appium fuisse favore plebis*; unde h. l. *suas leges— — lator earum* cet.

11. *sua propria bona malaque*, (forte leg. *malave*) mali, suas virtutes vel vitia, quidquid boni vel mali in se ipso sit, aut a se factum sit, quod ad se absolvendum vel damnandum pertineat, — *se experturum*, expositurum, vel potius de eo disceptaturum in judicio; ut passim de controversiis juris forensibus.

12. *eodem fœdere* inter se clam juncto *obligatos se fateantur*, declarent sua agendi ratione. Mox pro *in quam* forte leg. *in quod* sc. fœdus, et deinde cum Gronoviis *ait* vel plane delendum, vel reponendum *at*. Voc. *causa* post *adpellationis* bene abfuerit, judice Bauero, ut genitivus a *fœdere* pendeat.

CAP. 57.)—1. *Contra ea;* τὸ *ea* del. putat Gron. Cf. ad 2, 60, 1.

2. *ministro cubiculi sui*, v. ad cap. 44. n. 7. — *carcerem — domicilium plebis Rom.* Cf. Cic. Verr. 5, 55. et Theophr. Char. 6. ubi v. Casaub.

3. *judicem illi ferre, ni vindicias* cet. v. ad cap. 24. n. 6. et cap. 44. n. 5.

4. *tribunus ei diem prodixit*, v. ad 2, 61, 6.

5. *pars magna voluntariorum*, veteranorum, qui *emeritis* jam *stipendiis* sponte *nomina dederant*. Cf. ad 1, 11, 3. *Emerita* s. legitima, justa et confecta *stipendia*, h. e. anni militiæ, (ut 26, 28, 3. 29, 1, 5. 30, 28, 7. 31, 8, 7. 42, 33, 2.) equitum erant X, peditum XX, ab anno ætatis XVII - XLVI, et annus L etiam ei, qui casu aut morbo inpeditus, legitima nondum inpleverat stipendia, vacationem dabat. Cf. ad 22, 11, 8. 42, 31, 3. 42, 33, 4. et 42, 34, 7. Hunc legitimum fuisse stipendiorum numerum, cuivis civi Rom. faciendorum, etsi diserte traditur nusquam, probabili tamen judicio conligitur ex 3, 71, 4. 27, 11, 14. 42, 31, 33. 34. Plut. C. Gracch. pr. p. 835. Cf. ad Tac. Ann. 1, 17, 1. Lips. mil. Rom. l, 2. 5, 19. inpr. Schweigh. ad Polyb. 6, 19, 2. ubi hæc leguntur τοὺς μὲν ἱππεῖς δέκα, τοὺς δὲ πεζοὺς ἐξ οὗ (forte εἴκοσι) δεῖ στρατείας τελεῖν κατ' ἀνάγκην, ἐν τοῖς τετταράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ἀπὸ γενεᾶς, πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων. Hinc et inf. 43, 14, 3. *tu minor annis XLVI es.* Tubero ap. Gell. 10, 28. auctor est, *seniores* fuisse dictos, qui *supra quadragesimum sextum annum* essent.

6. *Prius quam Urbem egrederentur*, (v. ad 2, 37, 5.) *leges — in æs incisas in publico* (*in publicum* ap. Cic. Agr. 2, 5.) *proposuerunt*, h. e. publice legendas adfixerunt s. promulgarunt. Sed forte leg. *in æs incisas in publico*, h. e. ærario, (v. ad 2, 9, 4.) *reposuerunt:* nam eo deferebantur leges perlatæ, tabulæ publicæ et SCta, quæ non ante rata erant.

CAP. 58.)—1. *C. Claudius*, Appii patruus. cf. cap. 15. 35. et 40. — *Regillum, antiquam in patriam*, v. ad 2, 16, 3.

2. *sordidatus — prensabat singulos*, v. ad 2, 54, 5. et 2, 61. n. 4.

3. *virum, honoratissimæ imaginis futurum ad posteros*, habiturum imaginem multis et inlustribus honorum titulis decoratam, et hanc proditurum ad posteros; Bauer. Cf. ad 1, 34, 8. — *ad cognitionem cogitationemque* animi tranquilli, merita gentis Claudiæ pensitantis.

4. *unum tot Claudiis deprecantibus condonarent*, v. ad 2, 35, 5. — *Se id generi dare*, tribuere, h. e. id hujus causa facere, ut 42, 31, 2. *id Macedoniæ datum*, et 40, 59 pr. *triumphum magis gratiæ, quam rerum gestarum magnitudini, datum*, illius, quam hujus gratia, ob illam, quam hanc, concessum. Hinc 8, 26, 3. *auctoribus hoc dedi*, eorum auctoritate motus hoc ita narravi. Cf. ad cap. 71. n. 3. 4, 11, 3. 8, 32, 10. 38, 47, 1. inpr. 2, 35, 5. et ad Tac. 1, 7, 21.

5. *sua magis pietate*, amore gentis et consanguinei — *pro quo agebat*, sc. rogando, ut 2, 2. h. e. rogabat, vel operam dabat; vel cujus causam agebat.

6. *regnum in plebem sortitæ*, quæ hoc regnum adcepisset, vel inter se quasi divisisset. — *necessariorum Virginiæ et* simul *trium tribunorum* pl., Virginii, Icilii et Numitorii. Cf. cap. 54 extr.

7. *spe incisa*, v. ad 3, 10, 9. — *prodicta dies*, v. ad 2, 61. n. 6.

8. *Appius sibi mortem conscivit* laqueo: sed alii eum a tribunis vel eorum jussu occisum tradunt. — *adreptus*, v. ad 2, 54, 4.

9. *injustæ vindiciæ dicerentur*, v. ad cap. 44. n. 5. — *XXVII stipendiis*, v. ad cap. 57. n. 5.

ius extra ordinem donatus gæso s. hasillis, torque, phalera, spoliis, vel, jora suat præmia, coronis, ob rem :estam, non in justa acie, ubi cuiliter pugnandum est, sed *extra ordi-* ingulari certamine, in excursione, ne cet. Cf. Polyb. 6, 37. et Lips. Rom. 5, 17.
alii causa solum verterunt, v. ad 3, 13, *adsertor Virginiæ*, v. ad 3, 44, 5.— *m pœnam* h. l. mortis. Alibi *ultima ma pœna, subplicium, crudelitas* cet. *as*, v. c. 6, 20. 9, 16. 42, 7.
anes Virginiæ — tandem quieverunt, imago vindictæ a cunctis sontibus

59.)—1. *inhibito salubriter modo ni-tatis*, v. ad 3, 38, 2. Sed forsan ı Gron. *potestati*. Cf. 4, 53 med. et " Melius forte hoc, sed non ne-m: hic tamen pæne audeam per ;en explicare, Livio non adeo in-ı, inhibita potestate salubri modo; ita sit coërcita, repressa;" Bauer. *toti plebis fuissent*, v. ad c. 36.

ibi erant, qui mollius consultum (ut *dicerent* a Patribus, *quod leges ab iis* ius, Horatio et Valerio, *latas* (v. .) sua auctoritate confirmassent: *dubium, quin* Patres *tempori subcu-ei* cedere coacti essent. " Mihi :tur dicere Livius: etiamsi Patres rebus cum tribunis et consulibus ere voluissent, tamen ea tunc fuisse . eumque statum rei publicæ, ut ium sit, quin subcubuissent et tem-ere coacti fuissent;" Duk. *Con-* rte SCtum; Ern.

60.)—1. *in provincias diversi abière*, diversas provincias et partes, alius 9, 37, 8. 10, 27, 33. ubi v. Drak. 3. *diversos, alium alibi* 9, 2 pr. adeo-31, 46, 5. et al.) diversis locis, *versi discessissent* 22, 56, 1. in diver-is partes, alius in hanc, alius in Cf. et 26, 20, 4. 28, 46, 1. 42, 7, 4. Drak. ad 10, 33, 10.
id scio an, v. ad 2, 2, 3. — *infe-uspiciis*, summo imperio militari, *rum*, v. cap. 42.
quo detrimento certamen, prœlium, , v. ad 2, 36, 4.
cessum (sibi cessum esse) *de victoria*, , victoriæ, h. e. victoriam conces-4, 6. et 12, 12.
dit inlatum antea terrorem, ut *parem hosti reddere* 9, 21. et *adceptam red-cladem* 24, 17. 20. ubi bene sibi re-*t adcipere* et *reddere*. Mox *detracta-detractavere* plerique libri (cf. ad 36, robb. Drak. ad h. l. Cort. ad Sall. Burm. ad Ovid. 5, 246. Oudend. ad Frontin. Strat. 1, 1, 9. et al. — *nocti cessere*, v. ad c. 17. n. 10.
6. *multa jam dies erat*, v. ad 22, 52, 1.
7. *deincepsque alii servabant ordinem*, v. ad 1, 21, 8. — *constaret hostium acies*, v. ad 1, 30, 8.
8. *fluctuantem turbam* vel *fluitantem*, male cohærentem et ordinatam, indispositam, disjunctam, vel diversimode et ultro citroque motam seu agitatam, et dubiam utrum recedat an procedat, ut 6, 13. 24. 8, 39. 29, 2. 30, 34. 44, 41, 4. Sic et *fluitantia signa* 29, 2, 4. de turbatis ordinibus, in quos facta est inpressio s. inpetus. Cf. Gron. Obss. 4, 6. — *addito, turbatis mentibus, clamore* distinguendum; Duk.

CAP. 61.)—1. *a liberatoribus populi Rom.*, a Valerio Publicola, qui cum Bruto reges ejecerat. — *per duces stetisse*, v. ad 2, 31, 7. et de *prioribus prœliis*, sup. cap. 42.
2. *iis auspiciis*, talibus, tam faustis, *conditæ Urbi*. Cf. ad 2, 29, 6. — *imperium inlibatum*, quasi salvum et incolume, vel non pollutum clade. *Inlibatæ vires* 42, 30, 4. sunt haud inminutæ, saltem non penitus fractæ, ut contra vires *partis obpressæ a potentiore*. — *æquatis legibus*, v. cap. 31 extr.
3. *eos excursionibus subficiendo*, subpeditando, adhibendo, submittendo, ut ap. Sil. 1, 36. Doujatius *subficere* putabat h. l. esse inficere, inbuere, et metaphoram ductam a tinctoribus, qui non statim colores vividos ac mansuros lanæ pannisve incoquant, sed levioribus antea ad eos præparent: de qua vi verbi v. Gron. diatr. Stat. c. 10. Dukerus jungenda monet *eos adsuefecerat*, et *excursionibus subficiendo* esse: quum viderent, se in *excurs. subficere*, pares esse hosti, eumque sustinere posse. cf. ad 10, 18, 9.
4. *parva certamina profecerant*, utilia fuerant, *in summam totius spei*, ut mox *summam belli*. v. ad 3, 5, 6. 26, 6, 5. 29, 11, 7. 31, 37, 2.
5. *in multa prœlia carperent summam belli*, v. ad 3, 5, 1. et 6.

CAP. 62.)—1. *Ad id, quod*, v. ad 3, 7, 4. vel *ad id animorum* cet. — *indignitate*, ignominia, quæ mox exponitur.
2. *si tum non sint*, sc. quum tali indignitate sint adcensi.
3. *consulto conlegæ*, consilio, ut 10, 39. et 25, 16 pr. E paucis MSS formam minus usitatam *consultu* recepere Gron. et Drak. Ita Cic. ad Att. 4, 2. dicitur *plebiscitus*, et in Verr. 2, 78. *peccatus*; Ern. — *id consilii, quod*, tantum — quantum. — *decernique*, cf. ad 21, 41, 2.
4. *Quod bene vertat*, v. ad 1, 28, 1. Mox *simul* pro *simulac*, ut 4, 32. 5, 25. 6, 1. et 19. 21, 55. 24, 17. 25, 38. 44, 8. Cf. ad 6, 1, 4. — *ambo* (al. *ambos*) *exercitus*, ut passim *ambo* pro *ambos*, et *duo* pro *duos*.

Exempla congessit larga manu e Livio Gron. ad 35, 21.

5. *veteris perpetuæque alterum* sc. exercitum *gloriæ*, ut cap. 38. *in paucos præferocis animi*, cap. 72, *etsi præmortui jam sit pudoris*, 21, 52, *recentis animi alter*, 22, 29, 6. *extremi* (infimi, imbecillimi) *ingenii esse*, in quibus exemplis non ablat. *causa*, sed substant. *homines*, ut in aliis alia substantiva omissa sunt, quæ sæpius adjiciuntur et genitivis junguntur, vel eadem repetenda, ut 23, 34 extr. *consulatum, unum certe, plebis Rom. esse* sc. consulatum, 22, 15, 3. *ea regio præsentis erat copiæ*, sc. regio, ea abundans, 31, 45. *nec se potestatis suæ esse*, ut al. *sui juris esse* et 25, 29, 3. *sui arbitrii esse* sc. homines, (qui servi antea fuerant) 43, 3 extr. *ipsorum esse potestatis* sc. rem, ab eorum arbitrio pendere, 22, 22, 5. *quæ fortuna potestatis ejus poterat facere* (sc. facinora, res, h. e. quorum perficiendorum potestatem ei dare poterat) et contra 42, 29. *alieni arbitrii esse* sc. hominem, h. e. ab eo pendere; 23, 30, 5. *Rhegini* (f. *Regini*, de quo v. ad Tac. Ann. 1, 53, 2.) *tantummodo* inter populos *regionis ejus et in fide erga Romanos et potestatis suæ* populus *ad ultimum manserunt*. Cf. ad 3, 36, 4. 21, 30, 5. 30, 7, 4. 30, 9, 2. Post *gloriæ* excidisse *avidum*, (quod in vet. lib. legitur) conj. Sigon., et *memoria* (quod præstat) Stroth.

6. *quum æquassent aciem* suam aciei Rom., adversam explicuissent ad eamdem longitudinem. Cf. 37, 29 extr. — *tenuere*, retinuere, reservarunt; vel constituere.

7. *degravabant cornu*, urgebant, obprimebant, vel reprimebant. Nostrates mollius nunc in re bellica dicere solent *zurück drücken*, Doer. — *provolant in primum*, v. ad 2, 20, 3.

8. *Verecundiæ erat*, pudori erat, pudebat eos. Cf. 5, 14 pr. 24, 42, 7. 36, 27.— — *suo alienoque Marte*, tam equestri quam pedestri ratione pugnandi.

9. *ad pedes degresso equiti*, ut *ad pedes descendere* et *deducere* 4, 40. 9, 22. 38, 25. *ad pedes pugna ierat* 21, 46. Cf. ad 29, 2, 3.

CAP. 63.)—1. *Inter ordines peditum tectus*: ultima vox forte del.; Duk. aut leg. *tutus*, ut 2, 65 pr. Drak.

2. *fortium virorum operam* (al. *opera*) *edebant*, ut 5, 4. *annuam operam ede*. — *hostem avertunt*, faciunt ut terga vertat, vel in fugam vertunt, ut passim *vertere, avertere*, (7, 8. 11. 15. 16. 17. 27, 14. 38, 41.) et Gr. τρέπειν, quin. et *avertere in fugam* in plerisque et optimis MSS. 1, 37. 22, 19. 25, 39. 26, 44. 34, 15. 38, 20. sc. a prœlio vel ab hoste, cum quo pugnatur, ut *avertere ad Antiochum* sc. a Romanis 35, 31, 1. ubi v. Drak. et ad 1, 40 extr. 6, 23, 8. — *maligne senatus in unum diem*, non, ut plerumque in triduum, et nonnumquam in plures dies, *subplicationes* et quidem lætas, vel *gratulationes*, quibus

gratiæ diis agebantur, (unde *grat*
subplicationesque ut synon. junctæ
nam aliæ *subplicationes*, quibus dii pla
tur in principio belli cet., erant tri
obsecrationes quoque dicebantur, de
v. sup. c. 5 extr. c. 7 extr. inf. 21, 17
9. et ad 4, 21, 1. unde et junguntur
cationes et *obsecrationes*, ut genus et s
31, 9, 1. et 42, 20, 3.) *consulum no*
honorem eorum, *decrevit*, quia po
erant consules. *maligne*, invidiose, ve
(*kärglich*) ut 39, 9. et *malignitas* de
parce dant vel conferunt 5, 22. 34,
10, 46, 8. de eo, qui nihil dedit.) S
tra *benigne* vel libenter, ut 3, 26, 1.
vel liberaliter, copiose, largiter, &
(*reichlich*) ut *commeatus benigne mitter*
vehere 9, 6, 3. 9, 32, 2. *benigne pollic*
5. quo sensu *bene polliceri* dixit Sall
C. 41. Hinc forte 45, 44, 3. *ædes, qu*
benigne reciperent pro ædes, in quib
benigne exciperetur, vel laute adcip
ut dicit Suet. Calig. 55.

3. *hæc vaga*, passim, promiscue
ordine facta, *popularisque subplicatio*,
decretum senatus, sed ob populi f
et ab eo sponte habita, *studiis*, adfe
lætitia et studio in consules, *cel*
solennior. — *eodem biduo*, quo sub
erat. — *in Martium campum*, v. s
54. n. 7.

4. *prata Flaminia*, v. ad cap. 54. n.

5. *ædes Apollinis*, paucis annis po
et dedicata. v. 4, 25. et 29. extra
Carmentalem, (cf. 27, 37, 6.) inter
olitorium et Circum Flaminium, te
conio Pediano. — *Apollinarem* sc.
(partem pratorum Flaminiorum) q
latet in *ubi*, h. e. quo loco, Stroth.
ante *jam* primus inseruit Aldus. A
conj. Gron.

CAP. 64.)—1. *in luxuriam vertit*,
3, 2. et 2, 21, 4.

2. *sortem comitiorum*, v. ad 10, 2
— *auctores popularis sententiæ haud p*
nactus in omnibus libris inepte leg
videre Klock. Drak. et Stroth. q
emendationem recepi. Valerius I
usque erant *populares*, non vero s
hæc, quæ IX tribunis adeoque et pl
plicebat. Cf. Cic. Catil. 4, 5 pr. et
— *producti ad populum*, ut simpl. *pro*
36, 4. et *in concionem traducti* 45, 2.
id respici monet Ern. quod legati e
venerint et quasi traducti sint ad po
Sed forte ibi leg. *producti*, ut 24, 39.
10. 33, 46. (ubi v. Gron.) 36, 21.
27, 51, 3. (ubi Sigon. monet, eos,
non patuerit aditus in senatum et
nem, a magistratibus, quorum id j
rit, potuisse *introduci* in curiam, et
pulum vel in concionem *produci*)
ad Sallust. b. Jug. c. 33. § 4. — M
leg. *memor militiæ rerum gestarum* vel

qui memor m. g. In MSS reperitur: *domi memor militiæque rerum g.*

3. *præ studiis novem tribunorum*, conlegarum M. Duilii, qui refici cupiebant, *alii candidati tribus non explerent*, non justum ac lege definitum numerum tribuum vel subfragiorum earum (sc. dimidio majorem) ferrent s. haberent, subfragiis in multas partes distractis. Sic *centurias non explere* 37, 47. et contra *conficere legitima subfragia* 9, 34 extr. vel *centurias conficere, tenere, in iis regnare.* Cf. ad 29, 35, 3. *Tribus* vero et *centuria* etiam pro subfragiis tribus et centuriæ dicitur, unde *ferre tribum* et *centuriam* pro ejus subfragia habere iisque creari 8, 37 extr. Cic. Planc. 19. 20. 22.

4. *Satis factum legi*, cujus pars mox recitatur, et quæ lata videtur, quum decem primum tribuni crearentur. — *præfinito*, *tribuni modo* cet. edd. ante Ald. prob. Duk.

5. *rogationis carmen*, (v. ad 1, 24, 9. et 4, 58, 10.) *in quo* sc. scriptum erat, vel legebatur: *Si tribunos pl. decem* plebem *rogabo*, (vel rogabit is, qui comitia tributa habet, h. e. rogabit plebem, ut hos, quos nominat, decem, aut interrogabit, quos decem subfragiis suis creatos velit) *si qui*, qua ratione, forte, *vos tribunos pl. feceritis hodie*, comitiorum die, *minus*, pauciores, scil. quam *decem*, (ut *capta amplius* quam *duo millia*, *minus* quam *duo millia cæsa* 10, 37, 2. et sic passim, v. c. 1, 18. 10, 25. 23, 19. 24, 16. 25, 19. 27, 12. 29, 34. 37, 24. ut et *plus*, de quo v. ad 4, 52, 6.) *tum* hoc servabitur, *uti* s. ut *hi* tribuni jam creati *quos* s. quoscumque *sibi conlegas cooptassint* h. e. cooptaverint, *ut illi* cooptati *eadem lege*, non minus, *legitimi sint tribuni, ut*, ac, *illi, quos hodie tribunos pl. feceritis*, plebs fecerit. *Cooptare* id. qd. simplex *optare* 6, 25, 3. eligere, (unde *optio* est electio 26, 29. cf. intpp. Virg. A. 1, 425. 552. Ern. clav. Cic. Cort. ad Sall. Jug. 79. Drak. ad Sil. 13, 689. et inf. ad 42, 32, 1. ubi etiam monet, *adoptionem* hinc esse quasi adlectionem, electionem in filium) nec de augurum modo aliorumque sacerdotum conlegiis, quæ novis sodalibus se ipsa subplebant, (v. ad 23, 21, 5. et 40, 42.) usurpatur, sed etiam de tribunis pl. h. l. et 5, 10. 11 pr. de magistro eq. 6, 38 pr. et de senatu ac senatoribus 23, 3. ubi pro *cooptare* mox dicitur *eligere*, nisi cum Bauero id eo pertinere ibi credideris, quod plebs e suomet corpore senatores lectura esset.

CAP. 65.)—1. *Lar* vel *Lar. Herminius*, v. ad 2, 9, 1. Mox leg. *Cælimontanus.*

2. *is usque eo rogaret*, adeoque comitia proferret, vel nova haberet. Sed postea nonnumquam cooptati tribuni. v. 5, 10. 11 al.

3. *coitiones tribunorum* (al. *contentiones*, et perperam *conciones*) v. ad 3, 35, 10.

4. *sustinendo rem*, differendo delectum jam decretum, et dicendo, non opus esse delectu propter urbanum otium; (v. ad 2, 44, 6.) unde cap. 66 pr. *Biennio ante delectum indictum haberi non potuisse.* — Mox *externos* sc. populos, s. hostes. Cf. ad 1, 57, 7. — *gravis*, infestus.

5. *in primis*, primum; (v. ad 2, 40, 1.) nisi malis, in iis Patribus, qui genere, nobilitate et opibus primi et conspicui erant, *parum* id *proderat.* — *utique*, v. ad 2, 30, 1.

6. *nomina tantum*, non veros tribunos, ut 5, 18. 7, 29. 29, 1, 8. 44, 41, 3. de re inani, ut ὄνομα, *species, titulus*, et 5, 18, 5. *umbra, effigies* et *imago.* Cf. ad Tac. Ann. 3, 30, 7. et ad Sil. 1, 293. 6, 478, Similiter Suet. Cæs. 77 pr. ex emend. virorum doctorum dixit: *Nihil esse rem publicam, adpellationem modo, ac sine corpore speciem.*

7. *in difficili est*, v. ad 3, 8, 6. Egregie autem h. l. naturæ ingeniique humani indoles adumbratur. — *homines cavendo ne alios metuant*, et metuere vel debeant vel videantur. — *injuriam injungimus aliis*, cf. ad 8, 32, 8.

CAP. 66.)—1. *dies alicui nobilium dicta*, adcusatio ejus, quem alii nobiles tuebantur.

2. *Biennio ante delectum* cet. v. ad cap. 65. n. 4.

3. *regione portæ Esquilinæ*, ea parte mœniorum, ubi hæc porta est, vel versus eam portam; vel *regione* pro *e regione*, ex adverso. Cf. 25, 25. et 30.

CAP. 67.)—1. *si alia fuga honoris non esset*, ratio ejus effugiendi, prohibendi, quo minus iterum consul crearer.

2. *si viri* (nec potius *ignavissimi hostium*) *arma illa habuissent, quæ in portis fuere nostris*; quibus ultimis verbis res augetur et invidia.

3. *Consules vestrarum partium*, populares, plebi faventes, Valerium et Horatium. Cf. cap. 55 sq. — *plebi donum fieri*, in gratiam plebis, vel eos creari consules, quos plebs vellet, quamvis *patricius* hic *magistratus* esset. "Ita creari, iis mandari, ut plebi gratum et commodum esset;" Bauer.

4. *scita plebis injuncta Patribus*, v. cap. 55.

5. *Satisne est*, nonne satis est? Hujus formæ et alia exempla, etiam ap. Cic. occurrunt, sed non imitanda; Ern.

6. *Esquilias ab hoste prope captas* — *nemo submovit*, v. ad 1, 33, 7. *Esquiliæ captæ* emend. Gron. (qui etiam *hostem* post *Volscum* delendum putabat) et *vidistis* aut simile quid excidisse post *captas* conj. Scheller. — *scandentem in aggerem* (collem, vel mœnia, vel potius aggerem Tarquinii Superbi, per quem aditus patet ad Esquilias) *hostem nemo submovit*, cf. 22, 14, 6.

7. *in nos* tantum *viri, in nos* solos *armati estis.*

CAP. 68.)—1. *ex muris visi e* videte, *ap* ec-

tate. — *communis res per hæc* facta hostium et vestra *loco est pejore*, rei publicæ conditio ita sit pejor. Cf. ad 2, 17, 2. 2, 47, 2. et 42, 37, 1. Ita mox *res vestræ quo* (in) *statu sunt*, ut 22, 22, 7. 26, 28, pr. vel *in hoc statu esse* 30, 2. 33, 42. 34, 51. 35, 8. — *Quid tandem*, plane ut Gr. ποτὲ, Ern. Cf. ad 3, 9, 6. 4, 3, 2. 5, 6, 6. et al. ubi in adfectu plerumque ponitur, ut fere *quæso* vel *per deos!*

2. *re* familiari, et *fortuna*, v. ad 1, 24. 11.

3. *auxilio alieno*, tribunorum, quod minus honestum et gloriosum est, neque foret necessarium, si ita vos gereretis, ut *tuti essetis virtute vestra.* — *in acie vestrum clamorem hostes* cet. hæc a Demosth. de Cherson. p. 79. ed. Erft. sumta; Gron.

4. *Hærete adfixi concionibus et in foro vivite*, cf. ad 3, 72, 4. et 21, 35, 10.

5. *Biennio ante senatus delectum* cet. v. ad cap. 65. n. 4.

6. *qui sua causa loquitur*, ita ut suum modo, non *publicum commodum videat*, h. e. spectet. v. ad 1, 34, 5. Forte leg. *loquatur* et *videat.* — *adsentatores publicos* cet. invidiose de tribunis.

7. *nullos se esse vident*, nullam vim habere, nihil valere, posse et æstimari, ut 6, 18, 4. *nullus repente fui*, nihil fui s. potui, ut Gr. οὐδεὶς s. μηδεὶς, nisi malis, oculis hominum repente subductus sum, vel, ut passim, perii) *malæ rei, turbarum ac seditionum, se* sc. magis, (v. ad 1, 25, 11.) *quam nullius, duces esse volunt.* Cf. ad 7, 30, 8.

CAP. 69.)—1. *inter tales metus*, scil. *belli terrorem* cap. 68 extr. quo vox *tales* spectat. Dum foris hostes, domi tribuni pl. et turbæ civiles metuuntur; Duk. *motus* duo MSS. non male. — *detrectationem*, e MS. Harlei. 1. *detrectationem* recepit Drak. Cf. ad c. 60, n. 5. — *telum acerrimum*, v. ad 3, 50, 1.

2. *agrestium fuga*, v. ad 1, 30, 9. — *ibi vero* simpl. pro *tum*, ut *ubi* pro *quum.*

3. *per proditionem dignitatis Patrum*, v. ad 2, 43, 5. Mox gerundia *tuendo* et *domando* male junguntur sine copula, neque satis aptum est h. l. *domando*, nisi cum Drak. adsperis de conatu domandi. Scheller emend. *quam ante.* Malim *aliquanto.* — *memorem*, v. ad c. 36. n. 8.

4. *ut capesserent rem publicam*, v. ad 2, 64, 3. Verba vero *orare eum conlegamque* — *obpugnata* non tam verba Patrum esse videntur, quam facta eorum, a Livio narrata. Ceterum longa est h. l. doctaque disputatio Dukeri, qua probabile facit, tribunos plebis jam hoc anno senatui, in quo hæc acta sint, interfuisse, isto autem jure post sublatos demum e re publica decemviros et restitutam ipsorum potestatem usos fuisse, et antea non nisi vocati fuissent a consulibus.

5. *adpellare tribunos communem patriam*,
partem patriæ, cujus itaque s
quoque curanda esset et p
Sed forte leg. *adpellare tribunos*
pro patria, eos adloqui et hortari v
ut communi prospicerent saluti;
ad Div. 12, 28. *Senatus pro tua di*
pellaretur.

6. *causas cognoscendi* scil. *eorum*,
non dedissent, (v. ad 1, 11, 3.) q
illis repetitis mox adjiciuntur,
transponenda sunt. Cf. ad 4, 26

7. *Cohortes quæque sibi centurion*
ipsæ extra ordinem, quod ceter
ebant consules aut eorum jussu
tribuni militum; Drak. Cf. Li
Rom. 2, 8. — *signa* militaria
promta, ubi adservabantur. Cf.
7, 23. Dionys. l. 10. p. 645. *Qu*
bani habebant curam ærarii, qu
Saturni erat.

8. *voluntate sequentibus*, h. e. sp
17 extr. et al. Cf. ad 3, 57, 6.

9. *ad decimum* ab Urbe *lapidem*,
10. *castra* Rom. *castris* host
conjuncta, ut al. *conlata*, prope et
posita.

CAP. 70.)—1. *facilitati submittenti*
respondebat, paria præstabat, grati
hat, vel agebat convenienter eju
comitati, Gall. *complaisance*: nam *f*
dicitur argilla s. cera, quæ facil
et tractatur, hinc homo, qui facil
et cedit, commodus, comis, hu
contra *difficilis*, durus, pertinax,
Cf. ad 37, 52, 6. 40, 46 extr. et
6, 15, 5.

2. *quum eadem* via *reverti posset*,
qua et *ea* vel *alia* (21, 56, 2.) et
30.) sc. via vel parte, (cf. 4, 39 p
2. 9, 2, 5.) vel ratione, ut 9, 3
— *in aversam aciem*, in terga h
— *ancipiti terrore*, a fronte et terg

3. *suo proprio prælio*, equestri. c
ab hostibus. — *equitem integrum*
neratum.

4. *qua* parte *permissus equitatus*, ef
immissus, transmissus, perrumpe
2, 56, 1.

5. *adcepta signa ab s.*, forte *adrep*

6. *Cujus ignominiæ metu*, sc. si
hostibus caperentur.

CAP. 71.)—1. *jamque editis testi*
nominibus eorum ab adcusator
dices. Sic et 25, 3. *testibus datis* (t
prolatis) *prius quam ad subfragium*
tribus vocarentur. Cf. et 26, 3. —
dicere, v. ad 2, 64, 3.

2. *prodi publicam causam*, v. ad

3. *dedere id plebi*, ut cet. v. ad 3,

4. *non juvenem*, sed *vicesima ja*
merentem, tot annos militantem
stipendii anno vel ætatis anno XV
(v. ad 3, 57, 5.) *quum ad Corioles*

al. *deleV'atum*) a V. c. CCLXI v. sup. 2, 33 *...ma se LXXXIII agere*, v. Drak. ad h. l. et Dodwell. de cyclis diss. 10. §. 96. Ante *recentiores* quidam, at primus Frobenius, infulserunt *sed*, quæ particula potius subaudienda: quod magis intellegitur in pronuntiando et si auribus percipiatur, quam dum legimus; Gron. Sic passim *sed* post *non* vel non *modo*, et in adfectu, omittitur. Cf. ad 1, 25, 2. 22, 25, 8. 22, 27. ad Tac. Ann. 3, 19, 2. Gron. Obss. 4, 2. id. et Drak. inf. ad 6, 32. 28, 39. 36, 19. 39, 8. Quin et *sed etiam* omittitur post *non modo* vel *non tantum*, ut 45, 7, 3. Cf. ad 1, 40, 1.— — Mox forte leg. *ambigutur*.

5. *quonam more*, quomodo. — *Coriolana re* publica, civitate.

6. *pro parte virili*, v. ad Præf. n. 3.

CAP. 72.)—1. *cum his circumire tribunos*, qui multitudinem regunt, et Scaptio potestatem dicendi dederant, nisi malis distinguere *circumire*, (sc. populum, in concilio illic congregatum) *tribunos orare* cet. Sed Perizon. recte, opinor, emend. *circumire tribus*, ut ap. Suet. Aug. 56. et eodem sensu sup. cap. 17 extr. *c. plebem*: nam populus Rom. vel tribus erant judices; unde et inf. *Vocatæ tribus judicaverunt* cet.

2. *in suam rem litem vertendo*, agrum, de quo litigaretur, (*controversum agrum* 29, 31.) vel, ut mox dicitur, *rem controversiosam*, (ut *dubiosus* forte 45, 36, 1. certe ap. Gell. 3, 3. 5, 10.) *sibi adjudicando*. Hinc et mox *interceptor litis alienæ*, qui rem, de qua inter alios lis est, iis s. ab iis intercipit, et in suam rem vertit vel sibi vindicat, ut *prædæ interceptor fraudatorque* 4, 50 pr. et *urbes intercipiuntur* a Romanis, ereptæ Græcis 33, 31, 2.

3. *quo cum dolore hos* socios, *quo cum gaudio illos* sc. hostes? Sic inverso ordine *hos* ad remotius et *illos* ad propius spectat subjectum, ut 22, 22, 13. 24, 29, 2. 30, 30, 9. 39, 38. 53. et *qui* 4, 58, 5. et 21, 31, 6. Cf. ad 4, 35, 1. Tac. Ann. 2, 77, 1. Gron. Obss. 3, 16. Sanctii Minerv. 2, 9. et ibi Perizon., Corte ad Sallust. Jug. c. 18. §. 9. et ad Plin. Epist. p. 60.

4. *Scaptione hoc* flagitium judiciumque infame *adsignaturos*, adtributuros, (ut 28, 42. et 35, 31.) *finitimos populos*, nec potius universo populo Rom., qui ad id ipse propensus fuerit, non inductus a tali homine, *concionali sene?* *Concionalis*, al. *concionarius* et *concionator*, homo otiosus (quales esse solent *senes*) et turbulentus *maximeque popularis, qui omnes rumorum et concionum ventos colligere*, (Cic. Cluent. 28.) adsidue concionibus interesse, et in iis temere vociferari et turbas excitare solet, studiose rumores captans atque res, quibus conciones perturbare, agitare plebem et aliis invidiam faciendo ipse eminere possit. Hinc *senatus clamor prope concionalis*, et *concionalis hirudo ærarii, misera ac jejuna plebecula* ap. Cic. ad Qu. Fr. 2, 5. et ad Att. 1, 16. Hi sunt *otiosi urbani* inf. 5, 20. *forensis factio* vel *forensis turba*, et *humiles, quibus per omnes tribus divisis* Appius *forum et campum*, conciones in foro et comitia, in campo Martio habenda, *corrupit* 9, 46. *circumforanei, subrostrani, subbasilicani* cet. Cf. ad cap. 68. n. 3. 22, 34. 38. Sil. 8, 243 sq. et Gron. Obss. 2, 14. et de pec. vet. 4, 9. ubi etiam recte forsan suspicatur, verbum *putarent* h. l. esse scholion delendum, quale passim orationibus infinitivis inseruerint corruptores. Idem conj. *hic* pro *hoc*, et h. l. ita interpretatur: an Romani, a disceptantibus Aricinis et Ardeatibus judices capti, *finitimos* illos *populos*, i. e. aliquantam eorum possessionem, *Scaptio*, i. e. Scaptio suadente, in illius gratiam cuicumque *adsignaturi* essent? Sed neminem eo sensu dixisse *adsignare aliquem alicui*, neque obvia illa *donare* et *condonare aliquem alicui* (v. ad 2, 35, 5.) ad hoc genus loquendi probandum subficere, jam monuit Duk.

5. *Clarum hac fore imagine Scaptium* venusta translatione pro: hunc hominem ignobilem et sine imagine ejusque jure, (insigni nobilitatis) hoc judicio, cujus auctor foret, tanta, qua valeret, auctoritate et incremento agri publici, non minus nobilem ac celebrem (certe apud plebem Rom.) fore, quam si multas haberet imagines; hanc actionem ei fore argumentum ingens gloriæ, omnemque ejus turpitudinem casuram in *populum Rom.* Cf. Gron. l. l. Similiter ap. Sallust. Jug. 81. Marius dicit, dona militaria et cicatrices esse suas imagines, suam nobilitatem. — *Quadruplator* propr. delator s. calumniator, hinc qui malitiose et lucri faciendi causa, aut false saltem jus sive interpretatur, sive dicit. De verbis seq. v. not. 2.

6. *etsi præmortui jam sit pudoris*, eum jam amiserit, post tot flagitia. Epitheton simul ad senectutem ejus spectat. Cf. ad cap. 62. n. 5.

7. *Nec abnuitur*, non negaverim, nec negaverit facile quisquam, (ne litigantes quidem) *ita fuisse*, hunc agrum publicum fuisse populi Rom. eique adjudicandum, *si alii judices*, quam Romani, a partibus essent sumti eumque populo Rom. adjudicassent; sed judicem sibi vindicare rem controversam, semper turpe est, neque *dedecus judicii* talis *levatur*, minuitur, (v. ad 3, 21. 5.) *causa bona*, bonitate, justitia, jure, quo sibi rem vindicare possit.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM IV.

CAP. 1.)—1. *annus infestus*, inquietus, turbulentus.

2. *de connubio Patrum et plebis* s. cum plebe, quod vetitum erat in XII Tabulis. v. cap. 4. Dionys. 10 extr. et inf. ad 8. 14, 9.

3. *jura gentium* patriciarum et plebejarum, jura gentilitatis, *confundi*, ut Gr. *συγχεῖσθαι*. Cf. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 1, 7. *Gentem* se solos habere gloriabantur patricii v. 10, 8. — *novem tribuni*, omnes præter C. Furnium. v. Dionys. l. 11. p. 730.

4. *vulgari cum infimis imperium*, v. ad 2, 29, 5.

5. *ob communitam Verruginem*, oppidum, Volscis Æquisque ademtum et postea munitum : at quando, nusquam dixit Livius.

6. *in majus*, tamquam aliquid majus, justo aut vero majus, præter veritatem, *adcipere*, et credere, et fingere, facere, ut *in majus* vel *in majus vero celebrare*, *extollere*, *ferre* et *augere* 4, 34. 21. 32. 29, 3. Similiter *accipere in omen* 21, 63, 14. *in bonam* vel *malam partem* cet.

7. *si quo* modo *intentius* adparari *possit*, *quam T. Quintio cos.* v. 3, 69.

8. *confestim ad concionem advocavit*, aut pleonasmus est in *ad*, aut ellipsis *plebem*; Bauer. Cf. ad 2, 55, 6. Ante *confestim* e MSS. quibus *et* inseruit Drak.

CAP. 2.)—1. *Id adeo* (v. ad Præf. n. 15.) *non plebis* sc. magis, quod ex seq. subpl.

2. *Cujus rei præmium sit* cet. ut inf. cap. 35 med. *eo inpendi laborem* cet. Bauer monet, syllogismum h. l. oratorium esse, perfectum et materia et forma : *majorem*: cujus rei præmium cet., *minorem*: maximum cet. *conclusionem*: finem ergo non fieri cet.— — *pace et bello bonos*, rerum civilium et militaris peritos, ut cap. 3 extr. — *id et*, etiam, *singulis u. s. honori fuisse*, scil. movere seditiones: proprie *eas* sc. seditiones ; quasi dixisset seditionum movendarum ; Bauer. Ad *præmium* ejusque consecutionem non bene retuleris sane *τὸ id*; nam eodem sensu mox dicitur ; *quam felices seditiones*, *tam honorati seditionum auctores*, et duæ h. l. memorantur res, *seditionum præmium* et *honor*, ex iis redundans.

3. *Reminiscerentur*, secum reputarent, *quam majestatem — essent, ut, quemadmodum plebs* nunc gloriaretur, sua jura esse aucta, sic aliquando *gloriari posset* sc. senatus, (vel potius *possent* sc. Patres, aut, quod præstiterit, liberi) *auctiorem ampliorenque esse majestatem* suam. Ita hæc verba, distinctione post *plebs* posita, videntur interpretanda, si sana sunt. Quidam *ut* exponunt *quam parum*, vel, *τῷ esse* reciso, *quibus modis et rationibus*: alii emendant *utrum, quemadmodum plebs, gloriari posset* s. *possent, a. a. esse*, vel *utrum, q. plebs g. posset, auctiorem, amplioremque?* vel, *an, q. plebs, gloriari possent* sc. Patres, cet? Klockius totum hoc, *Reminiscerentur — esse*, infra ante verba *Certum habere* cet. reponendum putabat. Probabilior forte est sententia eorum, qui suspicantur, omnia illa verba, certe posteriora, *ut, quemadmodum* cet., esse glossam laciniamque ab interpolatore adsutam. Cf. inf. ad c. 35. n. 1.

4. *perturbationem auspiciorum*, quæ non nisi penes Patres erant. — *Quam aliam vim*, effectum.

5. *nisi ut ferarum prope ritu vulgentur* (v. ad 2, 29, 5.) *concubitus*, cf. 3, 47 extr.

6. *quorum sacrorum*, privatorum, quæ gentilitia et hereditaria erant, (cf. 1, 26 extr.) quæque ne in bello quidem intermitti fas erat; unde statum sacrificium, quod genti Fabiæ in Quirinali colle fuit, etiam inportuno belli tempore factum legimus inf. 5, 46, 52. et 22, 18, 7. Cf. ad 41, 15, 5. 42, 11 pr. 42, 32 pr. et ad Sil. 7, 383.

7. *ne secum quidem ipse concors*, ob perpetuam Patrum et plebis discordiam. *Si sibi ipse consentiat* Cic. Off. 1, 1. Cf. Ruhnken. ad Vellej. 2, 63. — *omnia divina*, auspicia et sacra. Cf. tamen ad 3, 17, 6.

8. *iniquiora postulando*, postulantem, vel futuram et postulaturam, vel ut postularet, ad postulandum ; Bauer. — *primo quamlibet dimicationem* cet. h. e. in principio certaminum inter Patres ac plebem ; Drak. — *Quia tum*, post secessionem in Sacrum montem, *concessum sit de tribunis*, (v. 2, 33.) *iterum concessum esse*, sublato decemvirorum inperio. v. 3, 54. Mox cum Gron. et Fab. leg. *Finem non fieri*: *non* s. *nec posse in eadem civitate* cet.

9. *Illine ut inpune* cet. Sic *ut* in adfectu et cum vi interrogationis quinquies ap. Cic. Catil. 1, 9. Cf. ad 5, 24, 6. 9, 11, 5.

[redacted]

d. 17, 56. Plaut. Asin. 5, 2, 34.
. Comicos. Plena oratio est:
a, vel fierine possit, *ut* cet.—
on, *μονονοὺ* s. *μονονουχὶ*, pæne,
m, parum abest quin. v. Drak.
esse aliud cet. ut c. 4. et 6, 40.
:um Duk. leg. *quid id esse aliud*.

—1. *quid aliud quam admonemus*,
9. — *Altera connubium petimus*
v. ad 8, 14, 9. *quod finitimis*

andem est, (v. ad 3, 68, 1.) *cur*
rras misceant, v. ad Juvenal. 2,
senibus temperaturos, v. ad 2, 23,
. *si dignus summo honore erit*,
t. pro *adipiscendi*) *summi honoris*,
l.
nde hoc valet, num idem est, si
, *plebejusne*, an plebejus, *consul*
ossit, ac si *servum* — *consulem*
t? Alii legunt: *plebejus ne consul*
quasi lex sit. Bauerus malebat
t *valebit*. — *Ecquid sentitis*. v.

placet ironice et cum contemtu
obatione dici solet pro: quod
n est; Germ. *so Gott will!* " In-
'. dixit, ut nos fere *Gottlob! so*
ch gekommen: at 40, 13, 2. pro:
ere potest;" Bauer.
m si, (v. ad 5, 51, 1.) *non fastos*
non commentarios s. libros *pontifi-*
ales Maximos, in quibus Pontifex
mes singulorum annorum man-
, de quo v. Cic. de Or. 2, 12, et
nspiciendi nobis potestas datur.
i, vel siquidem, quoniam, adci-
it cum Periz. leg. *etsi*; Drak.
uam, an umquam, umquamne,
quod indignantis est et inpati-
tiam vehementer optantis per
nem, ut passim; cf. ad 9, 10,
. Duker. et Drak. ad 24, 14.
, 21.) *creditis fando auditum esse*,
a vobis innotuisse.
s auctoribus, v. ad 1, 17, 6.
nanæ modo, *sed* cet. v. ad 1, 40, 1.
ti Corinthii filium, v. ad 1, 34, 2.
: *Corniculana natum*, v. ad 1, 39,
nullo natum, ignoto, ignobili;
decus *ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ* in Ep.
. Cf. Eurip. in Ione v. 110. 837.
6, 6. 10. 2, 5, 15. et Wessel.
Contra *qui patrem ciere possunt*;
d 10. 8, 9, *ingenio* et *virtute*, v.
. Mox forte leg. *dum* (quamdiu)
iratur genus.
ut nunc vos plebeji consulis, v. ad
— *advenas reges non fastidierint*,
Gr. *ἐπήλυδες*, Schæf.
iam certe gentem cet. Cf. 2, 16.
ri possis: *civi Romano*, *si* cet. Sed
dice etiam Bauero. Post *pre-*
,

13. *pace belloque bonus*, v. ad 4, 2, 2.— Mox *teterrimis* antt. codices, et *tamen omnes* 3 MSS. pro *deterrimis* et *tum omnes*.

14. *novis hominibus*, v. ad 1, 34, 8.

CAP. 4.)—1. *ea*, *ne si utilia quidem sint*; *τὸ ea* referendum ad *multa*: quod quo facilius adpareret, parentheseos signa ex præc. sustulit Bauer. qui tamen vel sic *ἀνακόλουθον* orationem esse jam monuit. Forte leg. *Et*, *quod nondum est factum*, (*multa* — *populo*) *non*, *ne si utile quidem sit*, *fieri oportet*?

2. *non*, nonne, (ut 5, 53 al.) *decemviri tulerunt*, cf. ad 4, 1, 2. *pessimo publico* malebat Gron. ut sup. 2, 1, ubi v. not 3. Baueri nota est: " Vel *exemplo*, vel *publico* delendum ac vix est, quin prius. *Exemplo* enim hic qui locus? Utrum, ne quis similem legem ferret? Quorsum, quum esset decemviralis? An, ne patricii sequerentur superbiam priorum? At istud non a lege, sed ab ipsorum fastu proficiscebatur." — *Quid est aliud*. v. ad c 2. n. 10.

3. *plerique oriundi ex Albanis et Sabinis*, v. 1, 17. et 30. — *aut ab regibus lecti* in Patres, *aut post reges exactos jussu populi*: " nam post reges exactos in hac re intervenisse jussum subfragiumve populi, idemque adeo sub regibus necessarium fuisse, docet Dionys. 2, 47. 4, 3. 5, 40. et sic adcipio, quum quosdam a Patribus in patricios cooptatos legimus, ut inf. 10, 8. et ap. Suet. Tib. 1." Duk.

4. *privatis consiliis*, ita ut non opus fuisset vobis lege illa, a decemviris lata. Cf. not. 7. — *enubere e Patribus*, per connubium ex ordine (familia et gente) patricio in plebejum, vel, 39, 19., in gentem honestiorem, transire, *ausser seinem Stande heurathen*, Stroth. Cf. 10, 23. 26, 34. 39, 19. Sic contra *innubere* v. ad 1, 34, 4.

5. *patriciorum ista libido est*, v. c. Appii decemviri. Tota oratio plena est acerbarum quidem, sed et gravium verarumque sententiarum, quæ omnibus inculcandæ sunt nobilibus.

6. *Cur enim non confertis*, insuper vel una et simul legem fertis, in ea additis. Similiter 10, 18pr. *consciverant bellum*, simul vel unanimi consensu omnibusque subfragiis sciverant, decreverant, vel simpl. sciverant, 40, 45. *tempestas aliquot signa constravit*, simul, una stravit, vel simpl. stravit; *conscribere*, *conquirere*, *conclamare* cet. v. Ernesti ad Suet. Claud. 38. et sup. ad 1, 32, 12.

7. *Quod privatorum consiliorum*, res privati consilii et ab eo vel arbitrio hominum pendens, *ubique semper fuit*, *ut*, *in quam domum* innubere, per nuptias transire, *cuique feminæ convenisset*, aptum fuisset, vel potius placuisset, in eam *nuberet*, et, *ex qua domo vir feminam pactus esset*, pactionem cum ea nuptialem fecisset, (ut fere *pacto fratri* 44, 30. nam vulgo puella dicebatur viro *pacta*, de quo v. ad Juvenal. 6, 25. Ruhnken. ad

Vellej. 1, 1. et Duk. inf. ad 44, 30.) *in matrimonium* eam et in domum suam *duceret*.

8. *sub legis s. vincula conjicitis*, vinculis subjicitis. Pro: *in vincula*, ut ὑπὸ pro εἰς; Ern.

9. *Quid enim in re est aliud*, ut 10, 8, 10. et Sen. Ep. 116.

10. *patrem sequuntur liberi*, hi jura, gentem conditionemque patris, non matris, adcipiunt.

CAP. 5.)—1. *omnibus* civibus *æqua libertas parta*, eadem jura et commoda, subfragiorum ferendorum, omnium honorum petendorum cet Cf. Ernesti clav. Cic. v. *libertas*.

2. *Quid? si* cet. (wie wenn) pro: *quid* diceretis faceretisve, *si non* cet. (wie wäre es, wenn) ut 9, 18 al. Ernesti *quid si* pro *quasi* dictum, vel ita legendum putabat.— — *bis jam experti essetis*, v. 2, 55. et 3, 11.— — *Scilicet* εἰρωνικῶς et amare dicitur, ut *nimirum* et *videlicet*, (9, 17, 6. 32, 21, 14.) nostrumque *freilich*. Hoc sensu passim obviæ voces istæ, et tum plerumque signa interrog. adposita sunt, quæ removeri præstat.

3. *Si hæc inpediet aliquis*, (*sin* conj. Sigon. quod vel auris legere jubet; Bauer.) *ferte sermonibus bella*, semper et ubivis sermones serite s. spargite de bellis, bella crepate. Similiter *aliquid fama* et *rumoribus ferre*, quasi circumferre, 23, 31. 34, 36, 1. et ap. Tac. Ann. 15, 46. 16, 2.

CAP. 6.)—1. *res a perpetuis*, continuis, una serie et continuatione recitatis, *orationibus* (cf. 32, 19 extr.) se *vertisset* (v. ad 2, 3, 2.) *in altercationem*, alternum conloquium vel disputationem, quæ interrogationibus et responsis continetur. Cf. 8, 33. Cic. ad Att. 1, 16. et Quintil. 6, 4. Similiter *perpetuum jugum* et *dorsum* montis dicitur 33, 6. et 41, 18. Cf. ad 9, 17, 6. — Mox pro *respondit* forte leg. *responderunt* sc. consules, vel *respondetur*, vel *respondebatur*; nisi excidit nomen alterius consulum. Bauerus monet, *respondet* dictum esse pro *responderunt*, aut subplendum *consul*, sc. ex consulibus. Neutrum satis placebit.

2. *quod nemo plebejus auspicia*, jus ea capiendi, *haberet*, v. ad 2, 33, 3.

3. *connubium* Patrum et plebis *diremisse*, separasse. — *auspicari*, auspicia capere.

4. *Quum Canulejus* — *ingens esset*, plurimum gloriæ et auctoritatis adeptus esset. Cf. 5, 17 pr. — *alii tribuni pro rogatione sua* cet. Cf. cap. 1. Mox *concilia principum* malebat Gron. v. ad 1, 54, 1.

5. *civibus de victoria concedendum*, v. ad 3, 60, 4. *quam maxime tribunicii, et prensare homines*, τὸ *quam* redundat, atque illud *et* rectius afuerit, ut simpl. otiosum: neque enim distributionem facit cum altero *et*, sed idem fere indicat; Bauer. Abest a MS. Lovel. 4. — *a primoribus coacti patiere honorem*.— — *cessisse*, recessisse a *possessione*, summa administratione *rei publicæ*, summumque inperium plebi et tribunis concessisse. Forte leg. *possessionem*. — *in contentione libertatis*, de libertate, ob eam. Cf. ad 1, 5, 5. — *secundum*, post.

6. *altitudinem animi*, magnitudinem animi. Alio sensu dicitur Tac. Ann. 3, 44. ubi v. not. 3.

CAP. 7.)—1. *Anno CCCX* cet. a. CCCXI ap. Dionys. l. 11. p. 736. Cf. Drak. ad h. l. et Dodwell. de cyclis diss. 10. §. 86. — *T. Cæcilius*; quæ gens plebeja fuit. Leg. *T. Clælius*. Dionys. l. l. eum vocat Τίτον Κλοίλιον (ita scrib. pro vulg. Κλόσιον, quod vel ex cognomine intelligitur) Σικελόν. Ceterum *tribuni militum consulari potestate* usque ad a. V. c. 388., quo L. Sextius primus de plebe consul factus, (v. 7, 1.) creati sunt, sed nonnumquam et consules, prout seu plebs, seu Patres prævaluissent certaminibus. Illis autem hoc nomen inditum, quod inter plebejos maxime eminebant tribuni militum.

2. *pro firmato stetit jus*, tamquam firmatum. Cf. ad 2, 7, 4. — *vitio creati*, v. ad 5, 17, 4.

3. *C. Curtius*, consul, (v. cap. 1.) *parum recte*, vitiose, contra disciplinam auguralem, *tabernaculum cepisset*, v. ad 1, 6, 4. et cf. Cic. de Div. 1, 17. 2, 35. Hæ autem artes erant patriciorum, qui auspicia soli habebant et pro lubitu comminiscebantur.

4. *Legati ab Ardea Romam venerunt*, v. ad 10, 14, 2. et 27, 5, 4. — *ita* (v. ad 1, 17, 5.) *de injuria querentes*, de qua v. 3, 71. 72.

5. *sua tempora exspectare*, v. ad 1, 56, 10. — *se rem integram relaturos*, v. ad 2, 5, 1.

6. *Interrex ac senatus consulum comitia ut habeantur tendunt*, contendunt, operam dant, perficere conantur. Cf. 7, 22, 2. 10, 1, 3. 21, 33, 4. 28, 18, 2. 32, 32. 37, 53. et mox ad c. 8. n. 6. — *certamen sine effectu*, quo se nihil profecturos prospiciebant, *in beneficio apud primores Patrum reliquere*, omisere in eorum gratiam, ut loco beneficii vel per beneficium quasi suum inpetrarent consulatum.

7. *Licinius Macer*, historicus. Cf. ad 3, 5, 9. et Ind. — *Libri lintei*, in linteo scripti, et adservati *ad Monetæ* sc. ædem, (v. ad 1, 33, 6.) h. e. in æde Junonis Monetæ, (de qua v. ad 6, 20, 11. et 7, 28.) prisci annales pop. Rom. Cf. cap. 13. 20. 23. et Dodwell. in Adpend. Prælectt. Academ. p. 654 sqq. *inventa* sc. esse consulum nomina.

CAP. 8.)—1. *haud dubiis consulibus*; unde mox eadem vox *consulibus* delenda videtur.

2. *senatus equitumque centuriæ*; sed cur non et ordo plebejus, cujus homines ita notabat Censor, ut eos tribu aut centuria moveret, vel, ut Asconius dicit, ut in Cæritum tabulas inferrentur, ac per hoc non essent in albo centuriæ suæ? Hinc non male Stroth.

atus, equitum, centuriæ, vel potius,
uibusdam MSS legitur, *centuri-*
centuriarumque) *decoris dedecorisque*
nisi malis *descriptio*. De munere
f. Cic. de leg. 3, 3. — *Vectigalia*
unia, quæ pro vectura mercium
st, ut 40, 51, 11. sed in genere,
nnes reditus publici e decumis,
t portorio. v. Ernesti clav. Cic.
per multos annos (17, v. sup. 3,
, v. ad 1, 44, 1. — *operæ erat*,
, 10. — *Mentio inlata ab Consu-*
tis est mox non male conj. Pigh.
a. 310.
leque et tabularum cura, cura tabu-
licarum (h. e. codicum cera-
quibus SCta, leges, rationes et
s vectigalium, aliæque res pub-
nsu, judiciis, senatu, comitiis,
gnabantur) et conficiendarum,
ario, (*Archiv*) quod in atrio Li-
at, custodiendarum. Cf. 43, 16.
ario Casaub. ad Suet. Aug. 29.
eg. *et tabularum cura custodiaque*.
est lex s. præscriptum et norma,
quam aliquid faciendum est;
, 57, 11. et 26, 24, 5. (hinc *for-*
di, certa præscriptio, methodus
qua census est agendus; (cf.
formula cognitionis 40, 12. (ubi v.
orma judicii, proprie modus a
æscriptus judicibus, ut ad eum
dicium, et ex eo intellegant,
modo cognoscendum judican-
it: unde et *formulam juris exse-*
tuere dicitur 39, 26 extr.
necessariam, h. e. necessarii, *quam*
endidi et magna dignitate con-
isterii procurationem intuentes et
Cf. ad 1, 1, 6.
ams. tetendere adversus Patres
consilium, contendere, pugna-
ere. Cf. 5, 24, 6. 8, 15, 8. 10, 6,
t sup. ad c. 7. n. 6.
ium Semproniumque cet. Cf. sup.
. Sed leg. *dubitatur* e MS. Lovel.
ett. ante Ald.
solidum, integrum, *consulatum*,
r *solidum* h. e. totum s. integrum
raverat.

)—1. *quæque alia in Deorum iras*
se, (v. ad 2, 3. 2.) h. e. iram D.
vel potius *vertunt* sc. *populi* vel
h. e. iræ divinæ tribuunt, vel
ndicia ejus et effectus hujus cau-
tantur. Cf. loc. simil. 28, 11 pr.
corporis, plebeji generis s. or-
d 1, 17, 2.
tendere, ad sui ordinis vel, ut
r, partis suæ hominem (sc. ple-
randum inclinare s. convertere
ulles seditionum causas memo-
. Polit. 5, 4. — *intra parietes*, cf.
junctio c. 11. — *manu facta*,

multitudine hominum congregata.

4. *nihil Rom. plebi similis*, quæ bis in secessione fuerat quieta, nec quidquam violenti fecerat. v. 2, 32. et 3, 50. 51. — Mox cum Drakenb. forte leg. *omnis etiam experte ante certaminis multitudine* cet., vel *omnis etiam expertam ante certaminis*, ut passim *expertus* jungitur genitivo. v. Drak. ad h. l. ad 24, 22 pr. 40, 8, 4. et nos ad Sil. 8, 614. Sic et *adsuetus* 38, 17. *insuetus* 6, 34. *insolitus* 10, 28. *metuens* 22, 3. *incertus* 4, 23. 24, 24. *certus*, *peritus* cet. quæ comparavit Stroth. ad 24, 22. Hæc et alia Græcorum dicta more et passim obvia. Permulta laudavi exempla in Adpendice Silio adnexa p. 171. 172.

5. *velut contacta civitate rabie*, v. ad 2, 5, 3.

6. *præcipiti jam die* ad vesperum, (ut 4, 9. et 25, 34, 5.) ad finem festinante. Sic *præceps in occasum sol erat* 10, 42 pr. *sol se inclinavit* 9, 32. (ubi v. not. 4.) forte et *ver præceps* 44, 30 pr. ubi v. not. 1.

7. *Quarta vigilia*, hora matutina tertia. Cf. ad Sil. 7, 154 sq. *Signa proferre*, movere s. promovere castra s. milites, *vorrücken*.

8. *muro Ardeæ brachium injunxerat*, partem munitionis ex reliquo opere transversim procurrentem, ut fere opera, quæ *Tenailles* hodie dicunt, h. l. *Communicationswall od. Linie*, et 22, 52 pr. (ubi cf. Drak.) agger transversus, Str. *Brachia*, Gr. σκέλη, (ut ap. Polyæn. p. 84. et Diodor. 13, 107.) munitiones earumque inpr. partes prominentes, vel in longitudinem directæ, vel curvatæ in modum arcus. v. 4, 22, 52. 38, 5. Inttp. Suet. Claud. 20. Frontin. Strat. 3, 17, 5. Hirt. b. Alex. 30. Prop. 3, 20. al. 21, 24. Virg. A. 3, 535. *injunxerat*, ut 10, 34. 27, 41. al.

CAP. 10.)—1. *rapto in diem frumento*, quovis die, singulis diebus, ut 8, 23, 8. 31, 29. 34, 19. et *ad diem* 23, 21, 1. *in horas* ap. Horat. Sat. 2, 7, 10. al. nisi malis explicare *pro uno die*, in unum diem, vel jungere cum *aluisset*, ut *in diem vivere rapto* 22, 39, 6.

2. *Volsci exiguam spem*, quæ ipsis reliqua et *in armis* tantum posita erat, *quam tentassent*, (ut 21, 12. 44, 45. et al. *alia* quavis, omni reliqua sc. spe (sive pacis sive fugæ *undique abscissa*; v. ad 35, 32, 4. *Alia* etiam passim dicuntur reliqua, ut τὰ μὲν ἄλλα, ἄλλος στρατὸς cet. Cf. 1, 12, 8. 2, 23, 8. 11. 3, 54. 5, 13. 6, 1. 7, 26. 8, 25. 9, 4. 21, 27. 22, 11. 30. 56. 23, 40. 24. 1. 38, 24. 40, 12. 41, 8.

3. *sub jugum missi*, v. ad 3, 28, 7. — *Romanus* sc. Consul, quæ vox addita in multis edd., sed passim omissa est. Cf. princ. hujus cap. et ad 32, 11, 4.

4. *bona eorum in publicum redactis*, v. ad 2, 9, 4.

5. *dentem injuriam judicii*, v. 3, 71. 72.— *æquavit consul togatus armati gloriam collegæ*, v. ad 3, 15, 1.

6. *pacisque domesticam curam*, pro *domesticæ*. v. ad 1, 1, 6. — *pene ipsum*, emphatice, ejus personam.

CAP. 11.)—1. *quo majori gloriæ rerum subcederes*, h. e. quo majoris gloriæ viris s. consulibus cet., abstr. pro concr. ut 24, 5 pr. *subcedere tantæ caritati Hieronis*, h. e. Hieroni tam caro civibus, et 37, 58, 5. *ne cognomini fratris cederet*, forte et 9, 18. *male gestis rebus alterius subcessum est*. Cf. ad 3, 15, 8. et ad Juvenal. 4, 39. 81. et Sil. 4, 599.

2. *in re præcipiti*, v. ad Præfat. n. 12.— *infamiam judicii.*, v. 3, 71. 72. Hæc vera SCti causa non *palam relata in tabulas*, (v. ad cap. 8. n. 4.) sed alia, eaque similata, ut plebs et tribuni ignorarent, a consulibus esse *initum*, captum, *consilium*, *judicii* infamis, cujus illi auctores fuerant, *rescindendi*, tollendi, irritum illud faciendi.

3. *coloni eo — scriberentur*, h. e. mitterentur scribendi, ut 5, 24, 2.

4. *ne primoribus quidem Patrum satis adcepti*, grati, *quod nihil gratiæ cujusquam dederant*, quod in distribuendis agris nullius auctoritatem seu gratiam sequuti essent, haud favore vel amicitia alicujus se ab justo abduci passi essent, Stroth. Cf. ad 3, 58, 4.— — *coloni adscripti* scil. veteribus colonis. Al. *colonis*, quod facilius est. At cf. 8, 14, 7.

CAP. 12.)—1. *per secessionem plebis a Patribus*, v. ad 2, 18, 1.

2. *a Pœtelio, qui tribunus plebis* superiore anno fuerat, et ut tam agri dividerentur plebi, quam tribuni militum consul pot. crearentur, contenderat; (quæ tamen omnia Livius supra silentio prætermisit) nunc vero *tribunus pl. iterum factus est denunciando ea ipsa*, h. e. se easdem rogationes laturum.

3. *regno prope per largitionis dulcedinem*, per periculosas largitiones Sp. Mælii, regni consilia agitantis, (v. cap. 13.) *in cervices adcepto* a populo Rom., quod propr. dicitur de animalibus, quorum cervicibus juga inponuntur. — *Adgravare* de pondere dicitur, quod oneri per se jam gravi superadditur, Stroth. Cf. 6, 27 pr. 22, 8. 44, 7. Sic et *premere*, et *onerare* onerosius graviusque reddere, et hinc augere 5, 39, 8. 34, 62, 2. 38, 56 extr. ut contra *levare* et *elevare*. Cf. ad 3, 13, 1. 3, 21, 5. et Tac Ann. 1, 69, 7.

4. *vix ope deorum omnium resisti potuisset*, sc. quin obruerentur res, vel obrueretur res h. e. res publica Rom. ut inf. cap. 43 extr. Alii legunt *sisti*, de quo v. ad 2, 29, 7. Sed ita quoque reponendum *potuissent* sc. res adgravatæ. — *Cœpere a fame mala*, initium malorum fuit fames.

5. *dulcedine concionum*, v. ad 3, 72, 4.

6. *Præfectus annonæ* magistratus extraordinarius temporibus liberæ reip., propter caritatem annonæ interdum creatus, ordinarius autem ab Augusto factus dictusque *curator frumenti populo dividundi*, (v. Suet. Aug. 37.) qui annonæ curam habebat, canonem exigebat frumentarium, tesserasque frumentarias aut panes dividebat.

7. *annonæ levatæ*, v. ad 2, 34, 13. et 3, 21, 5. *nullum momentum annonæ fecisset*, ejus pretium nihil fere levasset, vel ad illud minuendum nil valuisset. Cf. ad 1, 47, 7. et 3, 27, 6.

8. *revolutus*, necessitate redactus, (cf. 5, 11 pr.) *ad dispensationem*, distributionem, *inopiæ*, exiguæ, quæ supererat in Urbe, frumenti copiæ, *cogendo*, eo quod quemvis cogeret *profiteri frumentum*, quantum ipsi restaret frumenti cet. — Mox *usu* more antiquo pro *usui*, (quod multi exhibent libri) ut 7, 2. *versu*, 9, 5. *exercitu*, 22, 2 pr. *delectu*. Cf. ad Sil. 3, 88. ad Tac. Ann. 3, 30, 5. et inf. ad 5, 13, 4. Sic contra *classi*, (4, 34, 3. 24, 40, 1. 30, 9, 5.) *sorti*, (4, 37, 5.) *igni*, *colli*, *amni*, *cædi*, pro *sorte*, *classe* cet. Cf. ad c. 37. n. 5. ad 24, 40, 1. Sil. 7, 368. 8, 125. 10, 462.

9. *fraudando — servitia*, servos. Cf. 2, 10 extr. — *Frumentarii* mercatores, qui lucri causa frumentum coëmunt, ut majori pretio postea divendant, Drak.

10. *capitibus obvolutis se in Tiberim præcipitaverunt*, cf. Horat. Sat. 2, 3, 37 ibique Intpp.

CAP. 13.)—1. *ipsa res — impedimento fuerat*, quod sc. frumentum omne prius ab eo privatis sumtibus coëmtum esset, et nihil relictum publice coëmturis. — *conspectus*, v. ad 2, 5, 8. — *despondentem* plebem, spondentem, destinantem, ut 26, 37, 2.

2. *certamine, quod ingens* cet. pro *certamine ingenti, quod exsudandum esset*, multo sudore s. labore sustentandum et conficiendum; ut passim *sudare* et *exsudare*. — *compositis consiliis*, v. ad 3, 53, 2. — *L. Minucius* Augurinus, qui *P.* dicitur Plin. 34, 5. et *T. Minucius C. F.* in denario quodam vetusto.

3. *in incertum creatus* sc. tempus. — *in libros linteos*, v. ad cap. 7. n. 7.

4. *eamdem publicæ curationem agens*, h. e. publico nomine, mandato, sumtu et auctoritate. Ita legitur ex emend. Florebelli; at in omnibus MSS. et edd. antt. *rei publicæ*, quod minus quidem aptum, sed non plane ineptum est. v. ad 2, 64, 3.

5. *genus idem hominum*, sc. qui coëmerent frumentum. — Mox pro *conciones* Gron. conj. *coitiones*, h. e. cœtus clandestinos, ut mox *cœtus plebis*. v. ad 2, 28, 3. Sed *conciones* eodem quoque sensu capi possunt.

6. *Tempus nondum stare*, constitutum, definitum esse. Similiter *sententia ei stat*, h. e. non dubia est, sed certa et firma, (ut al. *ei constat*) 21, 29. 30 pr. 30, 4. et *non satis constabat animis* 27, 44 pr. Cf. ad 32, 19, 5.

7. *consulem auctorem*, v. ad 2, 58, 1.

CAP. 14.)—1. *quum in forum descendisset*, v. ad 2, 54, 13.

2. *novitate rei ac miraculo*, quum nec tumul-

[redacted]

um repens dictatoriam majestatem uireret, exigeret. — *expertes, iorum regni* a Mælio agitatorum. *irtute esto*, v. ad 2, 12, 10. Mælictatoris occisum tradunt alii. V. n. 1.

—1. *incerta existimatione*, judicio, 4, 41, 2. 23, 47, 3. 34, 2.) æstit alii legunt: nam *æstimare* non gitare s. reputare, sed etiam, cognoscere, judicare: cf. ad 15, 21, 1. at *existimare aliquid de aliqua re* dicitur; v. ad Præf. c. ad 34, 2. et Intpp. Suet. Ca*facti*, h. e. quum incerta s. dultitudo, quid de hoc facto exisidicaret. Cf. 22, 59, 7. 30. 23, *insons crimine*, ut *crimine innoxius* 14. 7, 20.

causæ fortunam, causæ respon: bonam sive malam; vel eamnam nunc expertus sit. — *nalegesque*, ut *inter ferrum et arma* 10, 16, 2. Cf. ad 5, 37, 6. et 1. 3, 335.

filios regis, immo *nepotes*, *liberos s*, qui Tarquinia sorore regis r. 1, 56. Hinc Sigon. delet vouse a multis MSS abest, et voc. dcipit, ut intellegantur Vitellii ex duabus sororibus Collatini Epit. II. n. 1. Eosdem signifis pro cognato regis dici, puta- Sed de solis Bruti filiis h. l. ser: propter verba seqq. *a patre securssos*, et vel *nepotes* nonnumdici, vel potius rei augendæ ctos, vel Livium memoria lapsonet Drak. Quæ omnia parum uut. Forte interpolatores inobis pro *nepotibus* obtrusere. Cf. . n. 1. Mox *propter pactionem* Bauer.

mulctatos sc. sciret. — *quo nefas* sustulisse animos s. adspirasse. *unatus plebis* cet. qui ne eo quierat. — *frumentarium divitem*, 2. n. 8.

duabus libris, *farris*, tam vili ulis civibus dato, *sperasse libertam suorum emisse*, suam dominaervitutem civium. *Bilibra* sub*libra*, *bilanx*, *bimensis*. Veteres ientum non modo metiri, sed et iblebant, ut nos panem et faritiam pro *farina* dicitur. Cf. 5, '. — *cibo objiciendo*, ut canibus

o scelere id magis, quam pro monstro elere monstroso. *Monstra* dises res insolitæ et portentosæ, ter naturam fiunt. — *contacta*, l.

t ea bona atque in publicum, ærarium, *redigere*, h. e. pecuniam e venditis bonis redactam, ut *bona petita in fiscum* ap. Tac. Ann. 2, 48. Cf. ad 2, 9, 4.

CAP. 16.)—1. *Æquimælium* locus prope Capitolium et sub eo, in vico Jugario, (v. 24, 47. et 25, 31.) sic dictus, quod ibi solo est *æquata Mælii* domus. Cf. Cic. pro domo 38. et de Div. 2, 17.

2. *L. Minucius bove aurato donatus est*, h. e. bove æreo eoque aurato, quod monimentum erat, ut et *statua*, quam eidem Minucio *extra portam Trigeminam a populo stipe conlatâ statutam esse* tradit Plin. 18, 3 s. 4. et 34, 5. s. 11. quæ statua expressa in nummis ap. Patin. p. 179. et Liebe in Gotha nummaria p. 233 al. unde Clericus conjiciebat, statuam hanc fuisse simulacrum bovis deauratum, sed vir doctus in Misc. Obss. T. V. p. 210 sq. post *aurato* excidisse verba *et statua*. Alii h. l. legendum putant *bove aratore* s. *aratorio*, vel *bove tauro*, vel *binis æris*, vel *bove et agro* s. *auro* s. *arvo* s. *ac prato*. Forte tamen *bos auratus* h. l. ut 25, 12. est bos auratis cornibus, (ut 7, 37. et fere *aurati milites* 9, 40, 5.) non vero destinatus ad sacrificium a Minucio aut ejus nomine faciendum, sed præmium virtutis virorumque de re publica bene meritorum, quos vel multis bobus vel eximio quodam albo, opimo et auratis cornibus donatos legimus 7, 26. 37. et 26, 48 extr. ut heroës Homericis temporibus, quibus census erat in pecudibus; unde ex iis et præmia proponi solebant et mulctæ inrogari. Cf. Plin. 33, 2. et Intpp. Hom. Il. β, 449. et ζ, 236. Ad sacrificium tamen spectat locus 25, 12. (conl. Macrob. Sat. 1, 17.) ubi reperimus *sacra bobus caprisque auratis Apollini et Latonæ facta Græco ritu*: nam Græci, humanos adfectus moresque ad deos transferre soliti, in publicis potissimum et majoribus sacrificiis vel gravi calamitate inminente oblatis, victimas, ut eo gratiores diis essent, non modo coronis, infulis et floribus, sed auratis etiam cornibus ornabant. v. Plin. 33, 3. s. 12. (qui majores dumtaxat hostias ita decoratas tradit; quod falsum esse, vel. ex Liv. 25, 12. intellegitur) Hom. Il. 10, 294. Odyss. 3, 382 sq. 425 sq. 433 sq. Virg. A. 9, 627. Broukh. ad Tibull. 4, 1, 15. et Lakemacheri Obss. philol. P. 1. obs. 3. de ritu judaico, cornua victimæ deaurandi coronandique p. 79 sq.

3. *assibus in modios æstimatum*, modio quovis non pluris vendito quam uno asse; qui tamen tum libralis erat. — *apud quosdam auctores*, ut et ad Plin. 18, 3. s. 4. — *obtinuisse*, v. ad 3, 36, 12.

4. *falsum imaginis titulum*, titulum, *tribunus plebis*, falso subscriptum imagini Minucii cum aliis *titulis* s. indicibus bonorum rerumque in quovis magistratu gestarum. Cf. 8, 40. 10, 7 extr. 22, 31 extr. — *lege cautum*, v. ad 1, 53, 1. et de hac *lege* 3, 65.

5. *sex locis tribunorum mil.*, ut passim

loca de honoribus vel magistratibus, eorumque numero, ut 4, 57 extr. 5, 2, 10. 6, 37, 3. 8, 35, 7. 10, 8, 15. 35, 10, 1. 42, 34, 11. Similiter ἐλλείπουσιν αἱ χῶραι dixit Polyb. 35, 4, 4. ut *loca vacua relinquuntur* sup. 3, 35, 2. Gall. *les places vacantes.*

6. *Prælatus suffragiis Quintio*, ante eum, adeoque primus, est creatus.

CAP. 17.)—1. *Lartem Tolumnium*, v. ad 2, 9, 1. — *Clœlium Tullum*, v. ad 3, 1, 1. *Sp. Antium*, al. *Nautium*. De utroque v. Drak. ad h. l. et Intpp. Cic. Phil. 9, 3. et Plin. 34, 6. s. 11.

2. *vocem ejus ambiguam* cet. cujusmodi v. c. fuisset, si interrogantibus Fidenatibus, utrum legati Rom. ipsi trucidandi viderentur, ad *prosperum jactum tesserarum* (unice intentus aleæ) exclamasset: *optime!* Stroth.

3. *nec deinde*, postquam satiatus ludo ad seria redierit, *in horrorem versum esse facinus*, effecisse ut horreret illud. — *respicere spem ullam*, ullam veniam vel quidquam exspectare et sperare: nam respiciendi gestus indicat exspectationem et spem; Ern. Cf. c. 46. n. 6.

4. *Legatorum statuæ publice in Rostris* (v. ad 1, 34, 14.) *positæ sunt*, cf. Plin. 34, 6. s. 11. et Cic. Phil. 9, 2. — *præterquam finitimis* cet. v. ad 5, 14, 5.

5. *ad curam summæ rerum nihil controversiæ fuit*, v. ad 1, 7, 7. et 3, 5, 6.

6. *ex conlegio prioris anni*, ex conlegis, vel quod conlegæ fuerant anno superiori. Cf. cap. 22. 24. 26. 49, 5, 18. et ad 3, 15, 8.— *centuriones veteres belli periti*, ut *milites veteres, periti hostium bellique* 34, 17. Vocem *periti* delendam putabat Gron. Sic *veteres belli, operis, militiæ* cet. passim dicuntur Tacito et poëtis, non Livio. Cf. ad Tac. 1, 20, 5.

7. *collesque inter Fidenas — ceperunt* sc. hostes, (cf. ad 2, 56, 1. sed et ad 28, 12, 8.) *referentes castra*, ut *referre pedem*, et contra *proferre castra* s. *signa* — *quam legiones Faliscorum venerunt auxilio* Vejentibus et Fidenatibus. Cf. cap. 18 med. — *castra Etruscorum*, Faliscorum, quorum urbs Falerii.

8. *ad confluentes* (v. ad 1, 27, 3.) *consedit*, castra posuit, — *qua parte sequi*, petere ripas utriusque amnis, ad eas pervenire poterat, et indoles ac situs riparum permittebat, ut *munimento* sive *vallo interposito* tectus eas adire posset; Drak. *Sequi* amnes, h. e. *munimentum* ad utrumque amnem perducere *poterat vallo interposito*, ita ut a duabus partibus amnibus, a tertia vero vallo tectus esset; Stroth. De locutione *sequi ripas* cf. ad 32, 6, 3. ad Sil. 1, 141. 2, 87. Gron. ad Sen. Ep. 76. Burm. ad Val. Fl. 1, 3. et 66. — *in aciem eduxit*, v. ad 1, 23, 3.

CAP. 18.)—1. *ne longinquam militiam*, longam, diuturnam, (ut et *longus* pro *longinquo* dicitur) *non paterentur Falisci*, ne eam (tamquam onus) diutius ferre recusarent, detrectarent, gravarentur; nisi *longinqua* est remota, et exponere malis *ne procul a domo militiam ægre paterentur*, quod modo dixerat Livius.

2. *Vejens*, Vejentium rex Tolumnius, ut al. *Romanus* v. ad 32, 11, 4. — *inter dimicationem*, ut c. 19. *inter prœlium*, h. e. dum prœliantur, et 32, 29. *inter noctem*, dum nox est, noctu. Cf. ad 24, 30, 1. 36, 20. 39, 1, 2. *Capitolinus Quinctius*, v. ad 3, 1, 1.

3. *arcem Romanam respectante* cet. v. ad 1, 6, 4. — *simul*, simulac, quamprimum, (ut mox iterum, et passim) *aves rite admisissent*, v. ad 1, 36, 3.

4. *effuse sequentibus*, catervatim et cum impetu (v. ad 1, 14, 7.) persequentibus, urgentibus, prementibus hostem *Romanis*, ut de iisdem 5, 28, 6. — *trahebat certamen*, v. ad 2, 61, 6.

CAP. 19.)—1. *quacumque parte se* s. *iter intendisset*, quo se vertisset, ivisset, contendisset; ut *intendere se* 10, 43. 21, 29. 30. *intendere* (vertere, dirigere) *iter aliquo* 10, 43, 6. 21, 29, 5. 22, 9, 4. et *bellum ac pugnam* 2, 50. 21, 6, 5. 28, 41, 4. *intendi* in hoc cap. extr., et simpl. *tendere* sc. se s. iter et cursum 9, 37. 10, 36. 21, 31. 23, 34. 25, 32. Inde et 24, 5, 4. *tendere ad Carthaginienses* et *alii alio tendunt* 24, 28 pr. ubi mox synon. dicitur *ad Carthaginienses inclinare* et *alii alio trahunt res*. Hinc etiam *intendit pergere, ducere* cet. 27, 42. 36, 44. 45. 38, 2. pro *intendit se* s. *animum* s. *animo*, h. e. perpendit, vel constituit, vel contendit, adnititur.

2. *infesta cuspide in* hunc *unum fertur*, v. ad 1, 13, 2.

3. *se in pedes* (ut al. *pedibus*) *excepit*, ex equo desiliit in pedes h. e. terram, ut contra *subjicere* (h. e. sursum, in altum jacere, ut *submittere, subrigere* et al.) *se* s. *aliquem in equum* 6, 24. 31, 37.

4. *umbone resupinat*, media clipei parte, ὀμφαλῷ, quo hostes repelli solebant. Cf. 5, 47, 6. 9, 41, 11. 30, 34 pr. Curt. 3, 10. Martial. 3, 46. Sil. 2, 256. 14, 135. 15, 797.

5. *repetitum cuspide*, iterum iterumque petitum s. ictum, ut ap. Ovid. Met. 4, 733. 5, 473. 6, 20 al. *ad terram adfixit*, ut 8, 7. *terræ a.* Cf. ad 21, 35, 10. — *caputque abscisum* pro *abscissum* Drak. more suo scripsit. *Abscidere* vel *abcidere*, unde *abscisus* vel *abcisus* et *abscidit* s *abcidit*, media producta, ex *abs* vel *ab* et *cædere* compositum est, *abscindere* vero, unde *abscissus* et *abscidit* media correpta, ex *ab* et *scindere*. Verba itaque sunt fere synonyma: unde admodum variant editores et fluctuant. Cf. Drak. ad 31, 34. Gron. ad 45, 5. Duker. ad Flor. 2, 2. Oudend. ad Frontin. Strat. 1, 4, 7. et alios, quos laudavi ad Sil. 3, 552. 15, 470.

6. *locorum notitia*, ob eam, ea adjuti; ut passim ablat.

7. *Inter prœlium*, v. ad c. 18. n. 2.—

militum *vallum defendit*, v. ad 2,
intentos in vallum, cf. n. 1.
principali porta. Cf. ad 3, 5, 3.
iis 8, 8.

).)—1. *spolia opima gerens*, — et
Feretrii prope Romuli spolia, quæ
num, *opima adpellata* et *sola*, sic
ea tempestate erant, (v. ad 1, 10, 3.)
acrato, *fixit*, tamquam ἀναθήματα
us vel postibus foribusve templi
: de quo more v. Ind., ad 10, 2,
l. 1, 617 sq. 14, 650. et Perizon.
l. c. 7. — *carmina incondita*, ru-
ita et extemporalia, αὐτοσχεδιάσ-
quibus nec metri, nec numeri vel
rhythmi ratio habebatur, *in eum*
re, noto in triumphis more. Cf.
9. 7, 10. et 38. 10, 30. 24, 29 pr.
itudo incondita est rudis, inculta,
) 24, 24, 2. et 7, 2. ubi iidem
mum *inconditi*, deinde *incompositi*
cuntur.
aurean libram pondo, v. ad 3,

te opima spolia habentur cet. sed v.
3. et inpr. Perizon l. l. p. 250 sq.
opiose, quam docte et ingeniose
: Livii caput inlustravit.
ipse spoliis, thoraci linteo, *inscrip-*
Augusto lectus, sed haud dubie
so Cosso inscriptus, quod in fine
. traditur; nam ejus temporibus
usus erat rarissimus, (v. 6, 1 pr.)
imaginesque sine titulis et nomi-
postea adjiciebantur, et sæpe
lcurate. (v. sup. ad cap. 16. n. 4.)
orte fuit, *A. Cornelio M. F. Cossus*
Opima — Jovi Feretrio Dedicavit,
teri ejus, ut illum honestarent,
videntur, quis et qualis vel quan-
on quando, ista spolia ceperit.
, 39, 1. An titulus fuit, *A. Cor-*
, et tam Augustus quam librarii
jus cap. perperam non modo bis
voc. *Cos.*, sed etiam *Consul*, non
posuerunt? Sed hoc minus pro-
e, et literis *Cos.*, in titulis post in-
i nomina positis, semper (an ple-
antum ?) hunc honorem signifi-
. monuit Perizon. Ceterum Li-
quod *omnes auctores* priscos (nam
ax. et Aurelii Victoris non magna
itas) *sequutus est* h. l. et inf. cap.
at, se iis majorem, et recte qui-
m habuisse, quod etiam, sed recte,
in altera hujus cap. parte, in qua
utum et obscurus est, ut Augusto
etur. — Verba *illos meque* ejici-
iderim, ut sensus sit: *titulus ipse*
riptus arguit, indicat, ostendit cet.
Feretrii Jovis, quam — refecit, cf.
p. in Att. c. 20. Forte leg. *refecit*
t excidit *dicentem*; Gron. Id po-
ndendum putabant Jac. Gron. et

Drak. qui multa hujus similisque aposiopeseos exempla laudarunt. — *in thorace linteo* Tolumnii, opinor, regis Vejentium, a Cosso ei inter cetera spolia detracto, *scriptum*, ut paulo ante *titulus spoliis inscriptus*: nam si Romani tum non habuerunt loricas linteas, certe Itali; Duk. Cf. Lips. mil. Rom. 3, 6. *thorace linteo*, ex variis linis invicem impositis compacto; unde milites λινοθώρακες; (v. ad Sil. 3, 269 sq.) non vero *linteata legio* Samnitium 10, 38, 9.

6. *ipsius templi*, novi et refecti, *auctorem*, vel auctorem secundum, restitutorem.

7. *Qui error* sc. adfirmantium, spolia opima a Cosso trib. mil. capta esse, *si*, h. e. utrum s. an, (v. ad 1, 57, 1.) *sit in ea re*, in eo, et inde ortus. *quod tam*, admodum *veteres*, vetustissimi, (ut 1, 3. et 33, 45. ubi v. Drak.) *annales, et libri lintei, in æde repositi Monetæ*, (v. sup. ad cap. 7. n. 7.) *nono demum anno post* belli hujus cum Tolumnio gesti in iis mentionem, (a. V. c. 326. de quo v. inf. cap. 30.) *Cossum consulem habeant*, quum ille potius hoc a. V. c. 317 consul fuerit, *existimatio*, judicium, opinio, *communis* et libera *omnibus est*, (forte *esto*) ejus rei judicium penes omnes est, de eo cuilibet pro arbitrio suo judicare s. existimare et judicium interponere licet: (v. sup. ad cap. 15. n. 1. et cf. 23, 47, 3. et 34, 2.) nam in ipso *clarissimæ pugnæ* anno vix error ille esse, eaque in nonum post hunc *annum* V. c. 326. *transferri* poterit, *quod inbelle triennium ferme circa A. Cornelii Cossi* consulatum vel tempus consulatus fuit *magistratuum libri*, ut 39, 52. — Ceterum *nono anno* legitur ex emendat. Sigonii pro vulg. *septimo anno*. Sed Perizon. l. l. monet, cum Glar. legendum esse *nono anno*, et initium numerandi more Rom. ac Livii, qui in exprimendo numero annorum sæpe utriusque extremi rationem habeat, (quod etiam observat Dodwell. de cyclis diss. 10. s. 26.) faciendum ab hoc ipso anno V. c. 317. unde et mox *tertius ab consulatu Cossi annus tribunum — habet*: nam consul fuit a. V. c. 326. (v. cap. 30.) et tribunus mil. cons. pot. a. 328. (v. cap. 31 pr.) Contra Drak. probat lectionem *nono anno*, quia hæc reperiatur in duobus MSS. Oxon., et major sit similitudo inter IX et VII, quam inter X et VII, neque semper Livius utriusque anni extremi rationem habuerit, certe non 3, 30. ubi non *tricesimo septimo*, sed *tricesimo sexto anno* a primis tribunis plebis decem creatos esse dixerit. Cf. ad 38, 52, 4. et 42, 10, 5.

8. *quidam annales, velut funesti*, funesto s. pestis tempore scripti, vel nihil fere præter funera et hominum peste absumtorum nomina memorantes.

9. *Tertius ab consulatu Cossi* cet. Novam Livius adfert conjecturam, qua opiniones diversæ conciliari forte possint, et in gratiam Augusti veram animi sui sententiam obscuritate verborum involvit. Sensus est:

Dicat forte aliquis, claram illam pugnam in a. V. c. 328 transferendam esse, quo Cossus et tribunus militum, sed consulari potestate, fuit, simulque iidem Vejentes Fidenatesque eorumdem ducum, Mam. Æmilii Dictatoris et Cossi magistri equitum, virtute victi sunt. (v. cap. 31 - 34.) *Ea libera conjectura est*, non certis finibus comprehensa vel justis conjectandi legibus adstricta, sed quæ quamvis opinionem nullis firmamentis subnixam libere adripit. Sed malim hæc verba eodem sensu adcipere, quo supra Livius dixit: hæc quoque *æstimatio communis omnibus est*. Nam ista certe conjectura, etsi non vera, tamen priori probabilior est, et sic melius cohærent, quæ sequuntur, quibusque Livius, spreta veterum scriptorum auctoritate, quam tamen et supra, et inf. cap. 32 sequutus est, gratiæ Augusti captandæ causa, ejus sententiam, supra propositam, unice probare videtur: *Sed, ut ego arbitror, vana*, quæ veritatis quidem aliquam speciem habent, sed falsa sunt, *in omnes opiniones versare* et aptare *licet*; (ut fere sup. 1, 58. *versare in omnes partes muliebrem animum*, et ap. Tac. Hist. 1, 58. *versare sententias et huc atque illuc torquere*) nam falsa certe est conjectura illa, *quum* ipse *auctor pugnæ*, Cossus, *recentibus spoliis — se consulem scripserit*, vel potius *inscripserit*. Cf. tamen sup. not. 4.

10. *haud spernendos testes*, ut 30, 45. et al. *haud contemnendos, haud incertos* cet. h. e. gravissimos, maximæ auctoritatis, maximi faciendos; quæ λιτότης s. μείωσις αὐξητικὴ satis nota est. v. ad 21, 40, 1. 30, 45, 3. (ubi cf. Duk. et Drak.) 33, 6, 2. 33, 10, 5.

CAP. 21.)—1. *quæ vaniora ad populum ipso auctore fuere*, eorum a populo minor ratio habita, quam auctoris, vel ob talem auctorem, ut contra mox, *magis curæ erat*.— — *quod crebris motibus terræ* cet. de hac pestilentia v. ad 1, 31, 4. ' Probabile fit, hiatibus soli corruptum aërem contagium sparsisse: quo fere modo pestes Sæc. VI: et XIII. a. Ch. n. ortæ feruntur;" Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 117. *Obsecratio* vel id. qd. *subplicatio*, vel pars ejus, precatio s. recitatio carminis aut precum, iræ deorum avertendæ causa, (v. ad 3, 63, 2.) *Duumviris*, ad id creatis, ut postea prætore, (v. Suet. Claud. 22.) *præeuntibus* sc. verba s. formulam. Sic *uti decemviri præierunt* 43, 13, 8. *pontifice max. præeunte* sc. verba voti, 4. 27 pr. 42, 28. vel *præfante carmen* h. e. formulam solennem, (v. ad 1, 24, 9.) inf. 5, 41 pr. Cf. 8, 9. 22, 1. 31, 8, 9. 39, 15.— — Mox voc. *metum* delendum, vel pro eo *tum* legendum esse monent intpp.

2. *bellive inferendi memoria* cet. cf. ad 8, 11, 1. — *aut oppido, aut montibus, aut muris* sc. castellorum quorumdam, aut vicorum munitorum; Duk.

3. Q. *Servilium* e multis edd. et tabulis Capitol. recepi pro *A. Servil.* Dicit
Q. inf. cap. 26. (ubi præterea *summ*
bus egregie usus esse dicitur) 30. 4
Auli prænomen vel numquam, vel r
in gente Servilia reperitur.

CAP. 22.—1. *signa ex ærario pr*
ad 3, 69, 7.

2. *agmine infesto*, v. ad 1, 13, 2.
subficiebat, abundantiæ, s. ad eam.

3. *agere in arcem cuniculum*, (*eine*
5, 18. et 21. Mox *erecta*, sursum
arcem via est sub terra. — *diversis*
remotissimis, ut 32, 38 pr. nam o
tur *locis, propter propinquitatem notis.*

4. *qui alii aliis subcederent*, pro ut
quorum alii cet. — *continenti pra*
tinuo, non interrupto, ut *continens*
7, 30, 3. (*ein fortlaufendes, zusamme*
des Gebiet) *ruina* 21, 8, 3. *agmen* 27
gum 27, 17. *iter* 38, 15. Sic etiam
bella cet. 10, 31, 10. 30, 5, 5. *contin*
gistratum, honorem, consulatum, (st
priore novum inire) *agros*, (juncto
nuos, perpetuos habere) *ædificia*
bella cet. v. ad 1, 29, 5. 1, 44, 8. 2
12. 3, 35, 8. 5, 2, 1. 6, 39, 3. 24,
6. 26, 6, 2. 32, 7, 5. Hinc et 5,
mori malum continens fuit, cohære
junctum, adnexum, nullo interv
confestim, sine mora, timorem s
est malum.

5. *Villa publica in campo Martio*
domus publica suburbana, (unde
tur) et permagna, (cf. inf. Epit.
Valer. Max. 9, 2, 1. et Flor. 3, 21
hortes ad delectum consuli adductæ cons
arma ostendunt, ubi censores censu (p
h. e. ad censum, vel quando censu
ut *comitiis, ludis, munere, Circensibu*
tunt populum, Varr. R. R. 3, 2, 4.
legatis hostium hospitio, et ædi
vicinam fuisse, quidam conleger
21 extr. et 33, 24. Cf. Vignol. ad
Ant. Pii c. 2. — *Probare* propr.
censores, quum opus, quod manci
redemtoribus, *Entrepreneurs*) constı
locarunt, examinant, atque inqui
confectum sit secundum formul
tionis præscriptam; quemadmod
tra *adprobare* dicuntur redemtore
opus, quod exstruendum conduxe
cundum leges sibi dictas absolu
demonstrant; Drak. Cf. 45, 15. a
ad Sil. 3, 378. Cic Verr. 1, 54.
Plauti Amphitr. Prol. 13. inpr. E
Phædr. 4, 24, 11. 16. Similiter
probare dicuntur 42, 10, 3. cives,
vitæ rationem moresque probant
tandos censent. — *ibique* sc. ad
lam publicam, s. in ea; non in
Martio, in quo Servius Tullius
egit censum.

CAP. 23.)—1. *Macrum Licinium*

1, 1. — *consules edunt — in editione*, v. ad 18, 2. *Tubero et Macer*, etsi diversos edunt consules, tamen, quod mireris, eosdem *libros linteos* (v. ad cap. 7. n. 7.) *auctores profitentur*, nominant, citant, ad eorum auctoritatem provocant, *sie führen sie als Gewährsmänner an*. Cf. Periz. anim. hist. c. 9. p. 370.

2. *Tubero incertus veri* (ἕνεκα) *est*, h. e. dubius, utrum verum sit, quod *scriptores antiqui*, an quod lintei tradant libri, quibus fidem habere non dubitat Licinius. Cf. ad c. 9. n. 4. Mox forte leg. *Sit inter cetera* cet.

3. *Faliscis memoria initi primo cum iis* Vejentibus et Fidenatibus *belli*, (v. cap. 17. 18.) *quamquam rebellantibus* (v. ad 2, 42, 2.) *non adfuerant*, conjuncti vel auxilio fuerant. cf. cap. 21 extr.

4. *circa duodecim populos*: nam tot erant veteris Etruriæ populi, (δῆμοι) s. civitates et urbes antiquissimæ et clarissimæ, Clusium, Perusia, Cortona, Vetulonium, Volaterra, Arretium, Tarquinii, Rusellæ, Falerii, Cære, Veji, Volsinii. v. ad 1, 8, 2. Cluver. Ital. ant. 2, 1. Dempster. Etrur. reg. 3, 8. Fontanini Antt. Horæ 1, 1. p. 15. Nota Drak. est: "Quum ex XII populis illis duo, Vejentes et Falisci, legatos circa reliquos misisse dicantur, qui ergo tantum decem fuerunt, videri possit præferenda lectio trium MSS. *decem populos*: sed *duodecim p.* eodem modo adcipiam, quo *Pindarus novemque Lyrici* dixit Petron. Sat. 2. ubi v. Burm."

5. *ad Voltumnæ fanum concilium omnis Etruriæ* esse solebat, (cf. cap. 25. 61. 5, 17. 6, 2.) ut Latii ad lucum Ferentinæ. v. ad 1, 50, 1. *Fanum Voltumnæ*, Deæ Etruscorum, non longe aberat a lacu, monte et saltu Ciminio, et a Viterbio, nisi ipsum hoc oppidum est. — *tumultu*, v. ad 2, 26, 1.

6. *bellumque tanto majore, quam proximo* sc. bello, *conatu* cet. — *proxime* conj. Gron.

CAP. 24.)—1. *Ea res aliquantu* (v. ad 2, 39, 1.) *tranquillior fuit*, bellum, quod tanto adparabatur conatu et tantopere metuebatur, non exarsit, sed compositum est.

2. *spem* (felicis eventus belli) *integram*, quam tum aluerint et alere potuerint, quum res adhuc integra esset, neque bellum tanto conatu a Romanis adparatum. *communicati sint* forma deponentiali vel pass. dicitur pro act. *communicaverint*; ut *fluctuari* pro *fluctuare* 23, 33. 32, 13. 36, 10. et similia. Cf. Drak. ad h. l. Voss. Gramm. 5, 5. Ernesti clav. Cic. v. *puniri*, Græv. ad Cic. ad Att. 2, 17. et Perizon. ad Sanctii Minerv. 1, 15, 4. *communicari non sirint* emend. Jac. Gron. sed τὸ *sirint* non fere, nisi in priscis formulis, adhibetur.

3. *Rem publicam foris gerendam*, v. ad 2, 64, 3. — *legem postero die pertulit*: ex his verbis colligit Gruch. de comit. 1, 4. p. 81. tum nondum quidquam de legibus per trinundinum promulgandis constitutum fuisse.

4. *modo aliorum magistratui inposito*, sc. censuræ, *fine alteri*, forte magisterio equitum: sed hoc ex se intellegitur, quia *suum deposuit magistratum*, et verba hæc, *fine alteri*, quæ a VII MSS absunt, jam alii delenda judicarunt.

5. *Censores, ægre passi* cet. C. Furius et M. Geganius. Cf. inf. 9, 33. 34. — *Tribu moveri* a censore dicitur is, cui adimitur jus subfragii in sua tribu, quique ex ea in aliam, minus honestam, et quidem, inde a temporibus Q. Fabii Censoris, plerumque e rustica in urbanum conjicitur. v. ad 1, 43, 22. Sic etiam nota censoria senator *senatu* vel *loco senatorio moveri*, (ut *de* et *e senatu ejici* 40, 51. 41, 27. 43, 15. 44, 19. *senatu emovere* et *tribu removere* 45, 15, 6. al. *submovere*; cf. ad Tac. Ann. 13, 11, 4.) equiti *equus adimi*, et vel nobilissimi cives *ærarii fieri* vel *in ærarios referri* poterant. Cf. 24, 16. 18. 43. 39, 42, 3. 44, 16. 45, 15. (ubi Livius dicit, *tribu movere* s. *removere* esse *mutare jubere tribum* et *subfragii lationem adimere*.) Gron. de pec. vet. 4, 1. Duk. ad h. l. Drak. ad 24, 18, 6. (*Ærarii*, οἰκέται τοῦ ταμείου, eodem fere sensu dicebantur, quo ævo posteriori *Curiales*, βουλευτικοῖς συγκατηριθμημένοι καταλόγοις, et apud nos Judæi, *des Römischen Reichs Kammerknechte*, homines, qui neque honores adipisci poterant, neque subfragii jus habebant, sed erant quasi peculium ærarii, cui tributum pendere debebant: habebat nempe ærarium tam suum fundum agrosque, quam homines, ex quibus reditus capiebat; neque minus ager quam homo ærarius esse poterat; Stroth.) Quin etiam non deerant Censores, qui eo iræ procederent et tantopere vim suam extendere conarentur, ut tribu motis non modo jus subfragii, relatis iis inter ærarios, sed etiam libertatem et jus civitatis adimerent, (quod conatum esse Sempronium Gracchum probabile fit ex contentione Claudii in loco class. inf. 45, 15.) et universum adeo populum Rom ærarium facerent, v. c. M. Livius 29, 37. Sed nota censorum rescindi poterat tum a conlegis vel aliis censoribus, tum a populo. v. Cic. pro Cluent. c. 43. Hinc etiam Mamercus dictator iterum factus est, (v. inf. cap. 31 sq.) ut Metellus tribunus pl. (v. 24, 43.) qui scil. ex ærariis postea exemti videntur. Ceterum unus censor, altero adversante, neminem senatu vel tribu movere poterat. v. ad 40, 51, 2.

6. *octuplicato censu ærarium*, ut tantum ærario tributi pendere juberetur, quantum pendit, qui censum octuplo majorem, quam ille, habet; vel, ubi nondum notatus in millia ex censu contulisset aut pro censu pendere debuisset assem unum, nunc, octo pendere deberet. Cf. Gron. de pecun. vet. 4, 1. ubi etiam refellit explicationem Marc. Donati, (ut solveret pro suo

capite octuplum quod capite censi, vel octies tantum quantum capite censi pendere tenebantur) quia Livius non dixerit octuplicatam capitationem, aut octuplicato ære capite censum, sed *octuplicato censu* (cujus? ipsius utique Mamerci) *ærarium.*

7 *quamquam deminutum censuræ jus noluissent*, in multis MSS. et edd. antt. *voluissent:* sed sensus est, non placuisse quidem Patribus, censuræ jus a Mamerco contractum esse, eoque paullulum subplicii meritum illos credidisse, sed tamen acerbitate tanta censorum fuisse obfensos, quod exemplum quisque vereretur; Gron. — *quum se quisque diutius ac sæpius subjectum censoribus*, eorum acerbitati obnoxium, *fore cerneret, quam censuram*, ex quinquennali factam annuam et semestrem, *gesturum*, adeoque *eo diutius*, quo breviori tempore censuram quisque ipsorum gesturus, et *eo sæpius*, quo sæpius novi nec forte minus severi censores futuri essent.

CAP. 25.)—1. *Multa duumviri sacrorum ex libris* Sibyllinis (v. ad 3, 10, 6.) *facere* scil., certe inpr. sacra; quo sensu etiam simpl. *facere* dicitur. v. ad Juvenal. 9, 117. De *peste* cf. ad 1, 31, 4. — Mox cum Gron. forte leg. *promiscua*, et *famem incultu agrorum timentes*, ut *cultu neglecto agrorum* inf. cap. 52. Cur enim *cultoribus* potius *agrorum*, quam toti urbi timuere Romani? Vocem *deficientibus* ante *cultoribus* excidisse putabat Doujat.

2. *ad fanum Voltumnæ*, v. ad cap. 23. n. 5.

3. *imminentes spei majoris honoris*, v. ad 3, 51, 3. — *dum foris otium est*, vel *quum*— — *esset* emend. Gron.

4. *cœtus indicere* (*hin bescheiden, bestellen*) *in domos tribunorum pl.* Cf. 6, 12, 1. 6, 22 extr. 10, 38. 33, 3. 4. 40, 21. 41, 14. 43, 1. Similiter fere *colonos adscribere Venusiam* cet. 31, 49. 32, 7. 34, 42. 35, 9.

5. *aut*, alioquin, *patricios habendos fuisse* cet.

6. *parto auxilio*, h. e. potestate tribunorum pl., *imperium*, summum honorem, scil. tribunorum mil. cons. pot., *adscituram*, adcepturam vel sibi vindicaturam.

7. *album* (colorem, h. e. cretam Cimoliam, qua fullones utebantur) *in vestimentum addere*, indere, vel vestimento *addere petitionis causa*, creta togam reddere candidiorem atque sic insigniorem, ut solebant petitores; unde dicti *candidati*, et *toga candida* 37, 57. pro petitione censuræ, *cretata ambitio* Pers. 5, 177. Cf. Plin. 35, 17. s. 57. Similiter inf. 40, 51, 4. *columnas polire albo* sc. colore, tectorio vel albario opere, Germ. *überweissen, übertünchen:* de quo albario cf. Plin. 35, 16. 36, 23. et 24. v. et Ruhnken. ad Vellej. 2, 22. et Kustn. Chrestom. Enn. p. 37. Ceterum hanc primam fuisse legem, quæ ad ambitum pertineret, sed non observatam, bene monuit Sigon. de judic. 2, 30.

8. *plebem ad suos*, principes plebi *inclinaturam*, eos subfragiis suis mil. cons. pot. creaturam in prox mitiis.

CAP. 26.)—1. *Tumultus causa f* SCti, ut consules crearentur, non mil. cons. pot. De *tumultu* v. ad

2. *Lege sacrata*, (v. ad 2, 8, 3. 9, 36, 38.) *quæ maxima apud eos vis coge tiæ erat*, maximam habebat vim ad s. scribendos et conscribendos mi exercitus. Cf. not. 5. ad 3, 15, 8. 4. Hinc *sacrati milites* dicuntur 9 alio sensu *sacrata militia* 8, 34, 9. 10, 38. Duk. ad Flor. 1, 16, 7. anim. hist. c. 10. p. 418. — *utri* Volscis et Æquis. — *rebellarent*, 42, 2.

3. *pravitas consulum discordiaque*, ut Ann. 3, 48, 6. *Pravum* est propr corporis quodque in eo est perversu distortum, adversum recto, bene locato: inde ad animum translatu ad invidiam et malignitatem; G multa docte disputat.

4. *in auctoritate senatus esse*, v. 16. — Mox *pro conlegio pronuntiant*, toritate et nomine conlegii. v. ad

5. *siquidem cogi aliquid consules posse gare, docere, postulare aliquem aliq* Omissa potius præpos. *ad*, ut pa forte etiam in locutione *cogere mili* 2. v. Burm. ad Virg. Æn. 3, 56. *potestate*, v. ad 2, 7, 4.

6. *Simul edicitur justitium*, v. ad 3 31, 49, 5.

7. *cognitio vacantium militiæ mun* sarum, cur quis haud *nomen ded* militiam detrectasset. v. ad 3, 69, *catio* militiæ est liberatio ab ea, *vacationis* causæ erant vel ætas, (v. 5. 42, 33, 4. 42, 34.) vel beneficium 19.) vel quatuor milites dati, (v. 4 vel honos, magistratus et sacerd emerita stipendia, vel morbus, v corporis. Coloni etiam maritimi *tam* (v. ad 2, 8, 3.) *vacationem* di habere 27, 38. Qui ob justam ta sam inmunes erant militia, di *causarii*, (6, 6, 4.) ut nobis *Invali* de *missione* militum ad 7, 39, 1. numquam, inpr. in tumultu, (v. 1.) nulla vacationis venia dabatur. et 8, 20. Cf. Sigon. ant. jur. civ. 15. et Lips. mil. Rom. 1, 4. e Li Cic. Phil. 5, 19. et N. D. 2, 2. alio sensu *munere vacare* dicitur Hæc est *vacatio munerum* castren operum laborumque militarium e nam, v. c. excubiarum, vigiliaru struendi, lignationis, aquationis, f cendæ cet. quæ vacationes vel præ risque causa dari, vel a centurionib nia redimi solebant. v. ad Tac. Ann.

27.)—1. *ad subita belli ministeria*, ad ında, quæ, incidente aliquo casu roviso, necessaria esse possent ad , *zur Besorgung unvorbergesehener Er- des Kreigs*; Stroth. Cf. ad 1, 41, ic et simpl. *subita belli* 6, 32, 3. 25, . et *subita rerum* 9, 43 pr. ut *reliqua* 16 pr. 26, 1, 3. (quæ *reliquiæ belli* r 9, 29. 25, 37. et 40. ut fere 5, 13. 25, 5. *reliquiæ pugnæ* et *cladis*, qui e t clade reliqui fuerant) *belli aspera, certa*, (30, 2.) vel *cetera* (27, 20.) et jectiva neutr. gen. et plur. num. pro substant. posita reperies, vel ive hæc subplenda, sive illa his addanda siut, ut *per adversa montium* 9, ro per *adversos montes*, et sic *ardua* , *angusta viarum* cet. Cf. ad 5, 38, Sil. Ital. T. 2. p. 173. 4. — *moraoram* faceret, inpediret res bellicas lia ducum, h. e. his deesset.

eunte pontifice max. v. ad 4, 21, 1. *los magnos tumultus* (v. ad 2, 26, 1.) ris, quem ille incusserat, sedandi it, cf. ad 2, 36, 1.

tris castra conlata, v. ad 3, 69, 10. *ferendo vires* (v. ad 21, 1, 2.) *spem* : *victoriæ* (v. ad 1, 38, 2.) *præcipere*, nimo concipere, ut 42, 61. Cf. ad i. — *prœlio justo*, legitimo, aperto erso, (22, 32.) quod obponitur h. l. *prœliis* et *certaminibus*, ut 29, 31. exibus furtivis et apertis latrociniis. 1, 4, 5. et 6, 13, 3.

rsum hostem invadat, v. ad 5, 29, 1. *de fumo datum signum*, quod *conspici* , quia forte inlunis nox erat, vel primum crepusculum, die jam inlu- e. Cf. cap. seq. princ. Alii pro nji. *flamma*, vel *e summo*, vel *e tumulo*.

. 28.)—1. *jam orbem volventes*, v. ad 6.

timum ac maximum telum, v. ad 3,

mt impressionem, ut *facerent* i. 3, 62. 1, 25, 8.

erunt victorem gradu, ut 7, 8.

. 29.)—1. *signum intra vallum injecisse*, . 25, 14. 34, 46.

ruto vallo, cf. 9, 37. et ad Tac. Ann. l.

ium ab A. Postumio — securi percussum, tea *T. Manlii* filium, (v. inf. 8, 7.) Diodor. XII. p. 319. Valer. Max. 5, l. Gell. 1, 13. (ubi *imperia Postumiana* *lians adpellata esse* sc. per proverbium eris ac crudelibus) 9, 13 extr. et 17, es h. e. et non *libet credere* hoc, *et* non credere; (ut passim *nec* vel equente *et* pro *et non*, v. c. cap. 39. t bis 8, 12.) tum ob *varietatem opini-* um ob duplex *argumentum* cet. Sed n. Animadv. hist. c. 8. p. 350 sq. ed. Amst. ubi recte erroris et inconstantiæ arguitur Livius, quippe qui ipse non T. Manlium ob filii sui cædem, inf. 8, 7. sed patrem ejus, L. Manlium, ob acerbitatem in delectu et sævitiam, non magis in alienis, quam in proximis ipsoque filio suo exercitam, inf. 7, 4. notatum esse dicit *cognomine Imperiosi*, quod etiam fratri ejus Cn. Manlio inditum, (7, 12. 16. 17. 22. 28.) sed mox obliteratum fuit Manlia in gente, et permutatum cum cognomine *Torquati*, quod T. Manlius filius in juventute sua sibi comparaverat. v. 7, 10. Exempla oblivionis passim obvia in Livio, diversos auctores sequente. Cf. c. 42. 5, 12. 10; 47. 21, 6. 22, 48. 23, 11. 24, 1. Duk. ad Flor. 1, 14, 2. — *nulla tristi nota*, nullo sævitiæ titulo.

4. *ædem Apollinis sine sorte dedicavit*, v. ad 3, 63, 5. et ad 1, 55. 3.

5. *Carthaginienses — tum primum — in Siciliam exercitum trajecere*, "non quasi tum primum trajecerint, verum ex quo Syracusani prævalentes per Siciliam opes paraverant, civitates autem obsequium detrectantes ad novas res spectabant. Petierant Egestani auxilium a Pœnis adversus Selinuntios;" Heyne Opusc. Acad. T. 5. p. 435. qui ibid. T. 3. p. 44 sq. docet, oram Siciliæ maritimam prius jam ab illis occupatam fuisse. Cf. ad 2, 8, 10.

CAP. 30.)—1. *deditio ostentaretur*, promitteretur ab Æquis., vel obferretur, vel indicium ejus aut spes fieret, vel denique simularetur. Ita passim *ostentare* et *ostendere*. Cf. ad 4, 59, 2. 6, 5, 1. 26, 24, 2. 30, 33, 5. 34, 13, 1. Hinc etiam *dare* et *ostendere pacem* sibi obponuntur 37, 7, 2.

2. *Legem de mulctarum*, mulctæ, pecuniariæ pœnæ, *æstimatione*; qua renovata videtur lex Ateria Tarpeja, ab A. Aterio et Sp. Tarpejo Coss. (v. sup. 3, 31.) a. V. c. CCC lata *de mulcta a magistratibus dicenda ejusque æstimatione*, ut non consulibus tantum, (quod lege Valeria erat cautum) sed omnibus quoque magistratibus liceret mulctam dicere iis, qui sibi dicto non essent audientes vel suæ potestatis dignitatisque læsæ rei et convicti, ut gravissima mulcta esset ovium duarum et boum triginta, minima vero ovis unius, utque ovem denis, bovem centenis assibus *æstimare* et redimere liceret. v. Dionys. X. p. 674. (ubi haud dubie leg. δύο πρόβατα καὶ τριάκοντα βόας) Gell. 11, 1. Fest. v. *peculatus*, et Koolii Comm. ad hanc legem in Othon. Thes. Jur. T. V. — *excepissent*, v. ad 2, 4, 3.

3. *præoccupaverunt ferre*, v. ad 1, 14, 3.

4. *corpora adfecta tabo*, al. *tabe*, quod idem est, sc. lenta conruptio s. consumtio cujusvis rei et corporis, cujus causa est fames, vel morbus, pestis, liquatio cet. hinc ipsa pestis, phthisis aliusve morbus lente ac sensim absumens. v. ad 2, 23, 6. et 41, 21, 3.

5. *novos ritus sacrificandi* cet. *peregrinis*

vatibus sacerdotibusque superstitionem hominum in rem suam convertentibus, variorumque vaticiniorum inlecebris ita animos eorum delinientibus, ut externa adsciscerent sacra. Jam itaque tum temporis superstitiones et sacra peregrina Romam invecta a fanaticis vaticinatoribus, quorum artes fraudesque perstringit Juvenal. 2, 84 sq. 4, 123 sq. et inpr. 6, 511-591. Simul ex h. l. et 5, 17. 25. 28. 40. 6, 41. 22, 9. 25, 1. 39, 8. 16. 40, 29. et causæ intelleguntur novarum religionum invehendarum, et cur tanta cura caverint Romani, ne confunderentur vel neglegerentur religiones et ceremoniæ: nam his rite colendis summa continebatur sacrorum Rom. Cf. Bynkershoek. diss. de cultu relig. peregr. ap. Rom.

6. *piacula pacis deum exposcendæ* sc. causa. Cf. ad 1, 16, 4. et 3, 56, 4.

7. *in insequentem annum, Servilium, Papirium consules* per epexegesin s. adpositionem pro *consulibus*, sive, quo consules fuere illi.

8. *Fetiales mittendos — censuere*, v. ad 1, 24, 5.

9. *dies exierat* induciarum. v. ad 9, 34, 18. Prœlii mentio facta c. 22. non induciarum. Cf. ad 10, 33, 5.

10. *jurati* (forma deponent.) *repeterent res*, v. 1, 32. — *utrum populi jussu* cet. utrum comitia essent habenda, an subficeret senatus auctoritas; Gron.

11. *In eo plebs superior fuit, quod tenuit*, v. ad 2, 42, 2.

CAP. 31.)—1. *ex consulatu*, post consulatum, sed propr. superioris anni, non biennio post, ut h. l. unde hæc verba forte delenda: nam *ex rebus* cet. pro *post res* tum modo dicitur, quum res confestim se excipiunt. Cf. ad 6, 1, 6. 21, 39, 2. 22, 49, 6. 27, 34, 1. 32, 7, 4. 40, 25, 1. Gron. Obss. 4, 20. — *quam*, quantopere, *bello inutile*, v. ad 3, 33, 5.

2. *aperuerunt ad occasionem locum hosti*, v. ad 1, 11, 1.

3. *in eo verti spes civitatis*, v. ad 3, 27, 6.

4. *Et quum ibi quoque religio obstaret* cet. h. e. vetaret. *dictatorem dici* ab alio quam *consule*. Cf. 27, 5. et 22, 8. et 31. ubi hinc a populo non dictatorem, sed prodictatorem creatum legimus. *ne posset* ed. pr. prob. Gron. quia non Latinis liceat, ut Græcis, ubique duplicare negationem. Sic cap. 30. *ne bellum indiceretur, religio obstitit.* Cf. et 5, 36. Nep. Milt. 3. Val. Max. 5, 6, 6. *Religio* spectat ad morem majorum et auspicia comitiorum. Cf. tamen ad 2, 5, 4.

5. *Adeo, simul*, simulac, *fortuna civitatis — nihil censoria animadversio*, nota, cet. Cf. sup. cap. 24. ibique not. 5. *nihil effecit, quo minus peteretur*, non effecit, ne peteretur; Drak. qui cf. ad 37, 54, 22. Sed forte leg. cum Gron. *obfecit*, h. e. obstitit, inpedivit, ut 1, 53. 2, 2. 30. Sallust. Cat. 28. 51. 58. ad quæ loca v. Corte. — *regimen rerum*, rector. Cf. ad 3, 15, 8.

6. *nullam publici consilii societatem*, societatem populi alicujus Etrusci, consilio secum ineundam, *movissent*, et precibus effecissent, vel populum ad eam societatem perpulissent. Tac. Ann. 3, 43, 7. — *voluntarios ad*, ob, *spem prædæ adsciverunt*, fort *runt*. Cf. ad 24, 19, 3. et 45, 25, 9.

7. *sicut legatorum antea cæde*, v. — *novorum colonorum*, v. cap. 30.

8. *Vejos an Fidenas sedem belli* sedem rerum ad bellum necess locumque munitum, unde excursio mode fierent ad vicinos infestand *sedem ad cetera exsequenda* 29, 35, *fuit Hasdrubali ad excursiones circa terraneos populos faciendas* 28, 3, 2. e 1. ὁρμητήριον πρὸς τὸν πόλεμον ap. 17. 2, 51. 52. 3, 15. 4, 71. et ὁρ εὐφυὲς κατὰ τῆς τῶν πολεμίων χώρας 3, 9. Cf. sup. ad 1, 33, 7. 2, 34, ad 7, 11, 2. 7, 29, 3. 26, 7, 2. 28, 4 18, 3. quibus locis etiam *caput* et dicitur.

9. *justitium in foro, tabernæque clau* 3, 3, 1. et 3, 37, 3.

CAP. 32.)—1. *dictator ad concione catam increpuit*, v. ad 3, 3, 1. — *a tam levibus fortunæ momentis* (v. ad et 3, 27, 6.) *suspensos*, pendentes: n *pensum ex aliqua re* dicitur, quod inde vel ita se habet, ut illa res est. Cf 18, 1. — *hostem sexies victum*: un post: *septimam infelicem defectionem.* 4, 6, *toties* pro *sexies* multi MSS. sæpius, quam sexies, victi Vejente edd. antt. ante Ald. *sexcenties* conj. proverbiali locutione, ut *millies* 5, 4 cum Vejentibus hactenus conflictat pugnas post amissum Cremeræ pr pro una subputare videtur Livius;

2. *Mam. Æmilium, qui ante Vejenti* v. cap. 17 s. — *A. Cornelium — opima — intulerit*, v. cap. 19. 20 not. 4.

3. *scelus legatorum interfectorum, co lonorum*, v. cap. 17. 30. et 31 extr.

4. *quam eos, qui ob ereptum censura* cet. v. cap 24. Sed voc. *eos* delend leg. *censores*, quod jam alii mo *labem dictaturæ suæ inposuerint*, ut a 7, 7. Cic. p. Quinctio c. 31. et Cat. 48. ubi v. Corte et Wass.

5. *Etrusci*, Vejentes, *ab meliore* o post, vel propter (v. ad 1, 1, 5.) m (bene pugnandi) occasionem, (v. a 1.) *quam pugnam*, (v. cap. 31 pr.) *diei*, non ejus, qui proxime præcess diem, vel hesterni, (nam plures di hunc et eum, quo Etruscis obl occasio bene pugnandi, intercesser ex cap. hoc et 31. liquere, jam Duk.) sed unius e superioribus di

9, 23, 4. (*vormalig, ehemalig.*)

6. *signa profert*, v. ad cap. 9. n. 7.— — *gradu pleno*, grandiore, vel incitato, qui medius est inter gradum militarem et cursum; Ern. *Militari gradu XX millia passuum horis quinque dumtaxat æstivis conficienda sunt: pleno autem gradu, qui citatior est, totidem horis XXIV millia peragenda sunt: quidquid addideris, jam cursus est, cujus spatium non potest definiri*; Veget. de re mil. 1, 9. Cf. ad 8, 6, 6. 9, 45, 7. 34, 15, 2. 34, 16, 1. Manut. ad Cic. ad div. 12, 16. Corte et Wass. ad Sallust. Jug. 98. al. 103. Burm. ad Quintil. declam. 3, 2. Broukhus. ad Prop. 4, 10, 36. — *equestri auxilio* v. ad 10, 5, 4.

7. *regiæ pugnæ*, cum Tolumnio, *opimi doni* cet. Cf. cap. 19. 20. — *cruentos legatorum cæde* cet. cf. ad cap. 31. n. 7. et 32. n. 3.

CAP. 33.)—1. *nova erumpit acies inaudita* cet. Cf. ad 7, 17, 1. — *invisitata*, antea non visa. Al. *inusitata*, solenni errore, ut 5, 17. 35. 37. 27, 39. 45, 42. — *facibusque ardentibus*, v. ad 2, 42, 7. et de toto h. l. ad 7, 17, 1. et Tac. Ann. 14, 30, 2. *Ignes* et *faces* h. l. sunt synon. et hoc explicat illud. *anguibus armata* non male conj. Grut. ex 7, 17, 1. et Flor. 1, 12, 7. ubi cf. Duk.

2. *fanatico instincta cursu*, numine quodam adflata et ad cursum inpulsa. Cf. 38, 18. et Duk. ad Flor. 3, 19, 4.

3. *incendio similius quam prœlio* paulo durius dictum pro: ardenti similius quam prœlianti; abstr. pro concr.

4. *mota cuncta acies*, v. ad 44, 1, 5.— *novat pugnam equestrem*, h. e. mutat, novam ei insolitamque speciem induit. Cf. Flor. 1, 11, 3. Idem strategema Frontinus quidem 2, 8, 9., sed ille solus, jam Tarquinio adscripsit; Drak.

5. *Ruinæ similem stragem*, cadaveribus hostium promiscue et acervatim prostratis et jacentibus instar trabium lapidumve ædificii conlabsi aut diruti. Similiter fere *ruina fundi*, vel *in præceps deferri* ac *devolvi* dicuntur 5, 43. 47. et 21, 33. qui deturbati per præceps *ruunt*, et ita ut alter cadat super alterum.

6. *equitem* (Romanum, hostibus fugientibus ubique obvium) *distulissent* (ita scripsi auctore Gron. pro vulg. *dispulissent*) *equi*, h. e. in varias partes tulissent, dissipassent, ita ut omnes fere exitus viasque obsiderent. Sic *differre* 6, 42, 5. et ap. Vellej. 2, 79. (ubi v. Intpp.) Tac. Hist. 5, 23 extr. — *gurgites ferunt*, auferunt. — *eadem* via.

CAP. 34.)—1. *in muros evadunt*, v. ad 2, 7, 7.

2. *singulis captivis ab equite* quolibet *ad*, apud, *centurionem sorte ductis, et, quorum* equitum *eximia virtus fuerat, binis*, ut singuli equites eos tamquam virtutis præmia, servos domum ducerent. — *aliis sub corona venumdatis*, v. ad 2, 17, 3.

3. *Classi quoque ad Fidenas* cet. cf. ad c. 12. n. 8. Plerique edidere *classibus*, et fuere, qui *classes* in *quibusdam annalibus*, a Livio male intellectis, copias, inpr. equestres, dictas putarent. Cf. Drak. ad h. l. Heyne ad Virg. Æn. 7, 716. — *nec lato satis ad hoc amne*, ut classi pugnetur.

4. *in majus celebrantes*, jactantes, dicendo augentes, ut 35, 2, 1. *magnis sermonibus celebrare*. v. ad 1, 4, 13. et 4, 1, 6.

CAP. 35.)—1. *Spectaculum, ad quod publico consensu venerant, comitate* cet. Ita forte leg. transpositis verbis. Sed Livius passim et singula verba et sententias transponit, v. c. *præterquam* inf. cap. 48 pr. (ubi v. not. 1.) *adversus intercessionem conlegæ* inf. c. 53 med. (quæ verba cum illis, *auxilio futuros esse*, jungenda sunt) *repente* 5, 8 pr. quod minus voci *proditis*, quam *obpressum est*, convenit. Cf. sup. ad c. 2. n. 3. et 3, 72, 3. et verba *majore mole* 5, 12, 6. quæ ad remotius *tractabantur* referenda monet Periz. Cf. sup. ad c. 2. n. 3. et ad 3, 72, 3. Alii conj. *ad quos*, vel *comitate etiam hospitii*, *in quam consilio publico* vel *in quam publice consenserant*.

2. *ad spem consulatus in partem* suam s. plebis *revocandam*, vocandam; vel ut consulatus, aut unius certe loci particeps fieret. Cf. ad 5, 21, 4. et 7, 22, 4.

3. *eo inpendi laborem* cet. cf. sup. cap. 2 pr. — *magna conatis*, iis qui magna conarentur, auderent. — *ruat cæcus*, v. ad 9, 5, 4.— — *bello inexpiabili*, v. ad 39, 51, 3. — *neque sperandum, neque postulandum esse, ut aliquis tribunus pl.* cet.

4. *Neminem se plebejum contemturum*, neminem plebejorum, vel neminem, quod s. etsi plebejus sit, indignum se honoribus judicaturum, humiliter de se sensurum et *magnos animos* non habiturum, *ubi desissem* (forte *desisset*, nisi *nemo*, ut *quisque*, conlect. dici malis) *contemni* ab aliis et adeo ab hominibus suæ sortis, h. e. in creandis summis magistratibus præteriri, ad eos non admitti. Cf. 22, 34, 6. et 25, 38, 9.— — *sitne aliquis plebejus ferendo magno honori*, v. ad 2, 9, 5.

5. *minorem ruborem*, pudorem et contumeliam, *fore injuris iniquitate*, si lege iniqua a summis honoribus excluderentur, si ad eos adspirare lege non liceret, *quam si* illis haberentur indigni.

CAP. 36.)—1. *per discessum hominum ab Urbe* (rusticandi gratia, ut videtur; Doer.) *captatum tempus*, v. ad 3, 9, 4.

2. *Tribunis plebi* (v. ad 2, 33, 2.) *non*— — *quod contenderent, fuit* sc. aliquid, vel causa et ratio.

CAP. 37.)—1. *Vulturnum, Etruscorum urbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam* — *adpellatam*, cf. Strab. 5. p. 242. al. 371.

[redacted]

ad Sil. 11, 30. 177 sq. 299 sq. et Heyne Opusc. Acad. T. 5. p. 436. ubi hæc notavit: "Neutrum verum; sed nomen a Tuscis inditum, viso falconis augurio, qui Tusca lingua *capys* dicitur, ut adeo *Vulturnum* ejus interpretamentum habendum sit. *Capere autem* Samnites, *prius bello fatigatis Etruscis*, gesto, opinor, cum ipsis Samnitibus, qui ante hæc tempora Campaniam infestare cœperant, *in societatem urbis agrorumque adcepti* Samnites ab Etruscis, ut hoc adeo tamquam pacis fœdere bellum compositum fuerit; (cf. Diodor. 12, 31. Syncell. p. 128. Euseb. Chron. Hieron. ad a. V. c. 316. a. Ch. n. 438.) *deinde festo — graves — — adorti*, conjuratione facta Samnitium et ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus. v. 10, 38. Jam nunc igitur *Capua Samnitium* urbs facta; quos, tenendum est, intelligendos esse, quoties *Campani* narrantur Dionysio et Agathocli se mercede conducendos dedisse. Sic. 4, 44. *a Campanis Cumæ capiuntur*, h. e. a Samnitibus, ut 4, 52. *ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque.*"

2. *graves somno epulisque*, ut alibi *gravati* et *βεβαρημένοι*. v. Drak. Sic *vino, somno* et *cibo graves* 29, 34. 31, 41. et *semigraves vino* 25, 24 pr. ubi paulo post dicitur *gravatis omnibus vino somnoque.*

3. *His rebus actis*, tum, eo tempore, Doer. Hæc verba delenda putabat Gron. — *qui ad id missi erant*, tribuni militum, eo consilio missi, ut explorarent, utrum Volsci in Hernicorum agros prædatum exissent. Cf. cap. 36.

4. *Haud vana adtulere*, vera, ut 24, 24, 3. Cf. ad 1, 8, 3. — *sed nec perinde Patres moti sunt*, non tantopere, non ita, ut plebs; vel magnopere, valde, ut 37, 40, 2. et Germ. *so* pro *sonderlich*; vel pro rei gravitate. Cf. Suet. Tib. 52 pr. et Galb. 13 pr.

5. *cui ea provincia* (v. ad 2, 40, 9.) *sorti*, in sortem, quasi portionem et munus, vel *sorti* pro *sorte, evenit*; al. *sorte*, ut 29, 20 et al. Cf. ad 4, 12, 8. 28, 45, 5. et ad Sil. 7, 368.

6. *tamquam constantissimæ rei, fortunæ fretus* cum Strothio, qui hoc ad Livii Patavinitatem referebat, restitui ex MSS. et edd. antt. (in plerisque tamen est *fortuna*) pro vulgata lectione, *constantissima re, fortuna*, quam Drak. non nisi in MS. Portug. reperit. Sic in omnibus libris 6, 13 pr. legitur *nulli rei freta*, et in plerisque optimisque 6, 31. *discordiæ fretus*, et 8, 22. *Samnitium infidæ — — societati freta*, ubi Gron. *τὸ freta* delendum putat, ut omnia a *fidens* pendeant.

7. *Clamor indicium primum fuit — animorum*, cf. 30, 34, pr. Polyb. 15, 12 extr. et Hom. Il. 4, 437 sq. — *incerto clamore* verba inportuna et forte delenda; saltem leg. *incertus clamor*: (cf. ad 1, 3, 8.) sed præstat simpl. *incertus*. Cf. 10. 36, 3. Alii pro *clamore* conji. *tenore, clangore, sonore, canore*, etiam *ore*, et *languore*.

CAP. 38.)—1. *decurio equitum*, qu[i] uni *turmæ*, quæ XXXII equites hal[bebat] Veget. 2, 14.

2. *labente jam re*, cf. ad Præf. n. leg. *labante* cum Gron. qui et m[...] Schelio scribendum putabat: *Nisi* [...]*quit, parmata cohors* cet. Cf. cap. Equitum fuisse *parmas*, docet Lips[...] Rom. 3, 7. Turmæ autem equitu[m] pedestri pugna formaverant *cohort*[...]que tamquam peditibus centurio[...] fecerant. v. cap. 42 pr.

3. *plurimum laborem*, acerrimu[m] [...]men, ut *πόνος* et *μόχθος*, vel p[...] periculi aut cladis. *Labores* et *peri*[...] [...]guntur 4, 35. 25, 6. 33, 39.

CAP. 39.)—1. *dat signum Volscu*[...]*tor*, inperavit voce, ut 2, 20. et 2[...] vel vulgavit, prodidit, dixit, ut 5, 3[...] 14, 2 al. *inpetu inlati* in medios utrimque cedentes; nisi cum Du[...]gere malis *inpetu elati*, longius p[...] quam ut ad suos recipere se po[...] sup. 3, 5. *Furium legatum longius e*[...]*sus — ita exclusus* cet.

2. *perrumpere eadem* via s. parte. 70, 2.

3. *in orbem se tutabantur*, v. ad 2, — *hostem tenuit* pugnaudo, cum [...]navit.

4. *ab inprudentia eventus*, ob igno[...] eventus prœlii. Sic *inprudens* dici[tur] [...]rus, qui ignorat, qui scire neq[...] *religionis* 31, 14. et *maris* 34, 9. h. e. et expers rei navalis.

5. *suos ad lucem tenuit*, retinuit in[...] *Degressus* (sc. de tumulo) pro vul[...]*sus* recepi ex editt. quibusdam.

6. *Fœditatem invenisset*, fœda des[...] castrorum vestigia, Doer. — *qu*[...]*rat sociis ductis secum*, v. ad 1, 29, 4[...]

CAP. 40.)—1. *quæ conclamave*[...] tamquam mortuos; de quo veter[...] v. ad 3, 38, 3. et ad Sil. 2, 647.

2. *in suos quæque* simul *corpore at*[...] *effusæ*, proruentes, *vix præ gaudi*[...] sui.

3. *quod ad Vejos eorum opera*, cu[m] *pugnatum esset*, v. sup. cap. 31. [...] rei nunc demum facti? et cur hi[...]que etiam C. Furius? v. cap. 31 p[...] cur Furii mentio non fiat, illa ess[...] quod forte paullo post gestum tri[...] consularem obierit, ante quam [...] ejus adcusarentur; Drak.

4. *Tempanium equitem*: nam eq[...] dici potest, qui decurio equitu[m] (v. cap. 38.) sed *equitem* hic friget forte; Duk.

5. *fide res publica stetit*, v. ad 1, 3,[...]

CAP. 41.)—1. *oratio incomta*, [...]*teriter gravis*, cf. ad Tac. Ann. 15,

[redacted]

— *non suis vana laudibus*, vaniloqua, vana laudis et jactationis plena. — *crimine*, criminatione.

2. *existimationem* (al. æstimationem) *esse*, v. ad 4, 20, 7. Mox forte leg. *consulem legisset*; et deinde *ad tumulum, quem ipse tenuerit*.

3. *precantemque deinde — dimissum* scil. *adcipio*, (quod in uno MS. Neapol. et quibusdam edd. antt. additur) vel *ferunt, tradunt* cet. Tale verbum culpa librariorum excidisse videtur; saltem subplendum est. Si hæc verba ad initium capitis referas, sequi nunc debebat *precansque deinde — dimissus*; nisi quis Livium post intervallum satis longum orationis anteced. inmemorem fuisse dicere malit; Doer. Cf. ad 2, 32, 3.

4. *via Lavicana*, v. ad 2, 39, 5. *ad fanum Quietis*, extra et prope portam Collinam.

5. *M. Postumius* et *T. Quinctius* rei, v. ad cap. 40. n. 3. — *tribunus militum pro consule* al. consulari potestate; nisi cum Duk. leg. *trib. mil. p. c.* h. e. potestate consulari.

6. *tam tristem nuntium ferre ad Cincinnatum*, in inferis, ad ejus umbras. Cf. Virg. Æn. 2, 547 sq. et ad Juvenal. 2, 153 sq.

CAP. 42.)—1. *Plebs tribunos plebi* (v. ad 2, 33, 2.) *fecit absentes* h. l. non ab Urbe, sed a campo Martio et comitiis, non petentes tribunatum. Cf. 8, 22, 2. 10, 5 extr. 22 extr. 26, 22, 6. forte et 22, 35, 6. Magistratus tamen etiam absentes ab Urbe nonnumquam creabantur, ut 23, 34. 24, 9. 43. — *L. Antistium et Sex. Pompilium* alii, forte rectius. Cf. cap. 44 pr.

2. *quos et pro centurionibus sibi præfecerant*, cf. ad cap. 38. n. 2. — *obfenderet* sc. cives, populum; vel invisum esset, propter odium Sempronii consulis.

3. *Creati sunt* cur tres tantum, quum jam quatuor quotannis creari cœperint? Sigonius bene suspicabatur, excidisse nomen quarti, L. Servilii Structi, quem *iterum* fuisse trib. mil. cons. pot. a. V. 337 Livius tradit inf. cap. 47 extr. Idem cap. 44 extr. C. *Servilium* e tabb. Capitol. addidit, legens: *Sp. Nautium, C. Servilium*. Cf. et ad cap. 47. n. 2.

4. *subnisus et fidens innocentiæ*, v. ad 25, 41, 1. — *si reum perago* pro simpl. *ago* (24, 25 pr. et 45, 37.) vel facio, ut ap. Plin. Ep. 3, 9, 4. 30. 36. Ovid. Trist. 1, 1, 24. (ubi sequitur *neu, cave, defendas*) et al. Posterior demum ætas alio sensu *peragere reum* vel *adcusationem* (Plin. 6, 31, 6.) dixisse videtur, scil. si ea efficitur, ut reus damnetur, et qua non prius absistitur, quam donec id fiat. v. ad Tac. Ann. 4, 21, 5.

5. *se vestem cum eo mutaturos*; unde mox *sordidatos tribunos*. v. ad 2, 54, 5.

6. *C. Sempronium nihil moror*, v. ad 2, 24, 5.

CAP. 43.)—1. *Capitolino* glossa haud dubie, quæ abest a multis MSS. et edd. antt.

2. *cui sorte ea provincia evenerat*, v. ad 2, 40, 8.

3. *ex tranquillo*, v. ad 3, 40, 9. De *Quæstorum numero* v. ad 2, 8, 10. et 2, 41, 12. — *ut pars quæstorum* dimidia (bini) *ex plebe fieret*.

4. *Excipiunt* (subcipiunt, *suffamen*) rem *omissam*, ut *causam* 38, 43. *orationem alicujus* 32, 33, 10. *prælium* s. *pugnam* 30, 18. 38, 22. (integris militibus subsidiisve in locum repulsorum subcedentibus) et mox: *desertam omissamque ab hominibus remp. deorum cura exceptam*, tutelam ejus subceptam. Sic et *pugnam acceperunt* 38, 25, 7. nisi et ibi leg. *exceperunt*.

5. *consules, quam tribunos* mil. cons. pot.

6. *coire patricios* sc. ad prodendum interregem; ut mox plenius dicitur. — *certaminibus extracta pars major anni*, consumta, ut 22, 15. 18. 27, 26. inpr. segniter et sine effectu, ut 10, 29, 8. 23, 47, 1. 32, 9. 36, 1. Cf. ad 2, 61, 6. Hinc annum interserit Sigonius, in quo interreges fuerint sine consulibus, vel hi designati tantum sint in proximum annum, nec magistratum extemplo obceperint. Quod etsi parum probabile videtur, (cf. Dodwell. de cyclis diss. 10. s. 84. et Drak. ad h. l. ubi ex 4, 37. et 5, 9. docet, magistratum his temporibus initum fuisse Id. Dec.) eum tamen et h. l., et 6, 1., ubi alium interponit annum, in quo Camillus dictaturam continuaverit, sequuti sumus, ut numeri saltem, quos Livius 5, 54. et 7, 18. memorat, quadrent; quod alii non magis probabili ratione, annis scil. aliis contra Livii auctoritatem inf. 6, 35 et 41. insertis, perfecere.

7. *rem publicam — Vejentibus induciis* (v. cap. 35 pr.) *stare*, v. ad 1, 3, 2.

8. *unde*, ab iis, *si quid terroris increpet*, moveatur, propr. cum strepitu.

9. *non ducem scribendo exercitui esse*, v. ad 2, 9, 5. — *vix deorum opibus — resisti posse*, v. ad cap. 12. n. 4.

10. *mediis* (al. *remediis*) *copularent concordiam* scil. consiliis, utrimque aliquid concedendo, v. ad 1, 32, 5.

CAP. 44.)—1. *Tribunicia primum comitia sunt habita*, deinde quæstoria.

2. *L. Furius Medullinus iterum*, v. Ind. — *A. Sempronius Atratinus* iterum. v. cap. 35. et 47. Filius fuit L. Sempronii Cos. (v. 4, 7. 8.) et nepos A. Sempronii bis Cos. (v. 2, 21. 34.) cujus alter filius fuit A. Sempronius, (v. 4, 7.) ut hujus C. Sempronius, de quo v. mox plura, et sup. c. 37. et 42. Mox *subfragatio* est commendatio, ut 10, 13, 11.

3. *Quidnam id rei esset*, forte *esse*. — *non suis beneficiis* cet. h. e. non respectu vel re-

putatione sive beneficiorum suorum et studiorum bene de plebe merendi, pro quibus gratia sit referenda, sive *injuriarum*, a Patribus adceptarum et ulciscendarum, sive juris, nunc sibi concessi, quod cupide tandem usurpare liceat, inpulsam esse plebem, ut, *si non tribunum militarem*, certe *quæstorem quemquam ex plebe facerent* s. crearent.

4. *suos honore dejectos*, v. ad 3, 35, 10.

5. *eique ob ignominiam Volsci belli* (v. cap. 37 sq.) *diem dixere*, ut jam ante Hortensius, qui tamen adcusationem non peregerat. v. cap. 42.

6. *aut deposita causa*, relicta, deserta, (ut ap. Cic. ad Div. 1, 15.) h. e. si desisteret inpedire legem agrariam, *leviorem futurum apud Patres reum*, h. e. minus gratum fore minusque dignum ipsis visurum patrocinio suo propter levitatem et inconstantiam mentis, *aut perseverantem*, persistentem in illa causa tuenda, *plebem* iratam habiturum judicem. — Mox forte leg. *nec jam* vel *enim agrum plebi* cet.

7. *malum publicum fiat*, v. ad 2, 1, 3.

8. *crimine innoxia*, (v. ad 4, 15, 1.) *ab suspicione — parum abhorrens. Eam* (ut legitur in cod. Florent.) *ampliatam* cet. Ita recte, opinor, emend. Gron. et edidit Stroth. quos sequutus sum. Vulgo perperam legitur: *ob suspicionem, propter cultum — parum abhorrens famam. Ampliatam* cet. Cf. ad Tac. Ann. 13, 47, 7. Vocem *famam* librarii confinxere ex lect. MS. Flor. *eam am*, et *abhorrere*, si quarto jungitur casui, est aversari, si sexto, discrepare, differre.

9. *propter cultum*, habitum, ornatum, vestitum, *amœniorem*, elegantiorem et venustiorem, quam decebat Vestalem; ut *Minucia Vestalis suspecta propter mundiorem justo cultum* inf. 8, 15. Hinc et mox jubetur *coli*, se colere, vestire, ornare, *sancte potius*, caste ac pudice, *quam scite*, venuste et eleganter: nam hæc ad *cultum* spectant, ut *abstinere jocis* ad *ingenium liberius*. — *Eam ampliatam*: nam *ampliari* non modo res s. causa dicitur, sed etiam reus, (ut 43, 2.) cujus causa et damnatio vel absolutio in aliud tempus rejicitur s. differtur, ut *amplius* cognoscatur et deliberetur; unde *pronuntiare amplius* ap. Cic. Verr. 1, 29. et Brut. 22. Ampliationis s. ampliandi formula erat: *non liquet*. Cf. Marc. Donat. ad 43, 2. Ποστουμίαν τὸ γελᾷν προχειρότερον καὶ λαλιᾷ χρῆσθαι θρασυτέρᾳ πρὸς ἄνδρας, διέβαλεν, ὥστε κριθῆναι φθορᾶς. εὑρέθη μὲν οὖν καθαρὰ τῆς αἰτίας· ἀπολύσας δὲ αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς Σπόριος Μινούκιος ὑπέμνησε, μὴ χρῆσθαι λόγοις ἀσεμνοτέροις τοῦ βίου Plut. Opp. T. II. p. 89. E.

10. *Eodem anno a Campanis Cumæ capiuntur*, v. ad c. 37. n. 1. et cf. Diodor. 12, 76. *quam Græci tum urbem tenebant*, conditam a. Ch. n. 1053. ab Hippocle et Megasthene, oriundis et profectis ab Eubœæ oppidis,
Cuma et Chalcide, quæ jam ante T
tempora ab Atheniensibus condita
Cf. ad 8, 22, 4. Strab. 5. p. 168.
al. 372. Vellej. 1, 4. Heyne ad Vi
6, 2. et Opusc. Acad. T. 5. p. 400.
cum Gron. legendum videtur: *I*
annus tribunos — Sp. Nautium, C. Se
(v. ad cap. 42. n. 3.) *felicitate popul*
— insignis; et ab his novum caput
dum.

CAP. 45.) — 1. *Annus, felicitate,*
propter felicitatem, quæ fuit felicit
Rom. cet. — *Servitia armati occupa*
ad 3, 15, 8. et 27, 16, 2. Mox post
repetendum *conjurarunt*.

2. *Lavicanos*, v. ad 2, 39, 5.

3. *anniversariis armis*, bellis. Cf.
30, 7. Mox forte leg. *necdum bellum*
— *adverterent animos*, v. ad 24, 48, 2

4. *L. Sergium Fidenatem* tertium t
(v. cap. 25. et 35.) — *C. Servil*
Servilii *Prisci filium, quo dictatore Fid*
tæ fuerant, v. 4, 22.

5. *se quisque belli ducem potiorem fe*
bere, judicare, vel dicere. Cf. a
17. *Ferre* etiam passim est præ
et jactare, ut 21, 41. 22, 14 extr. et
17 pr. et 40. 31, 47. 42, 52, 9.

6. *Quando nec ordinis hujus amp*
senatorii, *ulla est verecundia*, non ea
tis reverentiam, quæ ejus auctorit
jestatique debetur.

CAP. 46.)—1. *decem tribus sorte*
ad 1, 43, 22.

2. *ita comparatum est*, pacto inter
stitutum, conpositum auctoribus
v. ad 3, 2, 1.

3. *Quam ad Vejos fuisset*, v. sup. ca

4. *per supinam vallem*, humilem, de
declivem; (v. Gesner. ad Plin. Pa
et Ern. ad Suet. Ner. 13.) vel quæ
erat. Cf. 6, 24. et 7, 24.

5. *in ruina majore quam fuga*, qu
major esset q. f., pluribus ru
quam fugientibus. De v. *ruina*
33, 5.

6. *subsidia, quæ respicerent*, v. a
n. 3.

7. *in re publica — civitas erat*, v.
n. 15.

CAP. 47.)—1. *oppidum corona circu*
v. ad 2, 17, 3.

2. *tribunis militum cons. pot.* dictum
consule, vel *his consulibus*. — Mo
omnibus his pro: qui omnes iterum
creati sunt tribuni mil. Hinc ver
dum *C. Servilio Structo*: nam is ja
tribunus militum fuerat: (v. cap.
L. Servilius. Præterea pro *Sp.*
(quæ gens plebeja fuit) *Crasso* ex
reponendum *Sp. Veturio Crasso*, et
ex eodem Diodoro l. 13. p. 335.

Capitol. adjiciendum nomen quarti tribuni mil. *Sp. Nautio Rutilo et Q. Fabio Vibulano.* Hujus alter tribunatus memoratur inf. c. 49 med. nusquam vero primus. Cf. ad c. 42. n. 3. et Pigh. Ann. ad a. 337.

3. *ex agrariis legibus*, v. ad 2, 41, 2.

CAP. 48.)—1. *ambo absentes creati*, v. ad 4, 42, 1. — Mox *nec plebs habebat* quidquam capti agri, *præterquam quod venisset*, nisi quod venditum esset auctione, aut *publice*, publica auctoritate, *adsignatum*, datum sive militibus, bene de patria meritis, sive colonis Lavicos deductis.

2. *viam consilii* (ut 5, 5 extr.) *inveniebant*, h. e. rationem et modum, vel occasionem et facultatem consilii exsequendi: ut *viam fraudis inire* 35, 7. Similiter *via mortis, leti* et *insidiarum*, genus vel ratio 27, 49, 1. 31, 18. 40, 13. *via belli* 38, 18. (ubi quidam *vim* malunt) ὁδοὶ τοῦ πολέμου ap. Thucyd. 1, 122. h. e. ratio belli gerendi. v. ad Tac. Ann. 1, 54, 5. et 2, 5, 2. Drak. inf. ad 31, 18, 7. Burm. ad Val. Fl. 1, 32. 502. 6, 279. Broukhus. ad Tibull. 1, 3, 50.

3. *proavum suum Ap. Claudium* (qui primus ex Sabinis Romam venit) *ostendisse Patribus* cet. de quo v. sup. 2, 44. *Proavus* autem h. l. pro abavo, (ut 34, 58, 1. et ap. Cic. Fin. 3, 12. et ad Div. 3. 11. ubi v. Manut.) ut al. pro tritavo et majoribus. Contra *proavum* proprie dictum, sed paulo ante *Ap. Claudius, filius ejus* cet. legendum putabat Glar. non inprob. Drak.

4. *homines novos*, et *conlegas principes*, v. ad 1, 34, 8.

5. *Pro fortuna illis animos esse*, h. e. secundum temporis rerumque conditionem. — *agendæ rei gratiam præoccupasse*, sibi præripuisse gratiam, tribunicia actione sibi conparandam. — *ad causam senatus, per quam* cet. ut ita sibi concilient *primores Patrum*, et simul *universum ordinem* eorum.

6. *gratum id singulis* (v. ad 32, 8, 4.) *privatim*, ut nos *für ihre Person*, et contra *publice*, ratione reip. Cf. 5, 30 pr. et 37, 36. — *sex ad intercessionem conparavere*, ut 6, 35. simul paravere, vel præparavere, vel simpl. paravere, persuadendo adduxere, in partes suas traxere, *perlicuere*, ut paulo ante dictum est, scil. *principes* senatorum.

7. *eæ orationes*, v. ad 2, 29, 6. Erant autem callidæ et scitæ.

8. *rogationem dissolvendæ reip. esse*, v. ad 3, 24, 1.

CAP. 49.)—1. *Duo adsidua* (v. ad 2, 48, 6.) *bella* cum Æquis et Vejentibus.

2. *religio principum*, v. ad 2, 5, 4.

3. *triennio ante adcepta clades*, v. cap. 47. — *Bolanis*, al. *Volanis* et mox *Volas* pro *Bolas*, ut *Lavici* et *Labici*. Sed *Bola* dicitur Virg. Æn. 6, 776. Βῶλα Steph. *Bolæ* inf. 6, 2. Βῶλαι Diodor. 14 extr. *Bolani* Plin. 3, 5. Βωλανῶν πόλις Dionys. 5, 61. 8. p. 493. et Plut. in Coriol. — *Excursiones inde*, a Bolis, *factæ*. — *novis colonis*, Lavicanis. v. cap. 47.

4. *Quam noxam*, injuriam a se Lavicanis factam — *consensu* et auxilio vel junctis viribus.

5. *Bolis receptis* ab Æquis.

6. *tribunis militum* — *Q. Fabio Fibulano iterum*, v. ad cap. 47. n. 2. *P. Postumio* forte leg. fide fast. Capitol.

7. *minus prædicatione tribuni prædæ fuerit*, minus prædæ repertum, quam Postumius vane et jactanter promiserit.

8. *dignos enim esse* illos, *qui a. c., eorum urbem a B. esse*, docte forsan ac Græce dictum; nisi e III MSS. leg. *dignum*, h. e. fas et æquum. v. ad 1, 14, 2.

9. *Malum* (pœna, verbera, cruciatus) *quidem militibus meis* erit, quale servis minari solent domini; quod mox dicit Sextius.

10. *nactus inter adversarios superbum ingenium inmodicamque linguam*, h. e. hominem superbi ingenii cet. — *quam inpelleret*, facile inpellere posset s. poterat.

11. *Incipite deinde mirari*, h. e. post talia, his factis. Mox *ut* in adfectu et interrogat. nisi leg. *quid enim a vobis sperent?*

12. *Quid id refert*, prodest? Cf. ad 8, 39, 3.

13. *si subfragium*, subfragandi facultas, *detur* vobis, (cf. 38, 36.) vel si in subfragium mittamini.

CAP. 50.)—1. *Prædæ interceptorem*, v. ad 3, 72, 2. — *insuper increpante, habere* cet. v. ad 3, 3, 1.

2. *necari sub crate*, v. ad 1, 51, 7.

3. *tribunis militum* — *quæstiones decernentibus*, decernendas censentibus, decerni volentibus s. cupientibus: ut 27, 20. *ad purganda ea, quæ inimici decernerent*, h. e. pro certis ipsi adfirmarent, et tum credi ab aliis, tum decerni vellent. Cf. ad 3, 21, 3.

4. *ne metu quæstionum iraque* sc. quæstionum, h. e. ob quæstiones; v. ad 1, 5, 5. et 2, 29, 3. *Metus* est illorum, qui peccaverant ipsi; *ira* eorum, qui aut communem causam plebis tuebantur, aut propinquos vel amicos adfines culpæ habebant, Gron.

CAP. 51.)—1. *Jacere* (sperni, vel sine vi esse) *inritas sanctiones*, leges. Mox *quum interim* — *exerceri*, v. ad 1, 35, 1.

2. *delenimentum* (non *delinimentum*, quæ vox nihili est, ut *delinire*, quidquid contra disputet Drak. ad h. l. et 5, 31. 7, 38. 39, 11. putans, *delenimentum* habere vim placandi et mitigandi, *delinimentum* vero oblinendi et inbuendi, a *delinere* aut *linire*) vel, ut h. l., est θέλγητρον s. θέλγμα, res et remedium, quo animi leniuntur, permulcentur et mitigantur, vel philtrum, (v.

Broukh. ad Tibull. 1, 6, 7.) aut potius *illecebræ* et blanditiæ, res, qua hominum animi blande paulatim capiuntur, vel ad amorem adliciuntur. v. Duker. ad 39, 11. Simili sensu 5, 24, 3. dicitur *spei majoris avertendæ solatium objectum censebant.* et *delenimenta* eadem res 30, 13. quæ *blanditiæ* 29, 23. Cf. Ern. ad Tac. Agric. 21.

CAP. 52.)—1. *velut pensum*, propr. diurni labores servorum servarumve, deinde quodlibet munus, alicui proprium et adsignatum, *nominis familiæque*. cf. 2, 58. 61. 3, 31. (ubi v. not. 2.) 35. 44 sq.

2. *ad domum curamque* (nisi cum Gron. malis *domum ad curam*) *corporum nutriendorum*, fovendorum, remediis et fomentis adhibitis curandorum, ut ἀνατρέφειν; unde 7, 4. (ubi v. Gron.) *naturæ damnum utrum nutriendum patri, an castigandum*, h. e. utrum fovendum et indulgentia leniendum medicandumque, vel leni curatione adhibita emendandum, an puniendum et castigatione acerba irritandum. Cf. Ernesti clav. Cic. in Ind. Græco ad verba ἐξ ἀφαιρέσεως cet. in Cic. ad Att. 6, 1.

3. *Defuncta civitate morbis*, v. ad 2, 35, 2. Mox forte del. *Atratino*, quod Semproniorum cognomen est, ut *Mugillanus* Papiriorum.

4. *Jam fames, quam pestilentia, tristior erat*; unde Trebio ædili pl., qui assibus populo frumentum præstiterat, statuæ in Capitolio ac Palatio dicatæ sunt, et ipse supremo die populi humeris portatus in rogum est. v. Plin. 18, 3. s. 4. *tristior erat, ni — foret subventum*, v. ad 2, 50, 10.

5. *annonæ foret subventum*, v. ad 2, 34, 10. — *ab Samnitibus, qui Capuam habebant Cumasque*, v. ad c. 37. 1. et c. 44. n. 10.

6. *non plus singulis senatoribus*, non plus s. plures quam singulos senatores, ut 24, 41. 29, 25. 31, 34. 40, 2. 42, 23. Cf. ad 3, 64, 5. 24, 17, 2. et Drak. ad 22, 23, 6. *inventis* al. Mox leg. *sollicitudines decessere*; Gron. Cf. Burm. ad Quintil. declam. 6, 6. Dissentiunt Corte et Wasse ad Sallust. Jug. 41.

CAP. 53.)—1. *sacramento diceret*, v. ad 2, 24, 7. — *Carventus* Latii opp. ap. Steph.

2. *adversus intercessionem conlegæ*, v. ad 4, 35, 1. — *damnum*, jacturam rei familiaris, exacta mulcta, vel pigneribus captis, (v. 7, 4 pr. et Cic. Phil. 1, 5.) *etiamque coërcitionem*, vim, jus animadvertendi, (v. 26, 36 extr. et Suet. Aug. 45. conl. Tac. Ann 1, 77. ubi *jus virgarum* dicitur) *inhibenti*, adhibenti. v. ad 3, 38, 2.

3. *collum torsisset*, modo coërcitiones, quo vel detrectantibus militiam et inperium a lictoribus, vel in jus ire recusantibus ab adversariis manus violenter injiciebantur collo, et hoc torquebatur, illi vero *obtorto collo ducebantur*, vel trahebantur. Cf. Lips. mil. Rom. 1, 4. — *invidus* h. l. et 5, 8, 4. activè dicitur qui invidet, qui odit; Drak.

4. *Venditum sub hasta* (nam *hasta* palam, inpr. in foro posita, erat signum auctionis publicæ, forsan et privatæ; unde *sub hasta vendere* ac *venire*, *ad hastam locare*, *subhastare*, et inf. 39, 44, 8. *submovere ab hasta*, h. e. excludere a locatione, non admittere ad redemturam, et contra 43, 16 pr. *ad hastam censorum adcedere* sc. conducendorum vectigalium causa) *consul in ærarium*, ut al. *in publicum*, *redigere* (v. ad 2, 9, 4.) *quæstorem jussit*, cf. ad 5, 19, 8.

5. *alternis* sc. vicibus, (ut c. 57 pr. 22, 13 al.) ἀμοιβαίως, choris militum per vices canentibus, altero increpante consulem, altero Mænium laudibus efferente, *inconditi versus militari licentia jactati*, v. ad 4, 20, 1. Hæc *militum lascivia prope solennis erat*, vulgaris et usitata.

6. *tamquam haud dubius* cet. h. e. quasi et quum non dubium esset, quin Mænius, si proximis comitiis tribuni militum cons. pot. crearentur, et ille hunc honorem peteret, eum quoque consequeretur, consularia indicta sunt comitia, et ita Mænius ab illo honore exclusus est. Nam tribuni mil. cons. pot. promiscue ex Patribus ac plebe creari poterant, (v. sup. c. 6. 7.) non vero consules. Cf. 4, 1. 6. 5, 12. 6, 35. 42. 7, 1.

CAP. 54.)—1. *tunc primum plebejis quæstoribus creatis*, v. ad 2, 8, 10. et 2, 41, 12.— De *Iciliis* v. ad c. 52. n. 1.

2. *multarum rerum molem*, res multas et graves, (v. ad 1, 38, 4.) *avidissimo adeo* (forte leg. cum Grævio *ad ea*) *populo ostentantes*, v. ad 4, 30, 1.

3. *nihil*, non, neutiquam, vel nullam actionem in gratiam plebis, *se moturos*.

4. *quæsturam non honoris ipsius fine*, modo, mensura quasi et ambitu, *æstimabant*. — *novis hominibus*, v. ad 1, 34, 8.

5. *pro communicatis honoribus*, tamquam hi cum plebe tantum communicati essent.

6. *liberos tollendos esse*, h. e. procreandos, vel educandos s. alendos. v. ad Juvenal. 6, 38.

7. *Salii Flaminesque*; "cur hos potius nominant patricii, quam Pontifices et Augures quum horum quoque sacerdotia tum nondum cum plebe communicata essent? Hæc non tam e ratione præsentis temporis scripsit Livius, quo hæc dicta fuisse narrat, quam posterioris, quo, quum plebs ad alia sacerdotia admissa fuisset, Rex sacrorum, Salii Flaminesque semper e solis patriciis creabantur, ut auctor est Cic. p. domo c. 14. Sic c. 58. et 3, 68. per prolepsin memorat *stipendia*, tum nondum instituta, (sed illis locis *stipendia* sunt militia et anni ejus) et 34, 5, 3. *Origines Catonis*," Duk. Cf. ad 1, 34, 14. — *sine inperiis militaribus, ac potestatibus*, inperio civili vel juribus magistratuum sive urbanorum sive provin-

cialium. — *tres duces*, Icilios. v. princ. huj. cap.

8. *ubi*, in quibus, *utrunque plebi liceret*, sc. creare vel patricios vel plebejos.

CAP. 55.)—1. *Sed nulla erat consularis actio*, h. e. ea, qua delectus, bellum aliave a consulibus decernuntur, (v. ad 2, 56, 4.) *quam inpediendo*, qua inpedienda, *id, quod petebant, exprimerent*, extorquere potuissent tribuni a Patribus. — *generosi jam*, quorum majores, quique ipsi jam honoribus actionibusque tribuniciis inclaruerant; ut *duobus nobilibus jam* 22, 35 pr.

2. *Nec delectum — expediebant*, v. ad 3, 13, 6. *tribuniciæ actioni*, v. ad 2, 56, 4.

3. *publicæ tempestati*, periculo publico s. patriæ.

4. *Verruginem* (v. ad 4, 1, 5.) *in Volscis*, in Volsco agro sitam.

CAP. 56.)—1. *tædio sordium*, infimi generis turpisque vitæ. *indignorum candidatorum* ex plebejis. Cf. cap 57 extr.

2. *Volscos deinde et Æquos*, sc. quod *seu Carventana arx retenta*, propugnata et defensa a Romanis, eam obpugnantibus, *in spem felicioris successus belli, seu* cet. Cf. 5, 9 pr. — Vox *famæ* vel primo, vel sexto casu adcipi potest. — Mox *Romanos suæ dicioni habere* malebat Gron. Cf. ad 1, 54, 6.

3. *non esse in auctoritate senatus*, v. ad 2, 56, 16. — *vim inhibitam*, v. ad 3, 38, 2. — *nihil esse auxilii* Patribus *in his* tribunis, qui eorum studio ac fastidio non civium, immo ne hominum quidem numero essent vel haberentur; Gron.

4. *communicata* cum plebe *res publica*, ejus administratio. Cf. ad c. 54. n. 5.

CAP. 57.)—1. *quum tantum belli in manibus esset*, adesset, instaret; ut ἐν χερσὶν εἶναι. — *alternis*, v. ad c. 53. n. 4. — *Tacuisse se*: hoc *se* a multis MSS. abest prob. Gron. ad h. l. et 40, 42. ubi plura laudat exempla, 23, 13. 25, 26. 27, 21. 30, 22. 40, 44. al. Cf. ad 24, 13, 2.

2. *ad receptum*, mutationem, ut nos dicimus, *zur Zurücknahme*; nisi leg. *ad receptum a nimis pertinaci sententia*, ut 28, 25 extr. *tutissimum a malis consiliis receptum*; quæ vox propr. de exercitu adhibetur. Cf. 27, 27. 28, 23. 29, 7. ad 3, 2, 2. 22, 12, 9. 44, 39, 2. Sic et *regressus* 24, 26, 10. et 38, 4. — *nimis pertinacis sententiæ*, in qua conlegæ nimis pertinaciter perseverarent.

3. *dictatorem nocte proxima* se *dicturum*, v. ad 2, 18, 3.

4. *ac* (forte *at*) *si quis* tribunus plebis *intercedat SCto, auctoritate se fore contentum*: nam *senatus auctoritas* dicebatur SCtum, cui intercesserat tribunus, et *senatus consultum*, senatus voluntas et decretum scriptum, ratum et æri incisum, cui non intercessum erat a tribuno pl. Cf. ad Tac. Ann. 3, 51, 5.

5. *exemplo*, documento, *fuit conlegas eumque intuentibus*, utrosque conparantibus et ex utrorumque agendi ratione documentum (*Lehre, Warnung*, ut passim *documentum*, sed et *exemplum*, v. ad Præf. n. 14. et ad Tac. Ann. 1, 38, 3.) capientibus, *quam*, quantum, *gratia atque honos obportuniora interdum non cupientibus essent*, obportunius contingerent, facilius conpararentur.

6. *Castellum ad lacum Fucinum* (hod. *Lago di Celano*) in *Volscis*, sed ap. Plin. 3, 12. in Marsis; inter Apenninorum montium juga. Volsci Marsique erant confines populi. De ipso lacu v. ad Tac. Ann. 12, 56, 1.

7. *tantum* modo, solum, *non defuisse fortunæ* (v. ad 3, 46, 3.) adeoque felicius, quam fortius, bellum gessisse, nulla fortitudinis ac prudentiæ ostendendæ occasione oblata propter ignaviam hostium, qui uno eoque facili prœlio victi sunt; Drak.

8. *ob iram dictatoris creati*, v. ad 1, 5, 5.

9. *omnia loca* (v. ad 4, 16, 5.) *obtinuere*, obtinere conabantur: actus pro conatu. v. ad 3, 21, 3. — *omnes jam functi eo honore*: at *L. Furius Medullinus* non antea tribunus mil. fuerat, quod monstrat fragm. Capitol., sed bis antea consul, et filius L. Furii Med., qui ter tribunus mil. fuit; Pigh. in Ann. ad a. 346. "Itaque forte del. τὸ *eo*, quod abest a X MSS. et edd. antt. ante Ald. Potius tamen est, ut adnoscamus, in hoc L. Furio Medullino, quo nomine varii his annis tribunatu militari functi sunt, non convenire inter Livium et fastos Capitol., ut Sigon. sup. ad c. 44 pr. docuit;" Drak. Cf. Ind.

CAP. 58.)—1. *quia tempus induciarum*, in XX annos datarum, *cum Vejenti populo exierat*; cf. sup. c. 35 pr. unde intelligitur, unum certe deesse annum, si *res repetitæ sunt* (v. ad 1, 22, 5.) exeunte anno XIX. Ille annus inserendus forte sup. c. 43. ubi Livius dicit, *partem majorem insequentis anni per novos tribunos pl. et aliquot interreges certaminibus extractam esse*: nam probabile est, novos tribunos mil. non in aliquot menses, sed in annum integrum creatos esse.

2. *venientibus ad finem*, ad fines Vejentium. v. ad 2, 49, 10. et ad rem cf. 1, 32.

3. *ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur*, v. ad 1, 11, 1. et 1, 56, 10.

4. *ad id*, ob id tantum, (v. ad 1, 34, 5.) *venerit exercitus cet.*, venerit tantum ad obprimendos hostes.

5. *qui sc. senatus*, (v. ad 3, 72, 3.) *quia summa vi restare*, resistere, *nuntiabantur* sc. milites, qui Verrugine in præsidio erant, (nisi leg. *restari nuntiabatur*) *parum cogitaverunt* (propr. *cogitavit*; sed *senatus* est nom. conlect.) reputarunt secum, *nullam virtutem* progredi posse ultra *humanarum virium modum*. Illud *qui* deleri malebat Gron. et *nimiarum* pro *humanarum* conj. Faber. *Restare*

est id. qd. *resistere*, adeoque vel subsistere, pedem figere, manere, ut 9, 15, 1. et 22, 29, 4. vel hostibus resistere, obsistere, ut h. l. 6, 32. 10, 14. 23, 45. 29, 2. 34, 14. 15.— — *nec vivi* sc. multis ante mortem suam cæsis hostibus.

6. *daturos, quod Lars* vel potius *Lar* (v. ad 2, 9, 1.) *Tolumnius dedisset*, sc. mortem. v. cap. 17 pr.

7. *duo præsidia*, milites, qui Verrugine et in arce Carventana fuissent, *obcidione obcisa*, (v. ad 2, 51, 9.) *et cum periculo retineri*, defendi, sc. *præsidia* h. e. arces s. castella: nam vox *præsidium* duobus verbis, sed diverso sensu, jungitur. Cf. c. 55. 56. 58 pr.

8. *tamquam pœniteat* Patres *laboris*, v. ad 2, 54, 16.

9. *quid super* sc. esse *sanguinis*, quod verbum modo præcessit, unde h. l. *super* mollius est, quam vulg. *superesse*, sed poëtis frequentius, quam prosaicis scriptoribus.

10. *profertur tempus ferendæ legis* sc. de bello Vejentibus indicendo, quam legem (*Vorschlag*: cf. ad 1, 26, 4.) tribuni mil. ad populum ferre jussi erant. — *antiquari* legem, rejici: nam in tabellis reprobantium scriptum erat *A. P.* h. e. antiqua probo, nil mutandum censeo; (*ich stimme dahin, es beym Alten zu lassen*) ut contra *V. R.* h. e. *uti rogas* scil. ita volumus, jubemus, sciscimus) erat vox vel tabella, qua tribus utebantur, legem latam probantes: nam *rogare* et *ferre* dicitur magistratus, qui comitiis præest et legem fert ad populum, vel tribus rogat, quem subfragiis suis creatum velit cet. at populi est *jubere* aut *sciscere*, unde *plebiscita*. Cf. 6, 38, 3. 8, 13, 7. 10, 8. extr. et ad 3, 64, 5. Si cum populo agitur vel ad illum *fertur*, (nam ita etiam, ut 23, 14, 3. 32, 20, 4. et al. absolute dicitur pro: *lex* seu *rogatio ad populum fertur*) ut lex jubeatur, ea *rogari*, (al. *ferri*) ut, quod ante jusserit, vel lex olim lata perlataque tollatur, hæc *abrogari*, ut aliquid de priore lege detrahatur s. dematur, ei vel de ea aliquid *derogari* et *exrogari*, ut aliquid priori legi contrarium statuatur et illa tota vel pars ejus tollatur, legi *obrogari*, (v. 9, 34, 5. et Duker. ad Flor. 3, 15, 5.) ut nova *lex* vel *rogatio* (quæ voces quomodo et utrum differant, v. ad Cic. de Leg. 3, 15, 33.) non recipiatur, ea *antiquari* dicitur.

CAP. 59.)—1. *ut distinerent Volscos* v. ad 3, 23, 1.

2. *Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ sunt*, vel *Tarracina*, ut 24, 44. hod. *Terracina*, prope Ufentem fl., qui nunc *il Portatore* dicitur, Cf. ad 24, 44, 6. ad Sil. 4,532. et 8, 382. — *obpugnationem ostendit*, simulavit. Cf. ad 4, 30, 1. 6, 18, 3. et 27, 44, 3.

3. *immitis cædes*, nulli parcens, sine miseratione. — *pronuntiatum repente* 53, 1.

4. *ad* (adverb. pro circiter) *duo quingenti*, ut 8, 18. 22, 41. 28, 34. 38, 36. al. Cf. Gron. ad 10, 17. Ind. Cæs., et Ern. ad Suet. Cæs. 2 *præda militem abstinuit*, v. ad 2, 22,

5. *tempestivo principum in mu munere*, instante gravissimo bell fremente et tribunis eam incend *principum*, qui id decreverunt sp plurimum contulerunt. *tempestivu* in aliquot MSS. quod facilius emendationem redolet.

6. *ut stipendium miles de publico* quæ res ad onus militiæ levan augendam Rom. potentiam, et a ciliandos patriciorum plebejorum mos plurimum valuit. De hoc v. Polyb. 6, 37. et Lips. Mil. Rom.

7. *de suo* censu, (*privato sum quisque functus eo munere esset*, id rei publicæ præstitisset.

CAP. 60.)—1. *prensatas exeuntiu* v. ad 2, 61, 4.

2. *Quum*, tum, *commoditas*, con utilitas obportunitasque hujus mu *varet*, (propr. *juvabat*, de quo v. ad h. e. delectaret adcipientes, iis gra quod scil. *res familiaris* cujusque po *quiescere*, non minui s. adteri cet. *ratum*, v. ad 1, 31, 7. — *multiplex*, v. ad 22, 7, 2.

3. *Tribuni plebis — negare*, dic *tam id lætum Patribus universis nec fore*, v. ad 3, 48. 1. et 27, 41, 1.

4. *indicto tributo*, cf. Plin. 33, 3 Zonar. 7, 20. et Grævii Thes. A T. X. p. 1195.

4. *argentum signatum* est primum v. Plin. 23, 3. s. 13. — *æs gra* librales. v. Gron. de pec. vet. 3, 15. Diss. de ære gravi. Minus probabi quæ adversus hos disputavit K diatr. Antigron. p. 61. ubi monet dici omnes numos æreos, cum auroque signato conparatos: metalla, si pretii et æstimationis beatur, pondere æri longe cedere.

6. *speciosam conlationem*, conspicua didam, magnificam. — *conspici*, 5, 8. Pro *videt* Bauer. conj. *vidisse* pro *quum*. Neutrum necesse.

CAP. 61.)—1. *L. Furius Medullin* al. Cf. Ind.

2. *Etruscorum concilium ad fanum næ*, v. ad 4, 23, 5.

3. *In arcem munitam* cet. Gron. e *eam munitam — Ipsa deinde obsidebat servus prodidisset*, ne sexies *arx* no quod utique molestum esset,

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM V.

CAP. 1.)—1. *Octo* tribuni mil. cons. pot., *quot numquam antea, creati*; quod tamen solus Livius h. l. et 6, 37. (ubi maximus numerus invidiæ et rei augendæ causa memoratur) nescio quos auctores sequutus, tradit. Furius Camillus et Postumius Albinus hoc anno Censores potius fuere. v. Fast. Capit., Valer. Max. 2, 9. et Plut. in Camillo p. 129. Nonnumquam tamen octo fuisse tribunos mil. etiam alii referunt, v. c. anno mundi 3601 Diodorus lib. XV. quin adeo *sæpe* Imp. Claudius in oratione, æreæ tabulæ incisa, quam typis exprimendam curavi in Comm. ad Tac. Ann. 11, 24, 1. Cf. et Pompon. de orig. jur. in l. 2. ff. § 25. ibique Bynkersh. Ceterum pro priore *M. Postumio*, (nam duo hujus nominis memorantur) e. fastis Capitol. substituendus *M. Furius Fusus*: nec vero, quia Livius non sexies, ut alii, sed septies Camillum fuisse tribunum mil. cons. pot., cum Sigon. deleverim cap. 10 pr. τὸ *iterum*, et aliis locis reposuerim *iterum* pro *tertium* cet. Cf. Drak. ad h. l. et Perizon. anim. hist. c. 2. p. 43 sq.

2. *subfragio XII populorum*, v. ad 4, 23, 4. — *artifices* scenicos, histriones. Cf. 7, 2. 11. 39, 22 pr. 41. 20. Sic et medici quæstus cupidi *artifices inprobi* dicuntur inf. c. 5. et Prop. 2, 1, 58. *ars* simpl. pro arte ludicra s. scenica 24, 24, 3. τεχνῖται gladiatores in Chron. Alex. p. 660. ed. Merc., et histriones ap. Polyb. 6, 47, 8. 16, 21, 8. 30, 13, 2. et ap. Diodor. 4, 5. ubi v. Wessel. p. 214. et 251. et T. 2. p. 484. *artifices scenici* ap. Cic. p. Arch. 5. et Suet. Cæs. 84.

3. *dedita religionibus*, ludis solennibus, qui etiam ad religionem pertinebant.

4. *non vani*; falsi, vel potius inriti *sermonis*, rumoris, ad se nihil pertinentis nec quidquam nocentis sibi, *auctorem*, nuntium. v. ad 2, 58, 1. Livius *auctorem* dixit per adposit. τοῦ *eum*, vel constructionem variavit; sed Gron. emend. *auctore*, et non inprobat lectionem edd. vett. ante Curion. *novi sermonis*.

5. *omnibus conciliis* Etruriæ *eam rem agitari*, sc. de mittendis Vejos auxiliis. cf. cap. 5 med.

6. *ita muniebant* sc. castra ad et circa Vejos posita. — *ancipitia munimenta* verbis seqq. inlustrantur. Cf. ad 1, 25, 4. — — *aliis* (forte *aliorum* sc. munimentorum) *frons auxiliis* Etruscorum *obstruebatur*, obponebatur, qui eorum prohiberet aditum. (cf. cap. 5. et 38, 29 pr.)

CAP. 2.)—1. *hiemando continuare bellum*, "non persequi, *fortsetzen*, sed continuum reddere, uno tenore gerere, non interrumpere, nil intervalli interponere bello æstatis prioris et secuturæ, expeditionem æstatis *statim jungere* expeditioni æstivæ sequentis anni per hibernam: ut paullo infra *continuata militia* est non interrupta, nullo intervallo diremta, *perennis*, ut paullo post explicat ipse;" Bauer. Cf. ad 4, 22, 4. — *novandi res*, v. ad 1, 52, 1. — *Hoc illud esse, quod* cet. ut ap. Virg. A. 4, 675. Cf. Drak.

2. *id donum inimicorum veneno inlitum fore*, præclare de re fraudulenta et perniciosa. Cf. ad. 2, 44, 5. — *Venisse*, venditam esse hoc dono, stipendio.

3. *ne quid per frequentiam*, quum frequentes adessent, in frequentia *juvenum eorum* cet. nisi leg. *per* (propter) *infrequentiam*; Ern. Cf. ad 2, 23, 9.

4. *Vexari et subigi* synon., posterius propr. de terra sæpius arata adhibetur, et de farina depsticia. — *muris situque naturali urbem tutantes*; Jac. Gron. emend. *tutante*. Sed illud et rotundius et haud paullo elegantius videtur Bauero ob ipsam hypallagen, quam exemplis firmat. Cf. 2, 30. 3, 42.

5. *militem Rom. in opere ac labore sub pellibus* (nam *hibernacula* erant tabernacula fulcris tigillisque ligneis erecta et contecta *pellibus* s. corio; cf. ad 23, 18, 7. et Lips. Mil. Rom. 5, 1.) *durare* se, duriter vivere, vel etiam perseverare.

6. *triste*, severum, durum (ut 7, 28, 5. 8, 21, 2. 38, 22. cf. ad Sil. 1, 147.) et infinitum, *dictatoris inperium*, h. e. dictator, cujus inperium sit rigidum et sine provocatione. — *inportunos decemviros*, ut 29, 17 extr. et 38, 14. de tyranno: nam *inportunus* (propr. *inobportunus*) est difficilis, morosus, nimis severus, durus, crudelis, qui continuo vexat homines neque eos patitur esse quietos; ut contra *obportunus* dicitur conmodus, facilis. — *quod regnum*, quale sævum inperium, *exercerent*.

7. *illi consules dictatoresve*, h. e. illi tribuni mil., si consules dict. ve creati fuissent; Drak. Cf. ad 5, 36, 3. 9. 18, 3. 9, 43. 7. 23, 4, 1. 29, 14, 5. 31, 42, 3. — *proconsularem imaginem*, v. ad 3, 41, 2.

8. *Non fuisse ne in octo quidem* cet. redundat *non*, (v. ad 2, 45, 7.) aut minor distinctio post *fuisse* ponenda. — *trina loca* (v. ad 4, 16, 5.) *explere* (ausfüllen) consequi. Cf. ad 3, 64, 3. — *octojuges* contemtim pro: octonos, octo simul, instar tot equo-

rum, uni currui s. jugo junctorum. *ad inperia obtinenda*, octo ad unum honorem simul obtinendum; Bauer.

9. *ne in turba quidem*, in tanto tribunorum numero, *hærere plebejum quemquam*, septem patriciis octavum s. postremum adhærere, h. e. adjectum et velut extremo loco admissum esse, ut *extremum adhæsisse* quæstoribus pro: ultimum quæstorem factum esse, ap. Cic. in Vatin. c. 5 pr. — *usurpare libertatem*, exercere eam s. jus subfragii.

10. *relictum a conlegis*, non tamen solum, ut ex c. 7. §. 12. (*ut tribuni militares concione* cet.) adparet; sed cum aliis relictum, ut solum ex omnibus maxime idoneum conprimendis seditionibus tribuniciis; Duk. — *quem auctorem* cet. v. sup. 4. 48.

CAP. 3.)—1. *An est quisquam qui dubitet*, nonne omnibus persuasum est, *numquam æque ullis injuriis vestris*, h. e. vobis a senatu inlatis (v. ad 2, 61, 3.) cet. — *militantibus* pro *militibus*, ut c. 4. et *στρατευόμενοι*. Cf. Drak.

2. *Quid illos* tribunos *aliud aut tum timuisse*, aut olim et semper, quoties seditionum auctores essent, metuisse, *creditis, aut hodie turbare velle* creditis, *nisi concordiam ordinum, quam dissolvendæ — potestatis rentur esse*, v. ad 3, 24, 1. Omnia sic plana videntur, nec satis apta Baueri nota; "Quid aliud ergo volebant (turbare) aut poterant, nisi concordiam ordinum? Clarius, opinor, et simplicius scripsisset: *Quid eos aut tum voluisse creditis, aut hodie velle, nisi concord. ord. turbare?* Aut sic: *quid eos aliud aut tum tim. cred. aut hodie velle, nisi conc. ord. turbare?* Illud melius foret. Nam et hoc asperitatis aliquid habet. Sed concinnitatis studio in sensum ipsum obfendit paullulum Noster; qui tamen satis adparet."

3. *tamquam artifices inprobi*, homines fraudulenti et ad malas artes acuti, (*architecti sceleris* Cic. Cluent. 22.) vel artifices, vel medici (v. ad c. 1. n. 2.) quæstus cupidi, qui inconmodis alienis gaudent, eaque in rem suam convertere cupiunt, *opus*, laborem, *quærunt; qui* artifices *et*, etiam, *semper ægri aliquid* cet. nisi potius τὸ *qui* aut *et* plane delendum est.

4. *Utrum enim defenditis* cet. oratio ad ipsos tribunos pl. conversa.

5. *Quanto tandem* cet. immo *Quando tandem*, quo tandem tempore magis, quam hoc s. nunc; Doer. — *favere comitati Patrum* cet., iis lætari, cupere ea vigere, ea juvare, tueri; Bauer.

CAP. 4.)—1. *de ipsa conditione militantium*, quæ mutata erat dato stipendio, ut mox dicitur. — *adversariorum orationibus contentus essem*, objectionibus, quas reddere ac retorquere adtineret; ipsæ horum objectiones satis multa mihi contra eosdem disputandi argumenta subpeditarent; Ern.

2. *pro portione*, pro magnitudine c[illegible] ut nos dicimus: *nach Proportion*, n[illegible] *hältniss*. Cf. 7, 1. 34, 50.

3. *Labor*, molestia, *voluptasque*, *dis*[illegible] *natura* cet. ut Plato in Phædone di[illegible] *τοῦτο ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδὺ* [illegible] *εἶναι τῷ λυπηρῷ· ἐὰν δέ τις διώκῃ τ*[illegible] *καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζε*[illegible] *λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥσπερ* [illegible] *κορυφῆς ἡμμένω δύ' ὄντε* cet. — [illegible] sibi parare.

4. *si ad calculos eum res publica* [illegible] subducendas quasi rationes adcep[illegible] [illegible]usi, vel ad rationem reddendam [illegible] tum et a re publ. adceperit, et [illegible] præstare debeat: *calculi* enim lapil[illegible] quibus utebantur Romani in ratio[illegible] computatione. *Hoc quidem est* [illegible] *et exiliter ad calculos vocare amicitiam* [illegible] *sit ratio adceptorum et datorum*, Cic. [illegible] Cf. et Juvenal. 9, 40 sq. — *annua*[illegible] *ede*, cf. 3, 63, 1.

5. *solidum stipendium*, totius anni, s[illegible] cui nihil detractum sit.

6. *intra vicesimum lapidem*, v. ad [illegible] *duodecimum lap.* conj. Cluver. Ital. [illegible] p. 530. — *scilicet*, v. ad 4, 5, 2. [illegible] *ties rebellarunt*, v. ad 4, 32, 1. — [illegible] *numquam fidi fuerunt*: al. *fida*, prol[illegible] "Non inelegans lectio *fida*: *fida* [illegible] non semel dixit Livius; sed ita, [illegible] pax ita dicatur, non, ut *homines* [illegible] *fida esse* dicantur. Itaque *fidi* serva[illegible] Bauer.

CAP. 5.)—1. *a cupiditate*, v. a[illegible]

2. *boni tribuni plebis eiρωνικῶς*, u[illegible] 6, et al. v. ad Sil. 2, 240. — *Cast*[illegible] va quædam castra vel munimenta [illegible] cumvallatione; (Schanzen, ut [illegible] Cæs. B. G. 7, 69 ibique Intpp., [illegible] schardi Memoires milit. T. 4. p. [illegible] deinde loca munita et edita, viculi [illegible] ut 21, 33 pr. et *castella vicique* Saun[illegible] 38 pr. (unde *castellani*, qui in iis [illegible] 34, 27. 38, 45. et *hostes circa collem* [illegible] *dissipati* 7, 36, 4. h. e. per castella [illegible] *tim* 9, 13. et 10, 4 pr. *κωμηδὸν* [illegible] *κώμας*) Cf. ad 2, 16, 3. 25, 22, [illegible] Tac. Ann. 12, 38, 4.

3. *Quid turres loquar*, ligneas, pl[illegible] rotis inpositas et hinc *mobiles*, plu[illegible] *tabulatis* constructas. Cf. Lips. P[illegible] 4. et inf. 21, 8. 11. 24, 34. 32, 17. [illegible] Veget. 4, 17. et Lips. Poliorc. 2 [illegible] — *Vineæ* v. Veget. 4, 15. et Lips. [illegible] — *Testudines* erant varii generis, [illegible] gesticiæ, ad congestionem foss[illegible] æquandi loci causa factæ, *χελῶναι χ*[illegible] (v. Vitruv. 10, 20. Lips. Poliorc. [illegible] Schweigh. ad Polyb. 9, 41, 1.) vel [illegible] *ὄρυγες*, parum diversæ, (v. Lips. [illegible] arietariæ, ut h. l. et 37, 26 al., [illegible] ligneæ, tabulis contextæ et coriis [illegible] tonibus obductæ, in quibus suspe[illegible]

[redacted]

qua milites, iis tecti, murum subconabantur, (v. Vitruv. 10, 19. et l. 1. 3, 1.) vel *φάλαγγες* s. *συνασπισμοί*, s corporibus armisque, et scutis iteribus adplicatis, sive super capita , ut contra telorum defenderentur ; quæ triplices erant, et adhibebanà pugnando, (ut 10, 29. et 28, 2. not. 4.) in repugnando, et obpug-. (v. Lips. l. l. 1, 5.) Posteriores erant fastigatæ, et imbricatæ, de s v. inf. 34, 39. inpr. 44, 9. (ubi cf. . et 7.) Lips. l. l. et Vales. ad ian. 16, 12. p. 146.

mudetur labor, v. ad 4, 13, 2.

i uno tenore peragitur, h. e. sine *inters et intervallis, spatio non interposito:* omnia mox obponuntur. Cf. 7, 40. 5. 37. 47. 23, 49. 30, 18. 41, 15. *nor* et *continuatio* synon. junguntur) 3.

i laxamentum dederis, v. ad 2, 24, 4.

Videte, quot res, quam inutiles, v. ad 3, Baueri nota est: "*Res* ab epitheto ivulsum, quasi per hendiadyn, pro s *inutiles* vel *quam inutiles*. Græcismus *ἀλλὰ καὶ δεινὰ, πολλὰ καὶ οὐκ ἀνεκτὰ*, ue inlustrat Abresch dilucid. Thucyd. . 836. scil. ne duo adjectiva in unum concurrerent, *quam multæ inutiles* am et *multitudo* rerum inutilium sem erat commemoranda." *viam con*. ad 4, 48, 2.

P. 6.)—1. *me dius Fidius*, v. ad 2, 31, *interrerat* pro *interesset:* nam præcessit *ineret;* Bauer. — *parata victoria:* vulg. *parta*, solenni confusione. Cf. et nos ad Tac. Ann. 16, 2, 2. *Pa*. acili, quæ quasi in manibus ac præsto Drak.

uamvis seræ (serum) *spei, exitum*, v. ad . et 1, 14, 6. *Lenta spes* propr. dicitur; . — *Æstivæ aves*, quæ æstate tantum ciuntur et apud nos manent, *auctumno* vel se abscondunt vel in alias avolagas. Venusta comparatio!

mpestatibus captandis cet. v. ad 3, 9, 4. 9, 6. — *juxta*, perinde, æque, pariieme, *atque*, ac s. quam, *æstate;* ut , v. c. *juxta atque ipsam cladem* 25, 12, *e dieque juxta*, nocte pariter ac die, octe quam die 24, 37, 4. *juxta insontes*, ium, æque l. 24, 5, 8. *juxta obsidentes* ques 9, 13. *per dubios infestosque populos* 3, 28 pr. *rem parvam ac juxta* (similiter) *difficilem* 24, 19. ut *illis juxta* ap. t. 1, 846. *Juxta* et *prope* tam dativo adcusat. jungi monet Priscian. XVIII. 2.

ac ipsam potestatem tribuniciam *non ra nec in tectis*, sed sub dio, in monte ris, creatam. v. sup. 2, 32. 33.

ec hoc bellum intueri, quod instat, quod r, nos occupat: nam quidquid initium cepit et adhuc durat, id *instare* dicitur, ut *bellum* et *hyems* præsens s. urgens 28, 38. 31, 43. 36, 10. nisi malis cum Dukere *abstare;* Ern. Sed v. ad 3, 6, 5. et 36, 10, 6. Sic et Gr. *ἐνστῆναι*. — *sed famam et ad* (ob) *alia bella quærere;* cf. verba Marcelli 24, 19.

6. *mediocre discrimen opinionis*, diversitatem opinionis et exiguam et parum curandam vel levioris momenti. — *utrum tandem*, v. ad 3, 68, 1.

7. *apud hostes tanta modestia est*, *εὐταξία* et *εὐκαιρία* (v. omnino Cic. Off. 1, 40. ibique Græv.) simulque quies et moderatio animi ac iræ; unde *modestum* obponit *seditioso* Cic. Agr. 2, 31. ut fere Livius 42, 23. *modestius dare* et *libidinis arbitrium*. — *non denique quidquam apud eos novatum sit*, v. ad 1, 52, 1. Vocem *denique* post tertium *non* ponendum putabat Ern. — *apud vos*, forte leg. *nos;* Bauer.

8. *Fustuarium meretur* sc. subplicium (*ξυλοκοπίαν*) quod fuit gravissimum, et urbanum quoque, sed inpr. militare. Miles damnatus et a tribuno fuste tactus, fustibus et saxis a commilitonibus peti et sic plerumque necari solebat. Ab hac pœna capitali diversa erat castigatio, quæ fustibus fiebat: hæc vero gravior, quam quæ vitibus; quibus milites ob leviora delicta cædi solebant a centurionibus, de quo v. ad Sil. 6, 43. et Tac. A. 1, 23, 3. Cf. sup. ad 1, 26, 6. ad Epit. Liv. 57. n. 4. Polyb. 6, 37. Lips. Mil. Rom. 5, 18. Intpp. Velleji 2, 78. Cort. ad Plin. Ep. 2, 11, 8.

9. *adeo — adsuetis æqui*, faventes, *audire, etsi prodendæ patriæ — est*, v. ad 3, 24, 1. et ad Præf. n. 15. ad Sil. 3, 2.

CAP. 7.—1. *unde minime quis crederet*, per quod fieri posse, futurum m. aliquis crederet; Bauer. — *agger promotus ad urbem:* ex terra lignisque confectus, cui inponebatur turris rotata. De turribus et *vineis* v. ad c. 5. n. 3. — *tam longi temporis opus*, h. e. opera, quibus conficiendis tantum temporis erat insumtum.

2. *quibus census equester erat*, at, vel sed *equi publici* cet. Alterutrum excidisse videtur, vel *et*.

3. *Pedestris ordinis*, exercitus, militiæ, *se nunc esse;* h. e. sicut equites sese obtulerint ad militiam extraordinariam, ut equestrem in bello aciem ordinemque augeant: ita plebejos nunc, quum equitum alacritatem istam viderint, velle pedites esse, pedestrique extra ordinem militia fungi, quum adhuc Quirites, vacui, otiosi nulloque in acie ac bello fuerint loco; nunc velle pro peditibus haberi et scribi; Bauer. Ita non est, quod cum Doer. pro *esse* legas *adesse*, vel cum Cupero et Stroth. *pedestris ordinis* (suum, ipsorum, qui pedites essent) *nunc esse, operam reip.* cet., sicut equites suo ordine polliciti essent. *Pedestris ordinis* ho-

mines insolenter ii, qui *pedestria* h. e. pedibus *stipendia faciunt*, (7, 13, 1.) dicuntur respectu *equestris ordinis* vel equitum, quibus obponuntur.

4. *in comitio stantem*, v. ad 1, 36, 6.— — *laudibus ferre*, efferre. — *gaudio*, præ gaudio.

5. *omnibus* — *æra procedere*, ut 25, 5. et 27, 11. i. e. jam ex illo die, quo professi militiam essent, deberi, et inde conputato tempore solvi: ut *usuræ* dicuntur *procedere*, Germ. *angehen*. ex die syngraphæ vel elocatæ pecuniæ; Bauer. Cf. ad 5, 48, 5. — *certus numerus æris* publici, quod mererent s. stipendii. *Æs* ad annos militiæ referebat Drak.

6. *Tum primum equis*, sc. tam publicis quam privatis, *merere*, adcipere stipendium, *equites cœperunt;* Gron. publice non equis modo alimenta, sed sibi quoque stipendia publice adcipere; Bauer. Alii non male suspicantur, post *equis* excidisse *suis*. Cf. Epit. hujus libri, et supra verba Livii: *equis se suis stipendia facturos promittunt.* Equites antea equum quidem habuerant publicum, sed eo gratis militaverant: nunc suis quidem equis merent stipendia s. militant, sed stipendium quoque adcipiunt, ut jam ante pedites. Si sensus h. l. est, equites tum primum stipendio adcepto militasse, non opus erat, voc *equis* adjici. An hæc delenda est, quoniam certe non constat, equites etiam postea *equis suis* meruisse, quod *tum primum* factum dicitur? Cf. Gron. de pec. vet. 3, 2. p. 124. et Duk. ad h. l. Lips. mil. Rom. 1, 5. Schel. ad Polyb. diss. 4. Sigon. de ant. jur. civ. 2, 2. et Græv. Proleg. ad T. I. Antt. Rom.

CAP. 8.)—1. *neglectum Anxuri* (v. sup. 4, 59.) *præsidium vacationibus militum*, commeatu multis dato, et his militia inde vacantibus, (v. ad 1, 57, 2. et 4, 26, 6.) *et Volscos mercatores vulgo*, passim et ubivis, (ut 26, 27, 5.) vel potius promiscue, sine discrimine, fidine essent ac probi homines vel amici an proditores, (ut 6, 41, 8. *vulgo* est communiter, promiscue tam ex Patribus quam ex plebe) *receptando*, *proditis*; in manus hostium, Volscorum, traditis, *repente*, præter opinionem, *portarum custodibus*, *obpressum est*. Cf. tamen ad 4, 35, 1. Alii emend. *peremtis repente* cet. vel *obpressis repente* — *proditum est* — *lixarum in modum*, qui sc. exercitus sequuntur, ut vendendis cibis prædaque emenda quæstum faciant.

2. *Nec Vejis melius gesta res*, v. ad 3, 23, 2.

3. *Forte ea regione*, parte castrorum, *qua Sergius præerat* sc. exercitui, ut 25, 16, 4. et 34, 40 s. — *Ita ancipiti prœlio* cet. v. ad 1, 25, 4.

4. *privatim Sergio invisus*, v. ad 4, 53, 3. — *pleraque castella obpugnata*, v. sup. ad c. 5. n. 2. — *superatas munitiones*, transscensas, ut 38, 5, 3.

5. *ne quam opem ab inimico videret*
cet. cf. similia de Pæto ap. Tac. A
10 sq.

6. *Diu in medio cæsi milites*, pugna
versus hostem tam interiorem, V
quam exteriorem, Capenates et F

7. *Pauci rei publicæ*, ab utroque
adsunt, ejus causam agunt, (v. ad 3
et respectu salutis publicæ utrumq
nandum censent; sed plurimi vel
illum, vel Sergium vel Virginium,
dunt, prouti *quosque studium aut grati*
occupaverunt, ceperunt, vel eorum
præoccupaverunt. Similiter 45, 1
occupatas jam aures sollicitatumque jam
Attali, h. e. ad Attalum, cujus an
mumque jam quidam Romanoru
occupaverant.

CAP. 9.)—1. *sive culpa sive infelicit*
tuna adversa) cet. quum alii hac,
re cladem adcidisse contenderent,
non dijudicantes, utra causa veri
censuere; Drak. Cf. ad 4, 56, 2.

2. *In quam sententiam quum pedibu*
v. ad 1, 32, 13. — *in concordia h*
senatorum et quorumdam trib. n
tantum Sergii et Virginii, quibus
ut quosque studium privatim vel
occupaverunt; Drak.

3. *nisi in auctoritate senatus essent*,
56, 16. — *næ*, profecto, *ego liben*
rirer, periculum facerem, (*ich mögte*
auf die Probe ankommen lassen) *quam*
in his minis vestris *juris* talia min
æquitatis, *quam in vobis animi esset* au
ciæ faciendi quod minamini. Sed
busdam libris rectius, opinor, l
quam non plus in his minis *juris*, potes
vis, *quam in nobis animi esset* ad e
nendas et vi arcendas, vel ad tuen
nostra.

4. *aliam vim majorem*, dictaturam
post vel ante *victi* excidisse *hi*, sus
Scheller.

CAP. 10.)—1. *M. Furio Camillo*
multi libri, Cf. ad c. 1. n. 1. —
laboratum est, v. ad 3, 31, 1. — *de*
pl. cooptandis. v. ad 3, 64, 5.

2. *duo judicia* de Sergio et Virgi
benda, vel causæ eorum. — *jun*
ad 1, 43, 2. — *nomina dare*, v. ad 1

3. *Unum bellum annum jam tertius*
propr. *quintum*, (et ita emend. Gla
sed *tertium*, quo primum hibernacul
quod plebs indignissime tulit; Sig

4. *pueros quoque ac senes extractos* ex
quasi, in quibus latuerint, et ex
castra, vel invitos protractos et con
ad militiam, ut supra: *coacti nomina*

5. *vectigalis* homo s. populus, qui
tione census annuaque frugum co
inopia decumas aliave vectigalia
tributum pendit: at *stipendiarius* vel

[redacted]

rius, qui, nulla illarum rerum ratione habita certam quotannis pecuniæ summam solvit loco tributi. Hinc et 8, 8, 1. *postquam stipendiarii facti sunt* Romani, h. e. stipendium solverunt sc. e publico s. ærario, non, stipendia meruere s. adcepere, etsi sensus eodem redit. Cf 4, 59 extr. Duker. ad Flor. 3, 20, 8. (ubi Spartacus dicitur *stipendiarius Thrax*, h. e. oriundus e Thracia, provincia stipendiaria) et Intpp. Veget. de re mil. 1, 18. ubi non leg. *stipendiariis*, sed *stipendiosis militibus*, h. e. qui plura jam stipendia meruere; unde *tironibus* obponuntur. Cf. ad Tac. Ann. 1, 11, 8. et Ern. clav. Cic.

6. *diutino dominorum desiderio* venuste pro longa absentia, in qua desiderantur a suis. — *Adfectæ* vires s. res dicuntur debilitatæ, imminutæ, adflictæ. Hinc *adfectus* 28, 26. æger vel inbecillus e gravi morbo, et *adfectum corpus* 22, 8, 3. *valido* obponitur. Similiter *omnibus notis ignominiisque confecti* 22, 61, 7. et *vigiliæ conficiebant* Pœnos 22, 2. — *velut fenere*, ut cum fenere s. usura redduntur.

7. *legis Treboniæ*, v. sup. 3, 65.

CAP. 11.)—1. *eo revolvi*, redire, redigi rem, ut cet. quemadmodum ante latam legem Treboniam factum sit. — *sacratas leges*, v. ad 2, 8, 3.

2. *Quum arderent invidia*, in magno essent odio, ut *invidiæ incendio conflagrare*. ap. Cic. Catil. 2, 11. et *invidiæ flamma* inf. 43, 16. Cf. ad 1, 42, 2. — *P. Curiatius* al. *Curatius*.

3. *trepidi* (anxii) *rerum suarum*, ut 36, 31. Græce pro de rebus s. propter res suas earumque statum; metuentes iram plebis ejusque effectum. Cf. ad Sil. 2, 234. Dicuntur etiam *res trepidæ*, periculosæ et in summum discrimen adductæ, in quibus trepidamus, inpr. quæ inopinantes obprimunt et percellunt, 22, 5. 34, 11. al.— — De *Sergio Virginioque* v. sup. c. 8.

4. *compacto*, v. ad 1, 9, 7.

5. *frequentia civium*, in frequentia civium, abundante eorum copia, (de qua v. ad 5, 2, 3.) *celebrare actiones*, tribunicias, v. ad 1, 4, 12. et 2, 56, 4.

6. *Prejudicium jam de reis factum esse*, ut mox *eos prædamnatos* v. ad 3, 40, 10. — *ab re publica remotos esse*, ab ejus administratione, a publicis negotiis s. muneribus.

7. *tot judiciis*, senatus, populi et conlegarum, *confossos*, obpressos quasi et prostratos, (metaphora desumta a telis gladiisve, ut in *jugulari*) *prædamnatosque* tacite præjudicio, *venire* nunc satis audacter *ad populi judicium*. — *defunctos se esse*, v. ad 2, 35, 2.

8. *Illos* itaque *repeterent animos*, reciperent. — *adcepta* delendum videbatur Ern. — Mox forte leg. *plenum vulnerum ac pavoris*: nisi orationem variare voluit Livius.

9. *in iis sua potestate non uti*, cf. ad 6, 22, 1.

CAP. 12.)—1. *Martem communem belli*, fortunam belli, cui omnes sint obnoxii pugnantes, vel quæ ad omnes pertineat, faveatque modo his, modo illis, ut 7, 8 pr. 8, 11. et 23. 10, 28 pr. 28, 19, 5. 28, 41. 30, 30. 42, 49. *Communis Mars belli* et *incertus belli eventus* pæne synon. Junguntur 37, 45, 5. 42, 14, 2. 42, 49, 4. — *quam militiæ*, in bello, in quo ipsi nulla ab hoste clades inlata esset.

2. *cooptationis tribunorum* cet. v. cap. 10 extr.

3. *præsentem mercedem judicii*, v. ad 1, 12, 6. Mox non tribunorum, sed Livii, de injusto eorum facto judicium ferentis, verba esse videntur hæc: *quum* tamen *tot exercitibus stipendio opus esset, resque militiæ ita prospere gererentur*, h. e. prospere quidem, sed *ita*, in tantum, (ut 8, 38, 4. *nur in so ferne, in so weit glücklich*) *ut nullo* (forte leg. *multo* cum Schellero) *bello veniretur ad exitum spei*. Multiplex bellum erat ad Vejos, Capenam, Valerios et Anxur in Volscis, et hinc injuste agebant tribuni pl. inpedientes tributum, unde militibus pendi posset tributum, quo opus esset ad felicem belli eventum.

4. *Namque* (forte *Jamque*) *Vejis*, ad Vejos, (v. ad 3, 23, 2.) *castra* cet. — *castellis*, v. ad c. 5. n. 2.

5. *M. Furio*, h. e. a M. Furio, *hostes nulli inventi*; ut *Gallis victoribus captum* 6, 14. *silvæ nulli adita* 9, 36 pr. et al. Sic passim tertius casus Græce ponitur pro sexto cum præpos. *a*. Cf. ad 35, 17, 5. 44, 27, 6. ad Sil. 4, 391. 543. 6, 619. 644. 7, 431. 640. Drak. inf. ad 6, 11, 4. — Mox *oppida obpugnata* edidit Drak. ut designentur oppida primo inpetu frustra expugnari cœpta. Nos restituimus *nec* sensu et faciliore et aptiore, etsi abest ab omnibus fere MSS et edd. ante Ald. — *loco alto situm*, cf. 4, 59.

6. *Valerio Volsci provincia evenerat*, v. ad 2, 40, 8. — *majore mole*, v. ad 1, 38, 4. et 4, 35, 1. — *per tribunos* plebis, propter eos, quia illi inpediebant s. obstabant; ut *per valetudinem* (propter morbum) 8, 12 pr. *per Antiochum* 33, 18. *per vinum*, per vel propter ebrietatem, 40, 7, 4. (ad quæ loca v. Drak.) *per* (propter, vel in, vel quod adtineret ad) *commodum reip.* 22, 57, 2. 31, 11, 1. (Alio sensu *per commodum* dicitur 30, 29, 3.) Cf. ad 22, 21, 1. 22, 33, 6. 30, 19, 1. 32, 7, 6.

7. *nunc illud tempus esse*, h. e. commodissimum, et quod tam diu in votis habuerint.

8. *ceteri patricii creati P. Mænius* cet. immo omnes hi, præter Furium, plebeji fuere; quod et fasti Capitol. et ipsa quoque nomina, etsi in codd. valde conrupta, probabile faciunt. Cf. Perizon. Anim. hist. c. 8. p. 344 sqq.

9. *vetus tantum senator*: itaque plebeji jam tum in senatum lecti, etsi ignoramus, quo anno id primum sit factum, idque non ex

[redacted]

Dionys. l. 7. p. 469. conligi potest. v. Drak. *Patres* vero eos tantum dictos vulgo putant, quos Romulus et Tarquinius Priscus legerint, ut *patricios*, qui orti sint ex aliqua horum familia.

10. *Alii Cn. Cornelii fratris*, sive adoptivi, sive uterini vel nati ex eadem matre, quæ, postquam connubia Patrum ac plebis promiscua erant facta, primum Licinio plebejo et deinde Cornelio patricio nupsit. *Cn. Cornelii* Cossi cet. v. sup. c. 10.

11. *triplex stipendium*, triplo majus, *equitibus* quam peditibus, (ut duplex centurionibus) vel horum triplex stipendium, (cf. 7, 41, 5. 45, 40.) *dederat*, ut daretur perfecerat. Cf. ad 7, 16, 6. et de illo stipendio triplici Schel. diss. ad Polyb. c. 4. et inf. ad 39, 7, 2. Minus dilucide id expedivit Lips. mil. Rom. 5, 16 — *extractum* ex plebe quasi et tenebris evectumque *ad tantum honorem*; cf. ad 22, 34, 1.

12. *de tributo*, respectu tributi, *remiserunt*, cessere Patribus, (ut al. *concedere alicui de aliqua re*) ab eo inpediendo abstinuere.

CAP. 13.)—1. *Annona ex ante convecta copia*, ob eam, *nihil mutavit* se, pretium illius non mutatum est. Cf. ad 2, 3, 2. et 2, 34, 10. — *dulcedo*, dulcis cupido, *invasit* sc. homines s. plebem : ut passim *invadere* intransitive vel sine casu ponitur, v. c. 28, 20, 2. (ubi cf. Gron.) et 33, 36.

2. *plebejos alios*, reliquos. v. ad 4, 10, 2, Horum nomina valde conruperunt editores antt.

3. *ex intemperie cœli*, v. ad 3. 31, 1. Mox *gravis — æstas*, v. ad 3, 6, 2. Cf. cap. 14. et Drak. ad h. l.

4. *cujus insanabili pernicie*, antique pro *perniciei*, ut al. *die*, *fide*, *segnitie* et al. vid. ad Sil. 3, 88. et sup. ad 4, 12, 8.

5. *libri Sibyllini — aditi a Duumviris sacris faciundis*, v. ad 3, 10, 6. *Lectisternium* in subplicationibus et difficilioribus rei publicæ temporibus, prodigiorum maxime causa et pestilentiæ, postea soleune fuit. Sternebantur lecti s. pulvinaria, et in his ponebantur statuæ deorum, vel dii tamquam præsentes et vere cœnaturi (plerumque bini in uno lecto, ut 22, 10. unde et h. l. tres lecti et sex dii : nisi, quod alii monuere, quodque ex particulis copul. probabile fit, *Latona*, *Apollo et Diana*, mater et liberi, unum, *Hercules* alterum, *Mercurius et Neptunus* tertium occuparunt lectum) ad mensam carne victimarum exstructam, epulis paratis et consumtis primum a duumviris sacris faciundis, deinde a Septemviris Epulonum et nonnumquam ab ipsis senatoribus, ut 22, 1. Pax autem deorum expeti tum solebat præcipue a senatoribus patriciisque cum pueris ac virginibus. Sæpe autem *subplicatio indicta universo populo ad* vel *circa omnia pulvinaria*, h. e. ad omnia templa, in quibus lectisternium erat, *pulvinaria*, (v. 21, 62. 22, 1. 31, 8.) vel *omnibus diis*, in honorem omnium deorum, *quorum pulvinaria*, lectisternia, *Romæ essent*, 24, 10 extr. ut eorum *pulvinaria subciperentur* (5, 52.) h. e. convivia s. lectisternia instituerentur s. pararentur, h. e. Deorum statuæ in pulvinaribus s. lectis circa aras conlocarentur, iisque lautissimæ adponerentur dapes. Cf. Ind. Ceterum *sellisternia* deabus propria, et *lectisternia* diis; (v. Valer. Max. 2, 1, 2.) sed deabus quoque lectisternia decreta factaque h. l. 21, 62. 22, 10. al. Nonnumquam et convivium publicum excipiebat lectisternium: ab utroque autem diversum Jovis epulum, ludorum causa datum, ap. Val. Max. 2, 1, 2. Cf. Duk. inf. ad 21, 10, 9. De *subplicationibus* v. ad 3, 63, 2.

6. *in propatulo*, sub dio, in patenti et aperto loco, sc. ædium, (cf. 24, 16, 9. 25, 12. extr. 26, 13.) ut synon. *vestibulum ædium* 5, 41. 33, 48. et simpl. *vestibulum* 2, 54. et 24, 21. ubi *ædium* ab optimis MSS abest. — *vinctis quoque demta in eos dies vincula*, forte non publice vinctis, sed nexis ob æs alienum, ut hoc pertineat ad religionem, qua hæc sacra *privatim* celebrata fuisse dicit Livius; Duk. — *religioni fuisse*, v. ad 2, 5, 4.

7. *ancipiti prœlio pugnatum*, v. ad 1, 25, 4. — *memoria damnationis Sergii ac Virginii. Itaque majoribus* cet. Cf. sup. c. 8. 11. 12. Ante *majoribus* excidisse *e* videtur.

8. *Nec ita multo post* Romani victores *jam palantes et populantes Capenatem agrum*, *reliquias pugnæ*, residuas copias hostium, qui e pugna evaserant, (v. ad 4, 27, 1.) *veluti forte oblati*, casu obviam facti (v. ad 2, 60, 1. 40, 55, 2. 42, 66, 3.) et in eas incidentes, *absumsere*, confecere. Vox *veluti* quam vim hic habeat, quum non *veluti*, sed *re vera* forte oblati fuerint, non liquere monent Duk. et Drak. Cf. ad 24, 22, 4.

CAP. 14.)—1. *quos præter eundi verecundiam* cet. v. ad 3, 62, 8.

2. *non homines modo, sed Deos etiam, excipiebant*, eorum gratiam captabant, ut al. *venari*, et θηρᾷν v. c. συνεργοὺς θηρατέον εἶναι καὶ λόγοις καὶ ἔργοις ap. Xenoph. Cyrop II. et Memor. 1, 2, 24. ubi v. Ernesti. Cf. Intpp. Phædr. 4, 4, 4. et sup. ad 2, 4, 3. Doujatius *excipere* interpretatur adripere et ad suas partes trahere, conl. Cic. de or. 2, 67. An legendum cum aliis *adciebant*, vel *exciebant*, vel *excitabant*, in rem suam vel in auxilium vocabant?

3. *in religionem vertentes comitia biennio* contra auspicia vel non auspicato *habita*. Cf. ad c. 23. n. 5. et ad 2, 5, 4. — *priore anno* cet. Cf. c. 13.

4. *hiemem prodigiis divinis similem*, tantam hiemis sævitiam tantamque nivis copiam inmissam esse, ut res prodigio similis haberi posset; Drak. Cf. Flor. 3, 4. ibique

Duk. et Freinsh. in Ind. v. *similis.* — *auspicato* v. ad 5, 21, 1. — *honores vulgari*, v. ad 2, 29, 5.

5. *Præterquam majestate petentium* cet. pro: præterquam quod m. p. adtoniti erant, *religione etiam adtoniti.* Ita sæpe *quod* post *præterquam* omittitur. Cf. ad 4, 17, 4. 22, 3, 8. 26, 13, 8. Drak. ad 22, 53. 25, 23 pr. 30, 6. al. *adtoniti*, vehementer commoti et astupore quasi obpressi, quo absterrebantur a consilio plebejos creandi.

CAP. 15.)—1. *hostibus Etruscis*, quum hostes nunc essent Etrusci; qui maxime excolebant haruspicinam, et Romanos docebant.

2. *lacus* Albanus *in Albano nemore* prope Albam Longam — *in altitudinem insolitam crevit*, haud dubie motu terræ, vel ignibus cæcis; unde etiam in Albano monte lapidibus pluisse legimus 1, 31. et 25, 7. Idem, quod h. l. narratur, jam regnante Alladio s. Aremulo, inpio Albæ Longæ rege, factum esse tradunt Dionys. 1, 71. et Aurel. Vict. de orig. G. Rom. 18. Cf. sup. ad 1, 31, 1. — *cecinit*, v. ad 1, 7, 9.

3. *ex lacu Albano aqua emissa;* vocab. propr. unde *emissarium* est foramen in lacu, per quod aqua emittitur et educitur, sublato ligno, quod ei obpositum est. v. Ernesti clav. Cic. — *Romanum*, Romanos.

4. *qui per ambages de lacu Albano jaceret* voces, ut paulo ante: *velut temere jactum.* v. ad 2, 12, 7.

5. *vir haud intacti religione animi*, v. ad 2, 5, 4. et 2, 36, 3. — *causatus*, πρόφασιν ποιούμενος, causam fingens, prætexens, simulans, *se consulere velle* vatem, *si operæ illi esset*, (v. ad 1, 24, 10.) *de procuratione privati portenti*, quod sibi contigisset, et ad se solum, non ad remp., pertineret. Ad seqq. conf. Cic. de Div. 1, 44, et 2, 32.

6. *quo sibi eam mentem objecissent*, injecissent dii, de divino monitu s. instinctu, ut 6, 14. 29, 8. 38, 25. 41, 22. *objicere spem, furorem, religiones*: Ern. Sic et *terror utilis, Romanis oblatus* 10, 14, 13. et *religio obfusa animis* 2, 40, 1. Cf. ad 25, 12, 1.

7. *Itaque quæ tum cecinerit* (v. ad 1, 7, 9.) *divino spiritu instinctus*, ut 1, 17. incitatus, (ut ap. Quintil. 12, 10. de vatibus) Similiter *tactus*, h. e. adflatus, dicitur c. 21 pr. et 43 extr. — Mox *ut quando* pro: ubi (ἵνα) aliquando: sed τὸ *ut* delendum omnino et inportatum a librario, ad partic. præt. *sic illud referente*; Doer. An anacoluthon est aut neglegentia orationis, quæ conjunct. *ut* junxit infinitivo *dari*, (quemadmodum quum 1, 35 pr.) uti indicativo *inquit* 27, 49 extr.? Vulgo contra usum loquendi exponunt *si quando*, nisi forte et 38, 14, 5, *ut se usque spoliaret* dictum pro *si se* cet. et 6, 42 extr. *ut ædiles fierent*, pro *si æ. f.* nec potius pro: ea lege s. conditione ut ædiles fierent.

8. *Deos mœnia Vejentium deserturos non esse:* nam dii tutelares geniique locorum urbe expugnanda et expugnata excedere credebantur et ad hostes transire; unde ab his evocari solebant, (cf. inf. c. 21. Plin. 28, 2. s. 4. et Macrob. Sat. 3, 9.) ab oppidanis autem in tutis arcanisque locis recondi, aut catenis adeo constringi. — *Exsequebatur*, narrabat, exponebat, vel persequebatur s. pergebat sc. dicere, ut 35, 14, 3. 41, 7, 1. et sæpius *exsequi* (al. *instare*) et *persequi quærendo* (pro *quærere*) vel *inquirendo*, *percunctando* et *sciscitando* 3, 20, 3. 6, 14. 9, 3. 16. 22, 3. 25, 29. pro: porro et diligenter quærere cet.

9. *auctorem levem*, v. ad 1, 16, 7.

10. *sortes oraculi Pythici*, v. ad 1, 56, 6.

CAP. 16.)—1. *Tarquinienses novi hostes exorti. Quia* cet. forte leg. *qui, quia* cet. judice Dukero. — *ad hoc*, v. ad 2, 23, 3.

2. *locum injuriæ rati esse*, v. ad 3, 46, 1. — *cohortes expeditas*, sine inpedimentis, (*leichte Truppen*) unde *expediti* 9, 9, 9. 24, 41. 28, 34. 33, 6. 38, 4. velociter proficiscentes, *e. milites* 30, 9. 34, 26. *e. classis*, velox, sine onerariis 26, 24. 32, 16. *e. venatores*, nihil prædæ portantes 25, 9, 15. *expediti equites* (leichte Cavallerie) 22, 16. 55. ut contra *inpeditum agmen*, cujus iter *inpeditur*, h. e. difficile et molestum redditur, multis gravibusve rebus, quas præter arma gestat, v. c. præda, (sup. 3, 3, 3.) inpr. sarcinis, (*Bagage*) quæ hinc *inpedimenta* dicuntur. — *Eo*, ideo.

3. *obliquis tramitibus*, v. ad 2, 39, 3.

4. *ad recognoscendas*, v. ad 3, 10, 1.

5. *manare suo flumine*, non, proprio fluvio, in quem lacus effusus sit, sed cursu, quem aqua superfusa sponte per declivia in mare persequitur, Doer.

6. *emissam per agros rigabis*, deduces s. diduces (per rivos) ut passim et forsan propr. *rigare* et *inrigare*, v. c. ap. Plin. 11, 37. s. 69. Caton. R. R. 36. et 151. Virg. Ge. 4, 115. Quidam haec dicta putant pro vulg. *emissa per agros rigabis* sc. agros, (ut *sacra litare* pro *sacris l.*) vel ita legendum cum MS. Voss. pr. Muretus emend. *derivabis*, aut *emissa agros rigabis.*

CAP. 17.)—1. *Ingens*, vir magnæ auctoritatis. cf. ad 4, 6, 4.

2. *ubi*, in quo, qua in re, *neglectas ceremonias intermissumve solenne* sacrum *Dii arguerent*, Delphicus Apollo ejusque vates, (v. c. 16 extr.) id *nihil* cet. Cf. ad 4, 30, 6.

3. *Latinas* (ferias) *sacrumque* (Jovi Latiari faciendum) *in Albano monte non rite concepisse*, ad formulas conceptas instituisse, vel conceptis verbis edixisse. Nam Latinæ non erant feriæ statæ, sed *conceptivæ*, h. e. quarum dies a consulibus definiebantur, edicebantur. Cf. ad 1, 45, 2.

4. *Unam expiationem eorum esse* cet. Eodem

spectare videntur verba, *ut renovarentur auspicia, res ad interregnum rediit* inf. 6, 5, 5. Ab interrege, magistratu extraordinario, novi magistratus creandi erant, quum veteres, auspiciis non rite captis, *vitio creati esse*, adeoque nec feliciter quid ipsi gerere, nec subcessores rite creare posse viderentur. Nam (ut verba Ernesti in clav. Cic. mea faciam) *vitium* in comitiis est malum auspicium et quidquid comitia dissolvere et inrita reddere potest: quare si quid in comitiis aut in bello actum nihilominus, aut in auspiciis capiendis contra mores et instituta veterum actum esset, id *vitio* (vel *contra auspicia, inauspicato* et *non auspicato*) factum dicebatur; v. c. *Consules vitio creati*, vel *tabernaculum vitio*, et contra *recte* captum. Cf. 6, 27, 2. 8, 15. 30. 33. (ubi etiam *vitiosus dictator* dicitur ut 22, 34. *qui vitio creatus est*, ut contra *salvis auspiciis creatus consul* 23, 25, 6.) et 45, 12, 5. quin et *tribuni pl.* et *ædiles pl. vitio creati* dicuntur 10, 47. ubi v. not. 1. Hinc *dies* vel *comitia dirimi* s. *diffindi*, et *auspiciis renovatis* aut *repetitis* novi magistratus creari, vel lex iterum ferri solebat. Cf. ad 4, 30, 6. 6, 28, 2. 8, 23, 13. 8, 30 pr. 9, 38 extr. 9, 39 pr. 10, 3. 23, 19 pr. 30, 39. At sæpe etiam Patres *ementiebantur auspicia*, de quo v. ad 21, 63, 8.

5. *Interreges tres deinceps fuere*, v. ad 1, 21, 8.

6. *concilia Etruriæ ad fanum Voltumnæ habita*, v. ad 4, 23, 5. — *antea se id Vejentibus negasse* cet. Cf. sup. c. 1. et 5.

7. *nunc jam pro se*, sua causa, propter suam salutem, *fortunam*, conditionem, *suam illis negare* sc. id, h. e. illis id negari et negandum esse propter fortunam suam.

8. *maxime in ea parte Etruriæ*, scil. quam incolebant populi, hoc responsum dantes: nam Capenates, Falisci et Vejentes, qui auxilium postulabant, omnes eam partem Etruriæ incolebant, quæ erat Romanis vicina, meridiem versus sita; qui vero hoc auxilium negabant, in parte septemtr. Etruriæ erant, iisque adcolæ Galli; Stroth. Galli autem erant *gens invisitata* (v. ad 4, 33, 1.) cet. Alii vel τὸ *ea* del. putant, vel leg. *quum maxime*, aut *negare maxime*. *In hac parte E. gentem* cet.

9. *sanguini tamen* — *id dari*, v. ad 3, 58, 4. — *voluntate*, v. ad 3, 69, 8.

CAP. 18.)—1. *P. Licinium Calvum* (v. cap. 12.) *prærogativa* (v. ad 3, 51, 3.) — *creant* pro *creat*, quoniam *prærogativa* sc. centuria est nom. conlect.

2. *omnesque deinceps ex conlegio ejusdem anni*, v. ad 4, 17, 6. et cf. sup. c. 12. ubi tamen pro *Genucio* et *Atilio* memorantur *Furius* et *Publilius*: non enim Livius dicit, *omnes refectos esse* ejus conlegio, sed *omnes refici adparebat*.

3. *qui prius quam renunciarentur*, pronuntiarentur voce præconis nominaque eorum indicarentur *jure vocatis tribubus*, v. ad 3, 5 , 3. Alii distinguunt post *renunciarentur*, inprob. Gron. qui sermo Licinii ad ipsam quoque prærogativam directus sit: quod verum quidem esse dicit Duk., sed Licinium præcipue jure vocatas deterrere voluisse, ne subfragium prærogativæ sequerentur; neque loca reperiri, ubi verbo *renuntiare* hac in re tertius addatur casus.

4. *Omen concordiæ, rei maxime in hoc tempore utili*, (al *utilis*) — *vos his comitiis petere*, h. e. me conlegasque meos propterea a vobis refici, quod inde eandem concordiam, qua olim hunc magistratum gessimus, in proximum annum ominari liceat.

5. *umbram*, inanem obscuramque quasi imaginem et speciem, *nomenque P. Licinii relictum*, cf. ad 3, 65, 6. — *vires corporis adfectæ*, v. ad c. 10. n. 6. — *effigiem atque imaginem ejus*, sc. patris.

6. *meis pro ei adjectis precibus*, propter eas; ut fere mox: *Datum id petenti patri*. v. ad 3, 58, 4.

7. *præcipitavere* sc. se *in insidias*, ut mox *quæ prope in cladem ingentem vertit* se, s. vertitur. v. ad 2, 3, 2.

8. *tendere ad Urbem agmine infesto*, v. ad 1, 13, 2. — *obsecrationes in templis factæ*, v. ad 4, 21, 1.

CAP. 19.)—1. *Jam ludi Latinæque instauratæ*, v. ad c. 17. n. 3.

2. *Vejos fata adpetebant*, Fata invadebant (ut 7, 26 al.) Vejos, h. e. excidium a fatis constitutum urbi imminebat; nisi hoc sensu cum aliis legere malis *Vejorum* vel *Vejis fata adpetebant*, h. e. instabant, ingruebant, ut *nox, lux, tempus adpetit* 5, 44. 8, 38. 10, 20. 21. 29, 10. 34, 13. et *cui partitudo adpetit* ap. Plaut. Aulul. 1, 1, 36.

3. *Igitur fatalis*, a fatis constitutus, et in excidium hujus urbis patriæque salutem natus, *dux* (cf. 9, 33, 1. 22, 53, 5. et 30, 28 extr. de Scipione) *ad excidium illius urbis* (ut ap. Cic. Catil. 3, 4. et 4, 1.) *servandæque patriæ*, propr. *servandamque patriam*, ut fere 22, 51 pr. *diei quod reliquum esset noctisque insequentis* pro *noctemque insequentem*; Stroth. Sed in loco 22, 51. junge *noctisque i. quietem*; in nostro autem constructio potius mutata est, et *servandæ patriæ* non videntur esse genitivi, sed sic dicti dat. comm. aut sunt genitivi omissa voce *causa*; (v. ad 3, 56, 4.) et Livius non minus bene dicere potuisset *servandamque patriam*: sed orationem variare maluit, more suo, cujus permulta exempla congessit Drak. ad 35, 33, 8. 38, 39, 10. 39, 14, 9. et Duk. ad 27, 33, 9.

4. *more militari animadvertit*, ut c. 47. forte eos decimando. *effecitque, ne hostis maxime timendus militi esset*, h. e. non magis quam ipse, dux severus.

5. *ipse interim Vejos — intercurrit*, inter-

bus, vel ab hoc die, quo Urbe est, ad eum, in quem delectum , propere Vejos contendit, et inde edlit. — *ludos magnos*, v. ad 1,

ique *Matutæ Matris* cet. Cf. ind. a illa, quæ Græcis Leucothea , Ovid. Met. 4, 416 - 561. et Fast. 160. Heyne ad Apollod. 1, 9, 2. . — *dedicaturum*, v. ad 1, 55, 3. rtatione (anxia et trepida, vel) *hominum majore, quam spe*. Cf. :t ad 28, 27, 6. — *summa ratione* , non temere, ut a Titinio et

æ pars maxima ad quæstorem redacta . in publicum s. ærarium a quæ- ad 2, 9, 4. et 4, 53, 4. Forte leg. res sc. duos urbanos, qui ærarii abebant. Cf. inf. c. 26 extr. s, v. ad c. 5. n. 2.

xcursationibus, quæ multæ — fiebant, *sæ multæ*, vel *quæ sæpius*, ut ap. 1. in Dian. v. 27. (ubi v. Ernesti) λὲ μάτην ἐπανύσσατο χεῖρας pro cet., Doer. Cf. Gron. ad 25, 18. *ibus* cet. v. ad 4, 22, 3. Mox *mu-cuntur*, qui *in arcem viam faciunt* a vel cuniculos agunt, et fossas , *Minierer*. *Munire* est facere sive (*gangbar*) v. c. *iter* aut *viam* 9, 29. pidibus sternere, eo modo, de quo . *pflastern*) sive pervium, v. c. *ru-* 37 pr. et extr. viam aperire per rrfodiendo eam et cædendo, ἐξοι- τὸν κρημνὸν Polyb. 3, 55. Si- ὁδοποιεῖν τὴν πέτραν vel τὰ ὄρη cet. ræci. v. Schweigh. ad Appian. b. c. 4. Sed inf. 7, 23. *munitores* di- riarii, qui castra *muniunt*, h. e. ossa et vallo circa ea ductis.
orbem operi adtributæ, v. ad 1, 17, 4.

20.)—1. *urbem opulentissimam capi*, *m iri*, de re certa et quæ *jam in* *rat* (ut al. *manibus tenere*, et contra *manibus* 29, 32. vel *omittere e mani-* npl. *omittere*, v. ad 25, 38, 8.) h. e. a et propinqua s. proxima (al. , vel pæne confecta.) Similiter *in* e. potestate *alicujus esse* 22, 35, 2. 2, 24. 39, 9. 18 et *in manu alicujus* 13, 9. *In manibus esse* passim pro vel prope et vicinum esse, ut ἐν p. Apollon. 1, 1113. *ad manum*, a, in promtu, et prope, in vicino), 19, 2. Quintil. 12, 5. (*arma ha-* *manum*) Plin. 35, 10. (*ad manum in-* *num adparere*) et al. v. ad Sil. 7, 35. et Intpp. Virg. Ge. 2, 45.
æ senatum distinebant sententiæ, v. ad Vocem. seq. *una* e decem MSS ns post Sigon. et Stroth. — *P. Li-* cap. 12. et 18.) *quem primum dixisse* *rrogatum*, v. ad 28, 45, 3.

3. *Ejus enim doni societatem*, communem fructum. — *otiosorum urbanorum*, v. ad 3, 72, 4.

4. *quum ita ferme eveniat, ut quisque segnior sit prædator*, minus prædæ capiendæ intentus sit vel ad eam rapiendam segnius eat, *ut*, prout, quo magis, (sic 10, 27. *ut subinde, ut*, prout, *quæque res nova decreta esset* cet.) *laboris periculique præcipuam petere* et subire *partem soleat*. Xenoph. Cyrop. VII. Διαρπάσαι μὲν οὖν αὐτοῖς ἐφεῖναι τὴν πόλιν οὐ βούλομαι· τήντε γὰρ πόλιν νομίζω ἅμα διαφθαρῆναι, ἔντε τῇ ἁρπαγῇ οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειεν ἄν.

5. *causasque criminum*, criminationum, (ut mox *criminaque*; v. ad 3, 19, 7.) *ad*, apud, *plebem*. Cf. ad 2, 10. 10.

CAP. 21.)—1. *auspicato egressus* castris, h. e. auspiciis antea captis, more Romanorum in omni re et molimine graviori. Cf. 1, 36. 6, 41. 21, 63. et ad 42, 12, 2. ubi in nuptiis quoque auspicia legimus adhibita; quæ auctoritatem iis dedisse notum est. (v. ad Tac. Ann. 11, 27, 3. et Juvenal. 10, 336.) Sic etiam *augurato*, de quo v. ad 1, 18, 6. Hinc et *auspicato* 41, 18, 4. pro rite, feliciter, fausto omine.

2. *tuo numine instinctus*, v. ad c. 15. n. 6. et conf. c. 16 extr.

2. *Juno Regina*, cf. Ind. — *adcipiat*, v. ad 1, 60, 1.

3. *jam ab suis vatibus*, v. cap. 15. *jam ab externis oraculis proditos* v. cap. 16 extr. *jam in partem prædæ suæ vocatos*, ad capiendam partem prædæ, ipsis promissam, invitatos, *Deos*, Apollinem. Cf. Virg. Æn. 3, 222. Similiter dicitur esse *in parte prædæ, laboris ac periculi* pro, eorum participem esse, inf. 5, 46, 4. et 31, 1. Cf. ad 4, 35, 2. et 7, 22, 4. — *alios*, Junonem, *votis ex urbe sua evocatos*, v. ad c. 15. n. 8.

5. *repentino icti furore*, v. ad 1, 16, 2. — *Inseritur huic loco*, narrationi ejusque parti, nisi leg. *hoc loco*.

6. *qui ejus hostiæ exta* assata s. tosta *prosecuisset*, dissecuisset, atque comedenda distribuisset. Cf. Suet. Aug. 1. et sup. ad 1, 7, 12.

7. *satis habeam*, contentus sim. Urbane dictum.

8. *ad ostentationem scenæ*, ut ostententur in scena, ubi spectatores vana rerum specie oculis subjecta delectantur. — *neque adfirmare, neque refellere*, cf. ad Præf. n. 11.

9. *senescit pugna*, v. ad 1, 22, 3.

10. *ut eam invidiam lenire* cet. nam dii nimium felicibus hominum rebus invidere credebantur. cf. 5, 27, 5. 30, 30, 13. ad Juvenal. 15, 95. ad Sil. 3, 78. 17, 550. In vett. edd. ante Ald. legitur *lenire suo privato inconmodo, quam minimo publico populi Rom. liceret*, eodem sensu, si ante *quam* subpleveris *et*, quæ copula passim omittitur. Nec

defuere, qui hanc lectionem probarent: hi vero verba *quam minimo* cet. exponunt, *potius s. magis quam vel minimo*, (v. ad 1, 25, 11.) aut, *sin minus, saltem quam minimo*, aut, ut sint dat. comm., *in publicum pop. Rom. inconmodum quam minimum*, sive, ut illa invidia quam minimo, h. e. nulli fere, inconmodo cedat populo Rom. Sed hæ rationes duræ sunt omnes, et Livius mox non modo privatum, sed et publicum memorat inconmodum, *damnationem Camilli*, (et) *captæ deinde* (qua voce simul copula continetur) *urbis Romanæ cladem*, ad quas calamitates *id omen pertinuisse*, spectasse, *visum* sit multis. Neque tamen dissimilo, illam sententiam, qua Camillus optasse putatur, ut suo tantum privato inconmodo leniretur invidia deorum, tum magis convenire piæ ejus menti, tum verbis Livii subjectam esse a Plut. in Camillo Opp. T. II. p. 131 F. et Valer. Max. 1, 5, 2. (qui forte nostram lect. ita distinxere: *lenire suo privato inconmodo quam minimo, publico*, h. e. rei publicæ, *populi Rom. liceret*) tum aliis quoque tribui ab Ovid. Met. 15, 571 sq. et Vellejo 1, 10 extr.

11. *inter hanc venerationem*, precationem.

CAP. 22.)—1. *sub corona vendidit*, v. ad 2, 17, 3. — *in publicum redigitur*, v. ad 2, 9, 4.

2. *nec duci*, Camillo, *qui ad senatum* — *malignitatis* (v. ad 3, 63, 2.) prædæ partitæ — *rem rejecisset*, (v. ad 2, 22, 4.) *sed Liciniæ familiæ* — *adceptum referebant*, tribuebant, tamquam auctoribus hujus beneficii. Cf. sup. c. 20. et ad 10, 19, 6.

3. *pure lautis corporibus* cet. v. ad 1, 45, 7. — *Regina Juno*, non Juno Moneta, ut ap. Val. Max. 1, 8, 3. et Lactant. div. Inst. 2, 7. Cf. inf. 7, 28. Perperam quoque seqq. e Livio tradita esse a Plut. in Camillo p. 132., jam docuit Periz. anim. hist. c. 9. p. 366.

4. *seu spiritu divino tactus*, ut *instinctus* c. 15. n. 7. — *juvenali* Drak. e MSS recepit h. l. et 40, 14 pr. pro vulg. *juvenili*.

5. *adnuisse Deam*, *κεφαλῇ κατανεῦσαι*, (cf. Hom. Il. *α*, 524 sq. et Juvenal. 6, 538.) *conclamaverunt: inde* cet. nam homines religione tacti fanaticique multa, quæ non alii, vident et audiunt.

6. *Etrusci nominis*, v. ad 1, 10, 2.

7. *operibus* (machinis obpugnatoriis) *tamen, non vi* (armis) *expugnata est*, cf. c. 24 pr. et 36, 23 pr.

CAP. 23.)—1. *prodigia procurata, vatum responsa et Pythicæ sortes*, v. cap. 15 - 17. — *varie bellatum*, varia fortuna.

2. *prius quam senatus decerneret* sc. hoc, vel, ut mox, *supplicationes* — *in quatriduum*, cf. ad 3, 63, 2. et 3.

3. *Maxime conspectus ipse est*, v. ad 2, 5, 8. Ex seqq. probabile fit, Camillum tali curru, IV equis albis juncto, primum triumphasse.

Quod tamen ei vitio datur, jam Ro
fecisse tradunt Dionys. Hal. et Pro
32. Cf. Broukh. ad Tibull. 1, 8,
neque ante, neque post Camillum
quam factum esse, perperam mone
Camill. p. 132. cujus tamen verba
rus ad currum, ex aliqua Jovis
sumtum, referebat. Cf. Drak. ad c
et Cuper. ad Auct. de mort. perfec
bene qui adv. Freinsh. in Ind. F
Equum disputant.

4. *Jovis Solisque equis æquiparari dic*
nam his diis tribui solebat *currus eq*
junctus, vel propr. currus, cui s. ad
juncti sunt equi albi. Cf. Mitsch
Hor. Od. 1, 34, 8. Hinc eo uti in
superbi dicitur etiam inf. 24, 5, 2.
fer. de re vehic. 1, 18. Cuperus e
emend. *Jovi Solique equis* (h.e. quoad
a. d. Sed *dictatorem* h. l. positum e
dictatoris currum, ut passim homin
in aliqua re similis sit alteri rei, p
re, in qua similitudo ista cernatu
subjectum pro adtributo) jam
Stroth. conl. 3, 26, l. 9, 10 pr. (*Po*
devotioni P. Decii consulis, et *aliis eju*
facinoribus æquabant) Xenoph. Cyro
(*ἅρματα ὅμοια ἐκείνῳ*) Diodor. 2, 5
τωμα παρεμφερὲς καμήλῳ) et Euse
eccl. 6, 3. (*ἐπὶ τὸν ὅμοιον αὐτῷ ζῆλο*
et Cic. Or. 1, 4 extr. 44 extr.
1, 7. et sup. ad 2, 13, 5. 2, 27, 5.
25. 1.

5. *in religionem etiam trahebant*, ve
prava deorum imitatione eorum in
ira moveatur. Cf. sup. ad c. 14. n.

6. *Tum Junoni Reginæ templum in*
(v. ad 1, 5, 2.) *locavit*; nam Rom
ædificia publica (quin et privata)
enda aliaque opera perficienda, tu
galia fere omnia et reditus publi
numquam et frumentum ceteraqu
belli usus postulabat, præbenda, (v
extr. et 34, 6.) a magistratibu
Prætoribus, Censoribus Ædilibus
cari, vel redemtoribus (duumviris
rem creatis a prætore 22, 23.) pa
mercede addici solebant, *conduci*
redimi hæc a *publicanis*, (*Staats-P*
sive singulis, sive sociis h. e. eorun
tibus (cf. 23, 49. et 25, 1.) quibus p
magistri, (quales nobis *directores*
illa ab aliis, qui ea curanda subci
et *conductores, redemtores, mancipes,*
preneurs) vocabantur. Quæ *redemtu*
mam partem admodum quæstuos
Cf. ad 6, 4, 4. 23, 48, 8. 24, 18,
44, 6. ad Juvenal. 3, 31 sq. et T
4, 6, 6. — *dedicavitque* (v. ad 1, 55
aliud templum, a Servio Tullio
structum et nunc refectum, *Matut*
(al. *Matris*) cf. c. 19. n. 6.

7. *se decumam vovisse prædæ parte*
lini, more Græcorum, qui diis d
multarum rerum, inpr. prædæ, co

solebant. v. Potteri Archæol, ed. Ramb. 1, 2, 4. p. 552.

8. *solvendum religione populum*, Delphos mittendum esse donum aureum, a Camillo populi nomine Apollini promissum. *Solvi* s. *exsolvi religione* (et *religionem* 2, 32, 3.) est liberari eo officio, quo per religionem tenemur, exsequi religionis officia, seu præstare illud, quod ut faciamus, religione admonemur; Gron. ad 7, 3 extr. Cf. 8, 9 extr. 9, 8. (ubi et contra dicitur *obligare* et *obstringere religione*, ut 9, 11, 7. et 39, 37, 6. *civitas obligata sponsione commissa*) 24, 18 al. Sic et *levare* ac *liberare religione animos* 7, 3 pr. 21, 62. 39, 16, 46. et contra *cumulare religiones animis* 42, 20, 5. Hinc quoque *procurare religiones* 7, 3 pr. ut fere *procurare prodigia* 1, 20, 11. Cf. ad 2, 5, 4. — *referre prædam*, reddere.

9. *in publicum deferret*, v. ad 2, 24, 6.

10. *quam quod digni peterent*, h. e. ii, qui mererentur, ut pacem inpetrarent. Cf. Gron. Obss. 3, 8.

CAP. 24.)—1. *urbes vi aut operibus tentatæ*, cf. ad c. 22. n. 6. — *felix arbor*, v. ad 1, 26, 6.

2. *in Volscos, quo tria millia — scriberentur*, v. ad 4, 11, 3. — *censuerant* Patres — — *triumviri* (v. ad 3, 1, 6.) *terna jugera et septunces*, septem partes jugeri, $\frac{7}{12}$ (propr. tot uncias assis: nam ad modum et XII uncias assis etiam hereditates et aliæ res dividebantur, quum perconmoda esset in conputationibus totius in XII partes distributio) *viritim diviserant*, h. e. dividere voluerant, divisuros se constituerant s. promiserant: nam *ea largitio sperni cœpta*; quod jam monuit Duker. Cf. ad 3, 21, 3.

3. *spei majoris avertendæ solatium objectum censebant* sc. homines, s. censebatur. Cf. ad 4, 51, 2.

4. *Quin illa quoque actio* tribunicia s. rogatio (v. ad 2, 56, 4.) *movebatur*, ferebatur, agitabatur, *quæ post captam utique Romam a Gallis celebratior fuit*, magis celebrata est, v. ad 1, 4, 12. et cf. inf. c. 49 sq. — *Transmigrare* s. *migrare* dicitur de universo populo aut maxima certe ejus parte; at *coloniam* s. *colonos deduci* s. *mitti* de parvo certoque civium numero.

5. *duas urbes communis rei publicæ*, al. *communes*. Sed v. Gron. Obss. 1, 12.

6. *Adversus quæ quum optimates* (v. ad 3, 35, 4.) *ita tenderent*, cf. ad 4, 8, 6. Apodosis exstat in princ. cap. seq. in his, *nulla res dis manibus* cet. ante quæ *quum* repetitur; Stroth. Initium novi cap. h. l. faciendum suspicari possis: sed illa orationis neglegentia passim obvia. cf. ad 1, 19, 1. 2, 12, 1. 9, 6, 6. et 38, 52, 5. — *Victamne ut* cet. Cf. ad 4, 2, 9.

7. *nullam vim subacturam* sc. se. — *Sicinium conditorem Vejos sequentur*, i. e. auctorem consilii Vejos transmigrandi, vel instaurationis Vejorum, quum quidem, migratione facta, velut Roma Nova fieret: quo sensu inproprie *conditor* et *κτίστης* dicitur; Ern. Cf. 2, 1, 2. 7, 30. 8, 34. 37, 54. ad Sil. 1, 28. ad Tac. Ann. 4, 56, 1. et Ern. ad Suet. Aug. 98.

CAP. 25.)—1. *manibus temperare*, v. ad 2, 23, 8. — *peti, feriri atque obcidi* sc. se.

2. *damnata voti*, (ut *voto*, et *reus voti* ap. Virg. Ecl. 5, 80. et Æn. 5, 237.) compos facta voti, vel ejus rei, quam optaverit et a diis precata sit, simulque hinc obligata ad votum, quod ejus rei causa fecerit et *debeat*, vel ad promissum diis vel deo *solvendum*. — *religione se exsolvendi*, v. ad 2, 32, 3.

3. *Nihil de conlatione dicere* sc. se, vel se dicere velle, quæ *verius* et potius habenda sit pro conlatione voluntaria ac tenui, quam legitima, pro conlatione *stipis*, exiguæ pecuniæ vel nummulorum, quales vel a mendicis peti, vel a sacerdotibus mendicantibus pro diis conligi et conrogari, (cf. Gron. de pec. vet. 4, 11 extr. ubi sacerdotes ipsos stipes diis datas adcepisse et inter se partitos putabat) aut certe dari in deorum honorem ludosve faciendos solebant, (cf. 25, 12 extr. ad Tac. Ann. 14, 15, 7. Cic. Leg. 2, 9. 16. Plin. 33, 9. s. 48. et Cuper. Obss. 3, 4.) *quam decumæ*; *quando*, quoniam, quandoquidem, (ut inf. c. 27. n. 3. 10, 14, 6. 37, 57. 40, 9 pr. ubi v. Drak. et *quandoque* 8, 7, 5. 9, 10, 6. et ap. Tac. A. 1. 57, 1. ubi v. not.) *ea se quisque privatim obligaverit*, ejus præstandæ obligationem quisque subceperit ipse, et singuli cives ita, si decimam retineant votam prædamque non ex fide et religione æstiment, Apollinem fraudent, (cf. cap. 23 extr.) *liberatus* autem *sit*, facta conlatione, *populus* universus religione, quia, quum prædam rapuerint avari milites, ante quam Apollinis decima inde detracta sit, non prædam amplius ipse æstimare, nec scire possit, qui maligne eam æstimaverint, neque etiam decimam dare ejus, quod suum non sit: — non vero *se tacere* posse *de urbe atque agro capto*; hæc enim adhuc publica esse, nec dum privatis vel singulis civibus distributa.

4. *quæ rerum moventium se* h. e. mobilium *sit*, quæ contineatur iis rebus, quæ, ut Nep. Them. 2. dicit, *moveri possunt*, vel, ut Liv. 10, 34. et 33, 13. *quæ ferri agique possunt*, (v. ad 3, 37, 4.) quibus obponuntur 10, 34 extr. *quæ migratu difficilia sunt*, h. e. quæ haud facile migrant quasi, vel transferuntur: nam *migro* etiam active est migrare facio, transfero. v. ad Sil. 7, 431. — *mentionem nullam fieri* pro: *mentio nulla fiat*; sed, quod Duk., Drak., et Stroth. jam monuere, Livius sæpe ab oratione finita transit ad infinitam, et a conjunctivo ad infinitivum. Sic 21, 49 med. *teneri* pro *ut teneretur*, (nisi subpl. *curarent*) 39, 14. (ubi cf. Drak.) *ædiles pl. videre* pro *ut viderent*, 42, 66 pr.

abire pro *ut abiret*. Cf. et 24, 22. 33, 31. 33. Talis variatio orationis nemini frequentior, quam Tacito.

5. *adhibito* sc. in consilium (ut 8, 36, 5. et 34, 35, 1.) *Camillo, visum conlegio, quod ejus*, h. e. quantum, (v. ad 31, 46, 8.) sc. agri; nam *ejus* sæpe πλεονάζειν post *quod*, v. c. inf. c. 34. 31, 4. 38, 23. 54. 39, 7. 45. ut post *quoad* in formulis *quoad ejus fieri potest* vel *facere possis* cet. jam monuit Stroth. Sic et *bona, quidquid ejus* 42, 8, 3. Cf. Periz. ad Sanctii Min. 3, 6, 1. et 4, 4, 84.

6. *honorem ferunt matronis habitum, ut pilento*, vehiculo Tuscæ originis, pensili, celso, quatuor rotis instructo, tecto supra, sed in lateribus aperto, *ad sacra ludosque* cum pompa, *carpentis*, vehiculis, quibus tectum arcuatum et duæ aut quatuor erant rotæ, *festo profestoque*, non festo s. profano, sc. die, *uterentur*. Cf. 34, 1. 3. Ovid. Fast. 1, 619. ad Tac. Ann. 12, 42, 5. Heyne ad Virg. Æn. 8, 665. Scheffer. de re vehic. 2, 17. 25. Spanhem. de pr. et usu num. Diss. XI. p. 278. Beckmanns Beyträge zur Gesch. d. Erfind. T. I. p. 391.

7. *Simul*, simulac, (ut et paulo ante) *extrahi*, differri, prolatari, *rem ex eo anno*, post hunc annum, *viderunt*.

CAP. 26.)—1. *Mille fere passuum*, ut 3, 61. 23, 44. 38, 21. al. vid. Gron. de pec. vet. 1, 10. — *confragosis viis*, inæqualibus, horridis, quæ virgultis sentibusque erant implicatæ, ut 21, 32. 28, 2. 32, 4. — *prælati*, v. ad 2, 14, 3.

2. *præda ad quæstores redacta*, v. ad c. 19. n. 8. — *per occasionem*, v. ad 2, 17, 1.

3. *ni fortuna inperatori Rom. dedisset simul et, cognitæ* antea *rebus bellicis, virtutis specimen*, h. e. speciminis virtutis (sc. fidei et justitiæ) edendi occasionem s. facultatem, *et* per hoc specimen virtutis *maturam victoriam*. (Sic *simul et — et* cet. ac *simul nec — nec* inf. 32, 18 pr.) Quæ explicatio apta quidem, sed non satis expedita est. Alii *specimen* in primo casu adcipiunt, et vel particulam *et* ante *maturam* putant delendam, vel legendum: *ni fortuna inperatoris Romani simul, et cognitæ* nunc *rebus bellicis*, in bello, ac probatæ hostibus *virtutis specimen*, exemplum, vel *cognitæ re non bellica*, vel *incognitæ rebus bellicis virtutis specimen, ei maturam v. d.*

CAP. 27.)—1. *quod hodie quoque* (v. ad 1, 26, 11.) *in Græcia manet*, in usu est. — *principum liberos* cet. Cf. inf. ad 42, 47, 2.

2. *Is quum in pace instituisset*, hoc moris habuisset, consuevisset. — *tum*, postquam nefarium hoc consilium ceperat.

3. *inter stationes eos hostium perduxit*; forte leg. *intra*, vel *in*, vel *per*. — *quando eos pueros* cet. Cf. ad c. 25. n. 3.

4. *quam ingeneravit natura*, non cujusque hominis ingenium s. indoles, sed mater omnium rerum, quam Cice
Ern.

5. *ut, qui magistratus modo m*
jentium exitum, eorum exitui sim
tum, (al. *exitium*) finem, interitu
48. 5, 44. 6, 18. 40, 5. et al.)
penatium pacem, quam pacem p
inpetrare, ut Capenates, de qu
24 pr. — *qui dederent Falerios*,
41, 3.

6. *victoria, cui nec deus, nec hom*
v. ad c. 21. n. 10. *Invidere victo*
honori 38, 47. et al.

7. *præsentem victoriam*, v. ad 1,

CAP. 28.)—1. *quum in Urbem*
tacite ejus verecundiam non tulit sena
tacitus, h. e. ea nihil motus, ob e
moliens, vel ita ut taceret et rem
mitteret silentio: (cf. ad 1, 50,
malis cum Dœringio jungere *quu*
redisset tacite, h. e. præ verecun
mentione facta doni Delphos
— *Liparas*, cf. ad 21, 49, 1. — *Ti*
Τιμησίθεος ap. Plut. in Camillo O
p. 133 D, sed Τιμασίθεος ap. Dio
p. 445. Cf. Cuper. in apotheo
p. 296.

2. *doni causam*, religionem, *v*
veritus, non sine reverentia r
— *varie bellatum*, v. ad c. 23. n. 1.

3. *neglegentius ab re bene gesta eun*
1, 1, 5. — *sed eosdem correcturos*,
victoria emendaturos, *esse* sc.
Cf. 43, 11.

4. *nocturnam fugam excludere*,
consilium et facultatem noctu
ut *fugam alicui claudere* 27, 18. ve
per quem effugi potest.

5. *luna pernox erat*, lucebat p
noctem; ut *alea pernox luditur* ap.
10. — *haud incertius*, haud obsc
clarum lunæ lumen; ut *incerta lun*
sc. respectu luminis.

6. *effuse sequentibus* Romanis. S
adparet, tum nondum fugisse
Duk. At cf. ad 4, 18, 4. — *pr*
exercitu (cf. n. 3.) *repetens*, p
exigens; vel memoriam eorum
et militibus inculcans.

7. *tristem ab Tusculo nuntium*
perlatum *sequuntur literæ laureat*
rerum lætarum nuntiæ; nam vi
hoste reportata tum literæ per t
ad senatum missæ, tum militum
pila lauri ramis involvebantur.
Plin. 15, 30. s. 40 pr. ibique
Appian. b. Mithrid. c. 77 extr. S
Lamprid. Alex. Sever. c. 58. Lin
ad Ammian. 16. 12., Brodæi Mi
Gevart. lectt. Papin. 5, 1.

CAP. 29.)—1. *per aversa urbis*
remotiora ab ea urbis parte, qua
ceperant. Cf. 8, 26, 2. Sic et *a*

22, 21, 7. ubi verba *a castris Hannibalis* a glossatore adjecta putant intpp., quum per se pateat, quid sint *aversa castra*. v. ad 3, 5, 3. Similiter *aversæ valles* (a tergo sitæ) 27, 41. *invadere aversum* (a tergo) *hostem*, *cornu* cet. 3, 70. 4, 27. 5, 38. 30, 9. *aversa concio* 24, 39. — *Lucretio ea provincia evenit*, v. ad 2, 40, 8.

2. *Dies dicta erat tribunis pl.* cet. Cf. c. 25 pr.

3. *aliud telum Patres inventuros*, v. ad 3, 50, 1. — *tacite tulissent*, (v. ad c. 28. n. 1.) *fide publica decipi tribunos*, v. ad 38, 25, 7.

CAP. 30.)—1. *Senatum incitare adversus legem*, rogationem, sc. de migrando Vejos. Cf. cap. 24 sq. — *ne aliter*, alia mente et cogitatione, *descenderent in forum*, v. ad 2, 54, 13.

2. *pro aris* (Penatium in inpluvio) *focisque* (Larium in atrio) *dimicandum fore*, ut nos dicimus: *für Haus und Hof*. Cf. 9, 12, 13. 10, 44, 4. 28, 42, 7. et Ernesti clav. Cic. voc. *ara*. — *privatim*, v. ad 4, 48, 6.

3. *sibi amplum quoque esse*, v. ad 2, 9, 2.

4. *urbem latam in triumpho suo*, propr. ejus imaginem: nam devictorum oppidorum, montium, populorum, regum, fluviorum simulacra in ferculis ante currum triumphantis portari solebant. Cf. 37, 59. et ad Sil. 17, 635 sqq. — *et cum victrice patria victam mutari*, conmutari, h. e. victam urbem fieri patriam deserta Roma victrice.

5. *His adhortationibus principis*, sc. Camilli, qui modo orationem habuerat, et vere princeps civitatis (ut Fabius 3, 1.) et pace belloque tum erat, tum ita dicitur inf. 6, 1. (sed in dictatura et adjecto nomine) et 7, 1. extr. *præcipue* malebat Scheller. — *prensantes*, v. ad 2, 61, 4.

6. *religiosum parti maximæ fuit*, v. ad 2, 5, 4. — *et legem una* (tribu) *plures tribus* (v. ad 2, 7, 3.) *antiquarunt*, v. ad 4, 58, 10.

7. *septena jugera agri*, v. ad 6, 36, 5. — *liberos tollere*, v. ad 4, 54, 6.

CAP. 31.)—1. *M. Manlius, cui Capitolino postea etiam fuit cognomen*, quod ille multo clarius reddidit: nam familiæ eidem Manliæ illud jam antea fuit, (cf. 4, 42. nisi *Fulso* forte ibi leg. pro *Capitolinus*) forsan a domo magnifica in Capitolio, (v. 6, 20.) vel quoniam tota ibi familia habitavit; at huic M. Manlio illud inditum est a defenso Capitolio. v. cap. 47. Vox *etiam* a multis libris recte, opinor, abest, nisi forte post *Manlius* excidit primum ejus cognomen *Vulso*. Quintiis etiam idem fuit cognomen: sed eo respici vix crediderim. — *magnos ludos fecere* cet. Cf. cap. 19. et ad 1, 35, 7.

2. *ædes Junonis Reginæ* cet. cf. c. 21. 22.

3. *quod perseverantior* (in) *cædendis* (hostibus) *in fuga fuit*: si Livius ita scripsit, prius *in* omisit, quod repetitio ejus aures offendisset. — *Volsinienses* s. *Vulsinienses* populus Etruriæ, (v. ad Juvenal. 3, 191) ut et *Salpinates*, quorum mentio quoque fit in Fragm. Fabii Pictoris. Cf. Cluver. Ital. ant. 2, 3.

4. *C. Julius censor decessit: in ejus locum M. Cornelius subfectus: quæ res postea religioni fuit*; (ut *religio est*, vel *religiosum est*, *hoc fieri*; v. ad 2, 5, 4.) *nec deinde* cet. Cf. 6, 27. 9, 34, 17. 24, 43. 27, 6.

CAP. 32.)—1. *Volsiniensis provincia*, al. *Volsinienses*. v. ad 2, 40. 8.

2. *M. Cædicius*, Κεδίκιος ap. Suid. et Plut. T. I. p. 135. sed Μάρκος Καιδέκιος ibid. T. II. p. 319. A. Καιδίκιος ap. Appian. Gall. Exc. 2, 5. Καίδικος ap. Zonar. 7, 23. *Cædicius* in fastis Capit. a. V. 497.

3. *humanam quoque opem, quæ una erat*, pro: hominem, qui solus opem ferre poterat. — *propter prædam Vejentanam*, cujus decimam partem Apollini voverat. Cf. cap. 23. et 25.

4. *quum responsum tulisset*, adcepisset. Cf. ad 1, 50, 7.

5. *precatus ab Diis inmortalibus* cet. ut olim Achilles ap. Hom. Il. *α*, 340 sq. et 407 sq. — *Absens XV millibus gravis æris damnatur*: eamdem summam memorant Plut. Camil. p. 135. et Zonar. 7, 22. sed multo majorem Appian, de reb. Ital. fragm. VIII.

CAP. 33.)—1. *Eam gentem traditur fama* cet. Cf. Plut. T. I. p. 135. 136. ubi *Lucumonis* (v. ad 1, 8, 2.) *tutor* dicitur Ἄῤῥων Τυῤῥηνός. — De *Clusio* v. ad 2, 9, 1.

2. *ducentis quippe annis ante* cet. Cf. cap. seq. — *nec cum his* Clusinis — *cum iis* Etruscis *qui inter Apenninum Alpesque incolebant*, cf. ad 1, 1, 3. 1, 8, 2. et Schweigh. ad Polyb. 2, 17, 1.

3. *Tuscorum ante Rom. imperium late* cet. Cf. ad 1, 8, 2. et de toto h. l. classico Heyne, Opusc. Acad. T. 5. p. 402 sq.— — *mari supero* sive *Hadriatico*, inter Italiam et Epirum trans Apenninum, ab *Hadria*, vel Venetorum vel Piceni opp. (h. Atri) sic dicto; et *infero* s. *Tusco* et Tyrrheno. *Mare Adriaticum* (ita forte rectius scribitur) alii ab Adria fl., (v. Steph.) alii vero ab Adria, Jaonis filio dictum putant. Cf. Schweigh. ad Polyb. 2, 14, 4. — *quantum potuerint*, valuerint, polluerint, quam potentes fuerint, ut 8, 22, 3. 23, 46, 4. 28, 7, 14. 31, 31, 10. 34, 62, 6.

4. *Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est, maximæ Rætis*, cf. Plin. 3, 20. s. 24. et Justin. 20, 5. Vulgo scribitur *Rhæti* et *Rhætia*. Sed v. Drak. ad h. l. Ryck. et Wolf. ad Tac. Ann. 1, 44. ubi monet in lapidibus optimis plurimisque illud *h* non legi, et *Rhenum* quidem obverti posse; verum in talibus non Germanicam (nedum Græcam) originem, sed Romanorum consuetudinem spectandam esse. — *quos loca ipsa efferarant*, cf. ad 9, 13, 2. Mox ex con-

[redacted]

tique absolute et substant. dictum pro omnibus iis, quæ ipsis antiquitus inessent. Cf. ad 33, 40, 4.

CAP. 34.)—1. *De transitu in Italiam Gallorum* cf. ad 21, 38. et Polyb. 2, 17 sq. *ii regem Celtico dabant* sc. populo; nisi *Celticum* olim dictum, ut *Noricum*, *Geticum*, *Illyricum*, *Celticum* cet. Cf. Gron. Obss. 2, 3 extr. — *inperio ejus*, eo inperante, ut *principatu ejus* ap. Plin. 7, 3. 29, 1. *tribunatu* ap. Suet. Cæs. 5. Vesp. 2. *consulatu* cet. — *prægravante turba*, v. ad 38, 25, 5.

2. *Tum Sigoveso sortibus dati* cet. Cf. ad 1, 56, 5.

3. *Is, quod ejus ex populis abundabat*, sc. Ambigati; quæ tamen Doeringii ratio dura est. In MSS. optimis legitur *ejus*, in ed. Junt. *ei*, in plerisque edd. antt. *eis* s. *iis ex populis*, sc. qui mox memorantur; et in multis codd. *quod ea gens p. a.* sc. Italia, quam hinc multitudine suorum subcinctus petiit, quod adrisit Gron. qui etiam conji. *quod septem ex p. a.* Cf. tamen sup. ad c. 25. n. 5. — Mox *Santones* substituendi videbantur Sigonio pro *Senonibus*, qui cap. 35. *recentissimi advenarum* dicuntur.

4. *nulla dum via*, nulla adhuc via, nondum ulla via, (ut 7, 33, 5. et 29, 11 pr.) *superatas, quod*, quantum, *quidem continens sit memoria*, h. e. memoria contineat, ut 28, 44 extr. *pertinens sit* pro *pertineat*, de quo v. Obss. Miscell. T. III. p. 395. et Davis. ad Cic. N. D. 4, 44. Doer.

5. *nisi de Hercule* Grajo *fabulis credere libet*, qui Geryone cæso primus hanc Alpium partem transiisse et in Italiam venisse fingitur: et unde *Alpes Grajas* (ubi nunc mons Bernhardi, ut creditur) dictas putant. Cf. 21, 41. ad Nep. Hannib. 3. Plin. 3, 17. s. 21. et ad Sil. 2, 356. 3, 91. 496. 4, 4. 11, 218. — *quanam via*.

6. *religio etiam*, non sola montium altitudo, *tenuit*, retinuit eos reputantes, a se, qui novas sedes quærerent, alios idem facientes, adjuvandos esse. — *adlatum est*, auditum, nuntius adlatus. Sed 23, 27, 4. *adlatum est* sc. mandatum, *ut* cet.

7. *Massilienses erant hi* advenæ, *navibus a Phocæa*, Joniæ opp. in Asia *profecti*. Al. *Phocide*, errore antiquo (v. Justin. 37, 1. 43, 1. et Lucan. 3, 340. 4, 256.) et vulgari. Cf. 34, 9 pr. Strab. 4, 4 sq. p. 179 sq. Herodot. 1, 142. Plin. 3, 4. ad Sil. 1, 335. 4, 52. — *Salyes*, Rhodanum et mare mediterr. adcolentes, qui cap. 35 pr. *Salluvii*, et Flor. 3, 2. *Salyi* dicuntur. Cf. Strab. l. l. et Drak. inf. ad Epit. LX pr. et LXI pr. Epit. LXI. — *adjuvere* sc. Massilienses.

8. *locum* late *patentibus sylvis communirent*, h. e. arboribus earum congestis et objectis, Doer. — *Taurini* s. Taurisci ad radices Alpium in hod. Pedemontio, quorum caput *Augusta Taurinorum*, prius dicta Taurasia et h. *Turin*, ubi Padus Duriam recipit. Ceterum lectio h. l. debetur Drak. In antt. edd. *saltusque Juliæ Alpis*, in aliis conj. Rhen. *ipsi Taurino saltu invias Alpes*: in MS. Li; s. *saltus qua melie ante alpes*; unde Lips. in Epist. ad Belgas 1, 93. conj. *saltu, qua minime altæ Alpes*, vel *qua inviæ ante Alpes*.

9. *cognomine* (quod est adject.) *Insubrium pago*, δήμῳ, *Æduorum*, v. ad 3, 15, 16. *Insubres* s. Insubri et *Boji* potentissimi Galliæ Cisalpinæ populi. Illorum oppida *Mediolanum*, *Laus Pompeja*, (h. Lodi) *Acerræ* cet. horum *Parma*, *Mutina*, (h. Modena) *Bononia*, (h. Bologna) *Regium Lepidi*, (h. Reggio) *Nuceria*, (h. Luzara) *Brixellum* al.

CAP. 35.)—1. *Alia subinde*, paulo post, *manus Cenomanorum*, (non *Cenomanorum*; nam Κενομάνοι dicuntur Polyb. 2, 17. Plin. 3, 19. et Ptol.) quorum caput *Brixia*, hod. *Brescia*, (v. 32, 30) unde *Brixiani Galli* 21, 25. — *vestigia priorum* sc. Gallorum — *eodem saltu* Taurino.

2. *locos tenuere Libui*, qui et ita dicuntur 21, 38. et 33, 37. sed rectius *Libici*, ut Plin. 3, 17, 21. Ptol. 3, 1. et Λεβέκιοι Polyb. 2, 17. ubi v. Schweigh. Eorum oppida Vercellæ et Laumellum, hod. Vercelli et Lomello. Sed aliæ illis sedes adsignari videntur inf. 21, 38. Cf. n. 4.

3. *post hos Salluvii*, (v. ad c. 34. n. 7. mox not. 4.) considunt, *prope Lævos antiquam gentem* Ligustinam, cujus oppida fuere *Ticinum* (hod. *Pavia*) et Novaria. Galli vero ubivis ejectarum gentium nomina adsciscunt. *Lævi* dicuntur *Levi* Plin. 3, 17 21. et Λάοι Polyb. 2, 17.

4. *Pennino* (parte Alpium, de qua v. inf. 21, 38.) *deinde Boji Lingonesque transgressi*, ut *Rheno transgredi* ap. Tac. Ann. 12, 27. De *Bojis* v. ad c. 34. n. 9. *Lingonum* oppida *Forum Livii*, (h. Forli) *Ravenna*, *Faventia*, (h. Faenza) *Mutilum*, (h. Medoli) *Cesena*, *Forum Allieni*, (h. Ferrara) *Solona* et al. Ceterum non male hunc locum ita emend. Jac. Gron. " *ubi nunc Brixia et Verona urbes sunt, locos tenuere. Libui continue et post hos Salassi prope* vel *præter* (h. e. juxta) *antiquam gentem Lævos Ligures incolentes citra Ticinum amnem Pennino: deinde Boji Lingonesque transgressi* cet. Lævi Ligures, antiqua in illo tractu gens, tenuere locum suum pristinum, et ad horum latus versus Ticinum amnem demiserunt se ab Alpibus Libici s. Libyi, pertinentes usque ad Ticinum, quum alteram ejus ripam possiderent Insubres, (cf. cap. 34 extr.) ut sic *citra* id flumen manserint. Jam vero juxta Lævos considerunt versus montana Alpium Salassi vel pigritia transeundi ac procedendi, ut postea fecerunt Boji Lingonesque, vel non tam numerosi, ut Lævi Libicique inpedientes cogi ab iis potuerint ad concedendum transitum. Salassos enim super Lævos et Libicos habitasse, adfirmat præter alios ipse Livius inf. 21, 38. ex quo

n patet, vocem *Pennino* justius ad , quam ad seqq. conponi; quum e non sit, tanta aberratione Bojos 'uisse, ut Pennini transitum peti- ıum in promptu esset recta per ıum jugum via, quam postea etiam ıunt Cimbri, et quæ protenus eos ad Etruscos et Umbros. Igitur ım supra se habuerunt montem n, tum infra se Lævos et Libuos, ım h. l. desiderari potest. Salluvii alyi in hac regione prorsus cen- eunt, ut recte ostendit Cluverius; pareat satis ex Polybio et Livio, ıl Libicos semper mansisse prope lt sedis suæ prioris potentes, ut dici nequeant Lævos et Ligures inum agro pepulisse."

Utente flumine, Ravennam ab sep- dluente, (hod. *Montone*) *usque ad* (hod. *Esino* s. *Gesano*) qui Æsim l) præterfluit, et Picenum dirimit ıa, nec longe ab Ancona in mare — *Id parum certum est, solamne an m*; immo *solane an adjuta* sc. vener- er. — *invisitatas*, v. ad 4, 33, 1. *uam adversus Romanos* (cf. ad 45, 8, n. Obss. 2, 20.) *nullum eis jus socie- ita* et Dio Cass. in fragm. ap. 373. T. I. p. 58. ed. Reim. non ian. Gall. Exc. 2.

36.)—1. *tantum eminebat peregrina* ımana inter Clusinos. — *signum* v. ad 4, 39, 1.

l decerneret in tantæ nobilitatis viris, f. 26, 2. 28, 43. et Ruhnken. ad 43.) *ambitio obstabat*, studium gratl- 'abiis. v. ad 2, 27, 5. et 4, 31, 4. sc. senatus; nisi leg. *decernerent eretur*.

ls, *forte Gallico bello adcepta*, si forte ısset, vel olim adciperetur. Cf. ad 27, 45, 2., 31, 7, 1. et Drak. ad 6, *populum rejiciunt*, cf. ad 2, 22, 4. s, v. ad 1, 14, 2.

17.)—1. *vim suam i. refringi*, frangi, retundi, repelli. Poëticum esse ıuer conl. Hor. Od. 3, 3, 28. *ıedia bella*, v. ad 2, 49, 6. — *ultro ıbitum*, v. ad 1, 5, 6. et 21, 28, 6. *cujus inpatiens est gens* revocavi e vett. edd. pro *inpotens*, quod vulgo ε emend. Rhenani. *Inpatiens iræ* usu dicitur etiam Ovid. Met. 13, Heins. Cf. ad Tac. Ann. 6, 48, 8. ı *viriisque*, equitatu et peditatu, ut . 26, 5. et al. Sic et passim *equi bus*. Cf. ad 6, 24, 7. et Ernesti

copi inde aliorum populorum, v. ad 1, · *tumultuario exercitu*, v. ad 1, 37, 4. *ındecimum lapidem* (v. ad 2, 11, 3.) *est, qua flumen Allia* cet. Pugna- tum est XV Cal. Sextiles, diesque ille a loco pugnæ *Alliensis* est dictus et inter atros, ut postea *Cannensis*, relatus. Eodem quoque CCC Fabii ad Cremeram cæsi sunt. v. 6, 1. et cf. Plut. Camill. p. 137. et Diodor. l. 14 p. 454.

7. *nata in vanos tumultus gens*, natura ad eos apta, ut πεφυκώς. Sic et *loca nata in- sidiis* 22, 4. 24, 4. 36, 17. *loca nata ad eques- trem pugnam* 22, 44. *ita natus locus* 9, 2, 4. aliaque *nata* dicuntur, quæ natura sic com- parata sunt, non arte vel casu facta. Cf. ad 4, 15, 2. 24, 42, 3. 29, 19, 2. 30, 1, 2.

CAP. 38.)—1. *nec auspicato*, (v. ad c. 21. n. 1.) *nec litato*, non facto sacrificio, et qui- dem h. l. læto, *sine litatione*: (27, 33, 3.) nam *litatio*, *sacrificans et hostia litare* et *per- litare* (7, 8. 36, 1. 41, 14. 15. quo simul multitudo hostiarum cæsarum innui vide- tur) vel *victimis litari* dicebatur non modo quum sacrificaretur, sed etiam proprie quum in hostiis bona exta, vel in his in- dicia numinis placati invenirentur; unde *sacrificare usque ad litationem* est mactare plu- rimas victimas, donec læta reperiantur exta, et non *inventa* vel *inpetrata pace deum* 6, 1, 7. et 27, 23, 3. id. qd. h. l. *non litato*. Cf. ad 1, 16, 4. 7, 8, 3. 8, 9. 9, 14. 23, 36 extr. 27, 23. 41, 14, 3. 41, 15, 4. et Schwarz. ad Plin. Pan. c. 52. p. 226.

2. *aciem deductam in cornua*, extentam perpetua serie in longitudinem, et ita quasi *extenuatam*, parum densam, longiorem quam latiorem, ut *longum agmen deducere* ap. Frontin. Strateg. 1, 6, 3. quæ dictio petita est a filis deductis vel a lana ex colo decerpta et formata aut deducta in longa ac tenuia fila; unde *deductum* est tenue, v. c. *carmen*, *nasus*, *vox*, et *tenui deducta poëmata filo* ap. Horat. Ep. 2, 1, 225. Cf. Drak. ad h. l. et Heyne ad Virg. Ecl. 6, 5. *diductam* al., h. e. distractam. "Et *diductam* h. l. recte habet; diducenda enim et utroque expandenda, ex medioque separanda ac scindenda acies erat, ut cornua dilata- rentur. Utrumvis autem legeris, intell. partic. ac si foret: ita ut diducerent vel deducerent." Bauer.

3. *Nec tamen æquari frontes poterant*, Ro- mana hostili, cf. ad 3, 62, 6. De *subsidiariis* v. ad 2, 20, 2.

4. *in æquo* (loco) *campi*, in æquo campo, in ejus planitie. Sic passim *in æquum*, *in æquo*, *in arcto* sc. loco (ut ἐν στενῷ ap. Polyb. 11, 33.) 26, 17, 3. 26, 39, 11. 28, 33, 3. *in planum*, *in tutum* (36, 29.) *in* et *ex aperto*. v. ad 21, 32, 7. Similiter *opportuna* sc. loca 25, 30, 5. *angusta*, *ardua*, *aperta*, *arcta*, *as- pera*, *avia*, *devia*, *plana*, *excelsa* et alia passim obvia. Cf. ad 4, 27, 1. — *multitudini* suæ vel suarum copiarum *tantum superanti* Ro- manam, vel abundanti. Al. *superante mul- titudine* vel (*tantum superant multitudine*) eodem sensu. Cf. ad 8, 10, 1.

5. *ratio etiam* (ars, consilia bellica, *Plan;* Bauer.) *cum barbaris stabat*, erat iis et cum illis. v. ad 8, 34, 1.

6. *Pavor fugaque occupaverat animos*, fugæ tantum cogitatio, cura, fugiendi voluntas: syllepsis et in verbo *occupandi*, quod datum est voc. *pavoris;* Bauer. — *hominum oblivio*, h. e. conjugum liberorumque, ut initio cap. *non hominum memores*, Stroth. Sed ita Livius dixisset *suorum*, et supra *homines* sunt milites, quibus præerant duces et quorum saluti consulendum erat. Subplendum potius *erat* suadente Bauero, aut vox *hominum* post *animos* ponenda. Sed recte, opinor, Gron. pro *hominum* conj. *omnium* sc. rerum. — *simul*, simulac, *est clamor* hostium a *proximis auditus.*

7. *integri intactique fugerunt*, v. ad 2, 12, 11.

8. *terga cæsa* eorum, qui *suomet ipsorum certamine*, dum certatim fugerent, et quisque primus fugientium esse cuperet, *in turba*, in agmine confuso, *fugam inpediebant.* Cf. ad 6, 8, 2.

9. *sinistrum cornu defugit*, fuga declinavit; Ern. Gronovius emend. *diffugit*, quia *defugere* sit vitare, recusare. "Quod miror: neque enim *diffugiunt* huc et illuc passim fugiendo palati milites dilabsique, sed omnes simul, catervatim, unum in locum *defugerunt*, ad ripam e montibus, inferiorem locum fuga descenderunt: etsi fateor, parum frequens hoc usu vocabulum illud esse;" Bauer. Idem monet, non eosdem fuisse *invalidos* et *graves loricis*, uti nec eosdem *invalidos* et *inperitos nandi*, sed tria submersorum genera, tres intereundi causas memorari, et vix esse, quin *aut* ante *graves* exciderit.

10. *unde non modo* non *præsidii*, v. ad 1, 40, 1.

CAP. 39.)—1. *Et ipsi* (forte *ipso*) *pavore defixi*, v. ad 3, 47, 9. De *pavore* v. ad Sil. 3, 215. — *armorum cumulos, ut mos eis est, coacervare*, cf. Cæs. b. Gall. 6, 17. et Flor. 2, 4, 5. ibique Duker.

2. *aliud priori simile miraculum*, res mira et incredibilis, simulque admiratio ejus, ut paulo ante *miraculum victoriæ, eos sustinuit*, ab itinere continuando retinuit. Cf. ad 2, 44, 6. — *ignotæ situm urbis* pro *ignotum.* v. ad 1, 1, 6.

3. *Romani*, qui in Alliensi acie fuerant, *conplorati omnes, pariter vivi mortuique, totam prope urbem lamentis inpleverunt:* nam adscribitur mortuis et absentibus vivis, qui mortui credebantur, quod in urbe vivi fecerunt, quia in causa erant illi, cur hi facerent; Gron. Cf. 22, 55, 2. ad 34, 6, 10. et 43, 1, 7. *conplorati* i. e. conploratio eorum. v. ad 1, 53, 1. Baueri nota est: "Id elegantius multo quam quod a Sigon. defenditur, *conploratis omnibus pariter vivis mortuisque.* Sed ita nullum est verbum, quod ad voc.
Romani pertineret, nec plane structu
tio adparet: nam τὸ *Romani* aut red
aut anacoluthon exsistit, aut leg. *Ro*
Romanis. Neque enim *Romani* hi
illi ipsi, qui conplorarentur, sed ip
Romæ degerent, incolumes adhuc,
nari omnium ac solliciti. Itaque
Romani malim ablativos retinere.'
Romani qui sint, jam dixit Gron. Cf.
ad h. l. — *luctus stupefecit*, vicit, re
obruit, *übertäubt;* Bauer. Sensum
ademit, certe inminuit, ita ut lugent
perent. Cf. 25, 38, 2. — *publicu*
v. ad 2, 41, 1.

4. *Omne inde tempus suspensos* (v. ad 2,
ita tenuit animos Romanorum, *ut ide*
sæpius, vel ab uno temporis mome
alterum, cet. Post *inpetus* major
stinct. posuit Stroth. non male! Q
certe temporis momenta memorantu
bus Romani hostium timuerint in
(primus adventus, occasus solis, no
altera) simulque ratio, cur quovis t
metuerint, adjicitur. *a primo adventu*
bat Gron. Sed aut ipsum ablat. co
intellegi puto, aut *cum* vel *simul* s
posse; Bauer.

5. *timori malum continens fuit*, v. a
4. — *similis illi, quæ — fugerat*, civ
friget hoc Gronovio, ut malit *simi*
qui fugerant: sed vix cuiquam p
haud utique mihi, qui altera lecti
duarum quasi civitatium diversas in
exhibente, vix elegantius quidqua
tem; Bauer. Cf. ad 3, 47, 1. —
eo, in Capitolium.

6. *ex loco inde munito*, ut nos: *von*
herab, et inf. c. 43. *atque inde ex loco*
ore; vel *inde* pro *deinde.* — *Fl*
sing. pro plur. nisi leg. *Flamines.*
1, 20, 1.

7. *arx Capitoliumque*, v. ad 1, 5
— *utique*, v. ad 2, 30, 1.

8. *oneraturos inopiam armatorum*,
12, 3.

CAP. 40.)—1. *urbis per CCCLX a*
tricis, numero annorum non adcur
inf. c. 54.) sed, ut vulgo dicunt, r
nisi forte subputantur ab a. V. c.
primum a Romulo cum Sabinis bel
gestum. Cf. Dionys. 1. p. 61. e
100. Plut. Camill. p. 137. Gell.
— *Digredientibus*, immo *degredi*
Bauer.

2. *nihil relinquebant, quod humanis s*
malis, quod miserabilius fingi posset
eri nota est: "*relinquebant*, facieb
reliquum putaretur; vel faciebat
conditionem, ostendebant, inducel
adpareret, nihil relictum mali, q
non sentiretur, nihil quod deesset
esset præter et super illa, quæ jam
rent. Dativus esse videtur *human*
quibus supersit aliquid, qs. in con

mero; ut habeant aliquid etiam nunc vel ut reliqui, quod nondum effuderint, nondum incusserint. Si Ablativus sit, quod non placet, subpleris *ex*, *in*." *utile obsessis quidem fuisset*, mulieres in arcem non admitti, ut *inbellis multitudo minueretur*, sed *parum humanum*, ab humanitatis pietatisque sensu alienum.

3. *communibus deploratis* consiliis, v. ad 3, 38, 3. — *exsequentes suam spem, sua consilia*, sequentes, ex iis agentes; Bauer.— — *quisve*, alii *quisque*. Leg. *quive* et *quique*.

4. *condita in doliolis* in *sacello* cet. Cf. Plut. in Camillo T. I. p. 139. — *ubi nunc*, tamquam in locum ita sacratum, *despui religio est*, quod et tradunt Festus voc. *doliola*, et Varro L. L. IV. p. 37. — De *sublicio ponte* v. ad 1, 33, 8.

5. *L. Albinius*, ut ap. Valer. Max. 1, 1, 10. (ubi tamen vulgo *Albenius* legitur) et Flor. 1, 13. Al. *Albinus*, ut ap. Plut. l. l. et in multis codd. Flori. Sed est nomen gentis plebejæ.

6. *salvo etiam tum discrimine divinarum humanarumque rerum*, quia religioni tum adhuc suus honor, nec ejus, quantus nunc est, contemtus erat. Cf. ad 1, 33, 10. et 3, 20, 6.

CAP. 41.)—1. *ut in tali re*, quantum fieri poterat in rebus tam trepidis ac subitis. — *obstinato ad mortem animo*, cf. 6, 3 extr. 7, 32.

2. *Curules magistratus*, v. ad 1, 8, 2.— — *augustissimæ vestes* erant magistratibus *ducentibus* s. *deducentibus* vel comitantibus *tensas* s. *thensas*, h. e, vehicula, quibus simulacra deorum in pompa Circensi et in Circum vehebantur. v. ad Tac. Ann. 12, 42, 5. Ruben. de re vest. 1, 21. et Scheffer. de re vehic. 2, 24.

3. *ea vestiti medio ædium sedere*, in atrio; at ἐν ἀγορᾷ ap. Plut. T. I. p. 139. et infra *in ædium vestibulis*, quæ tamen verba ad Gallos potius, ibi stantes, et ad *intuebantur* referenda sunt cum Schellero, cui etiam non displicet Dukeri ratio, ut vel *vestibulum* latiori sensu, vel *medium* non nimis subtiliter adcipiatur, quum v. c. *in medio mari* et *in media urbe fieri* dicantur, quæ non procul a litore et a portis fiant.

4. *Sunt, qui M. Fabio pont. max. præfante carmen*, (v. ad 4, 21, 1.) *devovisse eos se* — *tradant*, ut et Plut. l. l. *Devovere se* scil. Diis Manibus et Telluri s. matri Terræ est certis ritibus et pontifice max. *verba præeunte* (v. ad 4, 21, 1.) pro salute reip. vel calamitate ejus avertenda se consecrare morti, de quo v. inf. 8, 9. 10. 10, 28. et Macrob. Sat. 3, 9. Simul vero et hostes devoventur Diis Manibus, ut 8, 10. — Mox voc. *urbem* ante *patente Collina porta* nonnulli delendam putant, quia modo præcessit. Cf. tamen ad 1, 3, 8. et mov ad c. 43. n. 4. — *Collina porta*, v. ad 2, 11, 3.

5. *obcursu hominum*, obcurrentibus hominibus. — *vagos exciperet*, v. ad 2, 4, 3.

6. *adeo haud secus* — *in ædium vestibulis*, v. sup. not. 3. et ad Præf. n. 15. — *ad eos, velut simulacra*, non vivos homines, ob silentium obstinatum et inmobilem consessum; Drak. Cf. Plut. Camill. p. 140. Zonar. 7, 23. Oros. 2, 19. — *M. Papirius* (Μάνιος Plut. T. I. p. 140.) *dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat*, (nam Romani barbam et capillum *promittebant*, h. e. crescere et dependere patiebantur, erantque intonsi, barbati et capillati ante et ad a. V. 454. de quo v. ad Juvenal. 6, 105.) *permulcenti* cet. Cf. Zonar. et Plut. ll. ll.

7. *ceteros in sedibus suis trucidatos* sc. dicunt, dicitur.

CAP. 42.)—1. *Ceterum seu non omnibus* Gallis, quippe qui cap. 41. *sine ira, sine ardore animorum ingressi urbem* dicuntur. Cave legas *omnis*, vel *non omnibus* exponas *nullis*. Nihil inpediti est in h. l.

2. *non mentibus solum* non (v. ad 1, 40, 1.) *concipere* sc. cladium s. malorum magnitudinem, vel simpl. cogitare, (nisi leg. *conpotes esse*, vel cum Lips. *consipere*, aut cum Bauero *consistere*) *sed ne auribus quidem atque oculis satis constare*, eorum usum retinere, (ut *mente constare* ap. Cic. Tusc. Qu. 4, 17. pro: ejus conpotem esse: Cf. Drak. ad h. l. et 8, 19. Burm. ad Ovid. A. A. 1, 120.) *poterant*, vix cernere se atque audire putantes, quæ cernebant et audiebant. Cf. ad Tac. Ann. 3, 46. pr. — *Quocumque advertisset* sc. Romanos, qui in arce erant. Ita scripsi pro vulg. *avertisset* (sc. a conspectu aliarum rerum ad se; Drak.) ex emendat. Gron. vid. ad 1, 12, 8.

3. *tanto ante alios miserandi magis* cet., quod, licet obsessi, tamen a patria interclusi essent, quum alii in patria obsiderentur; Drak. Non scio, quomodo hoc dicat: nam idem quam plurimis adcidit, ut ab hostibus in arcem conpulsi omnia sua in hostium potestate esse et tecta urbis incendi viderent; Duk.

4. *diem tam fœde*, triste, *actum*, transactum, vel contemplatione rerum tam fœdarum. Cf. ad 3, 32, 1. — Mox *inquieta* bene conj. Gron. Vocem semper, ut Gr. ἀεὶ, eamdem omnium rationem denotare, monet Casaub. ad Strab. 1. p. 65.

CAP. 43.)—1. *nequidquam*, sine fructu, frustra. Vox bis posita, more Livii. v. ad 1, 3, 8.

2. *testudine*, συνασπισμῷ, (v. ad c. 5. n. 3.) *facta*, forte leg. *acta*: nam testudo, etiam ea, quæ scutorum est junctorum, proprie *agi* dicitur. Cf. ad Sil. 1, 365. Virg. A. 2, 441. 9, 505 al. Sed *facta* etiam dicitur 10, 29. 9. 31, 39, 10. 34, 39, 4. ap. Tac. Ann. 12, 35, 3. — *Romani nihil temere, nec tre-*

[redacted]

pide sc. facientes. — *qua* parte *signa ferri* cet. — *subcesserit*, forte *subcesserat* aut *subcessissent*; Bauer.

3. *atque inde ex loco superiore*, v. ad c. 39. n. 6. — *strage ac ruina fudere Gallos*, ut non cæderent, sed inpulsos sternerent, detruderent, dejicerent, deturbatos ruere cogerent, præcipites darent; Bauer. Cf. ad 4, 33, 5.

4. *Omissa itaque spe*, abjecta; ut *omittere arma* 5, 47, 6. 21, 58 pr. 33, 8. *sarcinas* 8, 39.

5. *quod in urbe fuerat, frumentum incendiis urbis* (forte leg. *ejus*, vel plane delenda est vox; sed v. ad 1, 3, 8.) *absumserant, et ex agris per* eos *ipsos dies raptum*, ut 21, 28, 5. 33; 16. et aliis locis, a Gron. laudatis. raptim, celeriter convectum. Cf. ad 6, 23, 3. Verba *et ex agris* cet. non bene cohærent cum illis; *cujus inmemores et frumentum absumserant*. Sed hæc quoque ad neglegentiam orationis referenda. — *ad Rom. experiendam virtutem* refer ad *duxit*, non ad *proficiscentes Gallos ab Urbe*; Bauer.

6. *quum Diis hominibusque adcusandis consenesceret*, v. ad 1, 22, 3. — *divino spiritu tactus*, v. ad 5, 15, 7.

CAP. 44.)—1. Tota hæc oratio copiose explicatur in *Magazin für öffentl. Schulen und Schullehrer* T. I. P. I. p. 57-105. *veteres amici* populi Rom. cujus *pristina beneficia* mox memorantur, et Camilli, qui eorum forte patronus Romæ fuerat. — *ita tulit, et hoc egit*, effecit, ut vos cives mei essetis, vel ego essem civis vester.

2. *Hac arte*, ratione, medio, μηχανῇ, vel potius arte militari s. ἀρετῇ, (Cf. Intpp. Horat. Od. 3, 3, 9.) aut *hac*, hujus rei, sc. belli, *arte in patria steti*, incolumis fui, (v. ad 1, 3, 2.) vel potius locum in rep. et dignitatem tuitus sum, ut *hominem* vel *remp. stare* (v. c. *fide* 23, 48, 7.) et contra *cadere* passim dixere Livius et Cic. Similiter 10, 31. extr. *nec suis, nec externis viribus jam stare poterant*, h. e. tueri libertatem et gloriam. Cf. ad 1, 3, 2. et 2, 29, 7.

3. *fortuna oblata est*, obportuna occasio; *pro tantis — beneficiis*, cf. 4, 9 sq. — *nec enim exprobranda* cet. et sola *commemoratio quasi exprobratio est inmemoris beneficii*, Terent. Andr. 1, 1, 16. *exprobranda apud memores* pro dativo, quo non utitur voc. *memor*: sed et *exprobrare* hic est cum exprobratione commemorare; Bauer.

4. *eo*, ideo, (v. ad 1, 11, 6.) *in certamen omne plus terroris, quam virium, ferunt* Galli, qui primo tantum inpetu feroces sunt, (at 10, 29. eos prœlio ultimos excessisse legimus) quibusque *natura corpora animosque magna magis, quam firma*, mollia et fluida, laboris æstusque intolerantissima, (v. ad 34, 47, 3.) dedit, cf. 7, 12, 4. 10, 28. 22, 22, 2. 27, 48 extr. 34, 47. 38, 17. Polyb. 2, 33. 3, 79. et ad Sil. 4, 311. Spanh. ad Callim. H. in Del. 174. — Mox punctum posui non post *repleti*, sed post *palantur*, pro quo forte leg. ex uno cod. *populantur*, ju- dice etiam Wakef. ad Lucret. 2, 10.

5. *raptim*, ἁρπάγδην, ob festinationem. *ubi nox adpetit*, v. ad 5, 19, 2. — *ab secundis rebus*, ob et post eas. v. ad 1, 1, 5.

6. *Nisi vinctos somno* cet. al. *victos*, solenni varietate, ut 9, 30, 6. Sed *vinctus somno* (ut μαλακῷ δεδμημένος ὕπνῳ ap. Hom. Od. 15, 6.) est is, qui altiore s. profundo somno ita obpressus est et quasi vinctus tenetur ut vix excitari possit; (quo sensu et somnus *adligare artus*, δεσμεύειν et δεσμὸς, ve ap. Mosch. 2, 4. κατακεδὴν μαλακῷ φάε δεσμῷ, sed et *solvere* dicitur, de quo v. mo ad c. 45. n. 2.) at *victus somno*, qui ei diutius quidem reluctatur, sed tandem subcumbit. Sic diverso quoque sensu dicitur *vinctus* et *victus vino, Lyæo* cet. Cf. Heyne et Bronkh. ad Tibull. 1, 2, 2. et Burm. ad Ovid. Met. 2, 238.

CAP. 45.)—1. *primæ silentio noctis*, pro primo. v. ad 1, 1, 6. — *nacti*, postquam ea invenerant, ut 24, 31. 36. 25, 30. 34, 61. 42, 48.

2. *Nusquam prœlium*, sed *omnibus locis cædes est*, v. ad 2, 53, 2. — *nuda corpora*, (v. ad 3, 19, 9.) *et soluta somno*, eo languida et torpida, ut *soluta vino, frigore, metu membra* cet., λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ ap. Hom. Od. 5, 297. nam artus et oculi, antea intenti et obcupati, *solvi*, h. e. remitti, relaxari, debilitari, dicuntur *somno* vel *in somnum*; unde ὕπνος λυσιμελὴς, et simul, sed alio sensu, λύων μελεδήματα θυμοῦ dicitur Hom. Od. 20, 56. 23, 343.

3. *Vejos etiam præsidiumque et spem*; τὸ *que* del. forte: vel explicat, pro *id est*, quod esset; Bauer. Cf. ad 2, 42, 7.

4. *compressi a Cædicio*, repressi, prohibiti, coërciti; v. Drak. ad 26, 10 extr. et Ernesti clav. Cic. *Cædicius* forte idem, cujus sup. c. 32. mentio facta. — *rem in noctem sustinuere*, distulere. v. ad 2, 44, 6. — *Salinæ* locus et ædificia vel intra Urbem juxta Tiberis ripam, ad portam Trigeminam, (v. 24, 47. et Frontin. de aquæd. 5.) vel prope Romam, aut Ostiam, ut 7, 17. et 19. Cf. 1, 33 extr. et Adleri Beschreib. d. St. Rom. p. 329. Plut. Romul. p. 33. Dionys. 2. p. 118. et 3. p. 181. Aurel. Vict. vir. ill. c. 5.

CAP. 46.)—1. *Sacrificium erat statum*, certo tempore faciendum, (cf. ad 3, 15 2.) *in Quirinali colle genti Fabiæ*, v. ad 4, 2, 6. et ad seqq. cf. Flor. 1, 13. 16. Valer Max. 1, 1, 11. Appian. Gall. Exc. 6. et Dio Cass. T. I. p. 14. ed. Reim.

2. *Gabino cinctu*, al. *Gabino ritu* vel *ritu G. cinctus*, ut ap. Valer. Max. 1, 1, 11. Cf. 8, 9. 10, 7. et Virg. Æn. 7, 612. ubi bene monet Servius, *togam sic in tergum fuisse rejectam*,

[redacted]

jus lacinia a tergo revocata hominem simulque caput tegeret et ambiret. a hæc, translata a Gabiis et in reus maxime sacrisque servata, passett. monimentis et inpr. numis deitur. Cf. Ferrar. de re vest. 1, 14. d Cenot. Pis. diss. 3. c. 7. Schweigh. ad Pun. 48. et inpr. Winkelmanns l. Kunst. d. Alterth. T. 1. p. 441. *manibus gerens*, h. e. res ad sacrificandum necessarias.

ad vocem — motus, v. ad 1, 7, 7. nas, minas, ut 1 Petr. 3, 15. *φόβος*, — *eadem* via.

e prælio adverso cet. v. ad 1, 1, 5. *parte prædæ essent*, v. ad 5, 21, 4. *ipse admonebat Camilli*, sc. Veji, pti. — *et Cædicius* (de quo v. cap.) *negare, se conmissurum, cur*, ut, (cf. str.) *sibi* cet h. e. dixit, se non eam lmissurum esse culpam, ut vel vel hominum jussu prius deponeret n, *quam ipse memor ordinis sui* (nam homo erat et centurio, cui non summum sibi inperium deposcere) optaretque ut inperator crearetur. *regebat omnia pudor*, reverentia legum et institutorum patriæ; *que rerum — servabant* adhuc Ronisi leg. *servabantur*. Cf. ad 3, 20, 6. , 6.

tius Cominius, ut ap. Plut. Camil. Zonar. 7; 23. Diodor. 14. p. 455. , 2. al. *Cominus*, ut et vulgo ap. Strateg. 3, 13, 1. qui rem paulo rrat. Γάϊος Πόντιος dicitur Plut. II. p. 324. E. et perperam Cædicius Gall. Exc. 4. et 5. Sed unde duo nomina uni fuerunt homini? *proximum fuit a ripa:* non laboro; cere malim τὸ *a*, ut sit: qua parte ximum erat escendere; Bauer.

et (quod *et* forte delendum) *comitiis — Camillus dictator diceretur:* nam mitiis semper ad populum ferebade imperio militari magistratibus vel de potestate rei militaris randæ. Cf. cap. extr. et 52. fin. 6, 23, 14, 3. ad 26, 2, 2. Cic. de L. 10 - 12.

via *degressus;* cf. Gell. 17, 2 extr. *rit*, leg. *compererit* ob orationem m; Bauer.

utari finibus, ut *m. loco*, in alium ransferri, eum mutare; (cf. Gron. 1.) h. l. locum exsilii mutare seu lire. — Non satis perspicuus est riodi sensus, quem plane non se profitetur Duk. nec quisquam t. — *auspicia habere*, jus auspicia i, adeoque summum inperium. et *imperator*, Gall. *Chef* seu *Chef*, proprie dicitur is, qui *auspicio suo res gerit;* (unde Livius vocem *duces* ipse ita adcuratius definit) legati vero vel tribuni et magistri equitum *sub ductu et auspicio consulum dictatorumque res gerere* dicuntur. Nonnumquam tamen et hi *imperatores* adpellantur, iisque *ductus et auspicium* tribuuntur: (v. ad 8, 31, 1. 8, 33, 8. et 28, 38 pr.) Inperatorum vero tempore iis solis *auspicia*, et legatis vel ducibus eorum, sub Cæsarum auspiciis res gerentibus, *ductus*. Cf. 28, 12, 7. ad Tac. Ann. 2, 18, 2. 13, 6, 2. et Suet. Aug. 21 pr. Ceterum *auspiciis* etiam *populi Rom.* res acta dicitur 30, 14, 6. quoniam populus Rom. dat auspicia vel summum inperium lege curiata.

CAP. 47.)—1. *arx Romæ Capitoliumque*, v. ad 1, 55, 6.

2. *qua* (parte s. via) *nuntius a Vejis perv.* v. cap. 46. Cf. Diodor. l. 14. p. 455.

3. *animadverso ad Carmentis* s. Carmentæ sc. ædem (v. ad 1, 7, 8. et 1, 33, 6.) *saxo* (cf. cap. 46 extr.) *æquo*, facili, commodo, *adscensu;* nisi *adscensu* est supinum, vel *saxo* delendum. *saxa* et *saxis* et *saxo* MSS. *saxum* edd. antt. sc. cui inpositum Carmentis fanum; Bauer. *saxi* (h. e. montis) et *saxorum* (quod recepit Drak.) conj. Gron. Idem monet, fanum vel aram Carmentis aut Carmentæ sub Capitolio vel in imo Tarpeji montis Dionysio 1. p. 25. et aliis memorari, at nemini *saxum Carmentis*. Dukeri nota est: "Non video, quomodo adscensus, qualem mox describit Livius, *æquus* dici possit, nisi forte ita, ut Galli viderint quidem difficilem fore adscensum, sed tamen speraverint, se aliquam illius rationem inventuros esse. Sed forsan leg. *adscensu aliquo*." Ceterum Gallos circa cuniculum adgressos refert Cic. p. Cæcina c. 30. et Philipp. 3, 8. *nocte sublustri*, quæ stellarum luce paululum inlustrabatur.

4. *canes, sollicitum animal ad nocturnos strepitus*, h. e. eos sollicite et facile animadvertens, vel potius inquietum, quod facile sollicitatur, inquietatur et excitatur somno. *Sollicitive canes, canibusve sagacior anser* Ovid. Met. 11, 599. *Anser solertiorem custodiam præbet quam canis: nam clangore prodit insidiantem* cet. Colum. 8, 13.

5. *Anseres non fefellere* Galli, *quibus anseribus, sacris Junoni*, quamvis *in summa inopia cibi* erant, *tamen abstinebatur* cet. *χῆνες ἱεροὶ περὶ τὸν νεὼν τῆς Ἥρας ἐτρέφοντο θεραπεύοντες τὴν θεόν. Φύσει μὲν οὖν τὸ ζῷον εὐθορύβητόν ἐστι καὶ ψοφοδεές· τότε δὲ, συντόνου περὶ τοὺς ἔνδον οὔσης ἀπορίας, ἀμελουμένων αὐτῶν, λεπτὸς ἦν καὶ λιμώδης ὁ ὕπνος* — *Πομπεύει δὲ μέχρι νῦν ἐπὶ μνήμῃ τῶν τότε συμπτωμάτων ἡ Τύχη, κύων μὲν ἀνεσταυρωμένος, χὴν δὲ μάλα σεμνῶς ἐπὶ στρωμνῆς πολυτελοῦς καὶ φορείου καθήμενος*, Plut. Opp. T. II. p. 325. *Quam ob causam cibaria anserum Censores in primis locant*, Plin. 10, 22. s. 26. Cf. Cic. pro Rosc. Amer. c. 20. et Diodor. l. 14. p. 455.

6. *Gallum, qui jam in summo* colle, in cacumine montis s. rupis, *constiterat, umbone ictum deturbat*, v. ad 4, 19, 4. Manum quoque illi amputasse tradit Diodor. l. 14. p. 456. Duos ab eo proturbatos, alterum umbone, alterum gladio, Plut. in Camillo p. 142. — *armis omissis*, v. ad c. 43. n. 4. — *ruinaque tota prolabsa acies in præceps deferri*, v. ad 4, 33, 5. — *classico* signo, sono tubæ s. buccinæ.

7. *selibras*, (semilibras, dimidias libras) *farris et quartarium vini*, (quartam sextarii partem) v. ad 4, 15, 6. — *se quisque victu suo fraudans*, cf. 2, 10 extr.

8. *ab nocturni periculi memoria*, v. ad 1, 1, 5.

CAP. 48.)—1. *fames utrimque*, 3 MSS *utrumque* probb. Duk. (vel ob singul. *exercitum*) et Bauero. — *Gallos pestilentia*, cf. ad 1, 31, 4. — *inter tumulos*, non sepulcra mortuorum, (nam insepulta jacuisse cadavera Livius mox innuit) sed colles, in quibus Roma urbs sita erat; Drak. — *cineremque ferente* sc. in sublime. — *humorique ac frigori adsueta*, τὸ *que* vel redundat, vel positum pro *quippe*: est enim causa, cur sit genus intolerantissima calorum; Bauer.

2. *angore vexata* ob nimium aëris æstum et vaporem, quibus fere subfocabantur. — *pigritia*, ob pigritiam, *singulos sepeliendi*, quod eos pigebat singulos sepelire. Cf. 1, 31 med. et 6, 4 pr.

3. *bustorum Gallicorum*, cf. 22, 14. et Varr. L. L. 4. 32.

4. *panis de Capitolio jactus* cet. cf. Ovid. Fast. 6, 349-394. — *parat instruitque* omnibus rebus, inpr. armis, copias s. milites, *quibus haud impar* cet. — Mox *superatis tantum* (quod in MS. sec. Voss. legitur) *non* (h. e. propemodum) *humanis omnibus malis* non male emend. Drak. Dura certe est hæc verborum constructio: *quum natura, superatis humanis omnibus malis, tamen famem* cet.

5. *quum stationes procederent*, usque et usque continuarentur, etsi a paucis et fame fessis: ut *æra* vel *stipendia procedere* dicuntur 5, 7, 5. (25, 5. 27, 11.) pro addi, connumerari, continuari cum aliis, quæ fecissent aut facturi essent, stipendiis, conputari iis hæc extraordinaria stipendia et valere ad inplenda justa stipendia, quæ juniores ex instituto deberent, perinde ac si delectu conscripti æstiva integra in castris egissent; Gron. *quum stationes procederent* in locum adsignatum, vel milites stationarii (qui omnia sua arma gestabant, et ita conspicuam reddebant corporum infirmitatem) ad excubias agendas, (*wenn die Wache aufzog*) Drak. et Doer. *quum stationes procederent* quum progrederentur milites fame adfecti procedentes cum armis, vix incedentes, vix arma tenentes: ut in pompis *procedere* et conspiciendi, et vero tarditatis ac lentitudinis adfert notionem, quæ huc egregie convenit; Bauer. (cf. ad Juvenal. 1, 39. et ad Sil. 6, 444.) *quum in stationes p.* conj. Sigon. — *Q. Sul-picium*: Ap. Claudium ap. Fest.

6. *Væ victis esse*: τὸ *esse* delendum, judic... etiam Bauero, et forte ex ultimis literi... τοῦ *victis* primisque τοῦ *sed* ortum. Nam *væ*, ut אִי ,הוֹי ,אוֹי et *οὐαί*, est exclamatio, vel dolentis et conmiserantis, vel ut h. l., comminantis insolentiusque deridentis; et in ejusdem rei narratione simpl... *væ victis* dixere Flor. 1, 13. et Fest. v. ... *victis*. Cf. Plaut. Pseud. 5, 2, 19. et Plut. Camill. p. 143,

CAP. 49.)—1. *infanda merces perficeretur*, universa confici et redigi posset. (tot... penderetur: immo negotium et controversia ejus finiretur; Bauer.) Ceterum ita quoque rem narrant Plin. 33, 1. s. 5. Plut. in Camillo p. 143 sq. et Polyæn. 8, 7, 2. sed aurum a Gallis absportatum esse diserte tradunt Polyb. 1, 6. 2, 22. Suet. Tib. 3. Justin. 27, 2. 38, 4. et ipse Liv. 10, 16. a quibus tamen tantum non omnibus hostes potius Romanorum jactantes induci et pro sua causa loquentes, jam alii observarunt. Cf. Mémoires de l'Acad. des Inscr. T.XV. p. 1 sq. unde intellegitur, hæc et alia parum probabiliter a Livio memorari.

2. *semirutæ solo urbis* pro *semiruto*. v. ad 1, 1, 6. Etsi urbs magis diruta erat quam solum ipsum, tamen et hoc ruerant Galli sepeliendo, muniendo; Bauer. — *omnia, quæ secunda*, conmoda, obportuna, *suis eligi* cet. Mox *providit* inter verba temp. præs. positum: unde *providet* conj. Bauer.

3. *Jam verterat fortuna*, v. ad 2, 3, 2.

4. *haud majore momento fusi*, "non difficilius, non tardius, æque facili inclinatione et celeri, non minus et facile et celeriter. *Momentum* hic est inclinatio, causa eventus, victoriam in alterutram partem inclinantis; ut *victi momento perlevi*, inclinatione, subita conmutatione fortunæ, non magno conatu, 21, 43, 7. et *momento perlevi ludificari, quæ mole ingenti agerent* 24, 34, 2. quæ concinna est antithesis *molis* et *momenti*, nec aptius quidquam hoc vocabulo ad *mechanica* opera;" Bauer. Cf. ad 1, 47, 7.

5. *jocos militares incónditos*, (v. ad 3, 29, 2.) *quos jaciunt* sc. *milites*, quod latet in voc. *militares*. Cf. ad 8, 8, 11. 9, 1, 9. 26, 22, 3. 34, 3, 1. et 34, 56, 5.

CAP. 50.)—1. *retulit* ad senatum, *et SCtum facit*, (forte *fecit*) ut *fana omnia restituerentur, terminarentur expiarenturque* cet. v. ad 1, 55, 3. et 7, 16, 6. — *expiatioque eorum in libris* Sibyllinis *per duumviros quæreretur*, v. ad 3, 10, 6. "*Expiatio* est modus, ratio, formula expi-

[redacted]

;nificat autem purgationem, novam
ationem ex incestatione et fune-
bostili, velut culpa et contami-
et turbato ibi cultu atque inter-
Mox vero *expiandæ vocis nocturnæ*
allagen dictum pro: expiandi
a vocis, (nam non vox erat expi-
:d ejus neglectus) aut *expiare* est
c. Deum, quemcumque illum, a
tam vocem sprevissent;" Bauer.
, 20, 11.

ı *Cæretibus hospitium publice fieret*,
et auctoritate reip. Cf. ad 2, 41, 13.
imi fuere municipes, quibus civi-
. data, sed sine suffragio; unde *in*
. *Cæritum tabulas referri* dicebantur,
miuiæ causa moti tribu privabantur
i jure. v. Gell. 16, 13.

i *Capitolini* in honorem Jovis Capi-
endi a *conlegio* Capitolinorum, qui
ntur Cic. ad Q. Fr. 2, 5.

iandæ vocis nocturnæ, cf. not. 1. et

Locutio nomen templumque da-
ab ignaris, cujus dei vox fuisset:
men antiquis, a factis certis nomen
numini; ut Hagar Gen. 16, 13.
Appellabat *videntem se* et *vivum*, qui
respexisset, recreasset, vitamque
ique servasset; Bauer. Deum
6, 17. adpellat *Aium*, Cic. de Div.
32. et fragm. actorum publ. ap.
. in Præl. Cambd. p. 691. *Aium*
n, Plut Camill. p. 144. *φήμην καὶ*
in Jovis cellam, v. ad 3, 19, 11.
e referri sc. templa.
Jovis sella, s. solio, in quo simula-
vis repositum erat. Cf. Plin. 33,
— *ex quo summa pactæ mercedis*
fieret, v. Oudend. ad Suet. Cæs. 20.
. ad Virg. A. 4. 116. — *Iis peractis*,
Iis, aut leg. *Ita*; Bauer.
urbem paratam, *Vejos*, cf. ad c. 24. n. 4.

51.)—1. Eamdem rem Camillus
suaserat sup. c. 30. sed breviter,
a arte ac gravitate. — *et ob eadem*
si cet. recte omnes MSS. et edd.
te Froben. In hac et cett. ad
operam legitur *nisi*: nam non alio
dire potuit, et utique ita rediit.
ota est: "Vix habeo, quod contra
nisi quod paullo audacior ista
nis significatio est. Sed Camillum
oritate loqui aliquid, haud graviter
terant." Tὸ *si* nervose dictum
tum quidem, vel etiamsi, ut 7,
32. 38, 57. et al. Cf. ad 4, 3, 5.
. 37, 52, 3. et Cort. ad Sallust.
85. §. 48. Operæ nobis invitis
ere *nisi* pro *si*. — *utique*, v. ad 2,

d, cur, (ut *τί* pro *διὰ τί*) enim
ı sc. patriam? ut 31, 39 pr. 34,

3. *cum urbe simul positæ*, conditæ, constitutæ, institutæ, *traditæque per manus religiones*, v. ad 1, 3, 7. *Equidem* profecto, vel simpl. quidem, quod passim fere abundat; non *ego quidem*: nam h. l. tertiæ personæ jungitur. v. Ernesti clav. Cic. et inpr. Schelleri Lex. Lat. Minus satisfacit Drak. ad 5, 54. 8, 20. et 34, 5.

4. *Intuemini horum deinceps annorum*, (v. ad 1, 21, 8.) *vel secundas res* cet. Cf. 6, 41. et Hor. Od. 3, 6, 5 sq. ubi v. Mitscherl.

5. *aqua ex lacu Albano emissa*, v. cap. 15 sq. — *spreta vox cælo emissa* (f. *missa*; Gron. inprob. Drak.) *de adventu Gallorum*, cf. cap. 32. — *gentium jus violatum*, v. cap. 35. 36. *vindicari*, defendi.

6. *ut terrarum orbi documento essemus*, v. ad Præfat. n. 14. — *alia terræ celavimus*, ut ap. Lucan. 1, 607. et Flor. 1, 13. *Terræ* quidam, ut *humi*, pro *in terra*, et *in terram* dici putant, (v. Schelleri Lex.) vel more Græcorum, vel poëtice; (ut *it clamor cælo*) Bauer illud totum dicit pæne poëticum esse pro: celata credidimus terræ adservanda. Forte cum Gron. leg. *terra*; et mox pro *fefellerunt* cum Bauero *fefellerant*.

CAP. 52.)—1. *Hæc culti* feliciter, cum præmio, *neglectique* infeliciter, cum pœna, *numinis monimenta*; vel sic: quo eventu cultum neglectumque sit numen; emphasis vel metonymia antecedentis; Bauer. — — *e naufragiis prioris culpæ emergentes*, eleganti translatione pro: malis priori culpa contractis levati et recreati; Doer. — *non dies magis stati, quam loca sunt*, non minus loca quam dies; Bauer. — *Quam* parum *par* hoc *vestrum factum est* ei, *quod* cet. nisi *par* est pro *idem*, aut cum Gron. leg. *vestro*, vel *factum isti*, *quod* cet. De C. *Fabio* v. sup. cap. 46. — *privatus*, v. ad 1, 40, 5. — *generatim*, *κατὰ γένη*, secundum sua genera; Ern.

2. *in Jovis epulo* — *pulvinar subcipi*, v. sup. ad c. 13. n. 5.

3 *Quid de æternis Vestæ ignibus signoque*, simulacro, *quod imperii pignus custodia ejus templi tenetur*, v. ad 1, 20, 3. — *Quid de ancilibus vestris*, *Mars Gradive*, *tuque Quirine pater*, v. ad 1, 20, 6. et 7. " Romulo quoque Ancilia tribuuntur, aut quia non Numæ, ut Ovidius Fast. 3, 37, sq., sed huic missa cœlitus, putabat aut putare videri volebat Noster, aut quia Palladia essent urbi a Romulo conditæ; Bauer. Quia Romulus bellicosus et Marte genitus; Doujat. Olim forte opinionem obtinuisse apud Romanos, *Quirinales* Salios non a colle Quirinali dictos esse, in quo sacra facerent, sed quod Quirino sacri essent, putabat Drak. qui eo etiam refert locum Stat. Silv. 5, 5, 128 sq. ubi cf. Intpp. et Gron. in diatr. Stat. c. 50.

4. *in profano deseri* relinqui, (perquam aspere, judice Ern.) *sacra*, profanationi

obnoxia esse, nemine ea colente. "*in profano*, velut profana, pro profanis: nam, si intellegas *loco*, quum dixerit, ex objicientium ore, Romæ illa sacra fieri posse, maneret utique sacer locus;" Bauer.— — *quædam vetustiora origine* Urbis, sc. sacra Vestæ et Palladium. *At videte* mox conj. Bauer.

5. *Illi sacra quædam in monte Albano* (cf. 1, 31.) *Lavinioque facienda*, v. ad 1, 14, 1. *Lavinioque* pro *et in Lavinio* et hoc pro *Lavinii*, (v. ad 38, 39, 4.) nisi cum Gron. leg. *Laviniique*.

6. *transferri sacra religiosum fuit*, (v. ad 2, 5, 4.) ideoque illa eo loco, ubi primum instituta sunt, v. c. Lavinii, semper peragi placuit; et nos sacra, scil. nostra, *hinc*, ex nostra urbe, Roma, *transferemus?*

7. *quoties sacra instaurentur*, cf. ad 2, 36, 1. et 5, 19 pr. — *Modo quæ res, post prodigium Albani lacus* cet. Cf. cap. 17. 18. et 19 pr. — *adfectæ*, v. ad c. 10. n. 6.

8. *tamquam veterum religionum memores:* quidam MSS. *immemores*, aptius forte, etsi respuit Drak.

9. *Juno Regina* cet. Cf. cap. 23. et 31 pr. — *Aio Locutio* cet. v. ad c. 50. n. 4.— — *Capitolinos ludos* cet. v. ad c. 50. n. 3.— — *subcipi*, v. ad c. 13. n. 5.

10. *Flamini Diali noctem unam manere extra Urbem nefas est*, cf. ad 24, 8, 3. 39, 45, 2. et Tac. Ann. 3, 58. et 71.

11. *quæ auspicato agimus* v. ad c. 21. n. 1. — *intra pomœrium*, v. ad 1, 44, 8.— — *damus*, tradimus.

12. *Comitia curiata* cet. v. ad cap. 46. n. 8.

CAP. 53.)—1. *Sed res ipsa cogit* cet. objectio adversariorum. — *jactari* palam memorari, prætendi. — *ut*, quamquam, *ego non dicam* cet.

2. *Velitisne, illos Romanos, vos Vejentes esse?* *an* (al. *non*) *malitis* cet. varie explicant viri docti. Gronovius: "Utrum patiemini illos habitare, et inde adsciscere nomen Romanorum, quum vos Vejentes dicemini? an placebit potius, locum hunc, ubi nunc est Roma, desertum vacare et manere vastitatem ac solitudinem vestræ ditionis, (an magis juvat, si etiam Volscos a possessione hujus soli prohibetis, hanc terram vestram quidem esse, sed solitudinem; Stroth.) quam frequentari ab hostibus illorumque urbem et habitationem reddi? Quorum utrumque pariter est *nefas*, absurdum et detestandum." Sigonius: non, nonne, malitis Romæ solitudinem hanc vestram esse, quam urbem hostium Vejos? Bauerus: *an*, i. e. annon, vel potius *non* h. e. nonne malitis, hanc sedem, quamvis nunc vastatam bello, infrequentem, incultam, tamen vel talem, esse vestram, *quam urbem* pulcherrime exstructam in potestate *hostium esse?* Explicationi Gron. favet Plut. Camill. p. 145. — *quia* piget ædificare; in edd. plerisque ab Ald. ad Drak. et Veith. *reædificare*, rectius forsan.

3. *casa illa conditoris nostri*, Rom Capitolio, quæ subinde refecta est centi culmo tecta, ne periret, qu spexit Virg. Æn. 8, 654. Cf. Vitruv. Ovid Fast. 3, 183 sq. — *non*, nonn ad 4, 4, 1.) *in casis* cet. — *publice*, p consilio et universo consensu.

CAP. 54.)—1. *Adeo nihil tenet*, p non retinet nos vel detinet, movet s cit, (cf. ad 2, 63, 3. et 3, 29, 4.) *patriæ*, (cui mox obponuntur *superfici naque*, ædificia in eo exstructa et emin ut *superficies areæ* obponitur ap. Cic. a 4, 1. et 2.) *nec hæc terra, quam matrem a mus*, ut 21, 26, 7. *quos eorum ipsorum suæ tenuerunt*. — *pendet*, est, vel conti

2. *Equidem* (v. ad c. 51. n. 3.) *fatel bis, etsi minus injuriæ vestræ* cet., h. hæc non eo spectant, ut injuriæ v quam ut potius calamitatis meæ me renovetur. Illa quidem hujus causa at leviter Camillus tangit rem, non exprobrari, sed plane ex animo cupit. "Sensus est: etsi exsilii o mei haud libens recordor, non mod calamitas mihi fuit, sed multo minu injuria vestra: multo minus malo i memor, quasi exprobrans eam vobis, calamitatis, citra injuriæ cogitati esse;" Bauer. (Idem mox *patriæ* n Boni civis est, ex animo delere mem injuriæ a civibus adceptæ: mem aliquam calamitatis, in quam ex i illa incidit, retinere, ac simul bonus esse potest; Duk. — *hæc omnia obcu menti*, id. qd. *in mentem veniebant*, ut 7. ubi paulo post *obcurrere animo* dicit 36, 35 pr. Sic et *subcurrere* 6, 12 pr. 37, 5.

3. *nec expositum nimia propinquitat* "Quid *expositum? Mare*, e proximo? tum. *Locum* ergo, e sequenti? Re ac durius, sensu tamen postulante. leg. *mari vicinum*, ut omnia ad *locum* rantur;" Bauer. Recte, opinor — *unice*, optime, egregie, prorsus, *locum* 1, 21, 3. et 5, 37, 6.

4. *Quod quum ita sit, quæ, malum!* irati, ut nostrum: *beim Henker! beim ratio est, experiri alia expertis*, h. e. alia, quæ jam experti estis; (ita τὸ passive dictum sit, et τὸ *alia* cum casu junctum, ut *alius Lysippo* ap. Epist. 2, 1, 240. *aliud libertate* ap. C div. 11, 2. *alius Sejano* ap. Phædr. Prol. et similia ap. Drak. ad h. l. qui etia monuit, *alius* (ab) *illo* dici, ut Gr. (ἀπ᾽) ἐκείνου): nisi cum Clerico conn malis verba *quæ ratio expertis* sc. hæc vobis, qui hæc jam experti estis. *lares alios experiri* (tentare sedes alias, quas tam diu feliciter experti sumus)

Gron. e MSS. idemque et Bauer *expertos*, h. e. vos, jam expertos, quam verum hoc sit.

5. *Capitolium, ubi quondam capite humano invento* cet. v. ad 1, 55, 5.

6. *quum augurato* (v. ad 1, 18, 6.) *liberaretur* a reliquis fanis sacellisque *Capitolium, Juventas Terminusque* cet. v. 1. 55. ibique not. 3 et 4. *liberaretur*, exsolveretur religione templorum ibi conditorum, vacuefieret et patefieret novo et uni templo ibi condendo; Bauer.

CAP. 55.)—1. *alia oratione*, aliis orationis suae partibus et argumentis. — *rem dubiam decrevit*, v. ad 7, 9, 4. et 25, 41, 5. — *ex præsidiis*, IV MSS. *ex præsidio*, ut ap. Val. Max. 1, 5, 1. et Plut. Camill. p. 145. τάγμα φυλακῆς ἡμερινῆς. De *curia Hostilia* v. ad 1, 30, 3. et de *comitio* ad 1, 36, 6.

2. *hic manebimus optime*, subsistemus, ut 31, 38, 2. 43, 21. al. Cf. Plut. et Val. Max. ll. ll. — *adcipere se omen*, v. ad 1, 7, 11. Alia omina ex voce fortuito emissa memorantur 41, 18. et a Plin. 15, 19.

3. *Antiquata lege*, v. ad 4, 58, 10. — *Tegula publice præbita est* cet. cf. Diodor. 14, 117. — *prædibus adceptis* a magistratu, cui hujus rei cura erat mandata, qui sponderent, hos vel illos *eo anno ædificia perfecturos*.

4. *Festinatio curam exemit vicos dirigendi*, ad lineam rectam faciendi, ut *dirigere aciem, naves in frontem, fines* cet. inf. 31, 27. 37, 23. 39, 27. Cf. 6, 4. Tac. Ann. 15, 38. 43. Flor. 1, 13. (qui tamen magis declamatoris, quam historici partes agit) Diodor. 14, 116. et Donati Rom. vet. 1, 25. — *Ea est causa, ut*, cur, (v. ad 40, 26, 2.) *veteres cloacæ primo per publicum* (v. ad 2, 24, 6.) *ductæ* cet. hæc verba non favent iis, qui ex forma cloacarum conligunt, ante urbem a Romulo conditam in solo ejus aliam eamque amplam exstitisse.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM VI.

CAP. 1.)—1. *ab condita urbe ad urbem*, v. ad 1, 3, 8.

2. *parvæ et raræ per eadem tempora literæ*, breviora ac minus obvia quælibet literarum vel ingenii monimenta conscripta literisque tradita, sc. inscriptiones, commentarii publici et scriptæ rerum gestarum narrationes s. historiæ, quæ *memoriæ* ac *fide* opponuntur, dicunturque h. l. per adposit. *una* (unica, sola) *custodia fidelis* cet. Cf. 7, 3, 3. et 25, 1 extr. — *in commentariis pontificum*, v. ad 4, 3, 5. — *pleræque* sc. literæ, nisi cum Duk. leg. *pleraque*.

3. *velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ*, resurgentis, *urbis*; cf. 26, 41, 10. inpr. 29, 3 s. *majorem semper frequentioremque pro tot cæsis exercitibus subolescentem* populum Rom. quem Horat. Od. 4, 4, 57. comparat ilici, ab ipsa amputatione *lætius revirescenti* novaque virium incrementa ab ea capienti. — *quo primo adminiculo erecta erat, eodem innixa stetit* sc. urbs: metaphora petita a vite, adjuncta s. adligata palis ulmeis vel plataninis et populeis, qui propr. *adminicula vitis* dicuntur, ad quæ illa *se erigit*, (cf. Cic. Sen. 15. et N. D. 2, 47.) vel ab adminiculis, quæ arboribus, (v. Sen. de Clem. 2, 7.) ædibusve ruinam minantibus adplicantur, quibusque *innixæ stant*. Cf. 10, 22 pr. et ad Tac. Ann. 14, 54, 1. — *M. Furio* Camillo *principe*, v. ad 5, 30, 5. — *neque eum abdicare se dictatura passi sunt* sc. Romani, (ut *dicunt, ferunt* cet.) vel *urbs*, h. e. incolæ ejus, cives (v. ad 3, 47, 1.) *nisi anno circumacto*, h. e. peracto, exeunte, finito, ut 26, 40 pr. et 27, 30. etsi plerumque id dicitur de integro anno, qui in se, circuli instar, redit. Hac Livii aliorumve annalium locutione, male intellecta, inducti auctor fastorum capitolin. multique alii putarunt, totum annum seq. nullos militum tribunos consulesve habuisse, sed Camillum ex SC. per eum continuasse dictaturam reip. constituendæ seditionisque conprimendæ causa. Cui sententiæ seqq. et cap. 2. adversantur, neque favent verba Plut. in Camillo p. 144. ad quæ Pigh. in Ann. ad a. 364 provocat: φοβηθεῖσα τὸν θόρυβον ἡ βουλὴ τὸν μὲν Κάμιλλον οὐκ εἴασε βουλόμενον ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἐντὸς ἐνιαυτοῦ, καίπερ ἓξ μῆνας οὐδαμῶς ὑπερβάλλοντος ἑτέρου δικτάτωρος. (Ex quo loco probabile fit, h. l. pro *passi sunt* legendum esse *passus senatus*.) Camillo, qui rei gerendæ causa

dictator erat dictus, ea gesta per leges non licebat magistratum retinere; sed ex SC. non deposuit ante exitum anni, quo creatus erat. Similiter errant fasti Capitol. et Pigh. ad a. 429. et 444. qui dictaturam L. Papirii Cursoris in eos annos prorogatam, neque alios in illis magistratus curules fuisse dicunt: quod nec Livius, nec, quod sciam, alius quisquam tradidit. Cf. tamen ad 4, 43, 6. Periz. anim. hist. c. 10. Dodwell. de cyclis 10, 83.

4. *simul* (simulac) *primum magistratu abiit*, ut 35, 44. et *simul ac primum* ap. Cic. Verr. Act. 2, 1, 13. et Phil. 4, 1. quibus locis τὸ *primum* majorem designat celeritatem, vel plane delendum est et librariis debetur, qui passim, ubi *simul* pro *simul ac* positum est, similia addidere, v. c. *ubi* 4, 18. *ut* 5, 25, *ac*, *si*, *postquam* cet. Cf. ad 3, 62, 4. — De Q. *Fabio* v. 5, 35. 36. Duo ejus fratres eamdem in se admiserant culpam, quod tamen Gallis non tam manifestum fuerat: et ille cæde ducis hostium eos maxime exacerbaverat. Præterea Marcius pœna unius e Fabiis contentus fuisse videtur.

5. *judicio eum mors adeo obportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit*, cf. Plin. Ep. 2, 11. et Tac. Ann. 4, 21, 5. — *Interregnum iniit tum* (ut in omnibus legitur MSS. et antt. edd.) *P. Cornelius Scipio interrex*, quæ vox forte delenda. (Cf. tamen ad 1, 3, 8.) Recentiores editores substituere *Interregnum initum. P. Cornelius Scipio interrex*, (ut 8, 3. et 10, 11. sed jam paulo ante dixerat Livius: *res ad interregnum rediit*) *et post eum M. Furius Camillus iterum. Is tribunos* cet. Sed numquam memoratur, quoties aliquis extraordinarium gesserit magistratum, et Camillus jam bis fuerat interrex, at semel tantum interrex tribunos militum creaverat, v. 5, 17. et 31. Hinc cum Stroth. interpunctionem mutavi, ut *iterum* referatur ad *creat.*

6. *ex interregno*, statim post interregnum exactum, adeoque postquam creati erant, non solenni die. Cf. c. 5 extr. et ad 4, 31, 1. — Mox e MSS. tantum non omnibus forte reponendum *erant autem æreæ* s. *æneæ duodecim tabulæ*, unde simul intellegitur, cur non interierint incensa urbe. — *quæ comparerent*, superessent; propr. adessent, conspici possent. Cf. ad 25, 40, 3. 26, 30, 4. 27, 24, 2. 29, 21, 2. 32, 10, 1. inpr. 38, 11, 5.

7. *alia ex eis edita*, h. e. reliqua, (v. ad 4, 10, 2.) vel quædam: *quæ autem ad sacra pertinebant, a pontificibus subpressa* ac celata, ut eorum per partes et obportuno tempore edocendorum jure sibi reservato auctoritatem suam firmarent, et *ut religione obstrictos h. m. a*, cf. 9, 46. et Cic. p. Mur. 11. — Mox *dies religiosi* sunt, quibus judicia vel aliud, præter sacra, agere, religiosum est, (v. ad 2, 5, 4.) qui vulgo *nefasti* et *infausti* dicuntur. v. Gell. 4, 9. Hinc inf. 37, 33. *dies, quibus a ventur, religiosi ad iter* faciendum 1, 19, 7.

8. *insignemque rei nulli agendæ*, agenda. Cf. tamen ad 3, 35, 1 *litasset* v. ad 5, 38, 1.) *Sulpicius*, 47, 48.) *neque*, et non *inventa pac* ad 3, 5, 12. et 5, 38, 1.

9. *post tertium diem*, id. qd terti *ante diem* pro *die* vel *die ante* supra 27, 23. 36, 4. 40, 59. 41, 16. *ex quintum* pro *ex die ante diem quint in ante diem III. Idus* pro *in diem III. Idus* 41, 16. *in ante IV.* 45, 3. *diem V.* 25, 12 pr. *post diem tertium* die tertio post eum diem 27, 3 Noris. Cenot. Pis. 2, 17. Cort. Cat. 30, 1. Ferrar. ad Cic. P Bosius ad Cic. ad Att. 1, 1. Intpp ad l. 132. D. de verb. sign., et S a Burm. edit. T. 2. ep. 313. Dra 41, 16, 5.

10. *ut postridie Calendas quoque* ut postridie Idus, *eadem religio ess* s. infaustus dies haberetur, *trad* atque institutum. Cf. Gell. 5, crob. Sat. 1, 16. et Plut. in Qu. R T. II. p. 269.

CAP. 2.)—1. *erigendæ reip.* ger videntur, non dativi. Cf. ad 3, 3

2. *ad fanum Voltumnæ*, v. ad — De *pugna ad lacum Regillum* v. 21. Ea ante CXII annos fuerat *annos prope centum* Hernicis pax 41 pr.

3. *in amicitiam populi Rom. fuer* 2, 14, 2. — *justitioque indicto*, 3, 1.

4. *in verba sua juratos* (v. ad *centuriaret*, in centurias descri pedites mererent: nam equite *bantur*. Cf. 10, 21. 22, 38. 25, 15 pr. ubi *ordinare et centuriare* pro: et centurias describere.

5. *ad Mæcium* sc. castrum, *Mæcia tribus* (v. 8, 17 extr. et 29, teste Festo. Al. *Mecium*, *Metium cium*, ut περὶ τὸ Μάρκιον ὄρος bis a Camillo, et Diodor. XIV. p. 456. Μαίκιον, *ad Marciam* probant Cluv lar. — *ab contemtu*, v. ad 1, 1, 5.

6. *fumo crepituque viridis mater* ut 26, 9. et 28, 45. Propr. est quod non comburi solet, sed æ vibus cet. faciendis adhiberi. v Ann. 1, 35, 4.

7. *minor moles superantibus vall* 1, 38, 4. *minime largitore duce*, qu set minime liberalis. Al. *a m* Mox *militi*, quod modo præcess dum videri possit. At v. ad 1, 3,

8. *Volscos septuagesimo demum an* ut ap. Oros. 3, 3. et Eutrop.

cum Sigonio forte leg. *septimo ac centesimo.* C. 2, 22. — *ad Bolas*, v. ad 4, 49, 3. Cf. diversa narratio Diodori 14, 117. quæ verior videtur. Cf. Drak. ad h. l. et Periz. Anim. hist. c. 4.

CAP. 3.)—1. *Etruria prope omnis armata Sutrium, socios* (v. ad 3, 47, 1.) *populi Rom., obsidebat*, h. e. Etrusci Sutrinos. Cf. ad 3, 47, 1. *Sutrium* colonia Rom. et claustra Etruriæ, hod. *Sutri* ad Pozzolo fl. Cf. 9, 32 pr. 27, 9. Sed jam hoc anno coloniam eam fuisse factam, tradit Diodor. 14, 117. post septem vero annos, quam Galli Urbem cepere, Vellej. 1, 14. nisi *Satricum* ubi leg. ex Liv. 6, 16. *Sutrium* tamen *socios populi Rom.* adhuc adpellat Liv. 9, 32, 35. et *coloniam* 27, 9. 29, 15.

2. *rebus adfectis*, v. ad 5, 10, 6. — *decretum tulere*, v. ad 1, 50, 7.

3. *quum pati fortuna obsessorum non potuisset*, et propterea *penates relinquerent*: in plerisque MSS. est *posset*; sed quoties aliquid factum significatur, quod tempore prius fuit, quam aliud, quod inde sequeretur, semper de illo plusquamperf. adhibendum est: unde et inf. c. 35. *Patres quum trepidassent*, dubii s. incerti fuissent, et fluctuassent, tandem *collegas — comparaverunt*; Stroth. Plusquamp. pro inperf. positum putabat Drak. per enallagen temporum, ut *ab insciis, quem interfecissent, occideretur* 7, 6. (ubi tamen in nonnullis MSS. legitur *interficerent*) et inf. c. 33. n. 6. Cf. ad 34, 11, 1.

4. *soluta omnia*, v. ad 3, 8, 4.

5. *Quum pro se quisque tenderent ad portas — clausas portas inveniunt*, v. ad 1, 3, 8. 1, 59, 3. et 4, 19, 1. — *quos tumultus occupaverat*, deprehenderat.

6. *quibus animi obstinati ad decertandum fuerant*, cf. ad 5, 41, 1. *Decertare* h. l. non simpl. *certare*, sed ad victoriam et mortem usque certare, ut *depugnare* de gladiatoribus ap. Suet. Cæs. 39.

7. *Magna multitudo* captivorum *in custodias divisa*, ut 23, 34. 24, 19. 43, 19. ap. Suet. Cæs. 14. Cic. Catil. 4, 4. al. Captivi autem militibus custodiendi dabantur, et posteriore tempore per municipia custodiendi dividebantur. Cf. Drak. ad h. l. et Corte ad Sallust. Cat. c. 51. §. 43.

CAP. 4.)—1. *pretio pro auro matronis persoluto*, cf. 5, 25. — *cum titulo*, inscriptione. — *ante Capitolium incensum* civili bello. v. Tac. Hist. 3, 72. — De *Jovis cella* v. ad 3, 19, 11.

2. *ædificandi Romæ pigritia*, cf. ad 5, 48, 2. Verba *e Vejis* del; Gron. Sed tum τὸ *ibi* referendum ad *Romæ*, quod sensui adversatur, et sic vel leg. *sibi*, vel *Vejos, occupatis ibi* v. l., *se contulerant*; Drak.

3. *dies deinde præstituta* (cf. 45, 11. et ad 2, 35, 1.) sc. ei s. cuivis, *qui non remigrant* cet. — *singulos, metu suo quemque*, pro metu cujusque, quum quisque sibi metueret.

4. *Ædilibus velut publicum exigentibus opus*, curantibus, ut ædificia, tamquam publica essent, et ocius et recte exstruerentur. *Exigere*, examinare, exquirere, dicuntur curatores alicujus rei, quum aut jubent fieri aliquid, aut factum a redemtoribus iisve, qui debebant, perspiciunt probandi causa aut reprehendendi; in primis Censores, qui *sarta tecta*, h. e. opera publica, præcipue templa, tum *tueri* dicuntur, (ut 24, 18.) h. e. supremam eorum curam habere, eaque ab omni detrimento sincera et integra conservare ac reparare, tum *locare* redemtoribus, ut aut nova ædificentur, aut *sarciantur*, si quid in iis aut vitii sit, aut melius novumve exstruendum, (v. ad 5, 23, 6.) tum *exigere*, (v. 29, 37. 42, 3.) h. e. inspicere, si opus e lege censoria vel locationis a redemtoribus factum sit: quod Græci *ῥάπτειν οἰκοδομὴν* et *ὑποῤῥάπτειν* dicunt; Ernesti in clave Cic. Tum ea vel *probant* vel inprobant. v. ad 4, 22, 5. Hinc et *exactor operis*, explorator, inquisitor, 45, 37, 4. — *admonebat enim* eos, ut festinarent, *desiderium usus*, quod primo quoque tempore ædibus uti posse cupiebant. — *ab odio*, v. ad 1, 1, 5.

5. *subegit eos*, Contenebranos; propr. *eam*, sc. Contenebram. v. ad 3, 47, 1. — *Quum in urbem subcederet prœlio*, (v. ad 1, 17, 4.) et *oppidanos* cet. quæ copula passim omittitur. — *Publicari*, v. ad 3, 31, 2.

6. *nisi per invidiam*, odio militum concitato.

7. *Capitolium quoque saxo quadrato substructum est*: nam *substructio* est quodvis muri genus, quod ad fulciendum ædificium, vel aggerem, ab exteriore parte exstruitur; Stroth. Cf. 38, 28. 41, 27, 7. et Schelleri Lex. Tarquinius Priscus jam magnis substructionibus (ἀναλήμματα ὑψηλὰ adpellat Dionys. 3, 69) æquaverat et exornaverat aream Capitolii; Doer. — *opus vel in hac* (v. ad 1, 5, 1.) *magnificentia urbis conspiciendum*, conspicuum, spectabile. Cf. ad 2, 5, 8.

CAP. 5.)—1. *conciones suas*, plebis, *frequentare*, frequentes convocare, magnam plebis multitudinem cogere. — *Ostentabatur in spem* in spem proponebatur, (ut 30, 33, 6. et 7.) *Pomptinus ager*, vel ejus dividendi *spes* sæpius plebi *ostentabatur*, (ut 4, 36. 9, 4.) s. ostendebatur, h. e. significabatur, dabatur. Cf. ad 4, 30, 1. — *adcisas res*, v. ad 3, 10, 9.

2. *infestiorem agrum ab nobilitate* cet. v. ad 1, 7, 7. — *in possessionem agri grassari*, v. ad 3, 44, 10. — Pro *præcipiant* all. *præripiant*, majore cum vi. — Mox *eodem*, et *eoque*, v. ad 1, 11, 6.

3. *ad quem agrum instruendum* sc. rebus

necessariis, *instrumentis* rusticis, de quibus v. Plin. Ep. 8, 17. Nobis dicitur *einrichten* et *Einrichtung* vel *Inventarium*. Similiter *ædes instructas* (meublirte) *locare* 42, 19, 4. *domus, diu ad varias omnium voluptatum inlecebras instructa* 23, 8, 6. et passim *classis instructa*, ut al. *ornata* et *armata*. v. ad 9, 40, 12.

4. *tum etiam superstitiosis principibus*, quum et hi superstitiosi tum essent, qui vulgo minus, quam plebs, religiosi erant, *ab recenti clade*, v. ad 1, 1, 5.

5. *ut renovarentur auspicia*, aliis creatis tribunis, *res ad interregnum rediit*, v. ad 5, 17, 4. — *deinceps*, v. ad 1, 21, 8.

6. *ex interregno*, v. ad c. 1. n. 6. — *ædes Martis dedicata est a Quinctio duumviro sacris fac.* v. ad 1, 55, 3. et 23, 30, 8.

7. *Tribus quatuor additæ* cet. v. ad 1, 43, 22. — *Arniensis*, al. *Narniensis*. Eadem varietas est 29, 37, 7. Cf. de harum tribuum nominibus Drak. ad h. l. et de *Arniensi* tribu etiam Manut. de civ. Rom. p. 26. ed. Græv. in Thes. Ant. Rom., Panvin. de civ. Rom. c. 50. p. 279. Pigh. in Ann. ad a. 549. p. 217. et Intpp. Cic. Agrar. 2, 29.

CAP. 6.)—1. *juventutem submisisse*, subsidio misisse, et h. l. clam, ut nos dicimus: *unter der Hand schicken*, Stroth. — *eo*, ideo, *abnuentes*, *quod dicerent*, *voluntarios tantummodo militare*, *non prohibitos*, *ubi vellent* militare.

2. *qui se dictatorem jam quartum creasset*: proprie tribunum mil., at non consulari tantum potestate, sed nunc pæne dictatoria, regimine omnium rerum adcepto. Rei augendæ caussa et gratus ita loquitur. Dictator vero jam tertium fuerat, et quartum tribunus mil. Cf. not. 6. et ad c. 7. n. 3. *Tò creasset* Duk. et Drak. exponunt: creaturus fuisset, sc. nisi summo in magistratu esset, vel si privatus esset.

3. *nova hæc cura*, *Latini*, novi hostes, qui nunc quoque nos cura adficiunt. — *Pro certo habeo*, *ita rem futurum* sc. te.

4. *sex tribunatibus*; nam sextum creatus erat tribunus mil. — *ex caussariis*, v. ad 4, 26, 7. — Mox junge: *quæque alia poscent belli tempora*, *provideat*, h. e. paret; ut passim *providere* pro consulere in futurum et hinc parare. Cf. 23, 48, 2. 39, 25, 4. ad Tac. Ann. 2, 14, 6. et 4, 25, 3.

5. *benigne pollicentibus operam*, v. ad 3, 26, 1.

6. *M. Furium sibi pro dictatore* cet. Cf. not. 2.

7. *laudem conferentes potius in medium*, in alios, laude dignos, cum conlegis communicantes, *quam ex communi* laude, cujus et alii participes sint, et quam aliis etiam jure *sibi* vindicare liceat, *ad se trahentes*, omnem, etiam alienam, laudem sibi vindicantes. Sic fere *conferre in medium* 3, 34, 2. publicare, palam facere quid et cum omnibus communicare, omnes ejus participes reddere; *nihil relictum esse virium in medio* 2, 57, 2. h. e. aliis, reliquis civibus; *regni crimen in medio* erit 6, 19 extr. manifestum omnibus et conspicuum; *præda est in medio administrantibus* 45, 18. iis permissa et communis; *si in medio ponitur regnum* 40, 11. si vel nunc non nominatim in me aut fratrem confertur, sed omnino capere illud potest, qui e nobis vult, tamquam rem, cujus dominus ignoretur, *non adnoscere*, non me dominum ejus esse profiteor, non eam rem, tamquam meam, vindico, (v. ad 3, 10, 1.) *de medio adjicere Cornelium* 26, 48 e reliquis, qui aderant; (nisi leg. *de* vel *mediis*, h. e. ex iis, qui medii vel neutrius essent partis; v. ad 1, 32, 5.) *in medium* vel *in commune consulere*, *consultare*, *congredi* 24, 22. 26, 12. 32, 21, 1. Tac. Hist. 2, 37. 54. expendere et curare, quæ ad salutem omnium vel reip pertinent, ut contra *secernere sua a publicis consilia* 4, 57 pr. et *privato consilio aliquid facere* 26, 12. Bauer monet, *in medium consuli* 24, 22. esse vel ab omnibus pariter, æquo jure, æquo studio, vel de omnium pariter communi salute, nemine excluso, qui aut non consuleretur, aut de cujus salute non ageretur, pro et de commodo et rei publicæ et omnium civium. Cf. ad 40, 11, 4.

CAP. 7.)—1. *ex integerrimis diutina pace populis*, quibus vires erant integerrimæ. — *commovit*, perculit pavore.

2. *Quod ubi aciem* cet. v. ad cap. 8. n. 2. — *obversus in aciem* suorum, conversa in eam facie. Cf. c. 24. et 9, 35.

3. *quod non dictator vobis, sed tribunus, signum dedi*, cf. ad c. 6. n. 2. — *præter me ipsum*, qualis sim dux.

4. *Simul concurreritis*, simul ac pugnaveritis.

CAP. 8.)—1. *Dato deinde signo* sc. pugnæ: quod vel vocale erat, classicum, tuba, cornibus, buccina, lituo datum, vel mutum, tunica russa s. puniceа aut vexillo in fastigio prætorii in hasta extento: unde *signum pugnæ proponere* 9, 23. 22, 45. et *vexillum proponere* ap. Cæs. B. G. 2, 20. v. Lips. Mil. Rom. 4, 10. et 12.

2. *Quod ubi videre ipsum Camillum vadentem in hostes*: ut passim *quod* initio periodi vel παρέλκει, vel potius transitioni servit et ad antecedens aliquid relatum ponitur pro *in quo*, *qua in re*, *ad id quod adtinet*, ut δ pro καθ' δ, δι δ. Sic etiam in illis *quod si*, *quod nisi*, *quod utinam*, *quod quum*, *quod ne*, *quod ut*. Cf. cap. 7. n. 2. et 27, 7, 3. 28, 3, 4. 32, 37, 4. 37, 29, 2. 42, 7, 3. Gron. ad 38, 9. Drak. ad 32, 37. 41, 10. Ernesti clav. Cic. et Intpp. Virg. Æn. 2, 141. Similiter *id* πλεονάζει 36, 26, 2. et 38, 9, 5. ubi v. Gron. qui tamen simul monet, forsan delendum esse τὸ *id*, aut leg. *et*. (Cf.

1.) Sed Drak. ibi ad *id* ex seqq. *ut se permitterent Romanis.* — *pro lamantes*, v. ad 1, 59, 3. Mox *sed, um animis nihil terribilius erat, ipli* — *species* conj. Doer.

urba, multitudine confusa, *hostium* ipsa *fuga impediebatur* effusa. Cf. et 9, 23 extr. Verba forte sic a vel ab ipso Livio ordinata sunt: *s impediebatur turba hostium, et longa cienda* (cf. ad 2, 40, 8.) *mul-*

r certam magis victoriam, quam præmit, ut inf. c. 32 med. et 7, 33 erbum *diremit* proprie modo ad ion ad *victoriam* pertinet, (v. ad 1, si explicare malis: *diremit præ*d potius jam *victoria certa*, quam licendum erat; Stroth. Cf. ad

lentæ spei victoriam, obsidionis feentum; Ern. Similiter *victoria* 11. et *belli* 34, 33 extr.

).)—1. *Diis cordi fuisse*, gratum acuisse, ut c. 20 extr. 8, 7. 9, 1. 8. 23, 31. 30, 17. — *ab Nepete*, ut *sub ipsa* (urbe) ap. Virg. Æn. 8, pidum dicitur *Nepet*, *Nepete*, *Ne-*, *Νέπετα*, *Νέπιτα*, *Νέπετος*, *Νέπα*, , vel *Nepessini*.

ones urbanæ, quibus Quinctius prædecernuntur, cf. sup. c. 6. Sed t senes erant; unde suspicantur i, vel Livium memoria lapsum, 2. *Servilius* legendum, vel sup. c. a Q. Servilii et L. Quinctii a liermutata esse, vel denique cauerea convaluisse et seniores non prsus decrepitos; mox vero non o, sed *Quinctium Horatiumque missos* dici, quod ille senex, et hi juniint. — *in Volscis missi*, qui erant s, vel ad res in Volscis gerendas; *in Volscos*; Gron.

tenta spe, non tam sperans.

0.)—1. *non in eo solum*; forte del.

atinis Hernicisque res repetitæ; v. ad Cf. sup. c. 2 pr. et 7 pr.

relata Patribus magis tempus, (temortunitatem) *quam causam belli non m* continere *visa* sunt, putabant, bportunum esse tempus, quam et justam belli causam. Verba propr. tantum voci *causam*, non onveniunt. Cf. ad 1, 33, 7.

11.)—1. *qui nimius animi*, v. ad 3,

itolium atque arx, v. ad 1, 55, 6. *mis*, v. ad 3, 8, 4.

ie pars virilis, sua, quæ cuique deuantum quisque ex ea meritus sit; Bauer. v. ad Præf. n. 3. et cf. Cic. pro M. Marcello c. 2. — *ad hoc inpotens*, v. ad 2, 23, 3. et 3, 36, 2. — *primum omnium*: immo *primus*, quod pæne omnes probant: nam h. l. ad ipsum hominem, propter voc. *omnium*, refertur, non, ut 8, 15 extr. ad rem ipsam et ad *factus*; Bauer.

4. *jam aura populari*, (v. ad 3, 33, 2.) et temerario plebis inpetu, *non consilio ferri*, non ratione ducebatur vel ad agendum inpellebatur, eam sequebatur.

5. *fidem moliri cœpit*, (v. ad 2, 30, 1.) non dandis agris, ut Sp. Cassius, nec frumento, ut Sp. Mælius, sed pecunia, qua nexos ob æs alienum redemit, et prohibuit, ne debitores pecunias creditas solverent. cf. c. 14. In omnibus MSS. et edd. antt. legitur inepte *idem moliri*: unde *fidem moliri* emend. Sigon. et Gron. Suspicari possis *amoliri* vel *abolere*: sed *moliri* propr. est movere vel agere et facere, inpr. rem magnæ *molis* s. arduam et magnam; deinde amoliri, amovere, v. c. *moliri obices, montes sede sua, onera, portam, terram*, 6, 33. 9, 3. 24, 46. 25, 36, 6. (ubi paulo post *amoliri* synon. dicitur) 27, 28. 28, 44, 4. (*molientem hinc*, castra moventem, parantem discessum et fugam) 28, 7. 37, 11. (*moliuntur a terra* naves) 40, 29. Cf. ad 2, 30, 1. 23, 18, 1. 33, 5, 4. 36, 24, 1.

6. *nervo ac vinculis*, v. ad 2, 23, 1. — *ædificando, re damnosissima* cet.

7. *in speciem causæ jactatum, ut major potestas quæreretur*, consilio dictatoris dicendi prætendebatur. Cf. ad 2, 12, 7. et 2, 32, 2.

CAP. 12.)—1. *quo a Volscis exercitum indictum audierat*, v. ad 4, 25, 4. — *præter satietatem*, fastidium legendi, in (quod forte excidit) *tot jam libris* — *legentibus illud quoque subcursurum*, v. ad 5, 54, 2. — *subjecerint* se, præsto s. in promtu fuerint, superfuerint.

2. *cujus tandem ego rei* — *auctor sim*, quomodo eam pro certo scire, tradere et adfirmare possim? Cf. ad 2, 58, 1. et 3, 47, 8. — *alia atque alia subole*, v. ad 24, 20, 5.

3. *in eis locis*, olim forte frequentissimis, *quæ nunc, vix seminario exiguo militum relicto, servitia Rom. ab solitudine vindicant*, (ut ap. Cic. Or. 1, 45. et 60.) quæ nunc admodum paucis incoluntur liberis hominibus, e quibus milites conscribi queant, et prope deserta forent, nisi a servis Rom. colerentur. "Eo tempore, quo hoc scribebat Livius, et dudum ante illius ætatem major erat per totam Italiam numerus servorum in agris, quam liberorum capitum, quum quod possessores agrorum ad eos colendos servorum maxime opera utebantur, tum quod largitiones frumentariæ plerosque liberos homines ex agris in Urbem adliciebant;" Duk. Cf. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 6. Lips. Elect. 2, 15. Plut. Gracch. p. 827. Casaub. ad Suet. Cæs. 42. et Aug.

[redacted]

42. — *adcisæ res*, v. ad 3, 10, 9. — *ad hoc* (f. *hos*) v. ad 5, 16, 1.

4. *coloni a Velitris*, v. ad 1, 50, 2. — *auspicato*, v. ad 5, 21, 1.

5. *pacem Deum* (v. ad 3, 5, 12.) *adorasset*, orasset, sibi exorasset, ut ap. Virg. Æn. 10, 677. Cf. Passer. et Broukh. ad Prop. 1, 4, 27. et Burm. ad Ovid. Her. 10, 141.

6. *stabili gradu*, v. ad 2, 10, 7. — *secundis avibus*, faustis omnibus et auguriis, αἰσίαν κατ' ὀρνίχων ap. Pind. Nem. 9, 43.

7. *Tu, T. Quincti, equitem — teneas*, contineas, retineas: *ubi hærere*, stare, et sibi adhærere quasi, se urgere, et confertim manibusve consertis pugnare, *jam aciem* (f. *acies*) *conlato pede* s. gradu *videris*, ut *pes cum pede conlatus* 28, 2. (ubi v. not. 4.) *cum aliquo conferre gradum* 7, 33, 5. *conferre manus* cet. de iis, qui cominus pugnant. Ita συστάδην μάχεσθαι, et contra σποράδην μ. ap. Polyb. 3, 72, 10. 3, 73, 8. 11, 32, 7. 13, 3, 7. de stataria pugna, quæ cominus fit et conlato pede seu acie conferta. Sic et *conserta navis* ad pugnam 21, 50 pr. *conserere manus* vel *pugnam*, et simpl. *conserere* 44, 4. Cf. cap. 13. n. 1. 26, 39, 9. ad Sil. 4, 352. Virg. Æn. 10, 361. et Klotz ad Tyrt. p. 101. — *terrorem equestrem*, v. ad 10, 5, 4.

CAP. 13.)—1. *nulli rei — freta*, v. ad 4, 37, 6. — *conlatum pedem*, v. ad c. 12. n. 7. — *vultum hostis, ardore animi micantem, ferre non potuit*, v. ad 7, 33, 7.

2. *Inpulsa* (v. ad 1, 14, 8) *prima frons*, acies. — *fluctuanti similis acies*, v. ad 3, 60, 7.

3. *justa cæde conficere* (v. ad 2, 40, 8.) *hostem*, merita, ea, qua confici debet, Doer. vera cæde, quæ obponitur minis ac *terrori*, hosti ab equitibus injecto; vel satis magna, subficienti, (ut *justa acies, exercitus* cet. 22, 28. 23, 28 pr.) equites enim singulos trucidando non, quantum satis erat, conficere poterant; Stroth. Cf. ad 1, 4, 5. 4, 27, 5. et inf. ad c. 31. n. 2.

4. *ut credi posset mercede militasse* cet. Cf. c. 10 extr. — *coloni a Velitris*, v. ad 1, 50, 2.

CAP. 14.)—1. *major domi exorta moles*, v. ad 1, 38, 4.

2. *non enim jam orationes modo M. Manlii, sed facta* etiam, *popularia in speciem*, (ut 24, 1, 5. et 36, 6 pr. ubi *re vera* obponitur: cf. ad 2, 32, 2. et 22, 3, 4.) *tumultuosa eadem*, quæ ad populi quidem utilitatem gratiamque captandam spectare videbantur, sed re vera ad tumultum concitandum spectabant aut certe valebant, *qua mente*, quo consilio, *fierent, intuenda erant*, consideranda et perpendenda, vel pro *intuendum erat*: nisi cum Gron. leg. *qua mente fierent intuenti*, consideranti, quo consilio fierent.

3. *Judicatum pecuniæ* (v. ad 1, 26, 4.) *quum duci vidisset*, ut mox: *in servitutem ac vincula duci*. Cf. ad 2, 23, 1.

4. *Capitolium arcemque*, v. ad 1, 55, 6. — *Gallis victoribus captum*, v. ad 5, 12, 5. — *in vincula duci videam*, v. ad c. 18. n. 4.

5. *Inde rem*, pecuniam debitam *credito*ri ... *pulam*, coram, *populo* (ut contra *clam aliquo*) ... *solvit, libraque et ære liberatum emittit* sc. debi... torem e servitute et manibus creditoris, i... n libertatem vindicavit, vel dimisit. Addic... torum ob debitam pecuniam (v. ad 3, 44, 5.) eadem ratio erat, ac servorum pecuni... a emtorum, qui ab aliquo redemti, aut preti... o ab ipsis soluto, manumittebantur per ... et libram, quam tenens dominus, præsentibus quinque testibus, significabat, justum ... sibi pro servo pretium esse solutum, adeoque hunc liberum esse; Stroth. Cf. tamen ... Duk ad h. l. et Quintil. I. O. 7, 3. et declam. 311.

6. *in tumultuosam turbam*, v. ad 1, 37, 4. 2, 24, 1. et 39, 49, 4. — *Se militantem*, adeoque curam rei familiaris abjicere coactum, *se restituentem eversos penates*, reficientem ædes ab hostibus dirutas, *multiplici jam sorte exsoluta*, usuris jam tot totiesque solutis, ut triplicatam sortem quadruplicatamve æquarent, *mergentibus semper sortem usuris*, adcrescentibus in immensum, et sortem superantibus, (inpedientibus eam solvi, quasi deprimentibus, ne emergere reddive posset; Bauer) *obrutum fenere esse*. Cf. ad 7, 16, 1. *Sors* pecunia credita vel feneri data mutuata usuris, (ut c. 36. 7, 19.) al. *creditum*, ut 6, 27. 8, 28. *Mergi* et *obrui* synonyma verba, et metaphora a navigio et fluctibus desumta. Sic *mergi secundis rebus* 9, 18 pr. *mergere se in voluptates*, se iis ingurgitare 23, 18, 6. *præcipitari* (in exitium) *et mergi potentia* vel *onere jacturæ* ap. Juvenal. 10, 57. 13, 8. *obruunt eum imperia* 9, 34 pr. *patriam obruit olim* (multis malis, adflixit, oppressit, in perniciem traxit) *gloria paucorum* ap. Juvenal. 10, 142. *obrui malis*, κατακλυσθῆναι κακῶν cet. Contra *emergere* dicitur. Cf. ad 2, 29, 7. — *M. Manlii opera*, ope: nisi *opera* est plur. num. ab *opere*, valido sane sensu; Bauer. Sic et Ern inprob. Schæf.

7. *quodcumque sibi cum patria et penatibus publicis ac privatis* (v. ad 3, 17, 4.) *sit juris*, officiorum. Se, quidquid alias his debuerit, jam uni Manlio debere, a quo omnia adceperit, quæ illorum beneficio sibi tribui possent; Stroth.

8. *plebes quum jam unius hominis esset*, cf. ad 3, 36, 4. — *addita alia commotioris ad omnia turbanda consilii res*, aliud consilium Manlii *commotioris*, vehementioris, incitatioris ad omnia turbanda; Doer. vehementioris, efficacioris: etiam animosioris, quam ipsum auctorem; Bauer. aliud consilium vehementius atque adeo efficacius ad turbas movendas: nam verborum passivorum participia, quæ sunt eadem adjectiva, præsertim ubi per gradus incrementa cepere, sensu activo sæpissime dicuntur, et sunt instar deponentium vel adjectivorum no-

ı *bilis* exeuntium; Ern. cf. Cort.
'at. 10, 5. et Bauer ad Sanct. Min.
12. Periz. T. I. p. 159. *conmodioris*,
ıno MS. et quibusdam edd. legi-
dconmodatioris recte, opinor, conj.

lum in Vejenti agro, (v. ad 8, 12,
patrimonii, præcipuam patrimonii
nam *caput* est summum cujusque
ıod in genere suo præstantissi-
unde *Roma caput belli* 26, 7, 2. et
ı *arcem hujus belli esse, ubi Hannibal*
) *subjecit præconi*, ut al. *hastæ*, *sub*
ļuam loquendi rationem Ernesti
Cic. inde ductam monet, quod
ıum venderentur servi, in lapide,
ῆρι, steterit, ut ab omnibus con-
erit) et *voci præconis*, h. e. per præ-
lvis emturienti vendidit: *Ne quem*
quit, *judicatum* (v. not. 3.) *addic-*
ıd 3, 44, 5.) *duci patiar*, cf. not. 3.
ɔro *nolo pati*, ut μὴ Gr. optativo
vel intellegi potest: *hoc facio*, ne
roth.
hoc (v. ad 5, 16, 1.) scil. adcen-
imos plebis *domi*, *concionantis in*
. ad 3, 47, 5) *sermones pleni crimi-*
tres, v. ad 3, 19, 7. — *inter quos*,
o discrimine vera an vana jaceret, (v.
7.) *thesauros Gallici auri* (v. 5, 48
ultari a Patribus jecit: extremum
delendum putabat Gron. et post
subintell. *erat*. Cf. tamen ad 1,
ud vitii latet in verbis *quum omisso*
Quid enim respondet τῷ *quum*?
ret pendet ab *an* et omisso *ne*.
ἀνακόλουθος oratio est, aut *quum*
, et post *vana* interpungendum,
ıbpleatur, et *jaceret* referatur ad
; *jecisset* pro *jecit* legendum, ut
ubi objecta spes est rel. sint conse-
co;" Bauer. Omnia plana sunt,
quum omisso (sine) *discrimine vera*
ret. — *nec jam possidendis publicis*
tos esse, nisi pecuniam publicam aver-
1 1, 7, 6.) i. e. sed velle, cupere,
ım pecuniam avertere, ut 33, 47,
habere vicisse, nisi jurarent, i. e. sed
ı jurare in eum; Bauer.
vero (v. ad 1, 51, 4.) *indignum*
eri, quod conferendum — aurum
ue conlatione facta, (ut in quibus-
legitur) *idem aurum* cet. emend.
ex hostibus captum, receptum, re-
ı. — *in paucorum prædam cessisse*,
3, 19. et *pœna in vicem fidei cesserat*
r.
ıs exsequebantur quærendo, v. ad 5,
medium, v. ad 2, 49, 6. *Gratia*
m, *offensio* ad Patres spectat, et
utramque vocem.

ı.)—1. *Ita suspensis rebus*, ut Cic.
c. 36. *suspensa ac sollicita civitate*,
i *dieser Krisis*, *kritischen Lage der*
Sachen, Stroth. Cf. ad 2, 32, 5. — *satis periclitatus voluntates hominum*, v. ad 1, 42, 4.

2. *sella* curuli *in comitio posita*, (v. ad 1, 36, 6.) *viatorem ad M. Manlium misit*, v. ad 2, 56, 10.

3. *quam de*, ex, a, *te sum quæsiturus*. — *fide incolumi*, ita, ut fides salva sit et incolumis. Cf. ad 2, 30, 1.

4. *incubantes publicis thesauris*, eos prementes et obcultantes, ne quidquam inde ad alios perveniat. Cf. Cic. Cluent. 26. et Virg. Ge. 2, 507. ubi v. Heyne. *Incubare* propr. de gallinis incubantibus ovis dicitur, atque inde translatione facta, de avaris aut aliis possessioni vel injustæ nimium tenaciter inhærentibus, ut magna demum vi eripi possit illis; cui translationi apte convenit alterum verbum *evolvere*, h. e. vi dejicere, abigere, ut ap. Tac. Ann. 13, 15. Stroth. "Ex fabula de cane et thesauro ducta imago. Mox in verbis *sive quod et ipse* ce*. τὸ *quod* pro *ut* e vett. libris notat Sigon. Utrumque conmodum: *quod sis* veram rem et præsentem significat, *ut sis* consilium et futuram conditionem, ut tibi aliquid largiantur ac silentium rediment. Hæreo, utrum præferam. Nisi falso Sigon. Codd. laudavit;" Bauer.

5. *nec*, non, *se fefellisse*, ut al. *hoc me fallit*, *latet*, *præterit*, *fugit*. Cf. ad 3, 8, 2.—*falsis criminibus*, v. ad 3, 19, 7.

6. *Quin eam diducitis a me*, quare non vos turbam, meo lateri adhærentem, beneficiis potius quam vi a me distrahitis, separatis? Quo sensu *ab aliquo diduci* dixere etiam Cic. Inuent. 1, 55 extr. et Cæs. B. C. 1, 7. Non est itaque quod legatur *deducitis* vel *seducitis*. "Brevius dictum *diducitis a me* pro diductam, divisam, a me abducitis, vel contra: a me avocatam divi-ditis;" Bauer.

7. *eximendo de nervo cives vestros*, *prohibendo judicatos addictosque duci*, v. ad 2, 23, 1. 3, 44, 5. et sup. ad c. 14. n. 3. et 9.

8. *Sortem aliquam* (ita in omnibus MSS. et edd. antt. legitur pro vulg. *aliam*) *ferte*, sorte tandem aliqua contenti estote, nec eam renovate semper anatocismis; Gron. Pecuniam vobis a debitoribus numeratam non semper pro usuris, sed his remissis, *aliquam* etiam pro sorte *ferte*, h. e adcipite, (v. ad 1, 50, 7.) ut hæc tandem aliquando minuatur, atque debita summa (*caput* s. *sors*) in tantum minor fiat, quantum *usuris pernumeratum est*; (*Nehmt endlich einmal das euch von euren Schuldnern bezahlte Geld als abgetragenes Capital an, und zieht so viel von der ganzen Schuldmasse ab, als bereits an Zinsen abbezahlt ist*) Stroth. "Ego aut *sortem* pro conditione adcipiam: *ferte* plebi ac date *aliam sortem*, conditionem leniorem et conmodiorem, remittite severitatem exigendi æris; aut *ferte* est scribite, referte in libros vestros ac tabulas *aliam sortem*, minorem debitæ vobis pecuniæ summam ferte ex-

[redacted]

pensam plebi;" Bauer. "Sensus forte est: nimia a vobis exigo, hortatus, ut miseris obæratis subveniendo aliquid de vestro inpendatis; *aliam* itaque non tam gravem conditionem adcipite: *de capite deducite* cet." Drak. Cf. c. 14. n. 6. et inf. c. 36 extr. inpr. c. 35. et ad 7, 16, 1. Suet. Cæs. 42. et Cic. in Verr. Act. II. Lib. III. c. 35. 36. — *turba conspectior*, v. ad 2, 5, 8.

9. *Nihilo magis, quid respondeam, habeo*, h. e. scio, *quam si quæras, quid*, cur, cet. Cf. ad 5, 51, 2. 30, 29, 5. 38, 56, 2.

10. *cur quod in sinu vestro est, excuti jubetis potius, quam ponatis*, cur aurum, quod obcultastis, vi potius vobis eripi vultis, quam sponte illud reddere? Metaphora desumta a *sinu* togæ, in quo pecunia vel marsupium e collo pendens aliæque res condebantur. *ponitis* conj. Bauer.

11. *ne abstuleritis observantibus etiam oculos*: quod propr. dicitur de furibus et *præstigiatoribus*, qui summa arte spectantium, et vel Argi alicujus, oculos fallunt; Gron. qui præter alios, laudat Quintil. 12, 1. et Suid. in ψηφολόγοι, Polluc 7, 23. s. 200. Sex. Empir. lib. 2. adv. Mathem. p. 71. καθάπερ οἱ ψηφόπαικται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις δι' ὀξυχειρίαν κλέπτουσι. — *ut in medium proferatis*, v. sup. ad c. 6. n. 7.

CAP. 16.)—1. *mittere ambages*, v. ad 30, 3, 3. — *peragere verum indicium*, v. ad 1, 18, 9. — *oblatæ*, motæ, injunctæ, *vani*, non facti, falsi, ficti, *furti invidiæ*, v. ad 1, 51, 1. — *a viatore*, v. ad 2, 56, 10.

2. *Jupiter optime maxime, Junoque Regina ac Minerva*, cf. ad 3, 17, 3. — *præsidem*, defensorem, tutorem, vindicem. Cf. ad 10, 17, 3.

3. *invicta sibi quædam*, h. e. sanctissima, inviolabilia, inmutabilia et insuperabilia, qualis erat dictatoria vis, *civitas fecerat*, quæ, ut omne, ita et hoc *justum imperium patientissime* ferebat. Cf. 8, 34 pr.

4. *magnam partem plebis vestem mutasse*, v. ad 2, 54, 5. — *multos mortales capillum ac barbam promisisse*, ut 27, 34. et 44, 19. Ergo barba jam tum rasa et ob dolorem vel in luctu tantum promissa? At vid. 5, 41. ibique not. 6. Livius ex ævi sui ritibus colores luctus desumsit, et ornatus historicorum non ad summam subtilitatem exigendus est. (Ex more sui temporis hæc addidit, ut magis copiose ac vivide loqueretur, quum vel ipse vel certe lectores alios mœstitiæ vetustiorum ritus nescirent; Stroth.) Cf. ad 9, 14, 8. — *obversatamque vestibulo*, v. ad 2, 54, 14. et 24, 23, 2.

5. *Quippe domi, non militiæ, partum eum triumphum*; cf. Juvenal. 8, 107.

6. *Satricum coloniam deduci jussit*, (cf. c. 22. et 9, 16.) forte et *Sutrium*, quo post annos septem, quam capta Roma est, coloniam deductam esse tradit Vellej. 1, 14. nisi potius *Satricum* ibi legendum est. Nam illud anno post Romam captam [illegible] factum esse probabile fit ex Diodor. 14, [illegible], 117. et ipso Liv. 6, 3 pr.

7. *Bina jugera et semisses*, dimidia par[illegible] jugeri, erant *agri adsignati* cuivis. Cf. ad [illegible] c. 36. n. 5.

8. *et sordibus*, sordidis vestibus, *et faci*[illegible] *reorum*, capillo ac barba promissa; Drak. [illegible] Cf. n. 4. Sed *sordibus* etiam hæc conti[illegible]nentur, nec satis adcurate ita loquutus est [illegible] Livius. Recte forsan multi libri omittunt [illegible] τὸ *et* ante *sordibus*. Tum *sordibus et faci*[illegible] dictum pro *sordida facie*, specie, habitu; vel [illegible] potius τὸ *et* ante *facie* vim explicandi habet [illegible]; de quo v. ad 2, 42, 7. — *et linguam et anim*[illegible] *liberaverat hominum*, cf. ad c. 20. n. 8.

CAP. 17.)—1. *in præcipitem locum favor*[illegible] *tollat*, (v. ad Praef, n. 13.) *deinde in ipso discrimine periculi destituat*, ut Gr. ἐπὶ ἀκμῆς ξυροῦ [illegible], (v. Koeppen et Heyne ad Hom. Il. 10, 173. [illegible]) et nos: *in dem entscheidenden Augenblick*, [illegible], *der den Ausschlag geben soll, Entscheidungspunct*. Cf. 8, 24. 27. 35. 10, 14. 19. 23, [illegible], 29, 4. 26, 39. 29, 7. 17. 31, 32. et ad 1, 38, [illegible], 2. 7, 9, 4. 21, 9, 2. Eodem sensu mo[illegible] dicitur: *Saginare plebem populares suos*, insta[illegible] animalium, *ut jugulentur*. "Sed qui sunt [illegible] *populares plebis*? aut cives, qui sic numquam [illegible] dicuntur, nec vero hic locum habent; aut [illegible] *defensores* ac fautores, qui simpl. *populares* [illegible] dicuntur. An *suos* delebimus? an *patronos* [illegible] aut *tutelares* legemus?" Bauer. An *populares viros*, ut 6, 20.?

2. *Hoccine patiendum fuisse*, sc. in vincula [illegible] duci virum consularem, *si ad nutum*, mandatum, arbitrium et voluntatem, *dictatoris* [illegible] *non responderit*? "*Hoccine patiendum f.* cum [illegible] seqq. cohærebunt, si legeris *puniendum*, [illegible] aut *non patiendum*, i. e. δεινὸν, indignum [illegible] facinus. Mox *ante* ferri potest; sed egregie Faber conj. *autem*;" Bauer.

3. *Selibrisne farris* cet. v. ad 4, 15, 6. et 5, 47, 6. — *cognomine certe Capitolino Jovi parem*, cf. 5, 31 pr.

4. *remisso, id quod erepturi erant*: forte del. τὸ *id*, aut pro *id* leg. *eo* cum aliis. "*Id quod* est fere *idem quod*, (*gerade das*) et hoc *id* semper ad sequens *quod* referendum est ita ut cum eo unicam quasi vocem efficiat, v. c. 1, 14. med. et 2, 3. pr." Stroth. Sed hæc exempla dissimilia sunt: nam hic Ablat. *remisso* inpedit, cui nil plane subjiciatur, si *id quod e. erant* quasi per parenthesin, ut debet, adceperis: adeoque *id* durius redundat ante *quod*, positumque pro *eo*; Bauer. Cf. ad 1, 41, 10.

5. *colonis a Velitris*, v. ad 1, 50, 2. — *ne nihil eos tegeret*, ne experirentur, nihil eos tegere cet. Doer.

CAP. 18.)—1. *M. Furius Camillus quintum* al. immo *sextum*. Mox *coorta esset, jam propinquum certamen aderat; et Manlius, advocata* cet. conj. Gron. et Bauer. Ille vero

[redacted]

caorta esset in prop. certamen;
:et.
to ad contumeliam inexperto, ut *rudis d;* Drak. Sic et *vir ad cetera* 37, 7. Cf. ad 9, 16, 9. — *sume-s — habeatis,* hæc ex Hom. Il. 2, adumbrata putabat Victor. var. 4.
t enim clientes cet. "non ut causa r *proximo:* quare *enim* pro nunc nunc. Mox *jus ipsi remittent,* h. e. te, non coacti, sine certamine;" — *Ostendite modo bellum,* v. ad 4, — *jus ipsi remittent,* non suum, nec jure decedant; non enim videri ulare, quod jure negent; sed vobis t, concedent, quod jure postulatis; si adhuc velut jure tenuerunt; — *Ego quidem nulli vestrum deero;* , 46, 3.) at *ne fortuna mea desit,* it, (ne propter fortunam meam esse cogar, Doer.) *videte,* curate, e.
us repente fui, v. ad 3, 68, 7. — *et* mphasin habet et exprobrationem: stis, passi estis, non prohibuistis, lian. V. H. 1, 30. (ubi v. Perizon. τόμαις ἰδεῖν. Mox *qui depuleram* pro *lissem,* quia præcedit *vidistis duci* uer. Cf. ad 6, 14, 4. et 22, 14, *ilum Cassii,* v. ad 5. 27, 4.
facitis quidem, *quod abominamini,* ominantes, abominando, *ominis* s. averruncandi causa dicitis: *Dii* s. prohibeant *hæc!* Sic. al. *Dii* men! vel *quod abominor* et al.
parvus animus tanti populi est, ut is auxilium (tribunorum pl.) *adnicos satis sit,* nec umquam libertaetiam imperium in Patres (me to, quo omnis tendit oratio Manlii, per ambages loquentis) consequi tis? *nec ullum, nisi quatenus inperari is, certamen adversus Patres noveritis,* n de eo certamen habueritis cum ne omnino inperium tenerent, is concessistis et æquo tulistis d tantum de modo ac forma ejus? f. n. 8.
possidemini, ex consuetudine inbis sinitis, vel Patribus concessisinperium, quod longa possessione n quasi et perpetuum est factum. 6, 1. — *etiam majora conari,* ma-Gron. *jam m. c.*
ere negotio, qui inperet Patribus, iis præficietis, sc. regem, *quam, qui inperantibus,* sc. tribunos pl., *in-* — *Solo æquandæ sunt dictaturæ,* abvel prorsus tollendæ. Metaphora ab oppido funditus evertendo.
insigni magis inperii honorisve no- regis, quod aperte non audet Forte del. *si,* ut *quo* non sit *aliquo,* ; *eo* quasi *quanto, tanto;* Bauer.

CAP. 19.)—1. *At in parte altera senatus agitat* consilia *de secessione plebis in domum privatam, forte* quadam *etiam in arce positam,* (v. ad 2, 7, 6.) *et* de *mole* (h. e. multis magnisque periculis) *inminente libertati:* nisi malis cum Duk. et Drak. jungere *in arce et mole,* altissimo loco; quæ ratio magis placebit, si τῷ *et* vim tribueris explicandi. Cf. ad 1, 38, 4. 2, 42, 7. et 3, 51, 3. "*Moles* ad ipsum Manlium aut perniciosa ejus consilia pertinet: sed forte leg. *inminentem molem l.* i. e. *molem,* domum, *i. l.*" Bauer.

2. *Servilio Ahala opus esse* cet. Cf. 4, 13. 14.

3. *Ut videant magistratus* cet. v. ad 3, 4, 4. — Mox in verbis *nam et, quia eumdem et suæ potestatis* cet. durum est, non tam geminum *et* pro *etiam* positum, quam quod prius *et* non habeat, quo commode referatur; et vel exterminandum est primum *et,* vel intrudendum post illud pronomen *hi,* vel producenda parenthesis usque post voces *hi tum omnes,* (nisi hæ a librariis transpositæ sunt et post verba *nam et* legendæ) Stroth.

4. *Quid,* cur, *cum plebe adgredimur eum,* et plebem et eum. — *Nihil minus populare,* populo gratum; nihil magis populo invisum, *quam regnum,* regis nomen et inperium. (Cf. 2, 1. 2.) *Simul,* simul ac, *multitudo viderint* cet. v. ad 2, 9, 3. *Simul illa multitudo,* aut *simulac m. i.* conj. Bauer, quoniam illa *simul mult.* aurem lædant.

5. *et adcusatores* (est quartus casus) *de plebe, patricium reum;* quæ duo membra seorsim spectata parum valent, sed juncta unum quoddam fortissimum momentum efficiunt, et fortius junguntur omisso *et,* quod in iis magis distributivum quam copulativum foret; Stroth. Illud *et* ante *patricium* excidisse suspicabatur Duk. certe hic non minus emphasios habiturum fuisse, quam ante cetera, et prohibiturum, ne *adcusatores intuebuntur reum* jungerentur. — *regni crimen in medio,* v. ad c. 6. n. 7.

CAP. 20.)—1. *utique* (v. ad 2, 30, 1.) *postquam sordidatum reum viderunt,* ut mox *proximi vestem mutarunt,* v. ad 2, 54, 5. — — *postremo ne fratres quidem,* quin etiam, *ja so gar;* Bauer.

2. *Ap. Claudio in vincula ducto* cet. v. 3, 58 pr. — *sordidatum fuisse* et *obprimi* sc. fremebant, dicebant. — *Quum dies venit* sc. judicii, s. ei dictus.

3. *cœtus multitudinis,* cf. c. 19 pr. — — *largitionem,* v. cap. 14. Mox *fallax indicium* spectat ad aurum Gallicum, quod a Patribus obcultari dixerat Manlius. v. cap. 14. 15. 16.

4. *damnandi mora plebi in loco,* in campo Martio, ex quo sc. Capitolium, ei inminens et a Manlio servatum, spectare licebat; quare mox legimus, *in Pœtelinum lucum, unde conspectus in Capitolium non esset, concilium populi indictum esse.*

5. *quibus sine fenere expensas pecunias*

[redacted]

tulisset, h. e. dedisset, propr. in tabulas expensorum retulisset: nam pecunia aliæque res datæ et adceptæ scribi solebant in tabulis adceptorum et expensorum Cf. Cic. Verr. 1, 57. pro Roscio Com. 1. et ad Div. 8, 4. Salmas. de usuris c. 2. p. 32. Gron. Mantissa pec. vet. c. 1. — *bona venire*, venum ire, vendi, publicari; *duci addictos*, v. ad c. 14. n. 9.

6. *duas murales coronas, civicas octo*, cf. 10, 46. 26, 48. Aurel. Vict. vir. inl. c. 24. Plin. 7, 28. s. 29. (quo teste Manlius *primus omnium eques coronam muralem adcepit, VI civicas, XXXVII dona, XXIII cicatrices adverso corpore excepit*) et de *coronis civicis, muralibus, triumphalibus, obsidionalibus, castrensibus, navalibus* loc. class. Gell. 5, 6. De *obsidionali* v. ad 7, 37, 2. et de *vallari* ad 10, 46, 1. *Civica* ceteris honoratior. Cf. 23, 23. et ad Tac. Ann. 2, 83, 3. — *pro fastigio*, magnitudine, excellentia, *rerum* gestarum.

7. *facta dictis æquando*, pro *dicta factis æ.* Sed *dictis* est Ablativus: *æquabat facta*, adsequebatur, pro ipsorum magnitudine exprimebat *dictis*, per dicta, oratione, *er kam ihnen gleich*; Bauer.

8. *adparuit tribunis* pl., in oculos incurrit, perspicuum s. perspectum fuit. — *oculos hominum liberassent ab tanti memoria decoris*, removissent ab oculis hominum adspectum Capitolii, quo gloriosissimum Manlii facinus in memoriam iis revocaretur. Cf. ad c. 16. n. 8. — *numquam fore vero crimini locum*, rei crimine convincendi vel damnandi, et veritatis criminis probandæ facultatem. Cf. ad 3, 46, 1. Sic contra mox dicitur *crimen valuit*, adcusatio non sine vi fuit, et populo persuasum, crimen verum esse.

9. *Ita*, itaque, *prodicta die*, (v. ad 2, 61, 6.) *in Pœtelinum lucum* (al. *Petelinum*, ut 7, 41, 2. ap. Plut. in Camillo Πετηλῖνον ἄλσος, ap. Varr. L. L. 4, 8. *Petilium* vel *Pœtilium*) *extra portam Nomentanam*, v. ad 3, 52, 3.

10. *Sunt qui — auctores sint*, dicant, *damnatum* eum, Manlium, esse *per duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos*, v. ad 1, 26, 4. 5. 2, 52, 6. et 26, 3, 3.

11. *Tribuni de saxo* (al. *monte* s. *rupe*) *Tarpejo* parte montis Capitol., quæ etiam simpl. *saxum* dicebatur, ut 24, 20, 4. et 25, 7, 8.) *dejecerunt*, dejici eum jusserunt, decreverunt: quam pœnam ille primus, et multi post eum luerunt, inpr. Cæsarum temporibus. Manlium vero verberando necatum esse tradidit Corn. Nepos teste Gell. 17, 21. — *pœnæ ultimæ*, v. ad 3, 58, 11. — *Adjectæ notæ*, ignominia injuncta, addita, *mortuo* Manlio, vel præter mortem.

12. *ubi nunc ædes* Junonis *Monetæ est*, v. inf. 7, 28. Cic. Div. 1, 45. 2, 32. Ovid. Fast. 1, 637 sq. 6, 183 sq. Suidas v. Μονῆτα, et Macrob. Sat. 1, 12. *officina Monetæ*, in qua tum cudi vel percuti solebant numi, tum vultu Monetæ signari, et hinc quoque dici *monetæ*. — *ne quis patricius in arce aut Ca*[pi]*tolio habitaret*, ut Manlius: quod tum hujus ignominiam decretum, tum ob e[am] causam, de qua v. ad 2, 7, 6.

13. *ne quis deinde M. Manlius vocaretur*, Plut. T. 2. p. 285. Fest. v. Manlia, C[ic.] Phil 1, 13. Quintil. 3, 7. et de M. Anton. Dio Cass. lib. 51. In Epit. Liv. et ap. Aur[el.] Vict. de vir. inl. c. 24. perperam *Ma*[nlii] *cognomen* legitur pro *M. nomen* vel *prænom*[en]. Similia v. ap. Suet. Tib. 1. et Tac. An[n.] 2, 32, 4.

14. *per se* spectatas *ipsas recordantem virtutes*, h. e. eas solas, nulla vitiorum ratione habita, *an und für sich selbst*; ut fere 9, 46, 13. *haud memorabilem rem per se*, si eam ipsam spectes. Cf. ad 1, 10, 2. Pro *sponte* dicitur 2, 42. 6, 18. 23. 22, 60. 35, 26. 38, 26. 39, 12. 51. — *Pestilentia*, v. ad 1, 31, 4.

15. *nec Diis cordi fuisse*, v. ad c. 9. n. 1.

CAP. 21.)—1. *Pestilentiam inopia frugum excepit*, ut 4, 52.

2. *sorte quadam*, fato quodam, ut 30, 30, 1. et 36, 35. — *exercendo Rom. militi datos*, ut mox *quinqueviros Pomptino agro dividendo*, *et triumviros Nepete* (cf. ad c. 9. n. 1.) *coloniæ deducendæ creaverunt*; v. ad 3, 35, 1. — — *Lanuvini*, s. *Lanivini*. v. ad Sil. 13, 364.

3. *et magna hominum pars eo — inclinabat*, jam in eo erat ut inclinaret, (actus pro conatu) et inclinasset, *ni privato periculo publicum inplicitum esset* (forte *fuisset*) cet. Cf. ad 2, 50, 10. — *piacula dederentur*, v. ad 21, 10, 14.

4. *Hæc nova injuria exturbavit omnem spem pacis*; turbavit, ademit, eripuit.

CAP. 22.)—1. *fœde*, turpiter crudeliterque, *in captis*, in captos, adversus *captos*, h. e. captivos, *exercuere victoriam*. Cf. 9, 43 pr. Similiter vero τὸ *in* passim dicitur v. Cort. ad Sall. Cat. 52, 3. et 12. Burm. ad Ovid. Met. 9, 274. Sic *qua ferocia animi usus erat in Liguribus*, h. e. erga s. adversus Ligures 42, 9, 1. Cf. ad 2, 14, 2. 5, 11, 9. 28, 43, 4. 30, 12. 3. et Heyne ad Virg. A. 2, 541.— — *M. Furium Camillum septimum tribunum mil. creavere*, cf. Drak. ad 5, 1, 2. et Periz. anim. hist. c. 2. p. 43 sq.

2. *Volscum bellum M. Furio extra ordinem decretum*, v. ad 3, 2, 1. *Adjutor L. Furius datus*, ut ap. Justin. 13, 6. Suet. Tib. 63. et Tac. Ann. 3, 12 pr. — *non tam e re publica*, in ejus salutem et commodum, quod ei hoc utile esset, (v. ad 1, 27, 5.) *quam ut conlegæ*, Camillo, *materia ad omnem laudem esset* L. Furius; (ut *Clodius seges et materia gloriæ Milonis* ap. Cic. pro Mil. c. 13. cf. ad 1, 39, 4.) *et publice*, tum ad publicam laudem, *quod rem temeritate ejus* (L. Furii) *prolapsam restituit* Camillus, (v. mox c. 23. et 24.) *et privatim*, tum ad privatam laudem, *quod ex errore*, qua ductus L. Furius male pugnavit, *gratiam potius ejus sibi, quam suam*

stiit s. quæsivit, ejusque infamiam t, quod illum adjutorem sibi ad xpeditionem peteret s. optaret. v. Monuit jam Stroth., Livium in his non consilium, respexisse, eaque anda esse: Quæ res non tam ad m reip., quam ad gloriam Camsit cet.

tiisque jurare parato in verba excutudini solita, h. e. formulam, qua causarii se excusare solent in propter valetudinem infirmam, e, ut non creentur. Sic *excusare aletudinem* 26, 22. *ætatem* 22, 40, 7.) erium deponere liceat) et passim *liquid* pro *e. se propter aliquid*. Simi52. *morbum causam esse excusabat*, h. tionis loco, excusandi causa dicead 2, 32, 1. 3, 35, 1. 41, 15, 5. et nn. 3, 11, 3.

nsus populi restiterat, v. ad 3, 34, 3. *periculum summæ rerum facerent*, v , 2. et 3, 5, 6. — *ita paucitati hil artes imperatoris unici* (v. ad 1, - *profuturas esse* sc. rati, ut 44, 36, et ad h. l. Drak.

23.)—1. *in altero duce*, L. Furio.— *viri*, Camilli.

itudinis spe inflatus, militum gregat al. plebis. — *per se jam incitatos*, 20. n. 12. — *elevando auctoritatem* . ad 3, 21, 5.

ribus bella data esse, *dictitans*, *et* cet. cur alieno loco positum putet n adsequor. — *castra urbesque primo re*, al. *capere*: sed *rapere*, ut *corripere w*, v. c. nuptias, (30, 14, 3.) tri, (31, 48, 2.) viam, iter, gradum, pugnam, urbem cet. est *raptim* vel perficere, (festinare, properare, re) vel, capere, vel, ut 23, 36, 3., Cf. ad 5, 43, 5.

adtinere, v. ad 2, 41, 4. — *tota in castra*, averterat a Camillo et in terat; ut passim *avertere in aliquem*, *alio*, aut *ab aliis in se*, v. c. 1, 58. 2, 7. 6, 20. al. Cf. Drak. *adverterat* MSS. prob. Doer.

e re publica, ei utile sc. esse, *duce*c. 22. n. 2. — Mox *piæ preces* ad spectant, cujus salutem potius quam suam sententiam veram Stroth.

dis Camillus firmat, v. ad 2, 20, 2. 1. — *stationem pro castris obponit*, m ponit. Cf. 10, 36. 23, 29, 3. et unge *spectator intentus constitit*, vel e *intentus in eventum*.

4.)—1. *Simul*, simul ac, *primo conrepuere arma*, sonuere, scutis a dsis vel his ad illa adlisis; quod signum ardoris pugnandi, ut ap. , 12, 8. sed adprobationis 28, 29, 3. (*exercitus gladiis ad scuta* adlisis *concrepuit*, sonum edidit) et ap. Polyb. 11, 30, 1. συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεοὺς, quæ verba Livius expressit. Cf. ad 10, 26, 8.— — *Lenis clivus*, v. ad 2, 50, 9. — *multitudo subpeditabat*, subpetebat, subficiebat, abundabat, ut 1, 55. 8, 13. 22, 39. 26, 44. 28. 22. 27. 30, 25. 31, 39.

2. *obportunus huic eruptioni*, v. ad 1, 54, 4. — *et novo hoste*, et propter recentem hostem. *Supina vallis* est, quæ a tergo est iis, qui ex valle in collem (*clivum lenem ab tergo inter aciem et castra*) subcedunt, ex qua igitur adversus montem post hanc situm difficillimus regressus, ut contra facilis in pronam vallem decursus, Gron. et Stroth. Cf. ad 4, 46, 4.

3. *Jam non recipiebat se Rom. miles*, ut 10, 28. et *recipere animum* 2, 50. 21, 5. — *subjectus in equum*, v. ad 4, 19, 3. — *raptim subsidiis obpositis*, cf. ad c. 23. n. 6.

4. *obverti aciem in hostem*, cf. ad c. 7. n. 2. — Mox suspicari possis: *non castigare*, *ad quam rem leviorem auctorem* (v. ad 1, 16, 7.) *eum culpæ societas fecerat*, *sed* — *orare* cet. At passim obvia sunt ἀνακόλουθα et ἀνανταπόδοτα, quæ ad gratam orationis neglegentiam refert Ernesti Opusc. philol. p. 131. Cf. ad 3, 28, 4. 27, 49, 5. 37, 56, 1.

5. *temeritatis me omnium potius sociumdedi*, ut ap. Cic. de Amic. c. 11. *nec se comitem illius furoris sed ducem præbuit*. Non minus recte in 8 MSS. legitur *temeritati*, quod recepit Stroth. *dedi*, v. ad 1, 13, 4.

6. *Camillus in utraque vestra fortuna suam gloriam videt*; in mala enim prudentiæ et verissimi judicii, in bona summæ fortitudinis, si rem a me male gestam restituerit, gloriam laturus est; Stroth.

7. *Optimum visum est, in fluctuantem aciem tradi equos*, h. e equitatum s. equites (v. ad 5, 37, 3.) in fluctuantem peditum Rom. turbam (v. ad 3, 60, 7.) quasi transferri, h. e. ei inseri s. inmisceri, *et pedestri pugna*, pedibus, s. degressos ad pedes, *invadere hostem*, ut 2, 20. 3, 62. 4, 38. 6, 24. 21, 46 al. Duriores videntur aliorum rationes, qui interpretantur *tradi equos* sc. lixis s. calonibus, vel inmitti equites, et vel jungunt *optimum visum est*, *in fluctuantem aciem*, h. e. contra eam, quod ad eam restituendam fieri possit, vel legi jubent *inter fluctuantem aciem* (v. ad 4, 18, 2,) aut *in fluctuante acie*, dum hæret fluctuatque ambigua utrimque acies, aut, quum, acie inclinata, jam fluctuare inciperent et turbari ordines. Durissima est explicatio Strothii: *equos tradi* calonibus, eosque liberos passim vagari in *fluctuantis aciei* speciem, (cf. 7, 14. 15.) ut fere *fugerat in legationem* 10, 46 extr. aut *formare lignum in Mercurium*, et *tradere alicui librum in pignus amicitiæ* h. e. ut sit p. a.

8. *Sensit ergo eventus virtutis enisæ opem* paulo obscurius dictum pro: ex eventu pugnæ intellectum est, quantum valeat

virtus, enixe contentior, acrior. *Volsci, qua parte modo* cet. — *magna pars cæsi*, v. ad 1, 41, 1.

CAP. 25.)—1. *Ubi*, in his castris, *in recensendis* cet. — *secreti ab aliis*, ceteris (v. ad 4, 10, 2.) sc. captivis, soli, seorsum: ut 25, 30, 3. — *Documento unus dies fuerat* sc. conlegæ, L. Furio.

2. *Nec tamen aut ipsi — videbatur*, nec ipse putabat, Camillum laturum esse cet. — *data in tam præcipitem casum resp.* v. ad Præf. n. 13. — *et tum in exercitu* Gron. et Crev. forte rectius, certe gratius, quoniam *quum* mox repetitur, etsi alio sensu.

3. *ut ex conlegis optaret*, v. ad 3, 64, 5.— *conlegæ levavit infamiam*, v. ad 3, 21, 5.

4. *pace constanti vim Rom. arcuerunt* Tusculani, h. e. pace vera ac certa; vel inmutabili nec turbata adventu Romanorum; vel potius perpetua. Cf. extrema hujus cap. verba. Glareanus hæc notavit: Valerius Max. 7, 3. manifeste fatetur, consilii acumen fuisse in Tusculanis; et mirum, Romanos tam facile ignovisse, immo civitatem eis dedisse: forte vicinitas terruit.— Mox *ex propinquis itineri locis* Gron. et Crev. forte rectius: sed in nullo MS. legitur.

5. *tabernis apertis proposita omnia* (omnes merces) *in medio*, palam et venalia. Cf. ad 6, 6, 7. — *ludos literarum strepere* sc. audivit. cf. ad 1, 33, 7. Verba quoque sensuum sæpius permutantur, (v. ad Sil. 6, 179.) et *videre* passim est sentire.

6. *repletas semitas puerorum et mulierum*, pro *pueris* cet. noto verborum copiæ usu.— — *suorum usuum*, necessitatum, ut *belli usus* 26, 43, 2. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 48. — *ita omnia tranquilla* erant *constanti pace*, cf. n. 4.

CAP. 26.)—1. *Non præcipiam gratiam publici beneficii*, nolo, quidquid inest huic beneficio publico gratiæ quasi præripere et mihi tribuere; sed et hæc publica sit; Stroth. — *precibus eventum senatus, quem videbitur, dabit*: non id. qd. preces exaudiet, sed decernet aliquid ad preces auditas, qualecumque tandem sit; Ern. Cf. ad 1, 29, 4.

2. *Dictator Tusculanus* (v. ad 1, 23, 3.) *ita verba fecit: nos, quibus bellum indixistis* cet.

3. *Dii immortales faciant*, ut sit *tam felix, quam pia*. Talia omittuntur tum in adfectu, tum in precandi optandique formulis. — *etsi revicta*, convicta, refutata, *rebus, verbis confutare nihil adtinet*, v. ad 2, 41, 4. — *vel*, adeo, *fateri ea tutum nobis censemus*, freti pœnitentia nostra, et vestra, tamquam parentum, non judicum, clementia. Livius forsan imitatus est Cic. pro Ligar. c. 10. Stroth.

4. *nec ita multo post civitatem etiam inpetraverunt* Tusculani, sed sine subfragio, quod ex iis, quæ de aliis populis 8, 14. 17. 9, 43. 38, 36. dicitur, et inpr. ex Festo voc. *municipium* intellegitur. Sed non ita multo post eos adcepisse jus subfragii et magistratuum Romæ capiendorum, Drak. ad 8, 37, 12. inde probat, quod Ti. Coruncanius Tusculanus (v. Cic. Planc. 8. et Sull. 7.) a. V. 472 Romæ consulatum gesserit. Cf. 8, 14. et 37. et Periz. anim. hist. c. 6. p. 198.

CAP. 27.)—1. *Censoribus quoque eguit annus*, ut scil. censu instituto cognosceretur magnitudo tum rei familiaris civium, tum *æris alieni*, quum *summam invidiæ ejus*, h. e. æris hujus alieni, rei invidiosæ, (ut ap. Virg. Æn. 4, 350. et Cic. pro Mil. c. 27.) *adgravarent* (v. ad 3, 21, 5.) *tribuni pl.*, et contra *elevarent* (v. ad 3, 21, 5.) feneratores, *quibus expediebat*, utile erat, *creditum*, creditam pecuniam, (cf. ad c. 14. n. 6.) *magis videri laborare fide*, (v. ad 2, 30, 1. et 3, 31, 1.) *quam fortuna debentium*, facultatibus debitorum. Hujusmodi vero causam in altero membro opposito desiderari, non male monuere Perizonius et Stroth. unde ille emend. *invidiæ causa*, hic vero *invidiæ ergo*, (h. e. causa, ἕνεκα, ut 22, 38. 25, 7. 12. al.) vel *in invidiam ejus*, quod minus a vulg. scriptura recedit. Dukerus conj. *etiam invidiose tribunis*, et Klockius in ora MS. sui invenit, *etiam summæ ejus invidiam.*

2. *quia conlegam subfici censori religio* (vel, ut mox dicitur, *religiosum*) *erat*, v. ad 5, 31, 4. — *censores alii*, novi, *vitio creati*, v. ad 5, 17, 4. — *adcipientibus*, probantibus.

3. *quum interim plebem objectari*, v. ad 1, 35, 1.

4. *addici ob creditam pecuniam*, v. ad 3, 44, 5. — *inspecto ære alieno*, propr. inspectis tabulis, et cognita ex iis magnitudine æris alieni, ut forte *feneris cernendi ratio* 36, 7, 2. ubi ita legitur in omnibus fere libris et mox eodem sensu dicitur *detegere magnitudinem æris alieni*: nisi *cernere* est curare, h. e. minuere, vel, ut forte h. l. *inspicere*, solertius examinare; (v. ad 3, 25, 4. et 26, 2, 8.) aut inf. 36, 7, 2. cum Drak., (quidquid contra dixerint Sigon. et Gron.) servare malis lect. cod. Mogunt. *coërcendi*, quod omnino placere potest, et firmatur loco simili 32, 27. — *nervo debeatur*, tradendus sit vinculis. Cf. ad 2, 23, 1. — *duci addictos*, v. ad c. 14. n. 9. — *nomina dabant*, v. ad 1, 11, 3.

5. *Quum Patribus minor cura esset juris exsequendi creditæ pecuniæ*, juris de ea dicendi; (*quippe jam — nuntiabatur*) *interim tribunos pl.* cet. Pro *minor præsens* leg. vel *minus præsens* cum Gron. (v. ad 1, 12, 6.) vel *minor in præsens* cum Stroth. qui monet hoc *in* etiam ante præsens excidisse 7, 30 pr. (ubi in uno tantum MS. et sola ed. Ven. reperitur) et centies ante alias voces, de quibus v. Drak. ad 10, 13. — Mox recte, opinor, *profectus hostis* recepere Gron. et Crev. e 6 MSS. et *in agro Gabino* pro *Sabino* Drak. ex conj. Jac. Gron. *Gabii* inter Præneste et Romam siti.

—1. *raptim agmine acto*, exercitu
to et admoto, ut 21, 61. 23, 36.
x *concursumque in muros adque*
j. Gron.
actatione, v. ad 3, 49, 1.
si diem Alliensem, *contactum*
quanto magis Alliensi die, quam
iem, *Allium ipsum* cet. Cf. sup.
contactum, turpiter notatum:
i, quod de hominibus vel morbo
vel veneficio, vel fulmine, vel
is dicitur, ad alias res male et
ectas, contaminatas, pollutas,
v. c. 7, 6 extr. *contacta ab eo*
er. Cf. ad 2, 5, 3, 4. et 8, 17, 1.
e loci delegaverant, permiserant,
em omnem in loco Romanis
caverant, non in virtute sua.
ui vel *ad aliquem quid* est com-
quod tibi ipsi faciendum sit, ut
iaria, si quando alii solvendum
is, quod nobis solvendum est;
et passim pro adtribuere alicui
sferre. Cf. 5, 20, 25. 7, 8. 9, 13.
21, 46 extr. 34, 57. 39, 28.
ak. ad 23, 42. Ernesti Exc. ad
16.
d Regillum lacum devictum, (v. 2,
um annorum pace (cf. 2, 33. et 6,
tenuerint, h. e. pace, iis condi-
ta, ut *obnoxii* essent Romanis
erio subjecti) Latini, Stroth.
monet propr. dicendum fuisse
d sæpe adjectivum ad aliud
nformari, quam ad quod refe-
v. ad 1, 1, 6. 2, 64, 2. "*Ob-*
r pax illa, quoniam per illam
l in potestatem Romanorum ve-
b ditione eorum venerint; unde
bnoxius junguntur 7, 30. et paci
ponitur *pax æqua sive æquum fœdus*
Drak. Alii *obnoxiam pacem* h. l. et
putant vel turpem et ignominio-
iquam, velut vincentis arbitrio
tam, et in qua timor alterius
Forte h. l. leg. *obnoxium*. Cf.

, aliqua, *terra sit nefasta victoriæ*
madmodum Romanis *dies nefasti*
, in quibus agere aliquid reli-
ucant, sic et terra sit ulla, in
re non posse putent. Ita Stroth.
m monuit. hæc verba spectare
norum, de quibus v. not. 2. et
nefasta, a die ad terram trans-
plerisque vocibus translatis,
m esse, ut simul imaginem ex-
ci, a qua ductum sit, eoque
cius ad rem vividius depingen-
e. Nota Drak. est: "*Terra nefasta*
otat terram, qua sibi non liceat,
cere: ut *nefastus* pro *inlicitus* ap.
et Stat. Theb. 4, 517. In VI
nale legitur *terra sit nefasta vic-*
. e. infelix, ominosa propter
victoriam de se, Romanis, partam; quo modo *dies nefastus* pro religioso, infausto ponitur ap. Suet. Tib. 53. Hor. Od. 3, 13, 1. et alios, etsi id *prave et perperam* fieri existimaverit Gell. 4, 9." Cf. ad 2, 61, 3.

CAP. 29.)—1. *expetite pœnas*, . ad 1, 22, 8. — *nullo loco constabat acies*, v. ad 1, 30, 8.

2. *præter castra pavore prælati*, v. ad 2, 14, 3.

3. *deincepsque* iis *haud magno c. c.*, v. ad 1, 21, 8.

4. *signum Præneste devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit:* quod tamen a T. Quinctio Flaminino ex Macedonia Romam devectum et in Capitolio positum fuisse refert Cic. Verr. 4, 58. Id vero *Jovis* potius Οὐρίου, *Inperatoris* vel *Temperatoris*, vel *Imbricitoris*, vel *Inpuberis* signum fuisse suspicantur viri docti. Cf. Duk. et Drak. ad h. l. Lips. ad Plin. Pan. 5. Ryck. de Capitol. c. 24. Alex. Donat. de urbe Roma 2, 7.

5. *inter cellam Jovis ac Minervæ*, v. ad 3, 17, 3. — *his ferme incisu literis fuit*, cf. Fest. voc. *Trientem*, ex quo Pighius plura adjecit verba, quæ Gruterus etiam in exemplaria Livii retulit. Sed ea in nullo reperiri libro ant., et Livium h. l. dixisse *ferme*, adeoque totum titulum vel ignorasse, vel memorare noluisse, jam monuit Gron. — Mox *Duodevicesimo die* MSS. quidam exhibent. Cf. Eutrop. 2, 2.

CAP. 30.)—1. *Manliis — Volsci provincia sine sorte, sine comparatione, extra ordinem data*, v. ad 2, 40, 9. et 3, 2, 1. — *et ipsos*, Manlios.

2. *Quibus velut circumventis* cet. quas ubi circumventas esse falso nuntiatum est, et Manlii, *præsidio*, auxilio, *ut iis essent*, *citati feruntur*, advolant, (ut φέρεσθαι pro ire, vel inruere) *ne auctore quidem* nuntii *adservato* et retento, *qui eos frustratus erat*, quum *hostis Latinus* fuisset, non *miles Romanus*; *ipsi in insidias præcipitavere* sc. se. v. ad 2, 3, 2. Sententia verbis parum concinnis expressa.

3. *sola virtute restantes*, v. ad 4, 58, 5. — — *proditæ res* (v. ad 2, 43, 5) *utrobique*, et illo loco, quo temere in insidias se præcipitaverant, et quo castra haud satis præsidio firmaverant; Stroth. Idem monet, mox *fortunam* non esse facultates s. vires, sed fortunam belli hujus exercitus, ad quam omne faustum præter virtutem pertineat, parum autem fausti, post tam infelicem pugnam, contingere potuisse. At sic quoque verba *populi Rom.* parum apte adjecta videntur, neque spernenda emendatio Gron. *Quidquid superfuit* sc. de his exercitibus, *fortuna populi Rom. et militum — virtus tutata est*. Cf. 1, 46, 7. 2, 40, 8. 7, 34, 4. 26, 41, 3. et 35, 6 extr. His et aliis locis inopinata salus in magnis periculis *fortunæ populi Rom.* tribuitur. Cf. ad Tac. Ann. 14, 11, 5.

4. *Eodem anno Setiam*, (opp. Latii, hod. *Sezza*) *ipsis querentibus* (v. ad 3, 47, 1.) *querentibus penuriam hominum, novi coloni adscripti*; ita legitur ex conj. Sigonii, qui pro vulg. *etiam* ingeniose reposuit *Setiam*: nam hujus coloniæ mentio fit inf. 7, 42 extr. 8, 1 pr. et 3 extr., quo autem anno deducta vel *novis colonis* aucta sit, non alibi traditur, nisi forte h. l. et ap. Vellej. 1, 14. qui dicit, *post septem annos, quam Galli Urbem ceperint, Sutrium* (forte *Satricum*; v. sup. ad c. 16. n. 6.) *deductam esse coloniam, et post annum Setiam, novemque interjectis annis Nepe* vel Nepete. (v. ad c. 21. n. 2.) Hinc etiam *novi coloni* h. l. proprie dicti videntur, (ut 8, 14. 35, 9 extr. et al.) non qui tum primum deducti sunt, quo sensu Sigonius verba illa hoc et aliis locis (v. c. 2, 34. ubi vid. tamen n. 8.) adcipienda putabat. Ceterum et alius coloniæ nomen post *etiam* aut *hominum* excidisse suspicari possis, aut legendum esse *Pometiam*, seu potius *Antium* pro *etiam*, vel *Circejis* pro *ipsis*. Inter Livium certe et Vellejum non satis convenire de anno coloniæ, Setiam deductæ, jam monuit Drak.

CAP. 31.)—1. *æs alienum, cujus noscendi gratia — censores facti*, cf. cap. 27. — *eo violentior inpediendo delectui*, cf. c. 27. et ad 2, 9, 5. — *quoad bellatum esset*, quamdiu bellaretur, vel donec bellum fuisset gestum, h. e. finitum; nisi leg. *debellatum*: nam *bellatum* eo sensu positum esse, quod Ern. ad Tac. hist. 2, 40 pr. putabat, vix crediderim.

2. *discordia hostium fretus*, v. ad 4, 37, 6. — *ab justo exercitu justa ira facta* populatio. Cf. ad 6, 13, 3.

3. *in hostico* s. hostili scil. agro (44, 13.) ut 8, 34. 28, 24. 29, 2 pr. Sic et *pacatum, bellicum, cavum*, et mox *non satis* sc. agris s. locis (ut passim *satum* et *sata*) *in spem frugum relictis*. Cf. ad 8, 12, 11.

CAP. 32.)—1. *in murum a censoribus locatum*, v. ad 5, 23, 6. — *quem delectum inpedirent, non habebant tribuni pl.*, quia pax tum erat. Cf. Ind. voc. *delectus*.

2. *Iisdem opibus* (auctoritate et potestate) *obtinuere* sc. principes: quæ ellipsis dura quidem est, sed passim in Livio concoquenda. Au legendum: *Hi iisdem opibus* cet.

3. *qui, si qui alibi motus* cet. immo *quis* propter tot ὁμοιοτέλευτα; etsi non ignoro, *qui* et *quinam* passim mollius dici pro *quis* et *quisnam*, v. c. 24, 22, 8. 28, 29, 1. 33, 32, 3. 34, 2, 5. ad Sil. 2, 645. ut contra *quis* pro *qui* 3, 51, 1. 6, 40, 7. 34, 6, 1. nisi his et aliis locis *qui* legere malis. Burm. ad Phædr. 1, 13, 6. dicit, veteres certos fuisse elegantiæ suæ, et ubi *qui*, ubi *quis* præstaret, usu fuisse doctos, licet nos sæpe in his fluctuemus. Adsentitur ei Drak. ad 45, 24, 3. sed *si qui* sæpius pro *si quis* ap. Liv. et alios obcurrere monet ibidem et ad 3, 17, 7. et 6, 32, 5. — *ad subita belli mitti*, v. ad 4, 27, 1. — *ut nondum satis claram victoriam*, manifestam, certam, *sic — diremit*, v. ad 6, 8, 3. — *restabant*, v. ad 4, 58, 5.

4. *hostes gradu demoti*, v. ad 2, 10, 7.— — *intolerabilis vis erat*, non diutius tolerari, sustineri poterat.

5. *exercitus prope vestigiis sequeretur* sc. hostes, ut 9, 45 extr. *auf der Spur, auf dem Fusse*. — *plus tamen timor*, hostes timentes vel ob timorem, *quam ira*, irati Romani, *celeritatis habuit*: vel *habuit* pro effecit.— *extrema agminis carpere*, v. ad 3, 5, 1. et 4, 27, 1.

CAP. 33.)—1. *Antiates in bello nati erant*, cf. 2, 65. 3, 1. — *deditionem spectarent*, id agerent, ut se dederent Romanis. Cf. ad 1, 9, 3.

2. *postquam utrisque adparuit*, in oculos incurrit, perspectum est, *nihil*, neutiquam, *per alteros stare*, neutrius partis culpam esse, a neutra parte inpediri alteram, *quo minus incepta persequeretur*; utramque partem per se agere et solam consilia sua exsequi posse. Cf. ad 2, 31, 7. *Latini profecti* ab Antio *ad* bellum, *a societate pacis — sese vindicaverunt*, liberarunt, h. e. consilia pacis inhonestæ cum Romanis ineundæ, quæ Antiates agitabant, repudiarunt, hisque renuntiarunt societatem.

3. *incommodis arbitris*, testibus, *salutarium consiliorum remotis*, quum abessent s. discessissent Latini, qui parum commode salutaribus suis interfuissent consiliis eaque inpediissent, et ipsi nunc *sine arbitris* vel *remotis arbitris*, (testibus et consciis, ut 1, 21 2, 4. 22, 60. 25, 30. 27, 28. 39, 11.) h. e soli et suo arbitratu consilia agitare et exsequi possent. Cf. ad 1, 41, 2.

4. *matris Matutæ templum*, v. ad 5, 19, 6.

5. *mœnia Tusculi tueri vident*, vox *Tusculi* forte est glossa, et a multis edd. abest. Cf. tamen ad 1, 3, 8.

6. *quoniam oppido potirentur*, v. ad c. 3. n. 3.

7. *molientes obices portarum*, v. ad 6, 11, 5. — *anceps hostis* cet. Cf. ad 1, 25, 4.

CAP. 34.)—1. *tanto in urbe — crescebant*, v. ad 1, 25, 11. — *quod necesse erat solvi*, tempore non obportuno, sed alieno.

2. *Itaque quum jam ex re* familiari *nihil dari posset, fama* (bonæ famæ jactura, infamia, qua, qui non solvendo erant, notabantur; Duer.) *et corpore, judicati atque addicti, creditoribus satisfaciebant*, v. ad 2, 23, 1. et 3, 44, 5. — *pœnaque in vicem fidei cesserat*, v. ad 2, 30, 1. et 6, 14, 11. — *obnoxios*, v. ad 3, 39, 1.

3. *quod tanta vi, ut liceret, tetenderant*, v. ad 4, 8, 6. et cf. 4, 6. 7. et 5, 12. — *viro acri experientique*, gnavo, promto et audaci, (*unternehmend*) ut sæpe ap. Cic. et alios. v. Schelleri Lex.

sui corporis, ordinis ac generis, cf. ad 1, 17, 2.) ut mox *inter id* r patricios. — *tum etiam ad ple-* ox *ad vulgum*. Cf. ad 2, 10, 10. *m Fabio ad vulgum quæsierat*, v. ad — *forem perculeret*, fores.— *sueta*, v. ad 4, 9, 4.

im is risus stimulos subdidit (ut al. *acuere*, metaphora ducta a *sti-*pφ s. *σαυρωτῆρι*, quo equi et tores pungi atque incitari sole-*o muliebri* Fabiæ minoris, *mobili*, movetur, turbatur et inritatur ; (quod apte et vere dictum) ob frequentiam, (nam sextus est ad seqq. referendus) *quoque credo* — *visum* esse. — *prosequentium*, ministrorum amicorumque, qui summumque magistratum officii causa domum (ut 2, 31 extr. 23, al.) vel ab domo in forum, vel, 42, 49. et al., consules ex Urbe ciam proficiscentes, *prosequi* vel omitari et sectari (ut et salutare currere) solebant; quod propr. ebatur. Cf. 26, 19 extr. For-*quid vis?* est discedentis et obse-*ntis*, Klock. coll. Donato ad Te-ant. 2, 2. Nos dicimus: *haben was zu befehlen?* Doer. — *suique* ii *ipsam malo arbitrio*, judicio, *quo* cognatione et genere *quisque mi-i vult, pœnituisse:* etiam hæc Livii a rei naturæ et veritati consen-

tam (turbatam, perturbatam, ut 34, 50. 35, 15. et Gr. *συγχυθεῖ-εχυμένην*, forte et 45, 42 pr. nisi *confundere* est tristitia adficere et f. Drak. ad 26, 18. Heins. ad Val. nos ad Juvenal. 3, 1.) *eam ex re-s animi*, dolore; nam *ægritudo um aliquem doloris efficit*, ut verbis . Qu. 4, 7. utar, et hinc cura ac *'ere, edere, pungere, urere, fodere, sti-* *κνεῖν φρένας, ἀμύσσειν, κατέδειν* citur. Similiter *desiderium liber-det* (pro simpl. *mordet*, ut ap. Virg.) *animos*, h. e. vexat, stimulat 8, *satin' salvæ*, v. ad 1, 58, 3.— reticentem; celantem, dissimi-sensu apto, sed insolito) qui ad-pendet a verbo *elicuit*, h. e. *per-*movit, perpulit: quo sensu simi-ur 38, 43. *Hæc querentes interro-ul ad plura dicenda eliciebat.* At *m*, *ut fateretur, eam esse causam* *me* postrema *causam doloris*, in-repetita, (v. tamen ad 1, 3, 8.) e epserunt, et leg. *ex avertente* sc. , ut confusionem animi ab eo , (nisi jungere malis *percunctatus sese*) *causam doloris elicuit*, ut *ar-elicuit* 40, 23 pr. et *sermonem eli-*

CAP. 35.)—1. *rerum novandarum*, v. ad 1, 52, 1.

2. *deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset*, v. ad c. 15. n. 7. Bachius in hist. jurispr. Rom. lib. II. c. 2. § 10. hæc notavit: " Atque hæc quidem, post XII Tabularum ea de re caput, prima est lex fenebris, quam, in adsiduo fenebri malo ærisque alieni necessitate, plures aliæ sequutæ sunt. (v. Tac. Ann. 6, 16.) Quas tam multas de eadem re leges quis credat necessarias fuisse? Scilicet tenendum hoc est, fraudem feneratorum multiplices vias invenisse eludendarum legum, v. c. chirographis atque conventionibus majus fenus sibi pactos esse cet." Cf. ad 7, 16, 1.— — *triennio æquis portionibus persolveretur*; cf. ad 30, 37, 2.

3. *ne quis plus* quam *D jugera agri* sc. publici, non privati, (v. ad Epit. Liv. 58. n. 2.) *possideret*; et, si quis plura possideret, ea inter plebem æquo pretio dividerentur: quæ lex agraria sæpius repetita est. Cf. 7, 16 extr. 10, 13 extr. et ad Epit. 58. n. 2.

4. *ne tribunorum militum comitia fierent*, (v. ad 9, 42, 2.) *consulumque* sc. ut (quod latet in *ne* pro *ut non*) *utique*, saltem, vel omnino, (*durchaus*) *alter ex plebe crearetur*, cf. cap. 37 pr. 8, 12 extr. 27, 34, 4. sup. ad 2, 30, 1. inf. ad c. 40. n. 8. 22, 35, 7. 23, 31 extr. 27, 34, 4. 35, 10, 1. 39, 32, 2.

5. *conterriti Patres quum trepidassent*, v. ad c. 3. n. 3. Verba *publicis privatisque consiliis* non modo ad seq. *invento*, sed etiam, et forte rectius, ad præc. *trepidassent* referri posse, jam monuit Stroth. Cf. ad 1, 7, 7. et 3, 49, 4. — Mox *conlegas* octo *adversus tribun. rogationes comparaverunt*, v. 2, 44. 4, 48. et ibi. n. 6.

6. *pro antiquatis rogationes essent*, v. ad 4, 58, 10. — *Bene habet* formula contenti ac quodammodo adcipientis vel adprobantis, ut 8, 6. 9. 35 al. Stroth. Dictum pro: *bene se habet res*, ut Gr. *καλῶς ἔχει*, et Germ. *Wohl! Gut!* — *isto telo*, v. ad 3, 50, 1.— — *faxo*, faciam, *ne juvet*, vos delectet, vel vobis prosit, *vox ista Veto*, qua utebantur tribuni pl., intercedentes vel Patribus vel conlegis.

7. *Comitia præter ædilium — tenuit*, v. ad 9, 42, 2. — *eaque solitudo*, defectus, vel infrequentia, *magistratuum*, *ἀναρχία*, *per quinquennium Urbem tenuit*, in ea obtinuit; nisi potius leg. *in Urbe tenuit*, duravit. Cf. ad 2, 3, 6. Ceterum Eutrop. 2, 3. Vopisc. in Tac. 1. Cassiodorus et alii tradunt, Urbem quadriennio tantum fuisse sine magistratibus curulibus; quod magis congruere cum rationibus fragmentorum Capitolin. docet Pighius in Ann. ad a. 378. et 384.

CAP. 36.)—1. *Tusculanis, veteribus sociis*, (v. 3, 18.) *novis civibus*, v. sup. c. 26 extr. *Eaque res verecundia maxime Patres movit*, h. e.

[redacted]

ita, ut dignos omnino Tusculanos haberent, quibus ope ferenda venerationem et verecundiam suam probarent; Doer. *maxima* in ed. Rom. 1472. prob. Stroth.

2. *Remittentibus tribunis pl.* sc. certamen s. intercessionem; vel potius permittentibus, non repugnantibus, h. e. non intercedentibus. Sic fere 7, 11, 2. *suarum quoque rerum*, a se feliciter fortiterque gestarum, *illis remisso honore*, concesso et tributo. Cf. Cæs. B. G. 7, 20. ad Tac. Ann. 1, 8, 14. Cujac. Obss. 21, 29. Gron. Obss. 4, 2.

3. *In majore discrimine domi res vertebantur*, v. ad 3, 27, 6. — *et quum octo ex conlegio — fuissent*, (v. ad c. 35. n. 5.) nunc *quinque soli*, tantum, *erant*. — *capti et stupentes animi*; in uno cod. *animis*, quod ad utrumque partic. referri potest. Sed Stroth. monet, similem quatuor vocum in *S* exitum esse ingratum, et similiter dici 1, 7. *confusus atque incertus animi*, et alia. Cf. ad 1, 33, 7. et 3, 26, 8.

4. *vocibus alienis*, verbis aliorum, quæ ab aliis edocti erant; Ern. — *intercessioni suæ prætendebant*, v. ad 3, 45, 1. — *artifices jam tot annorum usu tractandi animos plebis*, qui tam longa experientia probe didicerant artem eos tractandi. Cf. Quintil. 11, 1.— *primores Patrum productos*, v. ad 3, 64, 2.

5. *bina jugera agri*, quæ plerumque colonis dividebantur. Cf. ad c. 16. n. 7. 31, 49 et ad Juvenal. 14, 163 sq. — *locum sepulturæ* et busta, quæ olim in agris esse solebant. v. Victorii Var. Lect. 14, 21.

6. *An placeret, plebem fenere circumventam*, obpressam et demersam, *corpus potius in nervum ac subplicia dare, quam sola sorte* sine usuris reddita, id, quod ipsi creditum esset, *solvere*: quæ indignitas in eo posita est, quod patricii malle viderentur subplicium plebis, etiamsi perderent sortem creditam una cum usuris, quam illam sine his adcipere incolumi plebe; Stroth. Ad hæc et seqq. conf. ad 2, 23, 1. 3, 44, 5. 6, 14, 3. et 15, 7. unde patet, legem a tribunis latam, ut feneratores sola sorte essent contenti, et de capite deduceretur, quod usuris pernumeratum esset. *plebem, ni potius, quam sortem creditum solvat* cet. edd. ante Drak. conrupte. Sed nec nostra lectio satis placet nobis et Bauero, qui hæc notavit: "Quid enim sit, *potius in nervum dare corpus, quam creditum solvere?* Neque enim nervo daret corpus, si creditum solveret! Quid deinde sit *sorte creditum?* An *potius sorte*, i. e. quam sortem? Qui ergo differant *sors* et *creditum?* An *sorte creditum solvere* pro: per sortem, qua sortem, sc. deductis usuris? At hæ non erant creditæ. Forte leg. *ni ocius sortem creditam solvat.*"

7. *carcerem privatum esse*, v. ad 1, 33, 11.

CAP. 37.)—1. *Hæc quum apud timentes sibimet ipsos*, sc. plebejos, *increpuissent*, v. ad 3, 8, 1. — *fenere trucidandi*, perdendi, *plebem*, ut ap. Cic. Cæl. 18. et Off. 2, 25. Cf. inf. ad 42, 5, 7. et Salmas. ad script. hist. Aug. T. I. p. 557.

2. *penes se auxilium tantum sit*, auxilii latio adversus Patres, et auxilii, non pœnæ jus, quum non populi, sed plebis, magistratus sint, nec pro *imperio* possint agere. v. omnino 2, 33 pr. 35. et 56. — *nisi alterum consulem utique — neminem ex plebe fin* consulem. Cf. ad c. 35. n. 4.

3. *quatuor et quadraginta annis*: nam a. V. 310 vel 311 primum creati sunt tribuni mil. cons. pot., et a. 355 primus ex plebe. v. 4, 6. 7. et 5, 12. — Mox cum Jac. Gron. leg. *Qui crederent*, vel *Quis crederet, duobus nunc in locis* cet. aut cum J. Fr. Gron. delendum sive τὸ *ne*, sive *qui crederent*. Faber conj. *Quid? crederentne duobus in locis*, ut Bauer *creatum esse, cui rem publicam crederent*, ut indignitas augeatur: dignos non habitos plebejos nec idoneos, quibus resp. crederetur. — *duobus in locis* sc. consulum, (v. ad 4, 16, 5.) ut *octona loca* tribunorum mil. de quibus v. ad 5, 1, 1.

4. *eam esse arcem libertatis*, cf. ad 3, 45, 9. — *exactos reges*, v. ad 1, 39, 2.

5. *Hujus generis orationes adcipi*, probari, benigne excipi. — *pro duumviris sacris faciundis decemviri*, v. ad 3, 10, 6. et 3, 35, 1. — *rogationum comitia*, comitia de iis habenda.

CAP. 38.)—1. *ad novos trib. mil. dilatæ* forte *delata*: nam, quod *circumactum annum* scribit, non distulit rem, sed detulit, fecit ut ad eos deveniret; Bauer. — *duos utique* v. ad 2, 30, 1.

2. *quum tribus vocarentur* (ad subfragium), quum jam in eo res esset, ut tribus essent vocandæ; quod mox factum dicitur; Stroth. Ita non est quod quæramus cum Dukero, quid potissimum visne quædam, an viri alicujus auctoritas, inpedimento fuerit, quo minus hæc comitia, tribubus jam vocatis, perficerentur et in iis perferrentur leges.

3. *tantum vinceretur*, tanto minus validum esset; Ern. — *Uti rogas, primæ tribus dicerent*, v. ad 4, 58, 10.

4. *dictator intercessioni adero*, ejus jus tuebor, in quo alias vestrum auxilium positum est, quod intercessione sublata simul evertitur, Stroth. Cf. ad 3, 14, 6. — *nihil* (v. ad 3, 20, 3.) *patricium magistratum inseram*, inmiscebo, *concilio plebis*, non mea auctoritate vestra consilia et subfragia turbabo et inpediam, vel illam his *interponam*, (v. ad 3, 46, 2.) ut *factionibus inserere publicam auctoritatem* 33, 47.

5. *Adversus ea quum contemtim* cet. Cf. ad 2, 56, 13. — *de medio plebem emoverent*, ut al. *submovere*.

6. *seu quia vitio creatus erat*, unde mox *auspiciis magis deterritum*. v. ad 5, 17, 4.— *pro dictatore*, v. ad 2, 7, 4.

quid creari adtinebat, v. ad 2, 41, *se in ordinem cogi videbat*, v. ad 3, *aut ne illas quidem* rogationes suratas, quarum vel contra dictaoritatem perferendarum causa, *lata erat* de mulcta ejus.

).)—1. *de plebejo consulatu antiqua-* 4, 58, 10. — *perfecta*, perlata, *esset*, leges et jussæ et antiquatæ, *in omnia*, in omnes rogationes, *ulere plebem dirissent*. Cf. ad 2,

icinio, *qui tribunus militum fuerat*, ex plebe, quod quidem non nol pr. sed vel ex eo probabile fit, o post c. 32. traditur, tamquam le, omnes anni seq. tribunos e patricios. An leg. *P. Licinio?* Perperam autem Plut. in Ca-, hunc fuisse eumdem C. Lici- tribunatum plebis per hos IX serit. — *adcipio*, apud scriptores

continuari honorem, v. ad 4, 22, 4. *simulando petebant*, quod se nolle imilabant, sed re vera optabant, latione facilius se consequuturos . — *velut in aciem stare*, v. ad 2, *cie* al.

toriumfulmen in se intentatum; nam icuntur, quæcumque instar fuln inpetu ruunt, et vel terrorem m incutiunt, vel omnia contunecant, quibusque gravis et pera est: hinc et inopinata gravis s. calamitas inf. 45, 41 pr. Cf. 421. et Astii Obss. in Prop. p. 66. *magistro equitum dicendo*, v. ad 1, 53, *bem morari se ipsam et commoda sua*, 4, 5. *adcipiendas rogationes*; dum adcipi-, 11, 3. — *sine spe honoris relin-* *relinquere*; Gron.

0.)—1. *præ indignitate rerum*, propt 10, 13, 8. 28, 36, 5. 31, 24. - *stupor silentiumque inde*, ex stu*ros defixisset*, v. ad 3, 47, 9. Mox *mihi fit* emend. Drak. *diæ genti nil antiquius*, v. ad 1, 32, *rorum alterum neque nego*, *neque in-* oc neque ita esse non adfirmo; lamsi hoc quasi crimen nobis obateri dubito; Stroth. *neque ego* quidem, ut 9, 9.) *infitias eo*, vel *neque infitias eo* conj. Jac. Gron. erba *negare* et *infitias ire* plane synse. Similiter Cic. p. Rosc. Am. *non enim novi*, *nec scio*. " *Negare* certe esse videtur simpl. non adnolle verum esse; *infitias ire*, velut jectum et ut rem turpem, certe a, a se amoliri; quod fateri, turnosus vel periculosum;" Bauer.

Idem mox conj. *simus* et *voluissetis* pro *sumus* et *voluistis*. — *adsciti in civitatem et Patres*, v. ad Tac. Ann. 1, 8, 4.

3. *perpetuos*, *si Diis placet*, *tribunos*, v. ad 3, 19. 6. et 4, 3, 4. — *novem annis*, *quibus regnant*, v. ad 24, 29, 3. Mox *inquit*, ut Gr. ἔφη, pro *inquiunt*, ut al. pro *inquis*, in disputatione aut oratione: frequens formula proponendæ adversationis, ut significetur aliquis contradicturus ex isto numero. Ita sæpius in hoc cap. et inpr. ap. Senecam. v. Gron. et Drak. ad 34, 3. et 5.

4. *Quid*, quomodo, *est aliud dicere* sc. quam s. nisi dicere cet. ut 4, 4. *quid est aliud quam exsilium pati?* nisi positum est pro: cur est aliud dicere, h. e. cur aliud dices si dixeris, vel leg. *quid id est*. Cf. n. 10. et ad 4, 2, 10. — *qua vos semper tribunos pl. habeamus*, v. ad 3, 19, 6.

5. *seu utiles*, *seu inutiles*, v. ad 3, 33, 5.— — *Obsecro vos*, *Tarquinii tribuni pl.* v. ad 3, 39, 2.

6. *Non*, *inquit*, (v. not. 3.) *licebit*. *Tu de fenere — aut nihil fero*, verba tribunorum, non qualia illi pronunciarant, (sup. c. 39 extr. Non esse modestiæ populi Rom. cet.) aut qua sententia illi adcipi ea voluerant, sed qualia ea populo videri, quamque sententiam ex iis elici cupiebat Appius, qui iratus illa multo invidiosius et asperius reddit; Gron. qui verba Appii, ex sua ipsius mente adjecta, *hoc portenti non fiat*, desumta putabat ex versiculis in Ventidium ap. Gell. 15, 4 extr. — *venenum ponat*, adponat. — *vitale*, cibus, quo vita servatur s. sustentatur.

7. *Si quis patricius*, *si quis C.* v. ad 6, 32, 3.

8. *At hercule sermo est minime civilis*, sermo vester, Patres, minime est popularis, atque hoc causæ est, cur quæ ab aliquo vestrum dicuntur adversis auribus adcipiamus: hæc iterum quasi ex mente plebis sibi objicit Appius, iisque respondens etiam rogationem illam non magis civilem esse ait; Stroth. — *indignantur* sc. tribuni; contemtim et δεικτικῶς. *Sermoni Patrum simillima*.

9. *qui utique alterum ex plebe fieri consulem jubet*, ut mox *haud pro dubio consulem esse*. Cf. ad c. 35. n. 4.

10. *in commune honores vocare*, v. ad 7, 22, 4.

11. *Quænam ista societas*, *quænam consortio est?* de voce *consortio* v. Drak. ad 40, 8, 12. Heusing. ad Cic. Off. 3, 6. Laurenberg. Antiquar., Burm. ad Vellej. 2, 99.

12. *Quid est dicere aliud*, *quia* cet. Al. *nisi quia*. Cf. n. 4.

CAP. 41.)—1. *ut nihil ne pro minimis quidem debeant*, ne tantum quidem gratiæ, quantum quis pro re minima (immo, pro

minimis honoribus) se debere putat; Crevier et Doer. Bauer τὸ *nihil* putat dictum pro *quidquam*, (v. ad 2, 45, 7.) aut argutæ concinnitatis specie lapsum Livium hoc voluisse: maxima adeptos tribunos, nil omnino, ne minimum quidem, debere velle, aut pro eo obstrictos esse. Neutra explicatio satis facit, ut nec emendationes Fabri *ut nihil pro iis nec minimum q., d.* et *ut nihil populo Romano Quiritium debeant*, vel Gron. *ut nihil quasi pro minimis debeant*, vel Doujatii *ut nihil, ne ut pro m. q., d.* et *ita minima s. a., ut nihil, ne pro maximis q., d.*, vel Drak. *ut nihil, ne minimum q., d.* et *ut nihil populo Rom., ne minimum q., d.* Forte leg. *et ita*, hac ratione, sc. perlata lege, *maxima*, maximos honores. (nisi scrib. *maximos*, quod auribus est gratius) *sunt adepturi, ita nihil ne pro maximis quidem debebunt.* Pro *malunt* Gron. *malint.* An *malent? occasionibus potius*, (ut mox: *per istius legis occasionem*) *quam virtute*, virtutibus ac meritis.

2. *Est aliquis*, non deerit, *qui se inspici fastidiat*, suos mores examinari. Mox junge: *certos sibi uni honores esse.* In edd. ante Drak. signa interr. posita post *fastidiat* et *esse* cet.

3. *tamquam regum in Capitolio*, qua voce vel Capitolinos fastos, vel solennem tunc comitiorum tribun. locum, vel regum statuas in Capitolio positas (v. Plin. 33, 1. et inpr. Dio Cass. l. 43. p. 236. qui etiam juxta septem regum statuas duas Bruti et Cæsaris positas fuisse docet; de quo et v. Suet. Cæs. 76. et Cic. p. Dejot. 12.) numerumque annorum imperii regii illarum basibus inscriptum, designari putabant Cuper. et Gron. Hic tamen verba *in Capitolio* resecari malebat, aut legi *in Campo* vel *in comitio*.

4. *Auspiciis hanc urbem conditam esse* cet. Cf. ad 5, 51, 4. — *Penes quos igitur sunt auspicia* cet v. ad 2, 33, 3. — *auspicato*, v. ad 5, 21, 1.

5. *interregem prodamus*, creemus; vocab. propr. de interrege et flamine. — *privatim auspicia habeamus*, ut contra mox *in magistratibus;* forte leg. *privati.*

6. *Quid igitur aliud quam tollit* cet. v. ad 2, 8, 9. — *si pulli non pascentur*, forte *pascantur;* Bauer.

7. *si occinuerit*, cecinerit, *avis;* quod verbum propr. dicitur de auspiciis tam faustis quam infaustis. Cf. 10, 40 extr. — *Parva sunt hæc, sed* cet. Cf. ad 5, 51, 4.— *hanc rem* publicam. — *pace deorum*, v. ad 3, 5, 12.

8. *Vulgo ergo pontifices — creentur*, v. ad 5, 8, 1. — *cuilibet apicem dialem inponamus*, v. ad 1, 34, 13. — *tradamus ancilia* cet. h. e. quoslibet faciamus Salios cet. Cf. ad 1, 20, 7. — *penetralia*, ubi pignera inperii adservabantur, ancilia et palladium, scil. in sacello ad templum Vestæ; Ern. Cf. ad 1, 20, 3.

9. *Patres auctores fiant*, v. ad 1,
10. *fidem abrogari* cet. Cf. ad
11. *Omnium rerum causa — fi*
ad 34, 4, 16.

CAP. 42.)—1. *ut tempus rogi*
bendarum proferretur, cf. ad 3, 2
58, 10.
2. *de decemviris sacrorum* cet.
37. n. 5.
3. *quietæ extremæ res*, cf. ad 1,
18, 1.
4. *Bellatum cum Gallis eo anno*
nem fl. auctor est Claudius, Q.
Quadrigarius, qui annales Acilii
rum auctor tempore belli Puni
erat, ex Græco vertit in Latinu
39. et 35, 14. quam tamen vers
gon. tribuit *Clodio Licinio*, de quo
et in primo ejus libro hanc T. M
nam cum Gallo descripsit v. G
De ipso Claudio et Acilio v. Dul
39, 12. (ubi docet, non minus
esse, quis Acilius fuerit histori
utrum Claudius Quadrigarius
Claudius Acilii annales verte
ibid. (qui Acilium illum non
Acilium Glabrionem, ut Voss. I
1, 18. putabat, sed C. Acilium, a
maj. p. 349. laudatum, sus
Schweigh. ad Appian. de reb.
1. p. 172. Voss. de hist. lat 1,
Ernesti clav. Cic. De illa pugn
10.
5. *hoc autem anno in Albano agro*
signa conlata, cf. Polyb. 2, 18.
anno XXX post Romam a Gall
hoc factum dicit. — Mox *quum*
ginqua leg. cum Gron. deleto *se.*
rant, v. ad 4, 33, 6.
6. *comitia consulum adversa no*
bita, v. ad 1, 46, 4. — *Quia pat*
tores futuros negabant, (v. ad 1,
venit prope (pæne ad) *secessionem pl*
48, 3. cf. ad 2, 48, 5. *prope ad seces*
dam MSS. ut 10, 6. et al. v. Dra
7. *a plebe nobilitati* concessum
cet. Ita olim dux belli et consu
fectus provinciæ (ut 26, 1, 2. 40,
dicebatur a *præeundo;* unde *præt*
7, 3. summus magistratus, for
qui fasces habebat, vel dictator;
ducis tentorium in castris, *prætor*
p. porta. Cf. ad 3, 5, 3. 3, 55, 11.
21, 3, 5. 23, 19, 12. 31, 24.
Atheniensium est, opinor, στρατηγὸ
chon, ut et ap. Cic. ad Div. 1,
Cic. Off. 1, 40. conl. Strab. 14,
40 pr. et 23, 41, 3. (quibus loci
Livius dixit pro duce, quia T.
Torquatum et T. Otacilium hoc
tores non fuisse, ex 23, 30. et
intellegitur: neque *proprætorem* c
et Perizon. de prætorio 1, 13.
videtur; quod saltem a 23, 40

num est: nam Manlius proprie nec prætor erat, nec proprætor: cf. c. 34.) 28, 39, 1. 30, 43, 5. et ad Juvenal. 10, 36. Duk. inf. ad 23, 40, 1. Drak. ad 30, 2, 4. Mox sententia et verba paululum turbata pro: *quum senatus censeret eam rem dignam esse, ut ludi maximi fierent*, (cf. 24, 16 extr.) *et dies unus ad triduum adjiceretur*, (v. ad 2, 36, 1.) *meritoque id, si quando unquam alias, Deum immortalium causa libenter facturos*, curaturos, *fore*, esse, (ut 25, 24. 26, 26. 29, 3. 30, 2. 35, 13. Gell. 10, 1. et Cic. ad Att. 5, 20. 21.) scil. ædiles plebis; (quæ dura est ellipsis, e seqq. repetenda) *recusantibus id munus* cet. Cf. Gron. Obss. 4, 25. Ceterum hæc fraus erat Patrum, qui facile prævidebant, Ædiles plebis, quibus ludorum cura erat commissa, id oneris recusaturos, et plebem præ nimio gaudio dolum non sensuram esse. — *ut ædiles fierent*, v. ad 5, 15, 6.

8. *ut duo* (al. *duos*; sed v. ad 3, 62, 4.) *viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret*, v. ad 3, 64, 5. — *Patres auctores fierent*, v. ad 1, 17, 6.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM VII.

CAP. 1.)—1. *Annus hic insignis erit*, h. e. fuit et manebit, Doer. Cf. ad 21, 46, 7. — *novi hominis*, v. ad 1, 34, 8. — *quæsivere*, v. ad 2, 43, 7.

2. *Patres præturam Sp. Furio* (cf. Suidas v. Ὑπάτρωρ) — *gratia campestri* (gratia sua apud populum artibusque in campo Martio apud subfragia ferentes adhiberi solitis, Stroth. ut *campestre certamen* 32, 7, 5.) *ceperunt*, effecerunt ut ille caperet (vel ut nos fere dicimus: *etwas für Jemand erhalten*) ut paulo ante *plebes consulatum Sextio dedit* pro, effecit ut ei consulatus daretur; Gron. Similiter 39, 2. *consul pacem dedit finitimis*, effecit, ut iis pax esset, ne vexarentur a Liguribus.

3. *Quum de industria omnia proferrentur*, v. ad 3, 20, 7. — *justitio*, v. ad 3, 3, 1.

4. *non patientibus tacitum tribunis*, v. ad 1, 50, 7. — *prætorem conlegam consulibus atque iisdem auspiciis creatum*, v. Gell. 13, 15. — — *verecundia inposita est senatui ex Patribus jubendi ædiles curules creari*, cf. ad 3, 62, 8. Nota Drak. est: "*Jubere* magistratus non senatus, sed populus dicitur, quum eos comitiis creat. At hoc tempore adhuc in potestate Patrum fuit, habendis comitiis conditiones dicere, negando se auctores fore, nisi, quod jusserant, observaretur. v. Gron. Obss. 1, 25. Ita non in solius populi potestate olim fuerat decernere, utrum tribunorum consularium an consulum comitia haberentur, verum ad id etiam SCtum requirebatur. Cf. 4, 12. et Dionys. l. 11. p. 735." Cf. ad 1, 17, 6.

5. *pestilentia ingens orta*, v. ad 1, 31. 4. — *Censorem*, cf. Pigh. Ann. ad a. 387. — — *pro portione*, v. ad 5, 4, 2.

6. *mors quam matura, tam acerba M. Furii*, nihilominus acerba, quamvis ea senectute ipsi contingeret, qua exspectari debuerat, Stroth. Sic *mors matura* senis decrepiti ap. Cic. Div. 1, 18. et Catil. 4, 1. — *vir unicus*, v. ad 1, 21, 3. — *clarior in exsilio*, forte del. τὸ *in*; Duk.

7. *Par deinde titulo tantæ gloriæ fuit*, ei non defuit, sed respondit, eum non fefellit, tuitus est; Doer. — *per XXV annos*: immo *per XXIV* a. v. Periz. anim. hist. c. 10. Mox forte leg. *Romani ferrent*, h. e. haberent et dicerent.

CAP. 2.)—1. *pacis Deum exposcendæ causa* (v. ad 1, 16, 4.) *lectisternium fuit*, v. ad 5, 13, 5.

2. *nam Circi modo spectaculum fuerat*, ludi tantum Circenses in usu et noti fuerant. Cf. 1, 35. — *parva quoque res*, tenuis, *fuit*; rude adhuc et inconditum fabularum ludorumque genus. Pro *quoque* forte leg. *quidem*, delendumque *et* ante *ea ipsa*; Bauer.

3. *Sine ullo carmine*, cantu et declamatione, sine cantore, qui pronuntiaret verba vel caneret, *sine actu*, sine histrione, qui saltando et gesticulando ea, quæ a cantore pronuntiabantur, exprimeret, sine dramatica et mimica repræsentatione *carminum*, h. e. eorum, quæ canenda erant vel declamanda, (unde mox *suorum carminum*, dramatum, *actor*) et *imitanda*, scita imitatione aptisque gestibus exprimenda, (*actus imitandorum carminum* est actio, gestus ad-

conmodatus ad exprimendas sententias: nam *imitari* est exprimere, reddere, adconmodare actum s. gestum ad *carmina*, ad verba cantici apte exprimenda: aut, si absint *carmina*, i. e. verba in scena actori pronuntianda, ut non loquatur, sed tantum gestum faciat, aut alii loquenti gestum mutum adconmodet, *imitari* sit, gestu idem reddere, quod verbis exprimi possit aut debeat, efficere, ut e gestu ipso et solo res et sententia non minus intellecta adpareat, ac si *carmine* s. verbis esset prolata; Bauer.) *ludiones* vel *histriones*, h. e. Mimi, (quæ propria illorum verborum vis est. et hinc translata ad omnes fabularum actores, qui simul erant Mimi) *ex Etruria adciti, ad tibicinis* tantum *modos*, numeros, *ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν*, *saltantes*, h. e. gesticulantes vel mimum agentes: (nam saltatio veterum magis fere manuum, quam pedum motu artificioso continebatur) *haud indecoros motus dabant*, faciebant, (cf. ad 1, 25, 8.) aut edebant, ut 8, 24, 3. 31, 50. al. Hoc est primum ac rude mimorum genus, sine verbis actum, ludionibus ad tibicinis tantum modos saltantibus: postea iis propria fuit conjunctio sermonis cum gesticulatione, vel actio ad modos et tibiam facta, quam mox saltationi adjunxisse dicitur *juventus* Romana, cantore declamante et histrione simul ea, quæ canebantur, gesticulando exprimente. Qua in re potissimum *Mimi* differebant a *Pantomimis*, qui non sermone, sed sola gesticulatione utebantur, et præterea exquisitiori cum arte tam psallebant quam saltabant, nec nisi Augusti ævo celebritatem consequuti videntur. Cf. Ziegler de Mimis Rom. Gœtt. 1788.

4. *simul inconditis inter se jocularia fundentes versibus*, simul ad tibiam alternis canentes versus *inconditos*, (v. ad 4, 20, 1.) Saturnios et Fescenninos, actionemque adjungentes saltationi vel gesticulationi; *nec absoni a voce motus erant*, non a cantu abhorrebant gestus. — *usurpando excitata*, "exculta, perfecta, aucta, quasi domus surgens aut ignis adspirando, ut *ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα* 2 Tim. 1, 6. et fere 1, 39 *excitantur* pro finguntur, confirmantur, perficiuntur: sed legere gestio *exercitata vernaculis artificibus, et, quia* cet. vel *re — exercitata v. a., quia* cet." Bauer. — *Vernaculis artificibus*, histrionibus. v. ad 5, 1, 2. *Histriones* vel *histros* ita dictos monet Festus, quod primum ex Histria venerint, at Cluvius Rufus ap. Plut. Quæst. Rom. extr. (Opp. T. II. p. 289. C.) ab Histro quodam, qui ludionibus, ex Etruria hoc anno adcitis, arte longoque ejus usu præstiterit.

5. *qui non, sicut ante, Fescennino versu*, versui, (v. ad 4, 12, 8.) *similem, incompositum ac rudem, temere* et *alternis jaciebant*. Hic est verborum ordo, judice Gron. "Sed quo minus voc. *temere* referatur ad *jaciebant*, obstare videntur interjecta *ac rudem*. Itaque, quamvis pleonasmo laborent, jungi placet *inconp. temere*, brevitate quidem Livio non indigna, temere et ex tempore confectum versum, ideoque parum conpositum;" Bauer. Forte leg. *Fescennino versu* (aut *versui similem*, i. e. *conpositum temere*, nisi malis: *vel compositum temere* cet. Notum vero est, quod jam in Procemio de Juvenalis vita §. 11. dixi, (ubi etiam de variis *Saturæ* s. *Satiræ* Rom. generibus disputavi) priscos et Latii et Græciæ agricolas in Liberalibus et festis diebus post messem conditam, præter alia ludicra per pagos acta, etiam personatos vinoque plenos prætereuntibus sibique invicem ingessisse scommata et dicteria, versibus plerumque inconditis s. incomtis, *alternis*, *ἀμοιβαίοις*, (v. ad 4, 53, 5.) et extemporalibus (*αὐτοσχεδιάσμασι*, vel *αὐτοσχεδίοις ᾄσμασι* s. *ποιήμασι*, *Inpromptus*, *Inprovisare*) *temere*, ex tempore et sine arte, adumbrata; talesque versus fuisse *Saturnios*, h. e. priscos ac rudes, et *Fescenninos*, a Fescennia Etruriæ opp. sic dictos, obscœnis procacibusque jocis refertos, nec ullis vel honesti et decori, vel metri legibus adstrictos, quamvis rhythmi non plane expertes. Cf. Claudiani carm. 11 - 14. Virg. Ge. 2, 385 sq. Horat. Epist. 2, 1, 139 - 167. ibique Wielandi not. 22. et 23.

6. *sed inpletas modis saturas*, ad modulos certos legesque rhythmi adtemperatas, et quodam saltationis actionisque artificio constantes, *descripto*, conposito, aptato et moderato *jam cantu ad tibicinem*, (ut supra *ad tibicinis modos*) *motuque*, gestu, *congruenti peragebant*. (*Modus* alias musica vox, canendi rationem indicans, Germ. *Composition* vel *Melodie*, h. l. Gr. *μέτρον*, Stroth.) Hæc est prisca Romanorum *Satura* vel *Satira*, eaque dramatica, (*Farce, Mischspiel*) e Saturniis et Fescenninis versibus enata, vel ad eorum similitudinem efficta, (nam Livius mox dicit, *his versibus ridicula intexta*, quæ *juventus* Romano *inter se more antiquo jactitaverit*) illisque substituta in scenis, sed minus rudis vel temere conposita. Ea quidem fabula erat, sed incomta adhuc et incondita, neque unius ac certi alicujus, sed mixti argumenti; a cujus etiam varietate, æque ac posterior eaque didactica Romanorum *Satura* s. *Satira*, nomen traxit. (v. Procem. sup. not. 5. memoratum, et sup. ad 22, 4, 1.) Eædem Saturæ postea vocabantur *Exodia*. Cur et quando hoc factum sit, mox docebit nos Livius.

7. *Livius*, L. aut M. Livius Andronicus, Græcus, M. Livii Salinatoris libertus, *post aliquot annos*, a. V. c. DXIV. C. Claudio Appii Claudii Cæci filio et M. Tuditano Coss. anno ante natum Ennium et post confectum bellum Punicum I. (v. Cic. de Sen. 14. Brut. 18. et Tusc. Qu. 1, 1. Gell. 17, 21. et ad hh. ll. Intpp.) *ab Saturis*, post

s (v. ad 1, 1, 5.) et spretis Saturis,
u in scenis viguerant, *ausus est primus*
s. comœdias (ex Græco in Latinum
iem versas) *serere*, conserere, con-
, conponere, *argumento*, h. e. scribe-
llas continentes vel unius ejusdem-
rgumenti, quæ partibus inter se
is et aptis constarent, nec, ut
, confunderent ac miscerent res
liversas et varias. Quæ distinctius
it Valer. Max. 2, 4, 4. ubi Livium
it: *Paulatim deinde ludicra ars ad*
um modos perrexit, a quibus omnium
poëta Livius ad fabularum argumenta
ium oculos et animos transtulit. Bene
t Intpp. sup. 3, 44, 12. Quintil. Inst.
10. *Fabulæ ad actus scenarum compositæ*
ata dicuntur) et Cic. pro Cœl. c. 27.
a fabella est sine argumento, h. e. non
t, ut recte exponit Ernesti, qui
nostrum locum ibi eodem, quo nos,
cepit. Id docuit nos Stroth cujus
tio paulo durior est hæc: *fabulam*
conponere s. facere (ut 3, 43. et 7,
qua ficta quædam res gesta (*argu-*
est ficta res, quæ tamen fieri potuit,
v. 1, 19.) continua narratione et
ita exponeretur, ut omnia, quasi
ad unum totum referrentur. Cf.
43, 1. et 40, 12, 4. Baueri nota est:
uris, ex occasione Saturarum, quum
Saturæ adhuc fuissent, relictis
, ad majora et ingeniosiora pro-
fabulam, integram comœdiam,
historiam, narrationem (*sujet*) *serere*,
re, jungere, continuare, unam et
m reddere, non e singulis aut inter
cohærentibus dictis aptam, immo
, *argumento*, (Sujet,) narratione una
a, una actione rei, (*suite*.")
quod omnes tum erant, scil. *carminum*
arum auctores vel poëtæ dramatici,
mata s. fabulas non modo conpo-
ed etiam docere et *agere* solebant.
dura est, et verba quoque, paren-
clusa, videntur loco suo mota esse,
post voc. *revocatus* vel *obtudisset* po-
— *quum sæpius revocatus* a specta-
, ut repeteret ea, quæ cantasset,
nesti clav. Cic. v. *revocare*) *vocem*
t, sæpe et diu canendo infirmiorem
que fecisset, *puerum* adcivit et *ante*
s *statuit ad canendum*, ut ad modos
aneret, ipse vero *canticum egit motu*
nuum et totius corporis, h. e.
ium, quod a puero canebatur,
ium more expressit gesticulatione,
em *motu aliquanto magis vigente*, gestu
criori ac vehementiori, (ut passim
e motu ac voce saltatorum, canto-
ratorumque) *quia nihil vocis usus*
t, non simul canere vocemque
re opus erat. Ita quoque Valer.
4, 4. hæc verba interpretatus est:
pueri et tibicinis concentu gesticulatio-
nem tacitus peregit. Cf. Suet. Galb. 13. ubi Ernesti monet *canticum agere* ibi idem esse, quod in Suet. Calig. 54. *tragœdo pronuntianti concinere et gestum histrionis effingere.* Romani *canticum* vocabant μονολογίαν vel soliloquium, quod scil. ad modos tibiæ canebatur aut recitabatur; *diverbia* autem sermonem amœbæum vel dialogum, conloquia duorum pluriumve actorum. Diomedes III. p. 488 conlect. Putsch. *Membra* inquit *comœdiarum tria sunt, diverbium, canticum, chorus. Diverbia sunt ea comœdiarum partes, in quibus diversorum personæ versantur. In canticis una tantum debet esse persona; aut si duæ fuerint, ita debent esse, ut ex obculto una audiat, nec conloquatur, sed secum, si opus fuerit, verba faciat. In choris vero numerus personarum definitus non est.* Ceterum forte leg. cum Duk. *et venia petita p. ad c. a. t. statuisset*, vel *venia petita p. ad c. a. t. statuisse et canticum egisse.* Ingratum certe et supervacuum est repetitum *quum*.

9. *Inde ad manum histrionibus* (vel *histrionum cantari*, adcini, *cœptum*, ab histrionibus *cantica* tragœdorum *agi motu*, saltatione et gesticulatione exprimi cœpta, *diverbiaque tantum ipsorum voci relicta*, voce s. canendo ab iis expressa. (Cf. not 8.) "*Histriones* saltabant ac gesticulabantur, eorumque voci tantum diverbia relicta; cantica vero relata ad tragœdos, qui histrionibus gestum sine voce agentibus ad manum cantabant: ut ap. Suet. Cal. 54. Caligula *tragœdo pronuntianti concinebat* et *gestum histrionis effingebat*: et ita Livius Andronicus, *puerum ad canendum ante tibicinem quum statuisset*, non totam fabulam, sed *canticum egisse vigente motu* supra dicitur;" Drak. "Inde institutum, ut alius præter histrionem ad hujus manum cantaret, seu ut ille cantaret, dum histrio manuum gesticulatione vel *motu canticum ageret*, ita ut et canentis cantus et histrionis manus conformes essent eamdemque rem exprimerent;" Stroth. Nota Gron. est hæc: "*Cantare alicui ad manum* est gesticulationi ejus tacitæ, quæ saltando fiebat et loquaci manu, cantando respondere, et pronuntiare modulate, quæ histrio agat. Tragœdus canebat, h. e. modulate pronuntiabat; histrio vel hypocrita vel pantomimus saltabat et gesticulabatur; et præter hos aderat tibicen. Cf. Suet. Cal. 54. et Ner. 24. Ita h. l. *puer ad canendum* pro tragœdo; *tibicen*, ante quem statutus puer; Livius, *actor suorum carminum.* Sic *cantare ad tibias* non semper est solummodo tibias inflare, sed, alio tibias animante, carmen voce adcinere; *cantare ad fides*, *ad citharam ora vocalia movere*, et *subjungere* vel *sociare carmina nervis*, simul pulsare citharam, simul canere, *saltare ad tibicinem* ap. Fest. in *Salva res est*, et supra *descriptus ad tibicinem cantus. Cantabat* igitur puer *ad manum* Livio *histrioni*, (cf. not. 3.) ipse ad tibicinis modos saltabat

[redacted]

agens canticum." Conf. Ferrar. Elect. 2, 5. ubi et refellit emendationem Salmas. ad Vopisci Carin. c. 19. (*ad manum saltari*, ut *ad m. saltare* sit *manibus saltare* et gesticulari, χειρονομεῖν, ut *ad tibias canere* pro *tibiis canere*) et Gronovii interpretationem iuprobat, præcipue eo quod cantor cantando non responderit gesticulationi histrionis, quæ saltando et loquaci manu facta sit, sed quod contra histrio ea, quæ cantarentur, saltando et gesticulando expresserit. Ipse cum Turnebo Advers 3, 23. h. l. exponit: histriones cœperunt *ad manum*, in promtu et coram, prope, in vicino, (v. ad 5, 20, 1.) habere, qui cantaret, et quo pronuntiante ipsi saltarent. — *lege hac fabularum*, ratione comœdiæ legitimæ, ex arte conpositæ, *Methode*; Bauer.

10. *ludus in artem paulatim verterat* sc. se. v. ad 2, 3, 2. — *histrionibus*, saltatoribus, *fabellarum actum relinquere*, gesticulationem permittere; qui supra dictus est *carminum actus*. v. not. 3. Casaubonus de Sat. Rom. p. 182. h. l. ita παραφράζει: Fabularum conpositione inventa, refrixit initio Satira; verum hoc tantisper, dum mos obtinuit, ut ipsi poëtæ suas in scena fabulas agerent: ubi vero agendi partes ad histriones sunt translatæ, retulit in scenam ipsa juventus Rom. risus jocosque priorum Satirarum; (cf. not. 5. et 6.) non quidem, ut fabulas excluderent, sed ut fabulis ipsis, præsertim autem Atellanis, adjungerentur sive insererentur.

11. *quæ inde exodia* (*Intermezzi, Nachspiele*) *postea adpellata:* sic dici cœpere Satiræ, quum fabulis, inpr. Atellanis, adjungerentur. Cf. Juvenal. 3, 176 (ubi vet. Schol. *Exodiarius*, inquit, *apud veteres in fine ludorum intrabat, quod ridiculus foret; ut quidquid lacrumarum atque tristitiæ coëgissent ex tragicis adfectibus, hujus spectaculi risus detergeret.*) 6, 71. Suet. Tib. 45. et Domit. 10. *Exodia* propr. exitus, deinde *ridicula interta versibus*, quæ extra argumentum, risus et joci causa, interserebantur fabulæ vel carminibus: unde vocis ratio eadem est ac in *episodium*; Stroth. Cf. Suid. v. ἐπεισόδιον. Casaubonus l. l. p. 184. "Ut Satyricæ, inquit, tragicis dramatis adjectæ sunt a Græcis ad temperandam tragœdiæ mœstitiam; sic Satiræ sive Exodia simillimam ob causam post tragœdias produci solebant. — Non aliud in Atellana canticum, nisi *exodium*, quod ita dictum, vel quia singulorum diverbiorum fini subjiciebatur, vel quia extremæ fabulæ semel. Sic inter chorica mele Græcorum dramatum, quod ab introëuntibus in scenam cantabatur, εἰσόδιον dicebant: quod ab exeuntibus ἐξόδιον."

12. *consertaque*, inserta, adnexa, *fabellis potissimum Atellanis sunt:* quod ludicrum et dicax dramatum genus, (*Farcen*) ab Atella, *Oscorum* in Campania oppido, sic dictum est; unde actores earum Osce etiam loquebantur, quæ lingua Campanis et Samnitibus vernacula erat. (*Opici* vel *Op*[...] et *Osci* erant prisca Ausonum gens, qu[...] cis et ultra Lirim, in Latio et Campan[...] habitabat. v. Strab. 5. p. 242. C. Hey[...] Exc. VIII. ad Virg. Æn. 7,730. et nos [...] Tac. Ann. 4, 14, 4.) In his fabulis ser[...] quidem rudis erat et inpolitus, sed face[...] potius et ridiculus, quam obscœnus [...] lascivus, argumentum quoque castum, [...] sententiæ puræ atque honestæ; un[...] Valer. Max. 2, 4, 4. dicit, *hoc genus delec*[...] *tionis Italica severitate temperatum ideo*[...] *vacuum nota* fuisse. Posterius etiam h[...] notat Livius, aliamque adfert causam, [...] *Atellanarum actores* meliore fuerint con[...] tione, quam *histriones*, qui ob inhonesta[...] quam exercuerint, artem, infamia [...] notati et *tribu moti*, (v. ad 4, 24, 5.) neq[...] *stipendia facere* potuerint: nam militia an[...] Marii tempora erat honestissima, n[...] milites legebantur ex infima civium cla[...] se, nisi extrema necessitate urgente. — — Atellanas prorsus fere congruis[...] fabulis Græcorum comico-satyricis su[...] spicatur Eichstædt de dram. Græc. co[...] sat. p. 53. 64 sq. 75 sq. et 84.

13. *ut adpareret, quam ab sano initio res* [...] *hanc — insaniam venerit*, v. ad 1, 5, 1. [...] 3, 20, 6.

CAP. 3.)—1. *procurandis religionibus* — — *religione animos levarit*, v. ad 5, 23, [...] — *id vero*, profecto, utique. v. ad 45, 19, [...] — *aversis diis*, v. ad 24, 26, 6. *Tiberis in*[...]*undationes* quamvis frequenter memorantu[...] ante Augusti Imp. tempora, (v. Ind.) tame[...] non prius eas vel mole aggeribusque, ve[...] laxatione et repurgatione alvei coërcita[...] legimus, ob superstitionem forte hominum qui illas, ut omnia mala, ab deorum repetebant ira, et inter prodigia referebant Cf. h. l. 30, 38. et 35, 9. Augustus magistratum instituit, qui huic malo provideret. v. ad Tac. Ann. 1, 76, 1.

2. *qui prætor maximus sit*, v. ad 6, 42, 7 — *Fixa fuit* sc. lex. *Fixus* al. scil. clavus, quem certe in eodem pariete sub ea leg[...] fuisse depactum, Gron. conligebat e verbi[...] seqq. *eoque Minervæ templo dicatam legem*, nisi leg. *dicatum lege*, h. e. fixum, suspensum, (*eoque*, ideoque. v. ad 1, 11, 6. A[...] leg. *inque?*) Ceterum Jupiter, Juno e[...] Minerva in eodem templo. Capitol. colebantur. v. ad 3, 17, 3. Hinc *Minervæ templum* h. l. est sacellum s. sacrarium, quo[...] sub ejusdem tecto *ædis Jovis* erat.

3. *quia raræ per ea tempora literæ erant*, cf. ad 6, 1, 2. — *notam numeri annorum fuisse* cf. Festus v. *Clavus annalis*, Mémoires d[...] l'Acad. des Inscr. T. VIII. p. 299. Perizon anim. hist. c. 5. p. 181. Intpp. Petron Sat. c. 135. Dempster. Etrur. reg. 1, 15 p. 63.

quoque clavos fixos in templo *Nursiæ.* De oppido illo et ad Juvenal. 10, 74. — L. ntus s. Alimentius, qui præter m belli Punici II. rerumque, cum Fabio Pictore interfuerat, ab Hannibale dicit, 21, 38) sit, et Prætor post Cannensem iam obtinuit, nisi prætor hic us fuit. Cf. 26, 23. 28. 27, 7. . 1, 6. et 7. p. 415. — Quæ aut non sana, aut mutila vi- *Horatius consul eam legem templo* *dedicarit*, aut *ea lege templum* inter dedicationis conditiones tannis ejusmodi clavus figere- Gron. et *ex* vel *ea lege* supra *mplo J. o. m. dedicavit* sc. clavum oujat. Lacunam vero ita explet *oratius consul ex lege primum fixit* *templum Jovis* cet. Cf. 2, 8. *o deinde more*, hoc anno *digna* *ia res*, sc. sedatio pestilentiæ. *icæ gerendæ*, (v. ad 2, 64, 3.) *ac* lel.) *non solvendæ religione gratia*, 7.

–1. *non damno modo civium* (v. ad – *lata*, perlata, tolerata, *acer-* *ad nomina non respondissent*, v. — *cognomen Imperiosi* cet. v. ad

que ei dabat v. ad 1, 5, 6. — *obri compertum*, insimilatum et ut 22, 57, 2. 32, 1. al. — *luce*, s. in conspectu aliorum ver- ate, Doer. Cf. Cic. de Sen. osc. Am. 15. *turæ damnum*, vitium naturale, *dum patri*, v. ad 4, 52, 2. — *tias*, epith. ornans augensque ionis; Schæf. — *tarditatem* *r premere*, cf. ad 3, 13, 1.

–1. *causam invidiæ atque crimi-* 19, 7. Cf. eadem historia ap. 31. et Valer. Max. 5, 5, 3.— *hominesque* (v. ad 3, 17, 6.) *sci-* *ti opem latam*, se eum juvare, , *quam inimicis ejus, malle.* Ut positio et insignior pietas filii, d. *quam sibi ab inimicis ejus malle*, r. *ne quam opem ab inimico* cet. *m non civilis exempli*, quale con- bera civitate adversus civem ceat, Stroth. *Civile* dicitur, s libertatique consentaneum 6. vel, ut 45, 32. dicitur, *quod* *tatis æquæ patiens est*: et *civilis*, e omnes secum esse patitur, s adrogat aliosque contemnit. *iliter uti opibus* 33, 46, 2. h. e. non modeste uti, ut decet in s. *nto*, v. ad Tac. A. 1, 28, 8. et

Gierig ad Plin. Ep. 3, 9, 21. — *nisi in verba, quæ ipse concepisset, juraret*, ut mox *adjurat in quæ adactus est verba*. Cf. ad 2, 32, 1. — Mox junge: *Nec plebes ita ægre habuit*, (s. tulit, indignata est) *filium id pro parente ausum, perinde ut maluisset* cet., vel *Nec perinde plebes ita ægre habuit* cet. Superfluum est vel *perinde*, vel *ita*. — *acerbitas patria*, v. ad 8, 7, 2.

4. *tribunos militum ad legiones* (quod additur, ut distinguantur a tribunis mil. cons. pot.) h. e. legionarios, (ut fere *milites ad naves* pro classiariis militibus 22, 19, 3. *servi ad remum* pro remigibus 34, 6. *famuli ad limina* ap. Sil. 1, 65. cf. inf. ad 34, 6, 7.) *subfragio*, subfragiis populi in comitiis, *fieri*: qui inde *comitiati* dicebantur, ut, quos consules faciebant, *Rufuli* et *Rutili*, a *Rutilio Rufo*, qui legem de ea re tulit, si Festo fides habenda. Cuivis legioni primum tres, deinde, ea aucta, quatuor, et tandem sex Tribuni mil. præerant; adeoque quatuor legionibus, quot tum plerumque a consulibus scribebantur, XXIV præficiebantur. Hoc anno primum Tribuni, et quidem sex, a populo in quatuor legiones creati, et a. V. 443. *seni deni* 9, 30. i. e. sedecim ex XXIV tribunis in IV legionibus, adeoque duæ tertiæ partes pro quarta. Tandem a senatu decretum, ut *in octo legiones parem numerum tribunorum consules et populus crearent* 44, 21. Cf. Ind. et Lips. de mil. Rom. 2, 9. Forte leg. *nam antea, sicut et nunc, quos* cet. — *secundum in sex locis*, v. ad 4, 16, 5.

CAP. 6.)—1. *voraginem conjectu terræ, quum pro se quisque gereret*, congereret, (quod jam in *conjectu* latere monet Stroth.) sc. terram, nisi leg. *quam*. Quæ mox narrantur fabulosa sunt, et insigne superstitionis documentum, ut et ea, quæ cap. 2. et 3. leguntur. Fuit quidem Romæ lacus *Curtius*, sed ita dictus a *Metto Curtio*, de quo v. 1, 13. Plut. Rom. p. 28. et Dionys. 2, 42. Varro L. L. 4, 32 tradit, lacum Curtium esse fulguratum et ex SCto septum a *Curtio* Cos. de quo v. 4, 1. Cf Plin. 15, 18. Zonar. 7. 25. Oros. 3, 5. Augustin. de civ. dei 5, 18. Ovid. Fast. 6, 403. Suid. v. Αἴβερνος, Fest. v. *Curtius locus*, Barth. ad Stat. Silv. 1, 1, 66. Scalig. ad Varr. l. l. inpr. Pigh. Ann. ad a. 391. et Bagnolo della gente Curzia. "Fabulosa quidem hæc de Curtio, qui in voraginem, tetro halitu Urbem infestantem, se inmisisse fertur, narratio: ex ea tamen intellegitur, in media urbe mephitin seu putorem sulfureum e terra prorumpentem vicina loca pestilenti adflatu infecisse, donec alia soli mutatio venam occultam spiramenti occluderet seu elideret;" Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 118. Cf. Steger de prodigiis p. 68 sq.

2. *quo plurimum populus Rom. posset*, v. ad

5, 33, 3. — *se devovisse*, v. ad 5, 41, 4.

3. *Cura non deesset*, mihi non defutura esset inquirendæ veritatis, *si aliqua cet.* — *nunc fama rerum standum est*, v. ad 1, 4, 9. et 3, 36, 11. — *derogat vetustas fidem*, v. ad c. 25. n. 6.

4. *L. Genucio cos. ea provincia sorte evenit*, cf. ad 2, 40, 9. et 3, 2, 1. — *pro bene aut secus consulto*, pro bono aut malo consilio et instituto.

5. *in insidias præcipitaret*, v. ad 2, 3, 2. — — *ab insciis, quem interfecissent, occideretur*, v. ad 6, 3, 3.

6. *num etiam in Deos inauspicatam legem valuisse*, legem sine auspiciis vel contra ea latam et perlatam, adeoque infaustam, *in*, contra, *Deos valuisse*, in eos vim habuisse, efficacem fuisse. — *auspicia ut primum contacta sint ab eo*, v. ad 6, 28, 2. Mox dictatoris tantum, nec simul magistri eq. mentio fit, ut 2, 30.

CAP. 7.)—1. *per occasionem*, v. ad 1, 11, 1. — *contemtim*, v. ad 2, 56, 13.

2. *ad hostes bellum adparatur*, v. ad 2, 10, 10. — *Omne Hernicum nomen*, v. ad 1, 10, 2. — *Quadringenariæ cohortes*, quarum quæque CCCC militibus constabat.

3. *quam pro virili parte*, v. ad Præf. Liv. n. 3.

4. *Postquam equestris pugna effectu, quam conatibus vanior erat*, parum ex voto cedebat, non quod equites minus tentassent et conati fuissent omnia, sed quod eorum conatus carebant effectu et successu, Doer. — *neque sustineri* (v. ad 2, 44, 6) *poterant*, potuissent, *ni extraordinariæ cohortes*, quadringenariæ, cet. Cf. ad 2, 50, 10.

CAP. 8.)—1. *Quidquid* hominum *hinc aut illinc communis Mars belli* (v. ad 5, 12, 1.) *aufert, multiplex, quam pro numero*, (v. ad 7, 33, 2.) *damnum est*, quia utrimque primores juventutis pugnabant cædebanturque; ut 21, 59. *sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit, quia equestris ordinis aliquot — sunt interfecti. Multiplex* h. l. pro magis multiplex, multiplicius, vel potius pro *majus, plus*, ut comparativi loco positum sit, quemadmodum, quod Stroth. monuit, πολλαπλήσιος pro πλείων ap. Herodot. 5, 45. 7, 48. 8, 143. Cf. sup. ad 1, 25, 11. et 22, 7, 2. — *vulgus aliud*, reliquum. v. ad 4, 10, 1.

2. *neque pedites quidquam momenti facerent*, v. ad 1. 47, 7. — *gradu moverunt hostem*, v. ad 2, 10, 7. — *perpetua fortuna utriusque populi*, quod Romani in omnibus bellis, ad hoc tempus gestis, vicerunt, et Hernici semper victi sunt.

3. *Diu non perlitatum*, quod diu non litatum fuerat, Cf. ad 1. 53, 1, et 5, 38, 1. — *tenuerat*, retinuerat, inpedierat.

4. *agmenque fugientium ab signis* (quod, sc. Hernicos a signis fugisse s. ea reliquisse, Romanis adparebat *quum*, dum vel inde quod *signa* hostium, *mœnia*, urbem, *eorum*, Ferentinum, jam *prætergressa*, *infrequentia* sc. armatis, ut 10, 20. et 27, 47., vel cum [illegible] militum comitatu *conspicerent*) *fusum*, dispersum, *ac per agros palatum est*; Stroth. Cf. ad 10, 11, 3. Sed non sic placebit hic locus. *ab Signinis* præclara est emend. Reizii, [illegible] data in Fülleborpii encyclop. philol. p. [illegible] edit. sec. — *præter mœnia*, v. ad 25, [illegible] 9. — *ubi*, qua in re, *haud minus jact*[illegible] *fuit*, quæ jactura non minor fuit.

CAP. 9.)—1. *Macer Licinius* (v. ad 3, 1[illegible] et 4, 7, 7.) *dictum scribit* sc. dictatorem. — *Quæsita ea propriæ familiæ laus leviorem* [illegible] *torem Licinium* historicum *facit*, auctori[illegible] ejus et fides levior est, quod in suæ gen[illegible] familiæque (Liciniæ) laudem id finxi[illegible] videri potest. Cf. ad 1, 16, 7.

2. *Eo certe anno Galli Salaria via* (v. ad 33, 12. et 8, 15, 6.) *castra habuere*: cf. Poly[illegible] 2, 18, 6. Appian. de reb. Gall. Exc. 1. Oros. 3, 6. qui tamen in hoc tertio Gall[illegible] rum motu atrocissimam pugnam a T. Ma[illegible] lio inchoatam, et a T. Quinctio dictato[illegible] cruentissima congressione confectam es[illegible] tradunt. Alios itaque auctores sequutus e[illegible] Livius, ut et 8, 20. 10, 10. et aliis locis, u[illegible] bella cum Gallis gesta describuntur.

3. *Dictator quum tumultus Gallici causa ju*[illegible] *titium edixisset*, v. ad 2, 26, 1. et 3, 3, 1.

4. *satis discerni poterat*, decerni (*entschiede*[illegible] *werden*) ut 22, 61, 9. unde *discrimen*, de qu[illegible] v. ad 6, 17, 1. Sed cum Gron. potius le[illegible] *decerni* sc. certamen, uter ponte potiretur, ut Gr. κρίνεσθαι. Cf. ad 5, 55, 1. 21, 4, 4 [illegible] 28, 14, 3. Gron. ad h. l. et Obss. 3, 13 [illegible] Perizon. ad Sanctii Min. p. 784. Intpp. Cæs. B. C. 1, 35. Suet. Calig. 25 pr. Virg. Æn. 12, 898. quibus tamen locis nulla fer[illegible] lectionis varietas est. — *utra gens in bell*[illegible] *sit melior*, v. ad 2, 51, 3.

CAP. 10.)—1. *non si certam victoriam videam*, v. ad 5, 51, 1. — *Macte virtute* — *esto*, v. ad 2, 12, 10. — *Hispano cingitur gladio*, de quo v. 22, 46. Polyb. 2, 33. 3, 114. 6, 23. et Lips. Mil. Rom. 3, 3. Eum belli demum Punici II. temporibus adscitum a Romanis dicit auctor incertus ap. Suid. in v. Μάχαιρα. Hinc gladium illi similem intellegendum, vel eum per prolepsin positum putant Intpp. Sed talis gladius jam ante illa tempora Romanis tribuitur etiam a Polyb. 2, 30. 33. et Gell. 9, 13. ubi eadem historia similiter a Claudio Quadrigario narratur, ut et, *pedestre scutum* (ab equestri diversum, oblongum, non rotundum, instar clipei, de quo v. Lips. Mil. Rom. 3, 2.) captum esse a Manlio equite, pedestrem pugnam ineunte, et Gallum inrisisse atque *linguam exsertasse*, de quo sannæ genere v. Intpp. Pers. 1, 60. Ita quoque Gallum (eundem forte Thrasonem) pictum fuisse in Mariano (f. Manliano) scuto Cimbrico, idque multis adhuc

[redacted]

»st in foro Rom. suspensum et m mansisse, intellegitur ex Cic. !, 66. Plin. 35, 4. s. 8. et Quintil. 5, 3, 38. ubi v. Gesner. Cf. Pi-ıl. ad a. 392. p. 277. qui non male r, Livio Claudium, et utrique uram ante oculos fuisse. — *ab* propter inrisum. Cf. ad 1, 1, 5. *ount inde se ad stationem*, et qui-e Claudio ap. Gell. 9, 13 *in ipso Gallus se constituere studet, et Man-hominem dejecit.* Cf. ad 2, 10, 7. *io armati destituuntur*, v. ad 2, 12, *imantibus eos pares* videbantur. *olori reste* (v. ad 34, 1, 3.) *pictis-* argentoque distinctis, vel *auro is*, anaglyphis, quibus inligata ›lemata aut figuræ eminentes s. Cf. Heyne ad Virg. Æn. 8, 588. Aufsätze P. II. p. 145 sq.

cantus, non exsultatio armorumque nu, vibratio, quassatio et con-i cum hasta, quo et heroës ter-:utere solent, (v. ad Sil. 9, 423. ad Virg. Æn. 8, 354) et Galli. ır. et 38, 17 pr. — *Gallus sua* :uto *projecto cantabundus* ap. Gell. *discrimen ipsum certaminis*, v. ad

s spe metuque pendentibus, v. ad 2, - *projecto*, protento et objecto, *scuto* ingenti, dextra *ensem deje-*m longiorem gravioremque, quo ıabatur. Cf. n. 4.

sus mucrone Hispani gladii *sub-to*, elevato, (ut *subrecta cuspide* 8, lerisque MSS. *suberecta* legitur) *que inguina* Galli *hausit*, ut ap. ı. *gladio Hispanico pectus hausit*, h. vit, transfodit; propr. gladio e *iguinem hausit*, ut 7, 24. 9, 1 extr. s. ἀφύσσειν αἷμα τινὸς, unde *repa* διήφυσε ap. Hom. Il. 13, 17. et *ensis latus haurit* ap. Virg. 0. ubi v. Heyne. — *quum scuto* *s* Galli *perculisset, totoque corpore* *se inter corpus armaque*, h. e. Gal-ı subiisset proximeque ad eum t, ita ut se inter Galli corpus et dium scutumque, utraque manu *insinuaret*, inplicaret, (ut *in an-us se insinuare*, eas intrare, 9, 2) ori ejus suum adplicaret, ne ab aretur, *interior periculo vulneris* :. tutior ab eo; nam quo fuit *ior*, h. e. propinquior, eo minus idio longiore vulnerari poterat. 24, 34, 6. naves dici *interiores entorum*, propinquiores, et hinc iores, ut nobis, *unter den Wurf tzes*, vel *unter die Kanonen*, jam Ernesti et Doer. Claudius ap. 3. *Manlius* inquit *animo magis nfisus scutum scuto percussit, atque is conturbavit — eo pacto ei sub* *Gallicum gladium subcessit, ne Gallus inpetum icti haberet: dein continuo humerum dexterum eodem concessu incidit, neque recessit usquam donec subvertit.*

7. *in spatium ingens ruentem porrexit hostem*, spatium ingens ingenti corpore obcupantem. Κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ Hom. Il. Π, 776. Σ, 26. Cf. ad Sil. 4, 293. et 10, 164 sq. Livius etiam hæc poëtice expressit.

8. *Jacentis corpus ab omni alia vexatione intactum*: hæc quoque spectant ad morem heroum et barbarorum, qui non modo hostem victum, etiam inermem, trucidare, sed etiam corpus ejus male et contumeliose tractare (αἰκίζεσθαι) vel mutilare solent. *vexatione*, ut 36, 20, 2. et ap. Cic. Catil. 1, 7. Sic et *vexari agros* et *vexator urbis* 44, 5. 44. Cic. Verr. 3, 52. et Phil. 3, 11. Cf. Gell. 2, 6.

9. *Defixerat pavor cum admiratione Gallos*, v. ad 3, 47, 9. Mox, quod jam alii monuere, verba sic construenda: *Torquati cognomen auditum inter joculantes militariter incondita quædam prope carminum modum*, proxime versuum modulos. Cf. sup. ad c. 2. n. 3. 4. et 6.

CAP. 11)—1. *Fabio Hernici provincia evenisset*, v. ad 2, 40, 9. — *Gallicus tumultus*, v. ad 2, 26, 1.

2. *Fuga Tibur, sicut arcem belli Gallici, petunt*, v. ad 4, 31, 8.

3. *suarum rerum illis remisso honore*, v. ad 6, 36, 2.

4. *tumultum exciere*, movere; est infinit.

CAP. 12.)—1. *occasione fretos*, v. ad 1, 11, 1. — *bono fuisse*, utile. Cf. Ern. ad Suet. Tit. 7. — *Etruriam adjacent fines*, forma sane durior et insolentior, qua certe non nisi poëtæ et sequioris ævi scriptores usi sunt; Ern. Multa ap. Livium poëtica; Schæf. — *fama increbrescebat*, ut *increbruit* 8, 8., *crebresco, percrebresco* cet., recte scribi docent Wolf. et Oudend. ad Suet. Cæs. 79. al.

2. *magna vis militum ab iis ex fœdere vetusto adcepta*, cf. ad 2, 33, 5. Mox describitur quartus Gallorum motus, a C. Sulpicio repressus, c. 15. Cf. Appian. de reb. Gall. Exc. 1.

3. *Consul ad id*, hujus rei causa, *adcitus C. Plautius dixit* eum dictatorem.

4. *quem tempus deteriorem faceret*, infirmiorem. — *quorum omnis in inpetu primo vis esset*, et *eadem* vis *languesceret parva mora*, v. ad 5, 44, 4.

5. *unicum ducem*, (v. ad 1, 21, 3.) *qui nihil agenti sibi de cœlo devolaturam in sinum victoriam censeat*, cf. 22, 29 pr. et ad Juvenal. 2, 39. 40. Sarcasmi vim facile senties. *Victoria* autem alata fingebatur. v. ad Sil. 14, 675. et 15, 99. 737.

6. *nec in circulis modo*, cœtibus hominum consistentium confabulantiumque, (v. ad

34, 37, 1.) *sed jam in principiis*, in celeberrimo, frequentissimo sanctissimoque loco et media latissimaque via castrorum, (*via principali* 10, 33 pr.) inter portas principales dextram et sinistram, ab ea sic dictas, ubi jus dicebatur a tribunis, (v. 28, 24.) conciones habebantur, subplicia sumebantur, jurabatur, legionum defigebantur signa, pecunia a militibus deposita servabatur, (cf. ad Tac. Ann. 1, 67, 1. et 15, 16, 2.) et magna semper versabatur militum multitudo, *ac prætorio*, tentorio ducis in castris. Cf. ad 3, 5, 3. 6, 42, 7. et inpr. 28, 25, 3.

CAP. 13)—1. *Septimum primum pilum ducebat*, septimum erat primi pili centurio. Cf. ad 2, 23, 4. et 2, 27, 7. — *pedestria stipendia fecisset*, v. ad 5, 7, 3. — *destitutum*, v. ad 2, 12, 4.

2. *si nos et hostes eludunt*, nobis inludunt. Cf. ad 1, 36, 4. *si*, ut 2, 28, 3. sed vulgaris quoque vis h. l. apta — *mancorum*, ut paulo ante *sine manibus*.

CAP. 14.)—1. *tamen facturum se, recepit* ad s. in se, h. e. adfirmavit, promisit. Cf. d 33, 13, 9. 39, 47, 3. et 40, 35, 4.

2. *Differri non posse animos*, cf. ad Tac. Ann. 13, 20, 7.

3. *Solerti animo rem novam excogitavit — usi sunt*, cf. 10, 4. et Frontin. Strat. 2, 4, 5 seq. de Sulpicio et aliis. Aliam Sulpicii artem memorat Appian. de reb. Gall. Exc. 1.

4. *Mulis strata detrahi jubet*, h. e. clitellas, (ut 10, 40. *detractis clitellis*, *Packsattel*) quibus substernebantur *centunculi*, (*Satteldecken*) ne clitellæ terendo tergum mulorum vulnerarent, Stroth. Cf. Scheffer, de re vehic. 2, 2. p. 9. et 23. ex quo Drak. hæc notavit : "*Strata* mulis detracta non sunt sellæ (muli enim erant agasonum, qui non parati erant ad equitandum, sed ad ducenda jumenta sarcinaria) verum sagmæ s. clitellæ ; unde jumenta *clitellaria* vel *sagmaria* et barbaro ævo *summaria* vocantur. Ne vero sagmæ vel clitellæ asperitate sua jumenta læderent, subdebantur pulvilli, farcti palea rebusve aliis, aut centunculi, i. e. panni viliores crassioresque. Ideo autem dictator *mulis strata detrahi* jubet, quia longe ultra dorsum animalis eminebant. Quare si sedissent in clitellis, dolus facile fuisset deprehensus, quum sic visi essent altiores, quam solerent vulgo equites. Stratis autem detractis, relicti sunt bini centunculi, qui, ut equitum strata, ex panno simplicique corio facta, equorum tergo presse inhærebant, ut tanto commodius agasones iis insiderent, et jumenta minus premerentur." Strategema eo spectat, ut fallax multorum equitum species et inprovisa præbeatur. Cf. c. 15. n. 3.

5. *armis ornatos*, v. ad 9, 40, 12.

CAP. 15.)—1. *labantem una parte aciem* Gallorum.

2. *tendere obliquo monte ad castra*, v. ad 2, 39, 3. et 4, 19, 1. — *profligato dextro cornu*, immo sinistro hostium, quod a dextro Romanorum erat profligatum. Lapsus est Livius, Romanam aciem ob oculos versantem habens, Stroth. Forte leg. *lævo*; vel potius in initio cap. *dextro cornu* cum Drak. cujus nota est : "Ita Livius narrabit, Gallos *dextro cornu*, nempe suo, acrius invasisse Romanos, donec, adhortatione dictatoris restituta pugna, Romani illud primo turbarint, deinde averterint. Dum autem hoc dextrum cornu magister equitum persequitur, dictator signa confert in *lævum cornu*, nempe Gallorum. Hac etiam parte fusi hostes incidunt in magistrum equitum, qui *profligato dextro cornu* Gallorum munimentis obequitabat. Fortasse tamen Livius sui oblitus erravit, ut passim et ille et optimi scriptores." Cf. ad 22, 48, 4. 27, 14. 27, 48. 33, 9, 3. 37, 24, 3. ad Sil. 5, 4. et 9, 268 sq.

3. *a fallaci equitum specie agasonibusque*, v. ad 2, 42. 7.

4. *saxo quadrato septum*, eo obstructum (*eingemauert*) in ipso pariete, ut videtur; Stroth.

5. *CCCVII milites Romanos captos Tarquinienses inmolarunt*, cf. Schweigh. ad Appian. B. C. 1, 117.

6. *Eodem anno duæ tribus, Pomptina et Publilia, additæ*, v. ad 1, 43, 22.

7. *Ludi votivi* extraordinarii, qui ex voto imperatoris cujusdam fiunt, Stroth. *quos M. Furius dictator voverat*, v. sup. 5, 19.

8. *novorum maxime hominum* (v. ad 1, 34, 8.) *ambitionem — nundinas et conciliabula*, (v. ad 25, 5, 3.) *obire*, adire et frequentare, ut scil. civium subfragia eblandirentur aut largitione devincirent.

CAP. 16.)—1. *de unciario fenere a M. Duillio, L. Mænio tribunis pl. rogatio est perlata*, cf. Tac. Ann. 6, 16. 17. ubi hæc lex silentio prætermissa, quoniam ea modo repetitum et severius sancitum videtur, quod jam XII Tabularum lege cautum fuerat, et neque illa neque hæc XII tabularum lex per avaritiam feneratorum servata est; quod vel ex Liv. 6, 14, 6. patet. *Unciarium fenus* est, quum pro centenis assibus singulis mensibus (nam menstruum, non annuum fenus apud Romanos in usu erat) usuræ loco uncia, duodecima assis pars, adeoque unus assis pro centenis (nos dicimus 1 *pro Cent*) in annum datur. Ei mox substitutum *fenus semunciarium*, (v. inf. c. 27.) vel dimidia unciarii pars : nam, ut utar Livii verbis inf. c. 19., *etsi unciario fenere facto levata usura erat*, tamen illud quoque ipsum gravabat inopes, quippe qui *sorte ipsa*, vel sola sine ullo, etiam minimo, augmento, *obruebantur nexumque inibant*. (v.

.) Hinc etiam paulo post (v. r.) a L. Genucio tribuno pl. ro- t, *ne fenerare* (h. e. pecuniam sub ure) omnino *liceret*, μὴ δανείζειν Cf. verba Tac. l. l. (*postremo ra*, h. e. fenus, vel mutuum, enere sumitur) et inpr. Appian. , 54. ex quo loco probabile fit, Genucia pœnam quadrupli, (de on ad Cic. Divin. in Cæcil. c. 7.) 'uisse. Quæ leges ut in Urbe tur, curabant in primis Ædiles, axime Curules, qui gravem sæ- m inrogabant feneratoribus. v. 3. 35, 41. Sed inritas faciebant ssitas mutuantium fraudesque tratuum, qui, ut plurimum locu- ebant locupletibus, quam *fenera-* hominum divitum cujuscum- s, qui pecuniam (quæ et ipsa ar) sub usuris dabant s. pone- *pitalisten, Renteniers.*) Cf. ad 6, , 28. Nemo enim facile erat, sub tam parvis usuris vel adeo uos daret, et feneratores, vel es et publicani, iniquum ple- grande fenus, usuras usurarum, ium) centesimas, (sc. partes m singuli asses pro centenis in adeoque duodeni in annum sol- in binas, ternas et quaternas simas, exigebant; nec deerant, verent, vel in provinciis quæ ributis oneribusque premeban- ecuniæ inopia laborabant, (cf. 3, 40. Dio 62, 2. et Cic. ad Att. vel in Urbe, ubi primis reip. uperes, ob perpetua potissimum alieno obruebantur, et postea in ebant avaritia et luxus. Quum inf. 35, 7.) *multis fenebribus legi- a avaritia esset, via fraudis inita est,* (provinciales) *qui non tenerentur omina*, debitum, (v. ad 7, 21, 4.) *nt*, (quasi *socii civibus Rom. credi- sias*) *et ita libero fenere* (ab arbi- torum pendente nec legibus defi- obnoxio) *obruerent debitores.* (De his fraudibus in cedendis nomi- Cujac. Obss. 10, 3.) *Centesimæ* m legitimæ usuræ et usitatæ; ante a. V. 703. quo SCtum fac- *ntesimæ perpetuo fenere ducerentur,* rentur sine anatocismo. (v. Cic. 21.) Hæc et alia docte ac co- it Gron. de pec. vet. et probavit rsus Salmasium, qui omnia tur- t Stroth. ad h. l. — *fenere* scripsi v. ad Juvenal. 11, 40. — *et plebs am cupidius scivit adcepitque,* sc. ationem de ambitu et nundinis lisque non obeundis, (cap. 15 i scil. ex hac nihil conmodi pars piebant, illa vero sublevabantur, XII tabularum in modo feneris clementia, quam mos lege potentior con- culcaverat, inmodicis usuris tenuiores vex- ans. Ita Gron. l. l. p. 599.

2. *nihil in publicum secernendo*, v. ad 2, 9, 4. — *celsique*, capite sublato, erecto, ob- stipo, unde spiritus et fiducia adpareret, Ern. Est habitus hominis, sibi admodum confidentis, ut ap. Cic. Or. 1, 40. Or. c. 18. et Tusc. 5, 14. Cf ad Sil. 2, 454. 17, 125. 520. Mox τὸ *inquit* forte del., quia præ- cessit *exclamat.*

3. *in deditionem urbem adceperunt*, v. ad 8, 20, 7.

4. *legem novo exemplo* Cn. Manlius cos. *ad Sutrium in castris tributim*, militibus in tri- bus suas vel centurias divisis, (v. ad 3, 51, 3.) ut in comitiis, *de vicesima eorum qui manu mitterentur* vel *manumissionum tulit*, h. e. ut vicesima pars pretii, qua vendi posset ser- vus, qui optimo jure a cive manu mittitur, vel quo emtus esset, (nam neutrum dilu- cide, quod sciam, vel scriptores Rom. do- cuere, vel viri docti) a servo manu misso, vel, ut quidam putant, a domino s. patro- no, penderetur ærario. Antiquissimum hoc amplissimumque vectigal, quod etiam sub Inperatoribus duravit, auro solvi sole- bat, antiquis certe temporibus, et hinc quoque dicebatur *aurum vicesimarium, quod in sanctiore* Saturni *ærario ad ultimos casus servabatur.* v. inf. 27, 10 extr. ad Tac. Ann. 13, 31. (ubi tamen de alio vectigali agitur) Fabrett. ad Inscriptt. c. 1. p. 35. Guther. de off. dom. Aug. 3, 35. Burm. de Vectig. pop. Rom. c. 10. Manut. ad Cic. ad Att. 7, 15. et 21. Ernesti clav. Cic. v. *ærarium* et *Vicesima*, et Duker. ad h. l. ubi præter alia hæc notavit: "Quod Lipsius et Gu- ther. scribunt, hoc esse illud *aurum vicesi- marium*, quod 27, 10. memoratur, fortassis verum est: neque enim bello Punico II. ulla alia, quod quidem proditum sciam, vicesima instituta erat. Mihi tamen in ea re hic restat scrupulus, quod Livius *aurum vicesimarium in sanctiore ærario ad ultimos casus servatum* fuisse dicit; *vicesimam manu misso- rum* autem, quo tempore primum inducta est, præsentis necessitatis et usus fuisse, his verbis significat, *haud parvum vectigal inopi ærario additum.* Nam si vicesima manu missorum in ærario condita fuisset, præsens inopia ærarii non magis suble- vari potuisset pecunia, quæ ita in sanctiore ærario reponebatur, ut non nisi ultimis casibus moveri posset, quam si ea nulla fuisset. An ergo dicendum est, deinde demum cautum fuisse, ut hoc aurum in sanctiore ærario ad ultimos casus rei pu- blicæ servaretur?"

5. *ne quis postea populum sevocaret* extra Urbem, et alicubi convocaret, legum fe- rendarum causa. — *capite sanxerunt*, v. ad 3, 11, 4. — *juratos in consulis verba*, v. ad 2, 32, 1.

6. *Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popilio*

[redacted]

Lenati sua lege (v. 6, 35.) *decem millibus æris est damnatus*, h. e. Popillio adcusante a populo damnatus est. Est verbum prægnans, quod notionem alterius verbi inclusam habet, ut c. 17 extr. *duo patricii consules creabantur*, h. e. creandi rogabantur; nam a secundo interrege rogati, et, comitiis dilatis, ab octavo demum creati sunt; Stroth. Similia passim obvia, inpr. *damnare* et *condemnare* de adcusatore, qui adcusatione sua efficit, ut aliquis damnetur. Cf. ad 35, 10, 5. et ad Juvenal. 3, 116. et ad Tac. Ann. 2, 85, 3. Drak. ad h. l. Ita et *creare magistratum* dicitur, qui comitia habet et nomina candidatorum recipit, (v. ad 9, 46, 5.) vel rogatione sua efficit, ut hic vel ille in comitiis, quæ habet, creetur a populo, v. c. *tribuni conlegas sibi crearunt* 2, 33. *consul creavit consules* 25, 41. 28, 10. 32, 27. 38, 35. 39, 6. 42, 9. *conlegam dixit* 7, 24. et 37, 47 extr. (v. ad 7, 24, 6.) *SCtum fecit* consul et prætor, h. e. perfecit, ut in suam sententiam et secundum relationem suam fieret 5, 50, 1. et 42, 9, 4. *leges abrogat bellum et pax* 34, 6, 3. pro: efficit, ut abrogentur; *pecunia mulctavit matronas* 10, 31, 9. pro: adcusatione effecit, ut a judicibus mulctarentur. Cf. ad 5, 39, 3. et 34, 6, 10.— — *Emancipare* parentes dicuntur liberos, quos e patria emittunt potestate, ut aut sui sint juris, aut ab olio adoptentur. v. Ernesti clav. Cic.

CAP. 17.)—1. *sacerdotes eorum, facibus ardentibus anguibusque prælatis, incessu furiali militem Rom. insueta turbaverunt specie*, Bacchicum habitum, qualis in vasis Etruscis obcurrit, facile adnoscas; Heyne Opusc. Acad. T. 5. p. 440. Cf. simile strategema sup. 4, 33 pr. Flor. 1, 12, 8. (qui coloribus ex utroque loco ductis diversas res conmiscuit) Frontin. Strat. 2, 4. 18. 19. et inpr. Böttiger *in d. Furienmaske* p. 55. ubi ingeniose suspicatur, sacerdotes illos in solenni pompa (ut in δᾳδουχίαις sacrisque Cybeles, Bacchi et Cereris) cum facibus sacrisque infulis s. velamentis, subplicum insigni, obviam processisse Romanorum exercitui, et primum ei horrorem incussisse et reverentiam, sed mox inermes trucidatos, et huic crudelitati speciem postea juris inpositam inductamque esse veluti n ibem, mutatis vittis sacris in serpentes. (*discoloribus serpentum in modum vittis* dixit F or. l. l.) tædis sacrificalibus in faces Furiarum, et sacra pompa in incessum furialem. De his Furiarum gestaminibus et habitu v. ad Sil. 2, 535 sq. 546 sq. 610 et Böttigeri libellum laudatum. Cf. ad Tac. Ann. 14, 30, 2.

2. *et tunc quidem* Romani *velut lymphati*, consternati vel insani, (v. ad Sil 1, 459.) *munimentis suis*, castris munitis, *inciderunt*.

3. *omne nomen Etruscum* (v. ad 1, 10, 2.) *ad Salinas perveniunt*, v. ad 1, 41, 1. et 5, 45, 3. — *Eo promtius cuncta, ferente dictatore ea ad populum* cet.

4. *Interreges deinceps* (v. ad 1, 21, 8.) sc. fuere cet. — *quod duo patricii consules creabantur*, v. ad c. 16. n. 5. Horum nomina iterum memorantur cap. 18 pr. ubi forte librariis debentur.

5. *Quum intercedendo tribuni* cet. v. ad 9, 42, 2.

CAP. 18.)—1. *Fidei jam suæ, non solum virtutis, ducebant esse*, putabant, ad fidem ordini suo probandam, neque ad solam gloriam suam spectare s. valere: ut 24, 22, 10. *cetera omnia, quæ suæ fidei tutelæque essent.* Cf. ad 3, 24, 1. 3, 62, 5. et 22, 39, 1. Consulatus iis a Patribus cum fide datus erat, h. e. propter opinionem de fide eorum et spem certam, ipsos operam daturos esse, ut aliquando inpertirent et redderent quasi eumdem honorem iisdem, a quibus eum adcepissent. Qua cura omissa fidem, exspectationem opinionemque patriciorum fallebant, vel, ut 1, 9. dicitur, eos *decipiebant per fidem*. Similiter *in fidem alicujus venire*, (ut mox c. 19 pr. *fidei ejus se permittere, committere, tradere* cet. dicitur, qui se ei dedit, (vel arbitrio, potestati et inperio, vel patrocinio ejus se suaque permittit) cum fide et spe clementiæ. v. omnino ad 36, 28, 1.

2. *id obtinere universi non possint*, v. ad 3, 36, 12.

3. *in campum descensum*, v. ad 2, 54, 13.

CAP. 19.)—1. *Ex ingenti captivorum numero CCCLVIII delecti* cet. CCCLX ap. Diodor. XVI. — Medio in foro omnes *virgis cæsi ac securi percussi*, v. ad 1, 26, 6. — *pro inmolatis in foro Tarquiniensium Romanis*, v. sup. c. 15.

2. *unciario fenere facto* cet. v. ad c. 16. n.

3. *sorte ipsa obruebantur inopes nexumque inibant*, v. ad 2, 23, 1. et 6, 14, 6. Ante sc. intell. *tamen*, quod post *etsi*, *quamquam*, *quidem* cet. omittere amat Livius, v. c. 25, 3. 1. 38, 9. 41, 18. et aliis locis, quibus plerumque illud adjiciunt edd., non MSS. Cf. Drak. ad 22, 20, 1. et 36, 38, 7. Similes ellipses notavi ad 1, 40, 1. — Et ideo, (v. ad 1, 11, 6.) *nec patricios ambo* (v. ad 3, 62, 4.) *consules* cet. h. e. curam consulatus, ad quem patricii adspirabant, comitiorum aliarumque rerum publicarum *præ privatis incommodis*, propter ea, (v. ad 6, 40, 1.) *plebs ad animum admittebat.*

4. *cui Tarquinii provincia evenerat*, v. ad 2, 40, 9. — *circa Romanas salinas*, v. ad 5, 45, 3.

5. *T. Manlium L. filium dixit*, (cf. c. 3, 4.) qui, ut pater, (sup. c. 3.) dictator dictus, etsi nondum consul fuerat; nisi c. 16 pr. *T. Manlio* legendum est: mirum vero, cur non addiderit *Torquatum*, et quæ causa coegerit dictatorem creari, quum tam exi-

sulum par in magistratu esset;

).)—1. *tamquam in verbis hostium*, llum indixerant; quod docent verba *ad bellum significandum*, en glossam sapere videntur;

m sacra bello Gallico adcepta cet. et 50. — *rebus adfectis*, v. ad 5,

meritos crederet quisquam, num :t probabile esset, eos vel se, qui de populo Rom. meriti essent, *hostes repente sine causa factos* esse? (v. ad 2, 29, 6.) et *mereri ea* vel talia merita habere, tanta benetare.

, *deversorium sacerdotum* (v. ad 1, — *hospitio Vestalium cultisque diis da-* 2, 35, 5. — *eodem noxios crimine*, 5, 1.

l.)—1. *secundum Liciniam legem*, sulum utique alter ex plebe creasup. 6, 35. — *dictatore obstinato certus mori* et al.

tandis comitiis, prolatando, difomitia, v. ad 1, 53, 3. — *Propior feneris ingravescentis erat*; confeSext. 18. *omnibus sua propiora esse eam aliena*. — *privatæ curæ*, doceperant ex suis injuriis, et aderant.

ere unanimos, disjungere et inpeimitatem, Doer. Cf. ad 3, 23, 1. ii vel *mensularii* propr. iidem qui i, (cf. Suet. Aug. 2, 4.) *trapezitæ*, t *argentarii*, nummos cum condeepto lucro, collybo) permutanecuniam, a locupletioribus apud tam, aliis feneri dantes creditorisolventes, et argentariam (rem) s. exercentes, (*Geldwechsler*, *Ban*c dicti a *mensa* argentaria; (τρά- de τραπεζῖται) sed *quinqueviri* et *mensarii* (23, 21. 24, 18. 26, 36.) istratus extraordinarii, ob argenti creati, qui pecuniæ publicæ ex *ensis cum ære in foro positis*, debito*mercede* vel singulis subpeditandæ m) curam habebant. Eodem fenebrem levavit Tiberius. Cf. a. 6, 17. et inf. 22, 60. 23, 21. le usur. p. 510. Budæus de asse 3.

la nomina et inpeditiora inertia debi- Ernesti clav. Cic. v. *nomen*, ubi tabulas adceptorum et expensori nomina hominum, quibus det qui nobis debeant, una cum decunia aliis credita, et hinc *nomen debitorem*, vel *debitum*, (ut h. l.) vel tabulis scripta, *Schuldposten*. Itas *nomina* sunt vel debitores non justo tempore solventes, vel, ut h. l., debita, non obportuno justoque tempore soluta, et hinc facta *inpeditiora inertia debitorum*, difficilius nunc solvenda, quoniam fenere aucta sunt, et debitores solutionem sæpe et diu distulere, *quam facultatibus*, quam quod debitorum opes non subficerent ad debitum solvendum, modo non statim exigeretur. Sic contra *nomen expeditum* est certum, et *expedire nomen suum* solvere debitum. — *Tarda nomina* hæc *dissoluta* et *liberata* vel expedita sunt partim pecunia mutua ex ærario data, si quibus argentum in præsentia deesset, ita tamen et ea conditione *ut populo* et ærario *prius caveretur*, h. e. satisdaretur, satisdatio s. cautio et securitas præstaretur prædibus ac prædiis, (v. 22, 60 pr. et Ern. ad Cic. Verr. 1, 54.) partim bonis prædiisque debitorum ex *æquis rerum pretiis æstimatis*, et possessione eorum creditoribus cessa, vel syngraphis cum his factis; unde mox c. 22. dicitur: *solutio æris alieni multarum rerum mutaverat dominos*.

CAP. 22.)—1. *Tentatum domi*, v. ad 1, 53, 1.

2. *quod dictator frustra tetenderat* sc. obtinere. Sed cf. ad 4, 7, 6. Mox verba *ut ambo patricii consules crearentur* ab interpolatore, ea repetente, profecta videntur.

3. *Cajum nomen Quinctio adjiciunt*, h. e. prænomen, ut et al. cognomen. Cf. ad 30, 18, 3. *cujus lentæ velut tabis senio*, v. ad 1, 22, 3.

4. *censuram quoque in partem vocari plebes volebat*: nam res dicitur *in partem vocari* et *revocari*, quæ revocatur ad divisionem, tamquam quæ communis sit plebejis et patriciis, quo plures ejus participes fiant; ut et 6, 40. *in commune vocare*; Drak. qui tamen non inprobat conjecturam Gron. *censuræ*. Cf. ad 4, 35, 2. et 5, 21, 4. — *cum Manlio Cnæo*, v. ad 3, 1, 1.

5. *Licinia lex*, v. ad c. 21. n. 1. — *potentiorem*, efficaciorem: nam et in his comitiis plebs vicit.

CAP. 23.)—1. *Gallicum bellum Popillio* (tertium consuli, quod Livius sæpe non adjicit) *extra ordinem datum*, v. ad 3, 2, 1. Gallos terrore perculsos domum rediisse tradit Polyb. 2, 19.

2. *signa quæstores ex ærario deferre*, v. ad 3, 69, 7.

3. *Gens ferox et ingenii avidi ad pugnam* cet. Cf. ad 5, 44, 4. — *simul obportuniores*, v. ad 1, 54, 4. — De *triariis, hastatis* et *principibus*. v. inf. 8, 8.

4. *pro munitoribus*, v. ad 5, 19, 9. — *ex æquo* loco *missa*, in campo s. planicie.— — *omnia* pila et hastæ *librata ponderibus figerentur*, h. e. superne jacta et amenti s. loramenti ope fortius vibrata vel circum-

[redacted]

acta majore vi et pondere defigerentur. *Librare* proprie a fluctuante libræ motu sursum deorsum movere denotat, et hinc ad aves, quæ alas ita movent, transfertur. Bene Ernesti: " *librare*, inquit, est, ei, quo ferire velis, aliquo motu vim majorem addere, ut alte adtollendo, torquendo, circumagendo; unde 30, 10, 7. *gravior ac pondere ipso libratior*, validior, *superne ictus*, et 38, 29. *librator quum sedet glans*, quum circumagenda funda vel ejus circumacta glans nisum majorem adcipit et hæret tenacius in *scutali*, ut inde certius evolet: *scutale* autem *triplex* est pars media fundæ, (s. corium) cui inponitur lapis mittendus, sic dicta a figura rhombi; ut paulo ante *non simplicis habenæ funda*: nempe si triplex est scutale, etiam triplices sunt habenæ, *suturis* æque connexæ et *duratæ*, singulis scutalibus una cum habenis ab utraque parte e corio sectis: unde et 42, 65. forte leg. *funda media, duo scutalia inparia habebant*, non *funalia*, quæ commode explicari non possunt." Cf. tamen ad 38, 29, 2.

5. *quum cursu pæne in adversum* sc. locum superiorem *subiissent*, ut 1, 12. 28. 2, 31. 9, 37. 21, 7. 32. 28, 19. 31, 45. 38, 51. al.

CAP. 24.)—1. *Alia supererat moles*, v. ad 1, 38, 4.

2. *inter primores incautus agitat* sc. res, (obcupatus est) vel se, se movet, h. e. versatur, est, ut *agere* v. ad Tac. Ann. 1, 68, 1. — *Mataris* s. *materis* et *matara* lancea vel telum Gallicum: *μάταρις παλτοῦ τὶ εἶδος* ap. Strab. IV. p. 196. (ubi v. Intpp.) et *μαδάρεις πλατύτερα λογχίδια* ap. Hesych. Cf. Drak.

3. *vulnere adligato*, deligato, obligato, ut passim. v. Gron. et Ernesti clav. Cic. — *Hauriendus sanguis*, v. ad 7, 10, 5.

4. *supina valle præcipites egistis*, v. ad 4, 46, 4. — *cuneis in agmen perrumpunt*, v. ad 2, 50, 8. Τὸ *in* del. forte; nec favet 3, 18. ubi *in* est *usque in*, ut 4, 39. *ad*; Duk.

5. *præter castra sua prælati*, v. ad 2, 14, 3. — *subjicere exercitum tumulis ab hoste obcupatis*, exponere eum hosti superiorem locum nacto, aut eo ducere, ubi hostis montibus obcupatis ex inferiore loco adgressum exercitum subjectum et obnoxium telis haberet; Gron. (qui et locum hunc e MSS. emendavit) Cf. c. 35 extr. et 38, 46 pr.

6. *conlegam Ap. Claudium Crassum dixit*, ut 37, 47 extr. h. e. rogavit, (v. 22, 35.) vel renuntiavit (ut mox c. 26.) in comitiis, quibus præerat. Cf. Gruch. de com. Rom. 1, 4. et Duker. inf. ad 37, 47, 7. ubi monet hæc: "Omnino probabile est, quod dicit Gruchius, etsi nihil de ea re proditum legitur, lege cautum fuisse, ut, si tantum unus consul crearetur, quod ceteri candidati centurias non explessent, is aliis comitiis, vel postero vel alio die, conlegam rogaret, eumque, qui populi subfragiis creatus erat, renuntiaret. Male vero Sigon. de lege cur. c. 7. *conlegam dixit* interpretatur: nominavit sine comitiis; quemadmodum consules dicunt dictatorem, (cf. Plut. Marcell. p. 312.) et ex tribunis pl., si eorum numerus comitiis expleri non potuit, qui creati erant, conlegas sibi poterant cooptare. Hoc enim tribunis pl., non uni consuli, lege concessum, eaque lex jam dudum abrogata fuerat. v. 3, 64. 65. Dictatorem vero ex lege dicebat alter consulum, quem vellet ex iis, qui per legem dictatores esse poterant; (v. 2, 18.) et consulem, qui unus creatus erat, sibi non potuisse ita dicere conlegam, patet ex 22, 35. *C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando conlegæ* cet. Cf. et 37, 47. Neque favet Sigonio locus Liv. 7, 24. Nam primum satis adparet, illis comitiis omnia per factionem patriciorum contra leges gesta fuisse, per quas ei, qui comitia habebat, neque nomen suum recipere, neque duos patricios consules creare licebat. v. 3, 35. 6, 37 sq. 7, 25. Deinde verba *conlegam Ap. Claudium dixit* etiam hanc interpretationem recipere possunt, Camillum, quum se ingenti Patrum studio consulem fieri videret, iis commendasse Claudium, et id egisse, ut is sibi comitiis, quibus factio patriciorum superior erat, conlega adderetur. Cf. 10, 13. et 22. Nam et in universum candidati multum ab iis, qui comitia habebant, adjuvari poterant; quod ex 22, 35. aliisque locis intellegitur." Cf. sup. ad c. 16. n. 6.

CAP. 25.)—1. *legis Liciniæ*, (v. ad c. 21. n. 1.) *spretæ mercedem cepisset* hanc, *ut se ipse consulem dictator crearet*. Vocem *consulem* inportunam et glossam esse, recte, opinor, suspicatur Doer. *publica injuria*, ob injuriam plebi factam, neglecta illa lege.

2. *ut* (ita ut, vel: quo factum ut) [illegible] *dones maritimi*, Græci, *cum terrestribus* p[illegible] donibus, Gallis, *congressi — dubiique*, utr[illegible] *victos se, an victores, putarent. Inter hos motus* cet. — *concilia populorum Latinorum ad lucum Ferentinæ*, v. ad 1, 50, 1.

3. *metu tenendos, quos fides non tenuisset*, ad 2, 63, 3. et 22, 22, 9.

4. *quando socialis exercitus cœtus desereret* cœtum, coitum, conjunctionem, congressum. M. Seneca dicit, *cœtum esse multitudinis magnæ nomen coëuntis ex consensu quodam*. Gron. emend. *fœdus desereret*.

5. *Quem nunc novum exercitum*, præter eos qui jam sunt, et ex junioribus in Urbe scribendum, *si aliqua externa vis*, gens barbara, *ingruat*, repente Urbi imminea[illegible] *hæ vires* (v. ad 1, 5, 1.) *populi Rom.* cet. sed sic hyperbolam inesse verbis, ut in con-

[redacted]

nantis verbis esse solet,
h. Totidem quoque legiones
scriptæ. v. 2, 30. — *adeo*
ola crescere *laboramus*, *crevi-*
emeuta fecimus. Cf. ad 3,

ustum ad Gallicum tumultum
1.) *cognominis*, paterni, sc.
pater, qui Gallos antea
leverat, solus et forte etiam
cognomine atque simpli-
tur *Camillus*, at *Furii* nomen
Medullinis, Pacilis aliisque
nne ; unde hoc cognomine
et in ipsis quoque Orati-
tur: quod jam monuit Pe-
ist. c. 2. pr. — *adrogari*,
, ut *adponi* 2, 18. Eodem
rogare et sup. c. 6. *derogare*
inuere, dicitur; Drak.
sibi bellum extra sortem sumsit,
um conlega, qui mortuus
prætore. Cf. ad 3, 2, 1. —
mptinum, cf. Gell. 9, 11.

-1. *quatiens scutum hasta*, v.
4. ubi simile certamen *T.*
ti cum Gallo memoratur.
11. — *consulis voluntatem*,
; nam alter consul jam
v. cap. 25. *Consules* tamen
. l. l.
igne certamen sc. ob auxilium
orvo præstitum; sed malim
Doer. Fabulam autem inde
quod corvi effigiem in galea
ius.
itius, v. ad 1, 16, 4. *Præ-*
aut obportune et prosperius,
limiusque, aut ingentibus
atque porrectæ prævolant,
έρυγες, quas potissimum
abant. Ita Gell. 6, 6. —
ad 5, 19, 2.
utrimque effusis, v. ad 1, 14, 7.
tibus ac secundis Diis, et *Dii*
v. ad 1, 12, 6. et 3, 14, 6.
cem, v. ad 44, 45, 2. Hic
am dicitur Val. Max. 3, 2, 6.
quod adversus Periz. defendit
1, 13, 20.
rum militum, h. e. pugnæ
, qui in altero mors fuit,
ria, (ut 8, 7. *nostro duorum*
natur) *utraque acies animis*
anter; nam *percipitur*, quod
ur, et *animis percipitur*, quod
et totos obcupat, nec alii
ogitationi locum relinquit;
lioribus libris legitur *præce-*
troth. ut sensus sit: *adeo*
m eventum, h. e. eventum
i similem illi, quem singu-
militum pugna habuerat,
7. et 5, 27, 4.) *utraque acies*
animis præceperat, id quod futurum erat, jam ante quam hoc fieret, cogitatione sibi finxerat, ut 9, 5. et 31, 49. Addo loca similiora sup. 4, 27, 5. 10, 26, 3. 35, 35, 1. 38, 20 pr. et 42. 61. Sed h. l. verbum *percipere* aptius videtur et ponderosius. — — *alia multitudo*, v. ad 4, 10, 2.

6. *mare inferum petierunt*, forte *superum*: nam Volsci ad inferum, Apuli ad superum mare sunt; Sigon. et Glar. — *tribunum decem bobus donat*, v. ad 4, 16, 2.

7. *æmulum decoris sui*, qui idem sibi decus pepererat, quod Torquatus, de quo v. sup. c. 10. — *Corvus* primum dictus est Valerius, ut alii *Albus*, *Rufus*, *Crassus*, *Luscus*, *Longus*, at posteri eorum *Corvinus*, *Albinus*, *Rufinus*, *Crassinus*, *Luscinus*, *Longinus*; Sigon. et Pigh. Cf. Drak. ad h. l. et Arntzen. ad Aurel. Vict. de vir. inl. c. 29.

8. *consulem renuntiavit*: quidam *pronuntiavit*. Sic et *declarare* 26, 22, 1. Cf. Drak. et ad Suet. Cæs. 41.

9. *Italiam reliquere* Græci: cujus populi ea classis fuerit, *nihil certi est*: *maxime Siciliæ fuisse tyrannos crediderim*: nec male hoc credidit Livius; dubitari enim vix potest, quin classis ea fuerit, non Timoleontis Corinthii, qui Dionysium regno Siciliæ exegit, vel Postumii tyranni prædonis, quod suspicabatur Sigon. conl. Diodor. 16., sed Dionysii junioris, qui paulo ante (a. V. 398.) Syracusis ejectus in Italia circa Locros, unde maternum ducebat genus, usque ad a. 407., quo iterum recepit Syracusas, residens multa in Locrenses libidinose ac crudeliter statuerat, simulque Italiæ litora latrociniis infesta fecisse videtur. Hæc jam monuit Heyne Opusc. Acad. T. II. p. 44. 56 sq. et T. III. p. 57. conl. Strab. 6. p. 397. 398. 401. B. Diodor. 14, 44. 103-107. Ælian. V. H. 6, 12. 9, 8. Athen. 12. p. 541. et Plut. Timol. p. 242 C.

CAP. 27.)—1. *imperare decemviris, ut libros Sibyllinos inspicerent* — et *lectisternium fuit*, v. ad 3, 10, 6. et 5, 13, 5.

2. *Et cum Carthaginiensibus legatis Romæ fœdus ictum* super navigatione ac mercatura, et quidem alterum, (de priori v. ad 2, 8, 10.) ac valde memorabile, de cujus conditionibus v. Polyb. 3, 24. Heyne Opusc. Acad. T. III. p. 56-66. et Diodor. 16, 69. qui tamen primum fuisse hoc fœdus dicit. Tertium fœdus memoratur inf. 9, 43. et iisdem conditionibus renovatum videtur. Polybius mentionem ejus non facit, et quartum, temporibus Pyrrhi sancitum, (v. Epit. Liv. 13.) apud eum est tertium v. Heyne l. l. p. 66 sq. et Polyb. 3, 25. Quintum est percussum confecto bello Punico I. v. Polyb. 1, 62. 63. 3, 27. De sexto v. inf. ad 21, 2, 9.

3. *semunciarium ex unciario fenus factum* (v. ad c. 16. n. 1.) *et solutio æris alieni* [illegible]

[redacted]

dispensata est in quatuor *æquas pensiones*, *ita ut* prima *præsens* vel statim, (v. ad 1, 12, 6.) altera sub fine primi, tertia sub fine secundi, quarta sub fine tertii anni, adeoque intra triennium omnes solverentur; Doer. Cf. 29, 16. 33, 30. 38, 9, 38. — *parte plebis adfecta*, v. ad 5, 10, 6.

4. *corona militum cincta urbs*, v. ad 2, 17, 3. — *ab æde Matris Matutæ abstinuere ignem*; (v. ad 2, 22, 3. et 5, 19, 6.) Ratio forte prodigium, 6, 33. memoratum: superfuit itaque adhuc belli Punici II. tempore; (v. 28, 11.) Drak.

CAP. 28.)—1. *omnis nominis Latini*, v. ad 1, 10, 2. — *quod per magnos tumultus fieri solitum erat* (v. ad 2, 26, 1.) *justitio indicto*, (v. ad 3, 3, 1.) *delectus sine vacationibus habitus esset*, v. ad 4, 26, 7.

2. *ædem Junoni Monetæ vovit*, v. ad 6, 20, 11. — *damnatus voti*, v. ad 5, 25, 2. — — *duumviros* cet. cf. ad 40, 44, 5. — *Locus in arce* (v. ad 1, 55, 6.) *destinatus*, *quæ area ædium Manlii fuerat*, v. ad 6, 20, 11. — — *ædes Monetæ dedicatur*, v. Macrob. Sat. 1, 12.

3. *Prodigium simile vetusto montis Albani prodigio: namque et lapidibus pluit, et nox interdiu visa intendi*, v. ad 1, 31, 1. et 1, 57, 5. — *librisque* Sibyllinis *inspectis*, v. ad 3, 10, 6. — *dictatorem feriarum constituendarum causa*, cf. ad 3, 5, 12.

4. *Non tribus tantum*, populum Rom. (ut al. *tribus* et *tribules* de plebe) *supplicatum ire*, v. ad 3, 63, 2.

5. *Judicia tristia in feneratores facta*, v. ad 5, 2, 6. et 7, 16, 1. — *Ex interregno ambo patricii consules* (ut et superiore anno) *creati sunt*, *ut id actum*, ut interregnum eo spectasse, et hæc ejus causa *videri posset*.

CAP. 29.)—1. *et longinquitate vel regionum vel temporum* jungenda, et voc. *spatio* delendum; Gron. Alioqui dedisset Livius *et vel longinq. reg.*; Bauer. Sanissimus est hic locus: neglegit haud raro Livius ἀκρίβειαν in conlocandis verbis; Schæf. Cf. Crev. ad Præf. n. 5.

2. *quoties in extrema periculorum*, pericula, *ventum est*, *ut in hanc* (v. ad 1, 5, 1.) *magnitudinem*, *quæ vix sustinetur* (cf. ad Præf. Liv. n. 7.) cet. — *quum societate amicitiaque juncti essent* cum Samnitibus. v. cap. 19. — — *inter ipsos*, sc. Samnites ac Romanos; Bauer.

3. *Campani magis nomen* (v. ad 3, 65, 6.) *ad præsidium* cet. — *fluentes luxu*, ut al. *diffluentes*, vel *voluptate liquescentes* et *liquefacti* ap. Cic. Tusc. Qu. 2, 22. 5, 6. Nam *diffluere*, *liquescere* et *dilabi* propr. dicuntur nix, glacies, cera et plumbum, deinde ea, quæ dissolvuntur, mollescunt, languescunt, enervantur, (ut contra h. l. *durati usu armorum* Samnites) minuuntur, labant, labefactantur, depereunt, ut 33, 46, 4. Cf. tamen ad Juvenal. 15, 47. *Fluere* etiam et *labi* est ita fugere et abire, ut vix sentias, instar rivi leniter fluentis. Cf. inf. c. 32. n. 4. cap. 33. n. 6. 10, 28, 3. 34, 47, 3. 37, 17. et 27, 17. ubi v. Gron. qui conl. Virg. Æn. 2, 169. (ubi v. Intpp.) et aliis locis docet, *fluere* et *fluxa* (v. c. *fides* 28, 5 extr. et 40, 50. dici, quæ facile dilabantur, vel sublabantur, nec constent, quæ statum et firmitudinem non habeant, vel propr. quæ quasi *decolent* se, h. e. de colo defluant, transmittantur, deficiant. Similiter *fusa corpora* Gallorum dicuntur 38, 21 quæ c. 17. *mollia corpora* ac *fluentia sudore et lassitudine membra*, ut et 34, 47. ubi v. not. 3. — *durati*, nostrum *abgehärtet*, ut 38, 17. 42, 32. 52. al. Sic et *Ligures*, *durum in armis genus* hominum s. gens (v. ad 1, 18, 5.) inf. 27, 48. 4. Cf. ad Sil. 1, 558. 6, 308. 15, 566. — *Campanos arcem finitimorum*, præsidium, auxilium. v. ad 3, 45, 9. et 4, 31, 8.

4. *quadrato* cum *agmine*, v. ad 2, 6, 3. — — *robore juventutis adciso*, v. ad 3, 10, 9. — — *propinqua spes*, i. e. auxilii propinqui, e propinquo loco, a vicinis, cujus explendæ copia ex propinquo ostenderetur: metonymia objecti vel materiæ; Bauer.

CAP. 30.)—1. *Patres conscripti*, v. ad 2, 1, 14. Similis oratio Corcyræorum, in senatu Atheniensium eadem fere et ob eamdem causam petentium, ap. Thucyd. 1, 32. 36. unde hæc expressa esse jam monuit Sigon. — *auxilium præsens*, v. ad 6, 27, 5.

2. *ex æquo* jure *nos venisse in amicitiam*, fere *æquo fœdere* (quo neutra pars alt[illegible] obnoxia fit vel ab ea pendet, Doer.) vi[illegible] et *esse* 9. 4. et 20. vel ap. Tac. vit. Agric. 20. *ex æquo agere* dicit Britannos, qui no[illegible] dum Romanis *subjecti atque obnoxii*, (v. ad 39, 1.) sed liberi et sui juris erant, æquum fœdus postulare possent; Ern. — *beneficium quoque adceptum colamus*, tue[illegible] mur, ut *colere pacem* 8, 17, 6. "*Colere*, Gr. θεραπεύειν, est tueri, servare, gratu[illegible] prosequi, omni officio remunerari, n[illegible] auferatur, ne indigno datum putetur, alio[illegible] tempore negetur; Bauer.

3. *amicum esse*, *qui vos adpeteret*, vestra[illegible] amicitiam peteret. — *haud parva adcess[illegible] bonis rebus vestris*, ut 30, 12. 40. 38, 54. 39, 27. 45, 7. 26. 39. Sic et *adpendix* 9, 41. 21, 5. 39, 27. Cf. ad 45, 26, 3. — *continens imperium*, v. ad 4, 22, 4.

4. *ut aut amicorum*, *aut inimicorum* nos *Campani simus*, v. ad 3, 36, 4. — *iis tamen maxime*, Campanis, *qui eam* misericordiam (nisi potius del. *eam*) *implorantibus aliis* sc. Sidicinis cet. Mox dele *omnes*, aut lege *unus*, et forte *venerint* pro *venerunt*; Bauer.

5. *quamquam pugnavimus verbo*, externa specie, simulatione, *pro Sidicinis*, *re*, reapse, re vera, *pro nobis*, ut *verbo* et *re* 35, 46, 37,

ν — ἔργῳ v. c. ap. Thucyd. 3,
— Mox *conflagrare* et *incendium*
s belli malis et pernicie. —
, ex ira, iræ data; Bauer.
um, interim, (ut Dœring. monet;
d 1, 12, 1. at Stroth. *tamen* ad
uamvis refert, ut c. 33. 10, 6, 9.
Cic. Mil. 28. 35.) *si ostenderitis*
s, spem tantum opis ferendæ
itis vel verbis significaveritis,
, 1. et 6, 5, 1.) vel simulaveritis,
, 2. — *supra*, ultra nos, usque
ad summum quasi, quod vos
dignitatis fastigium *non escendit*,
7.
te, nutu quasi significate, *Patres*
v. ad 2, 1, 14.) *nutum*, volunta-
que vestrum, (v. ad 1, 55, 4.) nisi
omittite nobis adprobationem,
em, et auxilium vestrum. Ve-
ut de diis; sed *adnuere nutum*
ix crediderim.
is ac pendentibus animi, v. ad 2, 32,
, 8. — *salutem, victoriam, lucem*
, 3. — *quæ ferat*, forte *feret*, ut
a, lucem, libertatem cet. referatur;
- *aut nusquam ullis futuris nobis*,
stra destituti funditus interibi-
usquam vel vestigium nominis
nostri reliquum sit futurum.
8, 7.

.)—1. *ad varietates annonæ*, si
jus variaret et præter modum
— *utilitate fides antiquior fuit*, v.
.
tes nobiscum fœdere juncti sunt,
— *mandatum adtulerant* sc. le-
rat alii.
: *humanaque omnia*, v. ad 3, 17, 6.
dicta, v. ad 2, 55, 1.
oti Patres sunt *vice*, vicissitudine,
fortunarum humanarum, *si* cet. h.
n, quoniam; vel quod, ut pas-
pro ὅτι, ita ut non dubiam, sed
nificet rem. Cf. Juvenal. 5, 1.
, 8. et sup. ad 2, 28, 3. — *lux-*
aque clarus, forte *elatus*; Bauer.
n hoc contextu *clarus*, mediæ
ficationis, ut Gr. περιβόητος,

forte *et tum*; Duk.) *jam fides agi*
esse, fidem postulare, ad fidem
n et tuendam pertinere visum;
libertas, honor, imperium cet. (h.
um) *agi* dicuntur; Doer. Cf.
Drak. ad h. l. ad 28, 19. et

ipsum senatus amicitiæ S. memor,
micitia a memori ejus datum;
Cf. ad 1, 28, 7. et 3, 36, 8.
moris multi MSS. et edd. antt.
ben. quod mollius videbatur
nostra lectio doctior et optimo-

7. *stantibus legatis* adhuc more oratorum, vel *adstantibus*, præsentibus, nondum dimissis.

CAP. 32.)—1. *ad res repetendas*, v. ad 1, 22, 5.

2. *quisque signum duces poscere*, cf. ad 1, 24, 6.

3. *Quidquid ab Urbe longius proferrent arma*, ut passim *quidquid* adverbial. pro quantum, quanto, quo usque, quo longius, ut 8, 39. 21, 54. 31, 1. 34, 62.

4. *nimio luxu fluentibus rebus*, v. ad c. 29. n. 3. — *adversus tot decora*, ad ea, in comparatione cum illis. — *Gallos, tot prœliis cæsos, postremo in mare ac naves fuga compulerit;* "id non liquet quidem ex cap. 26. nec tamen improbabile est, Gallos, qui dudum oram maris Adriatici obcupaverant, etiam ibi naves cœpisse habere, in quas recipere se ex fuga potuerint. Sed hoc verum est, in hac oratione more oratorum ad exhortandos militum animos nonnulla dici, quibus res aliquantum exornatur et virtus Rom. exaggeratur;" Duk. Cf. Wessel. Obss. 2, 26. qui putat, Livium, quum Corvini hanc orationem perpoliret, alios annales ob oculos habuisse. — *utrum ejus, qui audiendus dumtaxat* cet. Bene, nec opus est legere *audendi dumtaxat*.

5. *per coitiones*, v. ad 3, 35, 10. — *Fuit, quum hoc dici poterat* cet. verba Valerii de se loquentis et gloriantis, se sua virtute, non generis nobilitate tres sibi consulatus peperisse. De sensu eorum v. ad 1, 25, 9. *enim*, v. ad 3, 39, 8. — *a liberatoribus patriæ ortus, et eodem anno* cet. Cf. 2, 2 extr. — *familia ista*, forte gens, ut 2, 49 pr. si hic Valerius Corvus non a Valerio Poplicola, sed a fratre ejus, M. Valerio Maximo, genus traxit, quod ex Gell. 9, 11. et Zonar. 7, 25. probabile esse, jam monuit Pigh. in Ann. ad a. 405. 410. 452.

6. *summum quodque spectate*, v. ad 1, 34, 5.

7. *si mihi novum hoc Corvi* cet. v. ad 5, 51, 1.

CAP. 33.)—1. *In ludo militari* cet. Cf. 23, 35. 26, 50. et Lips. mil. Rom. 5, 14. — *nec quemquam adspernari parem* adversarium; ut *par pari componere, committere, comparare, offerre*, (9, 17, 6.) ut in certamine vires suas experiantur, de iis qui viribus sibi pares, si non sunt, saltem esse putant, in primis de gladiatoribus, athletis, histrionibus, pantomimis et oratoriis poëticisve certaminibus. Cf. 9, 17. 21, 1, 1. 22, 27. 35. 28, 44. 30, 28, 8. ad Juvenal. 1, 162. 6, 378. 436. Hinc et *comparati* dicuntur duo conlegæ 10, 15, 11. et 40, 46, 1. proprie paria gladiatorum a lanista composita.

2. *factis benignus pro re*, secundum rationem rei s. facti, (al. rei familiaris) et rei

magis, quam personæ, ratione habita. Sic *bellum nequaquam pro præsenti terrore ac vetustate gentis gloriæ* (forte *vetusta g. gloria*, Gron.) *fuit*, his non consentaneum, minus grave, quam timebatur, neque respondens gloriæ gentis, 9, 43, 3. *pro tempore*, 30, 10. *prœlium atrocius quam pro numero pugnantium* 21, 29. *major, quam pro numero, jactura* 21, 59. *latius, quam pro copiis* 36, 10. *pro copia temporis* 27, 6, 12. *pro inopia commeatuum* (eorum ratione habita) 36, 7, 8. Cf. 10, 14, 14. 25, 13, 1. 25, 16, 11. 25, 19, 9. 26, 41, 2. 33, 8, 1. — *suæ dignitatis memor*, v. ad 3, 36, 8.

3. *Prœlium, ut quod umquam* (sc. commissum est, *wie nur je eins*) *maxime pari spe* cet. — *utrisque tamen novus hostis curam addebat*, cf. ad 1, 12, 1.

4. *volvere turmas*, v. ad 2, 50, 6. — *Nostrum*, h. e. *peditum, illud est opus*, scil. turbare prima signa hostium. *Nostrum* dixit consul, qui, quum desiluisset ex equo, nunc pedes erat ipse et peditibus se immiscuerat: *peditum* τῷ *nostrum* adjecit majoris perspicuitatis causa. (*Nostrum illud opus*, quo signa hostium turbare conati sumus, *peditum est*, a peditibus perfici debet; Doer.)

5. *cum quo contulit gradum*, v. ad 6, 12, 7. — *fuga ab nulla dum parte erat*, v ad 5, 34, 4.

6. *fluere lassitudine vires*, v. ad c. 29. n. 3.

7. *ni nox victoriam magis, quam prœlium, diremisset*, v. ad 6, 8, 3. — *oculos sibi Romanorum ardere visos* cet. cf. ad 6, 13, 1. Illud responsum alio tempore a Samnitibus datum tradit Flor. 1, 16, 12. ubi v. Duk. — *se effudit*, v. ad 1, 14, 7.

CAP. 34.)—1. *in saltum, cava valle pervium* cet. cf. ad 3, 8, 6. — *quoad totum in vallem infimam demitteret agmen* sc. Cornelius consul; nisi malis: *demitteret* sc. sc *agmen*, (v. ad 2, 3, 2.) vel leg. *demitteretur*. Ex aliquot MSS *demitterent* recepere Gron. et Drak. qui perperam hoc verbum ad Samnites referunt.

2. *unum editum in saltu collem*, v. ad 3, 55, 13. — *arduum inpedito agmini, expeditis haud difficilem*, v. ad 5, 16, 2. — *consuli territo animi*, v. ad 3, 26, 8. — *arx spei salutisque*, v. ad 3, 45, 9. — *cæci reliquere S.*, v. ad 9, 5, 4.

3. *hostis subjectus*, expositus, patens, *nobis ad omnes ictus*, ut 26, 46, 1. propr. omni ictui, ut mox *telis*. Cf. ad 41, 24, 4. Sic et mox *subjectum eum telis suis habuerant*; et *subjectum habere hostem* sc. hastis 36, 18. et *expositus ad convicia* ap. Suet. Cæs. 49.

4. *Nos fortuna populi Rom.* (cf. ad 6, 30, 3.) *expediet*, difficultatibus, periculo liberabit, ut *explicare*, et contra *inpedire* et *inplicare*: vel expeditum h. e. liberum iter dabit, ut contra *inpedimur* obstante turl
9, 9, 11.

5. *utriusque rei amissa occasione*, (
dimissa, ut 29, 31. 30, 24 al. v. D
cf. ad Tac. Ann. 13, 46, 7.

6. *qui fortunam gerendæ rei eripuere*
portunitatem rei feliciter gerendæ.

7. *sagulo gregali*, v. Lips. mil. Ron
Quomodo tamen hoc a sago ducum
sum fuerit, nemo docuit.

CAP. 35.)—1. *tesseram dari jubet*,
φιον vel generalius *σύνθημα*, tacitu
num militibus datum, Gall. *bulletin*
bei der Parole die Ordre ausgeben,
Nam *signum* vel *vocale* erat, tuba au
sico aut cornu datum, vel *tacitum*, i
tum s. insculptum *tesseræ*, brevi ligni
inde *tessera* dicebatur dabaturque
ut lateret hostem neque ab eo exau
Sic inf. 39, 30, 3. et ap. Sil. 1
(*Tacitum dat tessera signum* cet.) Cf.
28, 24, 6. ad Tac. Ann. 1, 7, 15. et
7, 347, ubi Drak. (ut et inf. ad 9,
monuit, *tesseras* duplicis olim generi
que fuisse, primi, ut iis milites in
se internoscerent, neque vigiles
hostium circumvenirentur, alterius,
32, 3.) τὰ παραγγέλματα et διατά
quibus dux militibus significaveri
voluerit fieri. Cf. Lips. Mil. Ro

2. *ubi secundæ vigiliæ buccina* (s.
bucina) *datum signum esset*: ante m
noctem, post quam tertia erat
Quatuor Romanis erant tum *vigili*
excubiæ, et quælibet trium horarum,
buccinatore aut tibicine committi, et a
cine finiri ac revocari solebant. Cf.
ad 23, 27, 9. ad Sil. 7, 154 sq. Hinc
15, 3. *ad tertiam buccinam*, h. e. sonitu
signum ea datum. Ceterum *in stat*
vigilias in ordinem ibatur, (28, 24, 6.)
per singulos manipulos a quaternis
bus, ita ut in quavis legione, in qua
manipuli erant, excubarent CXX ho
v. Lips. Mil. Rom. 5, 9. — *omisso*
adsensu, v. Lips. mil. Rom. 4, 2. — *L*
tentium meam vobis peregero, v. ad 1, 18
quæ pars major erit sc. consilii alicuju
Doer. qui primum tentaverat *cujus pa*
nisi potius cum Gron. subplendum
illa sequuta fuerit, *eo stabitur consil*
ad 3, 36, 11.) ut ap. Plaut. Curcul
35. *Quod eis respondi*, quæ ejus r
sententia est, *ea omnes stant sententi*

3. *In eo enim loco res sunt nostræ*, verl
loco a quibusdam MSS absunt, prob.
Cf. ad 2, 17, 2.

4. *corporibus suis subjectis*, v. ad 7, 2

CAP. 36.)—1. *per intermissa*, neglec
obsessa *custodiis* hostium *loca*, ut 24,
23, 17, 2. et 34, 37. extr. ubi cf. cap.
strata somno (cas. tert., ut 37, 20.
Virg. Ge. 4, 432.) *corpora*, h. e. somn

Doer. — *præsidium erumperet*

quum non fallerent amplius hos-
nt cet. — *Macti virtute este*, v.

gaudio concitantur et inplentur
isi cum Gron. leg. *consulem*,
g. c.: *et tessera data*, *incolumes*
objecissent, v. ad c. 35. n. 1.
lassico ad concionem convocat, v.

em castellatim dissipatos, v. ad 5,

—1. P. *Decii cœptas ante* (v.
laudes peragit, v. ad 1, 18, 10.
us eximioque uno albo opimo au-
lonat, v. ad 4, 16, 2.
rinis tunicis donati, propriis, vel
Drak. et Stroth. coll. Hor. Sat.
i, h. e. singuli, conj. Scheller
Cf. 10, 30 extr. — *Secun-*
nsulis donationem legiones gra-
m obsidionalem Decio inponunt,
prima et dignissima erat,
iis militaribus magis honos,
n spectabatur, de quo v. Cic.
.) eique dono dabatur, qui
xercitum vel magnam ejus
ne liberasset; unde etiam *al-*
sidionalis *a præsidio*, quod et
at, *inposita est*. Cf. loca class.
7. Plin. 22, 4, 5. (qui etiam
Marti inmolatos fuisse a Decio
. 5, 6. — *militibus legiones li-*
., sc. singulis singulas. cf.
5. et Cujac. Obss. 9, 37.
exiguum orbem — *retulerunt*

ltitudo sua conmeatibus gravis
le tantum conmeatus advehi
um satis esset ingenti multi-
ad 22, 14, 3. — *sedendo ad*
passim *sedere*, *adsidere*, (v. ad
re, ἧσθαι et καθῆσθαι pro:
liter consumere s. perdere,
neglegentem, ignavum, otio-
Cf. 9, 3, 4. 21, 48, 8. 22, 3.
3, 142. 7, 151. 10, 597. Sic
abius *sedere* dicitur, at 22,
n pro: considere in altis
s.
duabus legionibus custodiæ cau-
er est consularis exercitus.
ron. recte, opinor, emend.
us, vel *duobus millibus*.
Samnites, palatos per agros,
agine clausos et circumdatos.
tantum retibus, cassibus et
at, sed etiam *formidine*, h. e.
ini variarum avium pennis
æ formidinem injiciant feris,
e propius adcedere audeant,
dere, vel alio modo evadere
tali autem formidine Livius voce *indagine* non usus est h. l., ubi Duk. jam recte monuit, non conjungenda esse *indagine dissipatos*, sed *ind. ageret*: nam *indagine* et formidine non dissipari, sed claudi feras, ut evadere non possint;" Drak. Cf. ad Sil. 2, 419. 13, 141. ad Tac. Ann. 13, 42, 6. Duk. ad Flor. 3, 6, 11. Barth. ad Grat. Cyn. 75. Vlit. ad Nemes. Cyn. 308.

CAP. 38.)—1. *quum in induciis essent*, ut fere 9, 9. Cf. sup. c. 22. — *in Capitolio in Jovis cella*, v. ad 3, 17, 3. et 3, 19, 11. *in Junonis cella* 3 MSS. non male, quoniam eadem Juno præcipua religione culta fuit Carthagine.

2. *Suessanorumque auditæ legationes*, immo *Suessulanorumque*, a *Suessula*, ad quam pugnatum est; Sigon.

3. *Jam tum minime salubris militaris disciplinæ Capua*, ut postea, quum Hannibalis ibi exercitus conrumperetur. — *per quod illi eam antiquis cultoribus ademissent*, v. sup. 4, 37 pr. — *exemplum in eos versurum se*, versum iri. Cf. ad 2, 3, 2. et ad Tac. A. 6, 10, 6.

4. *tabem crescentis in dies feneris*, v. ad 2, 23, 6.

5. *Eo laxamento cogitationibus dato*, v. ad 2, 24, 4.

CAP. 39.)—1. *exercitum purgare missionibus* cet. quæ *missio* erat vel *honesta*, (sc. *emeritis stipendiis*) vel *causaria*, sc. ægrotorum, debilium, *gravium ætate* aut *viribus parum validorum*, vel *gratiosa*, (v. ad 43, 14, 6.) vel *justa*, (v. ad 43, 15, 4,) vel *injusta*, vel *ignominiosa*. Cf. ad 3, 57, 5. 4, 26, 7. Lips. de mil. Rom. 5, 19. Salmas. ad jus Att. et Rom. c. 21. p. 423. — *quidam in conmeatus* (*auf Urlaub*) *mittebantur*, dimittebantur ab exercitu. Cf. ad 1, 57, 2.

2. *inpotensque et crudele regnum*, v. ad 3, 36, 2. — *Hæc obcultis sermonibus serunt*, al. *ferunt*. Cf. ad 3, 43, 2. — *nervos conjurationis*, ejus auctores, in quibus omnes *nervi*, h. e. vis et robur, *ejectos*, ut fere *nervos virtutis elidere* ap. Cic. Tusc. Qu. 2, 11. Puteanus ingeniose suspicabatur *exsectos*, ut *nervos exsecare reip.* ap. Cic. Agr. 2, 33. et *incidere* inf. 37, 42. Ita tropus continuatur: quamquam Livius non semper in troporum continuatione sui memor est, ut 31, 44. ubi *moderari* et *effundere* non satis sibi respondent; Ern. Græci eadem metaphora ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα et νευροκοπεῖν dicunt; Duk.

3. *haud procul Anxure, ad Lautulas* (oppidulum vel saltus in Latio inter Anxur et Fundos) *saltu angusto inter mare ac montes*, v. ad 4, 59, 2. et 22, 15, 6. Λαυστόλας vocat Diodor. 19. p. 711. Locum forte a lavando dictum monet Drak. ut alium Romæ vel extra Urbem. v. Fest et Varr. L. L. 4. p. 37.

4. *quem Patrum aut plebis esse, qui aut ex*

tanto periculo sciens et ultro *offerat*, ducem si insanientis exercitus se profiteatur, *aut cui insanientis exercitus causa recte*, sine periculo, *committatur ex injuria*, (ut contra *ex jure*) si ad inperium ductumque ejus suscipiendum cogatur vi et injuria, Stroth. qui conferebat formulas *ex edicto bellum gerere* 1, 27. *ex lege*, *ex SCto*, *ex auctoritate senatus*, *ex præceptis*, *ex sententia* cet. et verba mox seqq. *parum spei erat*, *voluntate quidquam facturum; vim adhiberi ac metum placuit.* Sed expeditior videtur ratio eorum, qui jungunt *causa exercitus ex injuria insanientis*, h. e. propter adceptam injuriam exacerbati et furentis, ut ap. Terent. Ad. 2, 1, 43. *minime miror, qui insanire obcipiunt ex injuria.* Cf. ad 23, 18, 6. 25, 26, 7. 26, 45, 1. 31, 36, 3. Quænam vero illa injuria fuerit, utrum ludificatio illa, qua consul missionibus turbulentorum hominum consilium Capuæ Campanis adimendæ inpediverit, an potius alia nobis ignota, quod ex cap. 41. 42. probabile fit, non satis liquet. Omnino dolemus historiam hujus conjurationis, quæ admodum memorabilis est, parum perspicue tradi a Livio iisque, quos consuluit, v. cap. 42. Nota Dukeri est: " At his injuria nulla facta, verum ab ipsis orta erat. Forte del. τὸ *ex*: nam quia sibi conscii sunt, se *injuria*, i. e. sine causa et ratione, insanire, desperant se patronum inventuros. Nisi Livius significet, hos ex eo genere fuisse, qui, quum injuriam aliis fecerint idque intellegi videant, ipsi ultro, quasi injuria adcepta, expostulant, ut ap. Terent. Ad. 4, 3, 3."

5. *quod bene verteret*, v. ad 1, 28, 1.— *nihil medium*, tertium, præter hæc duo, (v. ad 1, 32, 5.) *aut inperium atque honorem, aut, ubi restitaret*, quum resisteret, postquam repugnaverat, *mortem, ni sequeretur, denuntiantes:* nisi leg. *honorem, si sequeretur, aut, ubi restitaret, mortem denuntiantes*, vel verba *ni sequeretur*, tamquam interpretamentum τῶν *ubi restitaret*, plane delenda sunt.

6. *ad lapidem octavum viæ, quæ nunc Appia est*, v. ad 7, 29, 5. *via* MSS. quidam, ut 2, 11. 3, 6. 5, 49. 7, 9 al. Sed Livium forte vitare voluisse quintum ablativum, suspicabatur Stroth.

CAP. 40.)—1. *Ubi primum in conspectum ventum, et arma* cet. emend. J. Fr. Gron. Cf. ad 2, 39, 10. — *Nondum erant tam fortes ad sanguinem civilem* profundendum, ut posteri eorum. Cf. ad 3, 20, 6.

2. *Satis fuit eritque* sc. hostium
vobis.

3. *ea ætate consulatum adeptus*
2, 29, 6.

4. *Istinc* (a vestra parte) *sig*
al. *classicum canit*, vel *tuba* et *sig*
9, 32. 30, 5. h. e. canuntur
Cf. ad 9, 41, 10. et 28, 27, 9.
cum cani 35, 18, 4. sc. signum
tum, quo milites ad prœlian
tantur.

5. *conloquii hujus salutaris inte*
v. ad 2, 33, 10. *Postulate æqua*,
cipite, (v. ad 1, 50, 7.) vel pr
ponite: *quamquam vel iniquis sta*
tius, v. ad 3, 36, 11.

CAP. 41.)—1. *Sibi se privatim*
v. ad 24, 2, 3. — *Militibus cav*
apud Patres semel plebi, in Sacru
iterum, deinde, *legionibus*, in Av
cedentibus, *cautum sit, ne fraud*
v. 2, 32. 33. 3, 50-54.

2. *in luco Petelino*, v. ad 6, 20

3. *Lex quoque sacrata* cet. v. a
— *ordinum ductor*, v. ad 2, 23, 4.
centurio, quem nunc primi pili c
adpellant, v. ad 2, 27, 7. ubi eti
illa dictum.

4. *et particeps eorum esset, qui*
(v. ad c. 39. n. 3.) *fugissent* e d
edidi, extruso *ne*, quod vulgo
inseritur; nisi cum Gron. lege
ne particeps e. esset, ab L. fugisset.

5. *Æque inpotens postulatum*, v
— Equites *merebant triplex* st
tempestate, cf. ad 5, 12, 11.

CAP. 42.)—1. *ne fenerare lice*
16, 1. *fenerari* VI MSS. quod
nam errare, qui dicant, *feneran*
ζειν, feneri dare, et *fenerari*
feneri adcipere; docet Drak. a

2. *ne quis eumdem magistratu*
annos caperet, cf. 10, 13, 7.
— *neu duos magistratus uno anno*
ordinarios: certe ordinarium
dinarium multi deinde eodem
anno; duos vero ordinarios vi
— *utque liceret consules ambos pl*
quæ res ut certa memoratur
sed primum ejus exemplum 28

3. *ad arma consternatam*, v. a
Tac. Ann. 2, 62, 3.

4. *salutationem factam*, v. ad 1

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM VIII.

CAP. 1.)—1. *Prius ad Privernum profectus*, ut passim præpos. *ad* nominibus urbium præponitur. v. Drak. et cf. ad 35, 27, 8. 36, 11, 4. 38, 37, 4. Sic et *ab Roma redii* 40, 12, 2. *proficisci ab Thessalonica* et *redire in Thessalonicam* 40, 4. Contra τὸ *in* ante nomina regionum nonnumquam omittitur. v. ad 10, 37, 1.

2. *Nocte pro victis abierunt*, v. ad 2, 7, 4.—*Lua Mater* Saturni filia, (v. Gell. 13, 22 pr.) sic dicta a *luere* s. expiare, vel Diana, si fides habenda Diomedi lib. 3. p. 484. de orig. Bucol. *Dianam* Λύην *cognominaverunt*, *quasi solutricem malorum*; etsi quidam *Lunam* conrupte *Luam* putant dictam. Cf. viri docti Inf. ad 45, 33 pr. ubi *Luamque* pro *Lunamque* substituere. Ei spolia hostium dicari solebant, ut Marti et Minervæ. v. 45, 33 pr. De quo more arma hostium concremandi cf. Schweigh. ad Appian. Pun. 48.

3. *nec in fide pop. Rom., nec in ditione*, cf. Duk. et ad 36, 28, 2.

CAP. 2.)—1. *per populum Rom. stetisse*, v. ad 2, 31, 7. — *annuo stipendio adcepto* sc. a Samnitibus.

2. *quibus usi adversus Romanum bellum fuerant*, h. e. ad, ut passim ap. Tacitum; Stroth. Vox *bellum* forte e glossa; Duk.

3. *ut ducerent Romani victoriam satis* sc. esse, subficere; Drak. *ut satis d. Romani, victoriam Samnitibus — eripuisse* conj. Duk.

4. *in potestate sua Latinos jam non esse*, v. ad 2, 56, 16. — *arguendo*, id significando, dicendo. Cf. 30, 23. et 34, 62, 4.

CAP. 3.)—1. *Romanum coquebant bellum*, v. ad 3, 36, 3.

2. *jussisque ante tempus consulibus abdicare se magistratu, quo maturius* cet. causa adjecta non satis facit: licet enim maturius consules crearentur, non necesse tamen erat, ut anni proximi consules magistratu se abdicarent; Drak. Uterque etiam consul bello strenue se gesserant; Glar.

3. *religio incessit*, v. ad 2, 5, 4. et 2, 27, 10. — *imminutum imperium*, tempus imperii s. consulatus.

4. *Eo anno Alexandrum* I. Molossum, *Epiri regem*, (cujus *soror* Olympias, Alexandri Magni mater) cet. Livium non recte calculos posuisse, disputat Dodwell. de cyclis diss. 10. s. 73. — *eadem ætas rerum Magni Alexandri est* cet. Cf. c. 17. et 24. Justin. 8, 6. 9, 6. 7. 12, 1 sq. Gell. 17, 21. Pausan. 1, 11. Strab. 6, 1, 5. 6, 3, 4. p. 256. 280. Ab hoc Alexandro I. Neoptolemi filio diversus Alexander II., Epiri rex, Pyrrhi et Lanassæ filius, de quo v. Pausan. 4, 35. Justin. 26, 2 sq. 28, 1. Strab. p. 624. Polyb. 2, 45, 1. (ubi cf. Schweigh.) 9, 34, 7.

CAP. 4.)—1. *ad summam rerum nostrarum*, v. ad 3, 5, 6. — *proditis* (v. ad 2, 43, 5.) *Sidicinis* a Romanis. Cf. cap. 2. — *Samnitium dicto pareamus*, immo *Samnitibus d. p.*, est enim *alicui parere dicto*, ut *alicui audientem* vel *obedientem esse dicto*; Gron. Verum *dicto audiens* semper dativum habet adjunctum, quia dicto tum est partic., et semper priore loco ponitur: sed *parere dicto* sæpe dicitur non addito casu, et *parere dicto alicujus* æque recte ac *parere imperio alicujus*; Duk. conl. 2, 18. 20. 32, 3. 36, 31. Virg. Æn. 1, 689. 4, 238. vid. et Periz. ad Sanctii Min. 4, 4, 45.

2. *libertatis desiderium remordet animos*, v. ad 6, 34, 7. — *si æquatio juris est societas* scil. nostra cum Romanis; non omnis.

3. *Tentastis patientiam negando militem*, v. ad 1, 32, 5.

4. *plus ducentorum annorum morem*, milites dandi, si a fœdere, icto cum Servio Tullio, (v. 1, 45.) non ab illo, cujus 1, 50 sq. vel 2, 33. mentio fit, annos numeraveris, vel rem ab irato in majus auctam credideris. Mos autem ille jam diu solutus. v. 7, 12.

5. *quæ e re publica nominis Latini fideque sua viderentur*, v. ad 1, 10, 2. et 6, 22, 2.

CAP. 5.)—1. *in Capitolio eis* (al. *ei*) *senatus datus est*, (ut 21, 12. et 18. 26, 21 pr. 37, 52.) sc. decem principibus Latinorum Romam evocatis: in senatum admissi sunt, ut exponerent, quæ vellent. Cf. cap. 3. *Senatus alicui datus* et *præbitus* (ut 42, 48 pr.) dicitur non tam, ut vulgo putant, pro: aditus ad senatum ei concessus est, (etsi sententia hæc firmari videtur 39, 33 extr. et multis locis convenit, v. c. iis, quibus senatus dicitur legatis datus, ut 21, 12. 18. 29, 15, 6. 37, 52. al) quam, quoniam *senatus* etiam est conventus senatorum, pro: ejus gratia senatus est coactus s. convocatus; quod vel ex iis locis intellegitur, ubi aut senatus magistratibus triumphum petentibus dicitur datus a consulibus et

[redacted]

prætore urbano, v. c. 26, 21. 23, 38. 38, 44 al. aut aliquis *senatum postulasse*, ut 23, 7, 11. aut *concilium alicui datum* s. *præbitum*, ut 24. 37. 36, 31, 4. 39, 33, 2.

2. *regno inpotenti*, v. ad 3, 36, 2. — *consanguinitati tamen hoc dabimus*, v. ad 3, 58, 4. — *Consulem alterum Romæ*, ex Romanis, *creari*, vel *Roma* sc. creabit s. creet; nam oratio turbatur adfectu loquentis, ut et in seqq. Sed videtur leg. *Romæ*.

3. *quod utrisque bene vertat*, (v. ad 1, 28, 1.) *sit hæc sane patria potior*, Roma sit *sedes imperii* fortunarumque nostrarum, et ab ea, tamquam a patria, *Romani omnes vocemur*.

4. *ab Setino homine*, contemtim de Annio Setino, de quo v. cap. 3 extr. — *audite Jus Fasque*, numina, eadem fere, quæ Justitia, Astræa, Themis, Dice. Cf. 1, 32, 7.

5. *pugna apud Regillum lacum*, v. 2, 19. 20.

CAP. 6.)—1. *capite graviter offenso*, percusso, vel inpacto, inliso gradibus, ut 25, 37, 2. *capita offensare*, h. e. inlidere capitibus, vel parietibus, foribus, terræ; de quo luctus genere v. Casaub. ad Suet. Aug. 23 extr. — *ut sopiretur*, v. ad 1, 41, 6.— — *Exanimatum* eum esse *quoniam non omnes auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1. — *sicut* sc. et hoc mihi relictum sit in incerto.

2. *ad repræsentandam iram Deorum*, v. ad 2, 36, 6. — *Bene habet!* (v. ad 6, 35, 6.) *Dii pium movere*, moverunt, *bellum*, cf. ad 1, 22, 6. — *Est cœleste numen* cet., h. e. quis nunc dubitet, omnia regi providentia divina, non fortuito agi. Cf. Stat. Silv. 1, 4, 4. ubi v. Barth., et Brisson. de form. 1. p. 80.

3. *Consensit et senatus bellum*, v. ad 1, 32, 14. — *Ibi in quiete*, in somno, (ut 9, 37, 6. et al.) *visa species viri majoris, quam pro humano habitu*, forma et figura humani corporis sc. esse posset, *augustiorisque*; qualis deorum species et forma esse putabatur. v. ad Sil. 6, 426. et 15, 21. Prudentia civilis hoc commento alebat superstitionem vulgi. — Imaginatio quoque incenditur metu et religione. Cf. inf. c. 9. n. 8.

4. *exercitum Diis Manibus matrique Terræ deberi*, cf. cap. 9. — *superque eas se devovisset*, v. ad 5, 41, 4. et 21, 14, 4. — *averruncandæ Deum iræ victimas cædi*, v. ad 3, 35, 1. et 29, 27, 2.

5. *alteruter consulum fata inpleret*, v. ad 1, 7, 11. — *adhibitis legatis*, v. ad 5, 25, 5. — *comparant inter se*, *ut* cf. ad 3, 2, 1. *inde*, ab ea parte.

6. *Agitatum etiam in consilio* militari, quod constabat legatis, tribunis militum et centurionibus primi pili. Cf. ad 1, 54, 2. Mox pro *tunc uti* forte leg. *nunc utique*, (Cf. tamen 3, 64 extr.) vel delendum præc. *ut*. Sed *ut* sæpe perspicuitatis quoque causa repetitur. Cf. Drak. ad h. l., Duk. ad Flor. 2, 6, 19. et nos inf. ad 22, 11, 2.

7. *in hostem pugnaret* pro: adversus hostem, vel cum eo. Cf. 8, 7, 5. 9, 3, 3. 27, 18. 30, 34. al.

CAP. 7.)—1. *Geminus Metius*, al. *Geminius*, et *Mæcius* vel *Mettius*. — *utique inlustres viri*, v. ad 2, 30, 1.

2. *Aderunt in tempore*, v. ad 2, 47, 4. — *cordi sint*, v. ad 6, 9, 1. — *nostro duorum eventu*, v. ad 7, 26, 5. — *imperii patrii*; forte *paterni*: nam *patrium* magis est a parente vel majoribus traditum, aut in patria solitum: sed et infra in hoc cap. *majestas patria* dicitur, et *patria potestas* sat nota; Bauer. Cf. ad 2, 5, 12. 7, 5, 3. 38, 1, 6. et Ernesti clav. Cic.

3. *infestis cuspidibus concurrissent*, v. ad 1, 13, 2. — *elapsa est* sine ictu in vacuum, *darüber hingefahren*; Bauer. — *ad ictum consurrexisset*, v. ad Sil. 1, 401. et 4, 610.

4. *spiculum inter aures equi fixit* cet. ut ap. Virg. Æn. 10, 890 sq. Doer. — *ignarus facti futurique*: edd. recentt. *fati* ex emendat. Sigon. " Sed sic aut *futuri* aut certe *que* redundat. *Facti ignarus* dicitur, qui nesciat, recte an perperam fecerit: immo h. l. qui falso credat, se recte fecisse. — *filium aversatus*, avertens se ab ejus conspectu, nec visu nec sermone dignatus:" Bauer.

5. *Quandoque, inquit* cet. v. ad 5, 25 — *in hostem pugnasti*, v. ad c. 6. n. — *deceptum vana imagine decoris*, i. e. dece virtutis, vel in te decepto; hypallage: que enim *specimen deceptum* intellegat Bauer. Sed *virtus si vana imag. decoris cepta* dici potest, quidni et *virtutis speci* Schæf. Cf. ad 3, 36, 8. Possis eti transponere: *in te deceptum v. i. d.* Ern.

6. *destrictam cernentes securim*; al. *di ctam*, vulgari vocum permutatione, ut 13, 4. et al. Cf. Drak., et nos ad T Ann. 12, 51, 3. et ad Sil. 16, 528. D ad h. l. et ad Flor. 2, 2, 17. " Sed nec lud securi satis convenit. A gladio tam ductum et huc translatum (manus quoq *stringi* i. e. ad feriendum parari dicuntur Bauer. *velut emerso ab*, propr. *ex*, *admirati animo*, postquam animus adtonitus ad redierat. Cf. ad 2, 29, 7. Quæ verba n jungenda seqq. *quum silentio defixi stetiss* (de quibus v. ad 3, 47, 9.) sed *tum lib conquestu* cet. adeoque post *stetissent* non s micolon ponendum; Stroth.

7. *Manliana inperia* hinc in proverbiu abierunt, non vero *Inperiosi* cognomen i de Manlio inditum. Cf. ad 4, 29, 3. u simile exemplum paternæ severitatis m moratur. Hoc editum fuisse in bello Ga lico tradit Dionys. 8, 79.

CAP. 8.)—1. *adeo nihil apud Latinos di*

[redacted]

Præf. n. 15. — *Clipeis antea* *unt* plerumque, *deinde, postquam* *cti sunt, scuta* ingentia *pro clipeis* d 1, 43, 4. et 5, 10, 5.) *et acies* *ae antea*, a Servii inde tempo- continua et profunda acie, ut *edonica*, instructa erat, (cf. 9, forte inde a primis consulibus, *structa*, (v. ad 42, 51, 2.) in- :r singulos manipulos disposita, inde *manipulos*, quos jam sub Tarquinio fuisse legimus 1, 52. ist. 3, 117. 118. et Victor. de desiisse postea suspicabatur tom. 2, 3. qui conf. ad totum *postremo in plures ordines instrue-* res, quos formabant hastati, triarii, quorum prima mentio . (sed ap. Ovid. Fast. 3, 127 sq. utis Romuli, et triariorum sup. sunt tres gradus aciei Rom., itinua, acies manipularis, et . quincuncialis, 23, 29, 10. et 's Röm. Alterthümer §. 27 sq. - 142. qui etiam recte monuit, juiorem legionis Rom. faciem a Polybio 6, 19 sq. aliisque nde a Punicorum bellorum fuerit, describi, adeoque va- operam virorum doctorum, Mil. Rom. 2, 1 sq. Patric. et lil. Rom. in Græv. Thes. T. X.) a Livio emendaverint, (v. c. *i decem* — *hoc viginti manipulo-* alia; quasi in legione sem- XXX manipuli) ut diversa es inter se conciliarent. *agenos milites duos, centurionem* *unum habebat*; ita cum Strothio emendat. Lipsii et Gron. re- ilg. *Ordo s. milites, duos centu-* *rium u. h.* nam mox legimus, signanorum s. pilanorum tres ria vexilla, et 186 homines, o plus hominum continuisse, m Hastatorum vel Principum. autem voces sunt *ordo*, (sc. t principum) *manipulus, centuria* Polyb. 6, 22. *καὶ τὸ μὲν μέρος* *σαν καὶ τάγμα, (ordinem) καὶ* *ipulum) καὶ σημαίαν, vexillum:* centuriæ suum erat vexillum s; sed *vexilla* in hoc cap. n tribuuntur, ut sociis 39, 20. gionum distinguuntur: nam ostea sociis, et *signa* legioni- 25, 23, 9.) Jam XV erant 'dines et Hastatorum et Prin- s omnes *Antepilanos* vel Ante- ellabant; v. ad 2, 20, 3.) artes aut vexilla et Triario- riorum et Adcensorum, (qui is, h. e. post signa, *locati* erant, ,) et in XV quoque ordines n tamen *unusquisque tres partes* s. tria *vexilla habebat*, et 186, non 62 homi- num erat) adeoque LXXV manipuli aut vexilla in tota legione. Manipulus vel vexillum 62, XV igitur 930, LXXV (vel universa legio) 4650, et, si his 75 centuri- ones totidemque vexillarios adjeceris, 4800 homines conplectebantur. His si addideris cornicines, tubicines et fabros, rationes tuæ congruent forte cum Livianis. Cf. not. 4. et 10.

3. *manipulus leves vicenos milites habebat* et *aliam*, reliquam, (v. ad 4, 10, 1.) *turbam* *scutatorum*, h. e. reliqui erant scutati, (h. e. gravis armaturæ milites, qui levi arma- turæ obponuntur etiam 28, 2.) adeoque XLII. nam ordo s. manipulus LXII milites habebat. — *Gæsum* telum missile, pro- prium Gallis et Hispanis. Cf. ad Sil. 1, 629.

4. *Hoc XXX manipulorum agmen* sc. has- tatorum et principum *antepilanos adpellabant* sive antesignanos, *quia sub signis*, post signa, *jam alii XV ordines locabantur*, sc. Triario- rum. v. ad 2, 20, 3. et 22, 5, 4. Mox perperam in omnibus libris legitur: *earum* *unamquamque primum pilum vocabant.* Lipsius emend. *earum unamquamque primam pilum* *vocabant*; Nast. l. l. *earum unam primum p.* *v.* Gron. et Stroth: *earum primam quamque* (partem, sc. Triariorum, quorum tres partes *primum, secundum, tertium pilum* ad- pellabant) *primum pilum vocabant*, (v. ad 2, 27, 7.) quod recepi, tamquam ceteris probabilius, etsi non indubium sit. v. Duk. ad h. l. Præterea voc. *vexillum* tamquam spurium uncinis inclusi, neque dissimilo, verba quoque *tribus ex vexillis constabat* (sc. ordo) post illa, *earum primam — vocabant* parum commode adjecta, et ab interpola- tore ad superiora *ordo unusquisque tres partes* *habebat* in marg. adscripta videri. Idem suspicabatur Stroth. cujus hæc est nota: "Sic omnia plana sunt apteque cohærent: *Sub signis*, post signa et antepilanos, *jam alii* *XV ordines locabantur*, quos communi nomi- ne latiorique vocabuli usu *Triarios* adpel- lare possis. Hi vero ordines non illis or- dinibus Hastatorum et Principum æquales erant, sed triplices tanti. Quoniam enim Triarii latiori significatu in tria genera distinguebantur, in Triarios nempe proprie stricteque sic dictos, Rorarios et Adcensos, sic etiam *ordo unusquisque illorum tres partes* *habebat* s. tria vexilla. *Earum partium quam-* *que primam* i. e. Triarios proprie sic dictos, *primum pilum vocabant*, quorum erant igitur sicut reliquorum XV vexilla. Omnes vero tres partes unius ordinis 186 *homines erant*. *Primum* igitur cujusque ordinis *vexillum* *Triarios* proprie sic dictos *ducebat, secundum* *Rorarios, tertium Adcensos.* Ceterum eorum, *qui sub signis locati erant*, triplicem tantum numerum fuisse, quam principum vel hastatorum seorsim, intelleges primum ex eo, quod, si rationem duxeris, ex XV or- dinibus subsignanis, quorum quisque erat

186 hominum, non numerum 930, ut ex XV manipulis vel hastatorum vel principum, sed 2790 conficies; deinde ex verbis Livii ad finem hujus cap. *novam repente aciem exsurgentem auctam numero cernebant;* denique e cap. 10. nam quomodo ibi Manlius consul, reservatis ad extremum certamen Triariis, solos Adcensos hosti obponere potuisset, hostesque non sensissent istam paucitatem, nisi solis Adcensis idem numerus fuisset, qui reliquis militum generibus?"

5. *Primum vexillum Triarios ducebat*, v. ad 2, 20, 3. — *secundum Rorarios*, quos Varro L. L. 6, 3. Festus et Nonius Marcellus dictos monent *a rore, quod prœlium committebant primi: ideo ante imbrem rorare solet.* Strothius hæc notavit: "*Rorarii* iidem fuisse videntur, qui postea *Velites* dicti sunt, primique pugnam inibant. (Sed hoc Livius mox dicit de Hastatis.) Ex quo jam patet, Livium longe aliam aciei formam enarrare, quam quæ postea fuit. Quid igitur mirum, si ter quindecim ordines conmemoret, licet postea modo ter decem fuerint?" Cf. ad 26, 4, 6. — — *tertium Adcensos;* v. ad 1, 43, 13. — *minimæ fiduciæ manum*, in quibus minimum conlocaretur fiduciæ.

6. *pede presso retrocedentes*, gradibus parvis, (ut *premere vestigia, gradum, cursum* pro conprimere, inhibere) vel pedetentim, lente, gradatim, pede post et ad pedem posito, gradu dimenso et militari, (v. ad 4, 32, 6. *modico gradu* 30, 5, 4.) ut mox *sensim referebantur*, 28, 14. *presso gradu incedere*, βάδην καὶ πρᾳεῖαν ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν s. πορείαν, ἐν τάξει καὶ βάδην ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον, βάδην προάγειν, προϊέναι, ἐκπορεύεσθαι ap. Polyb. 2, 27. 3, 65. 72. 4, 65. 5, 80. 8, 30. 10, 30. 11, 23. cet. et contra ἐνεργῆ ποιεῖσθαι τὴν ἔφοδον 11, 23, 2. et *citato gradu ducere* 28, 14. — *in*, per, *intervalla ordinum*, ita ut hastati ea transirent, et post Principes conlocati essent.

7. *Triarii sub vexillis considebant*, subsidebant, ὀφιζάνουσι, (v. ad 1, 14, 5.) *sinistro crure*, pede, *porrecto*, protento, (qui etiam gradus est s. status pugnantis et jaculum vel sagittam emittentis, cujus inde sinistrum crus vel pes, quia scuto tegi non poterat, *ocrea tegi* s. muniri solebat, de quo v. 9, 40. et ad Juvenal. 6, 256.) et *genu dextro innisi; et nutum ducis ad consurgendum exspectabant.* v. inf. cap. 9 extr. Cf. ad 28, 2, 4.

8. *hastas subrecta cuspide in terra fixas tenentes*, hastas non ad perpendiculum erectas, sed ima earum parte in terra oblique fixa, ita tenebant, ut cuspis fere ad XLV aut LX graduum angulum erecta esset, Stroth. Cf. ad 7, 10, 6. Triarii eadem, quæ Principes, habebant arma, sed *hastas* pro pilis, quibus in stataria et manuaria pugna hostium fodiebant ora. Cf. ad c. 10. n. 5. Polyb. 6, 23, 16. Lips. mil. Rom. 3, 6 extr. *in terram* (ut 2, 65. 9, 7. 10, 29.) *fixas, ut haud secus* cet. malebat Gron. — *haud secus quam si vallo septa inhorreret acies*, hastis triariorum erectis; ut *inhorrere, horrere* et Gr. φρίσσειν dicuntur ea, quæ erecta sunt seu eminent, res acutæ simul stantes, v. c. hastæ, capilli, aristæ, valli. v. ad 44, 41, 5. et ad Sil. 1, 423. — — *proverbio increbruit*, v. ad 7, 12, 1.

9. *Triarii consurgentes*, (v. not. 7.) *ubi in intervalla* cet. v. not. 6. — *in hostem incidebant*, ed. Gryph. *incedebant*, quod dignius est velut gravitate triariorum et justa pugna, non casu commissa; Bauer. — — *novam repente aciem exsurgentem auctam numero*, v. not. 4.

10. *Scribebantur autem quatuor fere legiones, quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis:* voc. *fere* inter *quinis* et *millibus* ponendum putant intpp. Sed plures etiam legiones nonnumquam scriptæ. Numerus militum inpr. peditum, postea subinde variavit et modo inminutus est, (v. 21, 17.) modo auctus. v. 22, 36. ubi tamen legioni in pugna demum Cannensi *centenos equites adjectos* legimus, ut in quavis *treceni equites* essent. Sed totidem ... nostro loco memorantur, et aliis, v. ... 62. 7, 25. et 21, 17. Hinc Lips. ... Rom. 2, 6. et Duk. ad Liv. 22, 36. su... cantur, ea, quæ 22, 36. de equitibus d... sint, interpolatori deberi, vel *quadring... equites*, substituendos esse: nam tot quo... nonnumquam, etsi raro, reperiri, v. c. 34. 40, 36. 45, 16. At Livius nusqu... 200 equites in legione memorat, et 22, aliorum adfert sententiam, quam et Po... bius 3, 107 amplectitur, ubi dicit, pri... reip. temporibus in legione peditum ... 4000, (rotundo numero, pro 4200, ut ... et equites 200 fuisse, sed, quoties m... fuerit necessitas, fere 5000 peditum 300 equites: qui equitum numerus p... petuus forte fuit. Cf. Ind. voc. *Legio*, 23, 34, 7. 33, 1, 2. Polyb. 1, 16. 2, 24, 72. 107. 6, 18. et 20. ad quæ loca Casaub. et Schweigh.

11. *alterum tantum ex Latino delectu ... jiciebatur*, (v. ad 22, 36, 4.) *qui* sc. Lat... *erant* cet. cf. ad 5, 49, 5.

12. *nec vexilla cum vexillis tantum* Triari... rum, h. e. triarii cum triariis. Cf. Du... — *Duo primipili* cet. Cf. ad 2, 27, 7. — — *pares semper ordines duxerant*, v. ad ... 23, 4.

13. *subcenturionem*, qui vice centurioni... (in pugna) fungeretur, (*Lieutenant*) *et tu... taretur eum ab uno destinato hoste*, ab Latin... primi pili centurione, cui Romanus era... obpositus, et quocum is *concurrendum sib... esse sciebat.*

CAP. 9.)—1. *prius quam educerent in aciem*, v. ad 1, 23, 4. — *Caput jocinoris* (al. *jeci-*

l proprie fuerit in haruspicum , non satis constat: exta vero ab s. *fiss*, h. e. linea imaginaria, sso, (Græci πύλην dicunt) ubi lobi jecoris, dividebantur in duas *hostilem*, et in *familiarem partem* el *fissum familiare*. Illa pars et in ea erat vel boni vel mali hostes, hæc ad sacrificautem micos vel familiam et domum ; unde et *familiare ostentum* inf. tur, quo nobismet ipsis aliquid r. Cf. Ernesti clav. Cic. v. *fissum*, 618 sq. Virg. Ge. 1, 485. Cic. , 52. 2, 12. et 13. ubi *haruspices* *familiare et vitale tractant*; *caput* nui *parte diligentissime considerant*: *en est inventum, nihil putant ad*-*ius tristius*. Inde lucebit sensus d 27, 26 extr. 30, 2, 6. 41, 14, , 15, 3. et 4. Schæffer. ad Obseq. . Oudend. *Cæsum* autem *caput* ali fuisse ominis, patet etiam ex t. 15, 795. — *ostendisse*, "i. e. tulisse. Non enim adesse soleer duces, ac, si adesset Decius, uoque adfuisset, et ipse, litasse set. Certe ad reliqua, *adceptam* *esse* et *Manlium litasse*, debet er δυλογίαν *narrasse*," Bauer. *ium egregie litasse*, v. ad 5, 38, 1. *bene habet*, v. ad 6, 35, 6. m, *pontifex publicus* (nominat. ut 1, 24. et al. passim) *populi verba*, *quibus me pro legionibus de*- inf. 10, 28. de filio ejus. Cf. ad t de formula devotionis Macrob.

Novensiles a Sabinis adcepti teste , 4, 10. Quales fuerint et unde m a numero, an novitate et an ab alia re, ipsos quoque ignorasse contendit Arnob. adv. . — *Dii Indigetes*, v. ad 1, 2, 3. , gratiam hanc, *peto feroque*, btineo, inpetro. Ita Heyne in Anz. a. 1785. p. 1793. Id vel ob uditionis precum fiduciam, vel s causa dictum videtur. *Ferre* l. qd. *rogare*, et verbis seqq. junon persuasit nobis Stroth. conla *legem ferre*; et parum probamendatio Dukeri *quæsoque*. — rba *populi Romani* post *re publica* uspicabatur Gron. Forte leg. . *populo Quiritium*. tus *cinctu* (forte *ritu* vel *cultu*) d 5, 46, 2. et 10, 7, 3. ior *humano visu*, adspectu, habitu, . homine. Cf. ad c. 6. n. 3. — *lo missus* in s. tamquam *piaculum* 1, 10, 14. *primo Latinorum turbavit*, forte m signa prima sunt intellegen- Cf. ad 24, 16, 1. — *deinde in* *totam p. aciem pervasit*; forte del. *in*; Bauer. *dein* pro *deinde in* conj. Schæf. ut syllabarum repetitio vulgatam pepererit, aut duæ lectiones, *deinde*, *dein*, commistæ sint. — — *Evidentissimum*, nos: *das auffallendste*; Stroth.

10. *fugam ac vastitatem*, solitudinem, loca vasta et deserta. — *exsolutis religione animis*, v. ad 2, 32, 3. — *rorarii*, v. ad c. 8. n. 5.

11. *triarii genu dextro innisi* cet. v. ad c. 8. n. 7.

CAP. 10.)—1. *multitudo superaret*, abundaret, ut 3, 5 pr. 5, 21. 38, vel superior esset, ut 29, 30. vel superesset, ut 29, 7. 24. 45, 24.

2. *consurgendi jam triariis tempus*, v. ad c. 8. n. 7.

3. *adcensos ab novissima acie*, v. ad 1, 43, 13. et 8, 8, 4.

4. *receptis in intervalla ordinum* cet. v. ad c. 8. n. 6. 9. — *principia Latinorum*, v. ad 2, 65, 1.

5. *hastisque ora fodientes*, pungentes, vulnerantes, ut 21, 55 extr. Triarii cominus hostes petebant hastis, non eas projiciebant, ut hastati. Cf. ad c. 8. n. 8. et Polyb. 2, 33, 4. — *perrumpere cuneos*, v. ad 2, 50, 8. — *præcipua laus ejus belli penes consules fuit*, nemo majorem laudem promeruit; Drak. Idem *socios* h. l. esse putat Laurentes Campanorumque equites, qui non desciverint. v. cap. seq.

6. *Castra secundum*, post, *prœlium capta*, v. ad 1, 4, 1.

7. *Decii corpus ne eo die inveniretur*, *nox* fecit, vel inpedivit, quæ *quærentes obpressit*.

8. *funusque ei par morti* — *factum est*, h. e. consentaneum, conveniens, respondens, morte dignum nec minus honestum et gloriosum.

9. *quum legiones hostium devoveat*, *non utique* (v. ad 2, 30, 1. et 6, 35, 4.) *se* — *devovere*, cf. ad 5, 41, 4. Vox *scripta* nisi conrupta, certe superflua est; Ern.

10. *signum septem pedes altum*, imaginem hominis, qui devotus non est mortuus: mortem enim ejus defossione imaginis et hostiæ cæde repræsentari voluerunt; Sigon.

11. *piaculum hostiam cædi* MSS. per adpositionem vel ἐπεξήγησιν pro vulg. *hostia*: nisi leg. *piaculo*, vel *in piaculum*, vel *piacularem*. — *escendere*, cf. ad 2, 7, 7. *descendere* quædam edd.

12. *neque suum*, gentile, *neque publicum divinum*, sacrificium, rem divinam. Cf. ad 2, 1, 3.

13. *Vulcano arma devovere*: al. *vovere*. "Illud pæne melius, tum ob euphoniam, quam tamen in re tam exili haud urgeam, tum quia de *devotione* utique, seu hominis, seu armorum, sermo est; quæ tamen, vix est, quin *voveri* rectius, quam *devoveri*, dicantur. Arma *devota* essent, exsecrando,

loco ipsius hominis, abolitioni data. *Vovere* tamen rei futuræ est, quum h. l. de præsenti agatur. Mox in *volet* intell. facere, sc. sacra, (cur non *devovere?*) et pro *est* alii *esto*, quod placeret, si non Livii narratio, sed carminis ipsius recitatio directa foret;" Bauer. — *sive hostia, sive quo alio*, vel hostia cæsa, vel alia quadam re seu ceremonia, quæ ipsi placet; Stroth.

14. *Telo, super quod stans* cet. cf. cap. 9.

15. *Marti suovetaurilibus piaculum f.* cf. ad 1, 44, 3.

CAP. 11.)—1. *moris* (veteris, prisci) *memoria abolevit*, cf. ad 1, 23, 1. *Memoria* autem aliquid proximum curæ et speciem quamdam sollicitudinis denotat, ut 4, 21, 2. *belli inferendi memoria*, cupiditas et propositum, 27, 3. *Tarentinæ arcis* (recipiendæ) *memoria*, cura et ad eam recipiendam intentio; J. Gron.

2. *conversis signis retro* cet. cf. ad 2, 45, 10. et 3, 54, 5. — *prætorem eorum Milionium*, v. ad 9, 16, 10.

3. *Vescia urbs*, Βεσκία πόλις Αὐσόνων Steph. unde *Vescinus ager* et *saltus*. Cf. 9, 25. 10, 20. 21. 31.

4. *communem Martem belli*, v. ad 5, 12, 1.

5. *ceterum pro victis fortunam*, cf. ad 2, 7, 4.

6. *funesta duo consulum prætoria*, tentoria, funeribus quasi polluta. — *adcisæ copiæ*, v. ad 3, 10, 9.

7. *tumultuarius undique exercitus*, v. ad 1, 37, 4. Verba adjecta et synonyma *raptim conscriptus* forte glossatori debentur.

8. *adcisæ res*, v. ad 3, 10, 9.

9. *Latium Capuaque agro mulctati*, v. ad 3, 47, 1.

10. *Bina in Latino agro jugera, ita ut dodrantem ex Privernati complerent*, adderent, adjicerent, h. e. et dodrans seu ¾ jugeri in Privernati, *data* cuilibet, ita ut singuli 2¾ adciperent; *terna* vero integra jugera his, qui ex Falerno adcipiebant, data sunt, ut quadrante igitur plus his, qui in Latino essent, adciperent; qui *quadrans adjectus* est propterea, quod ager Falernus longius abesset ab Urbe; Stroth.

11. *Campanorumque equites* cet., quorum *equitum honoris causa* paulo post omnibus quoque *Campanis civitas* data, sed *sine subfragio*. v. cap. 14 extr. 23, 5. 26, 33. 31, 31. Scalig. ad Euseb. p. 329. *Campani* potissimum sunt Capuani: unde c. 14 extr. *ejusdem juris c. cujus Capuam e. p.* Cf. et not. 9. Propter datam autem civitatem Campani ab a. V. 416. ad 541., quo civitas iis ademta, (v. 26, 14 sq.) in legionibus quoque Romanis non *sociorum*, sed *civium* numero sunt habiti, ita ut integra quoque legio Romana conscriberetur ex Campanis et Campano duce uteretur. Cf. Epit. lib. 12. Polyb. 1, 7. 2, 24, 14. ubi v. Schweigh.

12. *post diem decimum Latinarum* feriarum, X die postquam illæ erant actæ. Ipsæ per IV dies agebantur. Cf. ad. 1, 45, 2.

13. *denarios nummos* cet. quorum valor ex posterioris temporis ratione adcipiendus videtur, ut singuli fere 96 inperiales adceperint; Str. Cf. Schel. ad Polyb. c. 3.

CAP. 12.)—1. *per valetudinem*, v. ad 5, 12, 6.

2. *Anno insigni victoria* cet. h. e. consulibus hujus anni, qui insignis fuit — *subcessere consules* cet. Ita passim.

3. *neque in similem materiam r., et* cet. cf. ad 4, 29, 3.

4. *aut partium in rep.* cet. nam Æmilius erat fautor nobilium, et Publilius plebis, de qua erat.

5. *ob iram agri amissi*, v. ad 1, 5, 5.

6. *in campis Fenectanis*, in VI MSS. *Ferentanis*. Doujatius emend. *Ferentinis*, et Cluver. Ital. ant. c. 4. p. 965. *Pedanis*. Cf. ad 3, 50, 1.

7. *ad Pedum exercitum duxit*, cf. ad c. 1. n. 1.

8. *ab Lavinio*, al. *Lanuvio*. Sed v. ad c. 13. n. 4.

9. *integer labor restaret*, cf. ad 2, 5, 1.

10. *Nam neque, quoad fuit consul*, — *et* cet. cf. ad 4, 29. 3.

11. *materiam autem præbebat criminibus* (v. ad 3, 19, 7.) *ager in Latino Falernoque agro* — *divisus*, cf. cap. 11. Scio posse excusari *ager in agro*, quum priore loco partem proprie illam designet, quæ sub sortem et perticam venit, posteriore omne territorium eorum populorum: sed malim de[illegible] τὸ *agro*, et intellegere illud ipsum vel [illegible] ut 3, 6, 6. *in Hernico*, et inf. c. 34. (6, 23, 27. 28, 24.) *in pacato, in hostico*; G[illegible] Sic et *in Vejenti* 6, 14, 9. *in Antiati* 22, 1, *in Capenate* 33, 26. *in Crustumino* 41, 13 — *Lanuvino* 41, 21. Cf. ad 6, 31, 3. 10, 27 [illegible] et 10, 32, 1.

12. *Æmilius, cujus* (penes quem) [illegible] *fasces erant*, v. ad 2, 1, 11. — *Dictatura* [illegible] *pularis fuit*, v. ad 2, 8, 1. et 3, 15, 8. — [illegible] *quod tres leges* — *tulit* dictatura. v. ad [illegible] 6, 10.

13. *ut plebiscita omnes Quirites tenerent*, ad 2, 60, 2.

14. *ante initum subfragium Patres aucto*[illegible] *fierent*, v. ad 1, 17, 6.

15. *alter utique ex plebe* cet. v. ad 2, 30, et 6, 35, 4.

16. *utrumque plebejum consulem fieri*, cf. [illegible] 7, 42, 2. Id vero gravius erat.

CAP. 13.)—1. *quo insignitius omissa res Æmilio exprobraretur*, ut eo magis in oculos incurreret exprobranda Æmilio belli continuandi neglegentia; Doer.

2. *omnibus eam rem præverti*, v. ad 2, 24, 3. Nonne vero legendum *prævertere?* — *ob agri ademti dolorem*, v. ad 1, 5, 5.

3. *Mediis consiliis standum*, v. ad 1, 32, 5. et 3, 36, 11.

4. *Aricinos Laviniosque*, al *Lanuvinosque*.

tioni favent et libri quidam tio lapidis Capitol. ap. Gruf. tamen Cluver. Ital. ant. 3, columna Mænia (quæ mox dicitur) et rostris navium [æ]nio fixis in subgestu fori ostiliam, quæ Rostra vetera 14 extr. Plin. 34, 5. s. 11. Flor. 1, 11. Varr. L. L. 4, 32. *Volscis*, cf. ad 2, 25, 2.— Plinio 3, 5. *Astura*, Strab. 5. et Festo *Stura* dicitur. *Sta*- e MSS. Cf. Cluver. Ital. ant.

s, certamine. v. ad 1, 38, 4. *questres eis, rara illa ætate res*, *ur*, cf. 9, 43, 11. Noris. ad 8. Figrel. de statuis Rom. c. *quam comitiis — consules ro-* 58, 10.

Volscis, v. ad 2, 63, 3.

os potentes hujus consilii fece- 2, 42, 5.) *ut in vestra manu* 5, 20, 1.

bella magnaque, cf. ad 2, 18, 1. *crescendi — subpeditat*, v. ad

n metumque suspensos animi, v. — *itaque*, ergo et vestra et t rem maturari et confieri: lvamini tanta cura: illorum, el beneficio præveniantur, onligere et ipsi aliquid consint; Gron.

I. *de summa rerum*, v. ad 3, *errent* scil. consules ad se-

civitas Rom. *data*, et nunc cum aliis Latinis. Cf. Cic. 13. et inf. ad 9, 43, 11. *a reddita cum eo*, ea lege, vel *t* cet. cf. 30, 10 extr. 36, 5, 9. *reddita* forte relicta: nam ostibus adempta fuisse, non Cf. 9, 43, 11.

ue Sospitæ Junonis vel *Sispitæ* Cf. Ind. et ad Sil. 8, 360.

servata civitas cet. v. ad 6, *enque rebellionis a publica fraude* *s versum*, non publico coniversæ civitati, sed paucis s tributum; Stroth. a damno a universæ civitatis; Doer. *ans Tiberim habitare* cet. cf. et 26, 34, 3. — *usque ad* sses, qui tum libram pondo Duker.) *clarigatio esset*, h. e. *s Pfandgeld* seu *Pfandungs*-aus, cujusmodi dari solitum, a in satis *deprehenduntur*; as. de modo usur. c. 13. p. re etiam dicebatur res raptas tere. v. Plin. 22, 2. s. 3. et Quintil. 7, 3, (4) 13. — *extra vincula haberet*, iis solveret, liberaret.

7. *quibus adscriptis*, ut mox *adscribi coloni*, v. ad 4, 11, 4. — *colonia missa cum eo, ut* (cf. not. 3.) *Antiatibus permitteretur, si et ipsi adscribi coloni vellent — et civitas data*, cf. Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 89. ubi et hæc nota legitur: "Si *coloni adscripti*, quomodo *civitas data*? Et si tam gravis mulcta inposita, unde civitatis beneficium? Nisi verba novissima ab aliena manu sunt, *civitas* cum Sigonio adcipienda de jure Quiritium, quod coloniæ Rom. competebat: quod adeo consequebantur Antiates adscripti civibus Rom. in coloniam Rom. deductis." Cf. Duk. ad h. l.

8. *arma quondam consociassent* cum Gallis Tiburtes, v. 7, 11. De Prænestinis id non traditur.

9. *Ceteris Latinis populis connubia commerciaque et concilia inter se ademerunt* sc. Patres s. Romani; nisi leg. *adempta*. Ad rem ipsam cf. 9, 43. 31, 31. 38, 36. 45, 29. et inpr. Spanhem. in Orbe Rom. 2, 22. et 25. ubi præter alia monuit hæc: "Iis, quæ civitas omnibus in orbe Rom. data secum invexit, juribus vel beneficiis adnumerari quoque debent mutua inter eos connubia. Notum vero, eam olim *connubiorum* apud plerasque gentes rationem fuisse, ut ea tantum essent inter unius urbis cives aut alioquin populares; cum alienigenis vero ferme vetita. Ita de Atheniensibus v. Plut. in Pericle p. 172. Ælian. V. H. 6, 10. Meurs. Them. Att. 4, 5. Petit. Leg. Att. p. 435. 440. Hinc ἐπιγαμία, συμμαχία et ἰσοπολιτεία inter finitimos populos modo concessa et fœdere aut pacto sancita, modo vetita: et inde orta subinde dissidia ac bella. Neque aliter cum Romanis actum, dum non solum decemvirali olim lege (v. ad 4, 1, 2.) vetita inter patricios et plebejos connubia, sed etiam, sublata postea eadem lege, non omnibus ideo, qui civitate erant donati, connubia fuerint olim data; immo ea subinde inter ipsos vicinæ regionis aut ejusdem gentis populos ab iisdem Romanis vetita vel adempta: et callido quidem consilio, ne mutuis *connubiis commerciisque* juncti inter se populi eo promtius in Romanos consociati dein arma verterent. A Romanis proinde connubia ne cum omnibus quidem civibus seu in civitatem adceptis olim recepta; (cf. 38, 36.) cum aliis autem, qui cives Rom. non essent, prorsus interdicta. Qua ratione itidem factum, ut nati e civibus Rom. et alienigenis mulieribus, tamquam totidem hybridæ, *novum genus hominum* dicerentur, et ex iis colonia, eaque *libertinorum* dicta, in eadem Hispania deduceretur. v. 43, 3 pr. Quibus gradibus præcipua populi Rom. beneficia vel jura in Campanos fuerint conlata, docet Livius 31, 31. *ipsos fœdere primum, dein connubiis atque inde cognationibus, postremo civitate nobis*

conjunximus: (cf. 23, 4 extr.) nam, quod Canulejus 4, 3. dicit, *civitas plus quam connubium est.* Unde insuper illud liquet, non demum post concessam a Romanis, uti postea id statutum constat, civitatem, sed etiam ante eamdem impertitam, jus connubiorum finitimis populis ac civitatibus, antiquis illis liberæ Urbis temporibus, subinde ab iis datum."

10. *Campanis,* Capuanis, *equitum honoris causa,* (ut *honoris ejus causa* 10, 24.) — *data,* v. ad c. 11. n. 11. Al. *qui* pro *quia;* quod adridere potest conl. c. 11. extr. Sed malim ante *quia* inserere *et* cum Dukero vel *ac*, ut duplex adferatur ratio, sensusque sit: *et quia* nunc *cum Latinis* ob iram amissi agri *rebellare noluissent.* De hac Latinorum rebellione v. cap. 12. — *Formianis* (v. ad 22, 16, 4.) *civitas sine suffragio data,* v. ad 9, 43, 11.

11. *rostrisque earum subgestum* cet. cf. ad c. 13. n. 4.

12. *Rostraque id templum adpellatum,* ut ap. Cic. in Vatin. 10. *in Rostris, in illo, inquam, inaugurato templo ac loco.* v. ad 1, 6, 5. et cf. Dionys. 9, 56. qui Antiatum classem jam ante a. V. c. 287 captam, adparatumque navalem incensum tradit.

CAP. 15.)—1. *quum omnia* (omne Latium et Campaniam) *non opes* (vis et potentia) *magis Romanæ, quam* — *gratia bona* cum *pace obtineret,* tueretur et regeret, ut *populo bonu eum pace imperitare* 1, 24. *obtineret,* ut *debetur* 9, 11 pr. nam solet fere Livius verbum adcommodare numero aut personæ substantivi, quod proxime præcesserat; Stroth. Sic et adjectiva, v. c. 8, 28 extr. *obnoxium esset* pro *obnoxia essent.* — *non opibus magis Romani* — *obtinerent* quidam MSS. — *Sidicini* in Campania incolebant Teanum Sidicinum; (quod a Teano Apulo diversum est et hod. *Tiano* dicitur) *Aurunci* habitabant et ultra Lirim in Campania, et cis Lirim in Latio, nec non versus Sicanorum fines, haud procul a Tiberi. Hi in Campania, quod mox traditur, oppido suo (forte *Aurunca,* ut *Ausona* opp. Ausonum 9, 25.) metu deserto, *communiverant Suessam,* inter Teanum et Minturnas fere mediam, quæ *Suessa Aurunca* est dicta, ut a *Suessa Pometia,* Volscorum capite, distingueretur, et brevi post facta colonia ac deinde municipium. v. 9, 28. Vellej. 1, 14. Cic. Phil. 13, 8.

2. *Aurunci, a T. Manlio* Torquato *Cos. in deditionem adcepti,* cf. 7, 28 sq. 38.

3. *Religio inde injecta* — *vitio creatum* cet. cf. ad 2, 5, 4. 4, 30, 6. et 5, 17, 4.

4. *propter mundiorem justo cultum* cet. v. ad 4, 44, 9.

5. *familiamque,* servos, (cf. ad 3, 19, 13.) *in potestate habere,* retinere, h. e. non manumittere, ut de iis, inpr. de servo illo indice, quæstio haberi posset, adhibitis tormentis. Cf. 39, 14. Sigon. de Judic. 2, 14. Brisson.

ad leg. Jul. de adult. c. 26. Abran
Cic. p. Mil. c. 12.

6. *viva sub terram ad portam Collinam*
Scelerato campo, v. ad 2, 42, 11. 2, 51,
57, 2. et Festus v. *Sceleratus c.* — *de*
strata, ad sinistram munitæ viæ, in c
ubi a dextra est via strata, ut 2, 4
infelici via dextro Jano portæ Carmentalis;
Sed Jac. Gron. jam monuit, hæc
contrario potius sensu capienda es
campo, ad cujus sinistram partem
strata, vel in campo, qui est a dex
stratæ; ut *dextro Jano* 2, 49. per de
Janum s. transitum portæ διπύλου
stagno 26, 45. per medium stagnum,
rio vico 27, 37. per eum, *dextra* et *læva*
dextram, ad lævam 22, 41. 23, 24.
Idem vero conj. *dextra via Salaria,* h
partem dextram viæ Salariæ, ἡ ἔσ
διὰ τῶν Σαβίνων, ὑπὲρ (al. ἀπὸ) τῆς
πύλης ἀρχομένη τῆς Κολλινῆς, Strab
1. p. 228. cf. Fest. Verum Fabr
Apolog. p. 45 sq. docet e Dionys. 2.
Plut. Num. p. 67. et Serv. ad Virg.
216. *Sceleratum campum* intra Urbem
viam autem Salariam extra eam s
inde Collina. *dextra viam stratam* Vl
et edd. quædam, non improb. Fabr
Drak. Ille exponit ad dextram viæ s
hic dictum putabat, ut *ignarus cetera,*
omnia et similia. *extra viam stratam*
Helmst. quod adridere potest. *terram*
via stratam malebat Sigon. et conf
verba Plut. in Numa p. 67. ἐνταῦθα
σκευάζεται κατάγειος οἶκος οὐ μέγας·
δὲ ἐν αὐτῷ κλίνη τε ὑπεστρωμένη.

7. *negabat, rationem ejus se habi*
nomen ejus candidati se non recep
dicebat: consules enim prætoria e
habebant; Sigon. — *in summis*
dictatura, consulatu, tribunatu mil.
pot.

8. *minus in prætura tendente,* v. ad 4

CAP. 16.)—1. *Cales urbem* Campa
Calvi. v. ad Sil. 8, 512 sq.

2. *aut causa armorum fuerant,* v. ad 1,

3. *ut extra sortem Corvi* (possis et C
provincia esset, v. ad 2, 40, 9. et 3, 2,

CAP. 17.)—1. *Religio deinde incess*
eos creatos, v. ad 2, 5, 4. et 5, 17, 4. –
omnibus eo vitio contactis auspiciis, ante c
habitis. v. ad 6, 28, 2.

2. *fama Gallici belli pro tumultu val*
cet., quum alias tumultu jam a Galli
inferentibus ingruente dictator esset
tunc sola incerta belli Gallici fama t
valuit; Periz. Cf. c. 20. et ad 2, 26,
ni integri historiam cum consulib
Papirio Cursore et C. Pœtelio
Visolo, quos Solin. c. 32. memorat
in Livio, in Diodoro et aliis desi
monet Pigh. in Annal. ad a. 421. s
num consulesque illos ante c. 19.

[redacted]

set Dodwell. de Cyclis diss.

nis consiliis, v. ad 1, 52, 1.—
, 11, 6.
Epirensis, v. ad c. 3. n. 3.
m a Pesto facientem, h. e. in
ea parte, ubi est Pæstum;
Dipylo, 21, 21. *ne nuda aper-*
Africa ab Sicilia esset, 21, 36.
33. *terra ab Hexapylo*, *mari*
34, 38. *parte una a Phæbeo*
mari pro a parte maritima,
ab terra munitum, 31, 27. *lega-*
agmine adortus, et similia 37,
dere vero est e navi descen-
'ere (v. ad 2, 7, 7.) sursum niti
ron. Cf. 22, 20. 28, 8. 29, 28.
excursionem, vel *ad Pæstum*.
(ut al. *dubium*; v. Drak. ad
sh. Ind. Flor. v. *dubium*) *qua*
cem, v. 7, 30, 2.
eo censu actus novique cives censi,
clni, Nomentani, Pedani cap.
ri, quibus ibidem civitatem
o datam scribit, et Formiani
anno demum V. 565 in tribu
Duk. Cf 38, 36. Sigon. de
Rom. 3, 2. de ant. jur. Ital. 6,
Orb. Rom. 1, 7.
litæ Mæcia et Scaptia, v. ad 1,
, 5. — *Acerrani*: Campaniæ
, 17. 27, 3. — *civitas sine sub-*
. Vellej. 1, 14. *Acerranis a —*
civitas. Tò *a* forte del., hoc
sorum, sed solius populi jus
si verbum *data* ap. Vellej. eo
, de quo v. sup. ad 7, 1, 2.

-1. *Fœdus insequens annus*, pes-
, 32, 1. — *intemperie cœli*, v.
humana fraude, veneficiis.
ferme omnes eventu, modo, in-
fine morbi. — *Q. Fabium*
uod cognomen vel per pro-
m, (v. 9. 46 extr. et ad 3, 51,
m, vel in *Rullianum* mutan-

rum sibi *noxæ*, fraudi, damno,

coquere, sc. supra memorata.
iti matronis (ut mox *ad centum*
r viatorem adcitis, v. ad 4, 59,

tante indice, refellente, quæ
illæ.
veneficiis ante eam diem Romæ
. ad Epit. Liv. VIII. n. 3.
magis mentibus, v. ad 2, 36, 7.
dictatore fixum, cf. 7, 3. Sed
quondam plebis id factum, nec
m descriptionibus, nec quis-
emoriæ prodidit.

—1. *Creati consules* cet. v. ad

2. *legati ex Volscis Fabraterni et* legati *Lucani*, quem populum Livius c. 25 pr. simul cum Apulis *in fidem* venisse dicit: adcepto enim beneficio per legatos in Samnium a Romanis missos hanc gratiam retulere; Gron. *Arcani* pro *Lucani* conj. Cluver. et *Poluscani* Ruben. ut duo *Volscorum* populi vel oppida memorentur.

3. *Vacci prata* cet. cf. Cic. p. domo 38.

4. *Vitruvio nec — sana constare mens*, sapiens certumque consilium capiendi facultas subpetebat.

5. *fugam magis retro* ad castra propinqua capiendam *spectante milite*, circumspiciente, ad eam intento.

6. *in turba fugæ extremæ*, extremorum, qui fugiebant.

7. *quem extra culpam belli esse*, *ipsum Vitruvium judicasse*; al. *indicasse*: sed *judicare* eleganter dicuntur, qui facto aliquo suo præjudicium de re faciunt, et ex eo aliis dant æstimandi copiam; Gron. qui hinc etiam 28, 19, 2. *judicasse* conj. pro *indicasse*. Cf. 9, 9. Cic. Tusc. 5, 20 extr. et ad Div. 15, 1 extr.

8. *animos Romanos*, Romanis deditos et faventes.

9. *ut bellum ab innoxio populo abstineat*, v. ad 1, 1, 1.

10. *literisque Romam missis*, sc. quibus indicabatur, *in officio Fundanos esse*, ut 23, 48, 2. 29, 10 pr. 44, 7, 6. nam *literas mittere* s. *adferre* etiam simpl. est scribere, indicare, nuntiare per literas, vel literas mittere sc. hoc nuntio s. argumento s. mandato, unde sæpius *ut* sequitur, v. c. cap. 23. lib. 25, 22. 33, 28. vel intell. ut 25, 41, 6. Sic et *scaphas circummittere* sc. cum mandato, *ut* cet. 29, 25. *misso caduceatore* sc. qui diceret vel nuntiaret, *velle se de pace agere* 37, 18 extr. *præmisso nuntio*, qui diceret, *se futurum* cet. 23, 7. *missi* et *remissi nuntii* seq. inf. vel *ut* 2, 47. 24, 21 extr. 28, 14, 5. 30, 25, 2. 38, 1. *legati ab Alabandis venerunt* scil. precantes, *ut cogeret* cet. 38, 13, 2. *præmisit*, *ut commeatus paratos haberent* 26, 8, 8. 36, 22, 1. *per provincias dimiserunt censores*, *ut civium referretur numerus* 29, 37, 5. et sic passim *mittere*, ut Gr. πέμπειν, (v. Duker. ad Thucyd. 4, 93.) simpl. dicitur pro: literis s. nuntiis missis indicare aut mandare, ut 8, 23 pr. 24, 19. 34, 29. 36, 8 extr. ap. Cic. ad Att. 2, 2. ad Div. 5, 20. 11, 8. Cf. Tac. Ann. 14, 38, 3. Similiter *scribere*, ut 38, 39, 1.

11. *scribit Claudius*, v. ad 6, 42, 4.

12. *humilium pœna defungi*, v. ad 2, 35, 2.

CAP. 20.)—1. *Carceres eo anno in circo* maximo *primum statuti*, ὕσπληγξ s. ὕσπληξ et ἀφετηρία. *Carceres in circo*, *unde mittuntur equi et ubi coërcentur*, *ne inde exeant ante*, *quam magistratus signum misit*, Varr. L. L. 4.

2. *tumultus Gallici fama* cet. Cf. ad 7, 9, 2. 3. et Polyb. 2, 18, 9. ubi v. Schweigh.

3. *comparare inter se provincias*, v. ad 3, 2, 1.

4. *sine ulla vacationis venia* cet. v. ad 2, 26, 1. et 4, 26, 7. — *Sellularii*, *βάναυσοι*, opifices, in *sellis* sedentes: quod hominum genus otii amantissimum esse dicit Cic. Catil. 4, 8.

5. *ne alio itinere hostis falleret* cet. v. ad 3, 8, 2

6. *satis explorata temporis ejus quiete*, quo nihil a Gallis timendum esset; Doer.

7. *ipsos se in deditionem consulis permisisse*, ut deditícios. *in ditionem*, h. e. potestatem, conj. Gron. quod et ego malim. Sed multa tum loca cónrigenda; 7, 16, 3. 9, 43, 5. 23, 15, 1. 26, 21, 8. 28, 23, 4. 29, 3, 1. 32, 16, 7. 33, 20. 37. 34, 20. 36, 40. 40, 41. Cæs. B. G. 1, 28. 6, 3. al.

8. *caduceum præferentes*, pacis insigne, ut 44, 45 pr. Ita olim a caduceatoribus vel præconibus subplicibusque præferri solebant rami s. frondes oleagineæ, vittis et infulis obvolutæ, vel *τὸ κηρύκειον* et *σκῆπτρον στέμμασι* s. *στεφάνοις* cinctum, *ἀνεστεμμένον*. v. Intpp. Hom. Il. 1, 14. 15. et Virg. Æn. 7, 154. 237.

9. *in carcerem adservari*, v. ad 2, 14, 2.

10. *Semoni Sanco*, Sabinorum deo, cujus statua ante duo abhinc sæcula in Tiberi inventa est, quemque Justinus Martyr Simonem Magum esse putavit: codices tamen Livii eo ducunt, ut scribendum sit *Sango*; Stroth. Festus in v. *Prædia* et *Propter* dicit, eumdem vocari Deum Fidium et Herculem, a quo Saucum distingui existimant inf. 32, 1. Credebatur fuisse pater Sabi vel Sabini, a quo dicti Sabini. v. ad Sil. 8, 420 sq. Intpp. Ovid. Fast. 6, 213 sq. et Prop. 4, 9, 74.

11. *trans Tiberim lege eadem, qua Veliterni*, *h.* cf. c. 14.

CAP. 21.)—1. *Quum ipsa per se res anceps esset* cet. v. ad 3, 34, 1.

2 *interrogatus a quodam tristioris sententiæ auctore*, v. ad 5, 2, 6. et 30, 22, 2.

3. *Tum vero minari — quidam* sc. Patres dicere.

4. *pars melior senatus responsum* (al. *responsa*) *trahere ad meliora*, in meliorem partem, in melius interpretari. Sed cum Dukero leg. *pars mitior*, aut cum Gron. *ad molliora* vel *mollius*.

5. *inclinavit animos*, propensos reddidit, ut 22, 58, 3. al. — *ad principes* (auctores) *sententiarum consulares*, qui sc. primi sententiam rogabantur et dicebant, nisi princeps senatus et consules designati adessent. Cf. 5, 9. 8, 14. 26, 32.

CAP. 22.)—1. *populo visceratio data*, non epulum; nam 41, 28, 8. et ap. Suet. Cæs. 38, ab eo distinguitur, et Græcis *κρεανομία* vel *κρεῶν διανομή*, et in inscript. ap Murator. T. 2. p. 610. diserte *carnium distributio* vocatur, ac Servius monet, *viscera* non intestina tantum dicta, sed propr. quidquid sub corio sit. Cf. Casaub. ad Suet. l. l. [...]
man. de fun. Rom. 4, 5.

2. *quod eum, die dicta ab ædilibus* [...]
stupratæ matris familias absolvisset, cf. [...]
3. 10, 31, 9. (ubi ædiles curules [...]
cusatores, ut al. ædiles plebis.) 25 [...]
ad Tac. Ann. 2, 85, 2.

3. *in præteritam judicii gratiam*, cf [...]
6. Mox junge *tribunatumque plebei* [...]
— *absens*, v. ad 4, 42, 1.

4 *Palæpolis fuit haud procul inde*, [...]
Neapolis sita est: utraque pars vetu[...]
thenopes, et hæc a novis colonis d[...]
a primis. — *Cumis erant oriundi* [...]
Sil. 8, 534. Strab. 5. p. 246. Heyn[...]
Acad. T. 2. p. 268 sq. et Böttige[...]
Vasengemälde T. 1. Fasc. 1. p. 25.
mani ab Chalcide Euboica (hod. Neg[...]
originem trahunt, v. ad 4, 44, 10.
multum potuere, v. ad 5, 33, 3.

5. *in insulas Ænariam* (hod. *Ischia*) [...]
cusas, in sinu Cumano, Cumis et [...]
objectas, quas alii (v. c. Mela 2, [...]
faciunt insulas vel adeo plures, ([...]
Pithecusæ dicuntur, non *Pithecusa*) [...]
unam, ut Plin. 3, 6. s. 12. Appian [...]
69. et qui vel solas Pithecusas m[...]
ut Ptol. et Strabo V. p. 379 C., v[...]
Ænariam, ut Suet. Aug. 92. Cf. [...]
541. Heyne Exc. 2. ad Virg. Æ[...]
Wernsdorf. Poët. lat. min. T. 4. [...]
Pithecusam non a simiarum (*πιθηκ*[...]
titudine, (quæ unde fuerit ibi, v[...]
quaris) sed a figlinis doliorum ([...]
πιθακνῶν) adpellatum dicit Plin. [...]
tamen etymologia probabilior. Ali[...]
ad Hesych. T. 1. c. 531, 5. abh[...]
analogia linguæ.

6. *societate freta*, v. ad 4, 37, 6.

7. *a Græcis, gente lingua* cet. cf. ad [...]

8. *provinciis comparatis*, v. ad 3, 2, [...]

9. *defectioni Campanorum imminent*[...]
nites (v. ad 3, 51, 3.) *admoturos* [...]
cum iis conjuncturos, Str. *adm*[...]
urbem Capuam: *ibi*, inter Capuam [...]
sulam, ubi stativa Romanorum [...]
cap. seq. indicat; Duk. *ibi* adcipio [...]
non enim Cornelius inter Capuam [...]
lamque, quo Samnites vocarant, [...]
sed cap. seq. *Samnium ingressus* fui[...]
tur; Drak.

CAP 23.)—1. *quam voluntate G*[...]
Palæpolitanorum, *recepta* in *Palæp*[...]
Palæpoli) *miserat*: *Cornelius* sc. [...]
delectum cet. v. ad c. 19. n. 10.

2. *Samnium erectum*, concitatum, [...]
tatum esse ad societatem belli et [...]
nem a Romanis.

3. *minime pœnitere se virium suarum* [...]
2, 54, 16.

4. *ad disceptandum*, ut mox *disc*[...]
ad 1, 50, 5. — *ad communes socios*, [...]

5. *Quid perplexe agimus, inquit* sc. [...]
Samnis; nisi *inquit* dictum pro *inq*[...]

es. v. ad 6, 40, 3.
munis *Mars belli*, v. ad 5, 12, 1.
emerat hostibus societatem auxilii mutui,
at s. sejunxerat hostes, et ita
ut iis facultatem auxilii sibi invicem
di; vel inritam fecerat societatem.
13. *Pars parti abscissa* de eadem re
c. 25. n. 3. — *ut*, prout, *quisque*
l Palæpolis vel Neapolis, *premeretur*
e.
iinentem hostium muris, adpropin-
n et instantem, ut ap. Virg. Æn.
Cf. 9, 31, 8. et ad 3, 51, 3. — *in*
ad 4, 10, 1.
ad e re publica esset, v. ad 6, 22, 2.
ere missæ, *ut* cet. v. ad c. 19.

tione creatus esset, — *vitiosum dictato-*
ad 5, 17, 4.
am consul oriens, surgens, *nocte*
silente et media nocte, *diceret dictu-*
am tum auspicia capi solebant.
3, 9. 10, 40, 2. 33, 14 pr. *oriens* pro
iente ex emend. Gron. qui bene
noctem periude quidem oriri, ut
ed non principio noctis, verum post
, silentio, surgere moris fuisse
itibus, (v. Fest. v. *Silentio* et *Solida*
lectionem hanc firmari verbis
ngi de orthogr. *Oriri apud antiquos*
equenter significabat, ut adparet in eo
tur: Consul oriens magistrum populi

i se vidisse aut audisse quid dicat, quod
dirimeret, inritum faceret, (cf. not.
aceret, ut non rite capi posset et
tempus noctemve differretur. cf.
, 8. 5, 17, 4. 40, 59, 2. et Cic.
39. *pulmo incisus dirimit tempus et*
iem. Eodem sensu dicitur 10, 9, 1.
tercessione tribunorum *sublatus*, h. e.
res in alium diem dilata; et *diem*
9, 38, 10. et ap. Gell. 14, 2.
ue *rerum diffissiones comperendina-*
cf. Gron. ad Gell. l. l. Sigon. de
28. Bentl. ad Hor. Sat. 2, 1,
op. legum XII. Tab. et Varr.
2.
rnorem in aliis annalibus invenio, et
gnomen tribuitur 9, 7 extr. et in
pitol.

24.)—1. *Eodem anno Alexandriam in*
onditam memoriæ etiam *prodide-*
inus c. 35. et Cassiodorus. Cf.
ap. 3. Diodor. 17, 52. ad Curt. 4,
tin. 11, 11.
andrum Epiri regem cet. v. ad cap.
— *sortes*, v. ad 1, 56, 5. Oracu-
eruut Sigonius et Petr. Victorius
ct. 15, 15. Αἰακίδη προφύλαξο
Ἀχεροίσιον ὕδωρ, Πανδοσίαν δ'· ὅτι
ros πεπρωμένος ἐστι, quos versus
nserint, nescio. Cf. loc. class.
1, 5. p. 256. ubi et eadem res, et

duo oracula, pluraque de *Pandosia* memorantur. Cf. etiam Justin. 12, 2. — et de Pandosia, Bruttiorum aut Lucanorum opp., inpr. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 205. — *adfirmasse*, v. ad 1, 1, 9.

3. *data dictio erat*, editum (v. ad 7, 2, 3.) oraculum, responsum, λόγιον, χρησμὸς, (qua utraque voce utitur Strabo l. l.) ut ap. Auct. ad Herenn. 2, 26. Cf. Cuper. Obss. 3, 7. — *Pandosia* ad *Acherontem* fl. tam in Epiro, quam in Bruttiis. Cf. Strabo l. l. et Plin. 3, 11. 4, 1. Rex, id ignorans, oraculo deceptus est. De *Molosside* et *Thesprotia* v. ad 32, 5, 6.

4. *Consentiam in Lucanis*, hod. *Cosenza*, caput Calabriæ citerioris, ut olim Bruttiorum, quibus etiam tribuitur 23, 30. 25, 1. et al. sed h. l. Livius sequutus est eos, qui fines Lucaniæ, præcipue in mediterraneis, ulterius protulere, quam Strabo et Plin. — *Bruttiorum* (urbem) *Terinam*, ex emend. Sigonii pro *Acerinam*. v. ad 10, 2, 2. — *inminente*, vicina. v. ad 3, 51, 3.

5. *indicantem iter:* nihilominus incertum esse poterat vadum ejusque firmitas et aquarum altitudo; Stroth.

6. *Jure Acheros vocaris*, quasi ἄχη ῥέων, *der Schmerzensfluss;* Doer. — *ex regiis pueris*, servis, ministris, *Pagen*. v. 45, 6, 3. Cf. Periz. ad Ælian. V. H. 14, 49. et Freinsh. ad Curt. 5, 2, 13. 6, 8, 2. 10, 8, 3.

7. *in tanto discrimine periculi*, v. ad 6, 17, 1.

8. *præciso medio*, conciso, ut 28, 36. et inpr. 40, 6. pr. *persciso* conj. Wakef. ad Lucret. 3, 636.

9. *ultra humanarum irarum fidem*, ultra quam credi potest humanam iram progredi s. sævire; Gron. qui tamen malebat *ultra h. i. finem*. Sed aptior veriorque est lectio vulgata. *Quamvis est omnis hyperbole ultra fidem; non tamen esse debet ultra modum*, Quintil. 8, 6, 73.

10. *corpore regio utcumque mulcato*, cf. ad 3, 11, 3.

11. *Romano bello fortuna eum abstinuit*, v. ad 2, 22, 3.

CAP. 25.)—1. *lectisternium Romæ*, v. ad 5, 13, 5.

2. *aliusque ager*, v. ad 4, 10, 2. — *bello commisso*, inchoato, ut 21, 40. et 44, 6. — — *Græci*, Palæpolitani.

3. *pars parti abscissa*, v. ad 4, 19, 5. et 8, 23, 7. — *indigna jam liberis ac c.* sunt eadem quæ *captarum urbium extrema*, stupra similiaque. Cf. 3, 47. et 29, 8. Delendum vero prius *partiebantur*, ac leg. *a suismet ipsi præsidiis* et *indigna in liberis;* Gron. *Præsidia* sunt Nolani et Samnites. cf. cap. 23 pr.

4. *captarum urbium extrema*, sc. stupra. — — *Græci Græcos*, Palæpolitani tamquam Græci Tarentinos, populum Græcæ s. Laconicæ originis; de quo v. ad 25, 9, 10.

5. *ad prehendam opportunam consilio urbem*,

ad præparandam exsequendo consilio; Doer. Cf. cap. 26.

6. *si successisset inceptum;* Gron. malebat *inceptis* (sc. res; vel successus respondisset inceptis) more Liviano. v. 2, 45. 9, 18. 24, 19. 38. 25, 37. 37, 33. 38, 25. 40, 11. et ad 21, 7, 4. Sed cf. etiam 32, 18. 33, 5. 42, 58.

CAP. 26.)—1. *extemploque naves deducendas* litore et portu in mare, (Gr. *καθέλκειν, καθελκύειν, κατασπᾶν*) ut contra *subducere* 23, 28, 2. 23, 34, 8. 31, 22. sc. in litus, (*ἀνέλκειν, ἀνασπᾶν, κατάγειν, ἐρύειν εἰς ἤπειρον*) more veterum satis noto.

2. *per aversam partem urbis,* v. ad 5, 29, 1.

3. *auctoribus hoc dedi,* (v. ad 3, 58, 4.) h. e. ad eorum fidem tradidi, eam a Palæpolitanis factam esse.

4. *summa rei Græcorum,* v. ad 3, 5, 6.

5. *fœdus Neapolitanum,* Neapoli ictum, quo a Palæpoli deinde translata *summa rei Græcorum,* (v. ad 3, 5, 6.) quod caput Græciæ Magnæ factum.

6. *quod satis credebatur,* subficere ad inpetrandum triumphum; Ern. — *prorogatio inperii non ante in ullo facta, et acto honore,* (v. ad 3, 35, 3.) proconsulatu, *triumphus* ei primum contigit; v. ad 28, 38, 4.

CAP. 27.)—1. *rem Palæpolitanam,* v. ad 1, 12, 3.

2. *Discrimen rerum suarum in bello S. verti,* v. ad 3, 27, 6. et 6, 17, 1. — *ad abolendam societatem,* v. ad 1, 23, 1.

3. *mulcati ipsi virgis,* v. ad 3, 11, 3.

4. *etiam sanos consternante animos,* v. ad 2, 47, 3.

5. *amissa omni de se* sc. statuendi *potestate,* ut sensus sit, omnia ipsis integra non fuisse, nec potuisse pro lubitu statuere; Cuper. Cf. Cic. p. Flac. 2. et in orat. ante quam iret in exsil. c. 6. fin. Stroth. *amissa,* adceptis in loca munita Samnitium præsidiis; Drak.

CAP. 28.)—1. *quod necti desierunt,* ut mox *se nexum dedisset* et cap. extr. *nexu soluti;* v. ad 2, 23, 1.

2. *L. Papirius is fuit:* cognomen, multum ad rem pertinens, omissum, ut et alibi; Glar. Hic vero Papirius neque consul hujus anni, neque ullus ex iis, qui magistratus gesserunt, fuisse videtur; Doujat. — *se nexum* (supin.) *dedisset,* ad nectendum, ut necteretur: quo sensu etiam *in nexum* seu *nexui dare* dici potest; Drak.

3. *fructum adventicium crediti,* emolumentum fortuitum extraordinariumque, *credito* (v. ad 6, 14, 6.) adcedens, et ab eo profectum.

4. *se in publicum proripuisset,* v. ad 2, 24, 6.

5. *agmine facto,* ut *grege facto* c. 24. cf. ad Juvenal. 3, 163. 10, 218. — *concurrit;* sed mox *ostentabant* scil. *ingens vis hominum.*

6. *ob inpotentem injuriam unius hominis* (v. ad 3, 36, 2.) *victum,* dissolutum, certe laxatum, *ingens vinculum fidei,* vel hæc inminuta. v. ad 2, 30, 1. Victa eo die fides, cujus ingens erat vinculum: nam *vinculum* hic figurate dicitur ipsa fides publica, qua homines se velut nodo quodam in vicem obstringunt, cujusque vis facti hujus atrocitate victa est; Drak.

7. *ne quis, nisi qui noxam meruisset, — in nexi soluti* cet v. ad 2, 23, 1. et 2, 59, 3. — — *pecuniæ creditæ* (dat.) et propter eam *bona debitoris, non corpus obnoxium esset,* obstrictum, *verpfändet.* v. ad 3, 39, 1. Alii post *pecuniæ creditæ* intell. *causa.* — *obnoxium esset* pro *obnoxia essent.* v. ad c. 15. n. 1.

8. *ne necterentur:* quod postea quidem factum, non vero jure. Lex haud diu servata. Cf. Gron. de pec. vet. p. 470. et Salmas. de modo usur. c 18. 19. et ad jus Att. et Rom. c. 11.

CAP. 29.)—1. *sermonibus hominum jactata* cf. ad 2, 12, 7.

2. *Et quamquam nova res erat, tamen tanta cura Patres incessit:* quod non mirum in re nova, quæ magnam nobis curam injicere solet. Cf. 7, 33. 9, 31. al. Strothius *quum* ex uno cod. recepit pro *quamquam,* et delevit *τὸ tamen,* tamquam adjectum, ut esset, quod *τῷ quamquam* responderet. Sed legendum potius cum Dukero: *quamquam nota* vel *non nova res erat, tamen* cet.

3. *inpunitas eorum,* sc. Vestinorum, nisi ita leg.

4. *metu propinquo,* propinqui et sibi quoque inminentis periculi. — *genus omne,* singuli vel certe omnes populi finitimi. — — *si Vestinus adtingeretur,* bellum ei indiceretur. De *Marsis, Pelignis, Vestinis* et *Marrucinis* v. ad Sil. 8, 495 sq. 510. 515. 519.

5. *fortes Fortunam juvare,* vetus proverb. passim obvium. Cf. Macrob. 6, 1 extr. et Cic. Tusc. 2, 4 pr.

6. *ad ultimum dimicationis,* v. ad 2, 56, 4.

7. *nec usquam vario eventu,* ubivis secundo Romanis.

8. *adcidit Vestinorum res,* v. ad 3, 10, 9.

9. *aut vulnerum ira,* v. ad 1, 5, 5.

CAP. 30.)—1. *incertis itum auspiciis est;* cujus rei vitium — *ad auspicium repetendum* cet. v. ad 5, 17, 4. — *vertit,* v. ad 2, 3, 2.

2. *omnia soluta apud hostes,* v. ad 3, 8, 4.

3. *ad Imbrinium,* v. ad Tac. Ann. 11, 13, 5.

4. *non dux militi — defuit,* v. ad 3, 46, 3.

5. *aliquoties inpetu capto,* v. ad 2, 65, 3.

6. *concitatos calcaribus* equos *permisit,* v. ad 2, 56, 1. — *stragem dedere,* cf. ad 1, 25, 8.

7. *Magister equitum, multis potitus spoliis,*

[redacted]

cade, h. e. quippe, vel, ut facile ır, ad Gr. *ola εἰκὸς*; Ern. Sic *olumi*, *ut ex tanta trepidatione*, 10, ubi Gron. hæc notavit: "modifivocis præcedentis: *ut* scil. ex ıcolumes evasisse dici possunt." pr. 22, 12, 3. (*conditiones tristes*, *o victore* sc. exspectandum erat, 22, 5 pr. 22, 21, 4. 23, 14 pr. 24, 45, 5. 25, 20, 4. 26, 46, 2. 41, 2. 30, 3, 5. 30, 11 pr. 32, 33, *ut inter Ætolos*, *facundus*, h. e. si conparetur Ætolis, ut ἦν οὐκ ἀπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος ap. Thucyd. Ælian. V. H. 12, 50. cf. Schweigh. 18, 18, 10.) 41, 2.

credere libet Fabio Pictori *auctori*, (v. ad 1, 44, 5.) vel referenti, 58, 1.) *eo*, ideo, (v. ad 1, 11, 6.) ›c esse. Quædam edd. habent *ore factum*, ut *Fabius* sit magister Sed nostra lectio ob auctorisententiam præstat. Livius sæpe m facit Fabii historici, et h. l. e videtur, fidem ejus maximam rebus, ad gentem ipsius pers.

ınque ibi scriberet suum in spoliis s. quibus victoris gentiumque a se m nomina subscribi solebant. v. ınn. 2, 18, 3. et Juvenal. 10, 133. t hæc, etsi dubia adhuc et obentio tropæorum, quæ Romanis usitata fuisse, contendunt Flor. bi Duker. quos refutant Ern. ad s. 11. et Perizon. Anim. hist. p. ad Tac. l. l. Τὸ *ibi* ad spolia mphum in templis deorum cum inscriptione fixis rectius forte uk.

ırnis pæne verbis T. Manlii factum .) *laudantem*; ut nos: *es ist fast sein ort*; Stroth.

31.)—1. *se*, *cujus ductu auspicioque* v. ad 5, 46, 10. — *ab inpotenti* , v. ad 3, 36, 2.

publica egregie gesta, v. ad 2,

ınc ob *id furere* — *non manci*, cf. 2.

se Q. Fabius magistrum eq. duxerit, , se pro magistro equitum gesroth.

ıem adcensum dictatoris, v. ad 1,

eque communis, v. ad 5, 12, 1.

bene gesta, v. not. 2. — *unico duce*, 21, 3.

inde adessent — *libertati*, cf. ad 3,

32.)—1. *consules*, *regia* fere *potestas*, qua.

ris auspiciis — *auspicia repetenda*, v. ad c. 30 pr. — *dubiis diis*, dubia eorum voluntate et benevolentia.

3. *Adversus quæ singula*: in libris quibusdam additur Q. *Fabio*; recte forsan: ad eum certe seqq. referenda.

4. *spoliari magistrum equitum* cet. v. ad 2, 55, 5.

5. *tumultum in concione miscentes*, v. ad 2, 19, 3.

6. *proximi tribunal steterant*, v. ad 2, 48, 5.

7. *Legati* mil. *circumstantes sellam* curulem dictatoris, in tribunali positam. — *iræ suæ spatium et consilio tempus daret*, cf. 2, 56 extr.

8. *neu unico juveni*, (v. ad 1, 21, 3.) *neu Fabiæ genti eam injungeret ignominiam*: (cf. 3, 65 extr.) mallem cum Gron. *inureret*, quod tamen primus substituit Ascens.

9. *parum causa proficerent*, defensione et excusatione. — *subdere ignem ac materiam* (v. ad 6, 2, 6.) *seditioni*, qua metaphora etiam leges dicuntur *faces* (al. stimuli). *novantibus res* (v. ad 1, 51, 1.) *ad plebem in optimates adcendendam* 32, 38 extr. Cf. ad Sil. 4, 778. et 6, 332.

10. *id se gratiæ dare Q. Fabii*, v. ad 3, 58, 4.

11. *non videri e re publ.* esse. v. ad 6, 22, 2.

CAP. 33.)—1. *in magistrum equitum placarent* dictatorem, ut ap. Nep. Pelop. 5. et *mitigari* vel *exorabilem esse in aliquem* ap. Cic. ad Att. 11, 9. Suet. Aug. 27. Tib. 13. Gron.

2. *agitatum contentione*, in iram concitatum, irritatum certamine. — *M. Fabio Ambusto*, *qui dictator et ter consul fuerat*. v. Ind.

3. *lictorum submoventium*, v. ad 3, 14, 4.

4. *tribunos plebis adpello et provoco ad populum*: quid vero? nonne dictator erat magistratus sine provocatione, (cf. 2, 18. 29.) et imperium ejus invictum? (v. cap. 34 pr.) Utique: sed cedit etiam non tam provocationi, quam *precario auxilio* vel precibus tribunorum: (v. cap. 35.) et Fabius pater ad extremum decurrit remedium, sperans, populum et tribunos etiam pro salute filii, ipsorum fidei commissa, extrema ausuros.

5. *fugienti senatus judicium*, vitanti, deprecanti, ut *fugere judicem* 9, 1, 6. et *fugisse eum* (Fabium) *Ap. Claudium conlegam*, h. e. eum conlegam habere noluisse, 10, 15, 12. — *judicem fero*, v. ad 3, 24, 6.

6. *Tullus Hostilius cessit*; immo duumviri perduellionis, quibus rex totam permiserat Horatii causam. v. 1, 26. Sed Fabius rem auget invidiose — *quo quum escendisset*, (concionem ad populum habiturus) sc. in *concionem*; propr. in rostra: unde mox *deduci eum de rostris jussit*. v. ad 2, 7, 7.

7. *unde et privati vocem mittere possemus*: nam pro rostris ad populum loqui non nisi magistratus poterant, et qui ab iis producti erant; Sigon.

[redacted]

8. *non tam perpetuæ orationes, quam altercatio, exaudiebantur*, v. ad 4, 6, 1. *exaudiebatur* malebat Gron. (cf. ad c. 15. n. 1.) et mox *Quantum interesse*. v. ej. Obss. 3, 9. — *ex Romano inperatore*. v. ad 5, 46, 10.

9. *Dictatorem Quinctium Cincin.* cet. v. 3, 29.

10. *M. Furium Camillum* cet. v. 6, 24, 25. — *Nam* (v. ad 3, 39, 8.) *populi quidem* cet. cf. 4, 41. 44. et al.

11. *Quo ultra iram — excessuram fuisse*, v. ad 3, 41, 6.

12. *aræ sacrificiis fument, honore, donis cumulentur*, grandior et poëtica oratio, adfectui et rei apte verbis exaggerandæ consentanea. *Honos*, ut τιμή, poëtis dicitur omne id, quod in deorum fit honorem iisque obfertur, sacrificium, libatio, vel, ut 23, 11, 6. dona.

13. *Hæc simul jurgans — agebat*, perorabat, ut 21, 53, 3. et *ad populum agere* 42, 34, 1.

CAP. 34.)—1. *Stabat cum eo*, quasi a partibus Fabii, eum juvabat, ut 5, 38. 26, 41. 32, 21. Cf. ad 24, 45, 1. Sic et *pro jure gentium stetit fortuna* 38, 25, 4. — *Ex parte altera* dictatoris, et a dictatore *jactabantur* (v. ad 2, 12, 7.) hæc. Hujus quoque sunt verba : *Hoc etiam L. Brutum* cet.

2. *inperium invictum populi Rom.* v. ad 6, 16, 3.

3. *dictatoris edictum pro numine s. o.* v. ad 1, 55, 4.

4. *Manliana inperia*, v. cap. 7.

5. *Nunc patres* (M. Fabium aliosque, ejus amicos) *comes et senes faciles de alieno*, facile concedentes de jure, non suo, sed aliorum, et in re, quæ non ad se, sed alios, non ad suam, sed aliorum, dignitatem spectat, (quo fere sensu *largiri ex alieno* dixit Cic. ad Div. 3, 8, 20.) *disciplinæ militaris inperio spreto eversæ, tamquam rei parvæ, juventuti gratiam facere*, v. ad 2, 35, 5. et 3, 56, 3. Ita, opinor, jungenda hæc verba, a librariis forte transposita; non *faciles de alieno imperio spreto* vel *de alieno gratiam facere*. Tò *de* delendum putabant Drak. et alii.

6. *Majestas inperii* dictatorii *perpetua ne esset, non esse in sua potestate*, a se effici non posse: sibi non licere, majestatem hanc inminuere vel adeo tollere. — *L. Papirium* pro: se.

7. *potestas tribunicia inviolata*, v. ad 2, 1, 4. Mox *in se potissimum dictatore jus d. e.* conj. Duker. Drak. et Stroth. quia *exstinguere dictatorem* vix Latine dici possit, neque ita differat ab eo *exstinguere jus dictaturæ*, quod additum sit. Verba *in se potissimum* non referenda ad dictatorem, sed ad *populum*, dictaque pro: contra se, in populi damnum; Doer.

8. *sine commeatu*; v. ad 1, 57, 2. — *in pacato, in hostico*, v. ad c. 12. n. 11. — *exauctorent se*, ipsi dent sibi missionem. Nam *auctoramentum* dicebatur pretium aut merces *auctorati*, h. e. ejus, qui, *auctor* ipse libertatis amittendæ, sua sponte se alicui in servitutem addiceret, inpr. gladiatorum, qui pro mercede pecuniave pacta se ipsi in arenam vel ad gladium venderent, deinde aliorum, mercede ad officia quædam, militumque, stipendio ad militiam adstrictorum ; unde *auctoratus* 37, 10. est emtus vel venditus, h. e. obstrictus, et contra *exauctoratus* miles dimissus 25, 20. 29, 1. 32, 1. 36, 40 extr. 41, 5. Ab Augusto invecta *exauctoratio*, diversa a *missione* militum; de qua v. ad Tac. Ann. 1, 17, 1. — *infrequentia signa*, v. ad 7, 8, 4.

9. *solennis et sacrata militia*, ob religionem sacramenti, quo milites adiguntur obligunturque. Cf. ad 4, 26, 2. — *obnoxia*, ut sint obnoxia. v. ad 3, 39, 1.

CAP. 35.)—1. *suam jam vicem anxius*, v. ad 1, 25, 5.

2. *liberavit onere*, cura gravissima.

3. *consensus populi Rom.* v. ad 3, 34, 3.— — *ut sibi pœnam magistri eq. remitteret*, v. ad 2, 35, 5.

4. *inclinatam rem* (propr. populum) *in preces subsequuti*, quasi proxime et confestim sequuti, et hinc adjuvantes, cum populi precibus jungentes suas. Cf. cap. 36. pr.

5. *Bene habet*, v. ad 6, 35, 6. — *quæ in discrimine fuerunt*, (v. ad 6, 17, 1.) *an ulla essent*, prorsus tollerentur.

6. *noxæ damnatus donatur populo Rom.* v. ad 2, 35, 5. et 2, 59, 3. — *precarium non justum auxilium ferenti*, v. ad 3, 47, 4.

7. *si eodem* (in) *loco fuisset*, (v. ad 4, 16, 5.) *quo fuit L. Papirius*, in quo ego fui.

8. *Mecum, ut voles, reverteris in gratiam* cet. cf. Cic. Phil. 2, 46. — *satis documenti*, v. ad 4, 57, 5.

9. *se nihil morari magistrum eq.* v. ad 2, 24, 5.

10. *degressum eum templo*, v. ad 1, 6, 5.

11. *adolescentis Manlii subplicio*, v. cap. 7.

12. *ejus populo Rom. veniam*, gratiam, *dedisset*, id populo Rom. ejusque precibus concessisset. Cf. ad 2, 35, 5.

CAP. 36.)—1. *præposito in Urbe — magistro eq.* prius, quam in castra rediret, *posito* h. e. dicto, creato, subornato, constituto, ut τιθέναι et διατιθέναι. Id potius anno insequenti factum, prorogatamque in eum L. Papirio dictaturam, nullis consulibus creatis, contendit Pigh. in Annal. ad a. 429. At vid. sup. ad 6, 1, 3. — *Q. Fabio vetito agere*, ut passim : *vetor agere hoc* cet. cf. 23, 16. 34, 9. al. — *quidquam pro magistratu agere*, cf. ad 2, 7, 4.

2. *consilia favor subsequutus*, v. ad 8, 35, 4.

3. *ita instruxit aciem loco* sc. obportuno, *ac subsidiis*, v. ad 2, 20, 2. Malim: *ita subsidiis et omni arte* cet.

4. *severitatem miscendam comitati*, forsan *comitate*, quamvis ferri potest, si intellegas tam id misceri quod adfunditur, quam id cui adfunditur; Gron. "Qui *severitatem comitati miscet*, is jam ante comis est, sed cavet, ne plus sit, quam satis est; quod in Papirii ingenium non convenit, qui nihil minus quam comis, ac potius severus sine comitate erat; unde *severitatem comitate miscendam* sentiebat;" Duk. *severitati miscendam comitatem* conj. Doujat.

5. *adhibitis legatis*, (v. ad 5, 25, 5.) *ipse circum saucios milites* cet. cf. Lamprid. in Alex. Severo c. 47. et ad Tac. Ann. 1, 71, 3. — *præfectis* sc. sociorum, de quibus v. ad Tac. Ann. 2, 68, 2. Polyb. 6, 26. Lips. mil. Rom. 2, 10.

6. *rem per se popularem*, ad favorem populi parandum aptam, *ita dexter egit*, tanta dexteritate peregit, *ut*, dum opera dabatur *medendis corporibus*, *animi militum multo prius imperatori reconciliarentur*, quam eorum corpora sanarentur; Doer. — *Refecto exercitu*, v. ad 3, 10, 9.

7. *quod dictator prædam omnem edixerat militibus*, ut *pronuntiare militi præmia* 2, 20 extr.

8. *privatum compendium*, commodum, usus, quæstus.

9. *singula vestimenta* cet. cf. 9, 41, 5. 9, 43, 4. Appian. Hisp. 42. et 54. Diodor. Legat. Exc. 30. T. 2. p. 629. ed. Wessel.

CAP. 37.)—1. *Q. Æmilium Cerretanum:* immo *Q. Aulium C.* ut in fragm. Capitol. et in omnibus MSS. inf. 9, 22. et in plerisque 9, 15. ubi quidam *Aurelium* habent, ut *Ælium* Diodorus, Marianus et Cassiod. Cf. Pigh. Annal. ad a. 430. ubi etiam bene monet, cognomen *Cerretani* Æmiliæ genti insolitum, et eo tempore alterum consulum plerumque plebejum fuisse; mox vero delenda esse verba: *Aulum quidam annales habent*; quod Livius paulo ante potuisset commodius adnotare.

2. *infecta pace, quia de conditionibus agebatur*, adhuc disceptabatur, nondum conveniebat. *Weil es noch auf die Bedingungen ankam*; Str. *ambigebatur* conj. Gron. — *sancta fides*, inviolata, religiose servata; Drak.

3. *socios ejus gentis populos*, civitates Apulorum, fœdere in amicitiam Rom. receptas. v. cap. 25.

4. *ut Capitolium*, ac si, tamquam C.

5. *ut in Tusculanos animadverteretur — fecissent*: " quando aut qua occasione Veliterni Privernatesque Tusculanorum ope ac consilio bellum fecerint, incertum est. Ad 7, 15, non referendum videtur, quia Tusculani hujus criminis jam pœnas dedere. v. 8, 14. Postea Privernates iterum desciverunt. v. cap. 19 sq. sed neque id Tusculanorum ope et consilio factum, neque Veliternos socios fuisse constat;" Drak. — *quorum eorum*, quorum ex iis, ut ap. Plaut. Trinum. 4, 3. et *qui eorum*, inf. 23, 25. al. nam etsi publico consilio id factum suspicio erat, quæstionem tamen in solos ejus auctores adjutoresque decernere erat justæ severitatis; Gron. Idem jam antea factum. v. cap. 14. Sed ex Val. Max. 9, 10, 1. et ex aliis argumentis probabile facit Dukerus, h. l. legendum *quod eorum*, neque rogationem de solis hujus rei auctoribus latam esse. Argumenta hæc sunt: " Primum non necesse erat, in eos rogatione tribunicia judicium populi constitui, quia hujus generis quæstiones fere SCto magistratibus mandabantur, ut 28, 30. et 40, 53. Deinde non verosimile est, *populum Tusculanum* paucorum fortasse, quorum ope ac consilio hoc factum fuerat, supplicio eximendorum gratia rem tam extraordinariam facere voluisse, ut cum conjugibus ac liberis Romam veniret, et veste mutata specie reorum tribubus supplicaret. Præterea nulla magnopere causa fuisset ceteris tribubus antiquandi legem, si ea de solis auctoribus lata fuisset: in hos enim exemplum statui, publice intererat, et justæ severitatis erat: sed lex ab illis antiquata est, quod in omnes sine discrimine sævire crudele et inhumanum videbatur; quemadmodum quum plures, sed alii aliis gravius, deliquerunt, fere tantum in auctores facinoris animadverti solet. (cf. cap. 14.) Denique de omnibus Tusculanis latam fuisse rogationem, indicio sunt tum verba Livii *plus misericordia — valuit*, quæ de paucis vix dici possunt, tum pertinax illa Tusculanorum in tam atrocis pœnæ auctores ira." Huc adcedit, quod in V. MSS. legitur *quod eorum*, et in uno *quoniam eorum*.

6. *quam causa*, causæ status, res ipsa; Doer.

7. *antiquarunt legem* Flaviam. Cf. ad 4, 58, 10.

8. *sub corona lege belli venire*, v. ad 2, 17, 3.

9. *Papiriam ferre solitum* sc. tribum, h. e. ejus subfragia. v. ad 3, 64, 3. Tusculani autem, qui civitatem Rom. adceperant, (v. 6, 26. 8, 14.) in Papiriam tribum erant conjecti, et in ea plurimum poterant. Cf. Valer. Max. 9, 10, 1. et de civitate, Tusculanis data, sup. ad 6, 26, 4.

CAP. 38.)—1. *Castra in hostico*, v. ad c. 12. n. 11.

2. *ut vallum usque ad stationem Rom. inferrent*, h. e. vallos, quos milites secum ferebant, non vallum quoddam cespititium, quod vix ad τὸ *inferre* et *subito advenere* aptum esset; Stroth. Immo sensus est: ut castra proxime Romanis ponerent, et vallum, circa ea ducendum, *inferrent usque ad*

s. in *stationem Rom.* quæ pro castris Rom. et ante eorum portas esse solebat: (v. Lips. Mil. Rom. 5, 8.) nam alioquin Livius dixisset *vallos;* et hostes posuisse castra intellegitur ex verbis seqq. *propter propinquitatem castrorum.* Illud autem *inferre ad* pro simpl. *ferre ad* ponitur, ut 30, 30, 7. 32, 24. 38, 10 extr. In multis MSS. *bellum* pro *vallum*.

3. *Nox jam adpetebat*, cf. ad 5, 19, 2.

4. *ita institit agmini* Rom. v. ad 5, 12, 3. *Eques* et mox *pedestres copiæ* sc. Samnitium. — *incursare in hostem* propr. dicitur de equite, equis admissis inpetum faciente in hostem, ut 22, 28. 24, 41 al. Cf. Drak.

5. *carpendo novissimos*, v. ad 3, 5, 1.

6. *circumfuso undique equitatu* Samnitium, *ut vallum peteretur*, h. e. vallus; sed vel leg., *vallus* vel *ut vallum peterent;* Gron. et Str. (Cf. Gron. Obss. 3, 18. et Duk. ad Flor. 2, 18, 10. qui tamen ad h. l. monet, Latine etiam dici posse *hoc vallum* pro *hic vallus.*) Forte et *ne* leg. pro *ut*. Tum sensus est: *Id vero fieri non poterat, circumfuso undique equitatu* Samnitium et urgente Romanos, ne petere vallos vel lignatum ire et castra metari aut ponere possent, sed pugnare cogerentur.

7. *quod ignari, loco iniquo, non hosti*, Samnitibus, *cessum* esse a Romanis. Ignorabant Samnites, veram profectionis Romanorum causam non fuisse metum, sed *castra incuriose* et loco parum obportuno *posita*. — *desueto Samnite*, quum alioquin desuevisset Samnis. — *clamorem*, vel primum inpetum et concursum, quo potissimum tolli solet.

8. *In suo quisque gradu obniti*, v. ad 2, 10, 7.

9. *urgentes scutis*, umbonibus. — *sine respiratione ac respectu:* ut nos: *ohne auszuruhen und sich umzusehen;* Doer. Cf. ad 32, 12, 3. Mox *quum subito Samnitium equites, quum* cet. inconcinne dicitur. Forte leg. *tum subito*, vel *qui* seu *quod, turma u. l. p., adceperant.*

CAP. 39.)—1. *circumductis paullulum alis*, equitibus Rom., quod ex fine cap. præc. patet. Cf. ad 25, 21, 4. — *respectantes hostium antesignanos*, sc. timide ac trepidanter. — *fluctuantem aciem*, v. ad 3, 60, 7. — *nominatim vocare*, cf. ad 21, 43 extr.

2. *quidquid progrediebantur*, v. ad 7, 32,
3. — *quod manu, quod voce pote*
quantum; et repetitio τοῦ *qu*
emphasi, studium viri exprimen
3. *Id referre tantum*, hoc modo
id discriminis esse, de eo delil
esse, *es kóme nur darauf an, nu*
schlüge etwas; Stroth. Cf. ad
4, 49, 12. 9, 9, 6. 25, 16, 10.
Sic et *interesse* passim dicitur,
9. 26, 11, 9. et al. Cf. Gron.
ben. 1, 6.

4. *auctores armorum*, v. ad 1, 30

5. *Brutuli Papii:* an forte *Mu*
ut progenitor fuerit clarissimi il
corum ducis in bello sociali s.
Ad seqq. cf. Appian. Samn.
Dionis Cass. fragm. 143. T. I.
Reim. (ap. Ursin. IV. p. 374.)

6. *proximarum induciarum rupto*
37 pr. Hinc supra *inpium bellum*
contra fœdus susceptum. — *prætor*
tium.

7. *quidam auctores sunt* cet.
rel. Vict. V. I. 32. fasti Capit
lumnæ triumphal. Cf. Pigh.
a. 431.

CAP. 40.)—1. *Nec discrepat* sc.
ctores. v. ad 9, 16, 1.

2. *signum mittendis quadrigis da*
e loco supra carceres, (v. Cic.
48.) unde *escendisse* 45, 1. Cf. a
11, 191. Suet. Ner. 22. Martia
Quintil. 1, 5, 57. Columna ad
p. 22. Ruben. Elect. 1, 30. P
ludis circ. 1, 14. Bulenger. de
Salmas. ad Solin. p. 647. *mittendis*
tamen, voc. propr. de variis ludi
sis generibus. Sic *semel quadrigi*
sultore misso 44, 9, 2. et *quadrigis*

3. *Vitiatam memoriam funebribu*
reor cet. v. ad 2, 47, 6. *laudationi*
Mur. cui favet tum usus loqu
auctoritas Sen. Ep. 102. *Ali*
aliud laudatio. Hæc et vocem exi
nemo dicit laudem funebrem, sed la
cujus officium oratione constat. S
quia oriatur a laudatione, etiam
terdum dici, Duk. docet conl.
Or. 2, 84. (ubi *laus orationis es*
forensis) Suet. Cal. 20. (ubi *la*
nere est id. qd. ap. Cic. l. l.
scriptitare) et Phædr. 4, 20. ubi. c

4. *falsis imaginum titulis*, cf. ad

5. *quo satis certo auctore stetur,*
36, 11.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM IX.

Caudina par, ad Caudium

Herennii f. cf. Drak., qui ex
2. et Aurel. Vict. de vir. inl.
patrem et filium dictum fu-
, illum vero habuisse cog-
i, (unde *Herennius Pontius*
h. e. *Pontius Herennius*, de
.) hunc *Thelesini*.
ui ad dedendas res cet. cf. 8,

e Diis cordi fuit, cf. ad 6, 9,
ilos fuisse putat Gron. ora-
). Thucyd. 7, 77.
i cet. propr. non nisi unum.
:s oratorie augetur et invi-
limus; al. *dedimus*, minus
:ns est tempus verbi *dedere*,
ela et adfectu quodam;
:edit *remisimus*, et sequitur

'iarum irarum — *judicem*
24, 6. Tam liquida est
a, ut quovis judice vincere
*i*ron. — *fugio* v. ad 8, 33,
potentiore, adversus eum,
quitur impi, nihil præsidii
): quod Cic. Off. 1, 8. *jus*
licitur; Ern.
nequeant: ita et Stroth. in-
in nonnullis MSS. *placa-*
ue exstet. *exsatient*: *placari*
gebatur ante Drak. qui
Placari nequeunt cet. motus
Klockii, a quo tamen sæpe
codicis lectione venditari
uit Stroth.
sanguinem, v. ad 7, 10, 6.
et *pia arma*, v. ad 1, 22, 6.

humanarum maximum mo-
1, 47, 7. et 3, 27, 6. Mox
propitiis, quam adversis agan-
ne Stroth. monet, adver-
quam ab h. l. alienum esse,
, *adversis diis* bene, nulla
possit, nihilque referat,
multum adversi vel pro-
:enda esse *quam rem agant*,
itur, (*was man unternehme*)
it sc. homines; quod sub-
: in præc. adject. *humana-*
lia in verbis, substantivis
:nati significatus. Cf. ad
MS. Lovel. 2. — Post

Deos vel *gesturos* excidit forte *nos* vel *vos*. Alterutrum certe subplendum.

CAP. 2.)—1. *diversos, alium alibi*, cf. ad 3, 60, 1. — *ut idem omnibus sermo constet*, ut non discrepent a se invicem, nec alii alia vel alio tempore aliud dicant; Ern. Sic fere 10, 26, 5. *constare res incipit*, h. e. eodem modo ab omnibus referri, 21, 38, 6. *id inter omnes* scriptores *constat*, in eo consentiunt, *locus et ratio mortis constat* 25, 17, 2. *ne ipsis quidem, quid vellent, satis constabat* 32, 19.

2. *Lucerinis, bonis ac fidelibus sociis*: de quo nec Livius antea, nec alii, quod sciam, memoriæ quidquam prodidere. Luceria est opp. Apuliæ antiquissimum, (v. Strab. 6. p. 196.) et Apuli fœdus quidem fecerant cum Romanis, sed paulo post defecerant. Cf. 8, 25. 37. 39. Urbs illa post Caudinam cladem ad Samnites defecisse videtur, et mox a Romanis capitur. v. cap. 12. ibique not. 4.

3. *per Furculas* (s. *Furcas*) *Caudinas*, angustias, a forma furcæ s. furcillæ aut literæ *V* sic dictas. Cf. ad Sil. 8, 565.

4. *Sed ita natus locus est*, v. ad 5, 37, 6.— *clausus in medio*: " quid hoc est? An inter medios saltus? Nam dixit *inter eos*. Forte leg. *clausus undique*," Bauer.

5. *aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda*, v. ad 3, 70, 2. 7, 10, 6. et 25, 27, 5. Mox *alium saltum altiorem impeditioremque* (h. e. itineris inpeditioris, minus pervium, ut 36, 30, 3.) quidam libri rectius forsan ob præc. *saltus duo alti angusti*.

6. *ad alias angustias*, ad alteras, diversas, obpositas, ut *alia pars* 24, 27. — *protenus* scripsi pro *protinus*, non inprob. Bauero, qui id pæne quidem redundare monet ob voc. *pergant*, sed et *porro pergere*, et *pergere* pro ire, proficisci, sæpe Nostro dici, ut mox *pergunt repetere*. Cf. ad 2, 45, 10. et 22, 50, 3.

7. *Eam quoque clausam sua obice*, sc. arboribus dejectis saxorumque mole. Hæc quasi propria obex horum locorum, cui obponitur *armorum* obex; Str.

8. *expedire quosdam utilia operi* instrumenta muniendis castris apta, *Schanzzeug*; Doer.

9. *cum miserabili confessione eludentes*, cf. ad 1, 36, 4. Elegans oratio pro vulgari: quum non solum hostes superbe riderent, sed ipsi cum dolore et inrisione faterentur, frustra opera sua et laborem esse; Doer.

[redacted]

CAP. 3.)—1. *alius per adversa* (al. *diversa*) *montium*, v. ad 4, 27, 1. Vox *alius* delenda videbatur Mur. et Gron. Recte, opinor.

2. *quem per annos jam prope XXX vincimus:* verba gloriantium et rem numerumque augentium. Samnites primum victi a. V. 412. (v. 7, 33.) adeoque ante annos XXII. *vincimus* ex uno MS. recepit Drak. et ex ed. Gryph. Bauer. ut rectius quam *vicimus*, bello scil. nondum finito, more Liv. ut 23, 13, 1. *nunc quum vincimus*, quum victores sumus.

3. *in perfidum Samnitem pugnanti*, cf. ad 8, 6, 7. — *Quo aut qua eamus*, cf. ad 3, 70, 2. — *montes moliri sede sua*, v. ad 6, 11, 5. — *ad bene moriendum*, honeste, ut decet virum fortem. Cf. ad 22, 50, 2. ad Sil. 2, 705. 3, 123. 4, 508. et Cuperi Obss. 1, 8.

4. *sedens bellum conficiet*, v. ad 7, 37, 4.

5. *qua cibi, qua quietis* (v. ad 2, 35, 3.) *inmemor nox t. e.* pro *ab inmemoribus*. v. ad 3, 36, 8.

6. *Herennium Pontium* cet. cf. Appian. Samn. Exc. IV. — *in corpore tamen adfecto*, debilitato senectute. Hinc mox *animum quoque patris consenuisse* (cf. ad 1, 22,) *in adfecto corpore*. Cf. ad 5, 10, 6.

7. *percunctando exsequerentur*, v. ad 5, 15, 7.

8. *Vivet semper in pectoribus illorum*, in memoria erit et penitus insidebit, vel vivida quasi memoria erit ignominiæ s. maculæ, a *necessitate* iis *inustæ*. — *quidquid istuc* (h. e. *istud*; cf. ad Tac. Ann. 11, 7, 1.) *inusserit* illis ignominiæ.

CAP. 4.)—1. *fortunam fateri scirent*, v. ad 38, 52, 1. — *inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum*, v. ad 3, 19, 9.— — *alias conditiones pacis* — *fore*, diversas ab iis, quas legati Rom. de pace æqua postulassent; Doer. Immo Livius *alias* dixit pro *reliquas*; (v. ad 4, 10, 2.) quæ et statim adjiciuntur : *si agro* cet.

2. *æquo fœdere victurum*, v. ad 7, 30, 2.

3. *Hæc quum legatio renuntiaretur*, v. ad 23, 6, 2. — *tanta mœstitia incessit*, v. ad 2, 27, 10.

4. *tum L. Lentulus, qui tum*; saltem *tunc*; sed potius del. Oratio ejus pulcerrimos sublimesque sensus spirat.

5. *ignavissimo ad opera*, ut 5, 22, 6.

6. *pro se ipsis ad mortem ruere*, pro gloria sua, ut ignominiam arceant, nulla patriæ ratione habita. Paulo ante alterum *me* ante *inmittere* delendum recte videbatur Gron. — *quid habent, quod morte sua servent?* Nihil : nam Urbs et inbelles cives in ea relicti mox pariter peribunt.

7. *Inbellis videlicet* cet. v. ad 4, 5, 2.— — *an a Vejis exercitum Camillumque ducem inplorabunt:* Camillus ipse quidem Ardea, exercitus vero ejus Vejis adcitus erat, quare et ipse Vejis adcitus dicitur, ut 22, 3. ubi id jam monuit Str.

8. *redimite armis civitatem*, armis hosti tradendis aut traditis, tamquam pretio redemtionis.

CAP. 5.)—1. *negarunt, injussu populi fœdus fieri posse* cet. Nota Stroth. est hæc: "cf. 1, 24. unde intellegitur, quid sit fœdus, quo ritu fiat, ac quomodo a *sponsione* differat, scil. ut apud nos *Friedensschluss* seu *Vertrag* et *Capitulation*. *Fœdus* enim erat, ubi utraque pars et postulabat vicissim et promittebat: in *sponsione* alterius erat postulare, alterius respondere vel promittere. Præterea ritu et sollemnibus differebant, ut ipse Livius addit. In sponsione enim sponsores erant, qui subscriptis suis nominibus tenebantur ea, donec eam universa res publica ratam haberet: unde c. 8. *me sponsione obstrinxi; qua tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur pop. Rom.* In fœdere fetiales erant, qui, a populo rite constituti, populi nomine fœdus feriebant, ita ut eo statim universus populus teneretur. In sponsione obsides dabantur, ab iis qui promiserant, his qui postulaverant: in fœdere non item, ubi utraque pars Jovem ultorem invocat precaturque, ut in eam partem animadvertat, quæ non steterit fœdere." Cf. Grot. de jure B. et P. 2, 15. et 16. Aliis scriptoribus hæc similesque *sponsiones* dicuntur *fœdera*. v. Duker. ad h. l. et Sigon. de ant. jur. Ital. 1, 1. Ceterum apud Caudium a consulibus male pugnatum esse, tradunt Cic. de off. 3, 30. de sen. 12. Zonar. l. 7. extr. et Plut. Parall. pr.— — *Claudiusque*, v. ad 6, 42, 4.

2. *quo minus legibus dictis stetur*, ut mox *si pacto non staretur*. Cf. ad 3, 36, 11. — *ut eum ita Jupiter feriat* cet. cf. 1, 24.

3. *præterquam duorum fetialium:* tot etiam Cic. de Leg. 2, 9, 21. memorat: alii plures.

4. *exercituque inermi mittendo* sub jugum et dimittendo *exercitui*. v. ad 4, 12, 7. — *abituri:* durius abesse *essent*, monet Bauer. Sed modo præcessit, et ita repetendum fuisset. — *cæcos*, incautos, inprovidos, non utentes quasi oculis mentis ac lumine rationis, ut 4, 35. et 7, 34. Drak.

5. *obnoxiaque corpora hosti*, v. ad 3, 39, 1.

6. *miserabilem viam*, luctuosum acerbumque iter *agminis fœdi*, pudendi et ignominiosi. — *reditum in patriam ac parentes:* Stroth. huc pertinere putabat, quæ monuimus ad 1, 33, 7. Sed cum Gron. potius et MS. Helmst. leg. *in patriam ad parentes*. Cf. 2, 13, 4. 2, 49, 7. 22, 60 med. et Plaut. Capt. Prol. 43.

7. *quum quæ præceperant animis*, v. ad 7, 26, 5.

8. *tantam inter ipsos — miserationem fecit* cet. "Non cohærent hæc cum antecedd. Debebat *fecerunt*; aut ante *tantam* insere *id* vel *quod*. Sed forte oblitus sui est, ob hunc ipsum usum participii, notantis, *quod sunt jussi*, quod *sunt* paludamenta detracta; quasi *jussio* ut abirent, *detractio* paludamen-

[redacted]

juberi, τὸ detrahi, ut Græci infinitur, et Itali hodie. Possis et e pro *jussi*: sed res ut gesta mouec modo, quid miserationem d et, quid factum, narratur;" post *tantam* excidisse putabat

.)—1. *prope seminudi sub jugum* 3, 19, 9. — *tum deinceps*, v. ad — *eludentesque*, v. ad 1, 36, 4. *eorum indignitate rerum acrior*, non *dem*, sed *quam pro indignitate*, si tumacior, minacior esset vultus, et indignitas et conditio obnoxia, missus deceret vultus, non fortis; – *traducti per hostium oculos*, v. ad — *lucem adspicere visi sunt* sibi ipsi. *egeni corpora* cet. rectius forte h. e. omnibus, quibus corpora t veteres diligentius quam nos lebant, destituta et fraudata, uderet et dedignarentur, quæsumere, quæ usui essent; Gron. ce plane dictum, et possit ferri, ica non abhorreat Livius; Bauer. icit. — *benigne mittunt*, v. ad 3,

que benigni et adloquia, consola*παραμύθια*, (*Zureden*, *Zuspruch*) ut *utiones*. Cf. Drak. ad h. l. Doer. 38, 5. et Intpp. Hor. Epod. 13, *on* h. l. in *non modo* omissum esse, sequente *ne quidem*, monet Doer.), 1. Sed præcedit *neque*. *contra intuerentur*, cf. ad 1, 16, 8. *Campanum*, v. ad 2, 49, 10. cari possis *vocati in curiam* — *re*a desideratur h. l. apodosis. Sed da in princ. cap. seq. Cf. ad 5, *abjectioris animi*; alii *abjectiores* animo, prob. Bauero. *indolem illam Rom.*, torpere, se ere, haud animadverti; quod e h. l. ob præc. et seqq. quam ad 10, 35, 3.) quod Grut. conj. robavit, monent Gron. et Doer. 35, 3. Contra Bauer contendit, dius esse hac lectione: non enim asse illam indolem. Cf. et Drak. ut c. 7. *ingenia Rom.* *salutantibus dare responsum* haud sa, verbis *non reddere salutem* adpus et sententia est Stroth.— *us cervicibus* absoluti ablativi, *rentes*; Bauer. *perpetuam victoriam*, "fructus valituram in omne tempus. *Ro*-*tem ferociamque cepisse*, ademisse exuisse illos omni animo et fort numquam posthac ausuri sint " Bauer.

)—1. *deploratum Rom. nomen*, v. et 3, 38, 3. — *in concilio*; al. *consilio*, non male, quia senatus erat; Bauer. v. ad 1, 54, 1.

2. *ingentem molem irarum* (in quibusdam MSS. *minarum*) *ex alto animo cientis* hominis cujusvis *indicia esse*: sed cum aliis potius leg. *animi ex alto* et quasi profundo sui vel imo pectore *cientis* ac velut spirantis: alte namque in pectus descenderat inlata contumelia; Gron. *animo* bene in se; *altus animus* est, qui obcultat consilia sua: sed genitivus *cientis* tunc non habet, unde pendeat; nisi legere malueris *cientium*; Bauer. *animi* Voss. 1. Cf. ad Tac. Ann. 2, 82, 6. *Alto animo* s. *animi* obponitur summo vel imo animo: nisi meram taciturnitatem eo significari malis; Ern.

3. *quemque eorum* sc. Romanorum *habitu*-*rum suos animos*, virtutem Romanis propriam. Pro *eorum* quædam edd. *corum*, quæ lectio ex errore operarum Elzevir. orta est.

4. *Jam Romæ etiam* (al. *R. et* vel *et R.*) *sua*, quam cives sui experti essent, *infamis clades erat*, rumorem infamiæ sparserat; Doer. — *tristior magis ignominiosæ pacis, quam periculi, nuntius fuit*, redundat *magis*, et sæpe, ut Gr. *μᾶλλον*, comparativis, aut verbo *malle*, additur. Cf. ad 22, 34, 8. et 41, 23, 3. Drak. ad h. l. Duker. ad Thucyd. 7, 29. Heyne ad Virg. Cul. 78. Schleusneri Lex. N. T. v. *μᾶλλον*. "Possit tamen et sic intellegi: Tristior fuit nuntius pacis, quæ magis ignominiosa esset, quam periculum: quippe et periculum erat ignominiosum, tam turpiter deprehensis sua culpa et obsessis, ignominiosior tamen pactio;" Bauer.

5. *consensum in omnem formam luctus est*: al. *concessum*, quod valde adridet Bauero.— — *Tabernæ circa forum clausæ*, v. ad 3, 27, 3. — *justitiumque in foro sua sponte cœptum prius, quam indictum*, v. ad 3, 3, 2. — *lati clavi, annuli aurei* (Senatorum Equitumque insignia) *positi*, depositi, ut sæpe in luctu. cf. 9, 46. 34, 7. 43, 16. Suet. Aug. 100. Plin. 33, 1. s. 6. (qui etiam de sero usu *annuli aurei*, Romæ adscito, agit) ad Tac. Ann. 2, 75. 6. Cujac. ad Paull. Sentent. 1, 21, 14. Kirchman. de fun. 2, 17.

6. *publicum adspicere* et *in privato abditi*, v. ad 2, 24, 6. — *nihil pro magistratu agere*, v. ad 2, 7, 4.

7. *quibus vitio creatis*, v. ad 5, 17, 4.— — *Q. Fabius Maximus*, v. ad 8, 18, 2. — *is consules creavit*, v. ad 7, 16, 6.

CAP. 8.)—1. *Quo creati sunt die* cet. cf. Drak. — *solennibus SCtis perfectis*, nam novi consules, inito magistratu, ad senatum referre vel eum consulere solebant primum de religione feriisque Latinis, (cf. ad 21, 63, 10. Cic. ad Quir. p. red. 5. et Gell. 14, 7.) tum de re publica, (v. ad 22, 1, 7. Cic. l. l. et Phil. 6, 1.) h. e. quomodo res publica in annum administranda domi militiæque, qui in provincias mittendi et

revocandi, quot milites conscribendi et dimittendi sint.

2. *Publilius, penes quem fasces erant*, v. ad 2, 1, 11. — *Qui ubi surrexit*: nam stantes sententiam dicebant senatores, longioribus orationibus utentes; unde mox *me primum excitatum* ad surgendum *jussumque dicere*. Cf. ad 27, 34, 2. 3. et Cic. ad Att. 1, 13.

3. *qua infelicis belli, qua i. p.* cf. ad 2, 35, 3.

4. *paucis peragam sententiam*, v. ad 1, 18, 10.

5. *Qua tamen, quando injussu* cet. cf. ad 8, 5, 1.

6. *exsolvamus religione populum, si qua obligavimus*, v. ad 5, 23, 7. — *quid divini humanive*, v. ad 3, 17. 6.

7. *justum piumque — bellum*, cf. ad 1, 22, 6. — *quam omnia justa in deditionem nostram perfecta erunt*, quæ ad deditionem nostram pertinent *in deditione nostra perfecta*, vel *in deditionem nostram peracta*, i. e. ut omnia redeant ad deditionem et per eam perficiantur, conj. Ern.

8. *si vobis non fuit cordi*, v. ad 6, 9, 1.

9. *miseratioque viri incessit omnes*, cf. ad 2, 27, 10. *homines* pro *omnes*, plerique MSS. et edd. ante Drak. sed non nisi unum genus hominum senatui interesse poterat; Gron. — *ob iram diremtæ pacis*, v. ad 1, 5, 5.

10. *in sententiam ejus pedibus irent*, (v. ad 1, 32, 13.) huic ipsi viro acerbam futuram, eamque sic tacite adprobarent, nisi quod (*modo* pro *tantummodo*; Drak.) *laudibus* eumdem simul extollerent; Stroth. qui sententiam requirere hoc *modo* putabat. Sed Baueri nota est: "Cur *modo*? qua alia re *prosequerentur*? An hoc vult, parcere ei potuisse, et servare virum in civitate? Sic certe intellegenda, si vera, lectio. E superioribus prave repetitum delendumque, acute conjecit Faber. Si sit *meritis*, probarim. Sed vix dignum est Postumio. Possit tamen et exponi: *modo*, nil aliud (facientes) quam laudibus prosequentes, pleni laudum ejus, et omnium inmemores, quibus merito succenserent, effuse eum laudantes, unice et sine ulla nota; adde, sine cunctatione, dubitatione, an ei adsentirentur; non disceptantes de sententia ab eo peracta, sed cum laude dicentis statim probantes."

11. *tentata paulisper intercessio est ab trib. pl.*, cœperunt dicere, ex quibus intellegeretur, eos cupere intercedere, ut viderent, quomodo adciperentur, et an tuto intercedere possent; Ern.

12. *quum sacrosancti essent*, v. ad 2, 8, 3. Itaque hi tribuni creati ex iis, qui sub jugum missi fuerant ad Caudium.

CAP. 9.)—1. *Interea dedite nos profanos*, ante quam dedatis illos *sacrosanctos*. E MS. Rottend. malim: *Dedite interea, dedite*; quæ repetitio constantiam in adhortanda deditione inpense exprimit; J. Gron. — *hic in comitio*, v. ad 1, 36, 6. — *hanc jam ut— — intercalatæ*, in diem dilatæ, (cf. not. 15.)

pœnæ usuram hoc, tamquam [...]
præmium; nisi pœna innuitur [...]
sumta ante quam justa luatur,
usuræ instar præter hanc exacta [...]
Metaphoræ sunt aptæ ac notæ. [...]
prius quam, hostibus dediti, [...]
nam subeant, tantisper dilatam; [...]

2. *juris fetialium*, quorum con[...]
ceremoniis belli fœderisque rite [...]
dis sententiam ferebat, quosqu[...]
Leg. 2, 9. dicit esse *fœderum*, [...]
induciarum oratores et judices. Cf. c[...]
31, 8. 36, 3. et Drak. ad h. l. Ii[...]
les curabant, ne sociis legatisq[...]
fieret, et pax fœdusque ullo mod[...]
tur. Cf. 38, 42, 2. Valer. Max. [...]
Dionys. Hal. 2, 72.

3. *Neque ego infitias eo*, v. ad 6, [...]

4. *verba legitima dedentium urbes* [...]
— *delubra, fines, aquas*; forte *agros* [...]
in pari causa: neque enim a [...]
agitur, *aquam terramque petentibus* [...]
17.) Bauer.

5. *Dii meliora* sc. dent, et ill[...]
beant: formula abominantis de[...]
que a se mala, (*Behüte Gott!*) [...]
Cf. Heyne ad Tibull. 3, 4, 1. [...]
quidam libri *inquit*; recte forsan [...]
40, 3. Mox *in quod obligari* multi [...]
in quo Drak. et antt. edd. Male, [...]
quatur *in omnia*; Bauer.

6. *Et ne illud quidem — refert*, [...]
39, 3. *et* del.; Bauer.

7. *Samnites judicaverunt*, v. ad 8 [...]

8. *quid ita spoponderim*, v. ad 5, [...]

9. *Tridui iter expeditis*, v. ad 5, [...]

10. *Interea in induciis res fuisse* [...]
38, 1.

11. *velut somnio lætiore* — [...]
eluderentur; aut pleonasmus est [...]
viloquentia pro: elusi, velut so[...]
quidquam tanta commoda tenui[...]
ita *elusis* et deceptis *nequidquam* [...]
nia essent; Bauer. — *quæ imp*[...]
tuna, expediret, v. ad 7, 34, 4.

12. *vanam victoriam*, non virtu[...]
riose, sed dolo et *male partam*, [...]
ante dictum; vel, ut cap. 14. [...]
fraus superbe vicisset) quæ itaqu[...]
potius victoriæ haberet, quam ej[...]
digna esset, *irritam faceret vanis* [...]
vel minus pax vere dicenda ess[...]
cum iis facta, qui eam facere no[...]
quorumque sponsione non tener[...]
lus Rom., cujus injussu facta es[...]
1, 8, 3.

13. *quis vos adpellare potest*, obj[...]
ap. Cic. Off. 1, 25. vel potius a[...]
gere, quod spopondimus, ut *adp*[...]
sorem vel *debitorem de pecunia*, h. [...]
nem debiti postulare. v. ad T[...]
17, 3.

14. *rei satis locupletes*, satis di[...]
bus fides sponsionis exigatur; D[...]
qui fidem præstare et possunt, [...]

deditione sua. Cf. seqq. *Locupletes* propr. qui solvere possunt, et fidem habent: unde *testes locupletes* fide digni.

15. *an in diem differtur* sc. certum, (donec magistratu abierint; cf. princ. cap.) vel in futurum tempus, ut *pœnas reservare in diem* ap. Cic. Cœl. 24. *In diem* h. l. obponitur *præsenti deditioni*, ut ap. Cic. petit. cons. 12. τῷ *statim*. *In diem* sc. certam *emere* dixit Nep. Att. 9.

16. *vilia hæc capita luendæ sponsionis* causa (v. ad 3, 56, 4.) *feramus* ad hostem, vel ei obferamus. Possit etiam legi *sponsioni*, aut jungi *capita luendæ sponsionis*, i. e. eos homines, per quos, a quibus præcipue, maxime luenda sit sponsio: sane enim *capita* rei Coss. erant; Bauer. *Luere sponsionem*, propr. culpa sic contracta se liberare, purgare, et hinc pœnam pro ea luere, ut *l. cædem, temeritatem* al. 1, 26. 5, 18. 38, 48.

17. *nostro subplicio liberemus Rom. arma*, pœnam luendo Romanos solvamus scelere impio (ita cap. 10. extr.) vel religione exsolvamus, ut bellum justum gerere possint; vel subplicium, quod nos meruimus, non in Romanos bellum reparaturos transferamus, ira deorum ob perfidiam nostram concitata.

CAP. 10.)—1. *Movit Patres c. tum causa*, res ipsa, a Postumio exposita. — *se in senatus fore potestate*, v. ad 2, 56, 16.

2. *lux quædam adfulsisse* cet. cf. Cic. Phil. 1, 2. 10, 6.

3. *Postumius in ore erat*, v. ad 2, 36, 3. — — *devotioni P. Decii — æquabant* eum, v. ad 5, 23, 4.

4. *Emersisse civitatem ex obnoxia pace*, v. ad 2, 29, 7. et 6, 28, 5. — *Arma cuncti spectant*, v. ad 1, 9, 3.

5. *Es unquam futurum* cet. v. ad 4, 3, 6. — *delectus omnium voluntariorum fuit*, i. e. ita habitus, ut nemo non voluntarius scriberetur: omnes, qui scriberentur, voluntarii erant: cogi neminem adtinebat; Bauer. — *rescriptæ legiones* (iterum scriptæ, ut *reficere tribunum*; cf. ad 2, 56, 4.) *ex eodem milite* s. exercitu sc. qui ad Caudium missus erat sub jugum. Cf. 25, 6. Hinc cap. 12 extr. pro *Publilius in Samnio substitit adversus Caudinas legiones* (Samnitium exercitum ad Caudium victorem) Sigon. e quibusdam libris vett. substitui malebat *adducens Caudinas legiones* sc. Romanorum. Cf. 25, 6, 7.

6. *Quandoque hice homines* cet. v. ad 5, 25, 3.

7. *fetiali Postumius genu femur — percullit*: quidam MSS. h. l. et cap. 11. *percutit*, probb. Ern. et Bauero.

8. *fetialem a se contra jus gentium violatum*: Stroth. "Væ!, inquit, isti nequam, qui magnanimus dicitur. Quis eum Samnitem *civem* fecerat? deditum, obnoxium Samnitibus? num hæc est ista Romanorum laudata fides et probitas? Ego quidem nullum majus flagitium, nullam majorem perfidiam inter barbaros novi. Hoc erat eludere deos, religionem ac fidem. Verissima contra sunt, quæ adversus hæc Pontius monet, quem postea Romani crudeliter interfecerunt." Passim obvia sunt similia exempla inhonestissimarum artium, quibus Romani potissimum usi sunt adversus hostes, in quos quidlibet licere sibi existimasse videntur. Samnites tamen non minus fraudulentur et multo crudelius egisse, vel ex cap. 12. intellegitur.

CAP. 11.)—1. *pacto stas*, v. ad 3, 36, 11. — *Samniti pax debetur*, v. ad 8, 15, 1. — — *quem si sponsionis pœnitet*, displicet ea, improbatur: neque enim populus ipse spoponderat; Bauer. Cf. ad 2. 54, 16.

2. *Nemo quemquam deceperit*, nullus alterum decepisse videatur; Doer. — *Ea fortuna*, in eadem conditione et statu exercituum, cum eadem spe ac metu; Gron. Ante *fortuna* ed. Gryph. inseruit *vero*, quod esse potest *quin immo*; nisi potius leg. *vere*, ut sit: pristina fortuna, pristina loca, non imagines rerum, restituantur in integrum; Bauer. Illud tamen *vero* abest ab omnibus MSS. et edd. ante Gryph. Mox *incusemus* e quibusdam MSS. pro vulg. *adcusemus* recepit Stroth. tamquam minus tritum.

3. *Numquamne causa defiet*; plerique MSS. *deficiet* ex interpr. — *inter adcipiendum aurum*, v. ad 6, 39, 5.

4. *Pacem sibi habeat*, pace facile carere possumus; statuat de ea populus Rom., ut lubet, dummodo *legiones c. v. r.* Duk. Pacem ne communicet cum non postulante, vel ego non postulo, ut nos: *er mag es für sich behalten; ich verlange es nicht;* Stroth. Immo: pacem ejus arbitrio relinquamus, de pace pro lubitu statuat populus Romanus; Doer. Hac formula *sibi habeat* utitur, qui, quod non habet ipse, quum habeant alii teneantque, eo se facile carere testatur: hic vero utrisque simul aut habenda pax aut non habenda erat; neutri poterant habere vel adspernari sine alteris: ergo sensus poscere videtur *pacem ne habeat, legiones c. v. restituat;* Gron. Mox forte leg. *dignum erit*.

5. *hosti tibi remittendo* scil. tot cives: sed potius cum Gron. leg. *hos tibi r.* Vulgo post *non habeam* signum interrog. ponitur. Tum *ut* dictum, ut 4, 2, 9. Alii post *restituat* στιγμὴν τελείαν ponunt, et seqq. usque ad *non habeam* concludunt in unam periodum; quod probabat Duk.

6. *hoc vos, fetiales, juris gentibus dicitis*, v. ad c. 9. n. 2. — *nec moror*, ut nos: *ich will sie nicht aufhalten;* Str. Cf. ad 2, 24, 5.

7. *in civitatem obligatam* (cf. ad 5, 23, 7.) *sponsione commissa*, h. e. cujus conditio exstitit, (nam pacem spoponderant consules, si Romani incolumes dimitterentur, quod factum est; et sic *commissa stipulatio* in Pan-

dectis est ea, cujus conditio exstitit, quum ex ea deberi cœptum est, et agi ac peti potest) vel populus Rom., quum sponsionem, firmatam jure jurando et exsecratione in capita sponsorum et in populum Rom., ratam non haberet, *commisit sponsionem*, h. e. id, quod exsecrationibus ac diris illis locum faceret, ut ap. Cic. p. Cluent. 37. et Verr. 3, 12. *committere pœnam* et *mulctam*, h. e. quod pœnæ locum facit; Duk. *Sponsione commissa*, cui necessario satis faciendum est, quoniam nos, altera pars, conditionem explevimus; Ern. Interposita, et nunc inpleta, sub qua facta est, conditione, necessario inplenda, ut *devotio convicta et commissa* ap. Cic. pro domo 57. (ubi v. Græv.) quæ, quum consequuti sumus, quod voto suscepto a diis consequi voluimus, necessario inpleri debet; Stroth. Similiter *hereditas*, *hypotheca* et *fiducia commissa* (perdita, quum committimus, ut pereat; ut nos: *ein verfallenes Pfand*) ap. Cic. Verr. 1, 10. 2, 14. ad Div. 13, 56. et Flacc. 21. quod jam monuit Ern. in clav. Cic. Cf. Salmas. de modo usur. c. 14. p. 614. et Græv. ad Cic. p. domo c. 57. Pro *obligatam* MSS. *obluctam*, *oblitam*, *obrutam*: unde *pollutam* conj. J. Fr. Gron. sed rectius *obstrictam* Jac. Gron. coll. 9, 35. et 10, 38. Mox *genu perculit*, v. ad c. 10. n. 7.

8. *Ita Dii credent* cet. εἰρωνικῶς dicta.

9. *Hæc ludibria religionum non pudere* vos *in lucem proferre* sc. quis putet? — *ambages fallendæ fidei exquirere*, cf. ad 1, 55, 6. et 3, 35, 1.

CAP. 12.)—1. *quæ deinde venerunt*, evenerunt, contigerunt. Cf. 1, 7 pr. ad 10, 45, 2. 24, 40, 11. 29, 20, 3. 44, 17, 3. (ubi *cui classis venisset* dicitur pro evenisset, vel obvenisset, et alterutrum conjicerem cum Crev., nisi *provinciam alicui sorte venisse* legerem 29, 20, 3. et ap. Justin. 13, 4, 10.) et Ern. ad Cic. Verr. 5, 6. — *senis Pontii* Herennii *utraque consilia*, (v. cap. 3.) *inter quæ media* consilia, inter vel per quorum medium, aut *media* via (ut cap. 3. extr. *si media via consilii caperetur*) *se labsos*, ineundo mediam viam se labsos per inprudentiam.

2. *nullo dum certamine*, prœlio, *inclinatis*, inminutis, (cf. ad 3, 16, 4.) mutatis *viribus* Samnitium, ut mox *fraus rem inclinavit*, nisi potius *rem inclinare* h. l., ut 32, 30, 3. et al. eodem sensu dicitur, quo 7, 33. et al. *acies* vel *pugna inclinat* (se) sc. se, vel *inclinatur* (ut 1, 12, 4. et al.) in alterutram partem seu fugam, et *res inclinata* 22, 6, 4. de victoria ad Pœnos versa seu vergente, vel potius quo 25, 18. *momentum rei facere*, et nobis: *der Sache den Ausschlag geben*, et h. l. leg. *inclinatis rebus* sc. Romanorum et Samnitium. Ad utrumque populum etiam seqq. spectant. — *animi mutaverant*, v. ad 2, 3, 2.

3. *pro aris ac focis dimicabatur*, v. ad 5, 30, 2.

4. *in Apuliam ad Luceriam pergit* cet. cf. ad c. 2. n. 2. Quomodo Luceria in Samnitium potestatem devenerit, nusquam prodidit Livius. Cf. ad 10, 33, 5.

5. *adversus Caudinas legiones*, v. ad c. 10. n. 5.

6. *Distendit ea res Samnitium animos*, v. ad 3, 23, 1.

CAP. 13.)—1. *ne castris quidem suis*, ad c[illegible] confugiendo, *fugam inpedire*, inhibere. — *plus sanguinis ac cædis factum*, v. ad 2, 30, 8.

2. *in montibus vicatim habitantes*, v. ad 5, 5, 2. — *contemto* (male *contemtu* in plerisque MSS et edd.) *cultorum* (campestria et maritim[illegible] loca incolentium) *molliore*, *atque*, *ut eveni*[illegible] (fit, fieri solet) *fere*, *locis simili genere*: nam ingenia hominum ad indolem fere locorum, in quibus degunt, adtemperantur. Cf. 5, 33 extr. 21, 37 extr 29, 25 extr. 45, 30 fin.

3. *aut interjecta inter Romam et Arpos* sc. hæc regio, i. e. dum interjecta esset, *penuria*, per penuriam, *exclusos a commeatibu*[illegible] Romanos *absumsisset*: nisi leg. *interjecta ea*, ut sint ablat. absol. et *penuria* nominativus; Stroth. Malim: *interjecta* sc. loca — *absumsissent*; Gron. *Arpi* Apuliæ opp., de quo v. ad 25, 12, 6.

4. *juxta obsidentes obsessosque*, v. ad 5, 6, 3. — *opere*, v. ad 5, 22, 6. Mox copula *et* ante *obsessis* abest a MS. Flor. probb. Gron. et Drak. *at* in quibusdam edd. non male, quia *et* bis repetitur.

5. *vacuus per agros* cet. h. e. liber a cura obsidionis, nisi leg. *vagus*; Duker. Possis et *vacuos per agros*. Cf. ad 3, 40, 8. — — *infesta*, v. ad 1, 7, 7.

CAP. 14.)—1. *per utros stetisset*, v. ad 2, 31, 7.

2. *in adparatu pugnæ*: ita omnes fere MSS. Plerique editores delevere voc. *pugnæ*, quia mox repetitur. Sed. v. ad 1, 3, 8.

3. *Agentibus divina* (auspicia et sacrificia) *humanaque*, v. ad 3, 17, 6. — *litatum*, v. ad 5, 38, 1.

4. *suarum inpotens rerum*, ne suæ quidem civitati regendæ par. Contra *regni potens*, ei administrando par, 24, 4, 7. et *potentes rerum suarum atque urbis* 23, 16, 3. Cf. ad 22, 42, 5. et 3, 36, 2. — *aliis modum*, normam, leges, *pacis ac belli facere*, præscribere, ut 25, 40 extr. et eodem sensu *cum quibus bellum et pacem habeamus, modum inponere* 21, 44, 3.

5. *se in auctoritate Tarentinorum manere*, v. ad 2, 56, 16.

6. *Adcipere se omen*, v. ad 1, 7, 11.

7. *pars fossas explerent, pars vellerent vallum atque in fossas proruerent*, v. ad Tac. Ann. 1, 68, 4. — *non hæc loca Furculas* cet.

8. *cædunt pariter resistentes fusosque* — — *puberes, inpuberes, h. jumentaque*: in expugnationibus urbium sæpe memorantur exempla similis iræ et crudelitatis victorum: sed quæri potest, cur Samnites *inpuberes*, ætatem minime bello aptam,

[redacted]

castra ducere voluerint; Duk.
piosius ac gravius dicta pro
s discrimine omnes, neque singulo-
merationi acriter inhærendum
umve de *servis*, *inermibus* aut
s, qui fuerint in castris; Stroth.
15, 4.
ne prius quam perire, f. *perirent*;

m proderetur salus cet. cf. ad 2,

.5.)—1. *Apuli circa*, v. ad 1, 4, 11.
v. ad 2, 23, 3. — *Luceriæ vesti-*
d 4, 58, 5.
(tempore) *ad spem eventus respondit*,
, 2. h. e. spei s. exspectationi,
ondre à son attente. Cf. Ern. et
l Suet. Cæs. 46. Sic et simpl.
pondent sc. spei vel votis, optatis
.
uisse eos Pontium — censeret: amare
cuisse quidam MSS. unde *decuisse*
n. — *quam in*, contra, *se ipsi*
entiam, statuere.
singulis vestimentis sub jugum mis-
ad 3, 19, 9. — *amiserant* Ro-
d in pluribus MSS. rectius *amissa*
a Caudinæ legiones, quæ amise-
ı Publilio erant in Apulia; Gron.
erioribus non adparere, et ad-
, 6. monet Drak. Cf. tamen hujus
c. et ad c. 10. n. 5. — *quos* ut
eis custodiendos Luceriam dederant,
, nisi leg. *duxerant*.
us Cornelius Lentulus forsan, cui
hinc *Caudini* cognomen inditum
Tres hoc anno dictatores in fastis
nemorantur, C. Mænius, L. Cor-
T. Manlius. Dictaturæ Mænii
aidem fit c. 26. sed ea fuit altera:
ssa a Livio prior, in qua res a
Campania gestas tradit Diodor.
Cf. Pigh. Annal. ad a. 433. et

sciam an (cf. ad 2, 2, 3.) *justissimo*
cet. at cf. ad c. 10. n. 7. — *an*
Papiriique cet. v. ad 3, 25, 3.
itur hunc errorem alius error, i. e.
, quod e particulis *ne* et *an* intel-
nt c. 45. et ap. Ovid. Fast. 4, 669.
Ern. Cf. ad 1, 24, 1. 27, 47, 7.
1.
Papirius — consul tertium creatus:
apitol. et ipse Livius, qui tertium
ulatum non alibi memorat, sed
mum 8, 23. alterum 9, 7. quin-
, adeoque tertium h. l. et quartum
ubi nomina consulum incuria
m excidisse et ex Diodori lib. 19.
Capitol. hoc modo restituenda
sules novi, L. Papirius Cursor IV. et
s Philo IV, sicut superiores, Romæ
jam suspicatus est Pighius. —
lio al. *Æmilio*.

CAP. 16.)—1. *Convenit jam inde*, deinde, *per consules reliqua belli* (v. ad 4, 27, 1.) *perfecta* esse. v. ad 1, 3, 4.

2. *cum Ferentanis*; immo *Forentanis:* et sic quoque c. 20. (ubi *Tarento*, *Acheronto*, *Florento*, *Torento* in MSS) scribendum *Forento:* nam *Ferentinum* et *Frentanos* (nec non *Ferentinos* s. *Ferentinates*) novimus, at *Ferentanos* nullos; Gron. Recte, opinor. v. ad Tac. Ann. 15, 53, 4. *Forentum* opp. Apuliæ, hod. *Forenza*.

3. *ad pacem cum precibus petendam*, subpliciter p., ut *precibus petere* 1, 16. *p. orare* 2, 2. *p. petere pacem* 43, 4. Videtur hæc in primis forma sollemnis et religiosa fuisse, eodemque modo sine emphasi dicta, uti *fraudem fraudare*, *servitutem servire*, *obcidione obcidi*; Ern.

4. *exsequentes quærendo*, v. ad 5, 15, 7. — — *Duæ factiones senatum* Satricanum *distinebant*, v. ad 3, 23, 1.

5. *ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur*, ut consuli aliquid præstaretur, quo *ad reconcil. p.* permoveri posset, facta nimirum ei præsidium Samnitium obprimendi copia; Doer. — *enuntiare*, arcana prodere, ut 39, 10 al. v. Gron. et Drak. *Enuntiantur* arcana, *nuntiantur* audita aut visa. Hinc etiam 25, 9, 3. et 41, 24 pr. *enuntiare* pro *nuntiare* substituendum monuere intpp.

6. *armatosque clam hostes*, Romanos, nisi leg. *armatosque* Romanos *clam hoste*, Samnitibus, vel *clam suis*, reliquis civibus non earum partium; Gron. *clam nocte* multi MSS. Male!

7. *sub jugum missos* esse, *auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

8. *quæ cognomen etiam dedit*; sic et Zonar. 7, 26. Sed idem jam avo ejus fuit. Cf. 6, 5. 11. 9, 34. Hinc. *q. c. avo jam dedit* conj. Sigon. Forte Livius aliquid humani passus est; aut pedum pernicitas huic L. Papirio confirmavit cognomen majorum, quale quid sup. 5, 31, 2. et 6, 39, 3. vidimus; Drak. Cui vero h. l. non subcurrit πόδας ὠκὺς 'Αχιλλεὺς? — *nec cum ullo* duce. De gente Papiria v. Cic. ad Div. 9, 21.

9. *invicti ad* (κατὰ, quod adtinet ad) *laborem corporis*, ut ap. Ovid. Met. 12, 167. et *i. a. labore* cet. ap. Cic. Off. 1, 20. et inf. 39, 40. Sic et *prælio magis ad* (κατὰ) *eventum* (si eventus spectatur, vel ejus ratio habetur) *secundo quam levi* 22, 9, 2. *nequaquam pari ad virtutem viro* 26, 16. Cf. ad 6, 18, 2. — *ne utique* (v. ad 2, 30, 1.) *dorsum demulcentis*, ut al. cervicem equorum. Cf. ad Sil. 4, 264. et 16, 356.

10. *Prænestinus prætor* "non videtur fuisse magistratus municipii Prænestini, (nam Præneste tum nondum municipium fuisse probabile est, et Prænestini hi inter socios militarunt; municipia autem jus legionis habuisse docet Spanhem. Orb. Rom. 1, 9.)

sed præfectus cohortis socialis, ut 8, 11. *prætor Lavinienstum*, et 23, 19. Manicius, *prætor* Prænestinus, h. e. præfectus cohortis Prænestinæ, qui antea *scriba* fuit, adeoque vix magistratus esse potuit;" Duker. Cf. Plin. 17, 11. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 31. Sigon. de ant. Jur. Ital. 2, 14. Lips. mil. Rom. 1, 7. 2, 10. Periz. diss. de prætorio §. 19. et sup. ad 6, 42, 7.

11. *ultimi supplicii metu* (v. ad 3, 58, 11.) *perfusum*, consternatum, vel repletum, ut 2, 63. 9, 16. 10, 38. 26, 50. 30, 16 et al. *inbuere*. Cf. ad 39, 8, 3. — *nemo unus erat vir*, v. ad 3, 12, 2. — *quin eum parem destinent*, non, ut quidam libri, *destinarent;* nisi malis *destinarunt;* scil. scriptores et homines, qui postea fuere et nunc sunt; non Romani ejus temporis: nam Livius non ita inmemor sui et eorum, quæ cap. 18. dicit, *Alexandrum ne fama quidem illis notum arbitror fuisse;* Gron. Præterea Romani ejus temporis neminem in futurum ducem destinare solebat, sed, qui quoque tempore consul esset aut ex tempore a consule dictator diceretur, dux erat; Str. Cf. ad 35, 20 pr.

CAP. 17.)—1. *deverticula amœna*, v. ad 1, 51, 2. De consilio, quod Livius in hoc episodio, cap. 17 - 19., sequutus sit, v. ad cap. 18. n. 6. — *tamen*, v. ad 1, 12, 1. — — *quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit* hæc mentio, imago, cogitatio rei, *animum* meum, occupavit, agitavit, exercuit: sed hypallage fere est: nam alioqui *res volutari animo* dicitur, non *re animus;* Bauer. Haud dubie per elegantissimam hypallagen dictum; Ern. — *eas evocat* ex animo *in medium* s. vulgus.

2. *Ea, et singula intuenti et universa* — — *facile præstant invictum Rom. imperium*, promittunt et spondent, hoc invictum semper fore; Ern. Cf. ad Juvenal. 14, 212. Tò *ita* forte delendum, quia ab omnibus fere MSS. abest, et sæpe post *sicut* omittitur. Cf. ad 34, 9, 7. 39, 41, 1. 44, 20, 4. et v. 4, 27. 24, 33. 25, 15. 29, 8.

3. *vertenti prœbuit fortunæ*, v. ad 2, 3, 2. Idem alii probarunt iisdem aliisque exemplis, v. c. Cyri Euseb. in vita Const. 1, 7. Priami, Mithridatis, Crœsi, Marii et *Pompeji M.* Juvenal. 10, 258 - 288. Mox forte leg. *Alexandro fuisset bellandum.* Ob hanc digressionem Dodwell. de cyclis diss. 10. s. 73. multis exagitat Livii in doctrina temporum inperitiam, quia Alexander jam sexennio ante obierit. Cui respondere conatus est Clericus ad h. l. dicens, licuisse Livio agere de eventu belli, si id Alexander Romanis intulisset, ubicumque sermo fuit de magistratu viri fortis, qui Alexandri æqualis fuit. Immo ipse Livius mox dicit, Alexandri M. tanti regis ac ducis mentionem effecisse, ut quærere libuerit, quinam eventus Romanis rebus futurus fuerit, si cum Alexandro foret bellatum: [illegible] autem addit, se id fecisse eo anno, q[illegible] Alexandrum mortuum crederet;" Drak[illegible]

4. *si Punicum Romano prævertisset* (v. ad [illegible], 24, 3.) *bellum:* nam duo bella post devicta[illegible] Asiam animo concepisse credebatur, R[illegible]manum et Punicum: (saltem Punicu[illegible], de quo v. Justin. 21, 6.) et si prius advers[illegible] Pœnos bellum gessisset, *senior* factus de[illegible]mum *in Italiam trajecisset*, atque in ill[illegible] incidisset *ingentes viros:* quinam vero [illegible] fuerint, præter Postumium, Æmilium [illegible] P. Cornelium Scipionem, haud satis mi[illegible] constat: Stroth. Alexander natus [illegible] Olymp. 106, 1. et mortuus Olymp. 114, [illegible] vel a. V. c. 430. a. Chr. n. 324. Jam qu[illegible] fastos Rom. inspiciet, plura deprehende[illegible] nomina *ingentium virorum*, consulum et dic[illegible]tatorum, qui deinde vixerunt, etsi minu[illegible] inclaruere, quoniam Liviana hujus temp[illegible]ris historia intercidit. Quomodo aute[illegible] Alexander, qui anno ætatis XXXIII obii[illegible] (cf. ad Tac. Ann. 2, 73, 2.) *senior in Italia[illegible] trajecisset, si Punicum Romano prævertisset bel[illegible]lum?* Non Pœnos tantum, sed maximam[illegible] Africæ partem antea armis subjugare voluisse censendus est.

5. *disciplina militaris — tradita per manu[illegible]* cf. ad 1, 3, 7.

6. *in artis perpetuis præceptis ordinatæ modu[illegible] venerat*, ut nostri vulgo: in systema s[illegible] formam artis redigere; Ern. *perpetuis*, continuis, junctis ordine systematico; Bauer. Cf. ad 4, 6, 1. — *quem juvenes ii:* in MSS. quibusdam *hii;* unde *hi* vel *ii* legendum esse jam monuere alii. — *duo* edd. vett. quos putant esse T. Manlium Torquatum et M. Valerium Corvum. Cur vero *duo* tantum, et hi potissimum?

7. *cessisset videlicet.* (*eipωνικῶς* dictum; v. ad 4, 5, 2. unde delevi interrog. signa, post *duces, ruentes, animi* et *cepit* posita) *in acie oblatus par Manlius Torquatus*, v. ad 7, 33, 1. *par* deletum a Stroth. quia vix in duobus exstat MSS. Sed aptissimum est.

8. *senatus ille, quem ex regibus constare dixit* Cineas, Pyrrhi dux et legatus; quod notissimum vel ex Floro 1, 18. Plut. in Pyrrho p. 395. Appian. Samn. Exc. 10. — *cepit* mente, percepit, intellexit, *veram Romani senatus speciem*, dignitatem, amplitudinem, ut cap. 40. et 32, 36, 4. 34, 52 extr. 37, 40 al.

9. *Id vero erat periculum*, timendum cet. ut cap. 18. n. 6. 10, 7. 45, 23. quæ loca vel per ironiam adcipienda, quod placet, vel interrog. nota addenda; Stroth. — — *quilibet unus*, v. ad 3, 55, 13.

10. *subsidiis firmaret aciem*, v. ad 2, 20, 2. et 2, 31, 1.

11. *oneratum fortunæ suæ adparatibus*, ut ap. Sen. de ben. 6, 31. *multitudinem indigestam et gravem metuendam esse ducenti* Xerxi: *non enim vires, sed pondus habere.* — *nihil aliud quam* cet. v. ad 2, 8, 9. Quum fere nihil

aliud opus esset, quam ut quis, quemadmodum Alexander bene fecit, vana illa Persarum contemnere auderet; Str. — — *comissabundus*, v. ad 3, 29, 2.

CAP. 18.)—1. *mersus secundis rebus*, corrupto, soluto, (v. ad 6, 14, 6.) *quarum nemo intolerantior fuit*, in earum usu nemo insolentior; Doer. Immo: nemo minus sapienter ac moderate tulit magnam fortunam, magisque ea elatus est ac superbior factus. Cf. seqq. Hor. Od. 3, 27, 74. (ubi v. Mitscherl.) et supr. Curt. 3, 12, 20. qui eamdem sententiam ita exprimit: *Nondum Fortuna se animo ejus infuderat. itaque orientem eam moderate et prudenter tulit: ad ultimum magnitudinem ejus non cepit.*

2. *superbam mutationem vestis*, cf. Curt 6, 6. et Athenæi lib. 12. — *desideratas humi jacentium, προσκυνούντων*, (h. e. eorum, qui more Orientis humi prosternendo corpus genuaque alicujus amplectendo osculandoque summam ei reverentiam testantur) *adulationes*, venerationes, ut 30, 16. ap. Valer. Max. 4, 7. ext. 2. 6, 3. et κολακεύειν ap. Xenoph. Cyrop. 1. nam *adulari* et προσκυνεῖν proprie dicuntur canes, (κύνες) qui dominis suis adulari ac blandiri solent pedes eorum lambendo et ad illos se provolvendo humi. Itaque nolim emendare *adorationes*, quæ vox h. l. minus apta est et propr. alium venerationis ritum exprimit, quo quis in Oriente *ori* suo admovet manum et huic dat oscula, quæ deinde porrigit quasi jacitque ad eos, quibus honos habetur. Cf. ad Juvenal. 4, 118. Res ipsa de regibus Orientis, in primis Persarum, et de Alexandro nota. Cf. ad 45, 44, 10. Curt. 6, 6, 3. 8, 5, 6. (*More Persarum Macedones venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes sæpius adsentatio quam hostis evertit*) 21. 22. Justin. 6, 2, 13. 12, 7 pr. Nep. Con. 3, 2. Polyb. 15, 1.

3. *etiam victis Macedonibus graves*, etiamsi victi fuissent et ab externo hoste domiti; Gron. ad Sen. de ben. 1, 10. Cf. sup. ad 5, 2, 7. et ad rem Curt. 6, 6, 3.

4. *fœda subplicia — amicorum*, nota e Curtio, Arriano et al. — *vanitatem ementiendæ stirpis* s. generis, quod tum a Perseo et Hercule, (v. Arrian. 3, 1. et Strab. 17.) tum ab Achille, (v. Curt. 4, 6, 29. 8, 4, 26. Vellej. 1, 6, 5. ad Sil. 15, 292.) et hinc ab ipso Jove (patre Æaci, avo Pelei et proavo Achillis) deducebat, quod vel e Curt. 4, 7, 8. et 8, 5, 5 sq. notum. Jovem vero non modo generis auctorem, sed et patrem suum fuisse, forsan credi potius voluit, quam credidit ipse.

5. *Quid? si vini amor* cet. cf. ad 4, 5, 1.— — *nec quidquam dubium i. s. refero*, certa tantum adfero, taceo de aliis, de quibus inter scriptores non satis constat; Str.

6. *Nullane hæc damna*, nonne hæc adversa et repugnantia; Doer. — *Id vero periculum erat*, (cf. ad c. 17. n. 8.) *quod levissimi ex Græcis*, (cf. ad 26, 31, 1. ad Juvenal. 3, 60. 73 sq. 10, 174. et Cic. orat. pro Flacco, cujus maxima pars ad levitatem perfidiamque Græcorum probandam spectat) *qui Parthorum quoque* cet. Gloriæ Romanorum adversus hos ævi sui scriptores, qui eam post Crassi cladem elevasse videntur, defendendæ causa totum pæne hoc deverticulum quæsivisse videtur Livius.

7. *Athenis, in civitate fracta Macedonum armis*, victoria Philippi ad Chæroneam.— — *fumantes Thebarum ruinas*, urbis ab Alexandro dirutæ: de quo v. Plut. in Alex. c. 20. Arrian. 1, 5. Polyb. 4, 23. 5, 10. 9, 28. Diodor. 17, 9. Justin. 11, 4.

8. *ex monimentis orationum*, Demosthenis et al.

9. *paulo plus decem annorum*, pro *paulo plurium quam d. a.* Sed leg. *duodecim*; unde et mox *in ætate tredecim annorum.*

10. *se hominis* unius *res gestas, et ejus*, et quidem, et simul s. præterea *juvenis* cet.— — *octigentesimum annum* Livius, de sua ætate loquens, pro octavo sæculo dixit, ut c. 34. *decem annos* pro decennio; Str. Cf. Bredenkamp in *Magaz. für öffentl. schulen und schullehrer*, T. I. p. 444 sq. ubi monet, Livium nunc etiam Romanos sui ævi comparasse cum Alexandro, quia Græci illi scriptores contenderint, eum non modo tum Romanis parem fuisse, sed et Liviana ætate, si ea viveret, fore. Mea qualicumque sententia τὸ *octingentesimum* debetur potius librariis vel glossatoribus, Liviana respicientibus tempora, (quod ab h. l. alienum) legendumque omnino *quingentesimum annum*, h. e. quintum sæculum, ob verba adjecta: *quum ex hac parte* sc. Romanorum *plura numerentur secula*, (h. e. ætates hominum, generationes, γενεαί, spatia XXXIII circiter annorum) *quam ex* Alexandri parte *anni*: nam XIII ejusmodi secula conficiunt 429 annos, et tum agebatur a. V. c. 435. Alexander autem ne per *ætatem* quidem h. e. spatium *XIII annorum* bellavit.

11. *Quin tu hominis cum homine — fortunam cum fortuna confers?* verba vitiosa, et, quamvis illa *cum fortuna*, quæ plane otiosa sunt, ejeceris, non satis menti apta Livii, qui in antecedd. et seqq. non singulum quemdam hominem et ducem Rom. cum Alexandro conferri cupit, sed plures omnino homines et duces, dignos, qui cum Alexandro comparentur, ex historia Rom. laudari posse adfirmat: unde *Quin tu homines cum homine, et duces cum duce, fortunam* (qua plures Romanorum gavisi sunt) *cum fortuna* (qua Alexander gavisus est) *confers?* scribendum puto; Doer. Sed vel sic verba *fortunam cum fortuna*, quæ aliis intpp. non displicuisse mireris, parum apta sunt. Præstiterit: *Quin tu homines cum homine, du-*

ces cum duce, populum cum populo confers? Argumentatio enim Livii eo potissimum spectat, ut ostendat, ineptum esse, et hominem cum populo, et felicitatem XIII annorum cum fortuna 435 annorum conferri: quod a Græcis scriptoribus factum videtur. Omnino etiam multo magis probanda est ratio eorum, a quibus Alexander variis Rom. ducibus comparatus est, v. c. Germanico a Tac. Ann. 2, 73. Cæsari ab Appiano B. C. 2, 149 sqq. — *pœnituit*, v. ad 2, 54, 16. — *denos vicenosque dies*, forte *vicenosve:* sed et cap. seq. *quaterni quinique;* Bauer.

12. *male gestis rebus a. subcessum est*, v. ad 4, 11, 1.

13. *sed* etiam (v. ad 1, 40, 1.) *domini rerum temporumque* cet. Gron. comparat verba Demosth. in Olynth. 1 pr. Cf. et Tac. Ann. 2, 73.

14. *trahunt consiliis cuncta*, ducunt quo volunt, h. e. regunt, sibi parere cogunt, *non sequuntur* aliorum consilia et mandata; metaphora a fune petita. Similiter 33, 9, 4. *partem profligatam* exercitus hostium *cetera* (f. *ceteras*) *tracturam.*

15. *eadem fortunæ pignera*, eosdem bonos duces; Ern. Immo idem nomen, camdem gloriam, eamdem memoriam perpetuæ secundæ fortunæ, ille non magis ac hi invictus adversæque fortunæ inexpertus, *in discrimen detulisset:* non plus sibi a fortuna tributum habebat, quam Rom. duces; Str.

CAP. 19.)—1. *Latium deinde omne cum Sabinis — atque Apulis, et Samnites, adjuncta omni ora Græcorum inferi maris a Bruttiis*, (populo inferi maris, nondum perdomito nec societate Romanis juncto: non *Thuriis*, qui ad sinum Tarentinum pertinent, et inter quos Græcosque inferi maris Romanorum socios multi erant tum populi interjecti, quibus nihil cum Romanis) *Neapolin et Cumas*, (oppida Græcæ originis: unde h. l. adpellantur, quum jam nominata sit Campania) *et inde Antio atque Ostiis tenus*, (h. e. junctis qui sunt vel porriguntur inde a Cumis fine Antii et Ostiæ, ut erant Aurunci vel Ausones, et Rutuli, aliquando a vetere Latio divisi; non *Samnites*, quibus hic locus non est) *aut socios* cet. emend. Gron. "At unde librario *Thurii?* Qui etsi in sinu Tarentino, latius tamen *inferi maris ora* adcipi potest;" Bauer. De *Thuriis* v. ad 10, 2, 2.

2. *Romanis ad manum domi subplementum esset*, v. ad 5, 20, 1. — *exercitus consenuisset*, v. ad 1, 22, 3. — *Sarissa* hasta longior Macedonum. Cf. 31, 39. 32, 17. 33, 8. 37, 42. 38, 7. 44, 40. Cf. Heins. et Burm. ad Ovid. Met. 12, 466. Hinc phalanx s. phalangitæ *Sarissophori, Macedonum robur*, 36, 18, 3. De forma sarissarum, quæ olim XVI et postea XIV cubitorum erant, v. loc. class. Polyb. 18, 12. Hinc *inmobiles longitudine et gravitate hastæ* dicuntur *Pilum* vel majus vel minus, et m lignum quam ferrum tricubitale tamen, ut dimidia ferri pars lig esset. v. ad Sil. 4, 550. loca cla 6, 23, 8 sq. et Dionys. Hal. 5. I Rom. 3, 4. Mox *ordines servans* fo sa est, utpote manifesta explicat *tarius miles*, qui obponitur varie di bus velitibus et levi armaturæ; et *statarius* 22, 18, 3. et *stataria* qua v. ad 6, 12, 7. — *statarius ut* forte *utrique*, vel *utrimque:* sed n Bauer.

3. *illa phalanx inmobilis* (cf. 33, *generis*, non manipulatim, neque, *acies, ex pluribus partibus*, hastatis bus et triariis, *constans* et per h (Cf. ad 8, 8, 1.) *facilis partienti*, parte *opus esset*, *facilis jungenti* ean partiendum et jungendum, ut *quium in secreto habitum et* hinc *liber* ad fingendum 30, 32, 4. et 26, 3 inconmodis phalangis cf. 31, 39. 37. 40. inpr. Polyb. 18, 12-16. locus inf. 44, 41.

4. *bello victus esset*, devictus, del

5. *inbellem Asiam quæsisset*, des (*vermissen*) iterum sibi optasset. et *requirere* passim designat desid absentis vel amissæ, quam recu pimus. Sic *quærere occasionem praetermissam* 25, 38, 8. 31, 15, *Philippum* 31, 29. *licentiam* 2, Intpp. Virg. Æn. 1, 217. Tibull et Ovid. Met. 2, 239.

6. *cum feminis bellum sibi fuis* Asia: unde *Epiri regem Alexandru* v. 8, 24.) *dixisse ferunt: se quidem ivisse, quasi in ἀνδρωνῖτιν, Macedo* andrum isse ad Persas, quasi in *τιν.* v. Gell. 17, 21.

7. *fœderibus vetustis juncta Puni* blica *Romanæ*, v. ad 2, 8, 10. et — *Non quidem Alexandro;* forte *dem:* neque enim ita incipere præmitti solet ei, ad quod referatu — *Absit invidia verbo* (al. *vero*), ut et alibi *præfiscine dixerim*, et nost *Ruhm zu melden.* Formula est mal ex nimia felicitatis suæ prædicat tentis; Str. Similiter 22, 39. *causa absit C. Flaminii* (qui teme periit, de quo v. 22, 4 sq.) *me* nolo mali ominis causa Flamini nem fecisse; Ern. (Nolim pro m memorasse Flaminium: quod ctum pro: *non adsit* ut ominis ca quam omen non adsit; Bauer.)

8. *numquam æquis, utique numq locis laboravimus*, v. ad 1, 56, 10. 3, 31, 1. "At quid sunt *loca nostr* tunae? Hæc sunt *æqua*. An Italica? Ubi ergo Cannæ, aut nus? Omnino jactantiæ crime

quin subeat h. l. Noster: nam æquis quoque locis a Rom. laboratum est; raro tamen. Forte del. *numquam*, et *æquis utique nostris* jungendum;" Bauer. *Loca æqua* sunt commoda hostibus non minus, quam Romanis, *nostra* solis Romanis obportuna. Quum tamen sæpius Romani victi sint, Livium numquam sibi persuasurum, id semper iniquis locis vel ex insidiis adcidisse, eumque studio extollendi Romana temere prolapsum, ut hoc diceret, monent Duk. et Drak. Verum Livius non negat, Romanos sæpius victos esse, quod potius cap. præc. ipse fatetur, sed eos umquam *laborasse* ab hostibus; de quo v. ad 3, 31, 1. — *Equitem* et *sagittas miles* Romanus *timere potest*, ut ap. Hor. Od. 2, 13, 7. (ubi cf. Mitscherl.) *Miles sagittas et celerem fugam Parthi perhorrescit:* nam ad Parthos etiam Livii verba spectant. Hi a Romanis maxime timebantur, Crasso Antonioque victis: unice vero *equitatu* valebant, et fugam simulantes hostem temere persequentem vel in insidias trahere solebant, vel *sagittis* retro missis equisve repente versis petere. Ceterum et hæc verba non repugnare crediderim superioribus *numquam ab equite hoste laboravimus;* (v. ad 3, 31, 1.) neque hinc legendum cum Stroth. *equitum sagittas*, vel cum Doer. e multis MSS. *equidem*, de qua voce v. ad 5, 51, 3.

9. *saltus impeditos*, ut Caudinos et Teutoburgienses. — *avia commeatibus loca*, in quibus non nisi difficulter et longe petiti commeatus subpetere possunt, quod *militi armis gravi* non tantum molestum, verum etiam periculosum erat; Drak.

CAP. 20.)—1. *rejecti ad populum*, v. ad 2, 22, 4.

2. *Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cœpti, legibus ab L. Furio* Camillo *prætore datis*, cf. 23, 7, 4. 26, 16. 32, 2. *Præfectura* dicebatur Italiæ civitas vel oppidum, quod nec leges nec magistratus suos habebat, sed ab uno pluribusve *præfectis*, vel subfragiis populi creatis, vel a prætore urbano quotannis Roma missis, administrabatur. v. Festus, Sigon. ant. jur. Ital. 2, 10 sq. Cujac. Obss. 11, 24. " Sed bello demum Hannibalico Capua in formam præfecturæ redacta est. v. 26, 16. Itaque *præfectus* forte h. l. et *prætor* 23, 7. dicitur summus Campanorum magistratus, qui eorum lingua *Medixtuticus* vocabatur, (v. 26, 6.) quique non Romæ a populo designatus Capuam mitteretur, sed Capuæ crearetur ex ipsis Campanis, arbitrio forsan Romanorum, quum *discordiæ intestinæ* causa inter ipsos non conveniret. Si tamen Romæ creatum, adeoque cum Gron. e pluribus MSS. et edd. antt. *Capuam* (h. e. qui Capuam mitterentur) legendum esse, verius videatur; ex ipsis Campanis tamen creatum esse putabo. Certe Campani erant Pacuvius Calavius summus Capuæ magistratus et Marius Blosius prætor Campanus 23, 2. 7. Quin etiam Camillus Peregr. in Campan. fel. diss. 4. p. 513. præfectum Capuæ creatum et leges a prætore datas arctæ amicitiæ et amicæ societatis effectum, non pœnam aut legem deditionis fuisse observat." Drak. Cf. ad 32, 2, 3.

3. *Inclinatis semel in Apulia rebus*, v. ad 3, 16, 4. et 9, 12, 2. — *Teates Apuli* forte non iidem, qui paulo ante *Teanenses* (Teani Apuli incolæ) dicuntur, et jam fœdus petitum inpetraverant; nisi forte nunc *pacis per omnem Apuliam præstandæ auctores* eos venisse cum Sigon. credideris. *Teate* Marrucinorum opp. ab h. l. alienum est, et inde *Teatini* dicuntur. *Theates* et supra *Theanenses* in multis MSS. *Cannenses Canusinique* (qui vicini erant populi) supra conj. Gron. et h. l. *Teanenses*, vel potius *Teanitæ* (cf. Polyb. 3, 91, 5.) vel *Teanites*, ut *Arpinates*, *Antiates*, *Casinates*, *Privernates*.

4. *pacis per omnem Apuliam præstandæ populo Rom. auctores*, promittentes spondentesque, se pacem effecturos esse. Cf. ad 2, 48, 7. — *ut æquo fœdere essent*, v. ad 7, 30, 2.

5. *Forento quoque*, v. ad c. 16. n. 2.— — *agere*, v. ad 7, 24, 2.

CAP. 21.)—1. *ceterum dictatori* pro *sed di.*, ut c. 27. 46. 10, 5. 28, 11. al. Str.

2. *diversa statuit signa*, ad utramque partem contrariam, versam aciem; Str. *Diversa* sæpe dicuntur adversa et contraria. v. ad Tac. Ann. 2, 60, 2.

3. *Plistiam*, *socios Rom.* v. ad 3, 47, 1. et 10, 3, 6.

CAP. 22.)—1. *Consules novi — manserunt*, v. ad c. 15. n. 7.

2. *ad Saticulam c. s. venit*, cf. ad 8, 1, 1.

3. *id bellum tantum ducere*, existimabat, pro bello habebat, in eo tantum omne bellum positum putabat, ut *urbem obpugnaret;* Sigon. et al. *tanti* in omnibus fere MSS. inepte. — *adequitare Samnites vallo*, alii *obequitare*. Cf. ad 24, 31, 4.

4. *sic fortuna exercuit opes*, ita vim suam exseruit s. ostendit; Str. Immo: sic exercuit et perdomuit *opes*, h. e. hostiles copias, utrumque exercitum; Doer.

5. *in quem — cientem pugnam* (v. ad 1, 12, 2.) *infesta cuspide ita permisit equum*, v. ad 1, 13, 2. et 2, 56, 1. — *Fratri* scil. *imperatoris Samnitium*.

CAP. 23.)—1. *Sora ad Samnites defecerat* cet. cf. Diodor. 9. p. 710, 711. — *quo quum prior — prævenisset*, ut *prius præcipere* 21, 32. *consilia ante tempus inmatura præcipere* 22, 38, 6. *prius præmeditari* 38, 3. *ante præcogitare* 40, 4. *ante præmeditari* 40, 23. *ante præoccupare* 21, 20. 42, 47. *prior prægressus* 27, 12 pr. Cf. ad 2, 45, 10. 36, 17, 6.

[redacted]

2. *satis exploratis consiliis* dictatoris. — *signum repente pugnæ proposuit*, v. ad 6, 8, 1.

3. *Locis angustis deprehensi*, repente et præter opinionem obpressi; ut *deprehendi* tempestate subito ingruente 21, 58, 5. et *deprehensi genere pugnæ* (inproviso inlati in talem pugnam, præter opinionem ea obpressi et circumventi, *surpris, attrapés*; Bauer.) 38, 21, 4. Cf. ad 22, 29, 1. 28, 30, 4. et Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 16, 2. — *infesta*, contr. τοῦ *tuta*. Cf. ad 1, 7, 7.

4. *Itaque non frustrabor ego vos*, exspectationem et spem, quam forte reposuistis in *castris hic relinquendis*. — *pristino die*, v. ad 4, 32, 5.

5. *quibus operæ est trahere bellum*, cf. ad 1, 24, 10. et 2, 61, 6. — *omnium rerum respectum*, cf. ad 21, 44, 6.

6. *proximis tantum* castris, h. e. castrorum locis. Cf. cap. extr.

7. *fugam per diversa* (loca) *petunt*, cf. ad 1, 25, 7. et 3, 60, 1.

8. *semet ipsum turba inpediens*, v. ad 6, 8, 2.

CAP. 24.)—1. *propter difficilem urbis situm*, h. e. qui faciebat, ut non sine magna difficultate adiri et expugnari posset urbs, quippe quæ rupibus munita erat. "Sic *urbs, via, aditus, scopulus* et res aliæ cum difficultate superandæ dicuntur *difficiles*" Doer. ad Ovid. Fast. 2, 727. in Eclog. poët. — Mox *periculo* eadem ratione cognato *præceps* additur, ac *tempore* τῷ *longinqua*, ut exacte sibi respondeant membra: simul vero τῷ *præceps* inesse videtur notio τοῦ *maturata*; Str.

2. *sex millia* sc. passuum; ut c. 44. 45. 10, 25. 27. al.

3. *pluribus, quam pro numero v.*, v. ad 7, 33, 2.

4. *constituisset Romanos*, statuisset, stitisset.

5. *excurrentibus in publicum pavidis increpat*, cf. ad 2, 24, 6. et 3, 3, 1.

6. *omnium consensu destinabantur*, putabantur esse *auctores*, ut 33, 28, 2.

CAP. 25.)—1. *nec Capua ipsa crimine caruit: quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est*; verba obscuriora, quæ cap. seq. explicantur: sed e duobus MSS. leg. *inquirendo*; Str. Copulam *et* delendam putat Doer.

2. *Ausonum gens*, de cujus variis in Italia sedibus v. Heynii Exc. 4. ad Virg. Æn. 7. — *Vescia*, v. ad 8, 11, 3. Mox forte leg. *pugnatum audierint*.

3. *partim armati — partim togati*, v. ad 3, 50, 1.

CAP. 26.)—1. C. *Mænius dictus* dictator. v. ad c. 15. n. 5.

2. *Ovium Noviumque gentis Calaviæ* prænom. Cf. c. 7 pr.

3. *Deinde ut quæstioni Campanæ materia decessit*, ubi per mortem principum conjurationis ulterius de conjuratione Capuæ facta inquirendi defuit materia, *Romam versa* translata est *res*, causa, *interpretando*, sub hoc prætextu, *non nominatim — sine fine ulla*, nullo certo fine et limite circumscriptum esse *jus quæstionis suæ* s. inquirendi; Doer. — *coitiones*, v. ad 3, 35, 10. — *Postulabantur*, adcusabantur.

4. *adpellantibus tribunos*, v. ad 2, 27, 2.

5. *quin nomina reciperentur* sc. reorum a *quæsitore* vel judice quæstionis, qui tum dictator erat. Ita sæpe *nomina* reorum ad prætorem *deferri* et ab eo *recipi* s. *adcipi* dicebantur, ut 38, 55, 3. al. — *hominum novorum*, v. ad 1, 34, 8.

6. *qua de causa vos existimare*, v. ad 4, 15, 1.

7. *pro magistratu*, v. ad 2, 7, 4. — *oppugnare*, inpedire.

8. *omnes dii hominesque*, v. ad 3, 17, 6. Mox *etiam quæ non ponunt* plurimi MSS. prob. Doer.

CAP. 27.)—1. *si qui motus occasionem aperiret*, al. *aperirent*.

2. *per aperta loca h. e. in loca plana*, cf. ad 1, 3, 8. Verba *Campanos campos* delenda putabat Camill. Peregr. Diss. 2. de Capua, (loca enim plana esse, in quibus sita Suessula, ubi Samnites prius ad prœlium provocaverint Romanos) et mox *in conspectum datu* emend. Gron. — *pœnitebat*, v. ad 2, 54, 16.

3. *et carpi parvis quotidie damnis, et senescere vires*, v. ad 3, 5, 1. et 1, 22, 3. — *aciem pedite tutam fore* MS. Helmst. prob. Gron. ut sensus sit: peditem ipsum per se solum satis tutam præstaturum aciem ex sese constantem. Parum interest. — *Consulum Sulpicius in dextro, Pœtelius* cet., pro: e consulibus, vel consulum alter, ut 22, 40, 6. et *equitum Numidas* 23, 29, 3. *Consules* alii, quod non minus rectum; Duk.

4. *raris ordinibus*, adtenuatis, ut mox *latius patefactis*, quibus *confertiores* obponuntur, ut 23, 27.

5. *subsidiarias cohortes*, v. ad 2, 20, 2. — *emisit*, v. ad 10, 5, 4. — *inpulit*, v. ad 1, 14, 8.

6. *Ceterum omnia mutavit* cet. cf. ad c. 21. n. 1.

7. *Maleventum*, a gravitate ventorum sic dictum, (ita Procop. Goth. 1, 15.) *cui nunc urbi Beneventum nomen est*, inde ab a. V. 485. quo facta est colonia Rom. et mali ominis nomen commutatum. Cf. Plin. 3, 11. s. 16. et Festus v. *Beneventum*, ubi v. Scalig.

CAP. 28.)—1. *ad Bovianum*, caput Samnitium Pentrorum, h. Boiano, ad radices Apennini. v. ad Sil. 8, 564.

2. *L. Papirio Cursore V.* cf. ad c. 15. n. 7. — C. *Pœtelius* Libo Visolus *dictator* etiam memoratur in tabulis Capitol. sed pro

i. Pœtelius Libo mag. eq., et a lib. 19. Q. Fabius Dict. et res, ad ab eo gestæ. — *arcem Fregella-* *nnitibus captam*, ut antea urbem. 2. Videntur ergo Romani medio urbem recepisse, quod præteriit ut sæpe de aliis urbibus solet; f. Periz. anim. hist. c. 4.

am et Calatiam ab eodem captas; illa 'olscis, hæc et Nola in Campania d nihil obstat, quo minus Romani rsis locis gerere, et Samnites ı Volscis tum tenere potuerint, ut et Soram, (v. cap. 12. et 43.)"

dium pestilentia orta clavi cet. cf. 7, *essa* Aurunca. v. ad 8, 15, 1.— l. *Pontia*, ut ap. Diodor. 19, 111. Tib. 54. sed *Pontiæ* ap. Suet. Cal. on. Cass. 59. nam propr. tres vel uere insulæ in sinu Formiano s. , quarum præcipua et maxima icta *Pontia*, hod. *Ponza*. *Suessa et* *oniæ deductæ* pro vulg. *Suessam et* it mox *Interamna* cet. et sic de iisque coloniis ap. Vellej. 1, 14.), 3, 3. 34, 53. 39, 44. 40, 34. al. *nviros creavere* sc. coloniæ dedu-

9.)—1. *Profligato fere S. bello*, v. ad

dum Gallicos tumultus, v. ad 1, 4, 6, 1. — *reliquias belli persequente*, 7, 1.

torem C. Junium Bubulcum dixit: d dubie mancus, cujus lacunam Pigh. in Annal. ad a. 441. e fastis ta explent: *dictatorem C. Sulpicium* *is magistrum equitum C. Junium* *dixit*. — *agitat*, v. ad 2, 32, 2.

ura clara eo anno Appii Claudii ui postea *luminibus captus* (v. cap. hinc *Cæcus* cognominatus est. *utio* ap. Frontin. de aquæd. 5. in m libris *C. Fabius*, et in Diodori . *Claudius* substituitur. Cf. ad h. . l. l. et Aurel. Vict. V. I. c. 34. et ent. Rom. c. 8.

munivit (cf. ad 5, 19, 9.) Appiam *ongarum viarum* dixit Stat. Sylv. 2, porta Capena Capuam usque, tea a C. Graccho vel C. Cæsare to Brundisium usque producta ontin. et Victor. l. l. Strab. 5, 3, 233. 237. et 6, 3, 7. p. 283.

m in Urbem duxit Appiam. v. Fron- ips. de magn. Rom. 3, 11. Donat. R. 3, 18. Eam quoque *Claudiam* Eutrop. 2, 9. et Pompon. de or. . Sed *Claudia* plerumque dicitur, Caligula inchoatam consummavit Imp.

ob infamem atque invidiosam (quæ s multum invidiæ s. odii confla-verat, quod jam monuit Gron.) *senatus lectionem*, de qua cf. cap. seq. et inpr. cap. 46. Quod ibi traditur, memorandum erat h. l. ubi de censura Appii agitur. Ceterum de Livii errore v. ad cap. 46. n. 14. et de Appii censura Diodor. 20. *magistratu*, censura, *se abdicaverat*, cf. cap. 33, et Frontin. l. l. ubi alia adfertur causa.

8. *solus censuram obtinuit*, v. ad 3, 36, 12. et cf. cap. 33. 34.

9. *Potitii, gens*, (al. *Potitia gens*) *cujus ad aram Maximam* — *luminibus captum*, v. ad 1, 7. n. 5. et 14.

10. *religionem facere posset*, v. ad 2, 5, 4.

11. *memori Deum ira*, plane ut ap. Virg. Æn. 1, 4. *memorem Junonis ob iram*. h. e. (ut Heyne exposuit) Junonis memoris, cujus ira cum acceptæ injuriæ pertinaci memoria erat conjuncta, adeoque et ipsa ira *memor*; ut μνάμων μῆνις ap. Æschyl. Agam. 161.

12. *luminibus captum*, cf. not. 4. et ad 2, 36, 7.

CAP. 30.)—1. *ut tribuni militum seni deni* cet. v. ad 7, 5, 4. — *quæ antea* — *consulum ferme fuerant beneficia*, qui consulum fuerant *beneficiarii*, h. e. eorum *beneficio*, sive commendatione (ita *beneficium* ap. Cic. ad Div. 13, 35.) ad tribunatum promoti, aut pro potestate eorum ab ipsis creati: quales et ipsi *beneficia* dicuntur. Cf. Veget. 2, 7. Lips. et Ern. ad Tac. Hist. 1, 25. 3, 48. et Suet. Tib. 12.

2. *Tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus* cet. cf. qui eamdem historiam, etsi non plane eodem modo, narrant, Ovid. Fast. 6, 653-692. Valer. Max. 2, 5, 4. et Plut. in Problem. Rom.

3. *qui sacrificiis præcineret*: nullum vero sacrificium sine tibicine, a quo canendum erat in aurem sacrificantis, ne ab eo audirentur verba mali ominis, quibus sacra turbarentur. Cf. Cic. p. domo 47.

4. *Ejus rei religio tenuit senatum*, cf. ad 2, 5, 4. Mox prius *ut* ante *darent* superfluum videbatur Gron. Malim pro eo *qui* legere.

5. *consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum*, scil. onerandi eos *vino*, *cujus avidum ferme genus est* sc. hoc hominum, nisi potius *id* e quibusdam MSS. ante *genus* inserendum. Ab omni autem ævo cantores amarunt humores. — Mox delendam esse vocem *causa*, jam alii monuere.

6. *somno vinctos*, v. ad 5, 44, 6.

7. *ut triduum quotannis* ab Id. Jun. vel die Quinquatruum min. *ornati* stolis et personati *per Urbem vagarentur*; cf. Ovid. l. l. et Pigh. Ann. ad a. 442. — *in æde* Jovis.

CAP. 31.)—1. *Cluviam*, (oppidum incerti situs) *præsidium Romanum*, ubi erat *præsidium R.*, h. e. milites oppidi defendendi causa ibi locati: qui dicuntur *in præsidio esse*, vel *præsidio loci relinqui* 24, 40. ut dux

[redacted]

præsidio loci pressus 27, 42. Duker. ad 38, 11. et nos ad Tac. Ann. 2, 67, 1.

2. *nihil antiquius*, v. ad 1, 32, 3.

3. *Pentrorum Samnitium*, qui etiam memorantur 22, 61. et in Dionysii Hal. Exc. ed. Vales. p. 533. et trans Apenninum coluere, ut et Caraceni s. Caracini Samnites.

4. *Romanum nec acies subsistere*, v. ad 1, 4, 12.

5. *populando effusus exercitus*, cf. ad 1, 14, 7.

6. *in saltum avium*, cf. ad 10, 2, 6. Pighius ex Zonara 8, 1. conj. *in saltum Avernum;* is vero, si intellegendus est, qui lacum cognominem cingebat, longe distabat a Boviano, nuper expugnato, et a Samnio, in quo hæc gesta, (v. cap. 32 pr.) et situs est in Campania non procul a mari: quare mihi verius videtur, vel Zonaram deceptum errasse, vel alios, quam Livium, auctores sequutum esse; Drak. — *repente exortus*, ut passim *exoriri* et *cooriri* pro: ex insidiis consurgere, v. c. 21, 55. 22, 28. 25, 15. 16. 27, 27. 29, 34. 42, 15. — *ut quisque liberaverat se onere aptaveratque se armis*, ad arma sumenda adhibendaque; vel iis sumtis (ut *armis* sexto casu adcipiatur) aptaverat se pugnæ; vel leg. *apt. arma*, ut 5, 49. 10, 33. 22, 19. 44, 34.

7. *furto insidiarum*, furtivis insidiis, obculta earum fraude, ut *furto* 26, 39, 7. *f. diei* 26, 51. ac *furto et fraude agere* 43, 10. *furtum* dicitur, quidquid furtim s. clam fit, et *furari*, ut κλέπτειν, clam aliis quid facere. Cf. ad Sil. 6, 70. 7, 136. 487. 17, 90.

8. *imminentem hostium aciem*, v. ad 8, 23, 8.

9. *loca difficilia* (v. ad c. 24, 1.) *hosti*, ab hoste, *quæsita*.

CAP. 32.)—1. *Sutrio, quæ urbs socia Romanis*, v. ad 6, 3, 1. — *claustra Etruriæ*, ut *compedes Græciæ* 32, 37, 2. Cf. 6, 9. 42, 67. 44, 7. 45, 11. ad 37, 15, 1. et ad Tac. Ann. 2, 59. 12. Pro *claustra* quidam MSS. *claustrum:* sed *erat* ad *urbs* refertur; Str.

2. *Sutrini commeatus benigne — advexere*, cf. ad 3, 63, 2. — *celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus*, cf. 22, 38 extr. Herodot. p. 596. (γνοὺς ὡς ταχύτερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα εἰργασμένος εἴη) et Schæf. ad Longi Pastor. p. 374.

3. *extemplo tesseram dari jubet*, v. ad 7, 35, 1.

4. *prius sol meridie se inclinavit*, ut *meridies inclinat* (se) pro: dies vergit ad obcasum ap. Hor. Od. 3, 28, 5. ubi Mitscherl. jam monuit, non nimis stricte hæc adcipienda, sed de die magnam partem præterlabso cogitandum, formatam autem hanc locutionem esse ad Græcorum rationem esse, quibus, æqua utrinque diei lance, μεσημβρία σταθερὰ ἵστασθαι, meridies stare, sole in summum cœli fastigium evecto, exquisite dicatur. Cf. ad 4, 9, 6.

5. *nec prius inclinata res est*, cf. ad c. 12. n. 2.

6. *recentibus subsidiis fulta acies*, v. ad 2, 20, 2.

7. *subsidiariis modo relictis;* qui *subsidiarii* primæ aciei obponuntur etiam 6, 8. 9, 27, 34, 15. Sed si *subsidiarii relicti* fu
video, quomodo prima acies, q
ante dixit, non *subsidiis fulta* fu
Subsidiarii inmoti sedisse, nec j
subcessisse videntur; Str.

CAP. 33.)—1. *familia, quæ velu*
tribunis ac plebi erat, perpetuis c
taminibus (fati quadam necessi
nata et adsueta; Ern. Cf. ad 5,
τὸ *tum* non modo supervacuum
ineptum est, debeturque Froben
nibus MSS. et antt. edd. est *cum*
risque *plebe*. Ingeniose conj.
nata (possis et *facta*) *litibus cum*
Aliquid excidisse putabat Str
fatalis litibus cum t. ac plebe, v
fatalis lis cum cet.

2. *Æmilia lege finitum*, defin
stitutum. cf. 4, 24.

3. *non popularem magis*, id. qd.
vulgus gratiorem, (cf. ad 2, 8, 1.)
muniter, omnibus, vel potius v
(v. ad Tac. Ann. 1, 76, 5.) n
quam optimo cuique, (quoniam e
et duplex est h. l. ejusdem vo
constructio, ut sæpe ap. Taci
Tac. Ann. 1, 7, 23.

4. *longinquitate potestatem dom*
4, 24. *diuturnitate temporis nimiam*
lem, sed pæne regiam) *intra a*
spatium, v. ad 32, 2, 4. — *mag*
ad 3, 18, 3.

5. *nam etsi tenuerit lex Æmilia*
quia bis de illorum magistratu
pulus, primum comitiis censo
suram in quinquennium obtine
legem ferente Æmilio Dict. u
in XVIII menses: itaque videri
legem in eos tantum censore
fuerint; Sigon. Glareanus l
verba intercidisse putabat. cf.
neuter cavillationis vim percep
v. ad 10, 47, 3.

6. *quodque postremum jussisset*
tum in quinquennium creati ce
nisi in XVIII menses obtine
Cf. ad 10, 47, 3.

7. *qui post eam legem latam c*
essent: " quasi hi iterum æqu
alii in quinquennium creati es
lex Æmilia tantummodo ad c
temporis pertinuisset. Ceteru
ante *creati* excidisse videtur *opt*
lege optima;" Str. Recte, op
cap. seq. probabile fit, oratio
obscuriorem esse, quia ea pars i
ad quam maxime pertinuit App
quam tribunus ibi refellit. C
n. 8. Sed v. ad 10, 47, 3.

CAP. 34.)—1. *En, inquit*, sc.
nius trib. pl.

2. *obruerunt eum male parta* —
ad 6, 14, 6.

[redacted]

s *vi atque injuria* — *comparastis*, cf.
. 32. 33. — *propter quam duo exer-
titmum insedistis*, v. 3, 51 sq. —
nobres leges cet. v. 6, 39 sq. — *hæc
Patrum et plebis interrupit*, v. 4, 1 sq.
ibi ad curules magistratus iter obsepsit,
, 40.
simus jam annus: quem *jam* præ-
gnificat; Sigon. Proprie jam erat
XIV. Cf. 4, 24.
r antiquæ abrogat nova lex : al. non
quam abrogat, sed perperam *anti-
t*. Cf. ad 4, 58, 10.
finitæ potestatis, ob iram vel ab ira,
otestatem non tam certo, quam
mporis spatio circumscriptam, v.
i. — *ærarium fecerunt*, v. ad 4,

centum annorum spatium, cf. not. 4.
ptimo jure censor creatus esset cet.,
optimo jure vel *optima lege* et *con-*
i. e. ea, quæ plenissimum jus
rei s. muneris adfert, quæ, ut
go dicitur, cum omnibus privile-
rogativis conjuncta est : formula
ne magistratuum sacerdotumque
solita. v. Ern. clav. Cic. v. *jus*, et
optima lex, cujus tamen verba, si
res transferantur, cum h. l. vix
poterunt. "Omnis Appii fallacia
r circa hanc formulam meram
, quales et hodie sunt multæ,
s *Rechten und Vorzügen*, quæ sæpe
præter verba: quibus inhærere,
a postulare, quæ posita sint in
um foret;" Stroth. Quæ hic
m animadvertit Gron. cujus nota
mula hac abutebatur ad libidinem
pius : Ajebat se censorem optima
tum : ex ea formula quinquen-
i censuram deberi : eam enim de
ptimam legem esse, non legem
. Respondet vere tribunus, post
niliam promulgatam nibil extra
sex et anni spatium largiri eam
censoribus. Perinde facere Ap-
i rex sacrorum, captans argutias
llo regni, quod et ipse optimo
reatus sit, omnia jura omnem-
tatem et imperium Romuli ce-
s regum sibi adrogare velit;
m optimam legem de rege Ro-
, quæ de imperio Romuli rogata
adcepta initio Urbis conditæ.
ec interpretatio valeret, inter-
que ac dictatores maxime clavi
t ludorum causa dictos, quippe
s ut qui optimo jure, eadem
d potestatem sibi augendam."
47, 3.
ius regni nomen, urgens, adrepto
m argumento. Forte leg. *om-
nis*; certe punctum post *dicat*
. — *semestri dictatura* cet. v. ad

10. *Quam isti* Appio (δεικτικῶς) *stolidos ac socordes videri creditis*, Quirites; ad quos oratio se convertit ab Appio. — *vitio creati*, v. ad 5, 17, 4.

11. *Nuper intra decem annos C. Mænius Dict.* cet. cf. cap. 26. Pro *X annos* leg. *V. annos*; Jac. Gron. Alii putant, Livium in annorum ratione varios auctores sequutum esse. Cf. tamen ad cap. 18. n. 10. — *contagio ejus criminis*, (v. ad 2, 5, 3.) *quod quærebat ipse*, cujus ipse quæsitor erat, vel quæstionem exercebat. Cf. ad 2, 29, 3.

12. *obviam iret crimini*, criminationi. — — *Nolo*, non postulo, *ego istam in te modestiam* cet. acerbe dicta.

13. *An conlegam subrogabis* cet. 5, 31.

14. *Pœnitet enim* (v. ad 2, 54, 16.) *quod antiquissimum sollemne* sacrum Herculis, *et solum* — *exstincta est*, cf. cap. 29. et ad 1, 7, 5. — *religiosus censor* amara cum inrisione dicitur.

15. *gens* (Potitia) *antiquior* cet. v. 1, 7. — — *hospitio deorum immortalium*, propr. unius tantum Herculis, hospitio ab ea et Evandro excepti: sed res invidiose augetur.

16. *nisi universam remp. eo nefario scelere* (ita non poterat non dicere Livius, quia *nefas* ablativo caret; Ern.) et sic simul pœnæ divinæ (quam et gens Potitia et ipse Appius luit; de quo v. cap. 29 extr.) *obstrinxeris*, ejus participem reddideris, ut 10, 38. et 26, 48. Sic et *inligare* 31, 25. 32, 21. al. *obstrinxeris* sc. ad id expiandum; Doer.

17. *Urbs eo lustro capta est* — *subrogavit*, v. ad 5, 31.

18. *quod dies exit censuræ*, al. *exiit*; forte rectius. Sic et *induciarum dies exiit*, h. e. tempus earum finitum est 4, 30. 30, 24, 5. 42, 47 extr. conl. 4, 58 pr. *stipendii* (solvendi) *dies exierat* (qui nobis *terminus* dicitur) 22, 33, 4. — *non modo* non *manu violatum* cet. cf. ad 1, 40, 1.

19. *confecerint legitima suffragia*, v. ad 3, 64, 3.

CAP. 35.)—1. *consulique Fabio imis montibus*, ad radices montium, *ducenti exercitum*, (cf. ad 1, 23, 4.) — *si qua* ratione vel parte (v. ad 3, 70, 2.) *posset* scil. *tentare munitiones:* nam *tentare aliquem* vel *aliquid* est experiri, quo animo sit vel qualis et quale illud sit, ut 26, 24. 28, 45. 40, 5. al. vel num id consequi possis (ut 4, 10. 21, 12. 44, 45.) sive precibus, sive fraude, sive vi: hinc solicitare ad defectionem cet., aut adoriri, obpugnationem tentare s. moliri, obpugnare, ut h. l. 24, 7 pr. (nisi ibi est solicitare) 31, 46. 33, 5. 45, 11. Cf. ad 10, 16, 1.

2. *fluctuantemque et instabilem aciem*, v. ad 3, 60, 7.

3. *Sed equites Romani prævecti*, prætervecti; Str. (cf. ad 1, 45, 7.) Immo vulgari sensu dicuntur *prævecti*, prævertentes celeritate

equorum agmen hostium, ut *prior prævenit* cap. 23. — *per obliqua campi* itinera, per obliquos campos, vel oblique viam trajiciendo in campo. Cf. ad 2, 39, 3, et 4, 27, 1. Inf. 21, 34 extr. *obcursantes per obliqua*, ex transverso, ab utraque parte, oblique, ut *per obliquum* ap. Hor. Od. 3, 27, 6. vel *ex* et *ab obliquo*.

CAP. 36.)—1. *quam nuper fuere Germanici saltus*, Hercynii, in quibus Cæsar Germanos quæsivit, quosque patefecit Drusus. v. Flor. 1, 17. 3, 10, 14. et 4, 12, 27. — *nulli adita*, v. ad 5, 12, 5.

2. *nondum memoria aboleverat*, v. ad 1, 23, 1.

3. *consulis fratrem M. Fabium* sc. nonnulli, *Kæsonem alii* cet. nisi leg. *consulis frater M. Fabius, Kæsonem* cet. vel cum aliis *consulis frater M. Fabium*, cet. Male quidam *M. Fabium Kæsonem alii:* nam *Kæso* est prænomen. Cf. Flor. 1, 17. et Frontin. Strat. 1, 2, 2. qui *adhuc incognitas fuisse Romanis ducibus sagaciores explorandi vias* dicit.

4. *Habeo auctores* cet. v. ad 2, 58, 1.

5. *Etruscis literis*, origine Græcis, (v. Garii Epit. Musei Etrusci p. 106.) *erudiri solitos*; cf. Cic. de Div. 1, 41 extr. Val. Max. 1, 1, 1. Fontanin. de antt. Hortæ 1, 7. — *coque*, v. ad 1, 11, 6.

6. *nomina principum in populis adcepere*, percunctati sunt; Doer. Quæ vis verbi apta est, sed vix alio exemplo firmari poterit.

7. *agrestibus telis*, securibus, (cf. ad 1, 40, 7. et 3, 50, 1.) nisi potius horum epexegesis sit *falcibus gæsisque*; Str. De *gæsis* v. ad 8, 8, 3. — *consulis verbis*, nomine et mandato, ut not. 9. 26, 6, 7. et 37, 36, 4.

8. *tumultuariæ a. Etruscorum cohortes*, v. ad 1, 37, 4.

9. *legati cum duobus tribunis pl.* quod notandum. — *senatus verbis*, v. not 7.

CAP. 37.)—1. *profligatum bellum*, v. ad 3, 50, 5.

2. *non Etruriæ modo populos, sed* etiam. v. ad 1, 40, 1.

3. *ad instruendum*, v. ad 3, 8, 5. Al. *ad instruendam*.

4. *Samnitium bella extollit, elevat Etruscos*, v. ad 3, 21, 5. — *telum* (v. ad 3, 50, 1.) *aliud obsultum sciturus in tempore*, (v. ad 2, 47, 4.) quod *similabatur* quidem, *ut animus militum m. t. restitueretur*, sed *verisimile* videbatur, *quod sine munimento consederant hostes* et hinc facile poterant obprimi. — *His ambagibus* v. ad 1, 55, 6.

5. *ad vallum proruendum f.* i. cf. ad c. 14. n. 7.

6. *sopitos mansos quietis*, v. ad 1, 41, 6. et 8, 6, 3.

7. *ad arma trepidantes*, v. ad 1, 14, 6. et 3, 40, 4.

8. *Ad castra, ad silvas diversi*, alii ad castra, alii ad silvas, *tendebant*, v. ad 3, 60, 1. et 4, 19, 1.

9. *quidam auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

10. *tam infesto saltu*, v. ad 1, 7, 7.

CAP. 38.)—1. *multa alia castella vicique*, v. ad 5, 5, 2. — Mox *socii navales*, qui nautæ vel *remiges* et sunt et dicuntur, (cf. 21, 50. 22, 19. 24, 11.) sed nonnumquam milites classici fiunt (v. 26, 17. 27, 17. Schweigh. ad Polyb. 10, 17, 12. et 10, 35, 5.) vel armati operam militarem præstant; *οἱ ἐκ τοῦ στόλου* ap. Polyb. 3, 76. Cf. inf. 21, 49. 50. 61. 22, 11. 31. 23, 21. 40. 26, 35. 48. 28, 36. ad 45, 2, 1. Polyb. 6, 19, 2. 3. (ubi docet, cives, infra quatuor millia æris censos, ad nauticos usus reservari solitos esse, sed, casu graviore urgente, eosdem quoque pedibus meruisse) Lips. mil. Rom. 5, 18. Scheffer. de mil. nav. 2, 3. Schel. ad Hygin. p. 1057. Sigon. de ant. jur. prov. 2, 6. Noodt. de jurisd. 1, 13. Socii navales conscribebantur ex libertinis, quia hæc minus honorata erat militia. v. 36, 2. 40, 18 extr. 42, 27. et 31. Scheffer. de mil. nav. 2, 4. "Sed præter hos Romanos etiam alii sociis imperabantur, sc. sociis maritimis Italiæ, qui usum rei nauticæ habebant, et Romanis etiam naves ex fœdere dare tenebantur; unde 43, 12, 4. *Italia* (post quæ verba numerus excidit) pro ex sociis Italicis. Duas partes Romanorum, tertiam sociorum fuisse, scribit Livius 42, 31. Sed ex solo hoc loco non confici potest, id semper servatum fuisse. Duk.

2. *quum occidione occidi possent*, v. ad [illegible] 51, 9. Mox parum venuste repetitum *obciderunt*. Forte leg. *ceciderunt*.

3. *avidam ulteriorum*, plura et majora adpetentem, ut *inventis ulteriora petit* ap. Ovid Am. 2, 9, 10.

4. *belli Romani* conficiendi *decus*, gloriam vel gloriam ex bello, cum Romanis feliciter gerendo, redundantem.

5. *ad obterendum C. Marcium*, perdendum, aufreiben; D.

6. *fama in Romanos vertit*, cf. ad 2, 3, 2.

7. *in quo tum summa rei bellicæ ponebatur*, v. ad 3, 5, 6.

8. *omnibus infestis*, quum omnia essent intuta. v. ad 1, 7, 7.

9. *memoriam simultatium patriæ remitteret*, v. ad 2, 35, 5. — *nocte deinde silentio* — *dixit*, v. ad 2, 18, 3. 8, 23, 12. — *obstinatum silentium obtinuit*, v. ad 3, 36, 12.

10. *legem curiatam de imperio ferenti*, (v. ad 4, 58, 10. et 5, 46, 8.) *triste omen diem diffidit*, v. ad 8, 23, 13.

11. *Faucia curia fuit principium* cet. v. ad 3, 51, 3.

12. *Macer Licinius* (cf. ad 4, 7, 7.) *tertiæ clade*. — *abominandam*, mali ominis, *eam curiam facit*, sc. memorans, eam illo quoque

tempore prærogativam fuisse. Perperam Ernesti h. l. *curiam* adcepit de loco, in quo senatus sit habitus.

CAP. 39.)—1. *auspiciis repetitis pertulit legem*, v. ad 5, 17, 4. — *ad terrorem traducti* cet. v. ad 1, 5, 5. et 1, 7, 7.

2. *ad Vadimonis lacum* in Etruria, (h. *Lago di Bassano*, de quo v. Fontanini in antiq. Hortæ) natantibus insulis admirandum. v. Plin. 2, 95. Polyb. 2, 20. Plin. Ep. 8, 20. et Sen. quæst. nat. 3, 25.

3. *lege sacrata*, v. ad 4, 26, 2. — *quum vir virum*, quilibet miles commilitonem, *legisset*, neque electo ex lege sacrata licuisset militiam detrectare; de quo v. Drak. Cf. inpr. 10, 38 extr. Alio sensu hæc dixit Virg. Æn. 11, 632. exemplo Hom. Il. 4, 472.

4. *ne nudentur propugnatoribus signa*, id. qd. *antesignanis*. v. ad 2, 20, 3. — *ab ultimis subsidiis*, v. ad 2, 20, 2. — *ad ultimum laboris ac periculi ventum est*, cf. ad 2, 56, 4. Forte leg. *ad extremum*, ne eadem vox bis posita sit. Sed v. ad 1, 3, 8.

5. *omissis equis*, ut *relictis e.* 7, 7 extr.

6. *utcumque adfecta erat multitudo*, cf. ad 5, 10, 6.

CAP. 40.)—1. *scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt*; cf. ad Sil. 2, 432. (*lævum clipei latus asperum signis*) 3, 32. 31. 11, 277. Sed leg. *cælaverant*, et paullo ante *fecerant*: mox variato scribendi genere dicitur *summum latius* sc. scutum, q. e. summa pars ejus, et deinde, adjectivo *cuneatior*, quo noster etiam 44, 4. utitur, ad voc. *forma* adcommodato, *ad imum cuneatior*: forma igitur scuti ferme triangularis; et *fastigio æquali* ad pectus humerosque refertur; Stroth. "Romanos a Samnitibus usum scuti didicisse, tradit Athen. 6, 21. p. 273. (6, 106. ed. Schweigh.) et Itanum Samnitem primum fabricasse scutum, Clemens Alex. Strom. l. l. p. 307. et ex eo Euseb. Præp. 10, 6. sed forte is fuit Tritanus *in gladiatorio ludo Samnitium armatura celeber* ap. Plin. 7, 20. et scuti gladiatorum Samnitium inventor;" Duk. Cf. Lips. mil. Rom. 3, 2. Salmas. ad Vopisci Firm. c. 4. et in exercit. Plin. p. 26.

2. *Spongia pectori tegumentum*, thoracis genus, ab externa forma et spongiæ similitudine, opinor, ita adpellatum; Doer. Cf. Lips. Mil. Rom. 3, 6. et Saturn. Serm. 2, 11. qui intellegit thoraces laneos s. coactiles, (θώρακας πιλητοὺς ap. Suid.) e lana coacta, (πιλήμασι s. πιλωτοῖς, coactilibus, Gall. *feutre*, Germ. *Filz*) quæ, si addatur acetum, etiam ferro resistit. (v. Plin. 8, 48. s. 73. ibique Intpp.) Tales fuere *spongiæ*, quas Tertull. retiariis, et *baltei*, quos Samnitibus, alii gladiatorum generi, una cum tota armatura, h. l. descripta, tribuit Juvenal. 6, 256. unde et hi gladiatores *Samnitium nomine compellat.*; quod Livius mox tradit. Cf. ad Juvenal. l. c. et Lips. ll. ll.

3. *sinistrum crus ocrea tectum*, v. ad 8, 8, 7.

4. *galeæ cristatæ*, κόρυθες ἱπποδάσειαι, *quæ speciem magnitudini corporum adderent*, speciem magnitudinis c. augerent; more heroum, quorum tamen cristæ simul ad horrorem incutiendum valent, δεινὸν λόφος καθύπερθεν νεύει. Cf. ad Sil. 13, 143. Idem tamen poëta 8, 419. Sabinis, a quibus Samnites originem ducebant, *conos inplumes*, h. e. galeas sine cristis, tribuit.

5. *auratis militibus* et *argentatis*, h. e. quibus erant scuta auro et argento cælata. Sic et Livius mox *militem cælatum auro et argento* dixit. Cf. ad 4, 16, 2.

6. *horridum militem esse debere*, cf. ad Juvenal. 2, 11. 12. 8, 114 sq. et 14, 194 sq. — *nitentia ante rem* gerendam, pugnam.

7. *Prior* (prius) *forte Junius* Bubulcus mag. eq. — *sacratos milites*, v. ad c. 39. n. 3. — *eoque*, v. ad 1, 11, 6.

8. *eos se Orco mactare*: quo dicto adludere videtur ad nomen *sacratorum* militum; Str. Cf. ad 4, 26, 2.

9. *haud dubie inpulit aciem*, v. ad 1, 14, 8.

10. *dominis argentariarum* (non, ut in MSS. et antt. edd. *argentariorum*) scil. tabernarum; quæ (v. 26, 11. 27. 40, 51.) ut omnes fere tabernæ, in foro erant. v. Ind. et ad 3, 27, 3. 7, 21, 3.

11. *quum tensæ ducerentur*, (v. ad 5, 41, 2.) vel ludi ederentur stati et publici, Romani, Florales cet., *ædiles* signis tabulisque *ornabant forum* et plateas, per quas pompa circensis ducebatur. v. Cic. Verr. 1, 54. 3, 4. et Nat. D. 1, 9.

12. *Campani — gladiatores eo ornatu armarunt Samnitiumque nomine conpellarunt*, eorumque exemplo Romani. Cf. not. 2. Verba *ornatus, ornamenta* et *ornari* ad armaturam quidem referri, sed ad ceteram potius et externam, quam ad gladios aut tela eaque arma, quæ sint ad vim faciendam, monet Ernesti in Exc. ad Suet. Tit. 9. et Tac. Hist. 3, 63. Qualis h. l. *ornatus* designetur, patet ex not. 1—4. Verba tamen illa, ut synon. *armare* et *armamenta*, de omnibus, quibus aliquis *instruitur* vel instructus est, rebus et armis adhibetur. Cf. 1, 43, 16. 7, 14, 5. 21, 50. (ibi et 40, 26, 4. *ornata classis*, ut *instructa* 22, 19 pr. et al. *armata*, est omnibus necessariis instructa, *ausgerüstete Flotte*) 24, 48. 35, 23, 4. (ubi *arma equestria* sunt Germ. *Pferdegeschirre*) 40, 47. 44, 1. Cic. Cæcin. 21. sup. ad 6, 5, 3. et inf. ad 21, 49, 7. 42, 45, 4. Hinc et *per ornamenta* (arma) *percuti* et *feriri* dixit Sen. Ep. 14. et nat. quæst. 4. in præf. eamdemque ob causam *ornari provinciæ* 40, 36. earumque magistratus dicuntur, quum decernuntur his a senatu exercitus, stipendia, legati, viaticum, instrumenta prætoriæ domus, magistratus minores, comites, minis-

tri aliaque necessaria: nisi hæc potius pertinent ad *ornatum* magistratuum provincialium, quo et spectat Græca loquendi formula κόσμον τῇ ἀρχῇ προστιθέναι. Cf. ad 42, 1, 5. Ernesti clav. Cic., Sigon. ant. Jur. prov. 2, 11. et Intpp. Suet. Cæs. 18. *Ornati armatique* junguntur 27, 12, 5. nisi posterius verbum glossatori debetur. — — *quod spectaculum inter epulas erat:* quem barbarum morem Campanis etiam tribuunt Sil. 11, 51 sq. Strabo 5. p. 175. Athen. 4, 13. Eumdem adsciverunt Romani. v. Lips. Sat. Serm. 1, 6. *quod spectaculum* pro *quorum s.* nisi ita leg. vel *spectaculum* ipsi dicuntur gladiatores, qui spectaculo sunt aut illud præbent.

CAP. 41.)—1. *Nuceriam Alfaternam,* (v. ad Sil. 8, 532.) *tum pacem petentes,* v. ad 3, 47, 1. — *quum daretur,* v. ad 3, 21, 3.

2. *neque ejus pugnæ memoria tradita foret,* forte leg. *ea pugna memoriæ t. f.* Gron.— — *castella,* v. ad 5, 5, 2.

3. *circumferendoque passim bello,* v. ad 1, 38, 3. 1, 53, 3. et 9, 45, 9. Sic et *circumferre ad singulas urbes arma* 28, 3 pr. 30, 9 pr. et *spargere bellum* h. e. diversis locis, vel dispersis divisisque copiis, vel vagando bellum gerere. Cf. ad Tac. Ann. 3, 21, 4.

4. *nomen omne Etruscum,* v. ad 1, 10, 2.

5. *binæ tunicæ in militem exactæ,* cf. ad 8, 36, 9. — *gentis integræ a cladibus belli,* nondum iis fractæ, adeoque integris adhuc gaudentis viribus, *unversehrt;* Doer.

6. *in agro Pupiniensi,* v. ad 26, 9, 8.— — *expertis a Gallica clade,* a Gallis inlatæ, adceptæ. Præpositio *a* abest a multis MSS. et recte forsan. — *quid laxamenti,* cf. ad 2, 24, 4.

7. *Plaga una; Materinam ipsi adpellant:* h. l. pars exercitus hostilis, forte Gr. πλαγία, acies quadrata parte altera longior; Glar. Est pagus vel tribus; Str. Tractus s. pars Umbriæ; Duker. *Plaga amplissimum spatium vel cœli vel agri,* Non. Marc. c. 4. Proprie est regio s. pars Umbriæ, et h. l. pars militum ex ista plaga conscripta, ut *civitates* ap. Justin. 2, 12. sunt milites navesque ab certis civitatibus contributi; Jac. Gron. Eodem modo nomina regionum et urbium sæpe pro earum incolis ponuntur; Drak. Cf. ad 3, 47, 1. *Pars illa Umbriæ ignota.* Cf. ad 3, 50, 1.

8. *qua in Tuscis qua in Samnio,* v. ad 2, 35, 3.

9. *exiguam adpendicem Etrusci belli,* exiguas Umbrorum copias viresque Etruscis eorumque copiis majoribus junctas, quasi adcumulatas. Cf. ad 7, 30, 3. et 21, 5, 9.

10. *concentu tubarum ac cornuum,* iis concinentibus, ut c. 32. et 30, 5. Cf. ad 7, 40, 4. Plenius aptiusque quidam MSS. *ante concentum t. ac c.* neque enim signa canebant ante imperium; Gron. Interdum tamen in magno ardore militum ali... factum legi inf. c. 43. ap. Flor. 4, 2, 66 ... et Hirt. de b. Afric. c. 82. monet Duk. — — *cursu effuso,* v. ad 1, 14, 7.

11. *scutis magis, quam gladiis,* (qui non ... so pugnæ initio adhibebantur, ne cit... redderentur inutiles) *geritur res: umboni... incussaque ala sternuntur.* — *res;* cf. ad 4, ... 9, 4. inpr. 30, 34, 4. Polyb. 15, 13, 1. (ubi ... Schweigh.) 15, 15, 8. 15, 16, 3. *Ala ... humeri pars posterior* Isidor. Orig. 11. ... ea pars humeri brachiique, qua adjutri... in conflictu et pugna cominus clypeus ... hostem inpellitur; Lips. mil. Rom. 3, ... Dum humeris contra hostes nituntur; S... Humero obverso, in hostem oblique nix... veluti quum hodie veruto (Bayonette) ... brachium obliquato pugnant, *mit gefällt... Gewehre;* Bauer. Cf. ad Sil. 4, 352 sq. ... 9, 322 sq.

CAP. 42.)—1. *Fabius victor belli,* in bell... *alienæ sortis,* quod sorte evenerat alii, s... conlegæ; Str. — *in suam provinciam,* c... ad 2, 40, 9. — *Itaque ei senatus prorogat imperium,* proconsulare dedit. "*senatus,* ... e. populus interveniente decreto senatus nam imperium a populo prorogabatur comitiis tributis; sed sæpe ex SCto;" Duk... Cf. ad 32, 28, 3.

2. *comitiaque ejus ab L. Furio trib. pl. interpellata, donec se censura abdicavit,* forte *abdicarit.* Nota Duk. est: "Tribunus intercessit, ne quid comitiis consularibus a populo peragi posset: nam tribuni pl. non poterant intercedendo efficere, ut consule... comitia centuriata convocare non possent. Id Gruch. de comit. 1, 4. probat ex Liv. 7, 17. Dionys. 8, 90. et Epit. Liv. CV. Est tamen ratio nonnulla dubitandi de eo ex Liv. 6, 35. nisi hoc ita adcipiendum est, convocata quidem esse comitia centuriata, verum sine effectu propter intercessionem tribunorum plebis: quod in re idem erat, ac si plane nulla habita fuissent. Idque ex eo probabilius fit, quod in comitiis, quæ legum ferendarum causa habebantur, tribuni pl. non intercedebant, nisi quo die populus legis jubendæ causa convocabatur. cf. 6, 35. Et eamdem rationem in mulctarum certationibus ad populum obtinuisse, ex 25, 5. conligitur."

3. *Sallentini hostes,* cf. ad 10, 2, 2. — *ut urbanis artibus opes augeret,* v. ad 1, 4, 1. 9, 46, 15. 10, 15, 13. — *quando,* dum.

4. *Volumnium provinciæ haud pœnituit,* v. ad 2, 54, 16.

5. *cum singulis vestimentis* cet. v. ad 3, 19, 9.

6. *sub corona veniere,* v. ad 2, 17, 3.

7. *omnes Hernici nominis,* v. ad 1, 10, 2.

CAP. 43.)—1. *Hernicisque aliis bellum jussum erat* a populo, qui *jubere* et *sciscere* dicitur, ut senatus *censere* et *decernere.* Cf. 41,

7. et 42, 36. Hinc *populus jussit de pace* 30, 43, 2. et *de bello* 38, 45. sed et *bellum senatus jussisse* dicitur 6, 14. et 42, 33, 3. quod Duker. explicat de SCtis post jussum populi (38, 45.) factis de genere ac numero militum cet. *Hernicis bellum jussum* sc. fieri, ut plene 9, 45. et eodem modo *bellum senatus Perseo jussit* 42, 33, 3. et *bellum regi eorum et senatus decresset et populus jussisset* 42, 36, 1. quibus locis *cum Perseo* et *cum rege* (ut 31, 8. 36, 2.) conj. Gron. Sed ita quoque subplendum esse *sumi*, ut 36, 2. vel *esse*, ut ibidem, vel *geri*, *fieri* cet., monet Drak.

2. *suspensi de statu alterius* (v. ad 2, 32, 5.) *uterque consul ageret*; cf. ad 7, 24, 2. Vocem *uterque* ita et cum sing. et cum plur. jungi, haud placet. Non male cod. Rottend. *nuntius non posset. Per aliquot — agere, Romamque is metus munarat.*

3. *ad subita rerum*, v. ad 4, 27, 1. — — *justi exercitus*, v. ad 6, 13, 3. — *bellum nequaquam pro præsenti terrore* cet. v. ad 7, 33, 2.

4. *singulis in militem tunicis*, ut not. 10. v. ad 8, 36, 9. — *rejecti*, v. ad 2, 22, 4. — *cui permissum de Hernicis erat* sc. statuendi arbitrium; ut *senatui de re permittere* 33, 13. 36, 35. et *inter permittentes in vicem* 37, 52. quum uterque alterius arbitrio rem permitteret; Ern. Cf. ad 38, 32, 2.

5. *gentem in deditionem adcepit*, v. ad 8, 20, 7.

6. *locis inpeditior erat*: proprie loca inpeditiora erant ad iter faciendum, vel ejus iter inpediebant. Cf. 21, 9, 1. et ad 5, 16, 2. Similiter *inpedita loca* pro inviis 9, 2, 5. 25, 11, 2 al. et *munitionibus alium inpedire* pro inpeditiorem reddere 36, 16 pr.

7. *ut qui ne alteri quidem exercitui* cet. cf. ad 8, 30, 7. — *conjungi utique passi*, si passi essent. v. ad 5, 2, 7. Ante *conjungi* forte excidit copula *et*, certe subplenda est.

8. *Jam triginta millibus hostium cæsis*; Stroth. ad h. l. et 10, 45 extr. "Auctus est sine dubio et h. l. et alibi cæsorum hostium numerus. E Samnio, quæ regio magnitudine vix terris Saxonicis par erat, intra 29 annorum spatium cæsi sunt ad 250000. capti ultra 60000. Namque 190000 cæsi nominatim referuntur a Livio, præter illos, quos, numero non relato, ingenti multitudine cæsos ait, ut 7, 33. 37. 8, 36. 39. 9, 13. 23. 40." Cf. quæ ipse Livius de hac re disputavit 6, 12.

9. *malo tirocinio inbuendum Samnitem*; nos: *man müsse den Samniter übel in die Lehre nehmen*: tironibus enim constabant novæ hostium cohortes; Doer.

10. *singulis in militem tunicis*, v. ad 8, 36, 9.

11. *statuaque equestris in foro decreta est, quæ — posita est*: immo leg. *decreta ei*, quod et monuit Gron. Cf. ad 8, 13, 7. — *quæ ante templum Castoris posita est*, cf. Cic Phil. 6, 5. Plin. 34, 6. et Pigh. Ann. ad a. 447. p. 375. — *quia maluerunt* suas leges retinere, *quam civitatem* Rom. adcipere, *suæ leges redditæ*; (relictæ, ut 8, 14.) *connubiumque inter ipsos permissum*, ut liceret Alatrinati Verulanam aut Ferentinatem ducere et vice versa, *quod* illi *aliquamdiu Hernicorum soli habuerunt*, quum contra reliquis Hernici nominis populis non liceret enubere ex sua cuivis civitate; Str. Contra *Anagninis concilia connubiaque adempta*. v. ad 8, 14, 9. et 23, 20, 1. Docta est super h. l. disputatio Dukeri, ex qua hæc excerpimus: "Ex Dionys. 8, 69. conl. 9, 5. 35. 67. et Liv. 2, 64. 3, 4. 22. suspicari licet, Hernicis jam olim jus civitatis, invito senatu populoque Rom., a Sp. Cassio III consule datum, deinde ademtum fuisse; vel eos, quum auctor illius non ita multo post subplicio adfectus fuisset et res in magna invidia esset, sponte eo abstinuisse. Atque ea causa esse potest, cur Livius 2, 41. fœderis tantum cum Hernicis icti, non civitatis tum iis datæ mentionem faciat.— — Hunc locum tractarunt Sigon. de ant. jur. Ital. 2, 7. et Spanhem. Orb. Rom. 1, 12. Ille scribit, municipiis, quibus subfragium non dabatur, suas leges permissas; quæ subfragio ornabantur, legibus Rom. obstricta fuisse. Hic vero, auctoribus Cic. et Gellio, qui municipia non aliis legibus Romanorum obstricta fuisse tradunt, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, negat, municipia cum jure subfragii continuo suis legibus spoliata fuisse; et paullo post addit, negari non posse, quod vel ex h. l. Liv. pateat, eam fuisse municipiorum aliquot conditionem, ut cum Romana civitate Romanorum legibus, amisso legum suarum arbitrio, deinceps obstricta forent. Ex his disputationibus non plane intellego, quodnam fuerit vetus jus municipiorum illius temporis, de quo hic agit Livius: quem locum lubricum esse, vere dicunt viri docti. Nam mihi de jure municipiorum sine subfragio omnia alia, atque illi voluerunt, ex Livio conligi videntur. Quum dicunt, municipia, quibus civitas Rom. cum subfragio dabatur, simul cum illa leges Rom. adcepisse, eo ipso pro certo ponunt, *Alatrinatibus*, *Verulanis et F.* civitatem cum subfragio oblatam fuisse. Hoc non diserte quidem tradit Livius; sed probabile est, his fidelibus sociis plus tributum fuisse, quam rebellibus Hernicorum populis, quibus *civitas sine subfragii latione data*. Sed illi, ne leges suas amitterent, munere illo uti noluere. Unde consequens est, eos, qui civitatem Rom. cum subfragio adcipiebant, etiam leges Rom. una cum civitate adcepisse. Sed qua ratione putaverint ex h. l. Liv. intellegi, eos, quibus civitas sine subfragio dabatur, leges suas retinuisse, non adsequor, et contrarium potius ex eo confici existimo, quod

Anagninis ceterisque Hernicorum populis, qui defecerant, cum civitate sine subfragio data *magistratibus interdictum* est. Cur enim, si leges suæ illis relictæ erant, magistratus adimebantur? An enim, ubi leges sunt, magistratus non debent esse, qui ex iis jus dicant? Et Sigonius ipse sibi in hac re non satis constat. Nam ad h. l. et de ant. jur. Ital. 2, 10. 12. 13. ex verbis Livii *magistratibus interdictum*, et ex Festo, longe aliud docet, scil. Anagniam in præfecturæ formam redactam, in præfecturas autem quotannis Roma præfectos, qui ibi ex legibus Rom. jus dicerent, missos fuisse. Hoc si verum est, cur credemus, ceteros Hernicorum populos, qui in eadem causa erant, quibus itidem magistratibus interdictum, ut Anagninis, leges suas retinuisse? aut quomodo hinc quasi regulam conficiemus, omnibus municipiis, quæ civitate Rom. sine subfragio donabantur, leges suas relictas fuisse? Nec confirmatur hæc sententia ex Liv. 9, 45. ubi Æqui civitatem sine subfragio Hernicis datam pœnam interpretantur. Jam vero quum in ea re per se nihil pœnæ sit, quippe quum interdum bene meritis honoris causa civitatem sine subfragio datam legamus, pœna illa in hoc solo sita esse potuit, quod civitatem ita datam legum suarum amissio sequebatur: quod multos civitati Romanæ etiam cum subfragio datæ præposuisse, ex his locis cognosci potest. Nam, quod alibi Livius aliique Latinos Italicosque jus civitatis Rom. cupidissime adpetiisse tradunt, id ad posteriora tempora pertinet. Et ad eadem referenda, quæ Spanhem. adv. Sigon. de populis fundi disputat. Verum quemadmodum non puto, ex his duobus locis Livii ostendi posse, olim municipia omnia, quibus civitas Rom. sine subfragio data erat, leges suas retinuisse, ita neque adfirmare velim, ea omnia leges suas cum civitate Rom. amisisse. Nam fortassis aliquid discriminis fuit inter populos, quibus Romani hoc honoris causa tribuebant, ut Cæritibus ap. Strab. 5. p. 220. et Gell. 16, 13. et Fundanis Formianisque ap. Liv. 8, 14. et eos, qui, quum a societate eorum descivissent, deinde ab aliis victi subactique fuerant, ut hic Hernici. Quando autem primum inductum sit, ut municipia non aliis legibus Rom. tenerentur, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, nusquam, quod sciam, traditum est; sed verum esse potest, quod Otto putat, id cœpisse obtinere post bellum sociale."

12. *magistratibus præterquam sacrorum curatione interdictum*, iis magistratus vel tituli saltem eorum relicti, sed interdictum, aliqua muneris parte, præter sacrorum curationem, fungi; quibus rite peragendis nulli præesse posse existimabantur, quam qui titulo illo magistratuum veterum gaudebant: ex qua eadem superstitione Romanos regem sacrorum creasse post reges ejectos, ut publica sacra, olim per ipsos reges factitata, curaret, Liv. 2, 2. auctor est; Drak. "Hoc ideo videtur dicere, quod non Romæ tantum, verum etiam in aliis urbibus, multi, qui magistratus gerebant, sacerdotiis quoque fungebantur. Hos igitur sacerdotia, non magistratus, retinere voluerunt: nam alioqui sacerdotia proprie non sunt magistratus;" Duk.

13. *ædes Salutis a censore locata est* redemtoribus qui eam exstruerent. v. ad 5, 23, 6.

14. *cum Carthaginiensibus fœdus tertio renovatum*, v. ad 7, 27, 2.

CAP. 44.)—1. *Hos consules Piso* (v. ad 1, 55, 8.) *Q. Fabio et P. Decio subjecit*, (v. ad 2, 8, 5.) *biennio exemto* de numero annorum, omisso. — *memoriam*, num e memoria ejus *fugerit*, exciderit sc. hoc biennium: nisi potius explicandum: num *memoria* (primo casu) *fugerit* eum, ut ap. Plaut. Bacch. 1, 1, 2. Sic et: *hoc fugit me.*

2. *in campum Stellatem* fertilissimum in Campania mediterranea. Cf. 22, 13. Cic. Agr. 1, 7. 2, 31. Suet. Cæs. 20. et Camilli Campan. Fel. Diss. 2. c. 33 sq.

3. *viginti millia;* in aliis libris adeo *XXX millia:* sed forte pro *XX millia* ex Diodoro l. 20. p. 779. leg. *II m.* et sic sæpe numeri a librariis confusi auctique videntur. Cf. ad c. 43. n. 8.

4. *hostes sequutos* ad *duo millia* passuum *inde consedisse*, ut in omnibus fere MSS. cap. 45. ubi multæ edd., etiam Drak., *millibus* habent. Cf. ad c. 24. n. 2.

5. *stativa tuta copiosaque*, copia omnium rerum abundantia. — *rerum utilium*, v. ad 3, 42, 2. — *de vigilia tertia*, ab ejus initio, post eam inceptam et ante illam exactam, h. e. a media nocte, (v. ad Sil. 7, 154 sq.) ut 28, 7. 40, 4. ap. Cæs. B. C. 2, 35. B. G. 5, 9. Sic et *de multa* ac *media nocte* ap. Cic. et al. passim; et *potare de medio die* vel *de media luce* ap. Hor. Sat. 2, 8, 3. et Epist. 1, 14, 34. 1, 18, 91. (ubi v. Bentl.) quo sensu etiam dictum putatur *epulari de die* inf. 23, 8. et 25, 23. quod tamen nonnulli exponunt *a mane*, et Stroth. etiamnum interdiu, ante justum cœnæ tempus, quæ quidem Romæ sub noctem erat. Ernesti in clav. Cic. "*De nocte*, inquit, est statim a media nocte s. multa adhuc nocte, et sic *de die* statim a meridie s. multa adhuc die, ut in illo *convivari de die:* v. Burm. ad Phædr. 3, 10, 20. quamquam interdum etiam *a mane* esse vult Salmas. ad Solin. f. 456." Idem vero Salmas. ad Plaut. Asin. 4, 2, 16. *de die* et *nocte* dici monet pro *de* vel *a media die* et *nocte*, quia tunc maxime nox aut dies esse intellegatur, quum mediæ sint. De iisdem *tempestivis conviviis* luxuriosorum, ante horam nonam vel decimam, qua homines frugi Romæ cœnare solebant, (v. ad

nu. 14, 2, 2.) Græce dicitur ἀφ' τῶν ap. Polyb. 8, 27. et 29. 24, 5. Vales. ad Diodor. T. 2. p. 577. ed. ., Toup. Emend. in Suid. P. 3. p. Mitscherl. ad Hor. Od. 1, 1, 20.

s duci proxime potest, v. ad 3, 70, 2.
versus alios sedentem, in stativis se m; Doer. Cf. ad 21, 48, 8. — *occisi*, v. ad 2, 51, 9. Mox *capta— s — capta — capitur*, parum ve- Saltem del. *capta* post *viginti*; Gron. 1, 3, 8.

tius Gellius, Γέλλιος Γάϊος ap. Diodor. . 779. *Statius* conj. Drak. h. l. et 10, *Statium* quoque memorari dicit 24, p. Val. Max. 1, 8, 6. — *Bovianum*, *ro die captum o. brevi capitur*, ergo (v. cap. 31.) et sine ulla defectionis ne. Ex Diodori lib. 20. leg. *Bola* s (quod verbum in multis MSS. re-) et mox *Bolam captam*; Sigon. Sed , Æquorum, non Samnii urbem, ı ab h. l. videri docent Drak. et mim. hist. c. 4. p. 164. qui monet, um primum narrari captum c. 31., h. l., tertium 10, 12. et mox 10, 41. ari, quasi semper Samnitium fuerit, e vel errasse Livium, dum inpru- ios aliis locis sequeretur auctores, vere oppidum toties expugnatum n perperam ne verbo quidem mo- idemtidem ab hostibus fuisse re- tum.

ortuum (esse) *quidam auctores sunt*, v. 8, 1.

Censennia: al. *Consentia* non apte h. l. r (opp. non minus, quam *Censennia*, am) Diodor. 20. *Æsernia* emend. t Cluver. *Cerfennia* (inter Corfinium m Fucentiam) Ruben.

Herculis magnum simulacrum cet. " sta- ssea, qualis Tarento Romam trans- Fabio Cunctatore, (v. Strab. 6. p. lut. Fab. p. 187. Plin. 34, 7.) nisi dem, et Livius memoria lapsus est;"

. 45.)—1. *P. Sulpicio* cet. ap. Plin. s. 6. et Diodor. 20. *L. Sulpicio*, *P. rio Longo*. Forte hic Sempronius e Longorum fuit, et Romanis Σοφὸς est; Drak. — *oratione ultro citroque* in utramque partem, ut ap. Gell. 5, *bula ambigua et utroque versum dicta.— id locorum*, usque ad hoc tempus, ut 25, 19. 22. 32. 43, 5. et similiter ap. B. J. 102. *postea loci*, vel ap. Terent. ', 2, 24. et Plaut. Most. 3, 1, 1. *in- i*; Str. Cf. ad 27, 7, 10.

bus standum esse, cf. ad 3, 36, 11.
b specie infidæ pacis quietos, ita tamen, m suam infidam esse satis indica- Doer. — *incolumi Hernico nomine*, ut mox *post Hernicos subactos*. Cf. ad 2.

4. *quibus licuerit, suas leges Romanæ* cet. cf. c. 43. n. 11. — *necessariam civitatem*, jus civitatis Rom. necessitate vel vi iis obtrusum. — *quatuor millia*, v. ad c. 44. n. 8.

5. *ut qui suo nomine permultos* (f. *per multos*) *annos inbelles egissent*, nullum bellum suum gessissent cum Romanis, quamvis multi ex iis Samnitibus auxilio missi alieno nomine adversus Romanos militassent; Str. — *tumultuario*, v. ad 1, 37, 4.

6. *diversi e castris — abirent*, cf. ad 3, 60, 1.

7. *pleno gradu ad castra hostium tendunt*, v. ad 4, 19, 1. et 4, 32, 6. — *hostem vestigiis sequi*, cf. ad 6, 32, 5.

8. *ut in dilabsis passim*, qualia solent esse vestigia eorum, qui in diversas partes dilabuntur. — *errorem*, v. ad c. 15. n. 7.

9. *ad s. urbes circumferendo bello*, v. ad c. 41. n. 3.

CAP. 46.)—1. *Eodem anno C. Flavius* cet. ad totum hoc cap. conf. Cic. Mur. 11. Or. 1, 41. ad Att. 6, 1. Diodor. 20. p. 751. Valer. Max. 2, 5, 2. Macrob. Sat. 1, 15. inpr. Plin. 33, 1. s. 6. et Gell. 6, 9. qui laudat verba L. Pisonis, annalium scriptoris, a Livio fere retenta. Ex his legendum *Cn. Flavius Annii filius*.

2. *patre libertino ortus*, parente liberto natus, qualis tunc temporis *libertinus* dicebatur; Str. Cf. not. 14. — *ceterum*, cf. ad c. 21 pr.

3. *Invenio in quibusdam annalibus*, v. c. L. Pisonis. v. not 1. — *quum adpareret ædilibus*, (v. ad 1, 8, 2.) vel, ut Piso tradit ap. Gell. *ædili curuli eo tempore, quo ædiles subrogarentur*. Plinius eum Appii Cæci scribam fuisse dicit, ejusque hortatu excepisse dies fastos, consultando adsidue sagaci ingenio, et promulgasse.

4. *fierique se pro tribu ædilem* sc. curulem, h. e. a seu in tribu prima s. prærogativa (v. ad 3, 51, 3.) ejusque subfragio, ut ap. Gell. l. l. *eumque pro tribu ædilem curulem renuntiaverunt* in antt. edd., non *primæ tribus*, ut in edd. Ald. Bad. et Gryph. " Simile illud: *Tribus Sergia principium fuit*, h. e. tribus prærogativa; (cf. ad 3, 51, 3.) *pro tribu* (in ea) *Sex L. F. Varro primus scivit*, h. e. subfragium tulit: nam qui *pro tribu primus sciscit* de magistratu, is *pro tribu* et primus *facit* eum magistratum; et de quo *pro tribu* subfragium optatum tulit, qui *primus scivit*, is *pro tribu factus est* ab eo, qui *primus scivit*" Gron. ad h. l. et in Obss. 4, 1. Cf. ad 26, 27. 4. Similiter ap. Cic. Verr. 2, 2, 51. *pro subfragio renuntiari*; Str. *a prima tribu* malebat Muretus.

5. *neque adcipi nomen* suum ab ædili, qui comitia haberet. Ita ap. Gell. 6, 9. *Nomen* candidati, et quidem h. l. a tribu prærogativa jam renuntiatum *adcipere* vel *recipere* (ut 10, 15 extr.) dicebatur is, qui comitiis præerat, si eum admitteret ad petendum, e petitionem ejus judicaret legitimam.

Hinc et 27, 6, 3. *si suum nomen dictator* (Q. Fulvius, qui ipse comitia consularia habebat et a prærogativa consul dictus erat) *adciperet*, h. e. si se consulem creari pateretur, si suam creationem probaret. Cf. 39, 39, 2. et Cic. Brut. 14. Post *neque* libri quidam recentt., non veteres, perperam inserunt *ejus*: nam dicendum erat *suum*.

6. *quia scriptum faceret*, scriba esset vel ejus munere fungeretur; ut ap. Gell. l. l. De scribis Ern. in Clave Cic. "Erant vel privati, hominum privatorum servi; vel publici, homines liberi, sed plebeii ordinis et inpr. libertini, qui in certas decurias descripti mercedem ex ærario adcipiebant. Sorte distribuebantur inter magistratus, et olim a quæstoribus urb. legebantur, (v. Liv. 40, 29.) postea a prætoribus ædilibusque. v. Cic. Cluent. 45. De iis locus class. est Cic. Verr. 2, 3, 78. 79. unde et de honestate scribarum publ. judicari potest, quam inpugnant Sigon. A. I. C. R. 2, 9. et 15. Ferrar. de orig. Rom. p. 14 sq. T. I. Thes. Græv. et Spanh. V. et Pr. N. T. I. p. 705. sed defendunt Guther. Jur. Pont. 2, 13. Fabrett. Inscr. c. 6. p. 458 sq. et Græv. ad Cic. Dom. 28. Cf. inpr. Eschenbachii Diss. Acad. p. 257 sq."

7. *tabulam posuisse* e manibus ceratam et publicam, (cf. ad 4, 8, 4.) vel commentarium, (Germ. *Protocoll*) in quem referebat scriba, magistratui adparens, quidquid hic scribi juberet, et Flavius tum, quod ageretur in comitiis; h. l. pro: abdicasse se munere scribæ.

8. *Macer Licinius*, v. ad 3, 1, 1. et 4, 7, 7.

9. *tribunatu ante gesto:* at Plinius 33, 1. s. 6. tradit, Flavium evulgando fastos tantam plebis gratiam adeptum esse, ut non modo cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis ante annis hostis fuisset, ædilis curulis sit creatus, sed etiam additum ei, ut simul tribunus plebis esset. — *Triumviratus* et *triumviri* varii erant apud Romanos, prout ad aliquod munus obeundum tres constituti essent numero, ut *coloniæ deducendæ*, (cf. ad 3, 1, 6.) *nocturni*, capitales, agrarii, monetales, mensarii, carceris lautumiarum, qui iidem ac capitales, epulones: etiam magistratus in nonnullis municipiis, qui in aliis duumviri dicebantur; Str. *Triumviri nocturni* vigilias in Urbe circumeundo cavebant ab incendiis nocturnis, (v. Valer. Max. 8, 1. de damnatis 5. et 6.) iidemque videntur fuisse cum triumviris capitalibus. cf. 39, 14 extr. Augustus deinde incendia restinguenda mandavit a. V. 732. Ædilibus curulibus, et a. 759. septem cohortibus vigilum, obportunis locis dispositis, quibus Tribuni et Præfectus Vigilum præerant. Cf. Dio 54, 2. 55, 26. ad Juvenal. 14, 305. et Heubach de politia Rom. §. 47. 48.

10. *id quod haud discrepat*, cf. ad c. 16. n. 1.

11. *Civile jus, repositum in penetralibus pontificum — sciretur:* verba eruditis haud obscura, sed non satis forte perspicua tironibus, qui ea copiose exposita reperient vel in Bachii hist. jurispr. Rom. lib. 2. c. 2. sect. 4. vel in libro meo, qui inscriptus est *Grundriss der Geschichte — der Römer* pag. 612 sq. Utrumque a Flavio evulgatum fuisse, antequam ædilis curulis esset creatus, quidam tradunt, alii, id deinde factum.

12. *ædem Concordiæ in area Vulcani — dedicaret*, v. ad 1, 55, 3. et conf. omnino Plin. 33, 1. s. 6. ac de ædibus Concordiæ ad Juvenal. 1, 116. — *verba præire*, v. ad 4, 21, 1.

13. *Haud memorabilem rem per se* (cf. ad 6, 20, 13.) — *referam*, quam etiam retulere Gell. 6, 9. et Valer. Max. 2, 5, 2. sed hi diverse. — *ac de sede honoris sui spectare inimicos invidia anxios*, excruciatos. Piso ap. Gell. l. l. *Sellam*, inquit, *curulem jussit sibi adferri, eam in limine adposuit, ne quis illorum exire posset; utique ii omnes inviti viderent se in sella curuli sedentem.*

14. *forensis factio, Ap. Claudii censura vires nacta*, (v. ad 3, 72, 4.) *qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat*, v. ad cap. 29. n. 7. Ernesti in clave Cic. et ad Suet. Claud. 24. hæc monuit: "*Liberti* iidem sunt qui *libertini*, sed *liberti* dicuntur in relatione ad patronum. Suetonius induxit inperitos, ut existimarent, *libertinos* dictos esse libertorum filios: at ille non hoc dicit, sed Appii Cæci temporibus nomen libertinorum mansisse etiam in posteris libertinorum, hisque vulgo tributum esse, quamvis jam ingenuis, quum proprie *libertini* dicantur, qui sunt manumissione libertatem nacti, iidemque cum *libertis*." Sed Wolf. ad Suet. l. l. "Ernesti, dicit, et tot alii eruditi viri, qui istam opinionem et perversam interpretationem adscivere, fortasse in fraudem inducti sunt eo, quod dixit Suet. *ingenuos ex his procreatos* ex suæ ætatis, non ex priscæ, qua Appius vixit, consuetudine loquendi. Appii enim temporibus non filii manu missorum, sed demum nepotes eorum, *ingenuitate* fruebantur. Postea labentibus reip. moribus invaluit, ut *ingenui* statim essent ex manu missis procreati, ipsique manu missi haberent *libertinitatem*: siquidem *libertinus* vulgo respectu conditionis, *libertus* respectu patroni dicebatur. Itaque hoc ipsum notandum putavit doctus Grammaticus, aliam Sæc. V., aliam posterioribus obtinuisse *libertini* significationem: scripsit enim, *libertinos* dictos *non* ipsos, qui manu emitterentur. Eaque observatio necessaria videri potuit propter errorem historicorum de *invidiosa* Appii censura referentium, ut Liv. 9, 29. et 46. Tac. Ann. 11, 24. et aliorum. An vero argenteæ Latinitatis ætate *libertus* rursum de conditione et statu usurpatum sit, alias videbimus ad Tac. Germ. 25." Duker ad h. l. monet, *libertinorum filios* secundum huius ætatis usum loquendi, a

moratum, h. l. et forte 10, 21.
rum avi servitutem servierint;
ro ex servitute manumissi tum
alio nomine adpellati fuerint,
non prodidisse. Sed Livius, si
rus, certe inmemor fuisse videtur
nendi usus, h. l. et c. 29.
urbanas, ut in Urbe, quod vellet,
osset, ut haberet in senatu mag-
torum partem suam, *den Einfluss
elegenheiten des Staats*; Str. Cf. ad
et 9, 42, 3. cet. Sed epitheton
is aptum, saltem friget. *urbanis
— corrupit* recte, opinor, emend.
lice etiam Bauero. Sic *otiosi ur-*
). De his verbis v. ad 3, 72, 4.
*plerique nobilium annulos aureos et
eponerent* v. ad 9, 7, 5. et cf. inpr.
1. s. 6. *Phaleræ* h. l. nobilium or-
sunt, at equorum 22, 52, 4. ubi
oth. est hæc: "Phaleræ orna-
pitis equorum erant, forte cris-
(descendit enim a φάλος *crista*) at
benarum, et tegumenta frontis.
άλαρα adpellat τὰς προμετωπίδας,
ίσκους, τὴν κόσμησιν, τὴν κατὰ τὸ
τῶν ἵππων. παρὰ Ἡροδότῳ τὰ περὶ
ους σκεπάσματα. Hesychius: φά-
τραγαλίσκος ὁ ἐπὶ τῆς περικεφα-
αὶ παραγναθίδες, χαλινοὶ ἢ ἱππο-
Similia Etymologus habet." Cf.
ue phalerarum genere ad Juvenal.
et ad Sil. 15, 255. Böttigeri Sa-
63. 457. 458.
*eo tempore in duas partes discessit
illud integer populus*, qualis antea
dum humillum permixtione con-
inquinatus, (cf. not. 14.) *fautor
bonorum; aliud forensis factio* s. turba
oppugnabat, obtinere et perferre
ır. v. ad 3, 21, 3. 3, 35, 4. 3, 72, 4.
1, 6.

18. *omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas adpellavit*; sic et Val. Max. 2, 2, 9. "Sed idem nomen jam dudum habuere *quatuor tribus urbanæ*, a Servio Tullio institutæ: qua itaque ratione tribus illas quatuor nunc demum Fabius dicatur *urbanas adpellasse*, aut quomodo *adpellare tribus* cum Gruchio de comit. 2, 1. et aliis exponi possit *numero civium augere*, non adsequor;" Duk. Forte adpellatio Serviana, quæ propr. ad partes Urbis spectabat, vetustate aboleverat. cf. ad 1, 43, 22. 3, 72, 4. 45, 15, 1. et ad Epit. Liv. 20. n. 6.

19. *Maximi cognomen* cet. Idem tradunt Valer. Max. 2, 2, 9. et Plut. in Pompejo. Sed hic in Fabio Cunct. ob splendorem magnitudinemque, et Aurel. Victor de viris inlustr. c. 32. ob virtutem ejus id factum dicit. Polybius tamen, qui Fabiis familiarissimus fuit, hujus Fabii nepotem sive pronepotem, Fabium Cunctatorem, primum hoc cognomine ornatum fuisse significare videtur 3, 87, 6. ubi Schweigh. monet, huic difficultati satis obcurri, si statuatur, non vulgari omnium usu tritum fuisse illud veteris Fabii cognomen, aut saltem post ejus mortem oblivioni fere traditum, et in Fabio Cunctatore singulari cum splendore renovatum. Cf. Perizon. Anim. hist. c. 1. sub fin. et inf. ad 30, 26, 4.

20. *ut Equites Idibus Quintilibus trabeati equis ab æde Honoris transveherentur* ad Capitolium: quæ sollemnis et annua equitum transvectio diversa erat ab censu seu recensione, recensu, recognitione, lustratione eorum, quæ singulis lustris a censoribus instituebatur. Cf. ad 29, 37, 7. 38, 28, 1. 39, 44, 1. 40, 46, 3. 34, 16 pr. et inpr. ad Tac. Ann. 2, 83, 10.

[redacted]

COMMENTARIUS
IN
LIVII LIBRUM X.

CAP. 1.)—1. *Soram atque Albam coloniæ deductæ;* cf. Vellej. 1, 14. Sed nova colonia nunc Soram deducta. v. 9, 23 pr. Sic et *Carseolos* cap. 3. et 13 pr. cf. Vellej. l. l. *Alba* h. l. non est *A. Longa* nec *A. Pompeja*, sed Alba Fucentia s. Fucentis in Marsis et septemtr. latere Fucini lacus sita : unde *Albensis ager* 26, 11. Cf. ad Sil. 8, 507.

2. *Arpinatibus Trebulanisque civitas data* sine subfragio : quod de illis diserte traditur 38, 36. *Arpinum* Latii opp. (h. *Arpino*) Ciceronis et Marii patria. — *Trebula* Sabinorum duplex, h. l. non *T. Suffena* s. *Suffenatis*, sed *T. Mutusca*. Cf. Heyne ad Virg. Æn. 7, 711. in Exc. 8. et Hard. ad Plin. 3, 12. s. 17. De *Trebula* Campaniæ v. ad 23, 14, 10. — *Frusino* Volscorum opp. ad Cosam fl. cis Lirim, h. *Frosinone* s. *Frussilone*. Cf. ad Sil. 8, 398. et Juvenal. 3, 223.

3. *capitaque conjurationis — virgis cæsi* cet. v. ad 27, 16, 2.

4. *dum evadere* eas s. iis *tendunt*, cf. ad 4, 7, 6.

5. *Coloniam* Albam *ægre patientes* sc. Æqui cet.

6. *adfectis rebus*, v. ad 5, 10, 6. — *tumultus*, v. ad 2, 26, 1.

7. *ædem Salutis — locaverat*, cf. ad 9, 43 extr.

CAP. 2.)—1. *Cleonymo duce Laced.* (Cleomenis regis f. a Tarentinis adversus Lucanos et Romanos arcessito, qui Tarentum diripuit et Thurias aliasque Italiæ urbes cepit : cujus vero naves mox a Venetis et Patavinis incensæ sunt. Cf. Diodor. 20, 104 sqq. et Strab. 6. p. 280.

2. *Thurias urbem in Sallentinis*, (Calabriæ populo, de quo nominisque scriptura v. ad Sil. 8, 573) unde hæc urbs videtur esse alia, quam quæ in Bruttiis aut in Lucania ad sinum Tarentinum, inter duos fluvios, Crathin et Sybarin, sita, et *Thuriæ* vel *Thurii*, *Thurium*, *Thyriæ*, *Thyræi*, primum vero *Sybaris* dicta est. v. Strab. 6. p. 263. 264. 282. Diodor. 12, 9. 10. Incolæ ejus vocabantur *Thurii* s. *Thuriatæ*, sed 25, 1. 15. et ap. Plin. 34, 6. s. 15. *Thurini:* nisi hoc κτητικὸν tantum est, et 25, 15. leg. *Thurii*, 25, 1. autem, ubi Bruttiis, vicino populo, adsignantur, *Terinæi*, sic dicti a *Terina* Bruttiorum oppido, (cf. ad 8, 24, 4.) inter Temesam Consentiamque, ab Hannibale diruto, (v. Strab. 6, 1, 5. p. 256.) hod. forsan Amantea aut Nocera, ad sinum Terinæum, qui nunc Golfo di S. Eufemia vocatur : de qua Terina cf. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 202. 203.

3. *tenue prætentum litus esse*, parvum litus ante hæc loca quasi extentum esse, ut fere 22, 20 pr. *aciem toto prætentam in litore*, ante et per illud explicatam. Cf. Burm. ad Valer. Fl. 5, 167. ubi monet, *prætendi* ea dici, quæ objaceant, tamquam munimenta et sepes; propr. qui in castris ante alios vel primo loco tendant, deinde loca, quæ jaceant ante alias regiones, vel emineant, et quasi tegant sequentes. Cf. ad 44, 9, 7. — *agros campestres*, ut 40, 38. h. e. regionem, campos habentem herbidos et fertiles; Ern. Cf. ad 36, 10, 3. — *ulteriora colles* sc. esse, s. cerni. — *vidisse* sc. exploratores.

4. *Meduacus amnis erat* vel *Medoacus*, duplex, major (h. *Brenta*) et minor, (h. *Bachiglione*) uterque ex Tridentinis Alpibus in Venetos defluens. Cf. Strab. 5, 1, 7. p. 213. et Plin. 3, 16. s. 20. Cf. not. 12.

5. *semper autem eos* sc. Patavinos (v. ad 3, 47, 1.) *in armis adcolæ Galli habebant*, tenebant : propter frequentes finitimorum Gallorum incursiones semper arma tractare cogebantur.

6. *effusa populatio*, cf. ad 1, 14, 7. Mox pro *altero itinere* cum Gron. leg. *alio i.*, vel potius cum Burm. *avio i.* ut *avius saltus* 9, 31. 25, 32. et *devius saltus* 10, 24. 41, 19. et *avia Oceani* et *saltuum* ap. Tac. Ann. 2, 15. 68. Cf. inf. ad 22, 7, 1.

7. *millia autem quindecim*, ut mox *tria millia*, v. ad 9, 24, 2.

8. *ad stationem* sc. navium, ut 31, 17. et 23.

9. *pars capti*, ut mox *pars conplent*. Cf. ad 1, 41, 1.

10. *naves ad superanda vada* (*Untiefen*) *planis alveis fabricatas*, quæ etiam flumina minime alta transire possunt, *flache Böte*; Str. — *ostium amnis*, Meduaci.

11. *Rostra navium spoliaque Laconum in æde Junonis veteri fixa*, cf. 4, 20. 32. 22, 57. 23, 14. 15, 674. ad 4, 20, 1. et ad Sil. 1, 617 sq. Mox forte leg. *Patavii in monimentum* (memoriam) *navalis pugnæ — quotannis sollemne certamen navium — exercetur :* nisi hæc sententia doctius expressa est.

12. *in flumine oppidi medio*, in Meduaco minori, (cf. not. 4.) in cujus sinistra ripa situm Patavium, Livii patria, qui in popularium gratiam hæc copiose narrasse videtur.

[redacted]

—1. *ubi* (Arretii) *Cilnium genus* ad Sil. 7, 29. et Tac. Ann. 6, ium Mæcenati h. l. gratificari spicantur viri docti — *invidia*, , 6.

agrum vi tueri, non cedere co-

Carseoli deducta, cf. ad c. 1. n. 1.

es tumultus cet. v. ad 2, 26, 1. ium *ea ætate* — *Valerio subjectum*, 29, 6.) quod alios annalium tradidisse, ex h. l. conficitur; r *Maximi cognominis* communi Fabii *ortum errorem:* sed qua l ita factum putat Stroth., ut am vetustioribus annalibus aut aut vetustate deletum fuerit istri equitum, ita ut primum : *Dictator M. Valerius Maximus tum*.....deinde *Dict. M. Valerius;* a. postremo *Dict. M. Valerius, Q.* . *m. e.* Cf. c. 9. n. 9. A Livio eorum res gestas in unum conmque annum, per dictatores x fastis Capitol. interponendum bile fecerunt Pigh. in Ann. ad p. 381. 390. et alii.

iam et *Plestinam* Marsorum; at *'listia* (vel *Plistica*, ut in quibuset Πλιστικὴ ap. Diodor. 9.) et *ilionia* vel, ut in vet. lib. legi atque Sigon., *Milonia* Samnitium Μιλωνία πόλις Σαμνιτῶν Steph. eadem sunt et modo ab hac, la gente capta et possessa.

erum repetendarum causa, v. ad 5,

non eo tantum a Fabio abhorret, v.

en suum æquarit, ei respondit; id cognomine suo dicebatur, scil. Str.

ianæ sævitiæ, de qua v. 8, 32 sq.

—1. *justitium indictum*, v. ad 3, *ientim*, per vicos Urbis, ut 32, ia vi vocis v. ad 5, 5, 2. *ullum sine tentoriis destitutas*, v. ad 29, 1. 25, 6, 10. et de hac pœna ue ad Tac. Ann. 13, 36, 3. *vastationem agrorum deusti*, v. ad

men injussu movere (sc. *se*, quod unt libri) *auderent*, cf. ad 2,

—1. *ira ob adcepta nuper clade*, cf.

alios alii sc. Romani, a Fulvio

s (v. ad 9, 21, 1.) *satis fretus*, *me etiam nunc tolerando certamini* ad 2, 9, 5. Verbum *fretus* raro finitivo.

4. *sed reliquerat intervalla* sc. dictator, (nisi leg. *relicta erant*) *qua parte equi permitti possent* in hostem, vel transmitti, ut 29, 2. Sic et mox *emissus* sc. ex acie Rom. et per illa intervalla, (ut alibi e castris) atque inmissus in hostem. Cf. ad 2, 56, 1. 9, 27, 5. 24, 1. 15. 28, 14. 29, 2, 1. et 2. 30, 18, 2. 32, 17. 33, 36. — *inconpositisque*, non paratis aptisque ad sustinendam *equestrem procellam*, inpetum equitum Rom., ut 29, 2. 30, 18. 35, 5. 38, 41. Cf. ad 2, 1, 5. Similiter dicitur *terror equester* (ab equitatu incussus) 6, 12. 27, 42. (ut *terror maritimus*, adventu classis incussus, 41, 17.) *auxilium equestre*, equites auxilium laturi vel ut auxilium ferant 4, 32. *tumultus equester* 27, 1. 30, 18.

5. *universa requies* a pugnæ labore. v. ad 1, 38, 2.

6. *male densatus agger*, negligenter adgestus, non satis conpactus et stipatus; Doer. — *ea*, v. ad 3, 70, 2.

7. *atque adeo etiam absentem creatum* (v. ad 4, 42, 1.) *crediderim quidam*, forte *tradidere:* nam Livius, quum aliquid varie proditum adnotat, non solet uti verbo *credere;* Duk.

8. *comitia facta*, ut 1, 35. 5, 1. 14. sp. Cic. Verr. 1, 6. et c. *perfecta* inf. 22, 34. 25, 41. 30, 39. Duk. et Drak.

CAP. 6.)—1. *adversa belli res*, al. *adversæ;* sed plerique libri *adversa*, et forte delenda vox *res*, non jucunde repetita; Gron.

2. *haud dum fœderis novi pœnitebat*, cf. ad 2, 54, 16. — *exoneratam*, levatam onere eorum, qui in colonias deducti erant; Doer. Cf. 24, 29 pr. Plerumque *exonerari aliqua re* dicimur.

3. *eam actionem susceperunt*, v. ad 2, 56, 4.

4. *quatuor pontifices* cet. cf. ad 1, 20, 8. — — *nisi morte duorum:* quæ conjectura si vera est, antea sex augures iique patricii fuere, et ita sui oblitus est Livius, in oratione Decii c. 8 pr. innuens, neminem patricium *de loco pulsum* aut ullam huic ordini injuriam factam; nisi forte dicere voluit, nullum patricium coactum fuisse, ut sacerdotio, quod obtinebat, se abdicaret, idque plebejo concederet; Drak. Sed v. ad c. 8. n. 2.

5. *inparem numerum debere esse* augurum. Livius non solum eum intellegere videtur numerum, qui per se est inpar, sed etiam eum, qui sit, quum inpar numerus per alium multiplicatur, ita ut non solum *tres* dicatur inpar numerus, sed etiam *bis tres*, *quater tres* et sic porro; sententia enim ex seqq. plana fit: quatuor augures numquam esse potuisse, sed pro numero antiquarum tribuum vel tres, vel bis tres, i. e. sex esse debuisse; Str. Nota Drak. est hæc: "Docet Livius, vel augurum *inparem numerum esse*, vel *pari inter se numero* sacerdotes

[redacted]

multiplicari debuisse. Jam autem inpari numero fuerunt, quum tantum tres essent, et quæque tribus antiqua suum augurem haberet; at pari inter se numero multiplicati, quum pro tribus sex fierent: nunc vero iterum pari inter se numero multiplicantur, quum pro sex novem constituantur. Nam ex V plebejis adlectis duo in locum demortuorum, ex sententia Livii, subficiuntur, tres veteribus multiplicandis adjiciuntur. *Inpar* itaque fuit numerus augurum, quum tres essent, sed *pari inter se numero* multiplicati sunt, quum tot a Ramnibus, quot a Titiensibus et Luceribus augures adjicerentur."

6. *tribus Ramnes, Titienses, Luceres*, v. ad 1, 13, 8.

7. *terni in singulas* sc. tribus. — *juxta*, v. ad 5, 6, 3.

8. *consulatum vulgari*, v. ad 2, 29, 5.

9. *Minus autem tetendere*, v. ad 4, 8, 6.

10. *adversarios non* solum *id* — *sed* etiam (v. ad 1, 40, 1.) *omnia jam, in quorum spem* quamvis *dubiam erat certatum, tamen adeptos.* Cf. ad 7, 30, 6. Doer. *tandem* conj. pro *tamen*, quia hoc initio cap. seq. repetitur.

CAP. 7.)—1. *pro lege Licinia* cet. cf. 6, 35 sq. 7, 21 sq.

2. *retulisse dicitur Decius parentis sui speciem*, eamdem sumsisse, sibi induisse.

3. *incinctum Gabino cultu* cet. v. ad 5, 46, 2. et 8, 9.

4. *T. Manlius* patricius, non, ut Decius, plebejus.

5. *eumdem P. Decium* eum, *qui sacra publica pop. Rom. faceret*, h. e. pontificem aut augurem, *legi rite* cet.

6. *Id esse periculum* cet. cf. ad 9, 17, 9.

7. *Quem pœnitere votorum*, ut mox *nobilitatis suæ plebejos pœnitere*. v. ad 2, 54, 16. — — *Nuncupare vota* esse id. qd. *promittere*, ex Festo docet Drak.

8. *Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebejorum ductu et auspicio res geri cœptæ sunt*, h. e. quibus plebeji cœperunt duces esse. v. ad 5, 46, 10. *sint* conj. Duk.

9. *sellis curulibus* et *toga prætexta*, insignibus consulum, ut *tunica palmata*, *toga* acu *picta*, *corona triumphalis laureaque* triumphantium, qui hinc *aurati purpuratique* dicuntur 45, 39. pr. Cf. ad 30, 15, 5. ad Juvenal. 10, 36 sq. Tac. Ann. 1, 15, 4. *Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant de hostibus palmas: ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas habebat*, Isidor. orig. 19, 24. *Picta toga purpurea antea vocitata est, eaque erat sine pictura: tunica palmata a latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc a genere picturæ adpellatur;* Fest. At Salmas. ad Flav. Vopisc. c. 20. "*Picta*, inquit, vestis multum distat a *clavata*: picta semper alicujus rei s. animalis figuram acu factam atque aureis aut variis filis intextam et expressam exhibebat: clavi vero aurei aut purpurei particulæ erant ex auro vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ, quæ tamquam emblemata quædam vestibus inserebantur atque insuebantur, quæque etiam a veste poterant separari et in aliam transferri." Ceterum *tunica palmata* e Capitolio et a Jove quasi mutuo sumi solebat: unde mox *Jovis Optimi Max. ornatus* dicitur et ap. Juvenal. 10, 38. *tunica Jovis*.

10. *domos spoliis hostium adfixis insignes*, ut sub adspectum prætereuntium caderent spolia: quæ neque ædibus abalienatis refigi aut tolli ab emtoribus, neque conlabsa refici licebat. Cf. 23, 23, 7. 38. 43, 7. ad Sil. 6, 434 sq. 446. 10, 600. Intpp. Plin. 35, 2. Tibull. 1, 1, 54. Prop. 3, 7, (9.) 26. Lips. Mil. Rom. 5, 17. — *pontificalia atque auguralia insignia*, capidem et lituum, *adjicere* sc. sibi, vel potius honoris insignibus modo memoratis.

11. *cum capide ac lituo*: de hoc cf. 1, 18. *Capis* s. *capedo* et *capeduncula* vasculum, quo utebantur in sacris. *Capis poculi genus a capiendo dictum;* Fest. *Capis* vas pontificale, *lituus* augurum erat; Duk. Recte; et in toto h. l. distingui pontificum augurumque insignia ac munera, jam monuit Drak. Cf. Gell. 12, 1. — *capite velato* (cf. Virg. A. 3, 403 sq. ibique intpp.) *victimam cædat* de pontifice ipso, ut ap. Suet. Tib. 25. extr.

12. *auguriumve ex arce capiat*, v. ad 1, 6, 5

13. *cujus imaginis titulo*, v. ad 4, 16, 4.

14. *dignatione nostra*, si iis fungamur dignique videamur.

CAP. 8.)—1. *Decemviros sacris faciundis* — — *numerus*, v. ad 3, 10, 6. Iidem erant *antistites Apollinaris sacri*, Apollinis sacerdotes. — *propter plebejos*, ut hi quoque eum honorem consequi possent.

2. *ut vos, Appi, vestro loco pellant*, ut vos plane excludant a sacerdotiis, ab honoribus, quos soli adhuc obtinuistis. Cf. ad c. 6. n. 4. Sic *depelli* et *dejici* quis dicitur in comitiis, ut contra, qui competitorum inpetrat honorem, quem cum aliis petierat, neque ab iis vincitur, *locum suum tenere*. v. ad 3, 35, 10. et 39, 32, 6. Origo harum dictionum repetenda ex iis, quæ dixi ad 2, 10, 7. et 4, 16, 5.

3. *pro parte virili adjuvant*, v. ad Præf. n. 3.

4. *Sabinum advenam* — *Attum Clausum* cet. v. ad 2, 16. — *illi antiqui patricii in suum numerum adceperunt*, v. ad 4, 4, 3.

5. *Ne fastidieris* — *adcipere*, v. ad 2, 41, 3.

6. *penes vos auspicia esse*, v. ad 2, 33, 3.

7. *vos solos gentem habere*, patrem majoresque nobiles nominare posse, ut hi *gentem non habere* dicuntur, qui alio nomine, quod etiam huc spectat, *novi homines* adpellantur, (v. ad 1, 34, 8.) quorum majores non commemorantur, quique non natu, sed propriis factis clari ac nobiles sunt;

sunt, qui eodem inter se sunt nomine, riundi, quorum majorum nemo ser- isit, qui capite non sunt deminuti i. Cf. Sigon. I. A. C. R. 1, 7. *m ac patricium* sc. inperium et

quam fando audistis v. ad 4, 3, 6. *m ciere possent*, etymologia *patri-* proprie *nihil ultra quam ingenui* utibus ingenuis, non e servitute s, progeniti. Cf. ad 1, 8, 9. et 4, 3, *patricios* h. l. non est subjectum, ia, a Romulo *non* aliquos *de cœlo* a diis ortos *factos esse patricios*, icii essent singulare quoddam genus, sed eum ex omni homi- secum Romam conderent, con- se modo omnes ingenuos, quod diceretur, eos *qui patrem ciere* que patricios fecisse: quodsi igi- ricii facti sunt, qui modo patrem haberent; quidni nunc nobiles ule patre progeniti?" Str.

est aliud in re, cf. ad 4, 4, 8. senteutiæ vis posita non tam in *ssemur*, quam in partic. *negata:* m est: ut nihil vobis conceden- scamur, sed omnia, quæ adipis- us a vobis negentur; Str. *hanc legem — uti rogas, jubendam* 4, 58, 10. et ad 34, 4, 16.

)—1. *dies est intercessione sublatus*, , 13.

anno M. Valerius — a familia , 8. et 3, 55. — *diligentius san-* ratius sancitam.

lex de provocatione *pro tergo* Fest. *pro scapulis civium* et ap. s. 44. *de jure virgarum*) *lata*, non o Catone Censorio, (quem sua- m hanc legem, Festus signifi- ur) sed a. V. 556. a P. Porcio Læca trib. pl., (v. inf. 32, 7.) gitur ex denario argenteo, qui uram civis Rom. provocantis, et te verbum PROVOC. in altera Cf. Ant. Augustin. de Legg. h. Ann. ad a. 556. Cic. p. Rab. , 63. Hæc lex damnatis exsili- it, (v. Sallust. B. C. 22. 51.) en in militia locum habuit: nam dantur exempla militum, et le- m et extraneorum, ultimo sub- imperatoribus adfectorum. v. pit. Liv. LVII. Sigon. de ant. om. 1, 15. Lips. de mil. Rom. *pro tergo civium lata — si quis necassetve civem Rom.* provocan- gis *cædi securique necari* cet. v.

adversus ea fecisset, sc. quæ hac essent. — *quam inprobe factu-* Gron. coll. Cic. ad Att. 2, 24. et resp. 8. § 15 extr.

5. *qui tum pudor hominum erat*, pro eo ho- minum pudore, (*Ehrliebe*) qui tunc tem- poris tenebat animos; Str.

6. *nunc vix serio ita minetur quisquam:* tam parum homines nostri curant, sive factum aliquod eorum probum sive inprobum di- catur, ut pro joco et ludicro habituri sint, si quis ita dicat s. minetur; Str. Cf. ad 3, 20, 6.

7. *in Umbria Nequinum opp., locus arduus atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia sita est*, hod. *Narni*, a Nare fl. sic dicta. Cf. c. 10. et ad Sil. 8, 457.

8. *C. Domitium:* prænomen hoc non fa- cile reperies in Domitiis, et in MSS. ac vett. edd. legitur *Cl.*, *C. L.* et *L. C.* unde leg. *Cn.* vel *L.*, Gron. Cf. Pigh. Ann. ad a. 473. Drak. ad h. l. et Epit. Liv. 13. Intpp. Suet. Ner. 1.

9. *Id credo cognomen* sc. *Marimi* cet. In antt. annalibus forte omissa aut vetustate deleta verba *Sp. Carvilium*, et hinc in re- centt. lectum *Q. Fabium Maximum*, vel ita duo nomina ex uno facta. Cf. ad c. 3. n. 5.

10. *sequutamque fabulam mixtam* cet. nempe ut fingeretur, quoniam Q. Fabium consu- larem iterum ædilem esse factum credi par non esset, eum consulem creatum, sed rationibus additis fieri noluisse, et ædilem fieri malle significasse; Str. De ædilitate Fabii cf. cap. 11.

11. *tribusque additæ duæ* cet. v. ad 1, 43, 22.

CAP. 10.)—1. *a flumine* Nare *Narnia ad- pellata*. Cf. ad c. 9. n. 7.

2. *adversus inducias* biennii datas exeunte anno 451. (v. cap. 5 extr.) quod biennium nondum erat expletum initio hujus anni 453. Ita bene Drak. — *alia molientes*, bellum adversus Romanos *Gallos* cum Etruscis in agros Rom. fecisse incursionem et ingenti præda potitos rediisse in patri- am, tradit Polyb. 2, 19. Cf. ad 7, 9, 2.

3. *fama Gallici tumultus*, v. ad 2, 26, 1.

CAP. 11.)—1. *Etruria provincia*, cf. ad 2, 40, 9.

2. *tum desiderio viri*, ob des. v. Cf. ad 2, 2, 1. et 4, 19, 6. — *incommoditate temporis*, quo maxime resp. egebat opera tanti viri, tam *tristis nuntius fuit*, vel: ita *ut Patres* cet., nisi leg. *et Patres — deterruerunt*.

3. *frequentes quoque vici* sc. incolis, ut 43, 19. al. Similiter *forum frequens* sc. homini- bus 27, 11. *locus frequens cultoribus* et *tectis* 21, 34. 24, 3 pr. unde *frequentare* 33, 38. frequentem incolis reddere, et *frequentius habitari* 1, 30. 2, 62. Sic et *acies frequens armatis* 35, 1, 4. et contra *infrequentia signa* 7, 8. (ubi v. not. 4.) 10, 20. 27, 47. *pars urbis infrequens ædificiis* 37, 22. 32. *infrequen- tissima urbis* sc. loca 31, 23. (ubi *frequentia ædificiis loca* opponuntur) et *via infrequens*,

ubi non magna est frequentia incolarum vel hominum confluxus *per desertam partem urbis* 24, 46. 25, 9, 17. 25, 24, 3.

4. *ad inopiæ ultimum*, v. ad 2, 56, 4.— — *ut scriberet, quibus ædilem* cet. cf. cap. 9. — *præparando*, ante in futurum usum conparando ; Doer.

5. *Is comitia cons. habuit*, quæ potius ab Ap. Claudio habita fuisse, ex Cic. Brut. 14. conligunt Gron. Obss. 1, 25. et Pigh. Ann. ad a. 455. — *oratores Lucanorum* cet. cf. Dionys. ἐκλ. περὶ πρεσβ. 3.

CAP. 12.)—1. *diversique — proficiscuntur*, v. ad 3, 60, 1.

2. *qua data victoria esset*, unde, ut c. 14. et 40, 58 extr. nisi leg. *qua inclinata;* Str. quo s. cui parti ; Doer. Cf. c. 26 pr.— — *egressus* e castris *in aciem*, in locum s. campum, ubi pridie pugnatum fuerat ; Ern.

3. *expedito agmine*, cf. ad 5, 16, 2.

4. *solum vastum hosti relictum*, v. ad 3, 7, 1.

CAP. 13.)—1. *Carseolos colonia — deducta* sc. iterum. Cf. c. 3. et ad 10, 1, 1. — *Æquicolarum*, v. ad 1, 32, 6.

2. *Gallos quacumque conditione* cet. cf. c. 10.

3. *quod exercitum Lucanum, hostem* (sibi) *comparatum, adjecerint Romanis*: ita quatuor MSS. probb. Ruben., Stroth. et Doer. ut sensus sit : quod inportuna incursione in fines Lucanorum (v. cap. 11.) hos sibi novos hostes paraverint, et hunc exercitum Lucanorum adjecerint Romanis, vel illo auxerint horum vires : *itaque suis sociorumque*, Lucanorum, *viribus consurgere hostes* Romanos, *ad bellum*. Omnino Samnitium verba videntur *itaque suis* cet. non, quæ Romæ jactarentur, ut a *fama exorta* pendeant. Malim tamen delere *exercitum*, vel pro partic. adcipere : *exercitum* Marte s. bello ejusque artibus, vel laboribus et periculis. Editt. ante Stroth. exhibent *quod e. adversus Lucanum h. c. objecerint R.* et hoc *objecerint* legitur in omnibus MSS. præter quatuor illos, at in nullo *adversus*. Gronovius conj. *quod e. in Lucanum h. c. objecerint R.* (quod legiones adversus leviorem hostem Lucanum scriptas obposuerint Romanis et tanto graviore hoste incumbente non novum egerint delectum) vel *quod excitum* (lacessitum) *Lucanum, hostem tam paratum, adjecerint Romanis*

4. *pari defungendum esse certamine*, v. ad 2, 35, 2.

5. *ne cui Deorum nimia jam in se — videatur* fortuna. Nam Dii nimiam fortunam famamque hominibus invidere finguntur. Cf. ad Sil. 3, 78. 4, 400. 6, 82 sq. 340. 7, 61. 15, 512 sq. 17, 550.

6. *Et se gloriæ seniorum subcrevisse*, paullatim eamdem consequutum : ductum est a sobole, quæ subcrescit parentibus ; Ern. Proprie a novis arborum ramis subcrescentibus. *Αὔξονται δ' ἀρεταί, χλωραῖς ἐέρσαις, ὡς ὅτε δένδρεον ἀΐσσει, πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα* Pind. Nem. η, 68. Cf. Scheff. ad Justin. 11, 9. et Mitscherl. ad Hor. Od. 1, 12, 45.

7. *legem recitari jussit, qua intra X anno eumdem consulem refici non liceret*, cf. ad 7, 42, 2. Fabius a. V. 445. tertium consu fuerat, (v. 7, 41.) et hoc a. 454. quartus defertur consulatus : legis autem hæc era sententia, ut nemo, postquam consul fuisset, nisi exactis X annis reficeretur, ita u inter duos consulatus anni X interessent Sigon. Fabius tertium consulatum gessi a. 445., quartum 456. ; Duk. Cf. ad c. 3 n. 5. et Drak. ad h. l. Dodwell. de cycli diss. X. s. 68.

8. *præ strepitu*, cf. ad 6, 40, 1. — *qui adtineret*, v. ad 2, 41, 4. — *per eosdem, qu tulissent*, per tribunos pl. qui, quod semel ad populum tulissent, directo antiquare veriti oblique et e longinquo eludebant ; Jac. Gron. Lex autem illa a tribuno lata erat, v. 7, 42 pr.

9. *ut quæque intro vocata erat centuria* per ponticulos in septum s. ovile, locum in campo Martio cancellis clausum, quo transibant centuriæ, quæ ab eo, qui comitia habebat, per præconem vocatæ in subfragia vel revocatæ mittebantur. Cf. ad 3, 51, 3. 25, 2, 5. 26, 22, 1. et 5. 40, 42, 3. 45, 36, 5. — *haud dubie*, v. ad 1, 9, 3.

10. *in conlega sit meæ apud vos gratiæ locus*, eleganter pro : in conlega addendo vestram mihi probetis gratiam ; Doer.

11. *P. Decium expertum* (v. ad 2, 29, 1.) *mihi concordi conlegio virum*, v. 9, 41 sq.— *subfragatio*, v. ad 4, 44, 2.

12. *Eo anno plerique dies dicta ab ædilibus*, h. e. multis, vel potius permultis, ut c. 31. 27, 11. 35, 6. 44, 41. sæpe apud scriptores argenteæ ætatis. v. ad Tac. Ann. 3, 28, 10.

13. *quia plus, quam quod lege* Licinia Sextia *finitum* (definitum ; v. ad 3, 13, 8. 9, 34. 21, 4. 39, 17. 42, 12. 47.) *erat, agri possiderent*, v. ad 6, 35, 3. — *nec quisquam ferme reus est purgatus* crimine absolutus. *Purgare* propr. est excusare, refellere, se defendere, ut 8, 23. 27, 20. 34, 62. 38, 48.

14. *vinculumque ingens inmodicæ cupiditatis injectum est* sc. possessoribus agri, nisi leg. *cupiditati;* Gron.

CAP. 14.)—1. *quum inter se agitarent*, v. ad 2, 32, 2.

2. *ab Sutrio et Nepete* (v. ad 6, 9, 1.) *legati*, ablegati ; *qui missi erant*, ut 2, 3. 2, 13, 1. 2, 15. 3, 37. 4, 37. 5, 23, 33. 22, 36 extr. 30, 19, 2. 32, 1, 6. 32, 27. 36, 8. 42, 43. 44, 14. 19. Cf. ad 27, 5, 4. — *auctores*, nuntiantes. Cf. ad 2, 58, 1.

3. *qua venturum bellum foret*, v. ad c. 12. n. 2.

4. *effuso agmine*, v. ad 1, 14, 7.

5. *Igitur non fefellere* sc. Romanos s. consules. Cf. ad 3, 8, 2. — *quadrato agmine*, v. ad 2, 6, 3.

6. *desperato improviso tumultu*, quum desperassent se inproviso posse Romanos adoriri, terrere et turbare. Cf. ad 1, 37, 4. et 21, 16, 5. — *quando*, v. ad 5, 25, 3. — *apertum discrimen*, ut mox *discrimen summae rei* (v. ad 6, 17, 1.) et *aperta pugna*, h. e. in campo aperto, libero, patente, (cf. ad 21, 32, 7.) ut *acies aperta* 38, 41. (nisi ibi sunt explicati ordines, quo sensu *acies, agmen* et *cornua latius pandi* dicuntur 2, 30. 22, 4. 28, 33. 41, 26.) et *aequum certamen* 22, 13, 2. nisi potius *improviso tumultui* opponitur, ut *apertum iter obculto* 29, 33, 1. et 31, 2. vel *apertum prælium insidiis* 31, 36 pr.

7. *hostem loco moveri vidit*, al. *videt*. — *M. Fulvium*; IV MSS. optimæ notæ *Maximum filium*, probb. Gron. Crev. et Str.

8. *Peditum* (in) *certamine immobilem hostem restare*, perstare, manere, vel resistere. v. ad 4, 58, 5. — *juvenes*, Fulvium et Valerium.

9. *consilio grassandum*, v. ad 3, 44, 10.

10. *recepti post signa* equites Rom.

11. *ni secunda acies — in primum subcessisset*; ita MSS. et edd. antt., non *in primam*. v. ad 2, 20, 3. — *tempore*, v. ad 2, 47, 4. — *sublatus* et ad signa et ad clamorem pertinet; Gron.

12. *non vero tantum metu terruere*, v. ad 1, 25, 9.

13. *errorque utilis Romanis oblatus*, v. ad 5, 15, 6. Error plerumque inutilis et damnosus est, præsertim belli, ubi non licet bis peccare: hic autem error, dum putant vincere se, victores fecit Romanos: nam suos quoque in acie stantes fefellerat Fabius, ratus adesse alterum consulem, et eo gaudio exsultantes frementesque; Gron. De simili errore cf. c. 41.

14. *minor caedes, quam pro tanta victoria*, v. ad 7, 33, 2.

CAP. 15.)—1. *ad Maleventum*, v. ad 9, 27, 7.

2. *Nec valli tantum — sed* etiam v. ad 1, 40, 1. Hic locus pulchre confirmat, quod observarunt Lips. mil. Rom. 5, 1. et Schel. ad Hygin. p. 1112., Romanos in expeditionibus nullam noctem sine castris egisse; Duk. — *monimenta* bis intell., ad *insigniora* et *vastitatis*; Str.

3. *maturavit eam rem agere*, comitia habere.

4. *Quum primo vocatae — centuriae*, v. ad 3, 51, 3.

5. *duo consularia loca*, cf. ad 4, 16, 5.

6. *Circumstare sellam* curulem Fabii.

7. *ut ex anno plebejo consulatum extraheret*, adimeret neque redderet plebejo, eum dehonestanti.

8. *media oratione*, v. ad 1, 32, 5.

9. *patriciorum nominis reciperet*, v. ad 9, 46, 5.

10. *contra leges futurum*, v. ad c. 13. n. 7.

11. *priore item consulatu* (v. 9, 42.) *inter se comparati*, conjuncti, conlegæ qui fuerant. v. ad 7, 33, 1. et 40, 46, 1.

12. *fugisse eum Ap. Claudium conlegam*, v. ad 8, 33, 5.

13. *eloquentia civilibusque artibus* cet. v. ad 9, 42, 3.

CAP. 16.)—1. *tentasse etiam — auxilia*, periculum se fecisse, an ea consequi possent, ut *tentare spem pacis* et *triumphi* 21, 12. 28, 38. 33, 27. Cf. ad 9, 35, 1. — *rebellasse* v. ad 2, 42, 2.

2. *Gallos inter ferrum et arma natos*, v. ad 4, 15, 2.

3. *auroque redemtum*, v. ad 5, 49, 1.

CAP. 17.)—1. *bellum domi* (in ipsa terra sua, in Samnio) *Romanum urebat*, vexabat, adfligebat *eos*, eorum terram ferro ignique vastabat. Cf. 10, 47, 6. 26, 13, 5. 27, 29. (ubi v. Drak. et Gebhard.) 32, 21, 13. 36, 23. et ad Sil. 7, 490. Hinc 40, 15 pr. *quod invidiam* tuam *urit*, vexat, cruciat, vel excitat, inritat, ut *incendere*, adcendere, *καίεσθαι, περικαίεσθαι*. Cf. ad Sil. 16, 513. 17, 294. Duk. ad Flor. 2, 6, 2. — *consilio advocato*; al. *concilio*. v. ad 1, 54, 1. et 8. 6, 6.

2. *vicatim circumferentes bellum*, v. ad 5, 5, 2. et 9, 41, 3.

3. *exercitus Samnio præsidet*, præsidio est, ut 22, 11. extr. 23, 32, 2. 24, 40, 1. 36, 5. 38, 51. Sic et *præsides provinciarum exercitus* 23, 48, 4. nam *præses* est defensor vel qui tuetur, ut 6, 16, 2. 10, 22, 5. al. Similiter *καθίζειν τόπῳ*, et *ἐπὶ τόπου*, dicunt Græci. Cf. Schweigh. ad Polyb. 2, 24, 6. 20, 3, 3. 20, 6, 8. — *Murgantia* Samnii opp., *Μοργαντία* et *Μοργέντιον* ap. Steph., situs incerti. Mox *captique et — capta est*, v. ad 1, 3, 8.

4. *Vultis vos pro virtute spes gerere; omnes Samnitium* cet. Ita interpungendum et *si* ante *vultis* subplendum puto, non signum interrog. post *gerere* ponendum. Sic et nos dicimus: *Wollt ihr — so sind* cet. — *quando*, v. ad 5, 25, 3.

5. *Vendite ista et inlicite lucro mercatorem*, agmen sequentem, vel ut agmen sequatur, — *divendita præda — quam vendere coactus*, cf. cap. 20 extr. et Polyb. 10, 16. ubi Schweigh. præter alia notavit hæc: "Ex ipsis scriptoris verbis cap. 17. et 20. intellegi videtur, prædam ipsam, prius quam vendita esset, militibus cessisse et ab ipsis deinde venditam. Et quum persæpe prædæ militibus divisæ mentionem idem Livius faciat, non nisi unum tamen invenimus locum, 35, 1. ubi dicat, *prædam vendendam quæstori datam; quod inde refectum*,

militibus divisam. Alias *prædam ipsam* ait, *exceptis corporibus captivis*, (quæ a quæstore vendebantur, ut, quod inde refectum esset, in publicum redigeretur) *militibus cum cura, ut quam æquissima esset, per milites esse divisam.* v. 39, 23. et loca, quæ ibi citavit Dukerus, scil. 5, 22. 7, 27. 10, 46. 23, 37. 24, 16. 27, 19. 36, 30. 37, 5." Cf. Ind., Lips. de mil. Rom. 5, 15. et Schelii diss. 9.

6. *Romuleam urbem* Samnitium, ut et ap. Steph. 'Ρωμυλία, vel Hirpinorum. — *ubi vos labor haud major* (al. *magnus*) *manet*, cf. ad 2, 40, 4.

7. *qua cuique proximum fuit*, ea murorum parte, quæ cuique proxima fuit ; Doer.— — *ad duo millia et trecenti* v. ad 4, 59, 4.

CAP. 18.)—1. *consciverant bellum*, v. ad 4, 4, 6.

2. *traxerat contagio proximos V. p.* v. ad 2, 5, 3.

3. *Ceterum magis eo, quod mature ventum erat, profectum est* sc. aliquid, ut passim *proficere aliquid, multum, plus*, vel simpl. *proficere*; Str. — *spectantes jam arma*, v. ad 1, 9, 3.

4. *jam iterum eodem honore fungentes*, qui non nisi concordibus conlegis iterum tribui solet.

5. *dimidium fere ejus* numeri *captum.*— — *a plebejis et egentibus ducibus* Lucanorum. cf. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 265.

6. *Appium ex conscientia sua* sc. mala, ut passim, h. e. ob vel potius secundum eam, *credo animum habuisse* — *animo* cet. cf. ad 1, 3, 8. Mox pro *dissimilantem* forte leg. *dissimilasse*, vel potius cum Gron. *credo animatum fuisse: haud* i. *iratum* cet.

7. *Satin' salvæ*, v. ad 1, 58, 3.

8. *ut provincia tua excederes*, v. ad 2, 40, 9. Nota Dukeri ad 27, 43. est hæc : " Non licebat injussu senatus de provincia exire et exercitum educere. Cf. 10, 37. 23, 41. 28, 42. 29, 7. 19. 30, 24. 31, 48. 36, 39. 40. 41, 7. 43, 1. Dio Cass. l. 39. p. 116. Suet. Cæs. 31. et loc. class. Cic. in Pis. 21. *Mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum injussu populi aut senatus adcedere: quæ quum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis Julia de pecuniis repetundis planissime vetant.* Quando autem et a quibus latæ fuerint *veteres leges*, quas dicit Cicero, non constat ; nullas certe de ea re memorat Livius. Sed verosimile est, jam pluribus factis provinciis, quæ suum quæque præsidem habebant, latas fuisse. Nam senatus, provincias decernens, simul suos cuique fines designabat. Sed quum nihilo minus multi, spreta senatus auctoritate, finibus provinciæ suæ egredi auderent, eorum sive gloriæ, sive prædæ cupiditas legibus coërcita fuisse videtur."

9. *quum bello tuo, tibi mandato, forsitan vix sufficias*, par sis, illud bene gerere et perficere possis : ut passim *sufficere* pro parem esse, satis valere vel satis virium habere. Cf. ad 10, 25, 9. 21, 8, 2. 29, 16, 2. 29, 17, 5. 36, 45, 2.

10. *Bene, Hercules, verteret*, cf. ad 1, 28, 1. et 7, 39, 5.

11. *quam quidquam incidisse*, v. ad 1, 46, 7.

CAP. 19.)—1. *sua sponte oblatum sperneretur:* loquuntur tamquam credentes Appio, neganti *adcitum* esse ; sed malim *sperneret* vel *adspernaretur:* nemo enim spernebat præter ipsum imperatorem ; Gron. Recte, opinor, etsi ad hunc quoque verbum referri potest.

2. *rem publicam prodat*, v. ad 2, 43, 5. — *si qua*, aliqua *clades incidisset*, v. ad 1, 46, 7. — *noxiæ fore*, crimini, culpæ, vel damno, vel pœnæ : quæ omnia et apta sunt h. l. et hoc verbo designantur. Al. *noxæ*. Cf. Duk. ad 41, 23, 15. ubi monet, Livium aliosque pro damno, injuria, malo magis dicere *noxam*, quam *noxiam*. Alii putant, *noxam* et *noxiam* (sc. rem) nil differre, et errare Grammaticos, qui *noxam* crimen, *noxiam* vero pœnam dici existiment. Cf. Drak. et ad 2, 59, 3. 8, 18, 3. 8, 28, 7. Periz. ad Sanct. Min. 4, 4, 22. Mox *rem* et deinde *rei*; v. ad 1, 3, 8.

3. *dedecus ad L. Volumnium sit delegatum*, v. ad 6, 28, 4.

4. *prope restitantes*, resistentes, ut 7, 39, 5. vel subinde subsistentes, non progredientes. Cf. 30, 31 s.

5. *in quam inter paucos*, inter comites et proximos utriusque, (inter consules, legatos tribunosque) *certatum verbis fuerat*, brevibus dictis alternis et altercatione ; Gron.

6. *sibi adceptum referre*, tribuere, (verdanken) *debere* sc. milites ; nisi potius leg. *referri*. *Adceptum* vel *in adceptum ferre*, et *referre alicui* propr. dicitur debitor, qui pecuniam, a creditore adceptam, refert in tabulas adcepti. Cf. ad 24, 45, 3. — *utique*, v. ad 2, 30, 1.

7. *populares orationes* (v. ad 2, 8, 1. et 2, 24, 2.) *serere*, nectere, conponere.— — *Postremo conditionem ferre*, se proponere rem, (ut singuli duces administrarent singula bella) *quæ decretura sit*, extra dubitationem positura, *uter sit melior* cet. Doer.

8. *conmode instructi*, ut mox *ad instruendum*. v. ad 3, 8, 5. — *Prius concurrit cum* hoste, dimicat.

9. *velut forte*, fato, (al. *sorte*; cf. ad 1, 9, 10.) *quadam mutante adsuetos inter se hostes:* nam Volumnius antea adversus Samnites, et Appius adversus Etruscos bellum gesserat.

10. *in medio pugnæ discrimine*, v. ad 6, 17, 1. — *duis* ἀρχαϊκῶς pro *des*, ut *duit* 22, 10

— *ast ego* (v. ad 1, 28, 6.) *tem- Bellona, voveo:* quod templum ruxit et majorum suorum ima- navit. v. Plin. 35, 3. Fuit extra IX regione, inter portam Car- circumque Flaminium, (v. Nar- ant. 6, 2.) et proximum templo de quo v. ad 3, 63, 5. inter vero ædem columna bellica. v. . 6, 201 sq.

0.)—1. *per Vescinos*, v. ad 8,

tertia vigilia moturum, v. ad 2,

que Oscæ linguæ, v. ad 7, 2, 12. *nentia armatis signa*, cf. ad 7, 8, 4. *le agmen*, non tam armis orna- præda oneratum, pugnæque et ctorum inmemor; Gron. Con- *nobiliorem* exercitum, magis stre- tolerantem; Ern. *uemque molientem*, spectantem et ex arbitrio ea, quæ sibi utilia vi- sua consilia sequentem. *us adgrediendi* cet. pro *id* s. *hoc* multa abrupta et male nexa in ik. Cf. Gron. ad 1, 32. — *jam nt*, v. ad 5, 19, 2. — *signa canere*, , 3. — *præda inpediti*, v. ad 5,

m Minacium ducem Samnitium. en legitur in Inscriptt., illud in 2. et al. Cf. ad Tac. Ann. Al. *Statium Minatium* et *Eg-*

umque jam profligatum, v. ad 3,

es suas noscendas r. v. ad 3, 10, 1. *e vendere prædam* cet. cf. ad c. 17.

1.)—1. *et Gellium Egnatium S. du- bros ad d. vocare, et Gallos p. i. sol-* endum: nam Gellius E. dudum Gron. et Drak. Ad rem augen- nuntio de Umbris Gallisque, diu cognitum fuerit, putabat τὸ *vocare* probabat Duk. sed τὸ d Etruscos referebat coul. cap.

ni centuriati et *seniores*. v. ad 6,

um remittitur, v. ad 3, 3, 2. et de s ad 3, 63, 2. — *decem et octo*, *octo* vel *octodecim*, Drak. coul. . 18. p. 1170. *Græci quoque πέντε ίκα καὶ πέντε. nos contra quindecim quinque. Livius tamen frequenter conjunctione septemdecem et decem-* . De *Vescino agro* et *saltu* v. ad 8, *Minturnis* et *Sinuessa*, coloniis lej. 1, 14. Plin. 3, 5. s. 9, et ad

mina darent, v. ad 1, 11, 3.—

— *in stationem prope perpetuam i. r.*, in præsidium et custodiam regionis perpetuo fere infestis hostium incursionibus expositæ; Doer.

5. *jam adpetebat tempus*, v. ad 5, 19, 2. *Ob hæc (et jam a. t. comitiorum) L. Volumnius* edidit Gron.

6. *Adversus quatuor populos duces consules* cet. Al. *duos consules:* sed ita non omnibus quatuor minaretur unum dictatorem, et puerili hoc antitheto lususque frangitur vis sententiæ, cujus omne pondus est in voce *duces* sc. iis *pares;* Gron. Hinc et mox *eum consulem, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur*, sc. Q. Fabium. *duces, non consules* conj. Jac. Periz. in Orig. Babyl. c. 6. h. e. qui non tam gesturi essent consulatum in Urbe, quam duces futuri exercituum contra quatuor hostes populos; atque idcirco deligendos esse meminissent his comitiis tales consules, qui magis sint idonei, ut rei publicæ præsint belli forisque, quam domi et in pace.

CAP. 22.)—1. *et prærogativæ* (immo *prærogativa*) *et primo vocatæ centuriæ*, v. ad 3, 51, 3.

2. *qualis biennio ante*, cf. cap. 13. et 15.— — *ad conlegam P. Decium poscendum — censura* (v. 9, 46.) *duobusque consulatibus — concordi conlegio* cf. cap. 13.

3. *senectuti suæ adminiculum*, v. ad 6, 1, 3.

4. *cum moribus notis*, cum eo, cujus ingenium et mores sibi noti et perspecti sint; Doer. — *Subscripsit orationi ejus*, illam adjuvit, *consul*, Volumnius, *quum Decii laudibus*, eum laudando, *tum memorando* cet. *Subscribere*, præter alios, dicitur adcusator secundarius vel adcusatoris adjutor, qui, quum adcusator rei nomen defert, suum quoque nomen libello subscribit; unde *subscriptor* vocatur, et *subscribere* est adsentiri vel adjuvare. Hinc *subscribere odiis adcusationibusque Hannibalis, ac, velut adcusatores, nomen deferre* 33, 47.

5. *viros natos* (al. *gnaros*) *militiæ*, v. ad 6, 37, 6. — *Urbi ac foro præsides habendos*, v. ad c. 17. n. 3.

6. *Consules creati — omnes absentes*, v. ad 4, 42, 1. Fabius et Decius campo Martio aberant, Claudius etiam Urbe. *Ap. Claudius prætor* creatus, qui anno præc. consul fuerat, ut Papirius c. 47. Cf. Pigh. Ann. ad a. 469. p. 413.

CAP. 23.)—1. *in sacello Pudicitiæ patriciæ*, cf. Festus.

2. *quæ* (f. *quod*) *in foro boario* inter Circum Max. et Tiberim, in XI regione Urbis. In hoc foro erat *ædes Herculis* Victoris et Ara Maxima.

3. *quod e Patribus enupsisset*, v. ad 4, 4, 4.

4. *et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit*:

[redacted]

univiram esse laudi erat mulieribus Rom. (v. ad Juvenal. 6, 229.) et amor primus fortior putabatur secundo. v. ad Sil. 3, 64. 17, 73. 361. *Deduci* autem propr. dicuntur sponsæ die nuptiarum domos sponsorum, hinc et nuptiæ 42, 12, 2. nisi *nuptas* ibi leg. pro *nuptias*. — *pœnitere se* v. ad 2, 54, 16.

5. *ex parte ædium* id s. tantum *loci*, *quod — exclusit*, secrevit. Cf. Gron. Obss. 3, 13. Mox pro *matronis* quidam MSS. *matrimoniis* h. e. uxoribus. Cf. ad Tac. Ann. 2, 13, 9.

6. *Vulgata dein religio*, cultus Pudicitiæ vulgaris, promiscuus et vilis factus (v. ad 2, 29, 5.) *a pollutis*, inpudicis sc. mulieribus. Cf. Juvenal. 6, 308 sq. *Vulgata dein religio pollutis* emend. Duk. ut sententia sit: quum primum non nisi spectatæ pudicitiæ matronæ sacrificandi in hoc sacello jus haberent, deinde hoc sacrum promiscue pluribus tributum vel cum aliis quoque communicatum, et ad id etiam stupris atque adulteriis *pollutas* admissas fuisse. Cf. Passer. ad Prop. 2, 6.

7. *Ædiles curules aliquot feneratoribus diem dixerunt* cet. v. ad 2, 35, 1. et 7, 16, 1. — — *quorum bonis mulctatis* pro: quibus b. m. *Mulctare bona* pro *m. aliquem bonis* dictum putabat Doujat. ut concursus ablativorum vitaretur. Cf. Ern. clav. Cic.

8. *quod in publicum redactum est*, v. ad 2, 9, 4.

9. *in cella Jovis*, v. ad 3, 19, 11.

10. *ad ficum Ruminalem simulacra infantium*, Romuli et Remi, cet. v. ad 1, 4, 8. — *ad Martis*, ut Mox *ad Cereris* sc. ædem s. templum, v. ad 1, 33, 6. Multa h. l. disputat Duker. de cura viarum in Urbe et extra eam ab ædilibus curulibus, (cf. cap. 47.) censoribus (v. 41, 27.) et quatuorviris viarum sternendarum.

11. *pecuariis damnatis*, cf. c. 47. 33, 42. 35, 10. *Pecuarii* non sunt publicani, ut vult Drak. et Burm. de vectig. P. R. c. 9. p. 140., sed homines, qui, conductis pascuis publicis, e re pecuaria quæstum faciebant, quales hodie sunt, qui in Saxonia inferiore *Holländer* vocantur; Str. Cf. Ernesti clav. Cic.

12. *ad Cereris* sc. ædem, (v. ad 1, 33, 6.) h. e. in ea, ut 1, 20. 26, 21, 1. 27, 6, 11. 28, 9, 3. 30, 21, 6. 30, 27, 2. 30, 40. (Conf. 33, 24, 4. cum 33, 22, 1.) Ita et *ad penates* (v. ad 28, 18, 1.) et passim *apud*, (v. ad Tac. Ann. 3, 46, 4.) atque Gr. πρὸς et παρὰ. Sic ap. Soph. Trach. 524. τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ, et v. 371. πρὸς μέσῃ ἀγορᾷ, pro v. 423. ἐν μέσῃ ἀγορᾷ dicitur; Schæf.

CAP. 24.)—1. *tribus consulatibus censuraque collega*, v. ad cap. 22. n. 2. — *patriciis tendentibus*, cf. ad 4, 7, 6.

2. *extra ordinem*, ut paullo post *extra sortem*, v. ad 3, 2, 1.

3. *quam arborem conseruisset* cet. venusta metaphora, ut et illa, qua eadem fere res infra exprimitur. v. not. 9.

4. *se aperuisse Ciminiam sylvam*, v. 9, 35. 36. — *devios saltus*, v. ad 10, 2, 6. — *Quid* (v. ad 5, 51, 2.) *se id ætatis* (v. ad 2, 29, 6.) *sollicitassent*, ad consulatum recipiendum incitassent invitum, vel otium senis ita turbassent.

5. *se tendere nihil ultra*, v. ad 4, 7, 6.

6. *in senatus arbitrio* (s. potestate) *se fuisse*, se cessisse voluntati Patrum, qui Etruriam sibi extra ordinem dari veliut.

7. *arbitria etiam fortunæ*, sortem. Cf. seqq.

8. *ut faveat Q. Fabii gloriæ, quæ modo*, dummodo ea, *non sua contumelia splendeat*, augeatur, ex ea quasi incrementum capiat; ut *splendere aliena invidia* 38, 53.

9. *quem ille obrutum ignem reliquerit*, incendium belli, ab illo tantum sopitum, *eum se* plane *exstincturum* esse, h. e. se bellum, quod ille tantum ad tempus represserit, profligaturum esse; Doer. Cf. not. 3. ad 7, 30, 5. et 29, 31, 1.

10. *se conlegæ honores præmiaque concessurum*, passurum se vinci in petendis honoribus, ut 37, 31. et al. *mare concessum* dicitur; Gron. — *quum periculum, quum dimicatio*, ut mox *certamen* sc. de iisdem honoribus præmiisque. Forte et ad *pericula* belli gravioris respicitur.

11. *intro vocarentur ad suffragium tribus*, v. ad 10, 13, 9.

12. *comitio abit*, v. ad 1, 36, 6.

CAP. 25.)—1. *nomina dabant*, v. ad 1, 11, 3.

2. *Profectus* cum *apto exercitu*, expedito; Doer. parato ad expeditionem, Schæf. forti et laudis cupido; Ern. Malim idoneo et consiliis speique ducis respondente.

3. *Paucis citra* (Aharnam opp.) *millibus* sc. passuum.

4. *Ain' tandem?* admirantis deque rei veritate dubitantis interrogatio est, quæ refertur semper ad aliquid, quod præcesserit, h. l. ad *lignatum se ire*, ut nos: *Was sagst du?* tono τοῦ *Was* acriter intenso; Str.

5. *Negabat utile esse* sc. Fabius. — *mobiliorem* esse, strenuiorem, laborum tolerantiorem, sive minus desidem, minus ignavum, ut solet, quum diu uno loco sedet, otio conrumpi miles; nisi cum Clerico art. crit. 3, 1, 4, 4. leg. *mobiliorem*, expeditiorem, ad bella promtiorem: nam qui diu in iisdem stativis sedent, sarcinas omnes et inpedimenta explicare solent, quibus conligendis deinde, itinere denuntiato, plusculum temporis opus est: at qui se non diu eodem loco mansuros sciunt vel putant, non nisi omnino necessaria ad usum expediunt, quibus, quum iter fa-

[redacted]

est, nullo negotio conlectis, ipsi
novere se possunt; Duk. *Nobiliorem*
de se famam adeoque majorem
ites terrorem excitare, *salubriorem*,
rporum sanitati consulere, Doer.
20. n. 5.
ms haud dum exacta, finita. — *se-*
gione, de qua Glareanus ex cap.
. difficultatem haud levem movit;

Clusium, *quod Camars* vel *Camers olim*
ut, cf. Polyb. 2, 19, 5. sup. ad 2,
ad Sil. 8, 461. — *L. Scipione pro*
v. ad 22, 8, 1. Mox alterum *ipse*
forte delendum. Cf. tamen ad

um ei majus in conspectu erat, majus
r coram res conspicienti. — *aucto-*
d 2, 58, 1.
subjecturum ducem unum, *nec exerci-*
m: alterutrum commode poterat
sed amat Livius tales repetitiones;
al. 23, 11. 28, 9. 25, 28. 38. 43. 29,
. 33, 43. — *Periculosum esse*: forte
ulum e. Gron. — *ad omnia simul*
31, 21. *ad omnes hostium subitos conatus*
asi circumire, h. e. ubivis præsen-
e, ad omnia adtendere iisque
consulere.
mus (quam) *quinque millia peditum*
te, cf. princ. cap. — *si consul*,
malit in suam, sibi mandatam, *pro-*
n Samnium, ire.
r *commodum reip.*, belli, commode
am; Doer. sine detrimento reip.
ut huic iter magis prosit quam

26.)—1. *mediam orationem* explicat
ius: *quæ nec augebat nec minuebat*
um. Cf. ad 1, 32, 5.
rum si sibi adjutorem belli — *posse*,
verbum ex Hom. Il. 10, 242. 3. ex-
Gron. *consulis per tot conlegia experti*,
29, 1. 10, 13, 11. 10, 24, 1. Vox
onnihil suspecta Dukero.
præciperetur victoria animis, v. ad 7,

lente Decio, v. ad 4, 7, 6. — *pro-*
tem pro simpl. *provinciam*, et qui-
. sine sorte datam, quia plerum-
nisi sorte dabantur provinciæ. Cf.
1. Similiter *sors Macedoniæ* 42, 31,
imperii 22, 45, 3. de provincia et
consulum, quod alteri sorte evenit.
tiorum 3, 64, 2. potestas comitia
, sorte tribuenda, *comitia sortis* con-
5, 6 pr. et 39, 6 pr. muneris, quod
te evenit. Cf. ad Tac. Ann. 3, 32, 2.
stare res incipit, v. ad 9, 2, 1.
mes Galli multitudine cet. cf. Polyb.
lox *in collem* — *aciem erexit*, ut 9,
ro colle ex 2 MSS. recepi exemplo
Str.
am auctores sunt, v. ad 2, 58, 1.

8. *Gallorum equites*, *pectoribus equorum sus-pensa gestantes capita* cæsorum Rom., cf. Diodor. 5, 29. et Strab. 4, 4, 5. p. 197. al. 302. — *ovantes moris sui carmine*, παιανίζοντες καὶ ᾄδοντες ὕμνον ἐπινίκιον ap. Diodor. l. l. Galli aliique barbari victores in prœlio ἐπινίκιον vel pæana canunt; prœlium vero ineunt cum cantu, ululatu, tripudiis, horrendo crepitu armorum scutorumque quassatione. Cf. 21, 28 pr. et 42. 38, 17. Polyb. 2, 29. 3, 43. ad 6, 24, 1. ad Sil. 3, 346. 4, 215. 10, 230. Similia Hispanorum tripudia memorantur inf. 23, 26, 5. et 25, 17, 4.

9. *Gallici tumultus*, v. ad 2, 26, 1.

10. *nomninisque Latini majore exercitu*, *quam Romani*, cf. ad 1, 10, 2. Verba *quam Romani* vehementer suspecta erant J. Fr. Gron. *etiam Romani alii duo exercitus* conj. Jac. Gron. et *quam Romano* Duk. — *proprætores ambo*, quibus a populo inperium extra ordinem datum videtur; Duk.

CAP. 27.)—1. *transgresso Apennino*, passive, nisi leg. *transgressos Apenninum* (cum Gron.) vel *Apennino*. v. ad 5, 35, 5. Consules erant in agro Clusino, (v. cap. præc.) et ex eo in Sentinatem non venire poterant, nisi superato Apennino; Duk.

2. *in agrum Sentinatem*, ut mox et c. 30. Al. *Sentinatum*, ut ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ ap. Polyb. 2, 19. ubi de eadem re agitur. *Sentinum* Umbriæ opp. ad Apennini radices, hod. *Sentina*. — *quatuor millium*, v. ad 9, 24, 2.

3. *ut subinde*, *ut quæque res* cet. v. ad 5, 20, 4. — *ex Falisco* et *Vaticano* sc. agro. v. ad 8, 12, 11.

4. *Instare inde consules*, urgent, adhortantur milites, vel postulant, vel operam dant. Cf. 24, 14 extr. et ad 32, 11, 4.

5. *ad discrimen summa rerum adducta*, v. ad 3, 5, 6. et 6, 17, 1. — *exacta*, exturbata; Doer. — *diversæ*, v. ad 3, 60, 1.

6. *Illac* (ad hostes) *fuga et cædes vertit*, v. ad 2, 3, 2.

7. *Martius lupus*, ei sacer, ut ap. Virg. Æn. 9, 566. et *Martialis l.* ap. Horat. Od. I, 17, 9. — *gentis Martiæ*, Romanæ. Epitheton tam ad originem, quam ad virtutem Romanorum referri potest, ut ἄνδρες Ἀρήϊοι, *Martius miles* cet. Cf. ad 38, 17, 8.

8. *Dextro cornu Galli* cet. v. ad 22, 45, 4.

CAP. 28.)—1. *communis Mars belli*, v. ad 5, 12, 1.

2. *qua datura vires esset*, v. ad c. 12. n. 2.

3. *Gallos primo inpetu feroces esse* — *Gallorum etiam corpora intolerantissima laboris atque æstus fluere* cet. cf. 38, 17. ad 5, 44, 4. et 7, 29, 3.

4. *certamine primo effudit vires*; cf. ad Sil. 16, 339.

5. *essedis carrisque*, forte *carpentisque*: nam Gallos *carris* ad inpedimenta vehenda, non ad pugnandum usos esse aliunde constat;

[redacted]

Duker. Cf. c. 30. *essedis carrusque superstans armatus hostis:* nam Galli præter peditatum equitatumque in pugna etiam *συνωρίσιν*, carpentis, bigis, essedis, utuntur: *ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις καὶ ταῖς μάχαις χρῶνται συνωρίσιν, ἔχοντος τοῦ ἅρματος ἡνίοχον καὶ παραβάτην. ἀπαντῶντες δὲ τοῖς ἐφιππεύουσιν ἐν τοῖς πολέμοις σαυνιάζουσι* (saunio, jaculo petunt) *τοὺς ἐναντίους, καὶ καταβάντες εἰς τὴν ἀπὸ τοῦ ξίφους συνίστανται μάχην*, Diodor. 5, 29. — *insolitos tumultus*, v. ad 4, 9, 4.

6. *velut lymphaticus pavor*, v. ad 7, 17, 2.

7. *respirandi recipiendique se*, v. ad 6, 24, 3.

8. *perculsos sustinere*, retinere. Cf. ad 2, 44, 3.

9. *Jam ego mecum hostium legiones mactandas Telluri ac Diis Manibus dabo — M. Livium pontificem præire jussit verba* v. ad 5, 41, 4. *eodem habitu, quo pater P. Decius ad Veserim* cet. cf. 8, 8. 9. Decium patrem cum Latinis, filium cum Etruscis, et nepotem cum Pyrrho decertantem se devovisse dicit Cic. Tusc. Qu. 1, 37. et Fin. 2, 19. Alii de patre tantum filioque id tradunt, et ipse Cic. Parad. 1, 3.

10. *cœlestium* (et) *inferorum* (deorum) *iras: contacturum — pestis Samnitium fore*, v. ad 2, 5, 3. et 2, 44, 5. — *Hæc exsecratus in se hostesque*, v. ad 1, 51, 1.

CAP. 29.)—1. *novam de integro instaurare pugnam*, ut 37, 19. Cf. ad 2, 36, 1. — *velut alienata mente* sc. a recta ratione, h. e. vesana, ut 3, 48, 1. et 42, 28 extr. — *vana tela*, inrita, ut *vani ictus* 34, 39. et *vanum teli genus*, non efficax, 31, 39.

2. *jusseratque pro prætore esse*, vulgo *proprætorem*. Sed Livius amat dicere *pro prætore, pro consule, pro quæstore*, (41, 10.) *pro dictatore:* quæ passim recte restituerunt Gron. et Drak. pro vulg. *proconsul* cet. quæ tamen forma sæpe etiam in omnibus libris legitur, v. c. 23, 31. 37, 46. 39, 29. al., et late defenditur a Manut. ad Cic. Ep. ad Div. 1, 1.

3. *defunctos consulis fato*, v. ad 2, 35, 2. — —*furiarumque*, ingentis terroris anxietatisque, ut ap. Cic. Mil. 33.

4. *ad hostes esse*, v. ad 2, 10, 10.

5. *pede conlato*, v. ad 6, 12, 7. — *conlecta humi*, forte ut ap. Plin. 8, 42. nisi leg. *conlecta pila, quæ humi strata* cet. Duk. et Drak. — *in testudinem*, v. ad 5, 5, 3.

6. *quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis:* sensus est, partem hæsisse in scutis, partem, quæ teretiore essent mucrone et facilius penetrarent, *veruta* quippe, ipsa etiam corpora adtigisse; Gron. In 2 MSS. optimis est *verarisque rutis*, in aliis et edd. antt. *plerisque in scuta, plerisque verutis* cet. unde Stroth. non male dedit *plerisque in scuta, rarisque verutis* cet. Ceterum *verutum* (f. telum) vel *veru* parvi jaculi genus, et Samnitibus proprium, quod iis *σαύνιον* vocatum, et a quo ipsi Saunitæ, Samnit Samnites dicti feruntur. v. Veget. 2, 1 Lips. Pol. 4, 4. et Heyne ad Virg. Æn. 7, 665.

7. *sternitur cuneus*, v. ad 2, 50, 8.

8. *cunctando extraxerat diem*, v. ad 4, 43, 6.

9. *testudine facta*, v. ad 5, 5, 3. et 5, 43, 2.

10. *Cæsa eo die hostium XXV millia* cet. v. ad 9, 43, 8.

CAP. 30.)—1. *Magna ejus diei — fa est*, h. e. rerum, eo die gestarum, ingentiumque copiarum, quæ utrimque pugnarunt, *etiam vero stanti*, etiam apud eo scriptores, qui rei veritate adquiescunt nec fidem excedunt. (Cf. ad 3, 36, 11.) *Sed superjecere*, excessere, transgressi sunt quidam *fidem augendo* sc. rem et numerum copiarum. Sic, quod Gron. jam monuit, *paternas superjecisse laudes* plerique MSS. pro vulg. *superasse* 38, 58. *superjacere benefici parentum* dixit Sen. de ben. 3, 32. *hæc* hyperbole *est ementiens superjectio* Quintil. 8, 6 et *ὑπερκοντίζειν τινὰ ταῖς μηχαναῖς* cet. ap Aristoph. in Avibus 367. in Pluto 3, 2 Theophyl. in Matt. 24. et *ὑπερβάλλειν* passim. Mox post *adfuisse* repetendum *scripsere*.

2. *inconditis carminibus militaribus*, v. ad 4, 20, 1.

3. *æquata eventu publico privatoque filii laudibus*, comparata tam quoad victoriam partam, quam quoad mortem spontaneam glorioso filii facto; Str.

CAP. 31.)—1. *in agrum Vescinum*, v. ad 8, 11, 3. — *Formianum*, v. ad 22, 16, 4.

2. *in Æserninum* agrum. *Æsernia* ap. Strab. et al. *Esernia*, hod. *Isernia* s. *Sergna*, non longe a læva *Vulturni* ripa. v. ad Sil. 8, 566. — *quæque* pro vulg. *quæ* ex optimis MSS. recepi exemplo Crev. et Str. Idem vel *qua adjacet* legendum putabat Gron.

3. *in agrum Stellatem*, v. ad 9, 44, 2.

4. *illinc ab ultima jam spe dimicantibus* Samnitibus. Cf. ad 1, 1, 5. — *Cæsa ergo Samnitium* cet. v. ad 9, 43, 8.

5. *pestilentia gravis* annus, v. ad 3, 6, 2. 3.

6. *terram multifariam pluisse*, v. ad 1, 31, 1.

7. *plerosque fulminibus ictos*, v. ad c. 13. n. 12. Itaque intemperies aëris, gravi tempestatum vi turbati, pestilentiam seu febres epidemicas genuisse videtur.

8. *librique ob hæc aditi* sc. Sibyllini. Cf. ad 3, 10, 6.

9. *matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit*, v. ad 7, 16, 6. et 8, 22, 2.

10. *Samnitium bella, quæ continua* (v. ad 4, 22, 4.) *per quartum jam volumen*, (inde a lib. 7, 32.) *annumque XLVI. a M. Valerio Corvo et A. Cornelio Cosso consulibus*, ab anno V. 412., quo hi consules fuere, (ut passim con-

ro consulatu vel anno ejus; cf. ad 21, 39, 56, 3. et ad Tac. Ann. 3, 52, 1.) , h. e. enarrando persequimur, denos, exponimus, tractamus, ut ap. err. 1, 13. 4, 22.

Samnites in Sentinati agro victos tra- Livius c. 27-29. *in Pelignis* (h. e. regione) et *ad Tifernum* montem 0. et in *Stellatibus campis* hoc cap. 31.

suis ipsi legionibus, suis tantum viribus que usi ac freti, et *mixti* cum *alienis*, is aliorum populorum.

imperatorem clarissimum, Gellium Eg- n. v. cap. 29. — *viribus jam stare*, v. 14, 2.

Quinam sit ille, quomodo esse et fingi possit, *quem pigeat longinquitatis*, nitatis (ut 9, 24. 33.) horum *bellorum lo legendoque*, qui ea vel scribens vel fatigetur, *quæ gerentes non fatiga-* Samnites et Romanos? In edd. re- ante *pigeat* insertum *non*, quod ab et MSS. optimis abest. Expunxit Stroth. at, si adsit, fortiorem fere esin esse putat: bella, quæ legentes nt, gerentes non fatigaverunt. Enim- recte Doer. monet, Livium, bella itium ulterius persequuturum, vereri, dium tandem illorum longinquitas lectoribus, et hinc eorum benevo- m hoc quasi epiphonemate captare: la gerentes non fatigati sunt, saue ntes et legentes non fatigari debent.

P. 32.)—1. *ibi obvium habuere hostem* sc. ni: vel et Romani et Samnites suum te exercitus hostem; Gron. — *in* loca. v. ad 2, 59, 5. et 8, 12, 11.

desperatio ultima, v. ad 3, 58, 11.

am ipsam lucem *premente caligine*, v. , 27, 6. — *ad stationem Romanorum* x h. l. et cap. 33. 25, 38. aliisque ius ad Polyb. c. 2. adversus Lipsium t, *stationes* etiam nocturnas fuisse.

Ab tergo castrorum decumana porta — ita tum quæstorium, v. ad 3, 5, 3.

P. 33.)—1. *cohortes duas sociorum*, *Lu- Suessanamque*, ut *turma Lucana* 22, 42. a 25, 14. *Placentina et Æsernina* 44, 40. *Marrucina, Peligna, Firmana, Festina, tensis* 44, 40.

ueri prætorium jubet — principali via, 3, 5, 3. et 7, 12, 6. — *quum consul retur — rogitans:* suspectum est *ro-* ; Duk.

referre inde castra, v. ad 4, 9, 7.

. Postumium cos. vixdum validum v. ad

dem Victoriæ, quam ædilis curulis — de- , cf. ad 1, 55, 3. Supra hujus ædili- ulla mentio fit: est enim hoc Livio are, ut magistratus alicujus gesti, gis latæ, (v. c. Oppiæ, quam abro- tantum refert 34, 1 sq.) aut rei, non anno illo, quo de ea actum est, verum multos post annos (data occasione ὡς ἐν παρόδῳ) mentionem inferat; Sigon. Cf. ad 4, 30, 9. 9, 12, 4. 9, 28, 2. 38, 10, 4. Periz. anim. hist. c. 4. p. 160 sq.

6. *diversi consules — discedunt*, v. ad 3, 60, 1.

CAP. 34.)—1. *Milioniam*, v. ad 10, 3, 6. — *opere*, v. ad 5, 22, 6.

2. *ab hora quarta usque ad octavam fere horam*, ut 44, 37. nisi ultima vox delenda. Cf. tamen ad 1, 3, 8.

3. *Inde Ferentinum ductæ legiones:* quod oppidum, sive sit Latii, sive Etruriæ, non habet hic locum: sed et mirifice variant scripti: *Feritrum, Fertorium, Foretrium, Feretrum:* unde suspicor *Treventinum;* Gron. *Treventum* s. *Triventium* opp. Samnii (hod. *Trivento*) ad fines Frentanorum et *Trinium* fl., nunc *Trigno:* unde *Treventinates*. v. Plin. 3, 12. et Frontin. *Forentum* minus apte conj. Doujat.

4. *quæ ferri agique potuerunt*, v. ad 3, 37, 4. — *per aversam portam*, v. ad 3, 5, 3.

5. *silentium vastum*, ingens, altum, horrendum: vel quale in loco vasto, h. e. deserto, esse solet. Cf. ad 3, 7, 1.

6. *sociorum Latini nominis*, v. ad 1, 10, 2.

7. *itineribusque iis*, viis ex illis portis ducentibus; Doer.

8. *quæ migratu difficilia essent*, v. ad 5, 25, 4.

9. *urbes conscisse fugam*, v. ad 4, 4, 6.

CAP. 35.)—1. *ad finem Lucerinum*, v. ad 4, 58, 2.

2. *Minus cladis — ad hostes erat*, v. ad 2, 10, 10. Mox pro *qua* (sc. via; vel parte, nempe præter hostes, viam) *ingressi* in multis libris antt. *quam ingressi*.

3. *sed militum jacere animos*, demissos, abjectos, imminutos esse: unde *erigere animum* dicitur.

4. *alioquin pro victis esse*, v. ad 2, 7, 4.

5. *Armatis ac dimicantibus dubiam victoriam esse*, Martem communem esse, et non omnem victoriæ spem sublatam: *qui nudus atque inermis*, MSS. Pall. *iners*, et hoc probant opposita: nam *nudus* respondet *armatis* et *iners dimicantibus;* Gron. Cf. ad 3, 19, 9.

6. *Tunc enimvero consul* cet. v. ad 1, 51, 5.

7. *Dii bene verterent, facerentque* cet. "Copula ineptam videtur reddere sententiam: *Dii bene verterent, et facerent, quod quisque* eorum, sc. deorum, *se dignum duceret*. Legerem: *Dii bene verterent, facerent* milites, *quod* cet." Duk. Recte, opinor, aut leg. *quod dii bene verterent, facerent, quod* cet., Drak.

8. *adversus hostem, nec spe, nec animo certiorem*, firmiorem fortioremque. Cf. Duker., Gron. Diatr. in Stat. p. 415. et Intpp. Cic. ad Att. 10, 11. et p. Quinct. 24. Heyne ad Virg. A. 9, 249.

[redacted]

CAP. 36.)—1. *In medio sarcinas conjiciunt*, forte *in medium*, ut paulo post, et 28, 2. vel *in unum* 3, 28; Gron.

2. *Diversique integri a. i. abissent*, v. ad 3, 60, 1.

3. *clamore incerto atque inpari*, cf. 4, 37 extr.

4. *statione equitum ibi obposita* adversus hostem, ut 30, 10. vel ut passim *stationem obponere pro castris* pro *ponere ante castra*. Cf. ad 6, 23, 6. 23, 29, 3. 24, 39, 1. et Intp. Virg. A. 2, 333.

5. *templum Jovi Statori vovet* cet. exemplo Romuli. Cf. ad 1, 12, 5. — *inclinata res*, cf. ad 9, 12, 2.

6. *orbem armatorum sarcinis circumdant*: vox *sarcinis*, quæ modo præcessit, forte delenda, et e marg. inrepsit.

7. *Captivorum numerus fuit septem millium ac ducentorum*, ut paulo post et 22, 46. al. Al. *septem millia ac trecenti*. Cf. ad 9, 43, 8. — *nudi sub jugum missi*, v. ad 3, 19, 9.

8. *Interamnam* (s. Interamnas) coloniam Rom. (cf. 9, 28.) *quæ in via Latina est*, (v. ad 2, 39, 3.) in Latio: nam aliud opp. ejusdem nominis in Umbria, aliud in Piceno fuit. Cf. ad Tac. Ann. 1, 79, 3.

9. *inpedito agmine*, v. ad 5, 16, 2. — *ad res suas noscendas r.* (v. ad 3, 10, 1.) *revocatis*, qui forte, quum hoste ingruente diffugissent, nondum ad sedes suas redierant: nisi dictum pro simpl. *vocatis*, aut leg. *evocatis*; Duk.

10. *quod captivos sine pactione sub jugum misisset*: vox *sine* perperam omissa in edd. Ernest. 1. et Stroth.

CAP. 37.)—1. *in Etruriam traducto exercitu*: præpos. *in* abest a multis optimisque MSS. Sic *navigare Ægyptum* 45, 10. *Peloponnesum proficiscuntur* 42, 44, 5. et similia 32, 16. 36, 42. 37, 31. 33. 45, 11. 12. v. ad Tac. Ann. 1, 5, 2. et sup. ad 8, 1, 1. Drak. ad 10, 37, 1. 28, 45, 8. 33, 41, 6.

2. *amplius duo millia, minus duo* cet. v. ad 3, 64, 5.

3. *Mulcta præsens* v. ad 1, 12, 6.

4. *ad solatium æquatæ repulsæ*, ut ipse eamdem, quam conlega ejus, (v. cap. 36 extr.) repulsam ferret, vel ei quoque honor triumphi petitus negaretur, idque conlegæ ejus solatio esset.

5. *ne novo exemplo triumpharet*, sine auctoritate senatus et sine jussu populi.

6. *Jactata res ad populum est*, v. ad 3, 10, 2.

7. *M. Horatium — triumphasse*, v. 3, 63. et 7, 17. — *patrem ejus, qui tunc* (f. *nunc*) *censor esset*, v. 10, 47. Mox *id* ante *ad populum* subpiendum, vel excidit.

8. *mancipia nobilium tribunos pl.*, v. ad 2, 10, 6.

9. *Et hujus anni*, etiam hujus; ut superioris, de quo v. cap. 30. — *memoria*, historia.

10. *auctor est Claudius*, (v. ad 2, 58, 1. et 6, 42, 4.) — *ab Atilio in Etruria* cet. Fasti utrumque tradunt. Cf. Pigh. Ann. ad a. 459. et Periz. anim. hist. c. 4. p. 216.

11. *Fabius ambo* (al. *ambos*) *consules — scribit*, v. ad 1, 44, 5.

12. *sed fanum tantum, id est locus templo effatus, sacratus* (al. *jam sacratus*) *fuerat*, v. ad 1, 55, 3. Totum hoc *id est — sacratus* glossæ speciem habere, saltem *sacratus* esse glossema τοῦ *effatus*, non male suspicabatur Stroth. Forte etiam leg. *Hanc Romulus ante voverat*: (v. ad 1, 12, 5.) *sed fanum tantum — fuerat hactenus. Hoc demum anno* cet. Facile *ut* ex *hc̄*, (h. e. *hanc*) et *cæterum* ex *hactenus* oriri potuit.

13. *bis ejusdem voti damnata re publica*, v. ad 5, 25, 2. *re publica* pro vulg. *res publica in rel. venit* reposui cum Gron. qui bene monet, sensum esse: postquam jam bis resp. voto Jovi Statori facto servata erat, visum est senatui ad religionem pertinere vel religionem postulare, ut justa ædes tam facili Deo conderetur. Cf. 22, 33. et ad 2, 5, 4. Recte quidem dicitur *resp. in religionem venit*, (saltem *res in religionem venit* 22, 33. et ap. Cic. de N. D. 2, 4.) sed minus recte *resp. in rel. venit, ut senatus* cet. Doer.

CAP. 38.)—1. *Sequitur hunc annum et consul — et bellum* cet. h. e. annus, quo et consul fuit insignis, et bellum fuit cet. Cf. ad c. 31. n. 10. — *L. Papirius* cet. cf. ad 9, 16, 8. *qua — qua*, v. ad 2, 35, 3.

2. *opulentia insignium armorum* cet. ut olim. v. 9, 40.

3. *delectu per omne Samnium habito nova lege*, sacrata, *ut, qui* cet. cf. 9, 39. et ad 2, 8, 3. 4, 26, 2.

4. *ex libro vetere linteo*, qualibus libris etiam Romani olim utebantur. Cf. ad 4, 7, 7. — *sacerdote*, sacrum faciente, et *id sacrum* pro: hujus sacri administrationem; Str.

5. *vetusta Samnitium religione, qua quondam usi majores eorum, quum adimendæ Etruscis Capuæ* cet. v. 4, 37. 7, 38.

6. *per viatorem inperator* cet. v. ad 2, 56, 10.

7. *in loco circa omni contecto* sc. *linteis* velis, (ut supra) *aræ* cet. Forte *ara* ex Festo: *Legio Samnitum linteata adpellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se Romano militi juraverunt.*

8. *diro quodam carmine*, (v. ad 1, 24, 9.) *in exsecrationem — conposito*, quo dira inprecabatur in caput suum familiæque, *nisi isset* cet.

9. *ut vir virum legerent*, v. ad 9, 39, 3.

10. *ea legio linteata adpellata est ab integumento consepti* loci; a linteis, quibus contectus erat locus, cratibus pluteisque conseptus; ut supra. Cf. ad 4, 20, 5. et Fest. v. *Legio*.

11. *His arma insignia data* cet. cf. 9, 40.

CAP. 39.—1. *operati superstitionibus*, v. ad

1, 31, 7. — *Amiternum oppidum* Sabinorum, in Vestinorum finibus, ex cujus ruinis subcrevit Aquila, vel Furconium, vel hod. S. Vittorio s. Vittore.

2. *Atinate agro*: intellego Atinam Volscorum, sed quæ hoc tempore erat in potestate Samnitium; Drak. Hærebat Duk. et *Antiate* legebat Cluver. Ital. ant. 4, 7. p. 1193. — *summa rei Samnitium*, v. ad 3, 5, 6. Cum *Aquilonia*, urbe ad Apuliæ fines sita prope Aufidum fl., (hod. *Cedogna*) conjungitur *Cominium* opp. incerti situs, quod alii Samnitibus, alii Hirpinis adsignant, quodque vel diversum est ab *Cominio Cerito* 25, 14 extr. vel idem.

3. *majore discrimine res vertebatur*, v. ad 3, 27, 6. Mox *jam* (κατὰ) *omnia ad dimicandum satis paratus* emend. Gron. ad 21, 34.

4. *quid laxamenti*, v. ad 2, 24, 4.

5. *adprobare conlegam consulta*, v. ad 3, 62. 3. — *nuntio misso*, quum ad conlegam misisset nuntium. Mox *de præsentis hostium adparatus vana magis specie* conj. Gron. Sed *vana magis specie q. e. ad e.* per adpositionem dicta; Duk.

6. *picta atque aurata scuta* — *occisam*, v. 9, 40. — *Romanum pilum*, v. ad 9, 19, 2.

7. *publicis etiam locis decorandis*, foro. v. 9, 40.

8. *Deos immortales adesse*, adjuvare. v. ad 1, 12, 6. — *si qua*, aliqua, *conjectura mentis divinæ sit*, si mentem et consilia deorum aliqua conjectura adsequi liceat.

8. *nefando sacro* — *exsecrationes horrens, invitus juraverit*, v. ad cap. 38. — *ancipiti Deorum iræ*, duplici, *hinc*, tum ob fœdera rupta, *hinc*, tum ob *juris jurandi exsecrationes*.

CAP. 40.)—1. *clamore consentienti*, fausto omine. v. 4, 37.

2. *Papirius silentio surgit*, v. ad 8, 23, 12.

3. *pullarium in auspicium mittit*, auspicium ex pullis capere jubet: superstitio nota et absurda, quam ad ultima inperii Rom. tempora viguisse mireris.

4. *pullarius, auspicium mentiri ausus*, cf. ad 21, 63, 8. — *tripudium solistimum*, v. Cic. Div. 1, 15. 2, 3. et 34.

5. *quadringenariæ ferme erant*, v. ad 7, 7, 2.

6. *mulos, detractis clitellis* cet. v. ad 7, 14, 4.

7. *cum cohortibus alariis* (al. *alaribus*) sociorum peditatu. *Alæ* nonnumquam sociorum copiæ, at plerumque equitum quantum unius legionis erat; (tum CCC) Str. Cf. ad 25, 21, 4. — *tumulum conspectum*, v. ad 2, 5, 8.

8. *Juvenis, ante doctrinam Deos spernentem natus*, cf. ad 3, 20, 6. Epicureos bis verbis perstringi monet Gebh.

9. *macte virtute diligentiaque esto*, v. ad 2, 12, 10. — *qui auspicio adest*, propr. *præest*, sc. pullarius: sed illud verbum de sacris usitatius; Ern.

10. *in semet ipsum religionem recipit*, v. ad 2, 5, 4.

11. *insequitur acies ornata*, legio linteata, *armataque*, alius exercitus XX millium, (v. cap. 38 extr.) et quidem *ornata* s. ita *ut hostium quoque*, quamvis hostium esset s. hostilis acies, *magnificum spectaculum esset*.

12. *corvus voce clara obcinuit*, v. ad 6, 41, 6.

13. *numquam humanis rebus magis præsentes interfuisse Deos*, evidentiori præsentiæ favorisque sui significatione; Doer. Paullo ante: *Dii in prælio sunt*. v. ad 1, 12, 6.

CAP. 41.)—1. *occulti paratus* (adparatus, ut sæpe ap. Tacitum; v. ad Ann. 3, 35, 5.) *sacri* — *compositum*, cf. cap. 38. — *armati sacerdotes*, forte *centuriones*, ut c. 38. nisi ibi leg. *circumstantes sacerdotes strictis gladiis*. — *fando nefandoque sanguine*, pecudum hominumque.

2. *His vinculis fugæ obstricti*, inpedimentis fugæ; his remediis, a fuga eos retinentibus, conpulsi. Cf. c. 13 extr. et ad 21, 43, 3.

3. *dux alaribus cohortibus erat*: *pulverem majorem* cet. cf. cap. 40. n. 6. 7. — *majorem, quam pro numero* v. ad 7, 33, 2.

4. *per turbidam lucem*, moto pulvere turbatam. — *in primo adparebant*, v. ad 2, 20, 3.

5. *consul adfirmavit errorem* cet. cf. ad 10, 14, 13. — *ita ut vox etiam ad hostes adcideret* optimi MSS. Alii *adcederet*, quod ex Terent. Hec. 3, 5, 32. et Cic. in Vatin. 2. defendi posse monet Duk. Cf. inf. ad 21, 10, 15.

6. *Ipse Trebonio C. prædixerat*, v. ad 2, 10, 4.

7. *Tum jam deorum hominumque victa vi*, quam horrendum jus jurandum et terribiles minæ in milites habuerant; Doer. Cf. cap. 38. — *linteatæ cohortes*, v. cap. 38. Mox *agmen* post *peditum* deleri malebat Gron.

8. *diversa cornua* cet. v. ad 3, 60, 1.

9. *testudine facta*, v. ad 5, 5, 3.

CAP. 42.)—1. *præceps in obcasum sol*, v. ad 4, 9, 6.

2. *adpetens nox*, v. ad 5, 19. 2.

3. *nec jam integri quidquam esse*, nihil, quod a se mutari possit, nihil a suo amplius pendere arbitrio, omnia jam tentata esse et perfecta. v. ad 2, 5, 1.

4. *Ingressi proxima ex parte* — *quievere*, ex parte militum, qui urbi proximi fuerant; Doer. Immo *ingressi* erant. Cave etiam jungas *ingressi proxima* et *ex parte quievere*. Aptior ratio est: *ingressi ex parte*, non omnes, sed pars copiarum, quas consul adciverat, *proxima*, primas urbis partes; vel *ingressi* urbem *ex proxima parte* ejus, h. e. proximas ejus partes: (cf. ad 2, 33, 8.) nisi cum Gronoviis leg. *proxima portæ*, vel *ingressi proxima, ea parte*, — *quievere*.

5. *millia triginta* cet. v. ad 9, 43, 8.

6. *Ab eodem robore animi*, propter illud. v. ad 1, 1, 5.

7. *controverso auspicio*, cf. cap. 40.

[redacted]

8. *in ipso discrimine*, v. ad 6, 17, 4.

9. *pocillum mulsi prius, quam temetum*, vinum, (præcipuam temulentiæ causam; v. Plin. 14, 3. et Gell. 10, 23.) *biberet, sese facturum*, sacrificandi causa oblaturum: nam *facere* est verbum propr. de sacrificiis. Sed vel simpl. dicitur pro sacrificare, (*facere* et *fieri* sc. sacra s. sacrum, ut sæpius utrumque 22, 10. et Gr. ῥέζειν, cf. ad Juvenal. 9, 117.) vel jungitur eo sensu cum ablat. rei, (ut *catulo* et *vitulo* ap. Colum. 2, 22. et Virg. Ecl. 3, 77.) non cum adcusat. rei, nisi cum *sacra*, aut *sacrificium* et *res divinas*. Hinc leg. forte *pocillo*, aut *facturum* proprio sensu h. l. capiendum, etsi non sine respectu sacrificii, vel cum Drak. referendum ad conpositionem *mulsi*, quod ex vino et melle conficiebatur, unde Gr. οἰνόμελι dictum. Ceterum Stroth. jam monuit, hoc votum, quod non templum aut tale quid magni contineat, sed ad vinum et lætitiam spectet, adeoque fere jocosum sit, adferri ad probandum, *non ferme alium lætiorem ducem in acie visum*. Mulsi autem usus Romanis tum in sacris fuit, tum in deliciis et in triumphis funeribusque, in quibus milites et funus prosequentes eo donabantur. Cf. 38, 55, 2. Varr. R. R. 3, 16, 2. Colum. 12, 12. Plin. 14, 17. 22, 23. 24. s. 49 - 53. (ubi v. Hard.) Plaut. Bacchid. 4, 9, 149 sq. Plut. Apophth. p. 196.

10. *Id votum Diis cordi fuit*, v. ad 6, 9, 1.

11. *auspicia in bonum verterunt*, v. ad 2, 3, 2.

CAP. 43.)—1. *nuntius a conlega*, v. ad 27, 5, 4. — *decem cohortibus alariis*, v. ad 10, 40, 7.

2. *testudine ad portas subcessit*, v. ad 5, 5, 3.

3. *et* Romani, *qui ægre* (difficulter) *subcesserant ex plano* loco *in muros*, nunc *loco, quem magis* quam hostem *timuerant, victo*, superato muro, *facile in*, adversus, *hostem ipsis inparem* viribus *ex æquo pugnabant* loco. Vox *ita* ante *postquam* jungenda cum verbis seqq. *relictis turribus* cet.

4. *ad undecim* (al. *quindecim*) *millia* cet. v. ad 9, 43, 8. — *in fidem consulis venerunt*, v. ad 7, 18, 1.

5. *neutri prœlio obcurrerunt*, v. ad 21, 61, 1.

6. *flamma late fusa certioris cladis indicio*, forte *certius c. indicium — prohibuit*, vel *certiori c. indicio, p. l. prohibiti* J. Gron. — *Eo ipso loco prope temere*, fere sine ordine, dum quisque locum capiebat, quem sibi forte aptum invenerat; Doer. *forte temere* malebat Gron. Cf. ad 2, 31, 3.

7. *quam in partem intenderent iter*, v. ad 4, 19, 1.

8. *in fugam consternantur*, v. ad 2, 47, 3.

9. *alio*, reliquo, (v. ad 4, 10, 2.) *agmine incolumi*, *ut ex tanta trepidatione*, v. ad 8, 30, 7.

CAP. 44.)—1. *exhaustis tectis*, exinanitis, expilatis, direptis, ut 26, 30. 31, 38. 34, 13. ubi v. Drak.

2. *magni agminis modo*, specie; Doer. — — *centuriones* quatuor, *militesque*, manipulum hastatorum. v. præcc. Tempora h. l. parum conveniunt: *terruerat, facit, ceperant*; Duk.

3. *corniculis* forte ornamentis galearum, cornu speciem referentibus; et hinc *cornicularii* milites, iis donati s. insigniti. Tubulos cornuum forma fuisse, quibus inderentur plumæ eminentes, ornatus galeæ et caudæ equi, suspicabatur Scheff. de tribus orbibus aureis p. 56 - 66. "*Cornu* dictum illud ornamentum, miris gemmis ornatum, quod capite gestant Venetorum duces: et in numo argenteo Alexandri M. caput galeatum cum corniculis, quibus inditæ plumæ, conspicimus;" Marc. Donat. Cf. Drak. ad h. l., Salmas. ad Solin. p. 386. et Intpp. Suet. Dom. 17. et Gramm. 9. Valer. Max. 6, 1, 11. *corollis* vel *coronulis* conj. Jac. Periz.

4. *pro aris ac focis dimicantem*, v. ad 5, 30, 2. — *diversi*, v. ad 3, 60, 1. — *Sæpinum*, Σαίπινον Ptol. hod. *Supino*, ad Apenninum et fontes Tamari fl. unde *municipes Sæpinates* ap. Gruter. 441, 4. 513, 1. — *Volana* opp. Samnii, non nisi Livio memoratum, ut et *Palumbinum* et *Herculaneum* cap. 45.

CAP. 45.)—1. *subplicatione publicum gaudium privatis studiis celebratum est*: ante *subplicatione* subpl. *in*, vel *et* inserendum ante *privatis*.

2. *si quid in Samnio adversi venisset*, v. ad 9, 12, 1. — *occupationem populi Rom.*, bellum in Samnio. — *Legationes sociorum, a M. Atilio* cet. v. ad 3, 4, 2.

3. *ex auctoritate Patrum jussu populi*, v. ad 1, 17, 6.

4. *parvo admodum plures*, (ut *aliquanto plures, multo plures, nimio plures*, ap. Plin. 2, 67. *parvo brevius*, ap. Gell. 13, 2. 17. *parvo junior* et *brevi antiquior*; Gron.) *caperentur*, quam cæsi essent.

5. *vim frigoris in Samnio* majorem, quam in Etruria, quia regio erat montana; Str.

6. *sæpe in acie, sæpe in agmine*, in itinere, ut ap. Sall. Jug. 45. vel, ut Drak. exponit, qui alterum *in* delendum putat: non explicatis ordinibus distinctaque acie. Cf. 21, 57. 25, 34. (*agmina magis quam acies pugnabant*: nos: *mehr Colonnenweise als en Fronte*) 29, 36. 33, 9. quibus locis *agmina aciei* (ex aliorum sententia: singulæ manus toti exercitui) obponuntur. *Agmina* etiam et *incondita turba* synon. 21, 57.

7. *neque obsidio erat*, quia magna vis hostium in acie resistebat Romanis, neque

[redacted]

idionem fieri *tutando armis viris*-
patiebatur; *neque bellum ex æquo*
non omnis exercitus Samnitium
acie conlata cum Romanis pug-
ex parte etiam mœnibus urbis,
castra posuerat, defendebatur;
bsidio, sed bellum ex a. e. MS. Flor.
on. et Drak. ut sensus sit: non
antur obsideri, sed in campo
paribus congredi.
ue operibus, v. ad 5, 22, 6. —
hus cædis editum, v. ad 1, 1, 5. —
illia cet. v. ad 9, 43, 8.

6.)—1. *triumphus omnium consensu*
forte *decretus* leg. cum Drak.
o, Cæsari aliisqui non petentibus
quidem oblatus est, sed nemini,
m, his temporibus. — *insigni*,
emporum habitus (ratio et indoles)
pho, v. ad 8, 30, 7. — *civicæ*
resque ac murales, cf. ad 6, 20, 5.
te diversa a *castrensi*, quod castra
erunt esse sine vallis solisque
ggeribus munita: hæc ei data,
introiverat castra hostium, illa
mus vallum castrorum supera-
jus insigne vallus ex auro, illius
a Jac. Gron. ad Gell. 5, 6.
is spoliis, scutis auratis Samni-
ujus Papirii patre devictorum,
rant frequenti ornatu publicorum
ri. v. 9, 40. — *vicies centena et ad*,
lus minus, *triginta t. m.* ex emend.
vid. etiam de pec. vet. 2, 5.
Quirini — dedicavit, cf. Plin. 7,
mul tradit, primum ab eo sola-
logium ad hanc ædem statutum
em Plin. 34, 7. s. 18. refert, e
mnitium armis colosseam Jovis
Capitolio, nec tamen a Papirio,
rvilio, factam esse.
um Vescinum, v. ad 8, 11, 3.
infesta ab Samnitibus erat, v. ad
— *Troilium* opp. ignotum. Forsc
lum, opp. Etruriæ, non longe a
sconi, (hod. *Trosso*) a quo sine
pera capto equites Rom. *Trossulos*
os docent Plin. 33, 2. s. 9. et

duo millia capti, v. ad 3, 64, 5.
2.
Fortis Fortunæ trans Tiberim.
Fortuna dicta est incerta res, Fors
ntus fortunæ bonus. Cf. ad Tac.
, 2. Ovid. Fast. 6, 773 sq. et
oma antica 7, 11. — *de reliquo*
biis h. e. de reliqua prædæ parte,
ea, quæ *manubiæ* erant; Str.
rtia prædæ pars, quæ inperatori
i, et ab eo in monimentum ali-
mentumve publicum consumi.
Epist. 32. in Syll. Epist. Burm.
ins. ad Vellej. 2, 40. Ascon. et
oca class. Cic. Verr. 1, 59. et l.
agrar. 1, 4. 2, 22. 23. — *faciendam locavit*,
v. ad 5, 23, 6.

8. *prope ædem ejus* al. *eidem*) *Deæ ab rege Servio Tullio dedicatam* novam nunc exstructam fuisse mireris. Forte leg. *prolapsa æde eidem deæ — dedicata.* — *alterum tantum centurionibus atque equitibus:* "hæc præmia pro portione stipendii dari solita, quod miles simplex, centurio duplex, eques triplex adcipiebat. Cf. 33, 23. 34, 52. 36, 40. 38, 59. 39, 5. 7. 40, 43. 15. 41, 7. 13. 45, 40. 43. Nec aliter adcipienda videntur ea loca, ubi nulla vel centurionum et equitum fit mentio, ut 28, 9. 30, 45. 31, 20. vel centuriones vel equites præterit Livius, ut 34, 46. 39, 7. nisi utroque loco aliquid excidit. Singulare et corruptum est, quod 33, 37 legitur, non quod h. l. etsi æque sine exemplo est, eo quod mihi persuadeo, non multo ante hoc tempus in usu esse cœpisse, ut triumphantes exercitui aliquid ex præda dividerent, et ob id tum nondum certam rationem ac modum horum præmiorum servatum fuisse. Nam primam hujus rei a Livio mentionem puto fieri 10, 30." Duk. Cf. ad 33, 23, 3. et 39, 7, 2.

9. *malignitate conlegæ*, ob malignitatem Papirii, qui militibus nihil dederat ex præda. Cf. ad 3, 63, 2.

10. *dicta die a M. Cantio:* (al. *Scantio*) causa non additur; sed petenda videtur e cap. 37.

11. *fugerat in legationem* (*ut fama ferebat*) *populi judicium*; cf. ad 6, 24, 7. Sed potius leg. *in legatione* cum Perizon., vel, quod malim, *per legationem*; nam sensus est: qui, quamvis consularis, et consulatu vix deposito, ut fama ferebat, *legationem*, h. e. legati munus a Carvilio petierat adcepcratque, ut effugeret populi judicium, quique illud ita evaserat: nam magistratus et qui reip. causa aberant in jus vocari non licebat. Hoc itaque jam tum legibus cautum vel certe usitatum fuisse videtur: incerti quoque anni est lex Memmia de ea re lata, et dubium, utrum hæc diversa fuerit a Remmia de calumniatoribus an eadem, et quod nomen huic tribuendum. v. Pigh. Ann. ad a. 613. Ernesti clav. Cic. et ad Suet. Cæs. 17. et 23.

12. *jactarique magis*, (v. ad 3, 10, 2.) *quam peragi adcusatio ejus poterat*, ob favorem consulis; forte et ob artes, quibus res extracta est in principium novi anni, quo alii tribuni pl. magistratum iniere. Cf. cap. 47 pr.

CAP. 47.)—1. *quia vitio creati erant tribuni plebis:* "Idem 30, 39. de ædilibus plebis dicit. At plebeji magistratus auspicato non creabantur. Quomodo ergo *vitio creati* dicuntur? Hoc expedit Gruchius de comit. 2, 4 pr." et p. 842. Duk. Cf. ad 5, 17, 4.

2. *Lustrum conditum*, v. ad 1, 44, 3.

3. *Censores vicesimi sexti a primis censoribus:* sed vix XII censorum paria memoravit jam

[redacted]

Livius. — *lustrum undevicesimum*; in fastis Capitol. trigesimum: unde Livium non numerasse lustra X ante primos censores condita suspicabantur Sigon. et Pigh. in Annal. ad a. 459. qui et sæpe notavit incuriam ejus in censoribus lustrisque referendis. Sed forte librarii pro XXX reposuere XIX. Nota Drak. est hæc: "Dodwell. de cyclis diss. X. §. 92. p. 632. emend. *Censores LXXXVI a primis censoribus:* primos enim censores a. V. 311. institutos esse, et a. 320. censuræ tempus XVIII mensium spatio conclusum ab Æmilio Mamerco, ita ut singulis trienniis ad a. 440. bina fuerint censorum coulegia. Verum toto cœlo errat. Licet enim Æmilius censuram XVIII mensium spatio concluserit, non tamen postea quolibet mense octavodecimo novi censores, adeoque uno triennio duo censorum paria creabantur; sed, quemadmodum antea fieri solebat, quolibet quinquennio semel tantum novi censores eligebantur, verum hac lege, ut post XVIII menses honore abirent, reliquo trium annorum et sex mensium spatio nulli censores in re publica forent. Patet hoc ex cavillationibus Ap. Claudii 9, 33. qui contendebat, se censorem creatum esse ex formula primæ istius legis, qua primitus censores instituti sunt, iisque imperium quinquenne datum est: similiter etiam reliquos censores post C. Furium et M. Geganium, in quorum censura lex Æmilia lata erat. Ita enim Appius illa prætexere potuit, etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset; non tamen aut se, aut quemquam eorum, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Præterea, si post XVIII menses mox prioribus novi substitui solerent, cur non tempore Appii, exacto eo spatio, novi censores creati sunt, unde Appio censura abeundi necessitas inposita fuisset? Novos autem censores creari Appius inpedire non potuisset, quia comitiis, quibus censores creabantur, non ipsi censores, sed consules præerant. Insuper adhuc diutissime post Appii censuram censores tantum per XVIII menses, aut certe non per integrum quinquennium, honorem obtinuisse, et satis magna quinquennii parte nullos in re publica censores fuisse, conligi potest ex Liv. 45, 15. ubi censores petiisse legimus, ut *per anni et bimensis tempus prorogaretur sibi censura*. Id alioquin excurrisset in tempus novorum censorum, adeoque tum quatuor censores uno tempore exstitissent, quod erat inauditum. Subfecisset, si post triennium id sibi concedi petiissent. Verum nunc eo anno petierunt, quia instabat finis anni et sex mensium, quibus exactis dignitate abituri erant." Idem Drak. ad 45, 15 extr. hæc notavit: "Sensus Livii est, censores petiisse, ut ad annuum et semestre spatium, per quod secundum legem Æmiliam censuram gerere poteraut, *anni et bimensis tempus* adderetur, quo sarta tecta exigerent et opera locata probarent. Male vero Dodwell. l. l. §. 18. existimat, censores a pontificibus petiisse, ut hic annus bimestri spatio per intercalationem augeretur. Nam *prorogare* non pro *intercalare*, nec *tempus anni et bimensis* pro *tempus bimensis in anno* ponitur cet."

4. *Eodem anno coronati primum — ludos Rom. spectaverunt* non soli, opinor, inperatores, sed et alii, quibus coronæ præmii loco datæ; Str. Cf. ad 23, 11, 7. et Lips. mil. Rom. 5, 17. Forte leg. *ludos Romani spectaverunt*. Verba *eodem anno* parum venuste repetuntur. Cf. ad 1, 3, 8.

5. *damnatis aliquot pecuariis*, (v. ad 10, 23, 11.) ex mulcta *via ad Bovillas silice perstrata est a Martis*, num templo? an campo? an jungenda *a Martis silice*? Nihil horum satis probandum, et mendosa forte vox *Martis*. Interpretes tacent.

6. *pestilentiæ urentis urbem* cet. v. ad 10, 17, 1.

7. *Et libri aditi* Sibyllini, (v. ad 3, 10, 6.) ut ex iis intellegeretur, ut docerent, *quinam finis* cet.

8. *Æsculapium ab Epidauro Romam arcessendum*, v. 29, 11 pr. Epit. Liv. lib. 11. Plut. Qu. Rom. 93. p. 286. (T. 7. p. 153. ed. Reisk.) Oros. 3, 22, quique fabulosam narrationem tam diligenter quam ingeniose tractavit Ovid. Met. 15, 622-744.

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXI.

P. 1.)—1. *in principio summæ totius,* s universi — *plerique rerum* gestarum *ores*, ut Thucydides; Mur. Mox *gessere esserint*; Bauer. Idem monet, in verbis . esse synonyma, sed distincta, *virium boris:* nam *vires* esse potentiam, ab itu maxime, *robur* animi virtutem.

haud ignotas belli artes inter se conferebant Harl. et quædem edd. Plerique libri *ebant*, quod Bauer. in Ind. exponit: rsas obponebant, per eas concertabant, *rauchten gegen einander*. Sed nemo, quod n, ita loquutus est, et nostra lectio firr verbis præc. *inter se contulerunt arma. nserere pugnam et ex propinquo vires* suas hostium viribus *conferre*, periculum m facere cum iis, (*sich mit ihnen messen*) ap. 50 pr. Cf. ad 4, 27, 5. et 7, 33, 1. *t propius periculum* (al. *periculo;* v. ad 2, 5.) *fuerint*, post pugnam Cannensem, *icerunt*, Romani. Cf. Sil. 1, 13.

superbe avareque, sc. victorum terras addo; Doer.

Fama etiam est, Hannibalem — altaribus tum cet. cf. 35, 19. Polyb. 2, 1. 3, 11. il. 1, 77-139. 2, 349 sq. 13, 744 sq. eigh. ad Appian. Hisp. c. 9.

perfecto Africo bello, Africano, a. V. 513- statim post bellum Punicum I. a Pœnis cum mercenariis militibus in Africa rdinia. v. Polyb. 1, 65-88.

Sicilia Sardiniaque amissæ: nam Sicilia, de ellum Punicum I. erat gestum, conditus pacis, finito eo bello factæ, (v. ad , 2. Polyb. 1, 62. 63. 3, 27.) ob *nimis m desperationem rerum* (vel potius, quia na urgebat necessitas nec alia salutis reliqua erat; de quo v. Polyb. 1, 62.) Romanis: *Sardinia inter motum e*, in bello illo Africo, (v. not. 5.) *epta*, erepta Pœnis, (v. ad 3, 72, 2.) manis, qui a mercenariis, Sardinia a, invitati bellum indixere Pœnis, eos coëgerunt non solum insula cedere, et *stipendium*, 1200 talenta, ad conndas inpensas in adparatum belli s, solvere; quo nihil iniquius umquam m. Cf. Polyb. 1, 88. 3, 13. et Heynii c. Acad. T. 3. p. 71 sq. — *insuper in-*; al. *superimposito*, sollemni varietate. Cf. 45 pr. Drak. ad h. l. qui similes conformas, ut *superincubare* 22, 51. *superinsternere* 30, 10. Heins. ad Virg. A. 6, 254. Kustner. Chrestom. Enn. p. 43.

CAP. 2.)—1. *Africo bello, quod fuit sub recentem Rom. pacem*, statim post pacem, finito bello Punico I. factam. Cf. ad cap. 1. n. 5. ad 2, et, 55, 1. *per quinque annos*, at teste Polyb. 1, 88. per tres annos et IV menses. Hinc *quatuor* conj. Sigon. sed Doer. monet, omne illud tempus h. l. designari, quod Hamilcar a fine belli punici I. ad transitum in Hispaniam in Africa consumserit.

2. *novem annis in Hispania* cet. ubi et periit. Cf. 24, 41. Polyb. 2, 1. et ad Sil. 1, 140 sq.

3. *Medius Hasdrubal inter patrem* cet. cf. Polyb. 2, 1. et 36. Sil. 1, 144 sq. — *flore ætatis*, quem Hamilcari fruendum præbuit, ei *conciliatus*, cf. cap. 3. et Nepot. Hamilc. 3. *Erat præterea cum eo* (Hamilcare) *adolescens inlustris, formosus; quem nonnulli diligi turpius, quam par erat, ab Hamilcare loquebantur.* Nihil de ea re apud Polyb. Is triremibus eum fuisse præfectum tradit 2, 1.

4. *gener inde* (deinde, ut 1, 2. 33. 42, 55 pr.) *ob altam indolem* (cf. ad 1, 3, 2.) ab Hamilcare, *provecto annis, adscitus*, ex emend. Lips. *profecto, profectu* et *profectus* in MSS. et edd. antt. *provectus* vel *provectior annis* (Hasdrubal, scil. quum flos ætatis, quo Hamilcari conciliatus fuerat, exoletus, procedentibus annis jam defloruisset) conj. Klock. et Duk.

5. *factionis Barcinæ:* nam senatus Carthag. in duas factiones divisus erat, in *Barcinam*, quæ Hamilcari ejusque cognatis favebat, et in aliam, cujus princeps erat Hanno. Cf. cap. 3. 9. 10. et al. A *Barca*, gentis auctore, Hamilcar *Barcas* cognominatus, dictusque *Barcinus*, ut et ejus frater ac filii.

6. *Is plura consilio quam vi gerens — auxit*, cf. Polyb. 2, 36. et Appian. rer. Hisp. c. 4. et 6. At crudelitatem ejus aliaque vitia notant Fabius ap. Polyb. 3, 8. et Sil. 1, 145 sq. inique forsan de eo judicantes, ut Romani de Pœnis.

7. *barbarus eum quidam palam* cet. cf. Appian. l. l. cap. 8. et Hannib. c. 2. Polyb. 2, 36. Justin. 44, 2. et 5. qui non plane consentiunt. *ob iram interfecti ab eo domini*, v. ad 1, 5, 5. *haud alio vultu*, non minus læto, quam

[redacted]

habuisset, *si evasisset*, vel tam læto, ut videri potuisset evasisse e manibus circumstantium.

8. *in sollicitandis gentibus* sc. in partes suas, s. ad amicitiam, ut paulo ante in *conciliandis* sibi *gentibus*.

9. *fœdus renovaverat populus Rom.* a. V. 526. XIII annis post finem belli Punici I., quod est sextum cum Pœnis ictum, (v. ad 7, 27, 2.) eoque cautum, *ut finis utriusque* Romanorum Pœnorumque *imperii* in Hispania *esset amnis Iberus*, (ne belli causa Iberum transirent Pœni, Polyb. 2, 13.) *Saguntinisque — libertas servaretur:* sed Saguntinos hoc fœdere comprehensos exceptosque fuisse, non alius tradit præter Livium et Appian. Hisp. 7. ubi cf. Schweigh. Hinc et Sagunto expugnata Romani, perfidiæ arguentes Pœnos, responsum ab his tulere, Hasdrubalis fœdus non ratum a senatu Carthag. factum, neque in *priore fœdere*, cum Lutatio icto, (inter cujus conditiones erant, teste Polyb. 3, 27. et hæ: utriusque populi socii ab utroque populo tuti sunto, neque alterius populi socios alter in amicitiam recipito) Saguntum fuisse exceptum, quum de iis, qui *cis*, non, ut Saguntini, *ultra Iberum* habitarent, (quod *cis* et *ultra* ad Romam referendum, quoties de Romanis agitur) et de sociis utriusque populi, qui tum essent, non de iis, qui, ut Saguntini, post pacem factam futuri essent, cautum fuisset. v. cap. 18. et 19. Polyb. 2, 13. 3, 21. 27. 29. 30. Appian. Hannib. 2. Pun. 6. 67. Flor. 2, 6. (ubi cf. Duker p. 288.) et Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 73.

CAP. 3.)—1. *In Hasdrubalis locum quin prærogativam militarem favor plebis sequeretur,* v. ad 3, 51, 3. *ὁ δῆμος μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησε τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν* Polyb. 3, 13. qui sæpissime a nobis conferetur, quoniam Livius in historia belli Punici II. eum in primis auctorem sequutus est, et passim ad verbum expressit. "Oratio h. l. ἀνακόλουθος per periphrasin consequentis. Volebat: haud dubium fuit, quin Hannibal favore militari in locum Hasdr. subcederet. Hanc subcessionem expressit per causam modumque, quo gesta sit; ut Paulus Rom. 8, 3. *τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου ὁ Θεὸς* (sc. *ἐποίησε δυνατὸν*) *πέμψας* cet. et simillime Noster inf. cap. 10. n. 11. *id, de quo ambigebatur, eventus belli — ei victoriam dedit*, i. e. eventus belli constituit, decrevit, victoriam — dando, ac judicavit id, de quo ambigebatur;" Bauer.

2. *Hunc vixdum puberem* cet h. e. XXII annos natum: nam anno ætatis IX in Hispaniam ivit cum patre, qui IX annos ibi exercitibus præfuit. Post hunc vero VIII annos in Hispania imperium obtinuit Hasdrubal, sub quo triennium meruit Hannibal. v. cap. 1. et 4 extr. Itaque Hannibal Carthagine in Hispaniam ad Hasdrubalem venit ætatis a. XXII. eique in imperio subcessit a. XXV. Ipse inf. 30, 37. (cf. 30, 35 extr.) *novem* dicit *annorum* (sc. puer) *a vobis profectus post XXXVI annum redii:* nam bellum Punicum II. finiit a. XVII. (v. ad 30, 44 pr.) et jam triennio ante obtinuit imperium in Hispania, quod pater ejus IX et Hasdrubal VIII annos habuerat. Cf. ad c. 6. n. 3. Sed ita Livius nullam rationem habuit primi in patriam reditus post mortem patris, ut nec 27, 21, 3. Hinc incuriæ arguendus, vel, quod Doer. monet, eamdem rem, ut passim, diverse narrasse censendus est, diversos sequutus auctores. Cf. tamen ad 30, 37, 6. — De *Barcinis* et *Hannone* v. ad c. 2. n. 5.

3. *in paternas subcresceret opes;* id aliis legi pro vulg. *subcederet*, notatum in marg. MS. Flor. idque etiam probarunt Gron. et Bauer. Is jam bene monuit, nondum *subcedere* Hannibalem patri debuisse, sed *crescere* atque educari in spem paternæ potentiæ, non potestatis et muneris, sed *opum* auctoritatisque. Cf. sup. ad 10, 13, 6.

4. *Et æquum postulare videtur — tribuendum:* non est quod cum Doer. τὸ *et* ante *æquum* pro *profecto, ac sane* dictum adcipias vel emendes *etsi æquum — ego tamen* vel *et ego tamen*. Est amara et *anceps sententia*, quam Hanno mox explicat verbis: *Florem ætatis — prætorum.* Cf. ad c. 2. n, 3.— — *justo jure cum* (sc. *florem*; v. ad 1, 19, 1.) *a filio repeti censet*, cf. ad 24, 22, 3.

5. *adsuefacere libidini prætorum, τῶν στρατηγῶν.* v. ad 6, 42, 7.

6. *imperia inmodica*, qualia fuere Hamilcaris et Hasdrubalis (v. Polyb. 3, 8.) in Hispania. — *regni paterni speciem*, ut *regni genus* et *similitudinem adpetere* et *concupiscere* Cic. ad Att. 8, 11. et 9, 7. dixit; Str. Sed *species* est potius splendor, majestas. *Regni* et mox *regis* invidiose pro imperio et duce, quod jam monuit Doer. *specimen* conj. Bauer.

CAP. 4.)—1. *Hamilcarem juvenem;* al. *H. viventem:* sed *veteres milites* innuunt aliquid longioris memoriæ de Hamilcare; Gron. Vulgaris tamen lectio, quam Drak. primus deseruit, adridere potest conl. loco simili Sophocl. Philoct. 356 sq. ubi Neoptolemus dicit: *κἄμ' εὐθὺς ἐν κύκλῳ στρατὸς ἐκβάντα πᾶς ἠσπάζετ', ὀμνύντες βλέπειν τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα ζῶντ' Ἀχιλλέα πάλιν*: nisi dicas, illud *ζῶντα*, *viventem*, jam inesse in verbis *redditum sibi*. — *vigentem* conj. Bauer.

2. *ut pater in se minimum momentum — esset*, et maximum potius virtutes ipsius Hannibalis. Cf. ad 1, 47, 7. "*Momentum* in re dubia fere dicitur ejusque in alterutram partem inclinatione; hic simpl. est causa, adjumentum, commendatio. *patri* quidam pro *pater*. Neutrum sat bonum: hoc tamen magis placet. Sed aut *faceret* pro *esset* Latinum erat, aut *minimi momenti;*" Bauer.

nquam ingenium idem cet. usque ad p. Cf. de virtutibus et vitiis Han-Sil. 1, 56 sq. 239-267. Dio Cass. . p. 21 sqq. (ubi cf. Reimar.) et , 22-26. qui tamen iu vitiis ejus idis minus indulget communi Ro-n in hostem infestissimum odio. lustius de Catilinæ ingenio dixit, obversata esse suspicatur Doer. tem descriptioni memorabilis belli itur imago viri, qui primas in eo t ab initio ad finem egit.

us haud facile discerneres: rectius, ex emend. Gron. et Drak. *decerneres.* 9, 4. — *imperatori,* Hasdrubali. — *ere* sc. militibus. Cf. Seqq.

iderio naturali, naturæ, quæ ea tan-iderat, quibus fames sitisque sedari *on voluptate,* quæ exquisitiora cibo-usque genera adpetit, *modus finitus,* , 13, 13.

iliarum somniique nec die nec nocte dis-i tempora, non a diei vel noctis dis-pendebant, sed, donec gerendum m esset, vigilabat, quum rebus per-iquid otii esset, *id quieti dabat;* Str. *ita,* effecta, invitata; Bauer.

er æquales, milites, qui omnes æqua-itu.

a atque equi conspiciebantur, v. ad 2, Modo præcessit verbum *conspexerunt,* sensu. Cf. ad 1, 3, 8.

nceps in prælium cet. cf. Sil. 1, 160. - *conserto prœlio,* al. *confecto p.* Illud um: nam *confecto* prœlio omnes eduut, nec ibi gloriæ ignominiiscrimen; at *conserto* semel prœ-ultimum durare, id gloriosum;

erfidia plus quam Punica, cf. 22, 6 extr. et ad Sil. 1, 5, 56.

ihil veri, nihil sancti cet. sententia iine posita, quod Latina lingua no-*ndacitas* vel *inveracitas, insanctitas* cet. it, ut ap. Sallust. B. J. 101. B. C. 5. ; Str. — *nullum jus jurandum,* nulla a, religio, ratio. — *indole virtutum um,* ingenio ex utrisque mixto;

ue agenda videndaque, cognoscenda. *ndaque:* sed *videre* est providere, re in futurum res utiles et instru-i agendi, ut ap. Cic. de Or. 3, 1. 40. ad Att. 14, 21. et *futuro duci lenda* quam *audenda,* cujusmodi sunt e 35, 28. de Philopœmene ex Poly-on. *Videnda* h. l. non est *providen-*t enim jam in *agenda,* quod hic est la, curanda, *zu betreiben,* meditanda: *is* quoque et noscenda multa sunt futuro duci; Bauer.

5.)—1. *Italia ei provincia decreta* id. tum *bellum Rom. mandatum.* v. ad 2,

2. *in Olcadum fines prius* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 3, 13. 14. Idem, ut Suidas, Stephanus et mox Livius, *Olcades* finitimos esse dicit Carthagini Novæ, et caput eorum Ἀλθαίαν, quam tamen viri docti in regno Toletano quæsiverunt, ubi nunc *Ocanna.* — *ultra Iberum* (ex parte Livii vel Romanorum; v. ad cap. 31. not. 9.) *ea gens in parte magis* cet. in partibus quidem Hispaniæ, quæ ex fœdere Pœnis concessæ erant a Romanis, (v. ad cap. 2. n. 9.) sed nondum a Pœnis devictæ et in ditionem ipsorum redactæ.

3. *finitimis domitis gentibus jungendoque* sc. eas. *jungendoque* sc. imperium imperio, *durch Arrondirung, durch die Absicht zu arrondiren;* Str. *jungendoque* sc. Saguntinos, ut sæpe nomina, quæ modo præcesserunt, omitti solent; Doer. *jungendisque* malebat Sigon. e vet. lib., et Gron. *vincendoque;* non quasi hoc egerit, sed dum fortunam sequutus sit. Mox pro *Carteiam* legendum videri *Althæam,* jam alii monuere. v. not. 2. *Carteia* Livii inf. 28, 30. et 43, 3. videtur esse Gades, vel potius, quia hanc urbem suo nomine adpellare solet, Bæsippo, inter Gades et Calpen. s. fretum. v. Plin. 3, 1. s. 3. et Mel. 2, 6. Hi tamen et alii veteres Carteiam, Tartessum et Gades confundunt. Cf. ad Sil. 3, 396.

4. *Carthaginem Novam* sive Spartariam, (hod. *Cartagena*) a Teucro, vel potius ab Hasdrubale paulo ante b. Punicum II. conditam, (Cf. 26, 42. ad Sil. 3, 368. Polyb. 2, 13. Strab. 3. p. 158.) non ab Hannibale, quod tradit Appian. Hisp. c. 12. ubi cf. Schweigh.

5. *Ibi large partiendo prædam* et *stipendio præterito exsolvendo,* v. ad 1, 19, 5. Livius autem variat, ut 31, 26, 2. Cf. ad 5, 19, 3.

6. *in Vaccæos,* populum Callæcis s. Gallæcis versus orientem proximum, ad Tagum et cis Durium, in Hispania Tarrac. et hod. Castilia.

7. *Hermandica et Arbocala* (al. *Arbacala*) *Carteiorum urbes:* ex Polyb. 3, 14. reponendum: *Elmantica* s. *Helmantica et Arbucala, Vaccæorum,* vel *horum* s. *eorum, urbes.* Polybii autem Ἐλμαντική non est Salmantica, opp. Lusitaniæ, hod. Salamanca. — *Carpetani* (*Carpesii,* Καρπήσιοι, forte 23, 26. certe ap. Polyb. l. l. et Steph. Byz. sed et Καρπητανοί ap. Polyb. 10, 7, 5.) ad Tagum, quorum oppida Toletum, (h. Toledo) Mantua, (ibi fere ubi nunc Madrid) Complutum et al.

8. *amnem vado trajecit,* ibi, ubi vadum erat; Doer. Cf. 38, 12. et 18. — *producto,* remoto a ripa.

9. *elephantos ante* (sc. pedites) *XL disposuit:* in plerisque MSS. *autem* pro *ante,* et in Flor. *elephantos* (*XL autem erant*) *disponit,* prob. Gron. *ad XL* conj. Sigon. Ita et Polyb. 3, 14. qui omnino ad totum hoc ca-

put conferendus est. — *cum adpendicibus*, v. ad 9, 41, 9.

10. *pedes instabilis*, (ut contra mox *equo stabili*) qui pedem firmiter ponere nequit, vacillans et ad labendum proclivis — *equo temere acto*, quocumque ferret inpetus, *perverti posset*; Doer. Cf. ad 2, 46, 3.

11. *Hannibal agmine quadrato* (v. ad 2, 6, 3.) *amnem*, Tagum, *ingressus fugam ex ripa fecit*, coëgit, ut ex ripa fugerent; Doer. Nam *fugam facere* sc. alicui, est; eum fugare: at *fugam facit* aliquis, qui fugit, ut 8, 9 extr.

CAP. 6.)—1. *certamina cum finitimis* Saguntinorum et inter hos illosque *serebantur* ab Hannibale, *satore litis*, (Cf. ad 3, 19, 7.) *maxime* cum *Turdetanis*, cf. 24, 42 extr. *Turdetani* maximus quidem, sed et maxime inbellis Hispaniæ Bæticæ populus, (v. 34, 17.) et iidem qui *Turduli* dicuntur 28, 39. 34, 17. 20. Polybius tamen (v. Strab. 3. p. 139.) et alii eos distinguunt, et illos inter Anam et Bætin, hos supra eos ad utramque Bætis ripam sedes habuisse putant. Illis tribuuntur oppida Arunda, Italica, Hispalis, Nebrissa, Tartessus, Gades, Carteia cet., his Corduba, Illiturgi, Ilipa, Tucci, Obulco, Ulia, Astigi.

2. *quibus quum adesset*, v. ad 3, 14, 6.

3. *Legati a Saguntinis Romam missi* cet. Livius, quod jam Sigonius et Matthiæ (in Obss. ad Liv. lib. XXI. Wormatiæ 1793 editis) monuere, perperam sequutus est eos annalium scriptores, qui Scipione et Sempronio coss. Saguntum obpugnari cœptum esse, primosque Saguntinorum legatos Romam venisse tradunt: et ipse infra c. 15. bene animadvertit, has et alias, quæ eas exceperint, res uno eodemque anno vix contingere potuisse. Longe probabilius diligentiusque singula exponit, quo potissimum duce Noster in bello hoc describendo uti solet, Polybius lib. 3. c. 13-17. 20. et 33 sq. scil. P. Cornelio et M. Municio coss. Hannibalem, inperio in Hispania suscepto, Althæam Olcadum opp. cepisse et Carthaginem Novam concessisse in hiberna; L. Veturio et C. Lutatio coss. Vaccæos Carpetanosque ab eo devictos, et legatos Saguntinos Romam Romanosque in Hispaniam ad Hannibalem missos esse, qui eum Sagunto abstinere juberent; M. Livio et L. Æmilio coss. Saguntum obpugnatam captamque esse, et novos legatos Roma Carthaginem venisse, qui deposcerent Hannibalem bellumque Pœnis indicerent; P. Cornelio Scipione et Ti. Sempronio Longo coss. Hannibalem, populis Hispaniæ usque ad Pyrenæum subactis, per Galliam ad Alpes profectum et inde in Italiam transgressum esse. Polybius 3, 33. notat mendacia scriptorum, quales Livio ante oculos fuere, docetque se res, ab Hannibale in Hispania gestas, hausisse ex ænea tabula, ab ipso H. descripta. Cf. ad c. 15. n. 2. et 24, 42, 8.

4. *de re publica*, de re ad remp. spectante, *retulissent* ad senatum. Cf. ad 26, 2, 3.— *ad res sociorum inspiciendas*, (ut 4, 36. 26, 35. 27, 21. 36.) ad conditionem eorum coram cognoscendam reique veritatem penitus ita explorandam, ut *res sociorum adspicere* 39, 48. 42, 5. 6. 37. 67. et *visere* 40, 2, 9. 41, 19, 3. Sic et aliæ *res inspici* dicuntur 3, 25. 6, 27. 26, 51. 27, 21, 6. 27, 36, 1. et *legiones inspici* 29, 1. 24. ut al. lustrari et recenseri, *πρεσβευτὰς τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσπιπτόντων* Polyb. 3, 15, 2. *adspicere opera* inf. 26, 51, 5. ut *inspicere rem* 6, 27. 24, 40. 25, 11. *adspicere situm regionis* 32, 5. Mox *quibus si videretur* cet. pro: qui, si iis videretur cet. Apodosis est *hac legatione decreta* cet. unde mireris, omnes editores ante Doer. ante *hac* posuisse distinct. maj.

5. *omnium spe celerius*; v. ad 1, 5, 8.— *Tunc relata ex integro res ad senatum*; al. *de integro*, non male, ut cap. 8. 18. 21. 59 al. sed perperam *deleta*. Cf. ad Tac. Ann. 14, 17, 2. — *intendebant bellum* pro: intendendum, h. e. dirigendum, convertendum censebant. v. ad 3, 21, 3. 4, 19, 1. 28, 41, 4.

6. *P. Valerius Flaccus et Q. Bæbius Tamphilus*, qui etiam memorantur Cic. Phil. 5, 10. sed Fabius, (quem novæ legationi interfuisse dicit Livius, c. 18.) pro Bæbio Sil. 2, 3 sq. et Flor. 2, 6, 7, ubi cf. Duker.

CAP. 7.)—1. *Saguntum* s. *Saguntus* opp. Hispaniæ Tarrac. ubi nunc *Murviedro* h. e. muri veteres, in regno Valenciæ. — *Civitas*, urbs. Cf. ad Nep. Hannib. c. 3.

2. *sita passus mille ferme a mari*, ut ὡς ἑπτὰ στάδια ap. Polyb. 3. 17. at III. M. pass. ap. Plin. 3, 3. s. 4. — *Oriundi* (sc. *civitas* h. e. incolæ ejus; v. ad 3, 47, 1.) *a Zacyntho insula* (v. ad 32, 16, 2.) *dicuntur*, scil. ob nominis similitudinem et quia Romani originem populorum urbiumque a Græcis repetere solent. v. ad Sil. 1. 275.

3. *mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis*, v. ad Sil. 1, 291 sq. — *seu maritimis seu terrestribus fructibus*, bonis et copiis, quæ Saguntinis vel ex navigatione et mercatura, vel ex agrorum cultu et fertilitate adfluebant; Doer. — *fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt*, servarunt. Cf. ad Sil. 1, 329 sq. 480 sq. et Juvenal. 15, 114.

4. *postquam ad effectum operis ventum est*, quum opus efficere vellent; Ern. Baueri nota est: "Potest duo significare, vel, p. perfectum fuerat opus, sc. muniendi, immo vinearum muro admovendarum; vel, ad *usum* rei ventum est, ut jam vim suam atque efficaciam, cui essent destinatæ, machinæ ostenderent. Hoc præplacet: neque enim in vineis agendis multum erat

operis adhibendum. Denique *effectus operis* est res ipsa: *als es zum Werke, zur Hauptsache kam.*" — *cœptis subcedebat* sc. res s. opus, ut 15, 37. pro *cœpta subcedebant.* Cf. ad 8, 25, 6. — *eminitus*, v. ad 2, 7, 7.

5. *ubi plurimum periculi ac laboris* (al *timoris*) *ostendebatur*, ubi plurimum ab hoste timendum et eo fortius contra eum pugnandum esse intellegebant; — *nec quidquam satis tutum munientibus pati*, nec quidquam loci concedere munitoribus, ubi illi a jactu telorum satis tuti essent; Doer.

6. *adversum* (κατὰ) *femur tragula graviter ictus*, telo quodam hamato, quod Varro L. L. 4, 24. a trajiciendo dictum monet; Str. Rem exornavit Sil. 1, 535 sq.

CAP. 8.)—1. *obortum est bellum*, prœlium, ut πόλεμος, certamen, obpugnatio, opera bellica. Cf. 44, 34. Drak. ad 3, 61, 2. nos ad Sil. 1, 621. ad Tac. A. 2, 52, 8. Cort. ad Sallust. b. Cat. 9. *obortum* pro *coortum*: sed *oboriri* notat rem inopinatam, turbantem cœpta, certe sperata: hic tertium quoque adcesserit, *ante* mœnia obsessorum; Bauer. — *adcipientibus*, capientibus; Str.

2. *satis creditur*, satis certo, non temere. Voc. *satis* admitterem, si *constat*, non *creditur*, sequeretur: sed et vix unus liber habet; Bauer. Habet MS. Flor. et optimus Crev. illudque *satis* Livio in deliciis fuisse, docent Duk. ad h. l. et Drak. ad 26, 51, 2. — *multifariam* (al. *multimoda arte*) *distineri*, distrahi, vel inpediri, quo minus omnia possent tueri cet. Cf. ad 2, 15, 3. et 3, 23, 1. — *et non subficiebant muri* sc. ad omnia tuenda; Doer. In edd. ante Drak. legitur; *et non subficiebant: jam e. f. a. muri. Quassatæ quoque multæ* cet. "Quum præcedat *distineri cœpti sunt*, ego verba *et non subficiebant* pro glossemate dudum habui. Gron. per parenth. legit. Ineptum sane videtur; nec enim dixeris: muri subficiebant; nec, si ariete quassati sunt, statim non subfecere. *Subficere*, si rectum, ad homines utique referendum, qui sane non *subficiebant*, si non armis tantum pugnabatur, sed et muri quatiebantur. Obponitur ei, quod ante est: *abundabat multitudine;*" Bauer. Vulgata distinctio placebat etiam Duk. qui monet, verbum *subficere* etiam simpl. sic dici, (v. ad 10, 18, 9.) et h. l. spectare ad præc. *ad omnia tuenda atque obeunda.*

3. *continentibus ruinis*, v. ad 4, 22, 4.

4. *qua*, cum ea, *velut si pariter utrosque murus texisset*; bene tenenda est vis plusquamperf.: velut si pari ratione murus utrosque antea texisset, nunc vero amplius non tegeret, ita eadem alacritate Saguntini in Pœnos incurrunt, haud aliter ac si hi obsessis similes antea muro tecti fuissent, qua Pœni in Saguntinos; Str.— *qua*, per quam.

5. *per occasionem partis alterius*, quum pars altera occasionem aut præbet aut nanciscitur; Ern. prout alteri parti obportunitas pugnandi est; Str. Cf. ad 1, 11, 1.— *hinc* (ex parte Pœnorum) *spes, hinc*, illinc, ex parte Saguntinorum, *desperatio* cet. Cf. ad 1, 13, 2.

6. *Falarica erat Saguntinis, missile telum* cet. quod putatur dictum a *falis* s. *phalis*, h. e. turribus ligneis, e quibus emitti solebat catapulta. Cf. ad Sil. 1, 350 sq. et 9, 339. — *hastili abiegno* e MS. Cantabr. recepit Drak. suadente Jac. Gron. In plerisque MSS. et edd. antt. *ablignео*, in aliis *alligato*, *abligno*, *ligneo*, *ligno* et *iligneo*; (quod placebat Mureto et J. Fr. Gron., sed displicebat Jac. Gron. quia ligni ejus gravitas inepta missili telo) in ed. Mogunt. et al. *oblongo*, non inprobb. Lips. et Bauero, si *oblongum* sit prælongum, quia formam describere, haud materiam, videatur Livius, et postea memoret *ferrum tres longum pedes*.

7. *Ferrum autem tres longum pedes* (ut c. 28. 37, 40. 40, 29. et *altus* 8, 10. 37, 37.) *habebat* sc. falarica. Sic recte MS. Cantabr. (nec non Flor. et alter Crev.) et male *in longum* alii, qui *ferrum* primo casu adcipiunt; Jac. Gron.

8. *medium adcensum*, stuppa et pix.— — *arma omitti cogebat* pro *emittere*, nempe nemine nominato, qui omitteret; Bauer.

CAP. 9.)—1. *præter spem*, majori subcessu, quam speraverant; Doer. — *pro victo esset*, v. ad 2, 7, 4. — *inpeditum*, v. ad 9, 43, 6. — *in castra redigunt*, repellunt.

2. *inter tot tam effrenatarum g. a.*, forte *inter tot et tam* cet. — *tanto in discrimine rerum*, quum tam gravia et periculosa tractaret, *bei so weit aussehenden Angelegenheiten*; Bauer. Sed v. ad 6, 17, 1. — *Hannibali non operæ esse legationes audire*, v. ad 1, 24, 10. Legatos tamen ab eo admissos tradit Polyb. 3, 15. sed ante quam Saguntus obpugnari cœpta.

3. *factionis Barcinæ*, v. ad c. 2. n. 5.

4. *ne quid pars altera* senatus, factio Hannonis, (v. ad c. 2. n. 5.) *gratificari pro Romanis posset*; forte *P. Rom.* h. e. populo Romano, quod conj. Periz. prob. Drak.

CAP. 10.)—1. *adverso senatu*; v. ad 1, 46, 4. — *magno silentio* (quum magnum silentium esset) *propter auctoritatem suam, non propter adsensum audientium*; ita e conj. Ruben. Elect. 1, 18. pro *cum adsensu*. Possis et legere *non adsensu*. Cf. 3, 72 pr.

2. *monuisse, prædixisse se*, v. ad 2, 10, 4.

3. *Non manes, non stirpem* cet. cf. Sil. 2, 296. *Stirps* Hamilcaris filii ejus, Hannibal, Hasdrubal et Mago. — *donec*, quamdiu.

4. *quietura Rom. fœdera*, non turbatum

[redacted]

violatum iri, tuta et sancta fore. — *ex bellis bella serendo*, v. ad 2, 1, 6. — *subcinctus armis*, armatis cinctus et instructus.

5. *ad exercitus misistis* cet. v. ad 1, 13, 4.

6. *Legatos ab sociis*, Romanis, *et pro sociis* Romanorum, Saguntinis, *venientes*, *bonus imperator vester* cet. v. ad 5, 5, 2. — *unde*, a quo, sc. Hannibale. Cf. not. 11.

7. *publica fraus* civitatis culpa, injuria, *absit*: id concedendum ipsis est, ne etiam, præter Hannibalis privatam fraudem, publice ipsis fraudem faciamus; Str. Nolunt nos publice incusare fraudis aut rupti fœderis, nos publice innoxios putare volunt: a re publica nostra nihil repetunt, mentionem injuriæ a nobis publice adceptæ seponunt: tantum, solum *auctorem culpæ deposcunt*; Bauer. Vulgo minor distinctio ponitur post *absit*, et Drak. subplet *si*, Doer. autem *ut*, hoc sensu: ut toti populo parcatur, ne pœna inlatæ Romanis injuriæ a toto populo exigatur, unum Hannibalem *deposcunt* ad pœnam ab eo sumendam. Male Ern.: non adcusetur, nulla ejus mentio fiat. Forte leg. *res ex fœdere repetunt, ac jure poscunt*, (vel *postulant* vel *exspectant*) *ut publica fraus absit*. Hæc vel similia excidisse, probabile fit ex MSS. qui habent *repetunt* vel *repetuntur*, *de re queruntur*, vel *repuntur* vel *repetuntur*, *publica f. a.*

8. *Ægates insulas*, duas vel tres, contra Lilybæum, inter Siciliam et Africam, sitas, ad quas C. Lutatius Catulus a. V. 510. tam splendidam de classe Pœnorum, cui Hanno præerat, victoriam reportavit, ut b. Punicum I. conficeret. v. Polyb. 1, 60 sq. et ad Sil. 1, 34. et 684 sq. — *Eryx* Siciliæ mons et opp., (nunc *Monte di San Giuliano* et *Trapano del monte*, ad Drepanum s. Drepana, hod. *Trapani*) modo a Romanis, modo a Pœnis obcupatum, unde Hamilcar, post victoriam Lutatii, præsidium clausum pretio redemtum deduxit. v. cap. 41. et 28, 41. Polyb. 1, 55. 58. 2, 7. et ad Sil. 6, 697. 14, 203. In monte fuit clarissimum Erycinæ Veneris templum, de quo v. ad Tac. A. 4, 43, 8. Heyne Antiq. Aufs. T. I. p. 136. et Exc. 2. ad Virg. Æn. 5, 759 sq. Suet. Claud. 25. Thucyd. 6, 46. Pausan. 8, 24. Ælian. H. A. 4, 2. 10, 50. Eidem Veneri templa quoque alibi condita, v. c. Psophide (v. Pausan. l. l.) et duo Romæ, in Capitolio et extra vel ad portam Collinam. v. ad 10, 38, 6.

9. *Hamilcar, Mars alter*, Ἄρει ἐοικὼς, (ut *tertius Cato* ap. Juven. 2, 40. *Stertinius sapientum octavus* ap. Hor. Sat. 2, 3, 296. et al.) *ut isti volunt*, δεικτικῶς, factio Barcina.

10. *Sed tunc* (quod ex optimis MSS. inseruit Str. *Tarento id est Italia*, ut *senatus*, *id est Pompejus* ap. Flor. 4, 2. et addita vox *Italia*, quoniam expressa erat in fœdere, quo pactum, Ῥωμαίους μὲν ἀπέχεσθαι Σικελίας ἁπάσης, Καρχηδονίους δὲ Ἰταλίας, teste Philino: adversus quem etsi disputet Polyb. 3, 26. tamen, quasi fuissent, sive re vera, sive interpretando, hic loquitur Hanno; Gron. Pœni autem hoc fœdus mox violarunt auxilio Tarentinis misso adversus Romanos, qui a. V. 482. arcem Tarentinam, a Milone, Pyrrhi legato, obcupatam, obpugnabant. v. Oros. 4, 3. Epit. Liv. lib. 14. et ibi Freinshem, Subplem. c. 44 sq.

11. *Vicerunt ergo Dii*, fœderum arbitri ac testes, *hominesque*; *et* quod adtinet ad *id*, *de quo verbis ambigebatur*, (v. ad cap. 31. n. 6.) *uter populus fœdus rupisset*, utrum Pœni Tarentinis in Italia, an Romani Mamertinis in Sicilia adjutis, (v. Polyb. 1, 7-11. et 3, 26.) *eventus belli*, *unde* (v. not. 6.) *jus stabat* cet. Cf. ad cap. 3. n. 1.

12. *Carthagini nunc Hannibal vineas — incident*, vere et oratorie! cf. Sil. 2, 299 sqq.

13. *Hamilcarem eo periisse lætatus sum*, v. ad 1, 11, 6.

14. *id piaculum rupti fœderis*, eum, Hannibalem, tamquam piaculum r. f., ut sit pro piaculo r. f., quod ejus violationem expiet: al. *ad piaculum*: sed malunt veteres in talibus epexegesi uti, quam præposit. interponere, ut nos vulgo facimus; Gron. Recte; nam semper pron. demonstr. et relat. inter duo nomina sequitur posterius, alioquin legeris *in piaculum*; Bauer. Cf. ad 1, 39, 3. 6, 21, 3. 8, 9, 8. 22, 6, 2. ing. 24, 42, 6.

15. *ablegandumque eo*: oblitus est Liv. addere *censeo*; nisi subplere malis *est*: quod tamen non placet, ac nimis præfracte dictum sit a senatore censente pro virili parte; Bauer. Forte leg. *ablegandumque eo*, *unde — possit*, *equidem censeo*; *et legatos* cet. — *unde nec ad nos nomen famaque ejus adcedere possit*: adludere videtur ad veteris poëtæ illud sæpius a Cicerone in se adcommodatum: *pervenire aliquo cupio*, *ubi nec Pelopidarum* (Cæsarianorum) *nomen famamque audiam*; Str. Melius forte *adciderem* quasi aura ventoque adlatum auribus adcidere: sed et *adcedere* pro pervenire, perferri, probetur; Bauer, *adcidere* malebam, Gron. et ita *adcidit fama* 21, 61 pr. 27, 29. 28, 7. 32, 30. 45, 28. *vox* 10, 41. (ubi cf. not. 5.) 27, 15. 40, 15. *clamor* 4, 33. 26, 40. 40, 32. *strepitus auribus* 24, 46. *sonus* 40, 15 — κραυγὴ προσέπιπτεν ap. Plut. Fab. p. 181 A. — *sollicitare quietæ civitatis statum*; "aut pro *s. quietum c. s.* per hypallagen, ut cap. seq. *structuræ antiquæ genere* pro *antiquo*; (v. ad 1, 1, 6. et 3, 18, 1.) aut *statum* intellige, velut cum emphasi, pacem, ordinem, securitatem, ut 3, 18, 1." Bauer.

CAP. 11.)—1. *adeo* (tantopere, aut nam; v. ad Præf. n. 15.) *prope omnis senatus Hannibalis erat*, plane ut 23, 39 extr. *Nola senatus Romanorum*, *plebs Hannibalis erat*. v. ad 3, 36, 4. 22, 50, 1. et 23, 14, 8.

ccum Valerium, cf. cap. 6 extr. et 1.

ustissimæ Carthag. societati, v. ad 2, 8, *munc ira in hostes stimulando*, forte *ls*; Gron. Et sane aptius ita oratio *et*; Bauer.

novum murum — *reficerent:* forte el.

ris mobilis, et ejus *tabulata*, v. ad

ssionem ratus, v. ad 1, 11, 1. Mox rudes lapides, non politi; Str.— *ture antiquæ genere*, v. ad c. 10. n. *Itaque latius, quam cæderetur, ruebat;* m labes continentia dissolvebat;

pue patentia ruinis loca muri.

s omnia hostium essent, loca circa in ejus vicinitate, omnia ab hosti-spata; Doer. Cf. ad c. 30. n. 5.

ectos animos, v. ad 5, 10, 6. — *Car-* v. ad cap. 5. n. 7. Finitimi iis inter Anam et Bætin, nec longe ab e fl. fontibus. Horum oppida *Oria* s et *Orisia*, (unde dicti Oretani et) *Castulo*, (v. 24, 41. 24, 19. 20. et , 97. sq. 391.) *Laminium*, (h. Alham-*arria*, (h. Chinchilla) et *Mentesa* s. *Oretana*, (h. Benataez) diversa a s. *Mentisa Bastitana*, opp. Bastita-ad fines Hisp. Bæticæ et Tarrac. 17.) ubi et *Castulo* fuit ad Bætin, *ταλὼν*, h. Cazlona vel Cazorla) tor Hannibalis, et cui proximus *s Castulonensis*. (v. ad 21, 20, 12. i. et ad Sil. 3, 97 sq.

tentis conquisitoribus, qui *conquisi-* . 23, 32. 25, 5. 29, 34. 35. et Cic. ms. 2.) h. e. delectum militarem t, vel milites *conquirebant*, h. e. con-nt, contrahebant, seu ad conscri-nilites mittebantur, *Werber*. Cf. c. et 30, 7.

iserunt mota arma, v. ad 1, 30, 7. et

12.)—1. *arietibus aliquantulum muri* , 39, 1.) *discussit*, ut *decussit* 32, 17. 37, 6. 42, 20. quod et h. l. placuit non vero Dukero ad 32, 17, 6.

tata est exigua pacis spes, v. ad 10, 16, 1. *b irato victore*, v. ad 8, 30, 7. — *mo-* c. Sagunti. Rediturum se negat, , clam egressus, redire tuto, neque litiones ferre civibus suis possit;

i animos, ubi alia vincantur, cetera, tem contra hostem muniant, inpr. Doer. *alia* muri, munimenta, arces, et Cuper. *arma* conj. Gron.

tus Alorco datus est, v. ad 8, 5, 1.

13.)—1. *nec orator*, legatus, *Hanni-transfuga:* nam sub legati auc-venisse videtur, quia ei *senatus est datus*, et mox dicit, *pacem ad vos adfero* cet. Doer.

2. *vel ea fides sit*, jam id fidem faciat, probet. Similiter *ad fidem rerum*, ut eas probaret, 23, 12 pr. 38, 51 pr. et *in fidem in Sicilia* gestarum *rerum secundarum*, in documentum, ut crederentur illæ, 26, 24 pr.— — *sic vos ut victi audiatis;* cum Gron. leg. *audietis:* nam et mox *habituri estis* ab eodem *si* pendet; Bauer.

3. *inermes cum binis vestimentis:* sed cap. 12. *cum singulis vest.* dictum erat. Hinc Lips. emend. *cum privis v.* h. e. singulis, et *unis* Doujat. at Doer. ea vestimenta simul intellecta putat, quibus quisque indutus esset. Hannibalem, quum vidisset, Alconem dictas pacis leges tantopere abnuisse, Alorco Saguntum abeunti mandasse, ut pro singulis vestimentis bina obferret, suspicabatur Drak.

4. *omnium potestas ei facta*, omnia ei a vobis concessa, ejus arbitrio relicta; Doer. Cf. 8, 13 extr. *a vobis* ante *facta* inserunt edd. antt. *facta erit* vel *potestatem feceritis* malebat Gron.

5. *trucidari corpora nostra*, v. ad 29, 18, 8.

CAP. 14.)—1. *in ignem ad id raptim factum* cet. cf. Sil. 2, 592 sq. De simili Astapensium, Nesactiensium, Numantinorum et Calaguritanorum facinore v. 28, 23. 41, 11. Valer. Max. 7, 6 ext. 2. et 3. Juvenal. 15, 93 sq.

2. *signum inperatori dedisset*, v. ad 4, 39, 1.

3. *in tali occas.* v. ad 1, 11, 1. — *urbem momento cepit, signo dato, ut* cet. pro urbe capta signum dedit, h. e. inperavit, aut pro: urbem cepit et inperavit; Bauer. Cf. ad 4, 39, 1. Mox *τὸ cognitum est* respondere nequit *τῷ* crudele, quod requirit *fuit:* Syllepsis figura; Bauer.

4. *domos super se ipsos concremaverunt;* forte leg. *ipsi*. " Videtur distinguendum: *domos, super* illas *se ipsos*, i. e. domos et insuper se, seque simul cum domibus, ut 8, 6, 4. *legiones hostium superque eas se devovisset* i. e. et se simul. Ibi tamen etiam notio *propter* una inesse videtur. Alioqui fuerit, ut Germani loquimur: *das Haus über dem Kopfe anzünden*. Mox *morientes* pro *morerentur*. Debebat: nullum finem, nisi morientes." Bauer.

CAP. 15.)—1. *aliquantum pecuniæ*, v. ad 2, 39, 1. — *pretiosam* junge etiam cum *vestem*.

2. *Octavo mense* — *captum Saguntum*— — *quinto deinde mense* — *quidam scripsere*, inter hos Polyb. 3, 17. et 56. quem ducem nisi deseruisset Livius, non ea tradidisset, quæ ipse mox in dubium vocat, et quorum nodos ratione parum probabili solvere conatur. v. ad cap. 6. n. 3.

3. *omnia breviora*, brevioribus temporum spatiis facta.

[redacted]

4. *Nam excessisse pugna ad Trebiam*, incidisse demum (cf. 30, 26.) *in annum* consulatus *Cn. Servilii* cet.

5. *Flaminius Arimini consulatum* cet. v. cap. 57. et 63. — *creatus*, v. ad 7, 16, 6.

CAP. 16.)—1. *pudor non lati auxilii*, v. ad 1, 5, 5.

2. *metus de summa rerum*, v. ad 3, 5, 6.

3. *trepidarent magis*, incerti hærerent, (v. ad 1, 14, 6.) *quam consulerent*, de re agenda deliberarent aut consilium in rem utile caperent, (ut 23, 20. et 25, 38.) Str. consulto agerent, rem bene gererent; Gron. Cf. 23, 29. et ad 25, 38, 2.

4. *Nam neque hostem — congressum* cet. v. ad 2, 32, 6.

5. *Sardos*, *Corsos*, *Istros*, *Illyrios*, *Gallos*, quibuscum bella gesta inter b. Punicum I. et II. — *cum Gallis* Cisalpinis *tumultuatum verius, quam belligeratum*, prœliis magis *tumultuariis*, h. e. velitaribus levibusque, (in quibus omnia fiunt cum *tumultu*, h. e. repentino inpetu, clamore, strepitu ac terriculis) quam justis atrocibusque, (cf. ad 1, 37, 4) et cum hoste *tumultuante potius quam belligerante*, in certamen omne plus terroris quam virium ferente, et cæco magis furore ac feroci inpetu, quam certis consiliis firmoque animo agente, (v. ad 5, 44, 4.) pugnatum. Cf. ad 27, 2, 6. 29, 36, 2. 32, 30, 4. et 38, 17, 3. ubi *Gallicus tumultus*, ut ex verbis seqq. patet, dicitur inpetus eorum, qui initio est ferox et terribilis, sed longiore certamine sensim residit.

6. *trium et viginti annorum militia* cet. quot anni intersunt inter I. et II. b. Punicum; Gron. — *Hannibale duce acerrimo adsuetum*, ut passim *adsuetus* et *adsuefactus* ablativo, sed rei fere, non personæ, junguntur, omisso, ut putant, infinitivo aliquo. v. Duker., Gron. et Drak. ad 24, 48. 31, 35. 48, 31. 35. et Ern. clav. Cic. *vincere* pro *victorem* conj. Gron. et *armis adsuetum* Doer.

7. *recentem ab excidio opulentissimæ urbis*, statim post excidium Sagunti, ut ap. Cic. ad Att. 16, 7 pr. et al.

CAP. 17.)—1. *Nominatæ jam antea consulibus provinciæ erant*, regiones, in quibus bellum gerendum, jam definitæ a senatu, sed nondum sortitio earum a consulibus facta. Cf. 44, 17.

2. *Quatuor et viginti peditum Rom. M. sunt scripta et 1800 equites:* ergo quævis sex legionum, ut mox dicitur, continebat 4000 pedites et 300 equites. Cf. ad 8, 8, 10.— — *celoces* (naves *celeres* ac breviores; v. Ruhnken. ad Vellej. 2, 73.) *viginti deductæ*, v. ad 8, 26, 1.

3. *supplicatio per Urbem habita*, v. ad 3, 63, 2,

4. *eæ* (singulæ) *quaterna millia erant peditum et treceni equites:* id ex emend. Drak. reposui pro *eu* et *trecenti*.

5. *naves longæ*, bellicæ, plerumque quinqueremes vel triremes et rostratæ, quæ *onerariis* obponuntur; Str. Illæ vehebant milites, hæ (ὁλκάδες) commeatum. v. Scheffer. de mil. nav. 2, 2. p. 64. 65. 96. Μακρὰ πλοῖα dicuntur Polyb. 15, 18. — *iis* (v. ad 1, 8, 1.) *in Africam transmissurus* sc. eas.

6. *Navium maxime Cornelio numerus deminutus*, quia ad deducendas tantum copias opus habere navibus videbatur.

7. *ea parte belli dimicaturum*, eo genere belli, bello maritimo, ut cap. 22. et *qua parte copiarum* et *virium* lib. 22. et 23. Gron.

8. *cum suo justo equitatu*, cum 600 equitibus, quot in duabus legionibus esse solent.

9. *Gallia provincia*, (cf. 2, 40, 9.) quo L. Manlius prætor cum his copiis missus erat. Mox voc. *anno* abest ab omnibus MSS. et antt. edd. Scribendum: *Gallia p. nondum versa in P. b. h.* i. e. priusquam eo adducerent ambo coss. copias suas Pœnis obponendas; Gron.

CAP. 18.)—1. *legatos majores natu — mittunt*, cf. ad c. 6. n. 3. — *M. Livius* is, qui postea *Salinator* dictus est, (v. 29, 37.) esse non potest, quod consul esset tum quum hæc legatio missa est, aut, si posteriore anno missa est, reus vel damnatus (v. 27, 34.) Sigon.

2. *Romani postquam C. venerunt, quum senatus datus esset*, v. ad 8, 5, 1. Sed cum Bauero leg. *Romanis, p. C. v., quum* cet.

3. *Præceps vestra et prior legatio fuit*, temeraria, inconsiderata, temere et parum consulto missa. Cf. ad 1, 32, 13. Inconsiderantiæ et celerioris consilii orator insimilat Romanos, quod priore legatione statim Hannibalem sibi tradendum postulaverint; jam vero eo consilio legatos miserint, ut Pœnis, publico consilio Hannibalem Saguntum obpugnasse, fassis statim bellum indicant, haud quærentes de rationibus, ex quibus id ab illis fieri potuerit; Doer. Mox *adhuc* non est etiam, (*noch*) sed hucusque: nisi plura ac duriora sequuntur et adduntur; Bauer.

4. *Saguntini excipiuntur.* Cf. ad cap. 2. n. 9. et cap. 19. n. 2.

5. *neque auctoritate Patrum n. p. i.* v. ad 1, 17, 6.

6. *Itaque aliud de integro fœdus publico c. i. est*, a decem legatis in Siciliam missis. v. Polyb. 1, 62. 63. 3, 27 sq.

7. *Sagunti atque Iberi mentionem* v. ad c. 2. n. 9.

8. *et, quod* jam *diu parturit animus vester*, tamquam fetum maturum in lucem edere enititur, *aliquando pariat*, ut ap. Cic. Phil. 2. extr. *utinam reip. dolor pariat, quod jam diu parturit;* Doer. *ut, quod diu* cet. conj. Bauer.

9. *sinu ex toga facto*, laciniis togæ ita conlectis, ut sinus vel gremium fieret; Doer. Cf. Appian. Hisp. 13. Salmas. ad Flor. 2, 6. Sil. 2, 384 sq. inpr. Polyb. 3, 33, 2 sq.

ubi cf. Schweigh.) et Zonar. Ann. 8, 22. qui copiosius apertiusque dicit Μάρκος ὁ Φάβιος, τὰς χεῖρας ὑπὸ τὸ ἱμάτιον ὑποβαλὼν, καὶ ὑπτιάσας αὐτὰς cet. — *iterum*, quia significat secundo, altera vice, non rursus, referendum ad *dixisset*, non ad *sinu effuso*: nec enim antea effuderat sinum, neque *iterum* pro *contra* vel *rursus* dici potest; Bauer. Idem mox τὸ *se* ante *gesturos* delendum putat.

CAP. 19.)—1. *directa percunctatio*, quum sine ambagibus rogaretur, utrum pacem an bellum vellent; Str. Cf. ad 1, 11, 6.

2. *si verborum disceptationis res esset* cet. si verbis contendere voluissent Romani, ne sic quidem causa Pœnorum erat æquior cet. Gron. — *quid fœdus Hasdrubalis* cet. e MSS. Flor. et Voss. suadente Gron. recepit Drak. pro vulg. *quod fœdus H. cum L. p. f. commutatum est, comparandum non erat, quum* cet. "Voc. *commutatum* sane locum non habet, si significat, in locum alterius venire: at ego *commutatum* adcipio, comparatum, mixtum, confusum, pro altero positum, quasi idem aut simile, quod fecerant Pœni, cum superiori," Bauer. — *exceptum tale quidquam*, disertis verbis definitum, vel pactum: talis conditio expressa, ut passim ap. Cic. *fœdere* vel *lege excipitur*. Cf. inpr. Cic. p. Balbo c. 14. sup. ad c. 18. n. 4. et mox not. 4.

3. *tot annorum silentio*, v. ad cap. 2. n. 9.

4. *si priore fœdere*, icto a Lutatio, *staretur*, (v. ad 3, 36, 11.) *satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque* populorum *exceptis*, cf. not. 2. et ad cap. 2. n. 9. *priore fœdere*, non eo, quod mutatum est, sed eo, quod validum fuit, adeoque altero et novo; Gron. Contra Bauer monet: "Falso: nam neque *prius* dici hoc potest, neque *etsi staretur* diceret Liv. steterunt enim altero fœdere. Intell. prius, quod, cum Hasdrubale ictum, socios utrorumque excipiebat." Recte, si pro *Hasdrubale* scribere voluit *Lutatio* — — *tantum*, tantummodo, scil. id æquum censeret quis, *ne*, ut *Carthaginensium socii non aut sollicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscentes reciperentur*, cf. Polyb. 3, 27, 4. et 3, 29, 9.

5. *ut adirent civitates*, ut forte *et* vel *et aut in societatem* cet. — *Bargusios* vel *Bergusios*, ad Iberum et Pyrenæos, quorum urbs *Bergium* s. *Bergidum*, *Bergusia*, *Bargusia*, caput Ilergetum, forsan hod. Balbastro, s. Benavari, s. Rota. Cf. cap. 23. Polyb. 3, 35. Cellar. G. A. T. I. p. 120. Ptol. et Steph. Quidam putant ab hoc opp. non differre *Vergium* 34, 21. vel ab eo *Corbionem* in Suessetanis 39, 42.

6. *Ad Volcianos*, al. *Volscianos*: populum minus notum. — *celebre per H. r.* celebratum, vulgatum, sermonibus divulgatum.

7. *Quæ verecundia est, postulare*, "num sat verecundum est? ubi est verecundia postulantium? an hoc verecundiæ convenit?" Bauer.

CAP. 20.)—1. *in Galliam transeunt.* — *in his* sc. Galliis vel Galliæ populis, etsi præcedit *Galliam*; Str. Sed *Gallias* forte legendum. *In Arvernis nova* cet. conj. Gron. conl. 27, 39. *Ibi nova* cet. Doer. *In his novæ Illiberi species* Matthiæ. *in Galliam ad* ... *transeunt. In his nova* cet. Sigon. et Glar. qui nomen populi excidisse putant, sed quodnam fuerit, negant divinare posse. *in Galliam transeunt. Ruscinone terribilis species* cet. Jac. Gron. qui monet, id firmari cap. 24. et primum ex Hispania juxta mare in Galliam transgressis obcurrisse Ruscinonem, τὸ *que* autem sæpius a librariis vel additum esse vel ablatum. — *armati in concilium venerunt* Galli, *ita mos gentis erat*, sed forte non nisi de bello consultandum esset, Drak. conl. Cæs. b. G. 5, 54. et Nic. Damasc. in Exc. Peiresc. p. 513.

2. *Adeo stolida inpudensque postulatio visa est, censere*, sententiam in concilio dicere, suadere, cet. *Censere* pro censendo, h. e. proponendo, suadendo, dictum adcipit Doer. Supervacaneum illud esse et delendum putabat Gron.

3. *Contra ea*, v. ad 2, 60, 1. — *cetera indigna*, alia i., ut passim. Cf. Drak.

4. *Ibi omnia, ab sociis* (Massiliensibus, de quorum fide cf. c. 26. 22, 19. et Polyb. 3, 95.) *inquisita*, cognita a Romanis. — *preoccupatos ante*; quod *ante* e MSS. adjecit Drak. Cf. ad 9, 23, 1.

5. *cujus avidissima gens est*; debebat poni sit: aut ex Livii ore, quasi per parenthesin, dictum adcipe; Bauer.

6. *in exspectationem belli erectam*, v. ad 2, 54, 12.

CAP. 21.)—1. *Hispani generis milites*, præstantissimam exercitus partem. Cf. 27, 14. et ad Sil. 1, 220 sq.

2. *longinqua ab domo instet militia*, v. ad 3, 6, 5. et 36, 10, 6. — *commeatum do*, v. ad 1, 57, 2. Cf. Polyb. 3, 33.

3. *Gades profectus Herculi vota exsolvit*, v. ad Sil. 3, 1-44. — *si cetera prospera evenissent*, ut 37, 47. 42, 28. et ap. Sall. B. C. 22. probb. Gron. et Drak. ut adject. pro adv. positum sit. *si cetera* (quæ meditaretur) *prospere e.* MSS. Rec. et Pal. 3. forte rectius. *prospere venissent* Flor.

4. *nuda apertaque Romanis Africa ab Sicilia*, v. ad 8, 17, 5. Mox *firmare et eam* vel *Metagoneam* conj. Gron. Cf. Polyb. 3, 33. unde et sequentia sunt hausta.

5. *velut mutuis pigneribus obligati*, ut ap. Polyb. l. l. ἐκδεσμεύων τὴν ἑκατέρων πίστιν εἰς ἀλλήλους.

6. *pedites cætratos*, (al. *cetratos*) agiles levisque armaturæ, qui Græcis *peltastæ* dicuntur: nam *cætra* parvum erat Hispanorum Afrorumque scutum loreum, *pelta*

simile; Str. Cf. 23, 26 extr. 28, 5. 31, 36. pr. 33, 4. ad Sil. 3, 278. 9, 231. et de *peltis*, scutis parvis, inpr. Amazonum, formam mediæ vel corniculatæ lunæ referentibus, ad Sil. 2, 76. Πελτασταὶ medii inter levem gravemque armaturam ap. Polyb. 5, 22, 9. 5, 23, 3-8. diversi ab agemate ib. 5, 25, 1. a phalange et equitibus in exercitu Maced. ib. 2, 65, 2. 4, 67, 6. 4, 84, 9. 10, 31, 13. Cætratis obponuntur *clypeati* seu *agluspides* s. *chalcaspides*, gravis armaturæ milites, 33, 15, 3. et 44, 41 pr.

7. *funditores* (peritissimi) *Baliares*, quorum insulæ Baleares hod. *Mallorca* et *Minorca* vocantur. Cf. Ind. et loca class. 28, 37. Epit. Liv. LX. Diodor. 5, 17. (νῆσοι ὀνομαζόμεναι Γυμνήσιαι διὰ τὸ τοὺς ἐνοικοῦντας γυμνοὺς τῆς ἐσθῆτος βιοῦν κατὰ τὴν τοῦ θέρους ὥραν. Βαλλιαρεῖς ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις λίθους μεγάλους κάλλιστα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων cet.) et Strab. 3, 5. p. 167, 168. et lib. 14. p. 450. Aliis dicuntur *Baleares*, ut plerumque Gr. Βαλεαρεῖς et Βαλεαρίδες, sed et Βαλιαρίδες atque Βαλλιαρίδες. Ipso nomine funditores jaculatoresve designari, plerique tradunt: sed alii illud Græcum esse putant, a βάλλειν, alii Punicum s. Phœnicium, a בעל, dominus s. peritus, et ירה jecit. Cf. Strab. l. l. Eustath. ad Dionys. v. 457. Bocharti Phaleg., ad Epit. Liv. LX, 9. (*Baliares a teli missu adpellati, aut a* Baleo, Herculis comite cet.) et Cellar. G. A. 2, 1. p. 102.

8. *conquisitoribus*, v. ad cap. 11. n. 10.

CAP. 22.)—1. *atque ideo haud minus*: del. *haud*; Gron. Nonnumquam altera particula negans abundat; Duk. Cf. ad 2, 45, 7.

2. *additi equites Libyphœnices — CCCCL*; hunc numerum ex Polyb. 3, 33., a quo omnis harum copiarum recensio summaque desumta est, pro vulg. *CCC et* substitui, auctore Gron. qui bene monet *ccccl* in *ccc et* transiisse, et in quibusdam MSS. reperiri CCCC. Ex eodem Polyb. mox leg. *elephanti XXI*. Africa inter quatuor populos erat divisa, *Pœnos*, *Libyphœnices*, (qui Byzacium et maritimas obtinebant urbes; cf. Plin. 5, 4. et Strab. 17. p. 835.) Afros s. *Mauros* et *Numidas*, Diodor. 20, 55. τέτταρα τὴν Λιβύην διείληφε γένη, Φοίνικες μὲν, οἱ τὴν Καρχηδόνα τότε κατοικοῦντες· Λιβυφοίνικες δὲ, πόλλας ἔχοντες πόλεις ἐπιθαλαττίους, καὶ κοινωνοῦντες τοῖς Καρχηδονίοις ἐπιγαμίας, οἷς ἀπὸ τῆς συμπεπλεγμένης συγγενείας συνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας cet.

3. *parva Ilergetum manus ex Hispania*, cf. Polyb. 3, 33. ubi Schweigh. hæc notavit: "Mirum utique debet videri, qui fiat, ut medios inter *Africæ* populos, e quibus equites relicti Hasdrubali, una gens *Hispanica* memoretur, et quidem trans Iberum (inter Iberum et Pyrenæum) incolens posteaque demum subacta ab Hannibale; (v. Polyb. 3, 35. et Liv. 21, 23.) præsertim quum consentaneum sit, Hispanos equites plures sane, quam CC vel CCC, sub Hasdrubalis imperio fuisse relictos. Hinc ap. Polyb. pro Ἰλεργητῶν, quos ex Livio substitui, e MSS. Λεργητῶν restitutum velim, etsi populum hujus nominis in Africa nulli alii scriptori memoratum novi. Livius, quum Λεργητῶν aut aliud hujusmodi nomen, quo Libyæ populus aliquis designabatur, ap. Polyb. legisset, perperam forte, similitudine nominis deceptus, de satis noto alioquin Hispaniæ populo cogitavit." Forsan Polyb. scripsit Νεγρητῶν. — — *ducenti equites*, forte *trecenti* ex Polyb.

4. *qua parte belli* (v. ad c. 17. n. 7.) *vicerant* Romani bello Punico I. — *aptæ instructæque remigio*, cf. ad 3, 15, 8. *aptæ*, aptatæ, instructæ armis, velis cet., ut 30, 10, 2. et *paratæ aptatæque lintres* cap. 27. vel *aptare classem velis* et *biremes remigio* ap. Virg. Æn. 3, 472. 8, 80. *apta pinnis* ap. Cic. Off. 3, 29. *cœlum stellis aptum* ap. Virg. Æn. 4, 482. 6, 798.

5. *præter Etovissam*, Ἠτόβησσα in Edetanis ap. Ptol. — *ducit*, v. ad 1, 23, 4. *atque inde profectus, præter Etovissam urbem, ad Iberum maritima ora ducit* conj. Jac. Gron. quia *maritimam* omnes pæne MSS. sine copula *que* exhibent. Etovissam vero non maritimam, sed mediterraneam urbem esse, monet Drak.

6. *Ibi fama est, in quiete visum ab eo juvenem divina specie* cet. Cf. Val. Max. 1, 7. ext. 1. Cic. de Div. 1, 24. ad Sil. 3, 158-219. et, qui hanc similesque fabulas ridet, Polyb. 3, 48.

7. *cura humani ingenii*, pro ea, qua duci solent homines, res vetitas (novas quoque, insolitas et ignotas) sciendi cupiditate; Doer. — *quod respicere vetitus esset*, de qua superstitione v. ad Sil. 3, 181.

8. *temperare oculis*, cf. ad 2, 23, 8. — *ferri*, v. ad 6, 30, 2.

CAP. 23.)—1. *nonaginta millia peditum, XII millia equitum traduxisse Iberum* tradit et Polyb. 3, 51. deinde eum Hannoni reliquisse X m. peditum et M equites; domum remisisse parem numerum; in subigendis populis intra Iberum Pyrenæumque maximam exercitus partem amisisse; quum Pyrenæum transierit, reliqua habuisse L m. peditum, IX m. equitum, et, superato Rhodano, XXXVIII m. peditum, equitum paulo amplius VIII millia; in Alpium transitu harum copiarum dimidiam fere amisisse partem; et, quum ex Alpibus in campos Circumpadanos descenderit, reliqua habuisse XX m. peditum (XII Afrorum, VIII Hispanorum) equitum VI millia. v. Polyb. 3, 35. 56. et 60. — *Ilergetes*, quorum capita *Athanagia* (v. ad c. 61.) et

Ilerda (hod. Lerida) ad Sicorim fl. (h. Segre) qui Ilergetes a Lacetanis dividit. Cf. Ind. et Schweigh. ad Polyb. 3, 33. 3, 35. 9, 11. et 10, 18. — *Bargusios*, v. ad c. 19. n. 5. — *Ausetanos*, quorum ager 39, 56 minus recte ad Iberum ponitur, quorumque oppida erant *Ausa* (s. Ausona et vicus Ausonensis, hod. Vic de Osona, vulgo Vich s. Vique) et *Gerunda*, h. Gerona. — — *Lacetaniam* ex emend. Sigon. pro *Aquitaniam*, quæ est pars Galliæ citra Pyrenæum. *Lacetani*, de quorum situ v. cap. 60, diversi forte a Jaccetanis Strab. non vero Ptol. Eorum oppida *Setelsis*, (hod. Solsona) *Udura*, (h. Cordona) *Telobis*, (h. Marcorellum) *Bacasis* (h. Manresa) et *Scissis*, al. *Scissum* cap. 60. forte rectius *Cissa*, (Κίσσα ap. Polyb. 3, 76.) hod. Guissona. (Sed in plerisque MSS. c. 60. legitur *Scissis*, et conf. mox ad c. 24. n. 2.) Pro *Ausetanis* et *Lacetanis* Polybius 3, 35, 2. habet Ἀνδοσίνους et Αἰρηνοσίους, ignota aliis nomina, pro quibus Gron. conj. Αὐσοδίους (Ausetanos, ut Καρπήσιοι Carpetani) et Λαρνησίους.

2. *quos et ipse gravari militia senserat*, immo *ipsos g. militiam s.* Gron. — *Carpetanos*, v. ad c. 5. n. 7.

CAP. 24.)—1. *animos sollicitarent* ad seditionem; D.

2. *ad oppidum Illiberi*; ita in optimis MSS. sed mox *ad Illiberim*. Nam *Illiberis*, ut plura Hispaniæ oppida, v. c. *Illiturgis* s. Iliturgis, *Oringis*, *Anitorgis*, *Meningis*, et quæ modo in nota 1. ad c. 23 memoravi: sed et neutro genere *Illiturgi*, (23, 49.) *Intibili*, (ibid.) *Illiberi*, *Illici*. Cf. Drak. *Illiberi* Mel. 2, 5. *Eliberri*, Ptol. Ἰλίβερις, Strab. Ἰλυβίῤῥις, a matre Constantini M. dictum *Helena* et inde nunc *Elne*. Cf. ad c. 26. n. 6.

3. *ad arma consternati*, v. ad 2, 47, 3. — — *Ruscino* opp. non longe a Perpiniano (Perpignan) situm, a quo dictum *le Gouvernement de Roussillon*. Cf. ad c. 26. n. 6.

CAP. 25.)—1. *Boji*, *sollicitatis Insubribus*, v. ad 5, 34, 9. — *nec tam ob veteres in populum Rom. iras*, quam tamen solam causam memorat Polyb. 3, 40, 8.

2. *Placentiam Cremonamque colonias* — *deductas* hoc anno. Cf. Liv. Epit. XX. Vellej. 1, 14. et inpr. ad totum h. l. Polyb. 3, 40.

3. *triumviri Romani* coloniis deducendis. Cf. ad 3, 1, 6.

4. *ad expostulandum*, ad exprobrandam factam Romanis a Bojis injuriam, sive ad res repetendas; Doer. *Triumviros* ipsos, *colloquium* postulantes, a Bojis comprehensos tradit Polyb. l. l. Cf. et inf. ad 27, 21, 7. et 30, 19, 5.

5. *nisi obsides sibi redderentur*, quos Polyb. l. l. traditos dicit in exitu ejus belli, quod descripsit 2, 22 - 35.

6. *L. Manlius prætor*, cf. cap. 17. — *effusum agmen*, v. ad 1, 14, 7. — *plerisque incultis* sc. locis, quod voc. alii addunt. — — *inexplorato*, v. ad 1, 41, 10.

7. *in apertos campos emersit* e saltibus. Cf. ad 6, 14, 6.

8. *ad C. cecidisse* e MS. Gud. recepi cum Str. etsi forte ob illud *multa cæde* leg. *ad D* vel *ad DC*. In reliquis MSS. *cecidisse*, *ad cladisse*, *accedisse*, *adcecidisse*, *accidisse*, *occidisse*, *accessisse*. In ed. Med. *adcisas res*, (v. ad 3, 10, 9.) quod servarunt edd. seqq. Mox *DCC milites occiderunt* X MSS.

9. *Tanetum vicum p. Pado*, inter Parmam et Mutinam, (h. Tanedo) τὴν Τάννητος καλουμένην κώμην Polyb. 3, 40.

10. *Brixianorum Gallorum*, v. ad 5, 35, 1.

CAP. 26.)—1. *una legione Rom.* altera earum, quæ Scipioni erant datæ: (v. cap. 17.) unde *in locum ejus transcripta* (translata, substituta, novo delectu habito, nisi leg. *conscripta* vel *scripta*) *legio nova*.

2. *profectus ab Urbe LX longis navibus*, (cf. ad c. 17. n. 5.) non itinere pedestri. Idem tradit Polyb. 3, 41.

3. *Salyum montes*, v. ad 5, 34, 7. et cf. Strab. 4, 1. p. 181.

4. *ad proximum ostium Rhodani*, τὸ Μασσαλιωτικὸν ap. Polyb. 3, 41. De ostiis Rhodani, in æstuario divisis parvasque formantibus insulas, cf. Plin. 3, 4. s. 5. et Strab. 4, 1. §. 8. p. 183.

5. *ab jactatione maritima*, navium in mari, quæ et fatigaverat milites et nauseam iis creaverat. Cf. ad c. 48. n. 5. — *trecentos delectos equites*, CCCC MS. Harl. et Polyb. 3, 41. ex quo etiam *ducibus Massiliensium auxiliaribus Gallis* conjici posse monet Drak.

6. *in Volcarum agrum gentis validæ*; noti *Volcæ Tectosages* et *V. Arecomici* s, Aricomici et Aricomisci. Illorum oppida *Narbo Martius*, (h. Narbonne) *Tolosa*, (h. Toulouse) *Leucata*, *Carcasso*, et, cap. 24 memorata, *Illiberis* et *Ruscino*: horum *Nemausus*, (h. Nimes) et *Vindomagus*. Cf. Strab. 4, 1. §. 12 - 14. p. 186 - 189. Is et p. 186. dicit, Volcas non *circa utramque ripam Rhodani*, sed ultra illum, ἐπὶ θάτερα μέρη τοῦ ποταμοῦ *colere* sc. agros, h. e. habitare. Cf. ad 1, 1, 3. — Mox forte leg. *ulteriorem ripam amnis armati obtinebant*; Gron. vel vox *amnis* del. Drak. et Str.

7. *Ceteros adcolas fluminis et* eos, *quos eorum ipsorum* vel ex his ipsis, (cf. Drak. et ad 41, 9, 5.) sc. Volcis, non traxerat insania popularium in ulteriorem ripam ad resistendum Hannibali, sed *sedes suæ tenuerant*, detinuerat οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, qui Volcarum remanserant cis flumen, sedis amore retenti; Gron. et Str. Cf. ad 5, 54, 1. *Quos sedes suæ tenuerant* inversa constructione dictum putat Doer. pro vulgari: qui sedes suas tenuerant, h. e. qui in sedibus suis permanserant. Libri variant, et pronom. *suæ* ex optimis MSS. primus addidit

[redacted]

Str. suadentibus Gron. et Drak.

8. *ad naves undique contrahendas* cet. cf. Polyb. 3, 42.

9. *tanta urgente hominum turba*, tamquam grave onus premente incolas, qui victum et res necessarias tantæ hominum multitudini subpeditare debebant; Doer. — — *coacta vis navium*, v. ad 32, 2, 4. — *temere*, sine arte et certo consilio, *ad vicinalem usum paratarum*, quibus non ad longinquam navigationem, sed ad res in vicina loca deportandas utebantur; Str. ad merces impr. ultro citroque devehendas; Sigon. Cf. Polyb. l. l. *Lintres* forte *pontones* Gallorum, noti e Cæs. B. C. 3, 29.

10. *cavabant ex singulis arboribus*, μονόξυλα πλοῖα ap. Polyb. qualibus barbari Americani et insulani Oceani meridionalis utuntur; Str.

11. *alveos informes*, v. ad 1, 4, 9.

CAP. 27.)—1. *omnem ripam equis virisque* (ut mox *equi virique et alia onera*) *obtinentes* ex editt. quibusdam antt. restitui. v. ad 5, 37, 3. (*equis virisque inmensum obtinentes loci*) Alii e MSS. *equites virique*. Quæ voces forte glossatori debentur: nam Livius scripsisset potius *omnem r. equitibus virisque obtinentibus*, vel per exegesin *hostes, equites virique, omnem ripam obtinentes*; Doer.

2. *adverso flumine ire* (ut doctius *adversa ripa* cap. 31. pr. nos: *an dem Strom hinauf*, Str.) *iter unius diei jubet* — *duces Galli edocent, inde millia quinque et viginti ferme* passus (v. ad 9, 42, 2.) *supra*, (supera parte, ut in fine cap. *parte superiore* et contr. *infra*) *parvæ insulæ c. amnem* — *transitum ostendere* cet. cf. omnino Polyb. 3, 42. *edocent* e MS. Flor. recepit Drak. pro vulg. *educunt*, quod delendum putabat Gron. ut *ostendere* dictum esset pro *ostenderunt*. "At duces non *ostendunt* transitum, sed per eum ducunt. Quod incommodum etiam gravius premit τὸ *edocent*, ut *ostendere* sit infinitivus. Et quid redundantius dici potest, quam *duces dati edocent, amnem transitum ostendere*? Non vidi ineptiorem verbositatem. Ego *educunt* simpl. intellego: sursum ducunt adverso flumine. Sed nec placet *latiorem transitum*; quin dici vix potest. Quid, si *transitum ostendere* glossema sit, a perturbato librario vel lectore additum? *Latiore* certe malim, quod *alveo* jungatur. Forte et Leg. *ostendentem* sc. amnem," Bauer,

3. *sine ulla mole*, difficultate. Cf. ad 1, 38, 4.

4. *cetris subpositis*, v. ad cap. 21. n. 6.

5. *ex loco edito fumo significant se transisse*: sic et Polyb. 3, 43. non vero *ex loco edito*: nam ita scripsi, suadentibus Cler. et Str. pro: *profecti ex loco, prodito fumo s. s. t.* In uno MS. est *ex loco debito*: et *propinquo fumo* conj. Gron.

6. *ne tempori deesset*, v. ad 3, 46, 3.— — *navium agmen* (majora navigia, οἱ λέμβοι) *transmittens equites*, iis inpositos, *propter* (prope, juxta, *neben*, ut 9, 2. 25, 23. 26, 8. 28, 46. 34, 32. 44, 3. et aliis locis, quæ laudavit Drak. ad Epit. Liv. XLIX.) *equos nantes*, *parte superiore*, *ad excipiendum* frangendumque tum equis tum lembis *adversi impetum fluminis*, *præbebat tranquillitatem lintribus infra t.*, quæ lintres, τὰ λεπτὰ τῶν πορθμείων vel τὰ μονόξυλα πλοῖα, ita facilius tutiusque transmitti poterant. Cf. Polyb. 3, 43. qui etiam *equos nantes e puppibus* lemborum et ex utroque earum latere *loris tractos* dicit; ut mox Livius: *Equorum pars magna nantes*, (cf. ad 1, 41, 1.) quæ verba suspecta reddunt superiora *propter equos nantes*.

CAP. 28.)—1. *Galli obcursant in ripam*; forte *in ripa*; Gron. Sed et *quo* et *ubi* obcursarint, quæri dicique potest; Bauer.

2. *cum variis ululatibus cantuque*, cf. Polyb. 3, 43. et v. ad 10, 26, 8. — *quatientes scuta super capita*, cf. 38, 17. et ad Sil. 3, 346. 348.

3. *qui ex altera ripa t. suos hortabantur*, postquam duce Hannone jam fluvium trajecerant.

4. *adverso tumultu*, qui ex adverso vel in conspectu et ante oculos erat, ut contra *clamor ab tergo*. Similiter *adversa vulnera* et al., quibus *aversa* obponuntur. Cf. ad 2, 23, 5.

5. *Mox et ipse aderat* Hanno. "Sed *et ipse* castra ceperat. Cur ergo additur *ipse*? Forte leg. *ipsis* sc. Gallis: sicut castra eorum ceperat, ita nunc ipsos, in ripa stantes, adgrediebatur;" Bauer. Cf. ad 5, 43, 5. — *anceps terror*, v. ad 1, 25, 4.

6. *utroque vim facere conati* (in eos, qui jam transierant cum Hannone Rhodanum, quique nunc transibant) e MSS. Cantabr. et Crev. recepi cum Str. suadente Jac. Gron. pro vulg. *ultro vim f. c.* In MS. Flor. *utroque*. Bauer. et Duk. jungunt *ultro pellebantur*, et ille *ultro* adcipit pro *ipsi*, vel ita, ut et notio *insuper* in eo lateat, (non modo vim facere non poterant, sed insuper, ipsi quoque, e contrario pellebantur) hic pro *insuper*, non exspectantes, ut 5, 37, 1. et ap. Suet. Tib. 11. Cf. sup. ad 1, 5, 6. Contra Drak. *ultro vim facere* dici h. l. monet, qui hostem primi adgrediantur.

7. *certe variata* varie exposita, varia et diversa est, (cf. ad 1, 43, 20.) *memoria*, narratio, historia, *actæ rei*. Similiter 27, 27, 6. *quæ variant auctores*, h. e. varie tradunt. — *ferocissimum ex iis*, *quum rectorem suum*, a quo *irritatus* fuerat, *in aquam refugientem* et ibi *nantem* (sed τὸ *nantem* est potius glossa) persequeretur, reliquum post se elephantorum *gregem traxisse*, effecisse, ut sequeretur, ita ut, prouti cuique, *altitudinem aquæ* reformidanti, *vadum*, quo pedes figeret, recesserat, eum *ipse fluminis impetus in alteram ripam sponte raperet*; Doer. Id non satis

[redacted]

ruum potius verisimile sit, eos hoc secundo flumine delatos esse; Str. gita inpetum fluminis navium equo-e agmine fractum et ad ripam ulte-inpulsum. Verba autem *quemque* n *altitudinem* non satis eleganter identur; et pro *nantem* cum Bauero eg. *nando* vel *nans:* etsi participia ἀνωθέντων junguntur, quod monet 'er.

eterum magis constat, ratibus trajectos ephantos cet. eamque rationem so-ed non eodem modo, tradit Polyb. 3, – *ut,* quemadmodum, *id consilium tu-st,* non tum, quum Hannibal id age-d omnino, si qui alius tale quid mo-; Bauer. — *ad fidem pronius est,* fa-ad eredendum, vel ad probabilitatem a adcedit, ut Cic. N. D. 3, 40. et Div. licit, *ad veritatis similitudinem propen-*

latam unam CC longam pedes, δύο πλέ-p. Polyb. 3, 46. qui pro 2 ratibus rat 3 pontes ex ratibus junctos.— *solum;* " Forte leg. *per solidum,* et *transgressi essent,* nisi confudit tempora, simili re Thucyd 2, 34. ubi et, quid n sepeliendis militibus factum, et se ac semper factum sit, mixtis ribus narrat. Loquitur, ac si rem o, ut fieri soleat, non, ut tum atur, describat, et tamen reliqua ra *adnexa erat* cet. aliud suadent;"

actuariis aliquot navibus, h. e. quæ si-elis remisque aguntur, aut quæ facile poterant *agi,* (v. Non.) et vel majores vel minores. v. Schæffer. de re nav. 2, *repetiti,* post alios petiti, nachgeholt;

soluta ab ceteris rate: " a quibusnam? erisne elephantis? Non patitur voc. Ab hominibus ergo; etsi alios non : qui tamen in verbis prioribus sub-guntur, quæ ab aliis acta exponant. *ertis* sc. hominibus, quibus id datum id esset? Utrumque otiosum videtur. *luta altera rate* legimus?" Bauer. Si . 3, 46. contuleris, probabile fit, non verbis, sed in superioribus vitia la-et legendum esse: *et quum elephanti, biles rates,* (illas duas) *tamquam viam, acti, in* (duas) *minores adplicatas* (non es, sed mobiles, firmiter quidem inter alligatas, ad *ceteras* vero sive duas sta-ita, ut *vincula, quibus leviter iis essent ad-extemplo resolvi possent*) *transgressi sunt* Forte et Livius per errorem aut alios itus auctores unam tantum ratem mobilem putavit, ideoque dixit *mi-adplicatam* et deinde *soluta rate ab cete-rabus* stabilibus. — *in altum* h. l. de , propr. de mari. — *aliquantum ade-unge.*

donec quietem ipse timor fecisset, fecisset, ut quiescerent, quieti consisterent; Doer. — *stabiles,* v. ad c. 5. n. 10.

CAP. 29.)—1. *ut ante dictum est* cap. 26. — *prælium atrocius quam pro numero* cet. v. ad 7, 33, 2.

2. *Victores ad CLX,* immo CXL. cf. Polyb. 3, 45. — *victi amplius ducenti,* v. ad 3, 64, 5.

3. *summæ rerum prosperum eventum,* v. ad 3, 5, 6.

4. *nec* (et non) *Scipioni stare sententia pote-rat,* v. ad 4, 13, 6. Post *sententia* excidisse voculam *alia,* sensumque esse: nec in alia nunc Scipio adquiescere poterat sententia, putat Doer. Subficit vocem *alia* subpleri ob seq. *nisi ut,* et *stare* hoc sensu quidem dicitur, (v. ad 3, 36, 11.) non vero *stat mihi sententia.*

5. *cœptum in Italiam intenderet iter,* v. ad 4, 19, 1.

6. *Bojorum legatorum reguli que Magali ad-ventus* ex Gallia Circumpadana, *qui* cet. cf. Polyb. 3, 44. Is *Magilon* vocat: sed literæ *a* et *i* commutantur sæpe in barbaricis no-minibus, ut *Masinissa* et *Masanissa,* (vel *Mas-sanissa* et *Massanassa* s. *Masanassa;* v. ad Sil. 16, 117) *Mithridates* et *Mithradates,* 'Ανδό-βαλης et *Indibilis, Hampsicora* et *Hampsagoras,* Κατάνη et *Catina;* Gron. *Matali* et *Macoli* h. l. plerique MSS.

7. *integro bello,* (v. ad 2, 5, 1.) *nusquam ante libatis viribus,* inminutis prœlio, vel tentatis. — *Multitudo,* milites Hannibalis.

8. *iter inmensum Alpesque,* iter i. trans Alpes, *rem fama,* ob famam, propter ea, quæ de Alpibus hujusque itineris difficultati-bus narrando audita erant, *utique* (v. ad 2, 30, 1.) *inexpertis,* iis, qui hæc nondum experti fuerant, *horrendam.* Cf. Sil. 3, 447 sq.

CAP. 30.)—1. *ipsi sententia stetit,* v. ad 4, 13, 6.

2. *varie militum versat animos e. s.* v. ad 2, 45, 6. Cf. similis oratio Hannibalis ap. Polyb. 3, 44. et Sil. 3, 503 sq.

3. *duo diversa maria,* mediterr. et Oceanus; Doer.

4. *liberandumque orbem terrarum* sc. servi-tute, qua eum obprimere cupiant Romani. — *ab obcasu solis ad exortus* (al. *ortum;* forte *exortum*) *intenderent iter,* v. ad 4, 19, 1.

5. *quarum* (Alpium) *alterum latus Italiæ sit* sc. latus, sive pars sit et ad eam per-tineat, ut cap. 49. *naves, cujus ipsi classis essent;* Gron. Similiter 28, 8. *quod suorum fuisse finium satis probabant,* 37, 55. *ea civitatis Rho-diorum essent,* (ei subjecta essent s. parerent) 21, 11, 8. et 22, 20 pr. *terra hostium erat,* ab iis obcupata, 22, 20 extr. *ditionis inperiique Rom. facti sunt,* 22, 54, 6. 23, 35, 1. *Hanni-balis Apuliam factam.* Cf. 23, 27, 5. ad 3, 36, 4. et 3, 62, 5.

6. *in ipsis portis hostium,* in aditu s. vesti-

bus Italiæ, terræ hostilis, ut al. *in limine* vel *in vestibulo*, v. c. *castrorum* 25, 17. *urbis* 36, 22. *Siciliæ* ap. Cic. Verr. 5, 67.

7. *pervias paucis esse:* nam modo *legatos* Bojorum (v. cap. 29 extr.) *Alpes transgressos*. Easdem vero *exercitibus invias* existimari? Respondet orator: Gallorum *ingentia sæpe agmina Alpes tuto transmisisse*, (cf. 5, 34, 35.) et *militi armato nihil invium aut inexsuperabile esse*. Orator a minori ad majus progreditur, et dubia, nude posita, exemplis refutat. Oratoria autem vis et adfectus augetur interrogatione, minuiturque, si ex emend. Stroth. legeris *pervias paucis esse, nec exercitibus invias*. Vox tamen *invias* primum adjecta in ed. Mediol. unde Gron. conj. *pervias paucis esse; nec exercitibus?* — *legatos non pennis* in *sublime elatos*, forte *sublimes;* Ern. Malim *sublime latos;* Schæf. Cf. Schelleri Obss. p. 198.

8. *Romam, orbis terrarum caput:* prolepsis, haud bene conveniens Hannibali; Str. A decoro illa laudatio abit, et magis a vero; Ruben. Elect. 1, 25. Sed orator potius magna arte rem primum auget, ut, quantum ex *incepto* hoc gloriæ redundet ad Pœnos, adpareat; mox vero minuit, (*cepisse quondam Gallos* cet.) ne animus militum frangatur.

9. *ea, quæ adiri posse Pœnus desperet*, h. e. Romam, ut ap. Cic. Cat. 4, 4. *qui hæc delere conati sunt;* Str. — *genti* (Gallis) *per eos dies toties ab se victæ*, v. cap. 23-28. — *campum* Martium.

CAP. 31.)—1. *profectus adversa ripa* (v. ad 21, 27, 2.) *Rhodani*, potius Isaræ. Cf. ad cap. hoc et seq. Polyb. 3, 49. 50. ibique Schweigh.

2. *minus obvium fore* (v. ad 1, 40, 1.) *Romanum credens*, h. e. quia crederet: nam in partic. latet vis causalitatis; Str.

3. *Quartis castris ad Insulam pervenit*, ubi hodie est Lugdunum, et *Arar* (h. Saone) *Rhodanusque confluunt:* sed Hannibal, qui transiisse Rhodanum videtur paululum infra Avenionem, inde vix *quartis castris* ad Lugdunum pervenire potuit; Str. Ego pro vulg. *Arar* reposui *Isara*, (qui fluvius fines *Allobrogum* præterlabitur (cf. not. 5.) et infra Viennam urbem miscetur Rhodano: unde, ni fallor, est hod. *Isere*, non *Oise*, qui amnis in Sequanam influit) re ita postulante et suadentibus Jac. Gron., Cluvero Ital. ant. 1, 33. p. 363-8. Mandajorso in Actis Acad. Paris. eleg. lit. T. 3. p. 93 sq. T. 5. p. 198 sq. Schweigh. ad Polyb. 3, 49. 6. 30, 50, 1. et Matthiæ in Obss. ad Livii lib. 21. qui docet, regionem designari, quæ a meridie Isara, a septemtr. Rhodano, et ab oriente Alpibus cincta sit. Iidem viri docti plures difficultates, quibus narratio Liv. in hoc et seq. cap. premitur, removere conati sunt.

4. *diversis ex Alpibus*, ex diversis Alpium partibus, *decurrentes confluunt in unum locum:* quæ *divortia* (forte *devortia;* v. ad 1, 51, 2.) *aquarum* dicuntur 38, 45. jugum montis seu fons aquarum fluminumque, quæ inde decurrentia dividuntur in brachia. Similiter *divortium itinerum* 44, 2, 4. Cf. Drak. ad 38, 45, 3. Oudend. ad Lucan. 2, 404. Cerda ad Virg. A. 9, 379. Manut. ad Cic. ad Att. 5, 20. *Arar* ex Vogeso oritur, quæ Alpium pars habetur. Cf. Strab. 4, 186. — *agri aliquantum*, al. *aliquantulum*. Cf. ad 2, 39, 1. Mox *inde* ante *mediis* inserui auctore Jac. Gron. quia in multis MSS. est *in mediis*.

5. *Incolunt prope* (cf. ad 1, 1, 3.) *Allobroges*, populus Galliæ Narbonensis, a lacu Lemano ad Isaram Rhodoni adcola, cujus oppida erant Geneva, Cularo (h. Grenoble) et Vienna. — *gens-gente*, v. ad 1, 3, 8. — *jam inde*, jam tum, ut 1, 2. et 3, 36. Ita Stroth. perperam, ni fallor, inpr. h. l. ob verba seq. *tum discors erat*. Forte leg. *jam diu*, vel *inde* loco motum et supra ante *mediis* ponendum. Cf. not. 4.

6. *Regni certamine ambigebant* (ut *de regno ambigere*, h. e. certare, 40, 15, 3. cf. ad 21, 10, 11. et 35, 33, 2.) *fratres* cet. cf. Polyb. 3, 49. 50. ubi Schweigh. jam monuit, Polybium satis diserte ab Allobrogibus eos distinguere; credi tamen posse, varias fuisse Allobrogum gentes. Mox *poterat* in omnibus fere MSS. omnibusque edd. ante Drak. prob. Stroth. ut ad remotius *fratre* referatur. Cf. ad 3, 72, 3.

7. *disceptatio ad Hannibalem rejecta*, v. ad 2, 22, 4.

8. *recta regione*, recta regionis vel per regionem hanc via, ut *recto flumine* ap. Virg. Æn. 8, 57. et al.

9. *ad lævam in Tricastinos flexit* cet. quod iter haud memorat Polybius, at Sil. 3, 466 sq. et Ammian. 15, 28. Livius regionem designat, quæ non Hannibali, sed sibi aut cuivis Italo *ad lævam* esset: mos est enim historicis, ut nonnumquam dextram sinistramque non ab hostium parte, sed a sua designent; Stroth. conl. cap. 5. (ubi v. not. 2.) lib. 27, 48. et Tac. Ann. 2, 8. *a læva* emend. Lips. in Epist. ad Belgas 1, 93. ut Rhodanum non iterum transierit, sed ad lævam reliquerit et ab eo flexerit in Tricastinos. Idem, vel *ad dextram*, leg. putabat Drak. *Tricastini*, *Vocontii* s. Vocuntii et *Tricorii* (v. Strab. 4. p. 185. et 203.) inter Rhodanum et *Druentiam*, (h. Durance) in Delphinatu, habitabant. — *tetendit*, v. ad 4, 19, 1.

10. *Is et ipse Alpinus amnis*, in Alpibus oriundus, (in Mont Genevre) æque ac Isara, Arar et Rhodanus, qui propior ostiis, inter Avenionem et Arelate, Druentiam recipit, et inde, quod non minus rapidus (ῥοδανὸς) est, nomen adcepit. — *difficillimus transitu* cet. cf. Sil. 3, 468 sq. Non nisi ad Cabellionem (h. Cavaillon) navium

patiens est — *nullis ripis*, nisi valde planis et tenuibus. — *neque iisdem alveis*, cf. seqq. Mox *faciens* post *gurgites* addunt edd. Mediol. et seqq. sed verbum *volvens* ad omnia subficit, et *vada ac gurgites volvere* bene dicitur amnis, qui volvendo arenas facit vada hac, illac gurgites; Gron.

11. *saxa glareosa:* al. *glomerosa* et *globosa*, ut 38, 29. *glareasve* aut *glareasque* conj. Gron. haud inprob. Drak. Non satis intellegi potest, quomodo *saxa* dicantur *glareosa*, (*kiesicht*) nisi intellegas vel in saxorum modum ac magnitudinem compactam temere glaream, (*Kies*) vel saxa minutiora ad lapillorum vel glareæ modum; Str. Cf. ad 41, 27, 7.

12. *tumultum fecit*, confusionem animorum et perturbationem, ut cap. 48. pr. Doer. Cf. ad 21, 16, 5.

CAP. 32.)—1. *quadrato agmine*, v. ad 2, 6, 3.

2. *repetit Genuam*, quod Ligurum emporium forte adpulerat, quum oram Ligurum præternavigaret. v. cap. 26.

3. *eo, qui circa Padum erat, exercitu*, cui L. Manlius et C. Atilius prætores præerant. v. cap. 25. 26. et ad c. 39. n. 3. Mox verba *ad Alpes* in omnibus edd. ante Stroth. et plerisque MSS. peperam post illa *cum bona pace*, sed in 2 optimis MSS. ante ea leguntur.

4. *Tum quamquam fama prius præcepta res erat*, v. ad 7, 26, 5. *Prius* redundat, aut sign. ante quam eo venissent; Bauer. Cf. ad 9, 23, 1. — *incerta in majus vero ferri*, v. ad 4, 1, 6.

5. *montium altitudo* cet. cf. Sil. 3, 477 sq. — *montium*, Alpium, quarum plures sunt partes. — *jumenta torrida frigore*, ut cap. 40 extr. *præusti* (*halberfrorne*) *artus*, *membra torrida gelu*, 40, 45 pr. *hiems arbores deusserat*, ap. Plin. 3, 20. *præustis in transitu Alpium nive membris*, et passim *uri*, *aduri*, *amburi*, *torreri*, *καίεσθαι*, *ἀποκαίεσθαι* cet. de frigore, plantas cutemque hominis amburente vel macerante et lædente. Cf. ad Tac. Ann. 13, 35, 5. et Sil. 4, 68. Mox *inanimaliaque* e MSS. et priscis edd. restitui *inanimaque* ed. Mediol. et seqq. ex emend. Vallæ. *inanimataque* conj. Gron. et *inanimantiaque* Drak.

6. *Gallisque ad visenda loca præmissis*, legatis Bojorum, qui se hujus itineris duces fore professi fuerant; Sigon. Cf. cap. 29.— — *transitum ea* sc. parte *non esse*. v. ad 3, 70, 2. — *confragosa omnia*, v. ad 5, 26, 1.

7. *ex aperto*, ut *in aperto* 1, 33. 22, 4. 23, 46. 36, 17. et *locis apertis* 33. 7. 34, 46. *ἐν καθαρῷ* ap. Hom. Il. 8, 491. *ἐμφανῶς* ap. Polyb. 3, 50, 8. qui conf. ad totum h. l. Sic et *campi aperti* 38, 41. qui 24, 14, 4. dicuntur *puri* (sine silvis, virgultis collibusque) *ac patentes*, 27, 18. *plani*, 22, 24. 40. *planum*, et al. *æqui campi* vel *æquum*. Cf. ad 5, 38, 4. — *vim*, al. *viam*. Mox *constiterant* et *communissent* sc. Pœni, et *sensit* Hannibal. Al. *constiterat* et *communisset*, forte rectius.

8. *cum expeditis, acerrimo quoque viro*, v. ad 1, 7, 6. — *angustias evadit*, ut 38, 2. *ex iis vadit*, exit, elabitur, ap. Polyb. l. l. *διῆλθε τὰ στενὰ*, et cap. 51. *διήνυε τὰς δυσχωρίας*.

CAP. 33.)—1. *ex castellis* (v. ad 5, 5, 2.) *ad stationem solitam*, ad saltum. — *arce sua* junge. *sua super capita* conj. Sigon. et, ne τὸ *sua* redundet, *arce summa* vel *subito* Bauer. Sed *arce sua* eodem sensu dictum, quo supra *statio solita*, et *saltus* in *tumulis*, quem Galli *interdiu obsidere* solebant. — *via*, f. *infra*; Gron. Intell. e superioribus *via per angustias*.

2. *inmobiles parumper eos defixit*, eleganter exprimit imaginem hominum, præ stupore, statuarum instar, sine omni motu in uno eodemque loco stantium; Doer. v. ad 3, 47, 9. Ad seqq. cf. Polyb. 3, 51.

3. *perversis* (in) *rupibus*, in inviis, *juxta* (v. ad 5, 6, 3.) per *invia discurrunt*, ut *adsueti*, nisi malis *ad* vel *in* (quæ præpos. excidisse videtur) *invia ac devia* loca *adsueti*, *discurrunt*; vel potius *perversis rupibus decurrunt*, quod quidam MSS. habent. *perversis rupibus*, infestis, inconmodis, ut ap. Sen. de ira 1, 16. *perversa induenda magistratui vestis*, (cf. Cerda ad Virg. Æn. 7, 584.) aut potius transversis seu obliquis, ut cap. 34. *obcursantes per obliqua montani*; Str. *Perversis* inepta et vere perversa lectio; Doer. *per transversæ rupis juxta invia ac devia* conj. Gron. et *percursis* vel potius *transversis* Bauer. Forte leg. *præcelsis rupibus*, vel *satis ad perniciem fore rati perculsis, rupibus — decurrunt*.

4. *sibi* (pro se, *für sich, für seine Person*) *quoque tendente*, *ut periculo* (*periculum* in uno MS.) *prius* (f. *prior*) *evaderet*, cf. ad 4, 7, 6.

5. *infestum agmen faciebant*, v. ad 1, 7, 7. — *repercussæ valles*, i. e. a quibus, per quas sonus, voces repercuterentur: nisi *repercussæ* est pro simpl. *percussæ*, more fere ejus ætatis; Bauer.

6. *multosque turba*, turbæ tumultus et perturbatio; Doer. *multos* sc. lixas et calones, quibus mox *armati* obponuntur: nam tumultus adcidit maxime circa inpedimenta; Gron.

7. *ruinæ maximæ modo*, in modum maximæ ædificiorum ruinæ; Str. Cf. ad 4, 33, 5. Sic et *modo* 10, 44, 2. 21, 63, 11. 27, 4. 48. 28, 11. 29, 2. *maxime* conj. Duker. et Bauer, ut sit ferme, pæne, potissimum. Verbum *devolvebantur*, quod in MS. Flor. ab alia manu adscriptum est, delere malebat Gron. ut omnia a *dejecit* penderent.

8. *Castellum inde* (Allobrogum *πόλιν* ap. Polyb.) *viculosque circumjectos capit*; cf. ad 5, 5, 2. Mox in MSS. et primis edd. legitur *et captivo ac pecoribus*, unde Valla et alii reposuere *et captivorum pecoribus*, sed Stroth., quem sequuti sumus, et captivo frumento ac

[redacted]

p. ex Polyb. 3, 51. *εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ σίτου καὶ θρεμμάτων ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις εὐπορίαν.* Vulgatam lect. *et captivorum pecoribus* recte damnat Bauer, quærens: quinam illi captivi? aut quorsum adtinebat capi, ut pecoribus eorum alerentur milites, quum sat foret, pecora capta esse? Nec tamen placet conjectura ejus *et vicorum p.* Ern. conj. *captivis.* Forte leg. *et raptis eorum pecoribus.* Plura excidisse suspicabatur Gron. quia Polyb. verbis præc. tradiderit, Hannibalem recepisse numerum ingentem equorum, jumentorum hominumque, a montanis abductorum. Idem Gron. non male mox emend. *et quia nec montani prælio perculsi nec loca m. inpediebant.* "Ante *montanis* excidisse videtur *a*, et *impetu* post *primo:* aut illi sunt absoluti ablat, et *primo* sign. statim ab initio;" Bauer. — *aliquantum viæ*, v. ad 2, 39, 1.

CAP. 34.)—1. *ad frequentem cultoribus*, (v. ad 10, 11, 3.) *ut inter montana*, (cf. ad 8, 30, 7.) *populum*, *δῆμον*, pagum. "Aut pleonasmus est *cultorum* a *populo* distinctorum, aut *populus* notat locum, regionem, vicos, hominum genus, aut leg. *locum;*" Bauer.

2. *sed suis artibus*, h. e. quibus vel qualibus ipse uti solebat, scil. *fraude*, simulata primum societate et promissis, *deinde insidiis*, ex quibus undique barbaros mox coortos dicit. Ceterum ad hoc cap. conf. Polyb. 3, 52.

3. *Hannibal nec temere credendo, nec adspernando — quum respondisset* pro *credens* et *adspernatus*, v. ad 1, 8, 4. — *obsidibus, quos dabant*, v. ad 3, 21, 3. — *nequaquam, ut inter pacatos*, (v. ad 2, 59, 5.) *inconposito agmine:* ita multi MSS. et edd. antt. ut *nequaquam inconposito* jungantur. Cf. Polyb. Vulg. *composito*, eadem sententia, sed durius expressa: *nequaquam duces eorum sequitur, ut inter pacatos*, a quibus nihil metuitur, fieri solet et potest, scil. negligenter ordinibusque solutis, (cf. 27, 28.) sed *agmine composito*, instructo (ut 2, 49. pr.) et ad pugnandum parato, pugnæ magis quam itineri apto. Cf. ad 24, 24, 2.

4. *circumspectans sollicitusque omnia*, v. ad 1, 25, 5. Alii *sollicitus*, quod tum paullo durius positum pro *sollicite.* — *in angustiorem viam* cet. *φάραγγά τινα δύσβατον καὶ κρημνώδη* ap. Polyb. — *jugo insuper imminenti*, desuper, supra eos.

5. *firmata extrema agminis*, (universa exercitus procedentis) et mox *ad extremum periculi*, cf. ad 2, 56, 4.

6. *agmen demittere in angustias*, ut *καθιέναι* ap. Polyb. 3, 70, 11. 3, 92. 7. *dimittere* in omnibus fere MSS. et edd., præter Gron., Crev. et Drak. "*Agmen* peculiariter pedites, at mox totus exercitus: nempe equites (cum elephantis inpedimentisque) præmissi erant; dum vero montani carpunt extremum agmen peditum, *Hannibal*, ne illud deserat, *cunctatur primum peditum agmen*, ubi ipse erat in fronte, *dimittere in angustias*, ut propius inhæreat equitum vestigiis: sed, dum ita cunctatur, equitibus longius progressis, divellitur universum agmen, ita ut *montani, per obliqua obcurrantes*, (v. ad 9, 35, 3.) *perrupto medio agmine*, inter equites jam prægressos et pedites etiamnum cunctantes, *viam insiderent;* Str. *perrupto* ex emend. Sigon. *erupto* in omnibus fere MSS. et edd. antt. *interrupto* conj. Gron.

CAP. 35.)—1. *junctæ copiæ*, equites in primo agmine, pedites in extremo locati. Cf. ad hæc et sqq. Polyb. 3, 53. — *perniciæ* forte delendum; Bauer. — *concursabant*, v. ad 27, 18, 7.

2. *utcumque* (prout, ut 26, 42, 8. et 32, 9. extr.) *aut locus obportunitatem daret:* (v. ad 1, 11, 1.) nam barbari, qui superiora obtinebant loca, in Pœnos, in convalle procedentes, saxa devolvebant. v. Polyb. *ut cuique* edd. ante Crev. *daret* et *fecissent* pro indicativo: nam *ut* est *prout;* Bauer.

3. *aliquam occasionem fecissent*, v. ad 1, 11, 1. — *præcipites*, proni ad lapsum in locis declivibus et præcipitibus; Doer. *Præcipites*, per ardua ac declivia, quin prærupta sæpe, ducebantur; Bauer. *principes* male conj. Gron. Malim *sicut, præcipue per arctas vias, magna mora agebantur.* Causa *magnæ moræ* potissimum in *arctis viis* quærenda.

4. *per invia pleraque* argutiore cum brevitate dictum pro: per loca, quorum pleraque essent invia, ut mox *per omnia nive oblita*, h. e. per loca, quæ tota nive o. essent; Bauer. — *ubi fides iis non esset*, non haberetur, sed contra ac ducere ipsi volebant, exercitus *valles* prius non cognitas *temere iniret*, sine certo consilio, prout ipse conjecerat iter; Str. Cf. ad 2, 46, 3.

5. *occidente jam sidere Vergiliarum*, al. *Virgiliarum*, quæ vulgo *Plejades* dicuntur. Cf. Polyb. 3, 54. Earum ortus (cosmicus X Cal. Maj. heliacus incipiens Non. Maj. plenus VI Id. Maj.) æstatem, et obcasus (cosmicus incipiens a XIII Cal. Nov. plenus VI vel III Id. Nov.) hyemem inchoare credebatur. v. Plin. 2, 47. 16, 25. s. 42. 18, 25. 26. 27. 29. s. 59, 60. 66. 67. 69. Colum. 11, 1. 2. 6. Jani ad Hor. Od. 4, 14, 21. et Hermanns Handb. d. Mythol. T. 3. p. 325 - 338.

6. *in promontorio* (al. *promuntorio*) *quodam*, jugo Alpium præalto, in altum (non, ut plerumque, in mare) prominente. *Promontorium* h. l. locus eminens, procurrens, quod *promuntorium* magis audit, quum *promontoria* ad mare sint; Bauer. Græcis etiam *ἄκρας* nonnumquam montes mediterraneos dici monet Str. — *mœniaque*, propugnacula, *Italiæ*, ut ap. Polyb. 3, 54. *ἀκροπόλεως φαίνονται διάθεσιν ἔχειν αἱ Ἄλπεις τῆς ὅλης Ἰταλίας.* — *eos tum transscendere* sc. *dicit*, quod latet in *ostentat;* Str. Recte: vel verbum *ostentare* (ut synon. *ostendere*) pri-

[redacted]

monstrare, et deinde, ad verba t. repetendum, significare, iu- ere.

t ad *summum*, certe, (*wenn es hoch ens*) *altero prœlio*, ut passim in . v. Gron. et Duk. *summo* MSS. ummum edd. antt.

st *caput Italiæ*, v. ad 1, 55, 6.

e *Alpium ab Italia* (v. ad 8, 17, 5.) ı, minus alta, *ita adrectiora sunt*, rupta; Str. Sic *recta saxa* cap. *tæ rupes* 38, 20. ubi *placide adclivis* onuntur. Al. *arctiora*; ut mox et ap. Polyb. 3, 54. *οὔσης γὰρ κατωφεροῦς τῆς καταβάσεως, τῆς ἄδηλον ποιούσης ἑκάστοις τὴν* unde *via lubrica*) *πᾶν τὸ παρα- ὁδοῦ καὶ σφαλὲν ἐφέρετο κατὰ ν.*

ere se a lapsu non: erigere vel lapsos, sed: cavere sibi a lapsu, e, quo minus laberentur; (cf. . Cic. Acad. quæst. 4, 15. 17. l. geminum est, inf. 22, 2. *Galli ere se prolapsi, neque adsurgere po-* ıox cum Drak. leg. *hærere adfixi* ut 3, 68. *hærete adfixi concionibus*, . *lubrica glacie non recipiente vesti-* prementes vestigium vix dici *fligi ei*, h. e. firmiter in illud t 24, 34.) et, si *adflicti* genuinum ihil aliud significare potest quam iter insistentes; Stroth. Ita vero *lapsu se sustinere* nequeant, haud ab iis, qui, dum paululum titu- iter vestigio suo insistere non onet Doer. isque suadente Cre- e ponit ante *hærere*, hoc sensu: *adflicti* essent, h. e. trusi, inpulsi ıd terram prostrati, in loco, quo , se tenere possent: nam desu- devolvebantur præcipites; cui egregie respondent seqq. *aliique* et. Recte, opinor: sed forte ne *τὸ nec* transponendum. *Adfigere* s. *ad terram* est ferro vel clavo, e vinculo terræ adnectere; (ut 29, 2.) et *προσπερονᾶν καὶ προση- χὴν πρὸς τὸ σῶμα* in Plat. Phæd. ympos. 8, 2. sed *adfligere* terræ t *undæ* 24, 34. et *parietibus* 41, 18. lg. *adfigunt* a Drak. repositum um vi et inpetu humi proster- s adlidere, *προσουδίζειν* vel *οὔδει*

.)—1. *rectis saxis*, v. ad c. 35. n. 9. tus *miles*, v. ad 5, 16, 2.

s *locus jam ante præceps recenti lapsu* lum *mille admodum* (fere, prope, el prorsus, si curatius conputes, 3, 46. 27, 30. 34, 13. 40, 59. 42, et *nullus admodum* 23, 29, 7. 40, *udinem abruptus erat*: in optimis *terræ inpeditus dum ille admodum* a. e. at in recentissimis et interpolatis codd. *lapsu terræ inpeditus* (invius, inpediens viatores; cf. ad 9, 43, 6.) *in miram* vel *mirandam admodum* a. Hoc, quod desumtum videtur e Cic. Verr. 5, 27., probant Sigon. et Str. Nos servavimus emendat. Vallæ, quam firmat Polyb. 3, 54. *σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς ἀποῤῥῶγος* (abruptæ rupis) *καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι προσφάτως ἀπεῤῥωγυίας*. Ibi Schweigh. hæc notavit: "Si stadium æquivalet 625 pedibus Rom., erunt tria semistadia pedes 937½ adeoque passus 187½. Quod vero Livius spatium, qua recens abruptus prorsus locus erat, *in altitudinem* adcepit, non *in longitudinem*, id nec ex Polybio sumsit, et prorsus ridiculum absurdumque videtur: in *altitudinem* sæpe tota rupes, non modo per mille pedum spatium, abrupta intelligi debet. Idem Livius *virgulta ac stirpes circa eminentes* in rupe suo ex ingenio, aut ex fabulosa aliorum traditione, non ex Polybio, nec ex loci natura hausit. Quid quod cap. 37. in summis Alpium jugis, ubi ne virgulta quidem crescunt et nil nisi nuda rupes est, nive plerumque, humo nusquam operta, (*τῶν γὰρ Ἄλπεων τὰ μὲν ἄκρα καὶ τὰ πρὸς τὰς ὑπερβολὰς ἀνήκοντα τελέως ἄδενδρα καὶ ψιλὰ πάντ' ἐστὶ, διὰ τὸ συνεχῶς ἐπιμένειν τὴν χιόνα καὶ θέρους καὶ χειμῶνος· τὰ δ' ὑπὸ μέσην τὴν παρώρειαν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν ὑλοφόρα καὶ δενδροφόρα καὶ τὸ ὅλον οἰκήσιμά ἐστιν*, Polyb. 3, 55, quæ expressit Liv. cap. 37. extr.) *inmanes* etiam *arbores* inducit et *lignorum ingentem struem*: nempe his opus erat ad ornandam fabulam, quam sicco pede prudens Polybius transit, de *rupe incendio torrefacta* et *infuso aceto putrefacta*." Hanc fabulam, quam et narrant Plut. in vita Hannib. ac Sil. 3, 640 sq. (ubi tamen nulla fit mentio rei maxime mirabilis, aceti, quo infuso ardens refrixerit rupes et magis putrefacta sit) ob easdem aliasque rationes in dubium vocavit Matthiæ in Obss. ad Liv. lib. XXI. p. 40 sq. sed defendit Bœttiger in Ephemerid. Brunsvic. a. 1793. Monet etiam Ernesti, acetum fuisse potum militarem, et hinc non mirum esse, tantam ejus copiam Pœnis subpetiisse. Appianus b. Hannib. 4. tradit: *χιόνος τε πολλῆς οὔσης καὶ κρύους, τὴν μὲν ὕλην τέμνων τε καὶ κατακαίων, τὴν δὲ τέφραν σβεννὺς ὕδατι καὶ ὄξει*, (cineres exstinguendo aqua et aceto) *καὶ τὴν πέτραν ἐκ τοῦδε ψαφαρὰν γιγνομένην, σφύραις σιδηραῖς θραύων καὶ ὁδοποιῶν· ἣ καὶ νῦν ἐστιν ἐπὶ τῶν ὀρῶν ἐντριβὴς καὶ καλεῖται δίοδος Ἀννίβου.*

4. *Digressus deinde* cet. *degressus* emend. Bauer. Sed v. ad Tac. Ann. 4, 74, 4. — — *Haud dubia res visa, quin — circumduceret agmen*, circumducendum esset, circumducere vellet ac deberet: neque enim potuit; et est metonymia consequentis, ut 24, 22. *censere repeti* sc. oportere, et 37, 53, 6. *dabat*, *restituebat* pro dare volebat, offerebat: ve-

[redacted]

que enim dedit extemplo; Bauer. Cf. ad 3, 21, 3. Necesse ipsi videbatur, ut circumduceret agmen: nam de re agenda, non acta, sermo est, et remedium difficultatis, in qua erant, exponitur; Gron. et Str. Minus apte Doer.: aperte intellegebat, fieri non posse, quin cet. Illi explicationi et sequentia magis respondent, et favet Polyb. 3, 54 extr. *τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπεβάλετο* (statuit) *περιελθεῖν τὰς δυσχωρίας· ἐπιγενομένης δὲ χιόνος καὶ ταύτην ἀδύνατον ποιούσης τὴν πορείαν, ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς.*

5. *Nam quum super veterem nivem intactam* (v. ad 2, 12, 11.) *nova* cet. cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 55. *injecta nova* emend. Doer. — *fluentemque tabem* (al. *labem*) *liquescentis nivis*, humorem fœdum et lutulentum e nive liquefacta et tepefecta; Ern. Alias *tabum* tali sensu: aut est abstr. pro concr. nix tabèscens; Bauer. Sic mox *tabida nive*, sensim liquescente. Cf. ad 4, 30, 4.

6. *Tetra ibi luctatio erat* cet. cf. omnino Polyb. 3, 55. *ut* (*ὁπότε*) *a lubrica glacie, non recipiente vestigium*, (*οὐ δυνάμενοι τὴν κάτω χιόνα διακόπτειν*) *et in prono citius pedes fallente* (ita recte, opinor, Drak. emend. vulg. *pede se fallente*) sc. conruerant, (*ἐπιπολὺ κατωφερῶν ὄντων τῶν χωρίων*) *et* præterea, *seu manibus in adsurgendo seu genu se adjuvissent*, *ὁπότε πεσόντες βουληθεῖεν ἢ τοῖς γόνασιν ἢ ταῖς χερσὶ προσεξερείσασθαι πρὸς τὴν ἐξανάστασιν*) *ipsis adminiculis prolapsis*, (*ἅμα πᾶσι τοῖς ἐρείσμασιν*, sc. manibus genibusque, quibus *in adsurgendo se adjuverant*, non firmatis in vestigio, sed, ut in lubrico, elusis ac fluentibus, *indem selbst diese Stützen ausgleiteten*; Gron. et Doer.) *iterum conruerant*, (nam ita cum Drak. videtur leg. pro *conruissent*) *ita in levi*, lubrica, *glacie tabidaque nive volutabantur tantum:* (*τότε καὶ μᾶλλον ἐπέπλεον*, in lubrico vacillabant, velut supernatantes: *sie rutschten nur*) *jumenta* vero *secabant* lubricam glaciem vel *nivem infimam* veteremque, (*τὰ δ' ὑποζύγια διέκοπτεν, ὅτε πέσοι, τὴν κάτω χιόνα κατὰ τὴν διανάστασιν*) *interdum etiam*, *tum infimam ingredientia nivem* pondere ac mole corporum sarcinarumque, *et*, tum, (v. ad 1, 35, 1.) *prolapsa jactandis gravius in connitendo* (ita leg. ex emend. Fabri pro *continendo*) sc. ut se erigerent, (ut ap. Cic. de Fin. 5, 15. et ap. Polyb. *κατὰ τὴν διανάστασιν*) *ungulis*, *penitus perfringebant*, ita *ut pleraque*, *velut pedica capta*, (laqueis s. compedibus, quibus feræ avesque majores capiuntur; cf. ad Tac. Ann. 4, 25, 2.) *hærerent in durata et alte concreta glacie*, *διακόψαντα δὲ ἔμενε μετὰ τῶν φορτίων οἷον καταπεπηγότα, διά τε τὸ βάρος καὶ διὰ τὸ πῆγμα τῆς προϋπαρχούσης χιόνος.* Ita jam alii intpp. emendarunt hunc locum, vulgo fœde conruptum, et verba *nec stirpes circa — erant*, quæ Livius, rei magis explanandæ causa, Polybianis adjecit, parenthesi incluserunt.

CAP. 37.)—1. *ad rupem muniendam* (v. ad 5, 19, 9.) *τὴν ῥάχιν*, dorsum s. jugum montis. cf. Polyb. 3, 55.

2. *ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt* cet. v. ad cap. 36. n. 3. *Acetum saxa rumpit infusum, quæ non ruperit ignis antecedens* Plin. 23, 1. extr. sec. 27. ubi v. Hard. — *molliuntque clivos*, eos descendentibus molliores sive faciliores reddunt, unde *clivus mollis* ap. Virg. Ge. 3, 293 et al. qui facile adscendi vel per quem facile descendi potest; Doer. *τοῖς μὲν ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἵπποις ἱκανὴν ἐποίησε πάροδον* ap. Polyb. Sic et *mollire collem* dixit Cæs. B. G. 7, 46. ac *molle et clementer editum jugum* synon. Tac. Germ. 1. et *clivum lenem* Livius. v. ad 2, 50, 9. et ad Sil. 4, 489.

3. *nuda enim fere cacumina* Alpium *sunt* cet. v. ad cap. 36. n. 3. *Nuda*, ut *ψιλὰ* ap. Polyb., sine arboribus, virgultis et pascuis. Hinc et *via nuda* decurrentium de colle, qui propr. ita nudus est, 27, 42, 2.

4. *muniendo fessis hominibus*, cf. not. 1. — — *etiam* (f. *et jam*) *locis mollioribus et adcolarum ingeniis*, v. ad 9, 13, 2.

CAP. 38.)—1. *in Italiam perventum*, *quinto mense* post profectionem *a Carthagine Nova*, (nisi hæc verba cum *perventum* jungere malis, quam cum *Alpibus superatis*) *XV die Alpibus superatis:* utrumque tradit Polyb. 3, 56. Cf. inf. 27, 39, 3. 31, 7, 2. Appian. b. Hannib. 4. et 52. Nono die in jugum Alpium pervenit, et biduum ibi stativa habuit; quatriduo autem circa rupem muniendam consumto ad inferiora pervenit. v. cap. 35. et 37. — *ut quidam auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

2. *qui minimum*, *XX millia peditum*, (XII m. Afrorum et VIII m. Hispanorum) *sex equitum:* sic Polyb. 3, 56. et, ut is dicit, Hannibal ipse in columna Lacinii inventa.

3. *L. Cincius Alimentus*, v. ad 7, 3, 4. Mox *scribit* post *cum his* iterant edd. omnes ante Drak. Multi MSS. illud ignorant, et vox *auctor* (qui prodidit) hoc verbum sensu complectitur; Gron. — *adfluxisse*, illam militum multitudinem in Italia ad hunc numerum excrevisse adjunctis, qui ibi *adfluerent*, novis militibus; Doer. *Adfluere* de multitudine hominum et copiis gregatim adcurrentibus 35, 3 pr. et 39, 31. Cf. ad Tac. Ann. 2, 76, 1.

4. *et ita quidam auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

5. *postquam Rhodanum transierit*, *XXXVI m. hominum* (XXXVIII Polyb. 3, 60.) — — *amisisse* sc. in Alpibus trajiciendis, (cf. ad cap. 23. n. 1.) *in Taurinis* (v. ad 5, 34, 8.) *in Italiam degressum:* id reposui, grammatica ita postulante, pro vulg. *digresso* vel *degresso*; nisi malis *amissa degresso*, vel potius, quia τὸ *in* a pluribus MSS abest, cum Lips. in Epist. ad Belgas 1, 93. *amisisse*. *E Taurinis — in Italiam degressum, quum inter omnes constet* cet.

nox malebat *quæ Galliæ proxima gens* ; sensus sit, eam gentem Galliæ in actu proximam Italiæ fuisse, et : quidem Ligures, sed situ Gallos ios Liguricæ originis faciunt Strab. 5. p. 201. et Plin. 3, 17. s. 21. sed iam Gallicum opp. Appian. b. Hanpr.

i quum inter omnes constet, (v. ad 9, 2, Hannibalem per Taurinos in Italiam :. Cf. Polyb. 3, 60. et 34, 10, 18. ubi weigh. — *quanam* parte *Alpes trans*-annibal. De dissensu vett. scriptt. rd. ad Plin. 3, 17. s. 21. Lips. Epist. gas Cent. 1. ep. 93. et Folard. ad Po-, 60. qui quidem Polybius, teste lib. 4. extr., 4 transitus Alpium meit, per Ligures, Taurinos, Salassos os. Cf. sup. 5, 34. et 35.

vulgo credere sc. *omnes*, ex præc. memut, quod huic facile includitur, *homi*-ap. Cic. ad Div. 16, 10. *vulgo loqueban*-ron. *vulgum* emend. Lips. et recte, , mox *ei jugo Alpium* Gron. prob. et Str. *inde* a Pœnis eorumque u. *Penino* Drak. pro vulg. *Pennino*. *νῖνον* dixit Strab. 4, 6, 7. et 11. p. 205. l. *Alpium fores* (al. *fauces*) *Pœninas* 3, 17. f. 21. τὰς Ποινὰς Ptol. 2, 12. IS POENIN Grut. Inscr. p. 376. *Peninum* non a Pœnis nomen ad-, neque, ut mox Livius docet, a deo , etsi DEO PENINO legatur in ap. Spon. de ignotis diis p. 22., sed quod hodieque Aremoricis, Galliæ , vertex et caput dicatur, putat ad Plin. l. l. Cf. mox not. 12. Cuper. Hom. p. 16. Spon. Miscell. p. 85. t. rer. Brunsvic. scriptt. T. I. p. 45. *elius*, L. Cœlius Antipater, Annalium scriptor, Polybii fere æqualis circa a. . tertia fere post L. Cincium Alimen-state ; Str. Cf. Ind. et Cic. Or. 2, 12. g. 1, 2, de div. 1, 24. Val. Max. 1, Voss. de hist. lat. 1, 4. Pigh. Ann. 134.

remonis jugum non aliunde notum. *is j.* conj. Glareanus. *Centrones* po-Alpinus. Cf. omnino Strab. 4, 6, 6. 11. p. 204. 205. et 208. Sed Lips. ad Belgas 1, 93. hæc notavit: "*Cen*-tunc potius dixisset. Levis mihi o, ne *Grejonis* vel *Grajonis jugum* sit ctio: quod a *Grajis Alpibus* (v. ad 5, non abludit, et Plinius ibi *Graios* s locavit. Germanicæ originis vox *Grawi* dicti fuere ; hodieque is mons *Alp* tabulis quibusdam incriptus." mox pro vulg. *per saltus montanos* conj. *sos* (v. ad 5, 34, 7.) vel *Salassos m.* ius probavere Cluverius et alii. *Sa*-tens et bellicosa natio in Alpibus et Pedemontanis, quorum caput *Au*-*'ratoria*, h. Aosta. De iis locus class. 4, 6, 7. p. 205. De *Libuis* v. ad 5, 35, 2. et de toto h. l. ad 5, 35, 4. — *utique*, certe. v. ad 2, 30, 1.

10. *gentibus semigermanis*, quæ lingua forte vel moribus similiores essent Germanis quam Gallis.

11. *montibus his* Peninis, *si quem forte id movet*, sc. quod *Penini* vocantur et hoc nomen a *Pœnis* descendere videtur; Str. Mox in MSS. et antt. edd. ante Froben. legitur *ab transitu Pœnorum nullo sed uno vel acri incolæ:* unde Gron. conj. *ab t. P. ullo Sedunoveragri*, vel *Seduni Veragri*, (ut *Celtiberi* et *Tauroscythæ*, mixtæ in unam gentes) vel *Seduni et Veragri*. Has gentes Alpinas jungunt Cæs. B. G. 3, 1. et Plin. 3, 20. Οὐαράγροι dicuntur Strab. 4, 6, 6. p. 204. Veragrorum opp. *Octodurus*, (h. Martigni) de quo v. Cæs. l. l.

12. *sed ab eo* deo vel heroë, *quem in summo sacratum vertice Penninum montani adpellant*, vel *Pennum*, judice Cluver. Germ. I, 26. *sed ad eo* in uno MS. unde Str. conj. *sed a deo, quem* cet. vel potius *sed a deo, in summo vertice sacrato, quem Peninum* cet. In quibusdam libris *verticem*, prob. Lips. l. l. ubi monet, barbaro ritu montes eorumque vertices et capita fuisse sacra, (cf. idem ad Tac. Hist. 1, 2.) et *pinnas* aut *pennas* locorum vertices etiam nunc Belgis adpellari. Cf. not. 7.

CAP. 39.)—1. *Taurinis adversus Insubres* (v. ad 5, 34, 8. et 9.) *motum bellum*, cf. Polyb. 3, 60. — *in reficiendo* sc, quum se recrearet otio.

2. *otium etenim ex labore, copia ex inopia* (cf. ad 4, 31, 1.) *corpora varie movebant*, adficiebant, ut 25, 26, 2.

3. *quum Pisas navibus venisset* Genua, (v. cap. 32.) *exercitu a Manlio Atilioque adcepto tirone*, (cf. cap. 25. 26. 32.) *et in novis ignominiis trepido*, ob et post clades a Gallis nuper adceptas. cf. cap. 25. 26. — *moverat*, cf. ad 2, 3, 2.

4. *Taurinorumque unam urbem*, Taurasiam, *caput gentis* cet. cf. ad 5, 34, 8. Polyb. 3, 60. et Appian. b. Hann. c. 5. — *quia volentes in amicitiam non veniebant:* ita quidam MSS. pro vulg. *volentis* et *veniebat*. v. ad 3, 47, 1. *volentes*, non inviti, sponte, ut 37, 27, 3. et al. passim : sæpe etiam optantes, cupientes, desiderantes, ut *volentibus novas res* 21, 50 extr. 22, 22. *volenti consuli* 38, 15, 3. *consules Græciam et Asiam volebant* 38, 46, 7. et Gr. θέλοντες. Cf. ad Tac. Ann. 1, 59, 1. et Sil. 11, 442.

5. *convenerantque duces* "Scipio et Hannibal, non sane inter se, neque ad conloquium, sed tantum in eamdem regionem, ut haud multum inter se abessent, mox acie conflicturi. Mox *sicut*, *ita* pro *quidem*, *sed*, ut 24, 22, 4." Bauer.

6. *et auxerunt inter se opinionem; Scipio* majorem de se vel virtutum suarum opinionem adtulerat Hannibali, quod, ab eo

[redacted]

relictus ante paucos dies *in Gallia* circa Rhodani transitum, (cf. cap. 32.) et tum mari a Massilia in Etruriam, tum terra ab Etrusco mari ad Alpes profectus, *obvius fuerat Hannibali*, quippe qui audiverat, et navigationem illam longam difficilemque, et hunc tractum ingentem esse exercitibusque vix pervium; *Hannibal* cet. cf. Polyb. 3, 61.

7. *Occuparit Scipio Padum trajicere*, v. ad 1, 14, 3.

8. *talem orationem*, cf. Polyb. 3, 64.

CAP. 40.)—1. *qui equitatum hostium ad Rhodanum fl. egregie vicissent*, v. cap. 29. Eleganter plusquamperf. haud raro pro inperf. vel perfecto, et subjunctivus pro indicativo linguæ vernaculæ ponitur, ac vice versa; Doer. Pro *egregie*, quod e conjectura Vallæ repositum, quidam MSS. *ægre*, et Palat. opt. *non ægre*, quod probat Gron. ad 33, 6. ut sit facile, non magno molimento et labore. Cf. ad 4, 20, 10. et 33, 6, 2.

2. *confessionem cedentis* cet. eleganter pro: pavorem, quem cedendo cet. publice declaravit hostis; Doer. Cf. 37, 31. — *cum fratre Cn. Scipione* (v. cap. 32.) *meis* sub *auspiciis*: (v. ad 5, 46, 9.) nam Scipio consul Hispaniam sortitus erat provinciam. v. cap. 17 pr. 32. et 41 pr.

3. *me huic voluntario* (propr. *voluntarie* vel *voluntarius*) *certamini obtuli*; (cf. c. 32.) nam ipsi Hispania provincia evenerat, non Italia. — *novos milites*, qui maximam partem non Scipioni primum, sed Manlio Atilioque traditi fuerant. Cf. c. 32. et 39.

4. *incolumi exercitu pugnam detrectavere*, cf. c. 29. — *duabus partibus amissis* ex tribus: unde mox pro *pæne* Ruben. conj. *plane* et Gron. *fœde*: Stroth. autem *duplo* ante *plures* excidisse putabat, vel, ut et alii, omnia illa *quum plures — supersunt* glossam redolere. Sed mihi videtur Livius mitigare velle, quod forte auxerat nimis, ut *pæne* sit quasi *utique, certe*: forte et mox leg. *supersint*; Bauer. — *At enim* cet. cf. ad 3, 39, 8. — — *fame, squalore enecti*, v. ad 2, 23, 3.

5. *ad hæc* (v. ad 2, 23, 3.) *perusti artus, membra torrida gelu*, v. ad cap 32. n. 5. *torpida* conj. Ruben. coll. Sil. 4, 68. 69. — *committere ac profligare bellum, ac profligatum conficere*, v. ad 3, 50, 5. et 8, 25, 2.

CAP. 41.)—1. *Licuit in Hispaniam* cet. cf. cap. 17. 29. 32.

2. *in radicibus Alpium obvius fui* sc. hosti, ob præc. *hostem fudi*. — *Huic timendo hosti* (εἰρωνικῶς) *incidisse* pro *in hostem*: nec vero ob verbum *obcurrere* id fecerit Livius, sed tunc certe omitteret *ejus*, quod additum arguat verbum simpl. positum; Bauer. Mox. Drak. conj. *obcurrere vestigiis*, ut *sequi* v. 6, 32 extr. et deinde Gron. *lacessere ad decernendum, an bellum trahere?* Malim: *an obcurrens in vestigiis eum lacessere ac trahere ad decernendum* sc. armis s. acie s. ferro, h. e. ad pugnandum, ut 35, 3. 36, 17 extr. 39, 15 extr. et al. *decernere* et *cernere*, Gr. κρίνειν et διακρίνειν ἀέθλην, πόλεμον, ἀγῶνα. v. ad Sil. 16, 531. Hinc inf. 43, 12 pr. *id mors cerneret*, h. e. decerneret, tamquam judex, dijudicaret, (v. Periz. ad Sanct. Min. 4, 15. et Kusteri Diatr. de verbo *Cerno* §. 9.) et 37, 13, 3. MSS. Barber. *utrum extemplo cernerent* pro vulg. *decernerent* sc. armis. — — *repente*, al. *derepente*, qua voce Livius nusquam utitur.

3. *qui ad Ægates — et quos ab Eryce emisistis*, (ut mox *emisimus ex obsidione*) cf. seqq. et ad c. 10. n. 8. — *duodevicenis denariis æstimatos* forte captivos; nam teste Zonara 8, 17. legibus pacis Pœni debuere Romanos αἰχμαλώτους προῖκα ἐκπέμψαι, τοὺς δ' ἑαυτῶν πρίασθαι, Drak.

4. *æmulus itinerum Herculis*, v. ad 5, 34, 5. — *ut ipse fert*, v. ad 4, 45, 5. — *vectigalis stipendiariusque*, v. ad 5, 10, 5.

5. *quem nisi Saguntinum scelus agitaret*, consilium ei abstulisset: locutio ab iis ducta, qui ob scelus quoddam furiis agitati et mente quasi capti temere in perniciem suam ruunt; Str. *Nolite putare, eos, qui aliquid inpie sceleratique commiserint, agitari et perterreri Furiarum tædis ardentibus: sua quemque fraus et suus terror maxime vexat; suum quemque scelus agitat amentiaque adficit*, Cic. p. Rosc. Am. 24. — *dare pactus est*; forte *coactus*: nemo tamen illud mutaret; Bauer.

6. *ultimo subplicio humanorum*, v. ad 3, 58, 11.

7. *tutelæ nostræ deinde duximus* sc. eos esse, ad tutelam nostram eos pertinere putavimus, (eos adjuvandos tuendosque duximus) Gron. Pro: in tutela nostra eos esse, ut Sophocl. Œd. ἀλλ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι, Bauer. Cf. ad 1, 6, 4. *quum Africo bello urgerentur*, v. ad cap. 1. n. 5. In eo utique Romani permiserant, ut Pœni ad illud milites in Italia mercede conducerent, utque socii sui Pœnis commeatum adportarent: miserant etiam legatos, qui pacem inter Pœnos Afrosque rebelles componerent, neque in fidem ditionemque suam receperant civitates Africas, quæ in eam se commiserant. Sed iidem mercatores Italos, carceribus a Pœnis jure inclusos, quia commeatum subvexerant hostibus ipsorum, remitti jusserant, et deinde a mercenariis invitati bellum indixerant Pœnis: quas injurias orator h. l. prudenter silentio prætermittit. v. ad cap. 1. n. 6. Polyb. 3, 83. Appian. de reb. Sic. 2, 3. et Pun. c. 5. p. 96. et 310. ed. Schweigh.

8. *Pro his inpartitis*, beneficiis in Pœnos conlatis. *inpartitis* rectius scribitur quam *inpertitis*.

9. *de possessione Siciliæ ac Sardiniæ* cet v. ad c. 1. n. 6.

10. *nec Alpes aliæ sunt*, quarum transitus

hostes ita moretur, ut, *dum eas superent, interea* a nobis *comparari possint nova præsidia.* — *fortunam illius urbis*, f. *ipsius*; Gron.

CAP. 42.)—1. *Hannibal rebus prius*, exemplo quodam fortitudinis ante militum oculos edito; Doer. Ad seqq. cf. Polyb. 3, 62.

2. *dejecta in id*, in eam rem, vel ob id, (ut *in hæc obsides adcepti* 33, 30. *pecuniam in stipendium pendere* 33, 46. et forte *in Hispaniam imperium adripere* 26, 18, 3.) *sors esset*, conjecta sc. in sitellam s. situlam (ut ap. Cæs. B. C. 1, 6. et *conjicere sortem* ap. Cic. p. Ligar. 7.) in qua sortes miscentur, (πάλλονται) vel subfragia tabellis inscripta, et ex qua, eo facto, *excidunt* s. *exeunt* et ducuntur, ὁ κλῆρος et χρησμὸς ἐκπίπτει, ἐξορούει, ἐρύεται. (Cf. ad 45, 15, 5, Wessel. ad Diodor. T. 1. p. 286. T. 2. p. 319. Schol. Aristoph. Equit. 1084. Plut. Crass. p. 552. Hom. Il. 3, 325. Callim. H. in Jov. 62.) Vasculum illud, in quod sortes conjiciuntur *sitella* dicitur 25, 3. 41, 18. et al. *urna, cista, cistula*, ὑδρία.

3. *cum sui moris tripudiis* cet. v. ad 10, 26, 8.

4. *is habitus animorum* (ἡ διάληψις) *erat*, ita adfecti (ut cap. 43 pr.) commotique sunt animi non modo Gallorum montanorum *et ejusdem conditionis*, h. e. captivorum, sed etiam Pœnorum, qui huic spectaculo adfuerant, *ut* omnes *non magis vincentium*, qui virtute, *quam bene*, fortiter, *morientium*, qui gloriosa morte multis magnisque ærumnis liberati essent, fortunam prædicarent, et superstites captivi suam conditionem deplorarent, Pœni autem eos misererentur. v. Polyb. 3, 62. qui tamen duos tantum dimicasse et alterum perisse, alterum vicisse dicit, non, ut Livius cap. 43 pr. *aliquot paria* pugnasse et certamina eorum *spectata* esse. Morem fuisse Pœnis, captivos per paria compositos inter se decertare cogendi, docet Casaub. ad Suet. Aug. 13.

CAP. 43.)—1. *Quum sic aliquot* pro vulg. *Dum* edidi, suadentibus Gron. et Bauero.

2. *ita apud eos loquutus fertur*, cf. Polyb. 3, 63.

3. *majora vincula*, arctiora, graviora; impedimenta fugæ, (cf. ad 10, 41, 2.) vel mala, ærumnas, pericula. Metaphora h. l. a *vinculis captivorum* ducta. — *majores necessitates*, graviores causas, cur fortiter pugnare necesse sit.

4. *Dextra lævaque duo maria*, (v. ad 5, 33, 3.) *claudunt* nobis sc. *effugium*, (quod ex seqq. ad superiora intellegendum est, ut similia 1, 23, 7. 1, 56, 7. 2, 30, 3. 2, 33, 3. 21, 52 extr. 23, 15, 1. 23, 16, 7. 25, 41, 5. 30, 7, 3. 33, 31, 4. 35, 17, 1. 42, 30 pr. Cf. ad Tac. Ann. 2, 20, 2.) *nullam, ne ad* hoc *quidem effugium, navem habentibus: contra* h. e. ex adverso, ante, (id ex uno MS. reponendum pro vulg. *circa*) *Padus amnis, ab tergo Alpes urgent*: ita difficultates, antea generatim significatæ, per partes enumerantur, scil. quæ obstent ab utroque latere, a fronte et a tergo; Stroth. Quidam minori distinct. post *circumdederit* pro majori posita, vel τὸ *claudunt* delendum, vel verba *dextra lævaque duo maria claudunt* parenthesi includenda putant. Sed partium enumeratione novum potius aperiri membrum, bene monet Stroth. Ejus tamen explicatio neutiquam nobis satisfacit. Baueri nota est: " aut *habentes* lege, aut *habemus*; nisi post vel ante *claudunt* excidit *aditum*, immo *viam*." Probabilius suspicere, post *claudunt* excidisse *it'* h. e. *iter*; Schæf. Forte leg. *claudunt viam ne ad effugium* cet.

5. *vigentibus transitæ*, v. ad 2, 10, 3. — *et eadem fortuna*; "lege *at e. f.*, nam præmia jam periculis obponit: certe *et* pro *at* positum: (Cf. ad 23, 44, 4.) mox autem ante *Quidquid Romani* cet. subple *nunc vero*, vel: at hæc sola non sunt, sed etiam; et *triumphis* adcipe pro *victoriis*, sc. quia Romani in triumpho et per triumphum solebant pecuniam captivam in ærarium ferre." Bauer.

6. *Satis adhuc* — *vidistis*, satis diu et multum.

7. *hic dignam mercedem* vobis *dabit emeritis stipendiis*, bello confecto. — *perlevi momento victi sunt*, v. ad 5, 49, 4. — *viginti annorum militiam* elatorie dicit pro XVIII. serviens causæ; Sigon.

8. *ab Herculis columnis*, Calpe et Abyla, (h. Gibraltar et Ceuta) *terminisque ultimis terrarum* versus occidentem. Cf. ad Sil. 1, 141, 142.

9. *hac ipsa ætate cæso* cet. v. cap. 25. Paulo ante *pugnantibus* operarum vitio legitur in ed. Drak. et Ern.

10. *ignoto adhuc duci suo ignorantique* (in plerisque edd. *ignoranteque* forma usitatiore) *ducem*, cf. not. 12. et 13.

11. *in prætorio patris* — *eductum*, cf. ad 1, 39, 10. et 6, 42, 7. — *desertore exercitus sui*, invidiose de Scipione, qui maximam exercitus sui partem in Hispaniam miserat. v. cap. 32. — *demtis signis*, aquilis Romanis et Pœnorum vexillis; neque enim aliis notis tum distinguerentur: nam, quamvis *arma* differrent, tamen, his demtis, nudos quis vultus dignosceret Afrorum et Italorum? Bauer.

12. *utrius exercitus sit consul*, i. e. tam parum ipse novit exercitum suum; Str. Multum autem valet ad animos militum duci conciliandos eosque ad virtutem excitandos, si quisque notus est duci, *virtutis spectatori ac testi*, qui pro meritis omnes vel præmiis vel pœnis adficere potest, et nomine ciere; quod indicant seqq. — *Non ego illud parvi æstimo* cet. Cf. not. 10. 8, 39, 1. 26, 44, 3. 27, 14, 3. Polyb. 10, 13. ad Sil. 1, 454. et 9, 245 sq.

13. *referre sua possim decora*, præclara facinora memorare, ut 3, 12 pr. *Cum vobis*, militibus *laudatis a me millies* pro concione,

donatisque, alumnus omnium vestrorum, in castris, inter vos et a vobis educatus, *procedam* in *acie* (nisi leg. *in aciem*, ut 8, 9 pr. et 25, 21.) *adversus ignotos inter se* ducem et exercitum, *ignorantesque* se invicem. Cf. not. 10.

CAP. 44.)—1. *generosissimarum gentium equites frenatos*, Hispanos et Carthaginienses, *et infrenatos* Numidas, qui, ut hodie Mauri in Africa, equos non frenis, sed virga regunt: (v. ad Sil. 1, 215 sq.) τὴν κεχαλινωμένην ἵππον καὶ τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς ap. Polyb. 3, 65. Cf. cap. 46. not. 4. *Infrenati* h. l. infreni, frenis non utentes: at 37, 20. frennati, et ibid. *infrenare*, frena dare et inponere. *Nudi frenis infrenatique manipli* ap. Sil. 4, 314.

2. *Inferimus bellum, infestisque signis* (v. ad 1, 13, 2.) *descendimus in Italiam;* hæc sunt synonyma. Nos: *wir führen einen offensiven Krieg, und sind als der angreifende Theil in Italien gekommen;* Str.

3. *se modum inponere*, v. ad 9, 14, 4.

4. *circumscribit includitque nos terminis* cet. v. ad cap. 2. n. 9. Sequitur dialogus oratorius, in quo Romanus dicit *ne transieris — Saguntinis*, et *nusquam te vestigio moveris*, quibus respondet Pœnus. — *Ad Iberum est Saguntum*: "verba Pœni, quorum sensus est: Neque transeo Iberum, fœdus servans; sed, quod ex fœdere meum est, obcupo. Quum Iberus sit finis nostri inperii, in nostra parte est Saguntum: namque *ad* i. e. cis *Iberum est Saguntum*. Prudenti autem consilio dixit Livius *ad Iberum*, quum neque *cis Iberum* neque *trans I.* sine ambiguitate dicere posset. Namque *cis I.* neque Romanus, neque Hannibal, jam Alpes transgressus, dicere poterat: et *trans I.* adversari visum esset verbis fœderis *ne transieris Iberum*. Neque contradictionem in fœdere tam manifestam aperuisset, quam oculis subjicere vult Hannibal: *ne transieris Iberum... ne quid rei tibi sit cum Saguntinis*, non transgresso Iberum." Stroth. — *et si inde cessero* cet. quod *si* etiam quidam libri inserunt.

5. *in Hispaniam miserunt*, non *misisti:* nam finita apostrophe sermonem iterum ad milites dirigit; Str. — *nisi quod armis vindicarimus;* suspicari possis *vindicabimus;* sed futurum, quod dicitur exactum, ἀορίστως et modestius rem exprimit.

6. *Illis timidis et ignavis licet esse*, (ut mox *vobis necesse est fortibus viris esse* per adposit., ut passim *licet esse*, *contigit esse*, et *satis est esse fideli* cet. quam dictionem doctam multis exemplis inlustravit Heins. ad Ovid. Ep. Her. 14, 64.) *qui respectum habent*, h. e. perfugium. (qui habent, quo respiciant, et fiduciæ, et, si res exigat, auxilii gratia; Gron. quibus a tergo fugæ copia datur, *die den Rücken frey haben;* Doer.) Cf. 9, 23. 42, 46. Cic. Phil. 5, 18. 10, 4. 11, 11. *receptum* non male forsan edd. a Moguut. ad Gron. h. e. qui sciunt, quo se recipiant: quo sensu tamen et nostram lect. cepit Bauer.

7. *omnibus inter victoriam mortemve certa desperatione abruptis*, dum nihil medi[illegible] inter victoriam et mortem, ne dubia qui[illegible]dem spe potestis sperare, sed necesse es[illegible] de his omnibus desperare; Str. *Abrupta* dicuntur alibi ancipitia, prærupta, præ[illegible]pitia, periculosissima; Ern.

8. *si fortuna dubitabit*, cunctabitur, morabitur; vel potius dubia s. incerta erit victoria, ut fere *non ultra dubitatum* (dubius prœlii eventus fuit) ap. Tac. Ann. 2, 80. Incerta erit victoria, immo vix obtinenda; inclinabit ad hostes: Bauer. *titubabit* conj. Ern.

9. *nullum morte telum ad vincendum homini ab D. i. acrius datum est*, ut ap. Sil. 2, 576. *telum ingens contra aspera mors est*, et 11, 186 sq. *Nullo nos invida tanto Armavit Natura bono, quam janua mortis Quod patet et vita non æqua* (iniqua, misera) *exire potestas;* ap. Sen. Herc. Oct. 111. *miser non est, qui mori potest.* Sic et *necessitas ultimum et maximum telum* sup. 4, 28. et *telum acerrimum* 3, 55 pr. et 3, 69 pr. Cf. ad 3, 50, 1. Sil. 13, 883. sq. et Polyb. 3, 63. In MSS. pro *morte telum* est *contemtum* et *contemtu*, sine conmodo sensu: unde interpp. varia vel conjecere vel substituere. Valla: *nullum incitamentum* cet. J. Fr. Gron. et Drak. eodem sensu *nullum momentum* cet. (cui voci τὸ *acrius* non satis convenit.) Andreas et alii: *nullum contemtu*, Grævius *n. contemtu sui*, et Stroth. *n. contemtu mortis — acrius telum datum est*. Jac. Gron. [illegible] *eo telum*, et Doer. *nullum enim telum — acrius datum est*. Quod nos reposuimus, ad lectionem MSS. propius adcedit. Baueri [illegible] est: "Si *momentum* est occasio, co[illegible]pia, tempus conmodum, *acre* est quasi præci[illegible]sum undique, arctum, unice aptum, [illegible] re[illegible]cise datum, *genau abgepasst*. Sed no[illegible]are potest stimulum, incitamentum, monit[illegible]um, nutum."

CAP. 45.)—1. *ponte Ticinum jungunt* [illegible] ut *rate* c. 47. propr. ripas ejus. Cf. Polyb. 3, 64. *ponte — pontis*, v. ad 1, 3, 8. — [illegible]per *inponunt*, cf. ad c. 1. n. 6.

2. *in agrum Insubrium*, v. ad 5, 34, 9. — *a Victumulis* ex uno cod. recepi: in liquis MSS. et edd. antt. *vicotumulis;* in centt. *Victumviis* e conj. Rubenii et cap. ubi alius tamen locus est, tum dem[illegible] ab Hannibale captus, qui jam nunc Victumulos castra habebat; Str. Οὐερκέλλοις χρυσωρύχιον ἦν· κώμη δ' [illegible] πλησίον Ἰκτουμούλων καὶ ταύτης τῆς κώμ[illegible] ἄμφο δ' εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν, Strab. 5, 1, [illegible] p. 218. *Ictimulorum aurifodinæ in Vercelle*[illegible] *agro* ap. Plin. 33, 4, s. 21. ubi in quibusd[illegible] MSS exstat *Victimilarum* et *Victimuliorum* [illegible] Itaque vel ap. Strab. et Plin. Οὐικτουμούλ[illegible] *Victumulorum*, legendum crediderim, vel h[illegible] *ab Ictimulis* s. *Ictumulis*, et cap. 57 *ad Ictumu*[illegible]

i: nam ibi aut idem, qui hic, locus, aut certe non alius, Straboni memoratur, quoniam pe Placentiam fuit.
is suorum popularium fortunam i vellent secum, cum sua. Dass t mit keinem ihrer Landsleute zu tauscht seyn würden; Doer.
em proponit servis, promisit: ut certa præmia pronuntiat. Utrumn passim significat polliceri ., propr. ostendere alicui, ut ad i inducatur, vel merituro prolic proponere 23, 15. 39, 17. 42. (ubi promittere et proponere .) pronuntiare ap. Suet. Cæs. 19. Galb. 16. Cic. Cluent. 29. (ubi declarare munera ap. Cic. ad ponere præmium (Gr. τιθέναι 23. et indici præmium posuerunt in 17 pr. ubi v. Drak. Cf. ad Sil. 16, 458. Similiter fere ponere h. e. constituere, decernere, ubi Drak. conj. proposita. τοῖς νῦν ἆθλα προτεθεικέναι — ων ἀνθρώπων γενέσθαι μακαρατήσαντας τῆς 'Ρωμαίων εὐδαι-'olyb. 3, 63. quæ Livius ampli-

silicem retinens cet. cf. ad 1, 21, ., post, precationem (cf. ad 1, 4, rcussit, fregit, rupit.
lüs auctoribus in spem suam quisque it quisque in spe, sibi ab Hani, deorum auctoritate confirma-Doer. Vox quisque arcte jun-. omnes, vel delenda; vel leg. elut diis quoque auctoribus in s. s. a.

)—1. lupus intraverat castra — i apum cet. v. ad 1, 31, 1. et Sil. sq.
procuratis prodigiis. v. ad 1,

jaculatores et Gallos equites, qui int equitatu Romano et sociomte locat, Romanos equites sociol roboris fuit (in equitatu) in ap. Polyb. 3, 65. (ubi cf. προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς μα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς, ιπποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας, aturam locavit ante gravem, in frontem direxit: nam i acie nonnunquam Polybio is illius partis aciei, quæ stagraviter armata.
el frenatos equites in medium ad- : Numidis firmat, cf. ad cap. 44 l. l. τὴν μὲν κεχαλινωμένην ἵππον στάσιμον αὐτῆς κατὰ πρόσωπον τα τοῖς πολεμίοις, in media acie hosti frontique Scipionis obis δὲ Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑ κέρατος ἡτοιμάκει πρὸς κύκλωσιν, ab utroque cornu præparavit ad cingendum hostem et vel a lateribus vel a tergo adgrediendum.

5. inter subsidia ad secundam aciem, lege saltem subsidia ac s. a. ut 4, 28. vel dele τὰ inter subsidia, quæ MS. Cantabr. ignorat, ne prorsus eadem distinguantur, sed Livius paulo ante in subsidiis et nunc ad secundam aciem dixerit variandi causa, (ut 6, 8. et 23. 29, 36.) Jac. Gron. — equitum frenatorum et Romanorum sociorumque.

6. jam magna ex parte ad pedes pugna ierat, (in MSS. vierat, unde forsan leg. venerat ὁμοῦ γὰρ ἦν ἱππομαχία καὶ πεζομαχία διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρακαταβαινόντων ἀνδρῶν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ Polyb. l. l. Cf. ad 3, 62, 9.

7. periculumque (consulis) intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum, a filio XVII annos nato. Cf. ad 26, 18, 5. Flor. 2, 6. Sen. de Ben. 3, 33. Sil. 4, 454 sq. Inpr. Polyb. 10, 3. ubi Lælius testis advocatur hujus rei, quæ 3, 65 in illius pugnæ narratione silentio prætermittitur, nisi potius hujus partem aliquam intercidisse recte suspicatur Schweigh.

8. Hic erit juvenis cet. ita optimi MSS. pro vulg. erat, probb. Gron. Drak. et Str. tamquam vividius et præsentius, quia sit futura pars narrationis, etsi rei gestæ præteritæ, ut ap. Flor. 2, 6. Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ crescit. Cf. sup. 7, 1. pr. et Ovid. Fast. 2, 386. Perperam autem Stroth. jungebat hic juvenis Africanus adpellatus erit. Immo: juvenis, qui postea Africanus adpellatus est. Itaque ob particip. adpellatus non restituendum vulg. erat suadente Doer.

9. effuse sequendo, v. ad 1, 14, 7. — Cælius (v. ad c. 38. n. 8.) decus ad servum delegat, v. ad 6, 28, 3.

10. fama obtinuit, evicit sc. hoc. At cf. ad 1, 4, 9.

CAP. 47.)—1. ad sexcentos moratorum (v. ad 24, 41, 2.) cet. cf. Polyb. 3, 66. — ut, postquam vel simul ac, extrema resoluta erant, tota rate, ponte, (ut Gr. σχεδία tam navigium quam pons est) in secundam aquam labente, in aquam secum secundo flumine abripientem pontem s. ratem; Str. Secunda aqua dicitur, quæ non ad ripas est, sed in medio gurgite; Ern. vi secundæ aquæ conj. Gron.

2. Ea peritis amnis ejus vix fidem fecerint, vix se probaverint, vix poterunt persuaderi; Gron. Passive dictum pro probentur; Ern. Cf. Duker. ad Flor. 3, 16, 6. — ut, licet, etsi (v. ad 2, 38, 3.) jam Hispanos — utres, more ipsorum. Cf. c. 27.

3. qua (parte) exercitus cet. ut ea cum Magone cet.

4. cum Magone, ap. Polyb. l. l. cum Hasdrubale.

CAP. 48.)—1. tumultu tamen quam re major. v. ad c. 31. n. 12. Ad rem cf. Polyb. 3, 67.

[redacted]

2. *contactosque eo scelere*, v. ad 2, 5, 3.

3. *in loca altiora* (γεωλόφους, tumulos, ap. Polyb.) *lucosque*: ita in MS. Gud. In reliquis *locusque*, et in plerisque edd. *collesque* ex emend. Vallæ. — *devertissent*; al. *divertissent*, male. v. ad 1, 51, 2. Cf. Polyb. 3, 68.

4. *paucos moratorum occiderunt*, cf. ad c. 47. n. 1.

5. *vexationem vulneris in via jactanti* ipsum vel vulnus, ob asperitatem: nisi leg. *jactati*; ut *jactatio cicatricis* vel itineris 29, 32. et *vulneris* 30, 19. et in simili loco Curt. 6, 1. pr. (*jactationem vulnerum haud facile tolerantem*) Cf. ad c. 26. n. 5. *jactantis* multi MSS et edd. vett. *ingravescentis* emend. Doer.

6. *nec procul inde Hannibal quum consedisset*, intervallo quinque mill. pass. et Trebia fluvio inter utraque castra interjecto. Cf. Polyb. 3, 68. qui et *inopiam* ejus a Gallis sublevatam dicit.

7. *ad Clastidium*, hod. Chiavigo vel Chiasteggio. *Vicus* dicitur h. l. et Γαλατικὴ κώμη Plut. in Marcello p. 300. sed oppidum inf. 32, 29. et Polyb. 2, 34. 3, 69. Galliæ tribuitur 29, 11. 32, 31. et a Plut. Marcell. p. 300. et Liguriæ inf. 32, 29. nisi ibi cum Sigon. et Cellar. Geogr. ant. 2, 9. leg. *Caristum*. Galli certe Cisalpini a Liguribus distinguuntur 21, 58 pr. 27, 49. 39, 2. et al. Sed Clastidium in dubiis utriusque gentis finibus fuisse positum, vel hanc Liguriæ partem inter Apenninum et Padum Livii tempore ad Galliæ Cisalpinæ provinciam pertinuisse, suspicabatur Cluver. Ital. ant. 1, 10. p. 79. Ad rem cf. Polyb. 3, 69. — — *mittit* milites, partem copiarum. Dura ellipsis; et forte excidit una alteraque vox.

8. *sedentibus ad Trebiam*, ut paulo ante *consedisset* in castris, stativis; castra posuisset. Cf. ad 9, 44, 7.

CAP. 49.)—1. *terrestre constitisset bellum*, substitisset, quiesceret, ut 22, 32. et 35, 4. Eodem sensu c. 48 extr. dictum, Pœnos *sedisse ad Trebiam*. Cf. Gron. Obss. 4, 26. p. 418 — *novem* naves *tenuerunt* (v. ad 1, 1, 8.) *Liparas*, forte *Liparam*, (h. Lipari) vel plur. pro sing. positus, quoniam insula et oppidum ejus idem habuere nomen. Lipara princeps est et maxima insularum, quæ Liparææ s. Liparenses ab illa, et propter ventos ignesque subterraneos Æoliæ et Vulcaniæ vel Hephæstiades vocantur; et quas plerique numero septem, at Appian. B. Civ. 5, 105. quinque, Ptolem. quindecim et Isidorus novem fuisse tradunt. Inter Liparam et Siciliam est Hiera, κατ' ἐξοχὴν dicta *Vulcani insula*, Ἱερὰ Ἡφαίστου, Vulcania, h. Volcano, sacra præ reliquis Vulcano et templo ejus ornata; quamvis et ceteræ Vulcano adsignantur, in primis Lipara: unde Livius cap. 51. *Vulcani insulas* dixit. Cf. ad Sil. 14, 56. sq. Strab. 6, 2, 10. 11. p. 275 sq. al. 424. Plin. 3, 9. s. 14. Diodor. 5, 7-10. Heyne ad Virg. Æn. 1. Exc. 1. et ad 8, 416 sq. Ceterum de argumento hujus cap. non nisi perpauca dixit Polyb. 3, 41. et 61.

2. *naves, cujus ipsi classis essent*, v. ad c. 30. n. 5.

3. *eadem tempestate, qua ipsi disjecti fuerant*, dispersi, *eam quoque classem ad Ægates insulas* (v. ad c. 10. n. 8.) *dejectam*, ut 23, 40. et 34 extr. ubi vulgo male legitur *ejicitur*, et Gron. monet, naufragos tantum *ejici*; at *dejici*, qui summa re salva vi ventorum seu tempestate vertantur et depellantur a cursu vel a medio mari ad inferiorem partem. Sic *ejici*, sc. per tempestatem 33, 41. 44, 28. (de fuga navali) et 44, 19. ubi Gron. et Drak. conj. *rejectos*, h. e. relatos, quia *ejici* propr. dicantur naufragi, aut qui sint tempestate ablati eo, ubi nondum fuerint, nec quo tetenderint. (Sed obstat ibi vox *bis*.) Cf. ad Tac. Ann. 2, 24, 2. et de verbo *disjecti* ad Tac. A. 1, 32, 7. et 2, 23, 9. Hinc et inf. 38, 56. *disjecta tempestate statua* pro: membra statuæ diffracta dispersaque; nisi leg. *dejecta* sc. de basi vel monimento. Cf. ibi Drak. At *dejicere præsidium* cet. 28, 7. 44, 35 al. est ejicere, expellere. — *Æmilio prætori* hujus anni; Sigon. et Pigh. "Sed Sempronium consulem hoc anno Africam cum Sicilia sortitum et in Siciliam profectum scribunt Liv. c. 17. 50. et Polyb. 3, 41. 61. Unde non absurde quis conligat, Æmilium anno superiore præturam gessisse, ac Siciliam provinciam habuisse, et in ea ex more Sempronium cos. successorem exspectasse. Potest tamen vera esse sententia Sigonii et Pighii. Livius autem non nisi per occasionem prætores aliquot hujus anni nominat: et forte lib. 20. de comitiis eorum egerat. Verum ne comitia quidem prætorum anni seq. memorat: qua in re diligentia illius desiderari potest." Duk.

4. *Extemplo et circa a prætore* (id ex MS. Flor. a m. sec. reposui cum Str. prob. Drak.) *ad civitates missi legati*, cf. ad 1, 4, 11. et 1, 9, 1. Vulgo *circa prætorem*, i. e. circa eum locum, ubi prætor erat; Str. Gron. jungebat *legati circa prætorem*, h. e. qui circa illum erant, eumque honoris causa adsectabantur relictis præsidiis suis. Cf. Intpp. Suet. Cæs. 27. et Broukh. ad Tibull. 1, 3, 87. Vulgo tamen ita dici *qui circa aliquem sunt*, ut οἱ περὶ τὸν Πλάτωνα, monet Drak.

5. *qui suos ad curam custodiæ intenderent*, ad intentiorem custodiam excitarent. — *ante omnia Lilybæum teneri*, v. ad 5, 25, 4.— — *socii navales*, v. ad 9, 38, 1.

6. *perque omnem oram quidam* cet. ex emend. Fabri reposuimus. Vulgo inepte pro *quidam* legitur *qui erant*, et τὸ *erant* ab omnibus fere MSS. abest. Non male etiam Gron. conj. *p. o. o. uti ex s. prospicerent* sc. homines cujusque oræ vel custodes ad id destinati. Mox proprie dicendum erat: *Simul ac ita-*

ensum est Carthaginienses adcedere, *quanquam de industria — Lilybæum*, *m tamen est, quia — veniebant) extem*. Hæc brevius expressit Livius, ne *necessum est* bis ponenda essent.
pernox erat, v. ad 5, 28, 5. — *sub-mentis*, in altum elatis, ut procul i possent; Sigon. Contra mox *ar-s demere*, de Pœnis, ad pugnam na-se expedientibus, ut 26, 38. 36, 44. *v, inclinare, contrahere, demittere. Ar-* sunt antennæ, vela, mali, ruden-ii et omne instrumentum nauticum; navis iis instructa dicitur *armata*: 9, 40, 12.) deinde instrumenta cu-generis, ut 26, 43, 2.
es ea ipsa loca gestarum rerum, v. ad 8.

50.)—1. *vires conferre*, v. ad 21, 1, *eludere*, v. ad 2, 48, 6. — *sociis na-* v. ad 9, 38, 1.
certa navis, v. ad 6, 12, 7.
cundum hanc pugnam, (v. ad 1, 4, 1.) *gneris ejus* sc. pugnæ, ad Lilybæum isse. — *fretum intranti* Siculum.— *rnatam*, v. ad 9, 40, 12.
iore bello populum Rom. juvenis adjuvis- 24, 4. et Polyb. 1, 16. — *grande m Lilybæo esse*, jam adesse a Pœnis, *sdam volentibus novas res*, quum qui-s optarent, (v. ad 1, 52, 1. et 21, 39, sc. grande periculum, adhuc inmi-lybæo. Ita exponere malim, quam roth. τὸ *volentibus* dupliciter capere, ad *novas res*, quam ad *fore* referatur, a vice significet *cupientibus*, altera tis. Idem tamen non male conj. *ibusdam*. Conf. ad c. 39. n. 4. ubi nonet, perperam deleri τὸ *fore* a , non cogitante se conrumpere ele-s verbi *volentibus*: quare *volentibus* xisse videtur.

51.)—1. *insula Melite* inter Sicili-Libyam, h. *Malta*. v. ad Sil. 14, 251. 5, 12. Cic. Verr. 2, 72. 4, 46. . 28, 7.
corona venierunt, v. ad 2, 17, 3.
insulas Vulcani, v. ad c. 49, n. 1.
bonensi agro, parte agri Bruttiorum, *rbs* olim dicta *Hippo* vel potius Ἱππώ-stea *Vibo* s. *Vibon* et *Vibona Valentia*, *Monte Leone* et *Bivona*: unde *Valentini enses* dicti. v. 35, 40. Strab. 6, 1, 5. al. 393. Plin. 3, 5. s. 10. Græv. Ep. ad Att. 3, 3.
rcitum extemplo in naves inpositum, m (h. Rimini, opp. Umbriæ trans num ad oram maritimam situm, i Hadriatico miscetur *Ariminus* fl., ecchia) *supero mari* (v. ad 5, 33, 3.) f. Polyb. 3, 61. et 68. qui tamen pe-inere exercitum eo missum tradit: chweigh. suspicatur, jam Livium ap. Polyb. 3, 61. in codice suo ἐξώρμησε legisse pro ἐξώρκισε. Veriora autem eum docere potuisset Polyb. 3, 68.

6. *longis navibus*, v. ad c. 17. n. 5.— — *oram Italiæ legens*, prætemavigans, ut 35, 27, 3. Cf. ad Tac. Ann. 6, 1, 1.

CAP. 52.)—1. *Jam ambo consules — oppositum*, v. ad 1, 53, 1.

2. *equestri prœlio uno et vulnere suo minutus*, fractus animo et viribus: quo sensu Apollon. 1. et 4. μινύθων πόθῳ et ἀμηχανίῃ, Lucianus vero de merc. cond. 1, 342 μειοῦσθαι dixit; Gron. Vox *uno* h. l. parum apta. *victus* conj. Str. et *una* Sigon. Hoc si voluisset Livius, *simul* posuisset; Gron. Forte leg. *vano*.

3. *trahi rem*, v. ad 2, 61, 6. — *recentis animi alter*, v. ad 3, 62, 5. — *ne quid medo moverent*, ut modo quieti essent, nec se jungerent Pœnis. Ad seqq cf. Polyb. 3, 69.

4. *quum ad id dubios servassent animos*, v. ad 2, 23, 3. — *legatisque ad consulem missis* sc. Cornelium; forsan quia nihil dum de Sempronii adventu sciebant Galli; Str. Malim intellegere Sempronium, quia in castris omnia solus agit: (cf. Polyb. l. l.) nisi potius cum Drak. leg. *consules*. Cf. tamen ad 24, 24, 1. — *laboranti*, v. ad 3, 31, 1.

5. *ut alia vetustate obsolevissent*, v. ad 2, 38, 3. — *ob recentem Bojorum perfidiam*, cf. cap. 25. — *continendis in fide sociis*, ad reliquos in fide socios continendos, *maximum vinculum esse defensos primos* cet. h. e. defensionem eorum, qui primum ope eguissent.

6. *equitatum suum* cet. τῶν μὲν ἱππέων τὸ πλεῖστον μέρος, πεζοὺς δὲ σὺν τούτοις ἀκοντιστὰς εἰς χιλίους Polyb. 3, 69. — *ad hoc* (al. *hæc*) *graves præda*, v. ad 2, 23, 3.

7. *Varia inde pugna sequente* cet. cf. Polyb. 3, 69. *sequente* pro vulg. *sequentes* scripsi ex emend. Jac. Gron. *cedentes sequentesque* conj. J. Fr. Gron. Mox junge: *major tamen fama victoriæ hostium*, de victis hostibus, *Romanis*, apud Romanos, *fuit*, h. e. Romani tamen de victis hostibus magis gloriati sunt; Doer. Durior est ratio eorum, qui ad *hostium* ex seqq. *victoriæ fama* intellegunt. Alii hæc menda non carere facile putant animadverti. *major tamen justiorque Romanæ f. v. f.* conj. J. Fr. Gron. ut Livius scita verborum repetitione luserit. cf. cap. seq. pr. *m. t. cum Romanis f. v. f.* (ut 23, 33. *tertia victoria cum Pœnis erat*) Jac. Gron. Vocem *cædes* post *hostium* inserebat Burm. Sed τὸ *major* ad *famam* referendum. cf. verba seqq.

CAP. 53.)—1. *gaudio efferri* cœpit, *ea parte se vicisse*. Ita et adcusat. cum infin. excipit verbum *gaudere*; neque opus est, cum Str. ad *vicisse* intellegere *secum reputans*, (cf. ad 2, 32, 6.) et ne ad seqq. quidem. v. mox not. 3. Ad seqq. cf. Polyb. 3, 70.

2. *non esse cum ægro senescendum*, v. ad 1, 22, 3.

3. *concionabundus agere*, v. ad 8, 33, 13. Ab his verbis pendent infinitivi præcedd. — *ne in novos consules bellum differretur*, h. e. in proximum annum. v. ad 10, 31, 10. Sic *legati ad novos magistratus dilati*, h. e. legatio eorum in proximum annum dilata, 41, 8. *in spem impetrandi honoris dilati*, h. e. spes et petitio honoris dilata, 39, 32. *dilatus per frustrationem*, dilatum responsum ipsi dandum 25, 25, 3. *differre aliquem* ap. Tac. Hist. 2, 71. et Cic. ad Div. 5, 12. Cf. ad Tac. Ann. 13, 20, 7. Similiter *rejicere rem ad novos magistratus* cet. v. ad 2, 22, 4.

4. *alterius ingenium — percitum*, vehemens, fervidum.

5. *speraret propinquum certamen, et facere*, ipse committere illud, *si cessaretur* a Romanis, *cuperet*; Doer. Τὸ δὲ μέγιστον, πράττειν τι, καὶ μὴ προΐεσθαι διακενῆς τὸν χρόνον cet. Polyb. 3, 70.

CAP. 54.)—1. *equiti quoque tegendo*: ita MSS. nisi quod in plurimis est *equites*. Vulgo: *ad equites quoque tegendos*. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 71.

2. *Delige centenos viros ex omni pedite atque equite*, equitatu; centum pedites totidemque equites. Hannibal ipse eos delegit teste Polyb. l. l. nisi cum Casaub. ibi leg. σημηνάμενον pro σημηνάμενος.

3. *Ita prætorium missum*, consilium bellicum, *der Kriegsrath*; Str. *Prætorium mitti* vel *dimitti* (26, 15. 30, 5. 37, 5.) dicebatur, quum legati, tribuni, centuriones, (primi pili) præfecti, et si qui alii circa imperatorem (in prætorio) esse consilii communicandi, aut imperiorum tesserarumque excipiendarum ergo solerent, ab imperatore dimittebantur ac discedebant, ut et *mitti principia*, quum frequentia, quæ ibi esse soleret, difflueret; Gron. Cf. Lips. de mil. Rom. 5, 2. 5. Gron. Obss. 4, 10. Oudend. ad Frontin. Strat. 2, 5, 30. Schel. ad Polyb. castra p. 147. *Prætorium* pro stipatoribus et comitibus Hannibalis, hunc locum perlustrantis, poni putabat Periz. de prætorio diss. 2. p. 120. 480. quod refellit Duk. *præconium* quædam edd. antt.

4. *singulis vobis novenos — eligite*; recte, ut *mille equites totidemque pedites* conficiantur: unde ap. Polyb. 3, 71. ἐννέα pro δέκα legendum videtur.

5. *Ita mille equitibus Magoni mille peditibus dimissis*: præter ἀσύνδετον notanda est etiam insolens dictio pro: *Magoni traditis et cum eo dimissis*; Str. (Cf. ad 1, 33, 7.) *Magoni* potius est dativus *cui*, h. e. ad Magonis imperium, ut sub Magonis imperio pugnarent: nos: *zum Commando des Mago*; Doer. Neutra ratio mihi satis facit. Malim legere *Magonis*, vel *cum Magone dimissis*, vel *Magoni commissis*.

6. *injecto deinde* hosti *certamine*, certandi
cupiditate. Cf. 34, 4, 12.

7. *ad destinatum jam ante consilio*, sec
id, quod jam ante ab eo destinatum,
tum erat. Ex seqq. *certamen* intell
Str. Idem conj. *ut* pro *at*; et Gro
certamen pro *certaminis*. Is tamen *ad*
tum etiam dictum videri putabat, ut
stitutum, ad condictum. In quibusdan
et edd. legitur *consilium*, et in plerisqu
sed in nullo MS., *locum* post *destinatu*
ad hæc et seqq. Polyb. 3, 72. quem
ad verbum exprimere solet. — *Ad*
ad 2, 23, 3.

8. *quidquid* (v. ad 7, 32, 3.) *auræ*
adpropinquabant, flumini gelidam ex
auram.

9. *ut vix armorum tenendorum potenti*
sc. corpora, h. e. arma tenere poss
tentia est adject., non substant, ut p
Stroth. Mox *et simul lassitudine* e III
edidit Drak. et *simul jejuni* Gro
plerisque MSS. legitur *et similitudi*
quibusdam *et lassitudine*; in edd.
simul, nec plus inest verbis Poly
λις, ἕως τῶν μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτι
διέβαινον· ἐξ ὧν ἐκακοπάθει τὸ στρα
ὑπό τε τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἐνδείας, ὡς
τῆς ἡμέρας προβαινούσης. Infra t
contra jejuna fessaque corpora Romanis
tia gelu torpebant. Cf. 28, 15 pr.

CAP. 55.)—1. *oleo per manipulos*,
rent artus, misso, ἠλείφοντο καὶ καθωπ
περὶ τὰ πυρὰ πάντες Polyb. 3, 72.

2. *Baliares* (v. ad c. 21. n. 7.) *lo*
signa levemque armaturam, ut 22, 4.
λογχοφόρους καὶ Βαλιαρεῖς ap. Polyb.
et 83. Hinc *levemque* ex vet. libro
recepi pro vulg. *levem*: nam Balia
quidem fuisse *armaturæ*, sed *octo mill*
num non confecisse, jam monuit S
hinc ἀσύνδετον h. l. esse putat pro:
liquam levem armaturam. Eodem sen
pienda loca, (28, 14 extr. 28, 15 a
velites distinguuntur a *levi armatura*;
plura erant genera. v. ad 26, 4, 6.
tamen *Baliares* et *leves armaturæ*
dicuntur. Ceterum *levis* et *gravis a*
aut *armatus* (ut 26, 5, 3. et 37, 4
militibus leviter graviterque armati

3. *graviorem armis peditem*, peditatu
δισμυρίους, Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ Α

4. *Consul effusos sequentes equites* (
54 extr. *refugientes Numidas insequent*
leg. *effuse*) *revocatos* (erant autem ad
millia, ut Polyb. dicit et mox Liviu
tibus (tert. casu) *circumdedit* ab
cornu, *quum ab resistentibus subito Nu*
cauti exciperentur, ignari, quid consil
rent adversus Numidas, adsuetos,
ῥεῖν μὲν εὐχερῶς καὶ σποράδην (fac
scite et sparsim s. passim terga
ἐπικεῖσθαι δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς
iterum conversa hostem petere et
qui) τολμηρῶς καὶ θρασέως· τὸ γὰρ

μαθητὴς μάχης ἴδιόν ἐστι τοῦτο. Polyb. 3, 72.

5. *Duodeviginti millia Romani* (v. ad 35, 20, 3.) *erant*, sc. pedites; sed *μυρίους ἑξακισχιλίους* habet Polyb. qui etiam monet, quod mireris, quoties ob discrimen summæ rerum copias conjunxerint consules, plenum exercitum populi Rom. et XVI M. peditum et XX M. sociorum constitisse. Glareanus numerum XVI m. probat, quia legio tum temporis quaternum millium fuerit. v. cap. 17. Scipio autem, maxima exercitus sui parte in Hispaniam cum fratre missa, exiguas copias cum tribus Manlii Atiliique legionibus junxerat. Cf. cap. 17. 26. 32. 39.

6. *socium nominis Latini*; cf. ad 1, 10, 2. Al. *nominisque*. Fuere et socii Italici generis; (v. 22, 13.) qui tamen sub illis etiam comprehenduntur; Gron. Cf. 22, 7. et 37.

7. *auxilia præterea Cenomanorum*, v. ad 5, 35, 1.

8. *deductæ propere in cornua leves armaturæ:* potius *diductæ*, divisæ; Drak. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 3, 73. 74.

9. *quatuor millia* equitum Rom. — *Ad hoc*, v. ad 2, 23, 3.

10. *Mago Numidæque simul* (v. ad 3, 62, 4.) *latebras eorum* cet. de quo insidiarum loco v. cap. 54 pr. — *exorti*, v. ad 9, 31, 6.

11. *eos velites, ad id ipsum locati, verutis sub caudis fodiebant*, v. ad 8, 10, 5. et 10, 29, 6. *Velites* h. l. et 24, 34. per prolepsin dicti jaculatores, si serior fuit inventio et usus, aut certe nomen Velitum, de quo v. ad 26, 4. Horum vero propriam cum elephantis pugnam fuisse docet Gron. conl. 30, 33. Polyb. 1, 33. et 40. Veget. 3, 24. Isidor. Orig. 9, 3. Ceterum de alia ratione, qua elephanti celerrime interficiuntur, v. 27, 49 pr.

CAP. 56.)—1. *Trepidantes propeque jam in suos* milites, Pœnos, *consternatos* elephantos; v. ad 2, 47, 3. In plerisque MSS. et edd. legitur *trepidantesque prope* prob. Str. qui putabat, *trepidare in aliquem* dici pro *ruere* in eum: quod vix crediderim, etsi non inmemor eorum, quæ notavi ad 1, 14, 6. Mox forte leg. *e* vel *a media acie*, vel *media ab acie*.

2. *Itaque quum jam in orbem pugnarent*, sc. undique ab hostibus circumventi, v. ad 2, 50, 6. — *quum alia evadere nequissent*, v. ad 3, 70, 2. In ed. Mogunt. *alio*, et in multis MSS. *alii*, h. e. reliqui præter illa *decem millia*. v. ad 4, 10, 2. Mox forte leg. *mediam Afrorum aciem*, (in qua præter Afros et Gallos etiam Hispanos fuisset docet Polyb. 3, 72. quos Livius significat inmotos stetisse) *quæ Gallicis — perrupere*; Gron. Cf. Polyb. 3, 74.

3. *satis decernere possent*, judicare et constituere. Al. *discernere*, v. ad 7, 9, 4.— — *qua*, v. ad 3, 70, 2.

4. *elephantos prope omnes absumsit*, ap. Polyb. 3, 74. omnes præter unum, quo Hannibal vectus est per paludes Etruriam petens; de quo v. 22, 2 extr. et Polyb. 3, 79. At cf. inf. c. 58 extr. et 23, 18, 2. ubi Livius plane eorum, quæ ipse 22, 2 extr. dixerat, inmemor fuisse videtur, sequutus forte alios auctores.

5. *quum præsidium castrorum* cet. Editores antt. *Romanorum* inseruere ante *castrorum* et mox *Pœni* post *sensere:* quæ voces, ab interprete adjectæ, ab omnibus fere MSS absunt, et sine damno aut ambiguitate sensus omittuntur; Gron.

6. *trajectus Cremonam* cet. quod non tradit Polyb.

CAP. 57.)—1. *infestis signis*, v. ad 1, 13, 2.

2. *uno consule ad Ticinum victo*, v. ad 2, 32, 6. Scabra autem h. l. oratio, etsi τὰ *victo* et *victis* concoquas. v. ad 1, 3, 8. Forte cum Gron. leg. *Uno consule ad Ticinum, altero, ex Sicilia revocato, ad Trebiam, cum duobus consularibus exercitibus, victis.* Saltem verba *ad Trebiam* excidisse videntur.

3. *Sempronius consul advenit* cet. At Polyb. 3, 75. tradit, eum nuntios misisse Romam et magnitudinem cladis elevasse. De itineribus quoque Hannibalis post pugnam ad Trebiam non eadem scribere Livium c. 57 sq. et 22, 1. 2. Polybium 3, 77 sq. et Nepotem Hann. 4., jam monuit Duk.

4. *comitiis consularibus habitis, id quod unum maxime desiderabatur.* Non male Gron. conj. *transgressus; et, quod unum* cet.

5. *et C. Flaminius II.* forte legendum; certe jam a. V. 529. consul fuerat. Cf. ad c. 63. n. 3.

6. *vagantibus passim Numidis equitibus, et, qua* parte, ubi, *his inpeditiora erant* loca, ubi Numidæ vagari ob asperitatem locorum non possent, *Celtiberis Lusitanisque:* nam Livius 22, 18. dicit, Hispanos *adsuetiores montibus esse, et ad concursandum inter saxa rupesque aptiores ac leviores, quum velocitate corporum, tum armorum habitu;* (ut ap. Plut. *τῶν ὀρειβατεῖν δεινῶν Ἰβήρων ἄνδρες ἐλαφροὶ καὶ ποδώκεις*) et 28, 1. *pleraque Hispaniæ esse asperitates viarum et angustias saltibus crebris inclusas;* Gron.

7. *Emporium prope Placentiam fuit*, *ἐμπόριον*, locus, ubi mercatura exercebatur, et simul *castellum — opere magno munitum*, multo labore: vel potius *opus* est omne munimentum arte factum, v. c. murus, fossa, vallum cet. ut 31, 39. et al. — *et valido firmatum præsidio*, h. e. firmum tutumque redditum, ut 1, 33, 5. 22, 49. 24, 21, 6. al. Similiter *firmare præsidia*, firma validaque reddere, conlocare 32, 40, 4. 43, 20, 2. 44, 8, 1. ap.

[redacted]

Tac. A. 13, 41. vII. Agric. 14. et *stationes firmare* sup. 4, 27. 5, 23. Cf. ad 2, 31, 1. De iis, quæ mox et cap. 58. 59. traduntur, nihil ap. Polyb.

8. *ejus castelli obpugnandi spe;* immo *expugnandi:* nam facile quid obpugnatur, sed expugnatio *speratur;* Periz. Cf. 40, 31. 33. 47. 50. Forte vox *spe*, quæ mox haud venuste repetitur, e glossa inrepsit; saltem abesse potest. v. ad 3, 56, 4. — *quum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset*, eleganter pro vulgari: quum consilia sua obcultando se plurimum effecturum esse sperasset; Doer. Sententia est obvia, non vero elegantia; sive jungas *plurimum habuisset*, sive *plurimum spei habuisset* (posuisset) *in c. i. ad effectum* ejus, ad illud efficiendum, ut *tantum spei habere ad vivendum* ap. Cic. ad Att. 5, 20 pr. Cf. inf. 35, 26 extr.

9. *quadrato agmine*, v. ad 2, 6, 3.

10. *ad Victumvias*, v. ad cap. 45. n. 1.

11. *Magis agmina quam acies*, v. ad 10, 45, 6. — *inconditam turbam*, confusam, inordinatam, sine ordine, (ut 25, 1. 26, 40. pr. 29, 34. et 44, 39 pr.) simulque rudem militaris rei et disciplinæ, ut 30, 11. et 43, 10. Cf. ad 24, 24, 2. et ad Tac. Ann. 3, 20, 3.

CAP. 58.)—1. *Haud longis inde temporibus;* immo *haud longi inde* (v. ad c. 2. n. 4.) *temporis quies;* Gron.

2. *Transeuntem Apenninum* cet. eum per Ligures Apenninum transiisse, petentem Etruriam, tradit Nepos Hann. 4. et Sil. 4, 739 sq. Noster conatum modo esse transire dicit. Polybius vero ne id quidem refert.

3. *aut arma ommittenda erant*, (v. ad 5, 43, 4.) *aut contra enitentes*, vento obnitentes, contra ventum pugnantes, *vortice intorti*, rotati et conrepti, *adfligebantur*, ad terram prosternebantur; Doer. Cf. ad c. 35. n. 10. et Gron. Obss. 4, 8. *Vortex* s. *vertex* omnis res in orbem acta, h. l. turbo, at aqua 23, 19. et 28, 30. Cf. ad Sil. 3, 475. et ad Juvenal. 6, 524.

4. *spiritum includeret* MSS. *intercluderet* omnes edd. ante Drak. Cf. ad 2, 2, 9. — *capti auribus et oculis*, v. ad 2, 36, 7.

5. *quo deprehensi erant*, v. ad 9, 23, 3.

6. *aqua levata vento*, vapores, vel imbres (aqua cœlestis, pluvia) in altum elati et rapti. — *omnibus omissis*, cf. not. 2.

7. *ad alienam opem quisque inops*, qui sine ope erat, h. e. inops consilii proprii et auxilii, *tendere*, se vertit. — *elephanti quoque ex his* cet. v. ad cap. 56. n. 4.

CAP. 59.)—1. *ad decem millia*, v. ad 9, 24, 2.

2. *non acie vincerent solum*, sed etiam. v. ad 1, 40, 1.

3. *quum Romanus* dux — *signum dedit*, (v. ad 32, 11, 4.) — *laxatam p* v. ad 2, 34, 13.

4. *ipse cum peditum robore medi* equites, *dextra lævaque* parte *emisso erupit*, *medius* ex conj. Gron. *mediis* ctore Lips. In MSS. et edd. antt. que *de his*, in quibusdam *de iis*, et in *diis*. Hinc potius non dubito, quin *de his castris* et *de iis castris* margi scripta sint, et glossatoribus, non debeantur.

5. *major Romanis quam pro numero* v. ad 7, 33, 2. — *Secundum eam pug* ad 1, 4, 1.

6. *ratam fore cum his*, s. *iis*, sc. Ligu Str.

CAP. 60.)—1. *Cn. Cornelius Scipio paniam* (cf. 21, 32.) *cum classe* cet. cf. 3, 76. *Emporiæ*, Ἐμπορίαι Ptol. 2, Ἐμπόριον et Ἐμπορεῖον, hod *Ampuria* Hisp. Tarrac. in ora Cataloniæ pro renæos et mare mediterr., propr. d pida, muro divisa, e quibus alte Phocæensibus, (alii dicunt Massiliei qui a Phocæa Ioniæ oriundi sunt, v. ad Sil. 4, 52.) alterum ab Hispan ditum erat: unde in plur. *Empori* c. 61. 26, 19. 28, 42. 34, 3. 8. 9. St 4 p. 159, 160. Plin. 3, 3. s. 4. ad 369. Sed *Emporia* Punica (τὰ Ἐμπ Ἐμπόρια, vel τὸ Ἐμπόριον et *Empo* Ἐμπορίαι) inf. 29, 25. 33. et 34, 62. regio circa Syrtin minorem, fe ma subjecta que Pœnis, quibus plu inde commeatus et alimentorum bebatur, et ab una ejus civitate singula in dies talenta vectigal da Cf. Polyb. 1, 82. 3, 23. 32, 2. et A Pun. 72.

2. *orsus a Lacetanis*, v. ad c. 23. n.

3. *non ad maritimos modo populos*, v 10, 10. Polybius tradit, cum p sponte se dedentes singulari hum conplexum esse, sed alios vi subegis

4. *Hannonis cis Iberum provincia era* 2, 40, 9. et 21, 2, 9. — *prius quam rentur omnia*, omnes Hispaniæ g Pœnis deficerent, ad Romanorum traherentur; alienæ, Romanæ, fierent omnia. — *obviam eundu* Hanno *in aciem eduxit*, v. ad 1, 23, 4.

5. *atque ipse dux cum aliquot pri* (Polyb. dicit τὸν Ἄννωνα, καὶ τὸν τῶν Ἀνδοβάλην, Indibilem, regulum norum) *capiuntur* pro: *dux et aliquo pes*, ut 22, 21, 3. 26, 1, 6. 26, 46, 5. 4. 38, 48, 7. et ap. Suid. v. δέρας 525. ὁ Ἰάσων σὺν τοῖς Ἀργοναύταις Κολχίδα παραγενόμενοι ἔλαβον τὸ δέρ Rubnken. ad H. in Cer. v. 499. M non *Hannonem*, ducem et captum fui dunt Oros. 4, 13. et Epit. Liv. Cf. Zo 25. Oudend. ad Frontin. Strat. 2,

[redacted]

— *Scissis oppidum*, v. ad c. 23, n. 1.

6. *supellex barbarica ac vilium mancipiorum* sc. præda, pro : *ac vilia mancipia*. Κακοφωνίαν sic vitatam putabat Str.

CAP. 61.)—1. *fama adcideret*, v. ad c. 10. n. 15. — *Ad primum adventum Romanorum obcursurus*, venturus, adventurus, ut *obcurrere prælio, rei, ad opem ferendam, comitiis, concilio*, et *ad concilium* 10, 43. 21, 61. 28, 8. 31, 29. 36, 24. 37, 32. 39, 6. Sic et *pugnæ obvenire* 29, 34, 5. et Gr. φθάνειν et καταντᾶν τινὶ et εἰς τὶ vel ἐπί τι aliquo tendere, se convertere, pervenire. " *Obcurrere concilio* notat etiam 31, 29 pr. in tempore adesse, non sero venire : quæ vis non in Dativo utique latet, sed e contexto adcedit : quippe ibid. et *ad concilium obcurrere* idem fuerit ; sed regis legati *adcelerarunt*, non Atheniensium. *Obcurrit eo Antiochus* 35, 15 pr. venit, quasi obcursurus ibi legato et adfuturus, vel sui copiam præbiturus, *sich einfinden* ;" Bauer.

2. *Haud procul Tarracone* (v. ad 22, 22, 2.) *classicos milites navalesque socios*, (v. ad 9, 38, 1.) Tarracone relictos, *vagos* cet. Cf. Polyb. 3, 76. Mox *quod ferme fit, ubi secundæ res negligentiam creant* emend. Doer.

3. *agmine acto*, v. ad 6, 28, 1. — *Emporias*, v. ad c. 60 pr.

4. *Scipio relictam ab auctore defectionis*, Hasdrubale, qui iterum trans Iberum se receperat, *Ilergetum gentem*, quæ cis Iberum est. De *Ilergetibus* v. ad c. 23. n. 1. *Caput* eorum mox dicitur *Athanagia*, quæ nonnullis fuisse videtur hodierna *Manresa*, sed Taraphæ *Tarrega*, Petro de Marca Hisp. 2, 26. et Cellario *Lerida*, (quæ primum *Athenasia*, quasi æterna urbs, a Græcis, et deinde *Ilerda* sit dicta) Strothio *Aytona*, Cataloniæ opp. haud longe ab Ibero situm.

5. *in jus ditionemque recepit*, v. ad 35, 16, 4. — *in Ausetanos* — *Lacetanos*, v. ad c. 23, n. 1. Mox malim : *haud procul urbe, quam jam intrare vellent*.

6. *nix minus quatuor pedes alta*, v. ad 3, 64, 5.

CAP. 62.)—1. *multa ea hyeme prodigia* cet. de quibus omnibus v. ad 1, 31, 1. — *ingenuum infantem semestrem in foro olitorio*, extra portam Carmentalem, inter Tiberim et Capitolium, *triumphum clamasse*, forte *io triumphe c.* ; (ut 24, 10.) sed cf. Valer. Max. 1, 6, 5. (et Ovid. Am. 1, 2, 25.) Stroth. Sic et *triumphum nomine ciere* (exclamare Io triumphe !) 45, 38. *Saturnalia clamatum* (vel potius *clamata*, judice etiam Gron.) 22, 1 extr. *Cauneas* (sc. ficus) *clamitabat* ap. Cic. Div. 2, 40. et nos : *Feuer schreyen*. — *foro boario*, v. ad 10, 23, 2.— — *navium speciem de cœlo adfulsisse*, ut 42, 2, 2, v. ad 1, 31, 1.

2. *ædem Spei in foro olitorio*, v. ad 2, 51, 2. — *Lanuvii hastam se commovisse*, cf. ad 24, 10, 8. Hastas Martis vulgo intellegunt, ut 24, 10, 8. Possunt etiam hastæ in templis suspensæ aliæve innui. v. ad 1, 31, 1. Steger. de prodigiis p. 123. et Drak. ad 40, 19, 2. ubi hæc notavit : " Schæffer ad Obseq. de prod. 60. et 96. ex eo et Liv. 24, 10. conjicit, 40, 19. ad verba *pontifices hastas motas nuntiavere* vocem *Martis* adjiciendam esse. Sed non variant MSS. et simpl. *hastæ motæ* memorantur etiam 21, 62. ubi Sabellicus hastam Junonis Lanuvinæ s. Sospitæ indicari putat ; cujus sententiam egregie inlustrant nummi gentis Prociliæ, imaginem Junonis, cornibus caprinis ornatæ et hasta armatæ, exhibentes, et locus Cic. N. D. 1, 29. insignia hujus Junonis pellem caprinam, hastam, scutulum et calceos repandos referens, quem optime ad hunc nummum advocavit Haverk. in Comm. ad Thes. Morell. T. I. p. 360. An igitur 40, 19., ubi non *hasta*, sed *hastæ* memorantur, potius indicantur hastæ quum Martis Præneste aliorumque deorum, tum Junonis Sospitæ Lanuvii cultæ ? nam et proximum prodigium, quod Lanuvii circa simulacrum ejusdem Junonis adcidit, id suadere videtur. Præterea hoc quoque prodigium non Romæ, sed alibi extra Urbem adcidisse, colligo ex verbo *nuntiavere*, quo Livius utitur de talibus prodigiis."

3. *in ipso pulvinario*, v. ad 5, 13, 5.

4. *in agro Amiternino* (v. ad 10, 39, 1.) *multis locis hominum specie procul candida veste visos* cet. Suspicari possis *hominum species* — *visas, nec cum ullo congressas* : sed nil mutandum ; nam ita loquitur religionis et εὐφημίας χάριν, non ausus certo nomine, quicumque fuerint, ignarus adpellare, ne peccet : ceterum intellegi potest *dæmonas aërios, genios* vel *nescio quos* ; Gron. Cf. ad 1, 2, 3. sed et 24, 10, 9.

5. *Cære sortes extenuatas*, ut mox et 22, 1. *adtenuatas*, h. e. minores s. exiliores factas, *zusammengeschwunden* : erant enim sortes plerumque e ligno factæ, vel globulorum vel tesserarum aut talorum forma, inscriptæ literis, quæ in urna bene mistæ a puero ducebantur ; Str. Cf. Cic. de div. 2, 41, 69. In ostentis et somniis omnia majora et auctiora videre lætum ac prosperum judicant haruspices et ὀνειροκρίται, sed triste ostentum est, si qua res solito minor et tenuatior defectiorque adparet : quo pertinent quadrigæ fictiles, quæ in fornace creverant, (v. Plin. 28, 2.) panis Perdiccæ coctus duploque major factus in furno, qui ei oves pascenti regnum Macedoniæ portendit, et septem opimæ vaccæ septemque macie defectæ, quas e flumine adscendentes vidit rex Ægyptius ; Salmas. ad Solin. p. 487. Cf. Plin. 34, 13. s. 38. et *Steger von den Prodigien* p. 185. ubi putat *sortes* fuisse bacillos titulo inscriptos, (cf.

[redacted]

ad 23, 1, 16.) et *extenuatas* vel propr. *extæniatas* dici, quia exciderint ex tænia s. tenia, qua conligatæ fuerint. Sed *adtenuatæ* dicuntur 22, 1, 16. *exteniutas*, h. e. tæniis vittisque solutas conj. Lips. Elect. 2, 12. quod respuit Periz. anim. hist. c. 9. p. 380.

6. *libros adire decemviri jussi*, v. ad 3, 10, 6.

7. *novemdiale sacrum edictum*, v. ad 1, 31, 3. — *aliis* sacris *procurandis civitas operata fuit*, v. ad 1, 31, 7.

8. *Urbs lustrata est*, v. ad 1, 28, 2.

9. *hostiæque majores* (cf. Ind.) *cæsæ Diis, quibus editum est*, sc. ut cæderentur. v. ad 1, 18, 2.

10. *Lanuvium ad Junonis* ædem *portatum est*. v. ad 1, 33, 6. et 8, 14, 4. — *matrona Juno*, πότνια, ob majestatem deæ, vel ut *matrona Tonantis* ap. Ovid. Fast. 6, 33. Cf. Intpp. Hor. Od. 3, 4, 59.

11. *lectisternium Cære, ubi sortes adtenuatæ*, cf. not. 5. et ad 5, 13, 5. — *Juventati* MSS. Cf. ad 1, 55, 4.

12. *circa omnia pulvinaria indicta subplicatio*, v. Ind. et ad 3, 63, 2. 5, 13, 5. — *Genio* Urbis; unde ei *majores hostiæ cæsæ*, cf. ad Sil. 2, 584 sq. 6, 283. 13, 124. et Mitscherl. ad Hor. Od. 3, 17, 14. 15.

13. *Hæc procurata* — *levaverant animos religione*, v. ad 5, 23, 7.

CAP. 63.)—1. *edictum et literas ad consulem* (Sempronium, *Placentiæ hibernantem*; cf. cap. extr. et 50 sq.) *misit*: nam quidquid magistratus P. R. publice mandabant, *edicere* dicebantur, mandatumque ipsum *edictum* adpellatum; Str. *Edicere* est vel omnino proloqui, pronuntiare et indicare, (v. Gron. et Drak. ad 30, 5 pr. et Cort. ad Sall. Cat. 48.) vel sententiam dicere, si de judicibus, vel voce scriptove publice proposito aliquid constituere et jubere, si de magistratibus adhibetur. Cf. Ern. clav. Cic. et inf. ad 31, 49, 5. — *Idibus Martiis*: qui dies tum temporis magistratibus ineundis sollemnis erat; Str. Cf. 22, 1. Sic *pridie Idus Martias* aneundis. v. 30, 39, 4.

2. *Arimini adesset in castris*; cf. ad c. 51. n. 5. Eo et Servilius pervenit ibique remansit: at Flaminius, legionibus suis adsumtis, per Etruriam profectus est Arretium, quia præter ejus opinionem Hannibal jam in Etruriam contenderat. Conf. Polyb. 3, 77. cum Zonara.

3. *memori veterum certaminum cum Patribus*, cf. Freinsh. Subplem. Liv. l. 20, 19. et 47. *tribunus plebis* contra senatus auctoritatem tulerat rogationem de agro Piceno et Gallico viritim dividendo. v. Polyb. 2, 21. Valer. Max. 5, 4, 5. et Cic. Acad. 2, 5. Inv. 2, 17. Leg. 3, 9. Div. 1, 35. 3, 32. — *quæ postea consul* a. V. 529. cum P. Furio Philo *prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat*; v. Plut. in Marcello p. 299. qui tradit, quum augures vitio creatos esse consules, adversus Insubres profectos, dixissent, senatum eos confestim literis Romam revocasse et jussisse, quam primum consulatu se abdicare nec quidquam pro inperio gerere: Flaminium vero has literas non prius aperuisse, quam hostes fudisset: (cf. Polyb. 2, 32, 33.) itaque victori, cum ingenti præda redeunti, triumphum fuisse negatum; ipsum vero privatum triumphasse, et mox magistratu abire coactum esse. Cf. Zonaras, et ad Sil. 4, 706 sq.

4. *ob novam legem, quam Q. Claudius trib. pl. adversus senatum* (forte *adversu senatu*; Gron. cf. ad 1, 46, 4.) *tulerat, ne quis senator, cuive senatorius pater fuisset* cet. cf. Cic. Verr. 5, 18. Cujac. Obss. 6, 38. et L. 3. D. de excusat. et vacat. mun. unde intellegitur, id lege Julia de repetundis fuisse repetitum. Dukerus monet, a Pigh. in Ann. ad a. 535. nullo auctore et Claudio tribui cognomen Flaminii, et tribunatum legemque ejus ad annum præc. referri. Ceterum recepi emend. Stroth., qui hæc notavit: "Ineptum est vulgatum *quive senatoris pater fuisset*: quasi is nec ipse esset senator, et ex dignitate filii aliquid in patrem redundaret. Immo ne sic quidem plusquamp. *fuisset* locum habere posset: et hinc quoque nolim cum Perizon. *filius* pro *pater* reponere; dicendum enim fuisset: *q. s. filius esset.*" Forte tamen insolens videri possit *senatorius pater*, et probabilior conjectura Roelli: *cuive senator pater fuisset*.

5. *maritimam navem* — *CCC amphorarum*: nam ad amphorarum, quas capiebant, numerum magnitudo navium exigi solebat; ut nos dicimus: *ein Schiff von 300 Tonnen*; Str. Cf. Manut. ad Cic. Div. 12, 15. Hard. ad Plin. 6, 22. s. 24. et Voss. ad Mel. p. 280.

6. *quæstus omnis Patribus indecorus visus*: nam senatores post b. Punicum I. in Sicilia, Sardinia et Corsica prædia sibi comparare, et per speciem deportandorum ex iis fructuum negotiationes, amplissimo ordine indignas exercere cœperunt; quod h. l. significari videtur; Duk. Cf. Ern. clav. Cic. v. *Negotiator*.

7. *suasori legis Flaminio*, v. ad 2, 56, 6.

8. *auspiciis ementiendis*, (ea ementiendo) cf. ad 10, 40, 4. Cic. de div. 1, 16. et Phil. 2, 35. 3, 4 al. Timebat Flaminius, ne, sicut in priore consulatu suo ob prodigia, quæ augures sibi inter auspicandum oblata retulerant, jussus erat a Patribus magistratu se abdicare, ita et nunc vana auspicia ementirentur, *τοῦ θείου καταψεύδεσθαι*, ut ait Zonaras; Vales. Sententia est: *Ob hæc* odia inter ipsum et Patres, *retus* Flaminius, *retenturos* sc. Patres *se* (Flaminium) *in Urbe*, i. e. veritus ne se retinerent, varia prætexentes, tum *auspiciis ementiendis*, i. e. ementiendo contra Flaminium auspicia, prohibere, quo minus exire (vel

agistratum inire et gerere) possit; odi artificium Patres, quorum auunt, sæpissime adhibuerunt, maxtra plebejos homines) tum neca mora, *Latinarum feriarum*, nempe l Flaminius ad Urbem maneat, atinas ferias indixerit egeritque; , 45, 2.) tum denique *consularibus* tdis, quæ pro *inpedimentis* essent ad estinanti; Str. — *privatus*, v. ad

ulam *ante*, primum, olim, *inauspi*m, *revocantibus Diis*, auspiciis, *atque* , Patribus, *non paruisse;* v. not. 3. ntia (ob conscientiam) *spretorum* orum hominumque; veritum, ne mtum sui adversis auspiciis omi: vindicarent): ex emend. Gron. *is pretorum* in MSS. et edd. antt. *preteritorum* quidam edidere, P. Manutio.

*Capitolium et sollemnem votorum nun*a *fugisse* cet. nam consul magistraurus solebat primum a senatu et oane domi suæ salutari, et inde in am deduci; (illud dicebatur *officiprocessus consularis*) deinde in Capia rite concipere s. nuncupare, et molare Jovi; tum munus suum i coacto senatu, ad eum referre eligione feriisque Latinis, (vel eas) tum de re publica, (de utroque 3, 1.) et in leges jurare; (cf. 31, : has ferias agere et *Jovi Latiari sollemne sacrum in Monte* Albano *facere*. Cf. seqq. et 22, 1. 24, 26. ad 1, 45, 2. ad Juvenal. 1, 39. 2, 132. et Tac. Ann. 3, 59, 5. 4, 36, 1. — *Vota nuncupare* i. e. suscipere, seu Diis sacrificia, signa, templa promittere solebant magistratus in provincias abeuntes; Str. Cf. 41, 10. 27. 42, 49. 45, 12, 5. et Brisson. de Form. 1, 168. Votis nuncupatis paludati Urbe exibant, multitudine hominum officii causa eos prosequente. Cf. 41, 10. et 42, 49.

11. *ne Latinas indiceret* sc. ferias, *Jovique Latiari sollemne sacrum in monte* sc. Albano (ut 22, 1. 25, 12. pr. et al.) *faceret*. v. ad 1, 45, 2. *auspicato*, v. ad 5, 21, 1.

12. *paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret*, h. e. cum inperio, lege curiata de eo lata. v. ad 5, 46, 8. — *Lixæ modo*, more, se gerendi ratione; Doer. coll. Hor. Od. 4, 2, 28. Hyperbole: ad instar vilissimi hominis, ministri militum, ne militis quidem; Str. Cf. ad 21, 33, 7.

13. *solum vertisset*, cf. ad 3, 13, 10. — *in deversorio hospitali*, v. ad 1, 51, 2.

14. *inmolantique ei vitulus* cet. cf. ad Sil. 5, 63 sq.

15. *apud ignaros*, propter *quid trepidaretur*, ut passim *trepidare*, *tremere*, *horrere* cet. cum quarto casu more Græcorum. Cf. 22, 27, 5. Mox pro *in omen* Duker. et Drak. conj. *ut omen*, et Gron. *omen*, ut ap. Tac. Ann. 1, 28. At v. ad 4, 1, 6.

16. *per Apennini tramites*, cf. Cic. Phil. 12, 11.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXII.

1.)—1. *Jam ver adpetebat*, v. ad 5, *quum Hannibal ex hibernis movit*, it in Gallia Cisalpina, regressus iguribus. Cf. 21, 59. et Polyb.

scendere Apenninum, cf. 21, 58. 59. *li, quos prædæ* cet. cf. Polyb.

rent agerentque, v. ad 3, 37, 4. *ando nunc vestem, nunc tegumenta caure etiam* insidiantibus obfuso, vel externa specie, Gallos insidiJlente et in errorem ducente, *sese unierat*, defenderat, tutatus erat. b. 3, 78. *κατεσκευάσατο περιθέτας τρίχας, ἁρμοζούσας ταῖς κατὰ τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς τῶν ἡλικιῶν ἐπιπρεπείαις,* (capillamenta concinnavit, convenientia omnium ætatum formis, quæ insignem homini differentiam adferunt) *καὶ ταύταις ἐχρῆτο, συνεχῶς μετατιθέμενος· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας μετελάμβανε τὰς καθηκούσας ἀεὶ ταῖς περιθέταις. δι' ὧν οὐ μόνον τοῖς αἰφνιδίως ἰδοῦσι δύσγνωστος ἦν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν συνηθείᾳ γεγονόσι.*

6. *Idibus Martiis*, v. ad 21, 63, 1.

7. *quum de re publica retulisset*, v. ad 9, 8, 1.

8. *Magistratus id* (inperium auspicium-

[redacted]

quae) *a domo, publicis — concipere posse*, v. ad 21, 63, 10. et 12.

9. *prodigia ex pluribus locis nuntiata:* de quibus omnibus v. ad 1, 31, 1. Mox pro *autem* in MSS. *audes, audex, cudes, rudes*, et in quibusdam *sudes*, unde Jac. Gron. non male conj. *Sulcis*. *Sulci* antiqua et clarissima Sardiniæ urbs.

10. *circumeunti vigilias equiti:* nam id proprium fuit munus equitum; etsi nonnumquam illud obiere etiam tribuni. (v. 28, 24.) vel legati et dux ipse. Cf. 45, 37, 4. Sall. Jug. 45. Polyb. 6, 35. et Lips. de mil. Rom. 5, 9. qui etiam monet, *scipionem* vel fortuito equiti in manu fuisse et per tenebras ad fulcrum, vel signum aliquod imperii, ritu centurionum. Mox *tenuerit* suspicari possis. Observandum etiam est, in plerisque his prodigiis ignem et fulgorem fuisse; Str.

11. *scuta duo sanguine sudasse*, cf. 27, 4. Valer. Max. 1, 6, 5. et Plut. in Fabio pr. p. 174. ubi et alia, mox memorata, prodigia recenset, Livium sequutus auctorem. *sanguinem sudasse* omnes edd. ante Drak. non male; h. e. sudando emisisse. Præterea verba *sudare, flere, manare, pluere, stillare, rorare* et similia non tantum sexto, sed et doctius quarto casui junguntur. v. Heins. ad Ovid. Met. 6, 312. De ipso prodigio v. ad 1, 31, 1.

12. *Præneste ardentes lapides cælo cecidisse;* in uno MS. *lampades*, probb. Drak. et Str. Sed Plut. l. l. ita hæc vertit: *καὶ λίθους μὲν ἐκ τοῦ ἀέρος διαπύρους καὶ φλεγομένους φέρεσθαι.*

13. *Arpis parmas in cælo visas*, cf. Oros. 4, 15.

14. *aquas Cæretes sanguine m. f.* cf. ad 22, 36, 9. et Valer. Max. 1, 6, 5. — *fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis*, forte leg. *frontemque ipsam Herculis*, h. e. simulacri ejus, forsan magni in Capitolio, de quo v. 9, 44. Cf. ad Epit. Liv. L. n. 3. ubi *caput multis cicatricibus sparsum* dicitur.

15. *in Antiati* (v. ad 8, 12, 11.) *metentibus cruentas in corbem* (v. ad 2, 5, 5.) *spicas decidisse*, cf. 28, 11. Plut., Oros. et Valer. ll. ll. — *cælum findi* fulmine, ut *scindi, discedere*, (ap. Cic. Div. 1, 43.) *dividi, rumpi:* et quidem *cælum* nubilum, non serenum, quod lætum erat augurium prodigiumque. v. ad Sil. 1, 135. 535 sq.

16. *sortes sua sponte adtenuatas*, (v. ad 21, 62, 5.) *unamque excidisse*, (v. ad 21, 42, 2.) *ita scriptam* cet. sed Plut. l. l. tradit, *τοῦ ὑπὲρ Φαλερίους οὐρανοῦ ῥαγῆναι δόξαντος, ἐκπίπτειν καὶ διασπείρεσθαι πολλὰ γραμματεῖα, καὶ τούτων ἑνὶ γεγραμμένον φανῆναι κατὰ λέξιν* "*Ἄρης τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα σαλεύει.* Cf. ad 21, 62, 5. et Periz. anim. hist. c. 9. p. 380.

17. *signum Martis* in *Appia via* (cf. Cic. ad Quintum fr. 3, 7. et de via illa sup. ad 9, 29, 5.) *sudasse* (cf. not. 11.) *ad simulacra luporum*, ferarum Marti sacrarum (v. ad 10, 27, 7.) et forsan in galea ejus vel scuto expressarum.

18. *lunæque inter imbrem cadentis;* ut et Julius Obseq. tradit, *C. Lælio L. Domitio Coss. Vulsiniis novam lunam decidisse, et non nisi postera die hora tertia comparuisse.* Drak. malebat *lanæque i. i. cadentis*, Sigon. vero et Str. *lunæque i. i. candentis*, i. e. splendentis.

19. *consul* (Servilius) *de religione Patres consuluit*, de *procuratione* horum prodigiorum. Cf. ad 1, 20, 11.

20. *partim majoribus hostiis*, quæ non amplius crescunt, *partim lactentibus*, ut 27, 4. et 37, 3. — *supplicatio ad omnia pulvinaria*, v. ad 21, 62, 12.

21. *decemviri libros inspexissent*, v. ad 3, 10, 6.

22. *quemadmodum cordi esse* sibi (v. ad 6, 9, 1.) *Divi carminibus* Sibyllinis *præfarentur*, h. e. prædicerent, quo sensu in omnibus libris h. l. et ap. Catull. 64, 383 legitur illud verbum. *proferentur* emend. Gron., Drak. et Doer. putantes, hoc verbum, non illud, eo sensu dici. Quanta vero similitudo intercedit inter *præfari* et *prædicere?* Pro *Divi* ex MS. Rec. *Divis* recepit Str. In reliquis MSS. et in antt. edd. *divinis:* unde forsan leg. *Divi his*, vel cum Jac. Gron. *Divi suis* aut *iis carminibus*.

23. *Junoni Reginæ* et *Sospitæ*, v. Ind. et ad 8, 14, 4. Mox potius leg. *quantam;* Gron. — *lectisterniumque* (v. ad 5, 13, 5.) *fieret;* forte *facerent*.

24. *quin et libertinæ ut ipsæ* cet. h. e. immo ut adeo ipsæ libertinæ, (sed ita redundat *τὸ ipsæ*) vel: immo ut adeo lib. *ipsæ* i. e. sua sponte, ultro, vel potius (quoniam in illis explicationibus *τὸ ut* plane otiosum est, idque in superioribus non ita adhibitum) *quin et libertinæ, ut*, similiter ac *ipsæ* sc. matronæ *pecuniam conferrent:* nam *ipsæ* peculiariter de dominis matronisque ad famulitium relatis dicitur; Str. De *Feronia* v. ad 1, 30, 4.

25. *decemviri* (sacris faciundis) *Ardeæ in foro m. h. sacrificarunt;* hoc enim nonnumquam et iis locis factum, ubi nullum exstiterat prodigium; Sigon. Cf. 42, 20.

26. *Postremo Decembri jam mense* cet. regrediens ad superius tempus Noster narrat, quæ facta erant jam ante hæc prodigia procurata; Str. Mox voces *et eum* ex postremis forte literis verbi præc. *imperatum* natæ, saltem incommodæ et otiosæ; Gron. et Str. Cf. tamen ad 1, 19, 1.

27. *ac per Urbem Saturnalia* sc. adesse et nunc celebranda esse, h. e. lætitiæ ita indulgendum esse, ut Saturnalibus, *diem ac noctem*, die ac nocte, (vel potius: per totum *diem ac n.*) *clamatum* est; Doer. Cf. ad 21, 62, 1. et 30, 36, 5. *Io Saturnalia* conj. Burm. et *Saturnalia clamata* Gron. quod fir-

mari loco Macrob. Sat. 1, 10. monet Drak. Sic et dicitur Livio *triumphus nomine cieri* (45, 38.) et *clamari*; Ern.

28. *populusque eum diem* cet. v. ad 2, 21, 1.

CAP. 2.)—1. *habendoque delectu*, delectui. v. ad 4, 12, 8. *habendoque* MS. Ber. unus MS. et omnes edd. ante Gron. *Romæ distrahendoque* MSS. reliqui; unde *trahendoque* (h. e. producendo) reposuere Gron. et Drak. Sed Duk. et Stroth. recte monent, dilationem delectus neutiquam cadere in Servilium et tam periculosum tempus.

2. *propiorem viam per paludem* (forte *paludes*) *petit*, *qua* parte *fluvius* Etruriæ *Arnus*, ex Apennino ortus (hod. *Arno*) — *inundaverat* cet. cf. Polyb. 3, 78, 79. (quem locum Livius in toto hoc cap. transtulit pæne totidem verbis) et Strab. 5, 2, 9. p. 227. qui dicit, Hannibalem, e Gallia in Etruriam proficiscentem, non commodiorem viam petiisse per Umbriam et Ariminum, quod eam adcurata custodia teneri cognoverit, sed difficiliorem juxta Trasimenum lacum.

3. *Hispanos et Afros* (*id omne veterani erat robur exercitus*) cet. ita legitur nunc ex emend. Gron. at in edd. antt. *Hispanos et A. et omne quod veterani* cet. idque forte non spernendum, (vel, quia τὸ *quod* a MSS. abest, et *quod* et *erat* delendum) quoniam sic Livius ad verbum expressit Polyb. 3, 79 pr. nisi potius ibi καὶ est exegeticum: (v. sup. ad 2, 42, 7.) nam idem Polyb. mox solos memorat Hispanos et Afros, nec præter eos aliud erat *robur exercitus*.— — Mox *necubi* pro *nec alicubi*, ut c. 16. 28. 25, 33. 38, 49. et *necunde* pro *ne alicunde* c. 23. et 28, 1. Str.

4. *ut est mollis ad talia gens*, Galli. Sic et Polyb. l. l. Cf. ad 5, 44, 4. — *dilaberentur* ab signis s. ordinibus, (ut 23, 18 extr. et 37, 20.) furtim sparsimve secederent, vel declinarent de via retrocedendo, quod ap. Polyb. est ἀπονεύειν εἰς τοὔπίσω.— *Primi* Hispani et Afri, *qua* parte *modo præirent duces* cet.

5. *Galli neque sustinere se prolapsi, neque adsurgere*; cum Crever. forte leg. *neque sustinere se, neque prolapsi a.* v. ad 21, 35, 10.— — Mox *aut* pro *neque* ut sæpe post *neque* vel *nec*; et deinde *alii trahentes, alii morientes* sc. erant, pro: trahebant, moriebantur, de quo v. Davis. ad Cic. N. D. 4, 44. Doer.— — *vigiliæ conficiebant* Pœnos. Cf. ad 5, 10, 6.

6. *jumentorum itinere toto prostratorum acervi, tantum, quod exstaret* ex vel ab *aqua*, quantum eorum aquæ superemineret, *necessarium cubile dabant quærentibus* sc. illud: nam *cubile* bis intell., ad *quærentibus* et ad *dabant*; Str. Cf. Polyb. Non bene fluit oratio, et ante *jumentorum* desiderari videtur vel: alii incumbebant sarcinis in aquas cumulatis, alii acervis jumentorum; Duk.

7. *ex verna intemperie*, (ut mox *palustri cœlo*) ob eam. v. ad 3, 31, 1. — *elephanto, qui unus superfuerat*, (v. ad 21, 56, 4.) *vectus, quo*, ut eo *altius ab aqua exstaret*; alii *quod* pro *quo*.

8. *gravante caput*, graviter adficiente, vexante.

9. *altero oculo capitur*, v. ad 2, 36, 7. Cf. Polyb. l. l. Tac. Hist. 4. 13. Juven. 9, 157. Sil. 4, 749 sq. 762. et Nepot. Hann. 4. qui tamen tradit, eum postea numquam dextro oculo æque bene usum esse, et in transitu Apennini id factum.

CAP. 3.)—1. *quæ cognosse in rem erat*, v. ad 1, 27, 5. — *inquirendo exsequebatur*, v. ad 5, 15, 8. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 3, 80-82.

2. *Consul ferox ab consulatu priore* cet. (v. ad 21, 63, 3.) sc. *erat*, quod ex præc. periodo repetendum. — *non modo* non *legum* (v. ad 1, 40, 1.) *metuens*, v. ad 4, 9, 4.

3. *ferri agique videt res sociorum*, v. ad 3, 37, 4.

4. *ceteris omnibus in consilio* militari (v. ad 8, 6, 6.) *salutaria magis suadentibus quam speciosa* sc. dictu, quæ bene quidem sonarent et haberent, quod placeret, sed reapse vana et temeraria essent; Doer. Cf. Curt. 5, 1, 8. Sic *species* sæpe dicitur, quod videtur esse tale, quale non est. Cf. ad Tac. Ann. 3, 30, 7. Mox *effuse* pro *effusa* conj. Duk.

5. *Arretii ante mœnia sedeamus*, v. ad 7, 37, 4. — *vastando et urendo* pro *vastans et urens*, v. ad 1, 8, 4.

6. *sicut olim Camillum ab Vejis* cet. v. ad 9, 4, 7.

7. *equus repente corruit* — et *nuntiatur, signum convelli nequire*: eadem et alia quoque prodigia memorant Valer. Max. 1, 6, 6. Cic. de Div. 1, 35. Sil. 5, 59 sq. Flor. 2, 6. et Plut. in Fabio. De posteriori v. ad 1, 31, 1. — *fœdo omine incipiendæ rei*, statim ab initio rei; exhibente fœdum initium; Bauer.

8. *super quam quod dissenserant a consilio*, (cf. not. 4.) ut 27, 20. pro quo *præterquam quod* dicitur 24, 49. et 25, 41. et simpl. *præterquam* passim. v. ad 5, 14, 5. *Super* sæpe significat id. qd. *præter*; *quam* id. qd. *is, ea, id* per omnes casus ac genera; et *præterquam, super quam, insuper quam* (ut 23, 7, 3.) id. qd. *præter id* vel *ea*; Str. Cf. ad Tac. Ann. 4, 11, 1. Sic et *extra quam, qui* pro *præter eos, qui* 26, 34, 2. et *extra quam si* (Gr. ἐκτὸς εἰ μή, Germ. *ausgenommen wenn*) 38, 38. 39, 18.

9. *in vulgus milite læto*, universe, per omnem gregem, *durchgängig*; Bauer.— — *spem magis ipsam, quam causam spei* ejus et suæ, id quo spes niteretur. Rei optatæ et speratæ unice intenti non reputabant, an causam sperandi haberent; Doer.

[redacted]

Τηλικοῦτον γὰρ προενεβεβλήκει κατελπισμὸν τοῖς ὄχλοις consul, ὥστε πλείους εἶναι τῶν τὰ ὅπλα φερόντων τοὺς ἐκτὸς παρεπομένους τῆς ὠφελείας χάριν, κομίζοντας ἁλύσεις καὶ πέδας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην παρασκευήν, Polyb. 3, 82.

CAP. 4.)—1. *inter Cortonam urbem*, quæ etiam nunc ita dicitur, et Κυρτώνιος Polyb. l. l. sed Κόρτωνα Ptol. et aliis. — *Trasimenumque lacum* Etruriæ in agro Perusino, qui hod *il Lago di Perugia*, s. *di Passignano* et *di Castiglione* vocatur. Nomen varie scribitur, *Thrasumenus*, *Thrasymenus*, *Thrasimenus*, Θρασιμένη λίμνη, sed in plerisque et optimis libris Ταρσιμένη ap. Polyb.3, 82., *Tharsomenus*, (v. Quintil. I. O. 1, 5, 13. ibique Burm.) Τρασυμένη Strab. 5, 2, 9. p. 226, *Trasimenus*, et rectius forte *Trasumenus*. Similiter scribitur *Japydes*, *Japudes* et *Japides*, *Illyrii*, *Illurii* et *Illirii*, *Satyra*, *Satura*, et *Satira*, *inclytus*, *inclutus* et *inclitus*, *lacrymæ*, *lacrumæ* et *lacrimæ*. Nam veteres Romani Gr. *υ* ut Gall. *u*. pronuntiaruut, et docti Grammatici substitueruut *y*, indocti et medii ævi scriptores *i*.

2. *Et jam pervenerant* sc. Pœni: dicendum erat *pervenerat* sc. Hannibal, sed ita variare amat Livius, v. c. 22, 16 pr. 24, 22, 4. et 24 extr. 25, 21. et similis enallage numeri est ap. Didor. 15, 42. ὁ Νεκτανέβις ἐπυνθάνετο—κατεσκεύασαν—τοῦτο γὰρ ἀπετάφρευε Str.—*ad loca insidiis nata*,) v. ad 5, 37, 6.) *ubi maxime* cet. cf. Polyb. 3, 82, 83. et Sil. 5, 1 sq. *montes Trasimenus subit*, proxime ad eos adcedit, eos prope adluit, (ὑποῤῥεῖ ap. Strab. 15. p. 688. προσκλύζει ap. Diodor. 17. p. 607. quod monuit Freinsh. ad Curt. 7, 3, 19. 8, 11, 7.) ita ut inter radices montium et lacum perangusta tantum via sit; Duk.

3. *inde colles adsurgunt*, v. ad 25, 21, 3.

4. *Baliares ceteramque levem armaturam*, v. ad 21, 55, 2. — *inexplorato*, v. ad 1, 41, 10.

5. *ab tergo ac super caput decepere*, latuere, (ut al. fefellere eum, et passim *decipere*, Gr. λανθάνειν) *insidiæ*, ex emend. Lips. In Epist. Quæst. 5, 1. prob. Gron. Obss. 3, 20. In plerisque MSS. legitur *decepte* vel *deceptæ*, in quibusdam et in omnibus edd. autt. *detectæ*, h. e. tectæ, ut c. 28. *detegendis insidiis* pro *tegendis i.* in quamplurimis MSS. Sed alia desiderantur exempla. *haud detectæ i.* conj. Str.

6. *orta ex lacu nebula* (prospectum eripiens) in *campo* cet. cf. Sil. 5, 34 sq. et Polyb. 3, 85. Mox *ex pluribus collibus* pro vulg. *ex p. vallibus* cum Str. recepi ex verissima conjectura Lipsii in Epist. Quæst. 5, 1. (Cf. ad cap. 9. n. 2.) Nam non intellego, quomodo agmina in pluribus vallibus considentia inter se conspecta, aut ex iis decurrisse dici possint; Duk. Neque tamen, quod Doer. suadet, *eo* reponendum pro *eoque*, i. e. ideoque. (v. ad 1, 11, 6.) Verba *inter se satis conspecta* continent rationem illorum: *eoque magis pariter*; Livius autem variavit orationem, et verbo *decucurrerunt* junxit primo partic. *conspecta*, deinde adv. *pariter*.

7. *Romanus clamore undique orto prius, quam satis cerneret, se circumventum esse sensit*: ita forte τὸ *prius* transponendum, saltem verba eo ordine capienda, et ad *cerneret* subintell. *se circumveniri* vel *se circumventum esse*. Stroth conj. *quam hostes* aut *q. satis hostes cerneret*.

CAP. 5.)—1. *ut in trepida re*, v. ad 5, 11, 3. et 8, 30, 7. — *quacumque* parte. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 84.

2. *ad arma capienda et*, quod idem est, *aptanda pugnæ*. "Militi jam in acie tribuitur, scil. jam habenti, nempe manu capere arma, humero ante nixa, ut hastas, gladium stringere, pila prehendere et librare, rel." Bauer. — *competeret animus*, idoneus et par esset, subficeret, valeret. Cf. ad Tac. A. 3, 46, 1.

3. *ad gemitus vulnerum*, ob vulnera, (v. ad 1, 5, 5.) vel vulneratorum, (nisi ita leg.) vel potius: ad sonum vel ictuum, vel telorum, vulnera infligentium. Nam *gemitus* dicitur omnis sonus, (v. ad Sil. 1, 425. 5, 398. 15, 156. et Ovid. Met. 12, 487.) et *vulnus* vel ictus, quo, vel tela aliaque arma, quibus vulnera inferuntur. v. ad Sil. 1, 397. et 4, 387. Hinc forte *gravi* et *mortifero vulnere ictus* sup. 2, 47. et *vulneribus confodi* inf. 24, 7. Hinc quoque synon. h. l. junguntur *gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum*.

4. *non illa ordinata* pugna *per principes hastatosque ac triarios*, cf. 8, 8. Sed legendum videri *per hastatos principesque ac t.* jam monuit Duk. Cf. Lips. mil. Rom. 4, 1. Schel. ad Hygin. p. 1053. Salmas. mil. Rom. c. 4. — *nec ut pro signis*, ante signa, *antesignani*, hastati et principes, *post signa alia pugnaret acies*, sc. Triarii. v. ad 2, 20, 3. et 8, 8, 4.

5. *Fors conglobat* Romanos, ut ap. Sall. Jug. 97. al. 102. *Sors* male edd. ante Gron. qui et mox *dat* pro *dabat* in optimis MSS. legi monet. — *ante aut post* sc. signa.

6. *tantusque fuit ardor armorum*, v. ad 1, 30, 7.

7. *eum motum terræ* cet. qui non memoratur Polybio, sed tamen Cœlio ap. Cic. de div. 1, 35. Plin. 2, 84. s. 86. Oros. 4, 13. Sil. 5. 611 sq. Flor. 2, 6. et Plut. in Fabio. Cf. Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 259. — — *avertitque cursu rapidos* (id cum Str. recepi ex duobus optimis MSS. pro vulg. *rapido*) *amnes, mare fluminibus invexit*, ut ap. Cic. l. l. luculentius: *ut flumina in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerit*. Flumina decurrunt in mare: fit autem tremore terræ, ut mare interdum exundet, et aut retro agat flumina, quæ id refluum sentire non solent, aut, ubi adcessus recessusque ejus, altius solito adscendat; Gron.

.)—1. *infestiorque pugna est:* immo
s; Bauer. — *premi ac laborare,*
1, 1. — *Ducarium* non nisi Livius
, et ex eo Sil. 5, 644 sq. Polybius
llt, consulem a Gallis quibusdam
m. *Insuber eques, facie quoque*
et. v. ad 21, 63, 3.
victimam, hunc, sc. consulem, v.
0, 14.
s infesto venienti (v. ad 1, 13, 2. et
2.) *obviam objecerat:* durior con-
num in verbis *infesto venienti,* tum
ssmo *obviam objecerat:* neque enim
obviam venienti, quod de adgresso
ante dici solet; Bauer. *triarii ob-
s arcuere;* al. clipeis. Sed cf. 8, 8.
cf. Polyb. 3, 84.
perspicere præ caligine, ut forte 40,
vel adcurate, perspicue videre.
malebat Drak.
inata denique re, v. ad 3, 16, 4. et

conspectos procul inmitteretur eques
, — *sese abripuerunt* cet. Polybius
it, hæc sex millia Romanorum
relictis petiisse vicum quemdam
ibique a Maharbale circumsessos
m illam danti, dedidisse.
r cetera extrema fames: malim pæne
etera extrema, i. e. ultima, ἔσχατα,
, ἔτοπα, quam *super cetera* et *ex-
us;* Bauer.
ica religione (cf. ad 21, 4, 10.) *ser-
ab H. est, atque in vincula omnes con-*
dd. ante Gron. *conjecti,* recte for-
adversantur MSS. Insolentior est
sivo ad activum transitus, maxime
pula *atque* duo adjuncta unius sub-
gat; et tolerabilius esset, si copula
ta major distinctio post *est* pone-
f. ad 1, 4, 3. 2, 2, 2. 22, 20.) Str.
ro *atque;* Doer. Sed v. ad 2, 56,
a quoque excidisse, ut Thucydidi,
stro, possunt; Bauer.

7.)—1. *Quindecim millia Rom.* ut ap.
84. Cf. Appian. Hann. 10. Mox
sis itineribus in plerisque *adversis i.,*
isdam *aversis,* non male, ut sint
versa a via militari ac regia, *avia*
et secretiora per circuitus, non
on. Cf. ad 10, 2, 6.
le et quingenti hostium in acie periere,
partem Galli. Cf. Polyb. 3, 85.
is *utrimque* delendum: nam loqui-
e hostium separatim jactura, et
nanorum fuerit clades, jam ante
; Perizon. — *Multiplex cædes,*
artibus, aliquanto major, ut *mul-
dium* 4, 60. multo majus, *multipli-
em* 37, 54. multis partibus majus
liquoties tantum reddere, *vielmal
achen, als es ist,* et Gr. πολλαπλάσιος,
nitivo quoque jungitur; Bauer.
8, 1. — *haustum ex vano,* temere

credidisse, posuisse; Bauer. *ex vario* conj. Ern. Cf. Drak. ad h. l. et ad 29, 23.

3. *Fabium æqualem* — *potissimum auctorem habui,* sequutus sum; v. ad 1, 44, 5. et 2, 58, 1. — *captivorum* (qui plures erant XV millibus) *qui Latini nominis* (v. ad 1, 10, 2.) *essent* cet. cf. Polyb. 3, 85. qui eum his dixisse tradit, se non Italis, sed pro eorum libertate Romanis bellum intulisse.

4. *Flaminii corpus, magna cum cura inquisitum,* quæsitum, *non invenit,* cf. ad Sil. 5, 659 sq.

5. *obvios percunctantur,* forte *percunctabantur,* aut *sit* pro *esset;* Bauer. Cf. ad 1, 41, 3. — *turba in comitium* (v. ad 1, 36, 6.) *et curiam versa magistratus vocaret,* evocaret, ut indicarent, quid certi esset: nam magistratus id celare aut minuere cupiebant; Sanct. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 85. Plut. in Fabio p. 175. et Sil. 6, 552 sq.

6. *alius ab alio inpleti rumoribus* cet. v. ad 1, 41, 1.

7. *Quot casus,* quam varii casus, *exercitus victi* cet.

8. *Postero ac deinceps aliquot diebus,* v. ad 1, 21, 8.

9. *neque avelli, utique ab notis,* v. ad 2, 30, 1. Mox *degredientium* pro *digred.* reposuit Bauer. v. ad 21, 36, 4.

10. *Senatum prætores per dies aliquot* cet. nam senatum solum nihil commisisse, quod a dignitate sua abhorreret, dicit Polyb.

CAP. 8.)—1. *quatuor millia equitum cum C. Centenio* (al. *Centronio*) *proprætore missa* cet. cf. Appian. b. Hannib. 9. 11. (qui *octo millia* memorat, quæ potius cum *M. Centenio Penula* simili clade similique superbi ducis inscitia periisse tradunt Liv. 25, 19. et Oros. 4, 16.) Polyb. 3, 86. (qui alteram partem dicit occisam, reliquos vero vivos captos) Nep. Hann. 4. et Zonaras 8, 24. Centenius *homo privatus* dicitur Appiano (duos illos Centenios confundenti) *prætor* Nepoti et στρατηγὸς Zonaræ. *Proprætor* vocatur h. l. ut L. Scipio sup. 10, 25. quamquam neuter præturam gessisse usquam legitur: nam videntur inperatores sive consules eo nomine insignivisse legatos suos, quum iis inperium sc absentibus traderent; Str. Cf. Duker ad h. l. et 10, 25, 11. et 29, 6, 6.

2. *ab Servilio consule,* qui, de periculo conlegæ certior factus, constituerat cum eo se conjungere, et equites propere præmiserat. Ita Polyb. l. l.

3. *ut in adfecto corpore* (v. ad 5, 10, 6.) *causa,* morbus, *quamvis levis,* (v. ad 1, 4, 6.) *magis sentiretur, quam gravior in valido;* quod *in* culpa librariorum excidisse, jam suspicatus est Drak. *Causa* pro morbo, ut 30, 44, 4. et passim ap. Senec., Celsum et Veget., quod morbo excusari sæpe solemus. v. Vulp. et Heyne ad Tibull. 1, 8, 51.

t Gron. Obss. 3, 14. Sic et Gr. *περίστασις*, Str.

4. *nihil, quod adgravaret*, v. ad 4, 12, 3. — — *æstimandum esse* scil. *secum reputare* vel *reputabant*, quod in præc. *ducere* et *æstimare* latet. Cf. ad 2, 32, 6.

5. *et* (f. *sed*; Mur.) *quia et consul aberat* — *Prodictatorem* (dictatorem minus adcurate ap. Polyb. 3, 87.) *populus creavit Fabium*, cf. cap. 31 extr. et 4, 31.

6. *ad penates pro Urbe dimicandum esse*, cf. ad 2, 32, 6. *ad penates* ex emend. Gron. (v. ej. Obss. 4, 6.) In MSS. *ac penatibus*, et *ac cum penatibus*; in edd. autt. *ac tum pro penatibus*, et *ac cum Pœnis*, quod probabat Sigon.

CAP. 9.)—1. *sed* (etiam) *refertum præda*, v. ad 1, 40, 1.

2. *palustri via* (cf. cap. 2.) *prœlioque magis ad eventum* (v. ad 9, 16, 9.) *secundo, quam lævi*, parvo et cum paucis, *aut facili*, sine labore et difficultate feliciter conmittendo, *adfectus*, v. ad 5, 10, 6. *Ubi satis quietis* ad corpora reficienda *datum* est a duce militibus, *præda* cet. Hoc *quietis* recepi e conj. Gron. pro vulg. *ubi satis quieti datum* sc. temporis a militibus, vel duce: quod non improbabant Str. et Drak. Ille *τὸ gaudentibus* (sc. militibus) pro ablat. absol. adcipiebat; hic vero jungebat cum *profectus*, ut al. *magnis* (cum) copiis, vel *novo* (cum) *exercitu profectus* cet. Nihil horum Livio dignum: et Stroth. ad cap. 4. recte monuit, "malum esse criticorum morem, pro mero arbitrio unam quamdam conjecturam recipere, aliam longe probabiliorem ac magis necessariam negligere."

3. *Prætutianum Hadrianumque a.* cet. cf. Polyb. 3, 88. — *Arpos*, v. ad 9, 13. 3.

4. *ad Urbem iter intendit*, v. ad 4, 19, 1.

5. *Q. Fabius Maximus dictator iterum*: nam paulo ante hoc bellum jam dictator fuerat; sed vitio creatus dictatura se abdicarat: unde unam tantum dictaturam ipse memorat 28, 40, 6. v. Valer. Max. 1, 1, 5. et Pigh. Ann. ad a. 532 — *neglegentia*, v. ad 3, 20, 6.

6. *pervicit, ut, quod non ferme decernitur*, — *fatalibus libris*, v. ad 3, 10, 6.

7. *quod ejus belli causa votum Marti foret* sc. a C. Atilio Serrano. v. 21, 62 extr. unde conligere nolim, *τὸ Marti* h. l. delendum, vel cum Rubenio leg. *ante*.

8. *Jovi ludos magnos*, v. ad 2, 36, 1. — — *ædes Veneri Erycinæ* (v. ad 21, 10, 8.) *ac Menti*, cf. cap. 10. 23, 31. Ovid. Fast. 6, 241 sq. Augustin. C. D. 4, 21. Lactant. 1, 20. inpr. Cic. Leg. 2, 8.

9. *ver sacrum*, pecus, (quale? v. cap. 10.) proximo vere natum inter Cal. Mart. et pridie Cal. Majas (v. 34, 44. et Dodwell. de cyclis 10, 10. et adpend. præl. Camd. p. 758.) *vovendum* diis: quo ritu? v. cap. 10. Festus: *Magnis periculis adducti vovebant Itali, quæcumque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed quum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant.* Cf. Plut. Fab. p. 176. Hard. ad Plin. 2. s. 18. et Brisson. de form. 1, 96. Votum hoc ver sacrum non a M. Æmilio, cui negotium modo datum, ut videret, omnia, ex relatione decemvirorum paranda, mature fieri, sed ab alio prætore, de quo v. 33, 44. ut alia ab aliis, de quo v. Ind. et cap. 10. *M. Æmilium prætorem cum conlegis* vel *et conlegas ex* vel *de pontificum sententia* malebant Pigh. in Ann. ad a. 536. et Gron. Recte, si cap. 10 pr. vera est omnium pæne MSS. lectio *conlegis conlegio prætorum*, non, quod vett. edd. exhibent, *a conlegio pontificum*, vel, quod Lips. et Drak. malebant, quodque Gron. recepit quidem, nec tamen probavit, *e conlegium prætoris*. Cf. Duk. et Drak. ad 33, 44. Periz. anim. hist. c. 4. p. 163. Ceterum *M. Æmilium* Regillum (cf. c. 33. et 27, 33.) non alium fuisse putabat Sigon. quam eum, de quo v. 24, 7-9. et 29, 11. Cf. ad 27, 33, 4.

CAP. 10.)—1. *L. Cornelius Lentulus* Caudinus, cos. a. 515.

2. *datum, donum duit* (v. ad 10, 19, 10.) *populus Rom. Quir.* cet. cf. Gron. Obss. 4, 14. Hæc verba non ante, sed post parenthesin, etsi adversantibus MSS. et edd., posui suadentibus Stroth. et Bauero. Ille etiam bene monet, verba *datum* (substant.) et *donum* synonyma esse, ut ap. Cic. p. Cluent. 10, 24. al., et inciso distinguenda; in formulis autem sollemnibus synonyma plerumque cumulari, ut (*munus donum* et) mox *populus solutus, liber esto*, vel in tritissimo illo: *quod bonum, felix, faustumque ac salutare sit*, et al. v. ad 1, 32, 10. et Ernesti clav. Cic. v. *datum*. Cf. similis formula 36, 2. ubi tamen *dona data* sic dicuntur, ut *data* sit partic.

3. *quæque profana erunt*, non jam olim alicui Deo vota sacrataque; Str. Cf. n. 5. — *Jovi fieri* sc. sacra, ut mox *quod fieri oportebit* et sæpius *facere*. v. ad 10, 42, 9.

4. *Qui faciet, quando volet* cet. hoc non repugnat verbis præc. *ex qua die senatus populusque jusserit*, modo ne ante eum diem sacra faciant, quem senatus definiturus sit; ex hoc autem die cujusque arbitri relinquitur reliquum tempus: referri etia' possunt verba *ex qua die* ad ætatem pecudi Str. — *quaque lege*, formula, vel id. *quo modo*. v. ad 1, 26, 4.

5. *profanum esto*, ex vere sacro eximat ita habeatur, quasi non sacrum ac devo' diis fuerit; Str. Cf. n. 3.

6. *si quis rumpet*, violabit, perdet, rumpet, (ut passim in Digestis) *ne esto*, ne fraudi sit populo, ne quasi scelus habeatur; Str. Sic et paulo *scelus esto*, et mox *ne populo scelus esto*. *populus solutus, liber esto*. Ita passi

et scelus est ἄγος, noxa, nefas, cujus pœna vel in eum, qui illud committeret, vel etiam in posteros ejus totumque populum redundare credebatur. Cf. ad 3, 53, 4. et Mitscherl. ad Hor. Od. 1, 28, 30. 31. Mox clepsit et *cleptum* antiquum verbum, Gr. κλέπτειν, furari, vel obcultare. *neve cui cleptum erit*, non habeatur, ducatur pro subrepto, non habeatur eo loco, ac si furto ablatum foret; Bauer.

7. *si atro die faxit*, cf. ad 6, 1, 10. Mox *anteidea* vel *antidea* (al. *ante id ea*) antique pro *antea*, ut *antideo*, *antidhac* et *postidea* ap. Plaut. pro *anteeo*, *antehac* et *postea*. Sed particula *ac* transponenda videtur: *si antidea ac senatus p. i. fieri, faxit*; Str.

8. *ludi magni* (v. ad 2, 36, 1.) *voti æris gravis trecentis* cet. h. e. 10648 l imperial. 11⅓ gross. nostri argenti, si as libralis est æqualis 7⅔ grossis; Str. Cf. Gron. de pec. vet. 4, 2. Salmas. de usur. p. 574. Perizon. de ære gravi §. 18. 24. inpr. Kuster. in Clerici Bibliothéque choisie T. 24. P. 1. p. 119 sq.

9. *præterea bubus Jovi* cet. sc. sacrum fieri, votum; Str.

10. *quos in aliqua sua fortuna publicæ quoque contingebat cura*, qui, quum ipsi aliquem statum et rem haberent, ne et sua perderent, omnia stare cupiebant: nam illi maxime de re publica solliciti sunt, qui habent ipsi, quod salvum velint, (h. e. rem familiarem, ut c. 11. n. 7. liberos) *et publica prodendo tua nequidquam serves*, ut 26, 36. dicitur; Gron. *contingebat*, movebat, ad quos pertinebat; Ern. Cf. ad 34, 22, 4.

11. *Tum lectisternium — Cereri*; v. ad 5, 13, 5. In quovis lecto sunt duo numina, et quidem deus ac dea: in quibus jungendis ratio videtur habita et cognationis, amicitiæ amorisque, et similitudinis morum, vitæ ac symbolorum, simul etiam in Marte et Venere originis Romanorum, ab iis repetitæ. Conf. quæ docte de hac re disputantur im *Magazin für Schulen u. Schullehrer* T. 2. p. 189 sq.

12. *Veneri Erycinæ* et *Menti ædem*; v. ad c. 9. n. 8. — *T. Otacilius* Crassus *prætor vovit*, cf. 23, 31.

CAP. 11.)—1. *ut e re publica duceret*, v. ad 6, 22, 2. et 22, 39, 1. — *duas se legiones* cet. sed quatuor novas memorat Polyb. 3, 88. — *Tibur diem ad conveniendum edixit*, cf. ad c. 12. n. 1.

2. *ut, quibus oppida c. i. essent, uti conmigrarent*: sic passim *ut* iteratur. v. c. 28, 9, 7. 34, 56, 5. 36, 1, 3. 36, 3 extr. 38, 38, 13. 42, 21. 22. 28. 30. et sic *quum* 28, 40, 1. Pro *uti* Gron. malebat *ut hi* vel *ii* h. l. et 36, 3. Alii post *quoque* ponunt *uti*.

3. *via Flaminia*, omnium antiquissima, Roma per Etruriam Arimino tenus a C. Flaminio Nepote censore a. 534. ducta, (v. 23, 23.) et ab Augusto munita; (v. Suet. c. 30.) diversa ab ea, quam C. Flaminius consul a. 565. a Bononia perduxit Arretium. v. ad 39, 2, 4. Strabo 5, 1, 11. p. 217. al. 333. hunc facit auctorem alterius viæ. Cf. Bergierius de viis Rom. publ. 3, 21. et Duk. ad Epit. Liv. XX.

4. *viatorem misit*, v. ad 2, 56, 10. Idem tradit Plut. in Fab.

5. *vetustate* (ob eam) *jam prope oblitus ejus imperii*: nam post A. Atilium Calatinum a. 504. dictatores quidem fuerant, sed comitiorum habendorum, non rei gerendæ causa; Sigon.

6. *circa portum Cosanum*, (al. *Cosanum*) vel Herculis. *Cosa* vel *Cossa* et *Cosæ* opp. Etruriæ non longe a mari situm et ultra ostia Albiniæ fl. (h. Albegna) Cf. ind. et Strab. 5. p. 225. Heyne ad Virg. A. 10, 168. et Rutil. Itin. 1, 285 sq. ubi v. Wernsdorf. in P. L. M. Vol. 5.

7. *navalibus sociis*, v. ad 9, 38, 1. — *libertini etiam, quibus liberi essent*, qui igitur, quamvis non agrorum possessione, liberorum tamen caritate cum re publica conjuncti essent; Str. Cf. ad c. 10. n. 10. et Lips. mil. Rom. 1, 2.

8. *ætas militaris*, homines ætate militari, h. e. ea, qua arma ferre seu milites esse et possunt et debent, sc. ab anno ætatis XVII. ad XLVI. Cf. ad 3, 57, 5. 22, 57, 9. 25, 5, 4. Dodwell. præl. acad. p. 263. et Periz. ad Æliani var. hist. 6, 3. ubi ex 25, 5. recte conligit, juniores XVII annis lege prohibitos fuisse nomina dare, et, si dedissent, stipendia iis non processisse.

9. *in verba juraverant*, v. ad 2, 32, 1. — *alii, ut Urbi præsiderent*, v. ad 4, 10, 2. et 10, 17, 3.

CAP. 12.)—1. *quo* (sc. Tibur) *diem ad conveniendum* (ut convenirent) *edixerat novis militibus*, ut c. 11. 23, 31. 32. 28, 5. 31, 11. 35, 3. al. Cf. ad 31, 49, 5. *diem* ex edd. antt. et MS. Ber. revocavi. *die* plerique MSS. et edd. etiam Gron. et Drak. Sed non adsequor, quomodo hoc ratio sermonis Latini ferre possit, sive *quo* ad *Tibur* referatur, sive ad *die*; Duk. — *transversis limitibus in viam Latinam*, v. ad 2, 39, 3. — *ad hostem ducit*, ut mox *educeret in aciem*. v. ad 1, 23, 4.

2. *nisi in quantum necessitas cogeret*, (cf. not. 8.) *fortunæ se conmissurus*, cf. n. 9. et ad 1, 38, 2.

3. *haud procul Arpis*: immo *Æcis* ex Polyb. 3, 88 extr. substituendum; quod etiam Gron. suspicatum esse video. *Æcæ* opp. in confiniibus Apuliæ et Samnii. Cf. ad 23, 1, 1. 24, 20, 2. Wessel. ad Itin. Anton. et Hierosol. p. 116. 610. Holsten. ad Cluveri Ital. ant. p. 1202.

4. *increpans quidem* et palam hæc jactans abibat; *ceterum* secreto angebatur; Gron.

[redacted]

— *concessum propalam de virtute ac gloria esse*, v. ad 3, 60, 4. Post *concessum* omnes MSS. inserunt *quas*, vel *qui*, vel *quæ*, vel *quod:* at edd. ante Crev. *eis*, quod vel pro *sibi*, si ad Pœnos, vel pro *ab iis*, si ad Romanos referatur, positum monet Bauer. Aliam vocem, nescio quam, Livio reddendam esse, ex MSS. probabile fit.

5. *tacita cura* quoad *animum incensus;* fortius, quam *incessit*, quod malebant Mur. et Gron. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 89. 90.

6. *modo citato agmine;* Jac. Gron. conj. *tacito a.* ut 21, 45. quia mox *modo repente* sit idem. Sed junge *mox repente subsistebat.*— — *excipere degressum* (ex *locis altis*, per quæ Fabius agmen ducere solebat; quod tamen e seqq. demum, non ex præcedd. intellegitur) *in æquum*, v. ad 2, 4, 3. et 5, 38, 4. — *per loca alta* et obportuna, (παρὰ τὰς παρωρείας vel ἀκρωρείας, et τοὺς εὐκαίρους τόπους ap. Polyb. 3, 90. 92. 101.) quæ tutum præstabant eum ab equitatu Pœnorum.

7. *ut neque omitteret eum*, v. ad 3, 46, 7. Hinc Hannibal Fabium adpellare *pædagogum suum* solebat. v. Plut. Apophth. p. m. 195.

8. *Castris, nisi quantum usus necessario cogeret*, sc. egredi, quod tamquam contrarium τοῦ *tenebatur* ex hoc verbo intellegendum est, ut ap. Frontin. Strat. 2, 5, 31. *eam* regionem *infestari* sc. jussit, *ulteriorem vetuit adiri;* Str. Cf. ad 1, 33, 7. et 34, 3, 2. *quantum* pro *in quantum*, quoad, ut c. 57 pr. — *statio*, v. ad 2, 64, 9.

9. *Neque universo periculo summa rerum committebatur*, v. ad 1, 38, 2. et 3, 5, 6.— — *parva momenta levium certaminum*, causæ (ab initio) modicæ, eventus in tenui felices, ad majorum tamen omen valituræ; Bauer. Cf. ad 1, 47, 7. et 3, 27, 6.— —*finitimo receptu*, quum in propinquo esset, quo se reciperent exercitus; Doer. simul et loca alta ac tuta. *finitimo* ex emend. Lips. pro *finitimorum*. Similiter *tuto receptu* 23, 43, 4. et 28, 25, 6. et passim *receptus* pro receptaculo et loco, quo nos recipiamus, vel facultate nos aliquo in tutum recipiendi locum. Cf. ad 4, 57, 2. Possis etiam suspicari *finitimo tum* vel *cum receptu*.

10. *aut virtutis, aut fortunæ pænitere*, v. ad 2, 54, 16. "Vix est, quin hic lateat vitiosa structura quasi personalis verbi: *adsuefaciebant militem pænitere*, ut pœniteret: sed intell *ipsum*, aut bis *militem*, (ut, quum dicimus *arguit eum fecisse*, sane bis dictum intellegas *eum arguit, eum fecisse*) *pænitere virtutis*, eam inprobare, nimis tenuem habere," Bauer.

11. *qui nihil aliud, quam quod inpar* dictatori *erat inperio, moræ ad r. p. habebat*, quem nihil aliud a *re publica præcipitanda* remorabatur, quam quod dictatoris cedere debebat inperio; Doer. *remp. præcipitandam* sc. in summum periculum. v. ad Præf. Liv. n. 13. *quod inpar erat inperio* ex emend. Jac. Gron. In edd. autt. *quod non inperabat;* in plerisque MSS *quod inperabat inperio;* in Lov. 5. *quod non inpar erat inperio.* J. Fr. Gron. conj. quod *inperabat sub inperio*, et *quod parebat in inperio.* Ruben. et Bauer: *quod parebat inperio.*

12. *pro cunctatore segnem, pro cauto* (in omnibus fere MSS. *et cauto*, probb. Gron. et Drak., in quibusdam *et pro cauto*) *timidum, adfingens vicina virtutibus vitia, compellabat*, cf. c. 39. n. 12. et omnino Horat. Sat. 1, 3, 24 sq. inpr. 55 sq. *Compellabat*, adpellabat; vel increpabat, vituperabat, ut 34, 2, 5. Hinc et pro *adcusare* dicitur 43, 2. Cf. Duk. ad 34, 2, 8. intpp. Cic. Phil. 3, 7. et ad div. 8, 12. Burm. ad Suet. Cæs. 17.

13. *premendorumque superiorum arte, quæ pessima ars* cet. in omnibus MSS. *premendorum superiorum, quæ* cet. unde *premendoque superiorem, quæ* cet. recte, opinor conj. Gron. *Premere* h. l. deprimere, elevare, obtrectare alicujus laudes, gloriam et res gestas criminationibus callidis. Ei obponitur h. l. *extollere*, ut ap. Virg. A. 11, 401. 2. Sic et inf. c. 59. *nec premendo alium me extulisse velim.* De voc. *superiorum* hæc notavit Bauer: " Pæne, etsi vix Latine, pro excelsioribus, inlustrioribus, præpositis, dictum videtur; et sane hic potest, si solveris: qui *se* essent superiores. Nempe relate, ad Minucium, non simpl. aut per se, ut nos *die Obern;* quo sensu Latinis non dicatur: unde et addi solet *gradu, honore, dignitate, loco.* Apud Cic. Verr. 4, 20, 44. (*quum magistratum aut aliquem superiorem invitasset*) vel del. *aut*, (certe *aliquem superiorum* melius diceretur) vel notat, qui *ipso*, Calidio equite, esset honoratior, prior dignitate."

CAP. 13.)—1. *Hannibal ex Hirpinis*, ad quos ex Apulia vel Daunia pervenerat, *in Samnium transit*, transgressus Apenninum. Cf. Polyb. 3, 88. 90. — *Telesium urbem* Samnii, ad fines Campaniæ; h. Telese in regno Neapol.) sed ap. Polyb. 3, 90. πόλιν Οὐενουσίαν, (Venusiam, in Apulia vel ejus Lucaniæque confinibus) conrupte forsan, etsi Venusia, a *Benevento* nimis remota, a Strab. 5. p 250. Samnio adtribuitur, non Lucaniæ, ut lib. 6. p. 254.

2. *detrahere* altis locis *ad æquum certamen* in æquis s. planis locis, in planitie committendum. Cf. ad 10, 14, 6. et inf. ad cap. 12. n. 6. unde suspicari possis, voc. *certamen* esse delendum.

3. *qui ad Trasimenum capti* cet. cf. cap. 7.

4. *res major, quam auctores*, v. ad 1, 16, 7. — *alternis* vicibus; modo *fidentem*, modo *diffidentem*. Cf. ad 4, 53, 5. — *ut Campanos peteret*, in Campaniam proficisceretur.

5. *promissa rebus adfirmarent*, v. ad 1, 1, 9. Præc. *ut* ante *promissa* ponendum

putabat Gron. — *duci* viæ.

6. *Sed Punicum*, h. e. Punismus, Punica pronuntiatio, *abhorrens ab Latinorum nominum prolatione* cet., ut fere ap. Cic. p. Arch. 8. *Cordubæ natis poëtis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum;* Str. Gronovius, quem sequuti sunt Cler., Crev., Drak. et alii, post *abhorrens* inseruit *os*, et hæc notavit: "Punicum hoc os est ipsius Hannibalis jubentis Casinum duci, eamque vocem ita pronuntiando trahentis, ut *dux* viarum Casilinum nuncupari putaret; est enim proprium vitium Afrorum in pronuntiatione *Labdacismus, si pro uno L duo pronuntientur, ut Afri faciunt:* (v. Isidor. Orig. 1, 30.) sed definitio hæc nimis angusta; inmittitur enim et nonnullis naturali vitio, ubi prorsus non est." Idem Gron. delendum putabat vocem *prolatione*, quæ ab omnibus fere MSS abest, et τὸ *ab:* neque enim *abhorrere alicujus* durius videri, quam *alicujus fastidire, adspernari*, (ut 29, 34, 2. qui tamen locus perperam forte laudatur) *vereri*. Ceterum de tota hac re nihil ap. Polyb. et Appian. *Casinum* vero est opp. extremum Volscorum et Latii septemtrionalis trans Lirim; (h. Casino) et *Casilinum* in Campania mediterr., ubi nunc *Capua nova*, ad utramque ripam Vulturni, per mediam urbem fluentis. Cf. ad c. 14. n. 1. et ad c. 15. n. 4. — *ut adciperet, fecit*, cf. 30, 26 extr.

7. *in campum Stellatem*, v. ad 9, 44, 2.

8. *ad aquas Sinuessanas*, thermas salubres, de quibus, ut de *Sinuessa* opp., in finibus Latii adjecti et Campaniæ, trans Lirim, ad mare, v. ad Sil. 8, 527. et Tac. Ann. 12, 66. Strab. 5, 3, 6. p. 234. et Hard. ad Plin. 31, 2. s. 4.

9. *nec abnuebant* socii Rom., *quod unum vinculum fidei* est, *melioribus parere*, iis, quorum *justo et moderato regebantur inperio.* Vere et præclare: sed loquitur Romanus, qui civium suorum fidem, moderationem et æquitatem prædicare solet. Cf. 26, 24. Romanæ autem artis erat, parendi necessitati prætexere speciosum honestumque nomen *societatis*, et *socios* adpellare, (*verbo socios, re vera subjectos inperio et obnoxios habere*, 37, 53 pr.) qui, inperio eorum parentes, viros, arma, conmeatum, tributa mittere cogebantur: unde ortum sociale bellum, quum socii atque coloniæ æquo jure uti, Romani in eos dominari vellent. Hinc et *socios in ditione Romanorum esse* legimus 21, 60. 22, 20. 21. 41, 6 extr. cui loco conf. Polyb. 26, 7. 8. Multa præclare de hac re disputavit Heyne in Opusc. Acad. Vol. 3. p. 145 sq. et Vol. 4. p. 536 sq.

CAP. 14.)—1. *Ut vero ad Vulturnum flumen* Campaniæ maximum, (h. Voltorno, cujus ostio adjacet Vulturnus s. Vulturnum opp., h. Castello di Voltorno; de quo v. ad 25, 20, 1. et ad Sil. 8, 528.) *castra sunt posita* cet. cf. Polyb. 3, 92.

2. *per juga Massici montis* Campaniæ, qui vini generosissimi ferax est, (ut et *Falernus ager*, ad radices ejus, inter Cales et Sinuessam, situs) et orientalis pars continuorum montium, quorum pars obcidentalis Gaurus, et septemtr. Falernus dicitur. v. ad Sil. 7, 162 sq. — *Fabio ducente*, v. ad 1, 23, 4.

3. *tum prope de integro seditio ab duce seditionis adcensa*, sc. a Minucio, qui jam antea motus excitaverat seditiosis orationibus: (v. cap. 12 extr.) *quieverant enim*, turbis abstinuerant. v. Drak. ad 45, 37. In plerisque MSS. legitur *seditio ac de seditione adcensi, quidam fuerunt enim per paucos dies*, in edd. antt. *est orta seditio ac duces seditionis adcensi quidam: fuerat enim silentium per paucos dies.* Hinc Lips. conj. *seditio adcensa: quieti fuerant enim*, et Gron. *seditio ab duce altero est adcensa; quieverant enim perpaucos dies.* Hic tamen et Drak. edidere: *seditio adcensa: quieverant enim per paucos dies.* Quod nos reposuimus, ad veterum librorum lectiones propius adcedit, (nisi cum Lips. malis *quieti fuerant*) neque abhorret a more Livii, easdem voces sæpe repetentis. v. ad 1, 3, 8. *a duce seditionis* etiam Doer. conjecisse video. — *prohibendam populationibus Campaniam* "per hypallagen pro *populationes a Campania prohibendas:* sed enim et regio vel res aut homo, unde prohibeatur aliquid, et ipsa *prohibetur*, quasi porro habetur, retrahitur a re, quæ ab illa prohibeatur: regioni tamen minus congruerit. Similiter 1, 39. et 49. *prohibere aliquem servitio* et *sepultura* pro: servitium et sepulturam prohibere ab eo, non pati eum servire et sepeliri;" Bauer. Cf. ad 31, 25, 4.

4. *ut* (in MSS. et edd. antt. *ad*) *rem fruendam oculis*, tamquam rem jucundam visu; Gron. Cf. ad Sil. 12, 556. et Juvenal. 1, 49. 5, 153. 11, 171. — *ne civium quidem horum pudet nos*, non ipsorum, ut turpium, sed qua illos, quid censeant, quid dicant, *vor ihnen*, ut ap. Terent. Heautont. 2, 3. (2) 19. *patris me pudet*, non ut talis, ut pudendi, sed ob eum, qua eum, quod illi displiceam; Bauer.

5. *jam factam videamus*, ut mox *lenti spectemus*. v. ad 6, 18, 4. — *indignando*, indignantes, indignati, quum indignaremur: non per indignationem, nisi *indignari* h. l. est queri, verbis conqueri; Bauer. Cf. ad 1, 8, 4. — *non homines tantum, sed* etiam (cf. ad 1, 40, 1.) *fœdera et deos ciebamus*, conmemorabamus; Ern. Immo: clamore quasi et alta voce movebamus, inclamabamus et opem inplorabamus; ut nos dicimus: *in Bewegung setzen*. Cf. ad Juvenal. 13, 31.

6. *scandentem mœnia* (al. *tendentem ad mœnia*) *Romanæ coloniæ*, Sinuessæ, *Hannibalem lenti spectamus*, cf. ad 3, 67, 5. *Lenti spectare* proprie dicuntur, qui spectaculo non

[redacted]

concitantur in iram, ejusque indignitate non commoventur ad vindictæ cupiditatem: nam omnino *lentus* est tardus in sentiendo eo, quod iram, odium commovere potest; unde etiam *lentitudo* ita dicitur; Ern. Cf. ad Sil. 2. 489. et Tac. Ann. 3, 70, 3. Ern. clav. Cic. v. *lentitudo*.

7. *hic novus* (M. Furius) *Camillus*, *nobis*, a nobis vel in nostram salutem, *dictator unicus* (v. ad 1, 21, 3.) *in rebus adfectis* (v. ad 5, 10, 6.) *quæsitus*, cum amara irrisione dicta. Bauer sustulit comma post *Camillus*, ut jungantur *nobis recup. parat*, non *nobis quæsitus*, quod frigere arbitratur. *Hic novus Camillus* i. e. alter sospitator, quemadmodum ap. Cic. Verr. 5, 12. et Phil. 13, 11. *Hannibalis* nomen pro infestissimo inimico P. R. dicitur; Ern. Cf. ad Juvenal. 2, 40. et Ruhnken. ad Vellej. 2, 18.

8. *Hannibali ac Pœnis servaverint*, h. e. nos virtute sua servaverint, ut horum imperio subjiceremur.

9. *ex auctoritate Patrum jussuque populi*, v. ad 1, 17, 6.

10. *quum esset satis altum* ac tutum *Janiculum*, (v. ad 1, 33, 7.) *ubi sedens* cet. v. ad 7, 37, 4. — *in æquum*, v. ad 5, 38, 4.

11. *qua parte nunc busta Gallica sunt*, v. ad 5, 48, 3.

12. *Modo C. Lutatio — celeritas victoriam dedit* in bello Punico I. v. ad 21, 10, 8. *Modo* adhibetur de tempore, quod refertur ad vetustiora illa Camilli et Papirii; Str. sed etiam de satis longo tempore, ut h. l. XXVI annorum. v. ad Præf. Liv. n. 16.

13. *classem gravem commeatibus*, iis laborantem, cui non facile commeatus subministrari poterant; Doer. (Cf. ad 7, 37, 4.) Immo classem Punicam, commeatibus onustam, et ita, quasi onere, gravatam, vel, quod interpretationis causa adjicitur, *inpeditam suomet ipsam instrumento atque adparatu* belli, armis, commeatu cet. Nam Lutatius, etsi ventis adversis usus, satius tamen duxit, confligere cum classe Hannonis, commeatu onerata et ad certamen inhabili, quam exspectare, donec omnia, quorum nullus ad pugnam futurus esset usus, onera deposuisset, et milites tirones cum veterano Hamilcaris exercitu commutasset: eaque præcipua victoriæ causa fuit. v. Polyb. 1, 60. 61. et cf. inf. 30, 10. pr. — *obpressit* Pœnos, talia non metuentes. Cf. Polyb. l. l. — *sedendo*, v. ad 7, 37, 4. Mox forte leg. *armari copias oportet: deducendæ* (sunt) *in æquum*. (Cf. ad 5, 38, 4.

14. *segnibus consiliis*, MSS. plerique *sensibus consiliisque*.

15. *si militaris subfragii res esset*, (cf. ad 3, 51, 3.) *haud dubie ferebant*, (v. ad 4, 45, 5.) *Minucium Fabio duci* se *prælaturos*, forte *ducem*, judice etiam Gron.

CAP. 15.)—1. *Fabius pariter in suos haud minus quam in hostes intentus*: τὸ *pariter* videtur glossa esse, vel leg. *per iter*, ut *per ludos* et al., de quibus v. ad 2, 18, 1. Jac. Gron. conj. *acriter*, et Bauer *pari tenore*, i. e. constans sibi, ut cœperat, civibus eumdem se nunc, quem hostibus præbuerat, præbendo. Sed illud frigere videtur; hoc minus placet, quia mox sequitur *eodem consiliorum tenore*.

2. *prius ab illis*. h. e. *suis* civibus eorumque calumniis. *ab utrisque* conj. Gron. et *fabulis* (rumoribus) Ruben. Elect. 2, 6.

3. *æstatis reliquum* tempus *extraxit*, (v. ad 4, 43, 6.) ita *ut Hannibal* cet. — *quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ*, in præsens quidem, sed non in futurum tempus rerum necessariarum subpeditabat copiam: fuerunt enim ibi *arbusta* cet. Doer. Regio copiam habebat, præbebat; ea erat, quæ copiam præberet; Bauer. Cf. ad 3, 62, 5.

4. *Calliculam montem*, (qui Falernum agrum a septemtrione claudit, et supra quem est campus Stellatis) *et Casilinum*, *Vulturno fl. diremtum*, (v. ad c. 13. n. 6.) *occupat modicis præsidiis* 4000 hominum. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 92. 93. — *ipse jugis iisdem exercitum reducit*, considens in colle, qui iisdem angustiis ab introitu imminet. Ita Polyb. l. l.

5. *avertisset hostem*, v. ad 3, 63, 1.— — *quinque millia*, v. ad 9, 24, 2. — *Cales*, v. ad 8, 16, 1.

6. *saltum*, *qui super Tarracinam* s. Anxur, (v. ad 4, 59, 2.) *in arctas coactus fauces*, (v. ad 32, 2, 4.) *imminet mari*, (v. ad 3, 51, 3.) ille, de quo cf. 7, 39, 3. vel lucus Feroniæ, qui in hac maris ora est, et de quo v. Heyne ad Virg. A. 7, 799.

7. *immunito Appiæ limite*, v. ad 2, 39, 3. et 9, 29, 5. In optimis MSS. *ne admissise Pœnus Appiæ limite:* unde Gron. ingeniose conj. *ne ab Sinuessa Pœnus Appiæ limite* cet. Cf. cap. 14 pr. et inpr. Strab. 5, 3, 6. et 9. p. 233. et 237. — *duo inde millia*, v. ad 9, 24, 2.

CAP. 16.)—1. *haud dubie æquiore loco*, Romanis magis commodo; Str. Cf. 25, 13. extr. et ad Sil. 2, 5. 364. 3, 2.

2. *subcessit tamen Pœnus — atque pugnavere*, v. ad cap. 4. n. 2. — *cum expeditis equitibus*, v. ad 5, 16, 2. *expeditis equitibusque* rectius forte optimi MSS. prob. Str. Cf. Drak. et ad 34, 28, 2. — *ad lacessendum hostem carptim*, v. ad 3, 5, 1.

3. *via ad Casilinum obsessa* cet. Cf. Polyb. 3, 92. 93.

4. *inter Formiana saxa* (*Formianum montem* dixit 39, 44.), ad Formias, opp. Latii in finibus Campaniæ et intimo Formiani s. Cajetani sinus recessu, ubi hod. *Mola* est in Terra di Lavoro; *ac Literni arenas*, prope *Liternum*, (nam ita, non *Linternum*, dicitur Græcis et in optimis codd. Livii aliorumque) opp. Campaniæ, ad ostium Literni s. Clanii fl., qui exundatione frequenti pa-

ludes et stagna facit. v. ad Sil. 6, 654. et 7, 272 sq. ubi eadem res memoratur.

5. *jugum Calliculæ*, v. ad c. 15. n. 4.— — *necubi*, v. ad c. 2. n. 3.

6. *Faces undique ex agris conlectæ* cet. cf. ad hæc et cap. seq. Polyb. 3, 93. 94. Appian. 7, 14. 15. et ad Sil. 7, 310 sq. *domitos boves*, qui ἐργάται βοῦς dicuntur Polyb.

CAP. 17.)—1. *calorque jam ad vivum corpus adveniens*, ad vivam carnem, quæ vitam quasi et sensum habet. Verba *ad imaque cornuum* glossam sapere monet Doer. Quid? si *adveniens* est glossema, et leg. *ad vivum inclinans imaque cornuum?* In MSS. fere omnibus est *ad vivum divatimaque c. a.*, unde *ad vivum citimaque c. a.* conj. Gron.

2. *capitumque irrita quassatio*, dum frustra excutere ignem moliuntur, (cf. Sil. 7, 353.) vel *cita quassatio* exsculpsere Gronovii e monstris lectionum, quas MSS. exhibent.

3. *præsidio excessere*, stationem, ubi in præsidio locati fuerant, reliquerunt; Doer. — *spirantium* boum.

4. *nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit*, in eodem quasi statu tenuit, ita ut neutri pugnam inciperent. Cf. Polyb. 3, 94.

CAP. 18.)—1. *numero aliquantum præstabant*, v. ad 2, 39, 1. — *pervenisset*, forte *supervenisset*; Gron.

2. *ea adsuetior montibus* cet. v. ad 21, 57, 6.

3. *campestrem hostem*, Romanos, *graves armis*, qui in campo aperto, non in montibus rupibusque pugnare solebant. — *statariumque*, v. ad 9, 19, 2.

4. *Fabius medius* (al. *mediis*) *inter hostium agmen u. R. jugis, ducebat*, v. ad 1, 23, 4. et 2, 50, 11. — *nec abstinens*, recedens ab hoste.

5. *Geronium pervenit*, Apuliæ urbem: (*castellum Apuliæ inops* dicitur c. 39.) nam ibi et Luceriæ magnam frumenti copiam esse audiverat. Cf. Schweigh. ad Polyb. 3, 100. et Appian. b. Hannib. 15. Hic illam urbem adpellat Γερουνίαν, ille rectius forsan Γερούνιον, alii Γερηνίον vel Γερυνίαν. v. Steph. Byz. et Cluver. It. ant p. 1213. *Gerionem*, *Geryonem*, *Gerionum*, *Gerenum* al.

6. *in Larinate agro*, prope *Larinum*, (h. Larino) Frentanorum opp. quod Plinius 3, 11. et Mela 2, 4. Daunis Apulis adtribuit. Cf. ad Sil. 8, 402.

7. *sacrorum causa Romam revocatus* cet. cf. Polyb. 3, 94. et ad Sil. 7, 383 sq. De *sacris his* v. ad 4, 2, 6.

8. *extracta prope æstate*, v. ad 4, 43, 6. *sancta* al.

CAP. 19.)—1. *Hasdrubal ad eum navium numerum, quem a fratre instructum* (v. ad 6, 5, 3. et 9, 40, 12.) *paratumque adceperat*, cf. 21, 22. — *quadraginta navium classem Himilconi tradidit*, forte *Hamilcari* e Polyb. 3, 95. nisi hic ex Livio corrigendus. Cf. ad cap. 19-22. Polyb. 3, 95-99. Mox forte leg. *Carthagine* (nova) *profectus naves prope terram, exercitum* (pedestrem) *in litore ducebat*, vel *navibus prope terram exercitum et in litore d.* Ταῖς μὲν ναυσὶ παρὰ τὴν χέρσον ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, τοῖς δὲ πεζοῖς τὴν πορείαν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, Polyb. — *movisse*, v. ad 2, 3, 2.

2. *primo idem consilii fuit*, sc. confligendi cum hoste.

3. *delecto milite ad naves* (v. ad 7, 5, 4.) *inposito* sc. navibus. λαβὼν ἐκ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ἐπιβατικὴν χρείαν, Polyb. 3, 95.

4. *duæ Massiliensium speculatoriæ* naves, minores, sine rostris, et celerrimo instructæ remigio, quæ præmittuntur, ut consilia hostium speculentur, explorent, κατασκεψομέναι ναῦς ταχυπλοούσαι, vel ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν ἐκπεμφθεῖσαι, Polyb. Cf. 30, 10. 35, 26. 36, 41. 36, 42 extr. Schæffer. de mil. nav. 2, 2. p. 72. Eædem Græcis dicuntur ὑπηρετικὰ sc. πλοῖα, (minora navigia, quæ majoribus ad quævis ministeria præsto sunt; v. Schweigh. ad Polyb. T. 5. p. 40.) Romanis *leviores* et *apertæ* s. *aphractæ*, quæ mercibus potissimum deportandis inserviunt, (v. 31, 22. et 32, 21.) quibusque obponuntur naves *tectæ* et *constratæ* seu *cataphractæ*, quæ tabulatis, καταστρώμασι, (v. Thucyd. 7, 40.) *tegebantur*, ut stare in illis propugnatores telaque tuto in hostem mittere possent. Cf. 31, 46. 32, 16. 21. 35, 46. Schæffer. de re nav. 2, 2. et 5. et ad Tac. Ann. 2, 6, 5. De *Massiliensibus* v. ad 21, 20, 4.

5. *aperientibus classem promontoriis*, ostendentibus, manifestam facientibus, ut 3, 15. 22, 6. 26, 17. 29, 27. 32, 14. 44, 28. h. e. classe ex iis conspecta.

6. *resolutis oris in ancoras evehuntur*, contra ancoras nondum levatas navemque tenentes. Naves duplici vinculo tenebantur, *ancoralibus* ad ancoras adligata prora, puppi vero *oris*, i. e. rudentibus, ad retinacula, quæ erant in portu seu litore: statuebantur enim plerumque ita naves, ut, puppi in litus versa, prora altum spectaret; Str. Cf. Gron. Obss. 4, 26. — *ne quid teneat, ancoralia incidunt*, v. ad 2, 63, 3. et 37, 30, 7. Mox *raptimque omnia ac præpropere*, ut *ferociter omnia ac præpropere* leg. cum Gron. nisi *præpropere* est glossa τοῦ *raptim*. Cf. ad 25, 15, 6.

7. *militum adparatu*, militibus arma aptantibus.

8. *quum adversi* (cf. ad 21, 28, 4.) *amnis os*, (supra *ostium Iberi amnis* dixerat) *lato agmine* cet. ex emend. Gron. Obss. 4, 26. — *instructam per litus aciem*, cf. princ. cap.

CAP. 20.)—1. *terra hostium erat*, v. ad 21, 30, 5.

2. *aciem toto prætentam in litore*, v. ad 10,

[redacted]

2, 3. Mox *τὸ non* ante *aut perfregerant* delendum, aut ante *perfregerant* ponendum putabat Perizon.

3. *proras litore inlisas*, forte *litori*.

4. *religatas puppibus in altum*, mare, *extraxere* naves; cf. Polyb. 3, 96, 6. Thucyd. 1, 50. et Lips. ad Plin. Pan. 82. — *ad XXV naves ex XL cepere;* MSS. et edd. antt. *ex XXX*. Sed cf. c. 19 pr.

5. *ad Honoscam*, quam urbem, non aliis memoratam, in Tarrac. Hispania inter Carthaginem novam et Iberum sitam fuisse putant. In MSS. et antt. edd. *onusam, onustam, honustam. Ophiusam*, aut potius *Oscam* conj. J. Fr. Gron. et *itaque Etovissam* (oppidum, inter Iberum et Carthaginem novam situm) rectius, opinor, Jac. Gron. conl. 21, 22. — *Carthaginem* novam.

6. *tecta quoque conjuncta muro*, vicina. Alii *juncta*, prob. Gron., et *injuncta*. v. ad 1, 41, 8.

7. *ad Longunticam*, urbem non aliunde notam. — *ubi vis magna sparti* cet. quod *spartum* Græcis dicitur frutex, inpr. genista, at Romanis juncus Hispanicus, cujus maxima erat copia in campis Carthagini novæ vicinis; unde ea quoque *Spartaria* et Σπαρταγενὴς dicta. v. ad Sil. 3, 368. loca class. Plin. 19, 2. s. 7. et 24, 9. s. 40. (ad quæ cf. Hard.) Salmas. ad Solin. p. 189 sq. al. 261 sq. Intpp. Gell. 17, 3, Antonini Itin. p. 401. Justin. 44, 1. Mel. 2, 6. et Varr. R. R. 1, 23, 6. — *quod satis in usum fuit, sublato* pro: *eo, quod* cet. Cf. ad 24, 1, 7.

8. *Nec continentis modo* terræ *projectas oras*, ut *in altum excurrentes* 26, 42. 36, 15. 37, 31. 44, 11. *in altum* s. *mare prominentes* 37, 23. 38, 59. vel *eminentes* 44, 11. *procurrentes* cet. *Projecta* loca et res plerumque dicuntur, quæ vel in altum eminent, vel longe lateque extenduntur, ut *porrecta*. Notanda h. l. variatio subjecti in verbis *prætervecta* (sc. classis) — *transmissum* et *versi*. v. ad 2, 56, 1.

9. *sed* (etiam; v. ad 1, 40, 1.) *in Ebusum insulam*, v. ad 28, 37, 4. Mox displicet *τὸ ubi* duplici sensu positum, primum de loco, deinde pro *postquam*.

10. *qui Iberum incolunt*, ut *ναίειν ποταμὸν* pro *παρὰ ποτ*. Doer. *adcolunt* vel *cis Iberum incolunt* conj. Gron.

11. *ditionis imperiique Rom. facti sunt*, cf. ad 21, 30, 5. — *populi* non gentes, sed singulorum oppidorum incolæ; Doer.

12. *ad saltum Castulonensem*, cf. ad 21, 11, 9. et Cic. ad Div. 10, 31. Ex eo descendit Bætis fl. et in eo fuere argenti metalla. v. Strab. 3. p. 148. et Polyb. 10, 38.

CAP. 21.)—1. *fuissetque per Pœnum*, v. ad 5, 12, 6.

2. *Mandonius Indibilisque* (Ἀνδοβάλης ap. Polyb.) fratres et *Ilergetum* (v. ad 21, 23, 1.) reguli. Cf. Ind. et Polyb. 1, 75. 3, 35. 3, 76. 9, 11. 10, 14. 10, 18. 10, 35. 11, 29. et ad hh. ll. Schweigh. — *ab saltu* Castulonensi.

3. *tribunus militum cum auxiliis missi*, v. ad 21, 60, 5.

4. *ut tumultuariam manum*, v. ad 1, 37, 4. 8, 30, 7.

5. *Castra Punica in agro Ilercaonensium* (*Ilergaonum ap.* Plin. 3, 3. et *Illurgavonensium* ap. Cæs. b. civ. 1, 60.) inter Edetanos et Iberum in ora. — *castra Rom. ad novum classem:* immo *ad Novam Classem*, aut forsan *Classicam:* certe *Classica* erat opp. Narbonensis provinciæ, (propr. Forum Julium, ita forte adpellatum, quia navale fuit classis Augusti; v. Strab. 4, 1, 9. p. 184. et Plin. 3, 4. s. 5. ibique Hard.) et urbem intellegendam esse patet, etsi verum nomen ignoratur; Str. Nihil de iis, quæ hoc cap. traduntur, sed alia ap. Polyb. 3, 96. Mox *miserant* Gron. adjecit e cod. Put. Illud omitti posse putabat Str. et referri ad illud locutionis genus, de quo v. ad 1, 33, 7.

CAP. 22.)—1. *P. Scipio in provinciam venit* cet. cf. 21, 17. 26. 32. et Polyb. 3, 97.— — *cum viginti longis navibus* e duobus MSS. et Polybio recepi pro *cum triginta l. n.* De *navibus longis* et *onerariis* v. ad 21, 17, 5.

2. *portum Tarraconis* (quod caput fuit Hispaniæ Tarrac. in ora Cataloniæ, h. Tarragona; v. ad Sil. 3, 369.) *ex alto tenuit*, v. ad 1, 1, 8.

3. *Abelux erat Sagunti nobilis Hispanus:* non, ut in antt. edd. *Abelox*, sed rectius forte *Abelyx* aut *Abilyx*. Ἀβίλυξ ap. Polyb. 3, 98. 99. Mox *jam* pro *tum* conj. Doer.

4. *infame corpus* pro homine, ut σῶμα.

5. *quæ fortuna potestatis ejus poterat facere*, v. ad 3, 62, 5. — De *Bostare* v. Polyb. l. l.

6. *ut aditum ea parte intercluderet Romanis:* ita pro vulg. *ex portu* MSS. Pet. et Cantabr. (*ex parte* Flor. et duo Hearnii) quos sequutus sum, suadente Jac. Gron. qui bene monet, Sagunto, passus mille a mari sitæ, (cf. 21, 7. pr.) non fuisse portum, certe eum nusquam memorari. Cf. ad 23, 47, 2.

7. *monet, quo statu sit res*, v. ad 3, 68, 1.

8. *novas volentibus res*, v. ad 1, 52, 1. et 21, 39, 4.

9. *quos metus non teneat*, Hispanos, qui a Pœnis non amplius metu teneantur in fide; ut paulo ante *metum continuisse animos* sc. in fide s. officio. Cf. ad 7, 25, 3. 26, 38, 1. 29, 36, 6. 30, 20, 1. 35, 23, 1. 39, 28, 1. Similiter *continere disciplinam* 39, 1. pro operam dare, ne degeneret et in pejus mutetur; Drak.

10. *quorum maximum nomen*, fama, dignitas, ut ὄνομα.

11. *Homini, non ad* (πρὸς) *cetera Punica ingenia callido*, si iis conparetur; ut *quid ad*

primum c nsulatum Scipioni secundus 34, 53, 4. abii ad Persium et Calum ap. Cic. Or. 2, 6. Leg. 1, 2. — *ab iis ad Scipionem perductus*, forte *Scipiones*, ut ap. Polyb. 3, 99. πρὸς τοὺς στρατηγούς.

12. *acta per eumdem ordinem, quo si — agerentur*, in plerisque MSS. et edd. aut *quasi agerentur*. Sed bene emend. Str. *acta per eumdem* (Abelucem) *ordine, quo* sc. acta fuerint, *si C. n. res* (ita unus MS.) ageretur.

13. *Major aliquanto* (v. ad 2, 39, 1.) *Romanorum gratia fuit in re pari*, una eademque; multo majorem gratiam sibi conciliarunt Romani, quam Pœni sibi fuissent conciliaturi; Doer. — Mox *illos* pro *hos*. v. ad 3, 72, 3.

14. *ab re clementi liberalique initium fecerat*: cf. Polyb. 3, 99. ubi tradit, obsides in suam quemque patriam restitutos esse, et Abelucem, tum clementiam et magnanimitatem Romanorum, tum diffidens et atrox Pœnorum ingenium, suumque exemplum ob oculos omnibus ponendo, multos Hispanos ad amicitiam Romanorum amplectendam incitasse. Livius paulo obscurior est.

15. *defectionem omnes spectare*, v. ad 1, 9, 3.

CAP. 23.)—1. *eum* (v. ad 2, 29, 6.) *militiæ magistrum*, ducem belli, ut *magister equitum et peditum*. — *inter cives, armatos pariter togatosque*, v. ad 3, 50, 1. — *utique*, v. ad 2, 30, 1.

2. *læto verius dixerim quam prospero eventu*: nam res felicius cesserat, quam exspectari potuerat a temeritate Minucii; sed *eventus* non proprie dici poterat *prosper*, quia, ut cap. seq. narratur, *parem prope cladem Romani experti fuerant*; Doer.

3. *ab uno eo* (dictatoris agro) *ferrum ignemque et vim abstineri*, arceri, prohiberi, (v. ad 1, 1, 1. et 2, 22, 3.) *jussit*, cf. Plut. in Fabio, Frontin. 1, 8, 2. et Sil. 7, 260 sq.

4. *quæ pars plus reciperet* sc. captivorum.— — *argenti pondo bina et selibras*, libras dimidiatas. CCL. δραχμὰς ap. Plut. Fab. p. 178. Si argenti libra æqualis est minæ Græcorum, valebit paullum supra 21 thaleros; Str. Ceterum de hac summa Hannibal, captivis abundans, aliquid remisit post victoriam ad Cannas, si Gellio 7, 18. fides habenda, qui tradit, eum *argenti pondo libram et selibram* pactum esse; sed auxit pretium teste Liv. inf. cap. 58. si *nummus quadrigatus* fuit denarius vel drachma. — *in militem præstaret* pro quovis milite solveret, ut *stipendium præstare* 5, 32.

5. *Ducentos quadraginta septem*, CCXL ap. Plut. l. l.

6. *sæpe jactata in senatu re*, v. ad 3. 10, 2.

7. *inviolatum ab hoste agrum*, cf. not. 3.

8. *pro Gerunii mœnibus* v. ad c. 18. n. 5.

9. *in usum horreorum pauca reliquerat tecta*; Polyb. 3, 100. τοὺς μὲν οἰκήτορας κατέφθειρε, τὰς δὲ πλείστας οἰκίας ἀκεραίους διεφύλαξε καὶ τὰ τείχη, βουλόμενος ... λίοις χρήσασθαι πρὸς τὴν παραχειμ... — *necunde*, v. ad c. 2. n. 3.

CAP. 24.)—1. *in agro Larinati* c... c. 18. n. 6. et cf. Polyb. 3, 101. ... *ante dictum est* sup. c. 18.

2. *in planum deferuntur*, cf. ad 5, ... et 21, 32, 7. — *consilia calida* (ut al... *vida*) temeraria ac periculosa, quæ ... iniri solent ab iis. qui calidioris in... (et juventutis) impetu se abripi patiun... Doer. Cf. ad Sil. 7, 34. 15, 337. inf. a... 32, 7. et Wakefield. del. Tragœd. T... p. 401. T. 2. p. 359. ubi Gr. θερμὸς, θερμ... γὸς cet. eodem sensu dici monet.

3. *quod minime quis crederet* sc. exercit... tam valde imminutum, tertia parte dimi... quum hostis in propinquo esset; Str. C... diderim potius, hæc verba glossatori trib... enda, et Livii mentem esse hanc: *I*... *autem, quum hostis propius esset*, non, ut a... tea, duas exercitus partes frumentatu... misit, (v. cap. 23 extr.) sed *tertiam* tantu... *partem* cet.

4. *propius hostem*, v. ad 2, 48, 5. — *du*... *ferme millia*, v. ad 9, 24, 2. — *in tumulum* ... *hosti conspectum*, v. ad 2, 5, 8.

5. *nocte clam missi Numidæ ceperunt*: delendum τὸ *ceperunt*; Gron. Περὶ δισχιλίους τῶν λογχοφόρων missos dicit Polyb. 3, 101.

6. *postero die quum ejecissent*: immo *dejecissent*; Gron.

7. *aversa castra a castris H.* v. ad 3, 5, 3. et 5, 29, 1.

8. *equitatus cum levi armatura* cet. et gravem armaturam in aciem eductam tradit Polyb. 3, 102.

9. *pars exercitus aberat* frumentatum dimissa, quod tertium inculcari vix crediderim; Str. *jamque artibus Fabii, dum pars e. aberat, ferme sedendo* cet. conj. idem et Gron.

10. *sedendo et cunctando*, v. ad 7, 37, 4.

11. *quidam auctores sunt*, (v. ad 2, 58, 1.) v. c. Polyb., qui tamen de *Num. Decimii interventu* (ut 10, 19.) nihil tradit. — *Boviani*, v. ad 9, 28, 1. Mox *equites ducentos adducentem* edd. antt. sed *equites adducentem* MSS. plerique; unde *equites ad D ducentem* edidere VV. DD.

12. *quinque* (millia) *admodum Romanorum*, v. ad 21, 36, 3.

CAP. 25.)—1. *ut vera omnia essent*, v. ad 2, 38, 3. Est vero asyndeton elegans, nec opus, *et* addere ante *ut*; Gron.

2. *M. Metilius*, non *Metellus*. Cf. Plut. Fab. p. 178.

3. *id enim ferendum esse negat*, v. ad 3, 39, 8. « Ob sequens voc. *ferendum* post *enim* videtur omissum *vero*, aut ab ipso Livio, aut a librariis. *Obstare rei* a) non credendo veram, b) minuenda ejus magnitudine, c.) prohibendo ejus honore, q^s. efficere

[redacted]

velle non gestam;" Bauer.

4. *in ducendo bello tempus trahere*, v. ad 3, 41, 7. Sane *in bello ducendo*, quum semel occupatur aliquis eo trahendo, tempus teri non potest; at *ducendo* teri potest, ut modus terendi temporis exponatur: itaque del. *in;* Bauer. Forte pro *in* leg. *ita.*

5. *consulum alterum*, Flaminium, *alterum*, Cn. Servilium, *specie* (v. ad 2, 32, 2.) *classis Punicæ* cet. v. sup. c. 11.

6. *Duos prætores Sicilia atque Sardinia obcupatos*, T. Otacilium Crassum et A. Cornelium Mammulam. Cf. c. 10. 31. 23, 21, 2. et Pigh. Annal. ad a. 536. Mox pro *quorum* leg. *quarum* vel *quum*, nisi cum Crev. tollere malis voc. *prætore;* Str.

7. *prope in custodiam habitum*, v. ad 2, 14, 2.

8. *non Samnium modo, quo jam — Pœnis concessum sit*, (cessum sit; Ern. unde jam Pœnis cessissent Romani; Str.) *et*, etiam, *Campanum — agros pervastatos esse Pœnis. Concedere* et *cedere alicui* tum *aliquid* tum *aliqua re* recte dici, multis exemplis ad h. l. ad 24, 6. et 32, 35 extr. probavit Drak. Sed forte pro *Pœnis* leg. *Pœnos*, et hæc vox post *hercule*, vel ante *sed* aut *esse* ponenda. Pro *et Campanum* ed. Mediol. et al. *sed C.* at v. ad 3, 71, 4.

9. *sedente Casilini dictatore*, (v. ad 7, 37, 4.) *et* cum *legionibus populi Rom. agrum suum tutante*, invidiose dicta, inpr. agro illo jam vendito, ut fides publica exsolveretur. v. cap. 23. — *clausos prope retentos*, claudendo. — *ut*, simul ac, *abscessserit inde dictator, ut*, tamquam, *obsidione* cet. qui varius τοῦ *ut* usus sic non placet.

10. *audaciter se laturum fuisse:* sic vett. libro pro *audacter*, et rectius, etsi inprobet illud Quintil. 1, 6. 3, 17. — *de abrogando Q. Fabii imperio:* Bauer putat, auribus seu euphoniæ id datum pro *Q. Fabio*, et Duker, ex MS. Harl. leg. *Fabio.* Cf. tamen ad 27, 20, 5. et 29, 19, 2.

11. *modicam rogationem*, minus severam.— — *nec tamen ne ita quidem*: otiosa videtur prior negatio, et forte leg. *ac* pro *nec:* sed nil adfirmo, quum *et* aut *ac* jungi τῷ *ne quidem* haud soleat; Bauer.

12. *in actione minime popularis:* immo *populari;* Gron. probb. Drak., Str., Doer. et Bauero, cujus nota est: " De actione, non de ipso Fabio, sermo est; nec, si Fabius popularis fuisse negaretur, adderetur *in actione:* quid, quod ne ipse quidem agebat, sed tribuni de eo." Enimvero non modo causa Fabii minime erat *popularis*, h. e. grata plebi, quæ Minucio favebat; sed nec ipse *popularis in actione* hac, i. e. in hac causa a plebe *non æquis auribus audiebatur*, vel potius se non ita auditum iri sciebat.

13. *Se in tempore* (quum maxime obportunum et opus esset; Gron. Cf. ad 2, 47, 4.) *et sine ignominia* cet. cf. Sil. 7, 396 sq.

14. *consule creato M. Atilio Regulo*, (in locum defuncti Flaminii) qui jam consul fuerat a. V. 525. — *rogationis ferendæ* de æquando dictatoris et magistri eq. jure.

15. *favorque magistri eq. animos versabat*, v. ad 2, 45, 6. — *ad suadendum*, cf. ad 2, 56, 6.

16. *favore superante*, quum permulti adessent, qui faverent rogationi, (cf. ad 8, 10, 1.) *deerat, qui auctoritatem rogationi præstaret, suasor legis.* v. ad 2, 56, 6. — *priore anno prætor fuerat*, sc. urbanus, unde priore anno ejus non meminit; Sigon.

17. *ipsum institorem mercis*, v. ad Juvenal. 7, 221.

CAP 26.)—1. *Is juvenis ubi* cet. pro *ubi* in omnibus fere MSS. *utrum:* unde Gron. conj. *Is juvenis* (*etenim ex eo — placuere*) *proclamando* cet. et rectius, opinor, Perizon. *Ut prim.* h. e. *ut primum.* — *togæque et forum placuere*, artes pacis et eloquentia forensis; nisi et ad hanc *toga* h. l. referenda. v. ad Tac. Ann. 11, 7, 6. — *proclamando*, declamando, dicendo: sed consulto et per contemtum utitur verbo minus decoro, clamosum notaturo et vociferatorem, non oratorem; Bauer. Rabularum more vociferando et altos clamores tollendo: unde *proclamator* ap. Cic. Or. 1, 46. pro rabula; Doer. Cf. Sil. 8, 244 sq.

2. *auram favoris popularis* v. ad 3, 33, 2.— — *dictatoria* pro: *dictatoris*, vel in dictatorem. — *scitique plebis*, ex eo, *unus*, solus, *gratiam* populi *tulit*, etsi suasor tantum legis fuerat, non auctor.

3. *literis senatus consulti:* planius quidam MSS. *l. senatus.* Sed cur omnes fere libri exhibent *consulti* vel *S. C.?* — *literis senatus consulisque* conj. Str. et *literis senatusque consulto* (ut ante *scitique plebis*) Gron. qui etiam monet, post legem Horatiam s. Hortensiam plebiscitorum Patres factos auctores, et, ut plebis eluderent auctoritatem, eadem SCtis confirmasse. Cf. ad 1, 17, 6. et 40, 41, 7.— *cumque invicto:* τὸ *que* damnavit Gron. et quatuor MSS. auctoritate motus delevit Str. Sed Bauer ordinat *satis fidens, cumque invicto animo redit*, aut legit *cum æque invicto.*

CAP. 27.)—1. *unicum ducem ac parem*, v. ad 7, 33, 1.

2. *quod nulla memoria habeat annalium*, cf. Polyb. 3, 103. et Plut. Fab. p. 179. qui etiam monent, tunc primum duos dictatores tempore uno fuisse; quod tamen non ante a. 536 factum esse, dicit Liv. 23, 23 pr. Nam Fabius et Minucius propr. pro dictatore vel prodictatores erant. v. cap 8. et 31. — *magistri equitum virgas ac secures dictatores tremere atque horrere* (v. ad 21, 63, 15.) *soliti*, cf. 8, 32 sq.

3. *deorum hominumque judicio:* nam illi Minucio dederant victoriam, hi jura dictatoris.

4. *Q. Fabio haudquaquam id placere:* ab eo potius optionem datam dicit Polyb. 3, 103.

sim fortunam habituram quasi in posua, *quæcumque* cet., h. e. omnia :asui et fortunæ obnoxia fore sc. reputabat, quæ permitterentur conqui temere, non prudenter et certo), res gerere soleret.
aque se numquam volentem (v. ad 21, *rerum consilio gerendarum parte cessu*um partem quoque alii concessurum, surum, (cf. ad c. 25. n. 8.) toto extradito, *qua posset* sc. consilio res , diviso exercitu, quia imperium sibi Iinucio communicatum, non ademset; quo sensu mox dicitur: *suis contoniam omnia non liceret, quæ posset, ser*s. Mox ante *exercitus* edd. omnes rak. inserunt *sed*, quod a plerisque ıbest. v. ad 3, 71, 4.
ma et quarta Minucio: Fabio, teste Plut.

'. 28.)—1. *liberam Minucii temeritatem*, rium Minucium, (ut mox *solertiæ* ro *solerti Fabio*, c. 60. *tantæ virtutis* ı. e. tam fortis viri, et alia; v. ad 3, qui nunc *liberius* et ex arbitrio agere *se suo modo*, suis artibus, *captaturum*, arum et in fraudem insidiasque inım (cf. 38, 45. 40, 23. 44, 24. 25.) sc. ɔat sperabatque. v. ad 2, 32, 6. *Insi*: *captare* junguntur 32, 33, 11. Verba *lo* spectant omnino ad consuetum modum et fraudes insidiasve Hanniıec bene a Bauero exponuntur: suo 'el arbitrio, ut placeret, *nach Her*-
.
tus tegendis insidiis, v. ad 5, 37, 6. et 5.
rinque millia conduntur peditum equi, forte *equites quingenti*; Gron. conl. 3, 104. Recte; nisi Livius numetundum aut alios auctores sequutus — *Necubi*, v. ad c. 2. n. 3.
: *sibi quisque deposcere* (v. ad 2, 49, 1.) *s inde hostes ac locum capiendum. Dux* ne conj. Perizon. Sed pro alterutro *et*. Utrobique frigere verba *ad locum* glossatori tribuenda putat Bauer. uspicari possis: *principio levem arma*-*mittit, deinde equites: postremo conferto — et instructis legionibus procedit*. *ίκα μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς ψιλοὺς, μετὰ* *α τοὺς ἱππεῖς· ἑξῆς δὲ τούτοις κατόπιν* *γε συνεχῆ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων*, Polyb. *μὲν ἀπέστειλε τὴν κούφην στρατιὰν*, *τοὺς ἱππεῖς· τέλος δε — πάσῃ δυνάμει* *ως συντεταγμένος*, Plut. Fab. p. 180. :rre possit *dimittit* vel *demittit* — *mittit* i? Hinc jam Gron. et Bauer delendum nt *dimittit*, aut leg. *emittit* seu *immittit*. *t Hannibal laborantibus suis* (v. ad 3, 31, *atque alia mittens auxilia*, ut ap. Polyb. *συνεχῶς μὲν ἐπαποστέλλων τοῖς ἐν τῷ* *σὺν βοηθήσοντας*.
mjustam expleverat aciem, v. ad 6, 13, 3. *bcedens tumulum*, (ut 27, 18. 31, 45. 38, 9, 5. al.) *in subcedentem equitem*, cf. ad 1, 3, 8. et ad Tac. Ann. 2, 20, 3.
8. *exorti repente insidiatores eum tumultum* cet. v. ad 2, 29, 6. et 9, 31, 6.

CAP. 29.)—1. *Ita est*, factum est, quod putavi ac prædixi; *non celerius*, tam celeriter, *quam timueram*, (satis celeriter, nec tamen celerius, quam timueram, ut qui præcipitem Minucii temeritatem cognitam haberem; Duk.) *fortuna* adversa *temeritatem*, temerarium ducem, *deprehendit*, præter opinionem, ac repente obpressit. v. ad 9, 23, 3. Strothius malebat delere *τὸ non*, vel *quam* ponere ante *deprehendit*. Priori conjecturæ favet Plut. Fab. p. 181. A. *ὡς τάχιον μέν, ἢ ἐγὼ προσεδόκων, βράδιον δ' ἢ αὐτὸς ἔσπευδε Μινούκιος, ἑαυτὸν ἀπολώλεκε*! Baueri nota est: "Vix commodo sensu dictum; et vero contra rem: sane enim, ne celeriter satis ac nimis subito illud fieret, timuisse videtur Fabius. Et quid sit tandem, *non celerius*, non *ante*, non prius, quam credidisset Fabius? *Tardius* ergo ita eventurum crediderat? Immo celerius? Quid multa? Plane sano sensu destitui videntur verba ita posita; et aut frustra lusit Livius luxuriabundus, aut *non* delendum. Si sit *non tardius*, omnia constent. Si tamen *non celerius* manserit, ita conceperis: credideram, sat celeriter ita eventurum, ac miror, non prius factum, *ich sah immer, wenn es geschehen würde*: non celerius factum, quam timui; quippe semper, jam tum ab initio, metueram: non inopinanti adfertur, sed dudum timenti."
2. *cæsis aliis, aliis circumspectantibus fugam*: prius *aliis* abest a plerisque MSS. prob. Jac. Gron. v. ad 3, 37, 6.
3. *velut cælo demissa*, v. ad 7, 12, 5. Cf. Polyb. 3, 105. et Sil. 7, 536-729. qui etiam Hannibalem a Fabio justa acie victum fingit: quod nemo historicorum tradidit.— — *integram aciem*, ut mox *integri exercitus*, v. ad 9, 41, 5.
4. *volventesque orbem*, v. ad 2, 50, 6. — *nunc conglobati restare*, v. ad 4, 58, 5.
5. *palam ferente Hannibale*, v. ad 4, 45, 5.
6. *eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit*, (v. ad 1, 27, 5.) *secundum* cet. cf. Plut. Fab. p. 181. Expressa pæne verba Hesiodi Ἔργ. 293 sq. ubi Cic. p. Cluent. 31. et aliorum imitationes laudant intpp. — — *eum extremi ingenii esse*, v. ad 3, 62, 5.
7. *ubi ego cum Parentem adpellavero* cet. cf. Plut. Fab. p. 181. et Sil. 7, 730 sq. Non nisi castra juncta tradit Polyb. 3. 105. — Mox alterum *ejus* post *majestate* forsan ejiciendum; et deinde leg. *ut, si nihil aliud* cet. Illud jam monuit Gron., hoc Bauer.

CAP. 30.)—1. *ut conligantur vasa*, v. ad 1, 24, 7.
2. *progressus ante alios*, v. ad 4, 10, 2.— — *circumfusos militum*, milites, ut *expedit*-

[redacted]

militum 30, 9 pr. (ubi v. Drak.) *quingenti armatorum* 33, 30, 5.

3. *nomine, quo fando possum,* τιμιωτέραν οὐκ ἔχων προσηγορίαν, Plut. Fab. p. 181. F. — *plebeiscitum*, cf. c. 25. 26. et ad 2, 33, 2. — *antiquo abrogoque*, v. ad 4, 58, 10.

4. *quod exercitibusque his tuis;* al. *meo exercitui tuoque.* Illud modestius et ambitiosius; Gron. Sed forte leg. *quodque exercitibus his tuis;* Duk. aut ex pluribus codd. *quod exercitibus* vel *et quod exercitibus his tuis;* Drak. *sit felix*, v. ad 1, 28, 1.

5. *Tu, quæso, placatus me magisterium* cet. v. ad 3, 29, 1. — *quam vulgo militum:* immo *vulgi;* Gron. — *Maximum*, Fabium: qui inde *scutum populi*, ut Marcellus *gladius*, est dictus, (v. Flor. 2, 6. et Plut. Fab. p. 185.) et vere rem Rom. cunctando restituisse creditus. (v. Ennius ap. Cic. de sen. 4. et Virg. Æn. 6, 847.) Mox *gloria* est sextus casus.

6. *tandem eam nubem, quæ sedere in jugis* cet. Homero Il. 5, 522 sq. hoc dictum deberi videtur; Gron. Ad verbum expressit Plut. Fab. p. 181. C. *Quum in cacuminibus montium nubes consident, hiemabit: si cacumina pura fient, disserenabit*, Plin. 18, 35. s. 82.

CAP. 31.)—1. *Cn. Servilius Geminus*, classi præfectus, (v. cap. 11.) *cum classe* cet. cf. Polyb. 3, 96. ex quo etiam Lips. adjecit numerum navium, qui in MSS. desideratur. — *Meninx* et *Cercina*, h. Zerbi et Kerkine, insulæ vicinæ et Syrti min. adjacentes. Cf. ad Sil. 3, 310. 318. Plin. 5, 7. ibique Hard. *Menige* multi MSS., ut et Μῆνιξ pro Μῆνιγξ ap. Polyb. 1, 39, 2. et in cod. Coislin. ap. Ptol. 4, 3. 8. probb. Jac. Gron, et Drak. Cf. Casaub. ad Strab. l. 2. p. 123. Jac. Gron. ad Mel. 2, 7. Sed librarii haud dubie lineolam supra lit. *i* positam cum puncto confuderunt. Cf. Schweigh. ad Polyb. 1, 45, 13.

2. *navalesque socii*, (v. ad 9, 38, 1.) *juxta* (v. ad 5, 6, 3.) *effusi*, (id. qd. mox *palantes;* v. ad 1, 14, 7.) *ac si in insulis cultorum*, incolarum, *egentibus*, desertis, *prædarentur.*

3. *Ad mille hominum, cum his Sempr. Blæso quæstore* sc. *amisso* vel *existente*, (illud intellegit Str., hoc Gron. et Drak.) *amissum:* sed potius del. *his;* Doujat. et Doer. Pro *his* forte leg. *Ti.* vel *Tib.* De hac clade nihil ap. Polyb.

4. *ipse* (Servilius cos.) *per Siciliam pedibus profectus*, pedestri seu, ut ajunt, terrestri itinere; Str. Cf. 26, 19, 11. Sic et *pedibus ire*, per terram continentem vel in ea, ut πεζεύειν ap. Polyb. 10, 48, 6. 16, 29, 11.) et contra *navibus ire* inf. 28, 17. Hinc *copiæ navales et pedestres* h. e. terrestres, peditatus et equitatus, 26, 51, 1. et 37, 53, 7. (ubi v. Gron. et Drak.) quemadmodum ap. Polyb. πεζοὶ vel πεζικαὶ δυνάμεις s. παρασκευαὶ et τὰ πεζικὰ στρατόπεδα, a quibus non modo ἱππεῖς et τὰ ἱππικὰ στρατ. distinguuntur, sed etiam αἱ νῆες s. ναυτικαὶ παρασκ. et δυνάμεις 1, 20. 29, 38. 2, 2. 11. 3, 95. πεζομαχία pugna terrestris, cui ναυμαχία obponitur ap. Polyb. 5, 69, 7. Cf. Schweigh. ad Athen. 12, 19 extr. et Tzschuck. ad Nep. Ages. 2, 1. — *Ipse* auctoritatis et reverentiæ vim habet diciturque de eo, de quo potissimum sermo est. Cf. ad Juvenal. 1, 62. 5, 30. — Mox *exercitus* sc. Fabianum et Minucianum. Cf. cap. 32 pr.

5. *exacto jam prope semestri imperio*, v. ad 3, 29, 5.

6. *Sed et Cœlium* (v. ad 21, 38, 8.) *et ceteros fugit, uni consuli — jus fuisse dicendi dictatoris — ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset*, cf. ad c. 8. n. 5. et ad 10, 29, 2.

7. *augentes titulum imaginis posteros* (v. ad 4, 16, 4. et cf. 8, 40 extr.) *facile obtinuisse*, (v. ad 2, 41, 4.) *ut, qui pro dictatore*, (cf. ad 10, 29, 2.) sc. *esset*, (ut paulo ante dixit Livius, qui verbum substant. sæpe omittit) *dictator diceretur;* nisi malis *crederetur*, quod in multis MSS. legitur. *ut dictator pro dictatore* vel *prodictatore diceretur* edd. ante Drak. sed *qui* in omnibus fere MSS. exstat. *ut prodictatore* (nomin. casu) vel *pro prodictatore dictator crederetur* conj. Gron.

CAP. 32.)—1. *Consules* M. *Atilius* Regulus (v. cap. 25.) et *Geminus Servilius*, v. 21, 57. et ad 3, 1, 1. — Polybius parum adcurate hanc magistratuum successionem tradit 3, 106. ubi cf. Schweigh. De *Fabiano* et *Minuciano exercitu* v. cap. 27 extr. Pro *extremum* (sc. tempus) in plerisque MSS *tum:* unde *medium* conj. Gron. *tum enim auctumni erat tempus* edd. ante Drak.

2. *carpentes agmen*, v. ad 3, 5, 1. — *in casum universæ dimicationis non veniebant*, v. ad 1, 38, 2. — *adeoque inopia est coactus:* forte leg. *adque id inopiæ est redactus.* Drak. conj. *ad idque inopiæ est coactus*, Scheller in Lex. *adeoque ad inopiam est c.*, Schæfer *adeoque inopiæ*, et Burm. ad Lucan. 7, 406. *eoque inopiæ.*

3. *ad Geronium — constitisset bellum*, v. ad 21, 49, 1. et 22, 18, 5. — *et quum juxta pro urbibus*, (v. ad 5, 6, 3.) *ac pro capite atque arce Italiæ, urbe Rom.* (v. ad 1, 55, 6.) *geratur* sc. bellum; nisi potius cum Gron. pro *et quum* leg. *id quum*, vel *cernatur* (v. ad 21, 41, 2.) pro *geratur.*

4. *ad subsidium fortunæ*, quo, tamquam præsidio, in adversa fortuna uti possent. Cf. ad 2, 20, 2.

5. *Si quam opem in sese* esse *crederent*, sc. armorum. Sed potius *aliam* ante *opem* excidit; Duker. Mox diversa junguntur tempora *duxissent* et *judicaverint.* Cf. ad c. 33. n. 2.

CAP. 33.)—1 *quod in campo Martio conjurassent*, haud dubie contra rem publicam: sed quod eos *in campo Martio* conjurasse

icit, non magis ad notitiam historiæ aut ugendam atrocitatem facinoris facere vi-etur, quam si in foro, circo vel alio loco onjurassent; Duk. — *æris gravis XX illia*, cf. ad c. 10, n. 8.

2. *ad deposcendum Demetrium Pharium*, ucem Teutæ, Illyrici reginæ, et Corcyræ ræfectum, qui ab ea ad Romanos desci-erat, sed, post pacem cum Teuta factam, b his defecerat et in *bello* Illyrico, ejus ausa renovato, *victus* a L. Æmilio Paullo os. ad *Philippum, Macedonum regem, fuge-it.* Cf. not. 3. Polyb. 2, 10. 11. 65. 66. 3, 6. 18. 19. 4, 16. 19. 37. 66. 5. 12. 101. 105. 03. 7, 9-14. 9, 23. 32, 19. Appian. b. Illyr. . 8. Zonar. 8, 20. *Philippus* Demetrii filius, ntigoni Gonatæ nepos, Persei pater.

3. *Ad Pineum quoque, regem Illyriorum, le-ati missi ad stipendium poscendum:* nam euta, noverca ejus et Agroni nupta, quo tortuo acceperat tutelam filii regnique dministrationem, pacem cum Romanis cerat his conditionibus, ut tributa quot-nnis penderet, maxima Illyrici parte ce-eret, et cum duobus tantum lembis, iisque nermibus, navigaret ultra Lissum. v. Po-b. 2, 4. et 12. *Pineus* (al. Pinneus et innes) filius Agronis ut nepos Pleurati, . Polyb. 2, 4. et Appian. Ill. 7, 8.) cui *erdilædus* successisse videtur. De hoc et liquis Illyrici regibus, quorum Livius entionem facit, Schweigh. ad Polyb. 2, hæc notavit: "*Scerdilædus* vel potius erdilaidas, frater Agronis, rex memoratur iv. 26, 24. 28, 5. Polyb. 10, 41. Sed ius, quam ad regnum pervenit, post-am Teuta (Pinei noverca et tutrix) reg-se abdicavit et Demetrius Pharius nei tutelam suscepit, (v. Zonar. 8, 19. et io. Cass. Fragm. Vales. 46. p. 21. ed. im. coll. fragm. Ursin. 151. p. 63. 64.) letur in consortium regni venisse aut rte parti Illyrici cum absoluto pæne in-rio fuisse præfectus: quo tempore cum emetrio Phario junxit classem, et cum ilippo fœdus fecit. v. Polyb. 4, 16. 29. 3. Deinde a Philippo defecit et bello titus est: (Polyb. 5, 95. 101. 108.) quo llo Romani Scerdilædo faverunt, (Po-. 5, 110.) nec tamen, ob belli Punici olem, tueri firmiter Illyricum a Philippi vasione potuerunt, qui Scerdilædo Ardi-s, Romanis *Atintaniam*, in Illyrico ab expugnatam (v. Polyb. 2, 5. 11. et 7,) eripuit. v. Liv. 27, 30. Hinc a. 542. dere Romanorum cum Ætolis contra ilippum comprehensus est. Liv. 26, 24. lium Scerdilædus habuit *Pleuratum*, avo gnominem, (Liv. 31, 28.) qui per ali-od tempus simul cum patre regnavit, et braciæ etiam parti alicui præfuisse vide-r. Liv. 26, 24. 27, 30. 28, 5. 29, 12. lyb. 10, 41. Pleurati filius *Gentius* vel *ntius* fuit, (Liv. 44, 30. et Polyb. 32, 18. i constanter Γένθιος dicitur, ut et Appi-ano Maced. 16. et Illyr. 9. mendose autem Γενθίων et Γέντιος Athen. 10, 54. et 14, 4.) qui victus captusque ab Anicio cum duo-bus filiis, *Scerdilædo* et *Pleurato*, Romam in triumphum abductus est. Liv. 44, 32. 45, 43." De Gentii genere uxore, filiis et fra-tribus v. inf. 44, 30. et 32.

4. *stipendium, cujus dies exierat*, v. ad 9, 34, 8.

5. *bellum ingens in cervicibus erat*, v. ad 3, 31, 1. — *nullius rei cura, ne longinqua qui-dem*, rei procul remotæ; sed ita forte leg. *longinquæ*; Ern. — *In religionem etiam ve-nit*, v. ad 2, 5, 4.

6. *ædem Concordiæ*, (v. ad 9, 46, 12.) *quam per seditionem militarem*, ejus tempore, vel propter eam, (v. ad 2, 18, 1. et 5, 12, 6.) *biennio ante L. Manlius voverat;* qui ta-men anno potius superiore *prætor in Gallia* fuerat. Cf. 21, 17. 25. Forte leg. *anno ante.* — *locatam* sq. v. ad 5, 23, 6. — *præ-tore Urbis*, v. ad 25, 1, 7.

7. *ædem in arce faciendam*, v. ad 1, 55, 6.

8. *dictatorem a Consule* altero *dici;* nisi potius leg. *a consulibus*, scil. rem inter se comparantibus.

9. *Iis vitio creatis*, v. ad 5, 17, 4.

CAP. 34.)—1. *ab Q. Fabii opibus — con-cussis*, imminutis, (cf. 28, 44. 31, 7. 33, 19, 1. ubi cf. Drak., Duk. ad Flor. 2, 15, 12. Heins. ad Vellej. 2, 2.) h. e, post immimu-tionem potentiæ ejus, (v. ad 1, 1, 5.) *aliena*, Fabii, *invidia*, quam ei potissimum fecerat concionibus suis, *splendentem*, eminentem, vigentem. Verba h. l. ita junge: *Patres summa ope obstabant C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem — vulgus et* (h. e. etiam; quod hinc editores ante Drak. substituere) *extrahere* (v. ad 5, 12, 11.) *ad consulatum ni-tebatur.*

2. *Q. Bæbius Herennius*, forte pater Q. Bæbii 31, 6. saltem Herennius non modo nomen est, sed et cognomen Bæbiorum et Octaviorum; Gron. *Vibius Terentius* conj. Sigon. et Pigh. quia *cognatus C. Terentii* fuerit.

3. *bellum quærentibus*, h. e. causam belli. Cf. ad 1, 14, 5. Mox *militum legionibus*, ut c. 37 extr. *navium classem;* Doer.

4. *ut pater patronusque adpellaretur* Fabius, cf. c. 29. 30. Fabiani consilii causam ma-ligne comminiscitur tribunus.

5. *hominem novum*, v. ad 1, 34, 8.— — *plebejos nobiles*, quorum majores gesto magistratu curuli in senatum pervenis-sent; Str. — *jam eisdem initiatos esse sacris*, h. e. iisdem fraudibus artibusque clande-stinis inbutos: quod venuste transfertur ab iis, qui ad mysteria s. *initia* (v. ad 31, 14, 3. 31, 47, 4. 39, 8, 4.) aliave sacra arcana admittuntur? unde et *Bacchis* h. e. Baccharum bacchantiumque conventibus *aliquem initiare* 39, 9. ubi conjicerem *Bac-chiis* seu *Bacchicis* sc. sacris, nisi *Bacchis*

[redacted]

an potius transponenda hoc modo: *jure jurando ab tribunis mil. adacti: nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat, jussu consulum conventuros neque injussu abituros. Et ubi ad decuriatum* cet. Olim milites, quo tempore conscribebantur, sacramento dicebant, jussu consulum cet.; quum vero decuriarentur aut centuriarentur, sponte *conjurabant, sese fugæ* cet. Voluntaria illa conjuratio nunc mutata est, ejusque loco milites legitime in eadem verba a tribunis mil. adacti sunt jure jurando. Ultima hæc emendatio etiam Creverio in mentem venit." Cf. ad 45, 2, 1. Ab *jure jurando* h. l. distinguitur *sacramentum*. Forsan hoc fuit sine sollemni deorum invocatione et dirarum inprecatione, quæ in illo erat; Str. Illud erat necessarium et legitimum, ad quod milites a tribunis adigebantur, hoc voluntarium et ultro præstitum; Sigon. et Ern. Recte: nam illud mox per *legitimam juris jurandi adactionem*, hoc per *fœdus voluntarium* explicatur; Doer.

3. *ad decuriatum aut centuriatum* explicant vulgo: ad præfecturas decuriarum et centuriarum; sed rectius ad divisionem in decurias et centurias. v. ad 6, 2, 4. Τὸ *ad* delendum putant Duker. et Doer. Ille exponit: ut decuriarentur equites cet., hic: *ubi convenissent* sc. tribuni militum, ut decuriarent cet., h. e. in decurias et centurias describerent milites. Si hanc rationem admiseris, obscure nec satis adcurate, si illam, haud latine loquutus est Livius. — — *equites decuriati, centuriati pedites* (v. ad 6, 2, 4.) *conjurabant*, una, singuli et omnes jurabant, *sese fugæ atque formidinis ergo* (v. ad 6, 27, 1.) *non abituros* cet. v. ad 2, 32, 1. Mox *ad tribunos et ad legitimam juris jurandi* (ad jus jurandum) *adactionem* quidam MSS. prob. Gron.

4. *in visceribus reip.* ut 32, 21. 33, 44. 34, 48. Cf. ad Sil. 7, 490. — *se, quo die hostem vidisset, perfecturum*, confecturum, ad finem perducturum scil. *bellum*, debellaturum esse; ut passim. v. Gron. qui etiam legere et distinguere malebat: *denuntiantis, bellum, arcessitum in Italiam ab nobilibus mansurumque — haberet, se, quo die* cet. Ceterum hæc verba exornavit Sil. 8, 263 sq.

5. *Mirari se, quomodo quis dux*, in MSS. *quod nequi dux*, unde Gron. conj. *qui numquam dux* sc. fuisset; quod auget indignationem. Sed ellipsis verbi dura est, et verba seqq. non ad id spectant, sed omnino ad ducem modo in Urbe creatum. Mox pro vulg. *locutus* ex emend. Mureti, quam et alii probarunt, non dubitanter recepi *togatus*, cui *armatus* obponitur, ut passim. Cf. ad c. 39. n. 4. et ad 3, 50, 1.

6. *ea ante tempus inmatura non præcepturum*, v. ad 9, 23, 1. — *ad id locorum*, v. ad 9, 45, 1. Mox *eum* e MSS. adjeci. — *tuta celeribus consiliis* cet. v. ad 9, 32, 2.

7. *et quo* (ut eo) *constantius κατὰ id* (in eo) *perseveraret*, ut ap. Cic. p. Quinct. 24 et al.

8. *Q. Fabius Max. sic eum proficiscentem adloquutus fertur*, cf. Sil. 8, 298 sq. et Plut. in Fab.

CAP. 39.)—1. *etiam me indicente*, ut ap. Terent. Adelph. 3, 5, 62. et forte Cic. Fin. 2, 3 extr. h. e. non dicente, tacente, ut *indictum, insperante, intolerans, inopinans, insciens, inficiens*; Gron. qui hanc lect. e vestigiis MSS. restituit pro vulg. *e me tacente*.— — *e re publica* (v. ad 6, 22, 2.) *fide vestra*, (v. ad 7, 18, 1.) forte cum Drak. leg. *ac fide*, vel cum Periz. *fideque*. Desideratur sane copula, nisi *fide vestra* est: secundum fidem vestram; Bauer. Respicitur haud dubie vulgaris formulæ SCti, qua magistratus, quibus a senatu mandabatur negotium, jubebantur *curare*, seu *videre*, seu *facere*, *quod e re publica fideque sua ducerent* vel *ex... censuerent*, vel *ita ut e re publica fideque sua videretur*. Cf. ad 22, 11, 1. 23, 24... 1. 24, 14, 4. 25, 7, 3. 27, 38, 4. 29... 10, 3. 29, 13, 1. 33, 31, 4. 33, 45, 1... 38, 8, 2. Gell. 15, 11. Cic Phil. 3, 15. Si... et ὡς αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν ἐκ τῆς ἰδίας πίστεως ap. Polyb. 28, 1, 9. ταῦτα γίνεσθαι... οὕτως, ὡς ἂν αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων πίστεώς τε τῆς ἰδίας φαίνηται in SCto ap. Gruter. p. 503. κρίνειν τε καὶ πράξειν ὅ τι δοκιμάσειε συνοίσειν ap. Appian. Pun. 32 pr.

2. *si altera parte claudicet resp.*, quia alter consul malus est minusve idoneus, cui eadem potestas est, etiam *malis* ejus *consiliis idem ac bonis* tuis *juris et potestatis erit*, illa eadem auctoritate exsequenda erunt ac tua bona; Stroth. Eodem auctore post *fore*, non post *res publica*, majorem distinct. posui: etsi parum interest. *claudet* pro *claudicet* in MS. Put. prob. Gron. quem vide sis. — *Nescio, an infestior* — *maneat*, v. ad 2, 2, 3.

3. *Ominis etiam tibi causa absit C. Flaminii memoria*, v. ad 9, 19, 7. — *Tamen ille* cet. brevius dictum per omissionem, sic explendam: ut tamen liceat, vel quia opus est illum memorare; non ominis causa, sed alia de causa eum memoro; Bauer. Cf. ad 1, 12, 1. — *in provincia*, v. ad 2, 40, 9.

4. *procellas inter togatos ciet* cet. v. ad 2, 12, 7. et 3, 50, 1.

5. *Nec gloriandi tempus* (i. e. locus, causa, obportuna conditio, ut Gr. καιρὸς sæpe facultas et copia rei; Bauer.) *adversus unum est*, i. e. apud te unum, coram te uno. Ita Stroth. cujus nota est; "Sententia eo pertinet, ut adrogantiæ et gloriandi speciem a se amoveat Fabius, dum suam belli gerendi rationem optimam dicit. Ineptum foret, inquit, me, haud in concione gloriantem, coram te uno gloriari velle, a quo tam longe absum, ut forsan potius in *contemnendo gloriam*, quam in *adpetendo* eam, *modum excesserim*. Nihilominus tamen dicendum est, quod sine adro-

[redacted]

lictum velim, eam *rationem belli*
nam veram esse, *qua ego* bellum
Sed si τὸ *unum* ad Paullum referas,
iis, quæ paullo post sequuntur,
ersus te quidem gloriabor, (cf. not.
bene conciliari possunt, quum
e *ne quidem* jam ante de alio, con-
n gloriari videri possit Fabius,
m fuisse, aperte innuant: nec
n *te* quum gravitatis tum ambi-
causa omissurus h. l. fuisse vide-
us: itaque τὸ *unum* ad Varronem
um; Doer. Recte, opinor: sed
forte cum Gron. leg. *hunc*, vel
um Burm. ad Quintil. Decl. 330.
nisi malis *Varronem*. Pro *et ego* in
libris minus apte legitur *ut ego*.
tale, *fidei documentum — dederunt*,
s dictum pro: *nam id f. d. d.*, ut
nefas sit, vel: quod dubium non
ocumento fidei, quod dederint.
erus sæpe utitur pro nomine τοῖος,
c. Il. 5, 828. *τοίη τοι ἐγὼν ἐπιτάρ-*
ι, i. e. *quippe* ego tibi sum adju-
nil timeas;" Bauer. — *inter om-*
ca, ubi omnia sunt ei inimica.—
m rapto vivit, v. ad 4, 10, 1.
sedendo (v. ad 7, 37, 4. et 21, 48,
turi simus eum, qui senescat in dies,
22, 3. et 4, 10, 1.
on diu pro Geronii, castelli A. inopis,
18. n. 5.) *t. pro C. mœnibus sedit?*
us cet. forte leg.; nisi potius h. l.
ὑπησις (cf. 22, 50, 2. 45, 38, 3. ad
.0. et 7, 248.) modesta in men-
s rei, quæ ad laudem Fabii pro-
inebat, ut siluerit *eum tenui, mace-*
sedere coëgi: præsertim quum sub-
, *sed ne adversus te quidem ego glori-*
n. Sed ἀποσιώπησις morata mihi
nter amicos videtur; nec aut tur-
, aut acerbitatis, ulla hic reticen-
vehementior animi agitatio, in his
erbis; Bauer. In quibusdam MSS.
edd. antt. post *mœnibus* verba *pug-*
addita, sed a Petrarcha, teste Val-
erum ante Geronium per hyemem
tum castra Pœnorum castris Rom.
obposita. Cf. Polyb. 3, 107 pr.
ne adversus te quidem ego gloriabor;
ego præcipua vis est: non ego de
hoc gloriabor, ne apud te quidem,
nsules Servilius et Atilius eadem ra-
llum gesserint (cf. cap. 32.) et
lem tenentes *ludificati sint*; Str.
5. Mox *tibi* ex uno MS. recepi
pro vulg. *sibi*, quod a vett. edd.
um plane abest.
m enim tui, quod hostium, milites
. manum statim conserere; Str.
itatem laborare, obscurari, premi;
e se habere, nulla ei fide habita,
erdes; Doer. Cf. ad 3, 31, 1.
s timidum te *pro cauto* cet. cf. ad c.

13. *Nec ego, ut nihil agatur, moneo*: a plerisque MSS. et omnibus edd. antt. abest τὸ *moneo*, prob. Gron. modo pro *ve*, quod in MS. Put. legitur post *fortunæ*, reponatur *velim*. — *neque occasioni tuæ desis, neque suam hosti des*, v. ad 1, 11, 1. 1, 56, 10. et 3, 46, 3.

CAP. 40.)—1. *haud sane læta*, ex læto animo profecta. — Nos: *erfreulich, tröstlich*; Doer.

2. *Dictatori magistrum equitum*, Fabio Minucium, *intolerabilem fuisse*, ab illo ferociam hujus et temeritatem non coërceri potuisse. — *Se populare incendium p. e. semiustum effugisse*, v. ad c. 35. n. 3.

3. *si quid adversi caderet*: malim *adverse*; Bauer. — *suffragiis iratorum civium*, arbitrio; Doer.

4. *Ab hoc sermone*, statim post eum; Str. Cf. ad 1, 1, 5.

5. *prosequentibus primoribus* cet. v. ad 6, 34, 6. — *conspectior*, v. ad 2, 5, 8. — *propius Hannibalem*, v. ad 2, 48, 5.

6. *consulum anni prioris M. Atilium*, v. ad 9, 27, 3.

7. *ætatem excusantem* (v. ad 6, 22, 3.) *Romam miserunt*, ubi eum triennio post Censorem fuisse, ex Liv. 24, 11. Valer. Max. 2, 9, 8. et Fastis constat. Hinc Polybium errasse, qui lib. 3, 109. 114. 116. eum interfuisse pugnæ Cannensi et in ea periisse tradit, jam docuere Schweigh. ad hh. ll. et Perizon. animadv. hist. c. 1. extr. p. 35.

8. *Geminum Servilium*, ut c. 45 extr. v. ad 3, 1, 1. — *nihil ex raptis in diem commeatibus superabat*, v. ad 4, 10, 1. et 8, 10, 1.

CAP. 41.)—1. *tumultuario prælio*, v. ad 1, 37, 4.

2. *ad mille et septingenti*, v. ad 4, 59, 4.

3. *cujus eo die* (*nam alternis* diebus *imperitabant*) *imperium erat*, v. ad 2, 1, 11. et cf. inf. c. 45. et Polyb. 3, 110. Ex his locis Dodwell. in Præl. Cambd. p. 668. putat confici, eo tempore consules non solum in castris, verum etiam in Urbe, alternis diebus fasces habuisse: cui bene respondere Wessel. Probab. c. 39., monet Duk. — *inescatam*, v. 41, 23.

4. *impedimenta per convallem traducit*, ita ut essent *medium agmen* inter pedites equitesque; Str. Similis epexegesis exempla v. 9, 40. 28, 14. 29, 25. 39, 31. 42, 59. Gron.

5. *Crebri relicti in castris ignes* cet. noto strategemate exercitus castra insciis hostibus moventis. Cf. Frontin. 1, 1, 9. 1, 5, 22. et 24. Onosander c. 10. §. 5. Leo c. 11. §. 24.

6. *dum ipse longius spatium viæ fuga præciperet*; al. *prærriperet*. Cf. ad 3, 46, 5.

7. *tenere in locis consules*, sc. in quibus erant, in castris; Duk. *tenere iis locis* conj. Jac. Gron.

CAP. 42.)—1. *cum turmæ Lucanæ*, v. ad 10, 33, 1.

[redacted]

2. *pulli quoque auspicio non addixissent*, v. ad 1, 36, 3, et ad Tac. Ann. 2, 14, 4. *auspicio* pro in auspicio, vel quo tempore auspicio operam dabat, ut *ludis* (2, 36, 2.) et similia; Drak. — *obnuntiari*, triste auspicium cum formula *alio die* nuntiari, ut deterreatur a consilio suo, et inceptum impediatur. Cf. Cic. Phil. 2, 33. p. Sext. 36. 37. et al.

3. *Flaminii tamen recens casus* et P. *Claudii* Pulcri — *clades*, quæ contemtui auspiciorum tribuebantur. De illa v. sup. cap. 3 sq. de hoc Epit. lib. 19. Cic. N. D. 2, 3. et de Div. 1, 16. 2, 33. Valer. Max. 1, 4, 3. Polyb. 1, 49-52. *casus* calamitas, vel fatum, mors. Sic fere *suo casu absumi* 23, 22 pr. et *fato perire* ap. Virg. Æn. 4, 696. ubi cf. intpp.

4. *religionem animo incussit*, v. ad 2, 5, 4.

5. *Consules inperii potentes fecit*, h. e. effecit, ut inperium exercere et milites, pugnandi cupiditate ardentes, coërcere possent. Cf. ad 8, 13, 9. et 9, 14, 4. — *ambitio alterius* consulis, Flaminii. — *apud eos* sc. milites. Sed dura est ellipsis. Forte leg. *apud adcensos prava indulgentia*. — *majestatem solvisset*, inminuisset, aut totam pæne sustulisset, ut 1, 49.

CAP. 43.)—1. *ad ultimum temere evectos*, abreptos, ut 35, 31. forte et 42, 62. nisi *spe vana evectus* est elatus. — *nequidquam*, sine operæ successu fructuque. Cf. ad 42, 64, 2. — Verba *detecta fraude* glossam redolent; Doer.

2. *quo longius ab hoste recessisset*, eo *impeditiora* cet. cf. ad 2, 45, 12. *quod longius* optimi MSS.

3. *Quum utriusque consulis eadem, quæ semper ante, fuisset* (malim *esset*, quam *fuisset*, quod rectius ad *quæ* subpletur) *sententia*; dum Paullus in prudentia pugnam evitandi, et Varro in temeritate pugnam committendi sibi constabat; Doer. — *Cannæ*, al. *Canna*, olim oppidum, postea *vicus* Apuliæ ad *Aufidum* fl. (Ofanto) v. Polyb. 3, 107. et de *Aufido* c. 44. et Polyb. 3, 110.

4. *a Vulturno vento*, Euro, vel potius Euronoto. (Südost) v. Gell. 2, 22. et ad Sil. 9, 491 sq. — *ipsi aversi* a vento.

CAP. 44.)—1. *quo ad Geronium, sicut ante, copiis divisis*, cf. cap. 40. et ad c. 39. n. 8. Verba *sicut ante* glossam sapiunt.

2. *ex sua cujusque obportunitate*, quo quisque pro castrorum situ obportune flumen adire poterat; Doer. — De *Aufido* v. ad c. 43. n. 2.

3. *locis natis ad equestrem pugnam*, v. ad 5, 37, 6. Mox *Semproniique* pro *Sempronii*. Cf. ad 1, 43, 4.

4. *speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabium*, Fabium, tamquam exemplum, quo duces, qualis Paullus sit, ad timiditatem et segnitiem suam tegendam utantur; Doer. *Fabii* edd. ante Crev.

5. *quod Hannibal jam velut usu cepisset Italiam*, v. ad 1, 46, 1. *suum* pro *usu* edd. ante Gron.

6. *se constrictum a conlega teneri*, quasi vinculis, h. e. prohiberi ab agendo et pugnando. — *projectis ac proditis ad inconsultam pugnam legionibus*, cf. ad 2, 43, 5. *Projicere* homines, vitam, spem cet., tamquam rem vilem nulliusve pretii, pro nihilo habere et spernere, vel, tamquam expositum infantem, haud curare et periculis exponere. Hinc *si tanta clades vilem vitam non fecit, nullam faciet* inf. c. 60. n. 9.—*prodigus vitæ*, et alia. Cf. ad Sil. 1, 225. et 6, 226.

CAP. 45.)—1. *Numidas ad invadendos* cet. cf. Polyb. 3, 112. — *trans flumen* Aufidum, ubi erant *minora castra* Rom. Cf. c. 44. — *inconditam turbam*, v. ad 21, 57, 11.

2. *ab tumultuario auxilio*, a Numidis auxiliaribus, subito in re trepida concitatis; Doer. Cf. ad 1, 37, 4. *Auxilium*, ut vulgo *auxilia*, pro copiis auxiliaribus.

3. *cui sors ejus diei inperii erat*, v. ad 2, 1, 11. et 10, 26, 4. cf. Polyb. 3, 113. — *signum pugnæ proposuit*, v. ad 6, 8, 1.

4. *atque ita instructa acie, in dextro cornu* cet. cf. de acie et universa pugna Cannensi Polyb. 3, 113 sq. Appian. b. Hann. c. 19 sq. Guischardt in Mémoires militaires T. 1. c. 8. Mox *Romanos equites locant*, *medios pedites*, vel *medii pedites* sc. erant, vel *medium pedites* — *tenuerunt* suspicari possis cum J. Fr. Gron. coll. Polyb. 3, 113. Sed bene monet Jac. Gron., mirum non esse, nihil directe dici de media acie, (ut nec 10, 27. extr.) quum clare pateat ex seqq., hos pedites usque *ad medium* aciei patuisse, donec *jungerentur* peditibus sociorum, a quibus læva pars aciei incipiebat.

5. *lævum cornu extremi equites sociorum*, h. e. in extrema ejus parte, post pedites, locati, *intra*, in interiore ejus parte, *pedites* sociorum, *ad medium*, versus mediam aciem et in ea, *juncti legionibus Romanis*, *tenuerunt: jaculatores cum ceteris* (ex emend. Drak. pro vulg. *tenuerunt jaculatores. ex ceteris*) *levium armorum auxiliis prima acies facta*, cf. ad c. 37. n. 2. *jaculatores et cetera l. a. auxilia* conj. Gron. — *Gemino Servilio*, v. ad 3, 1, 1.

CAP. 46.)—1. *Baliaribus levique alia armatura*, v. ad 21, 55, 2.

2. *ita armati erant*, Afri ut Romani, cet. cf. ad hæc et seqq. Polyb. 3, 114. — *Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ erant*, sc. vasta quidem et longa, sed plana et parum lata, adeoque non tegentia corpus. v. 38, 17. et 21. Polyb. 2, 30. 3, 114. Spanh. ad Callim. H. in Del. 184. Lips. Mil. Rom. 3, 2.

3. *Gallis prælongi ac sine mucronibus gladii*, quibus cæsim tantum feriebant. Cf. 38, 17. Polyb. 2, 33. 3, 114. 6, 23. Spanh. ad

[redacted]

.. in Del. 172. — *Hispano punctim*
s cæsim — *brevitate* (ob eam) *ha-*
et cum mucronibus, v. ad 7, 10, 1.
2, 30, 33. 3, 114. *Habilis*, ut *fa-*
acile regi, tractari et fingi potest.
abilis dicitur 24, 34, 3. et 33, 30.
70, 1. — *Sane et alius* (reliquus;
, 2.) *habitus* cet. ex emend. Gron.
ante ceteros habitus cet. Hoc, quod
ebetur, in nullo MS. exstat; illud
ranis, fœde h. l. corruptis, eru-
Galli super umbilicum erant nudi
ppian. Gall. Exc. VIII. (ubi v.
.) et verba Polyb. 3, 114. *τῶν*
ἐν γυμνῶν, τῶν δὲ Ἰβήρων λινοῖς
οις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ
, *ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκ-*
ίβαινε γίγνεσθαι τὴν πρόσοψιν.
o Maharbal; ap. Polyb. *Ἄννων*. At
n. b. Hannib. 20. dextro cornu
ago, et sinistro Hannon.
us (*Vulturnum incolæ*) cet. v. ad c.

7.)—1. *minime equestris more pugnæ*,
ue alias vaga, nec confertis ordi-
:d ab aliis a fronte, ab aliis a
mmittebatur; Str. v. ad Tac.
5, 3. et cf. ad hæc et seqq. Polyb.

tibus jam immobilibus *ac confertis*
postquam concurrissent, *turba*
nimiam turbam in angustiis loci;

fronte (*ἐπὶ τῆς εὐθείας* et *ἐπὶ μίαν*
p. Polyb. 3, 113.) *acieque densa*,
erader Linie und tiefer Schlachtord-
. — *inpulere*, v. ad 1, 14, 8.—
ueum (v. ad 2, 50, 8.) *prominentem*,
qua s. recta obponitur. Mox *in-*
ebat Gron.
ore uno (v. ad 5, 5, 5.) *per agmen*
præceps pavore, ob pavorem præ-
sn ruens; Doer.
ubsidia Afrorum (cf. ad 2, 20, 2.)
t, qui utrimque, in utroque cornu,
lis constiterant, longius remoti a
e, *media Gallorum Hispanorumque*
acie in modum *cunei* vel lunulæ
ιδεῖ σχήματι vel *εἰς τοῦ μηνίσκου*
s) et Romanæ propius admota.
. 3, 113. extr. 115. et Frontin.
, 7.
s nitendo etiam sinum in medio dedit
e. Romanis omni virium nisu in-
; Doer. Nitentibus Romanis,
ulsus adverso: est quasi hypal-
ap. Virg. Ge. 3, 215. *urit videndo*
e. equo mare eam (equam vi-
auer. Forte leg. *cedendo*. *Ἐπό-*
ντες οἱ Ῥωμαῖοι καὶ συντρέχοντες
ἴσα καὶ τὸν εἴκοντα τόπον τῶν
Polyb.
cti nequidquam prœlio uno cum
spanisque. Mox *et* pro vulg.

etiam (quod modo præcessit et mox sequitur) ex optimis MSS. (a quibus etiam *τὸ integram* abest) reposui: etsi plane delere malim.

CAP. 48)—1. *Jam et sinistro cornu Romanis* ex optimis MSS. revocavi pro vulg. *Jam et in s. c. Romano.*

2. *Quingenti ferme Numidæ* cet., quos alii dicunt sexcentos, alii quadringentos, et Appianus b. Hann. 20. 22. Celtiberos fuisse. Cf. Frontin. Strat. 2, 5, 27. Val. Max. 7, 4, 2. et Sil. 10, 185 sq. Nihil de ea re ap. Polyb. Mox *præter consueta arma* edd. ante Gron. *præterita arma* optimi MSS. unde *præter justa arma* edidit Gron. et *præter solita arma* Drak. ex. emend. Heins. ad Vellej. 2, 111, 2. et Periz. "Numidas equites Livius 35, 11. et Claudian. b. Gild. 435. tantum jaculis instructos, cetera inermes fuisse tradunt. Quæ sunt ergo *justa* aut *solita arma* eorum præter *tela*? Lipsius. mil. Rom. 3, 8. a Livio 23, 29. etiam Numidas equites armatos memorari observat, et ex horum genere fuisse eos, de quibus hic agit Livius, suspicatur." Duk. Immo *telaque* dixit pro *id est tela*. v. ad 2, 42, 7.

3. *terga ferientes ac poplites cædentes*, subcidentes, ut c. 51. Terga et poplites hostis vel aversi vel fugientis maxime petuntur. Cf. Hor. Od. 3, 2, 16. et ad Sil. 4, 341. — *in mala jam spe*, quamvis nil boni jam sperarent; ut in mala spe poterat: sed magis Livianum fuerit *ut in mala jam spe*; Bauer.

4. *Hasdrubal, qui ea parte præerat*; sed præfuit sinistro cornu Pœnorum, (v. cap. 46.) et hoc c. 48 de sinistro cornu Rom. agitur. Gron. coll. cap. 46. et Polyb. 3, 116. locum hunc ita emendat: *Hasdrubal, qua parte præerat, victor, lævum quoque Rom. cornu adortus pari fortuna, Numidas, quia segnis — mittit: Hispanos et Gallos equites jam Afris* cet. et Periz. *H. qui victor ad eam partem penetraverat, subductos ex acie Numidas* cet. Sigon. conj. *læva* pro *ea*; et Stroth. *qua parte* cum Gron. legit. At Bauer putat, Hasdrubalem nunc hic imperasse, nunc illic, ut intellegere liceat *qui tum ea parte præerat*. Cf. ad 7, 15, 2.

5. *fessis cæde magis quam pugna* brevius dictum pro prœlio, opera prœliandi, quæ cædes esset magis, verius, quam pugna; cædendo, non pugnando; Bauer.

CAP. 49.)—1. *eum confertis*, cum densa manu.

2. *protegentibus eum equitibus Rom.* (primum justo militiæ suæ more in equis; Gron.) *postremo omissis equis*, (cf. ad 9, 39, 5.) ita ut pedites peditem tegerent, quum, consulis exemplum sequuti, ad pedes descendissent. — *denuntianti*, nuntianti.

3. *Quam mallem vinctos mihi traderet eos*, quam nunc, dum ad ultimum pedibus

[redacted]

pugnant, trucidandos; Stroth. *Quam mallem* i. e. non mallem, qs. *quam parum* mallem, non *quantopere:* perinde est, ac si vinctos mibi tradidisset; Bauer. Plut. in Fab. p. 183. D. vertit: Τοῦτο μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον, quasi legerit: *quod* vel *id mallem, quam si vinctos m. t.*

4. *mori in vestigio,* in loco, quo starent; Doer.

5. *pepulerunt tamen* victores, Pœni, Romanos, *jam paucos superantes,* quum jam pauci eorum superessent; Gron. — *prætervehens equo* pro *prætervectus,* quod noluit dicere, ut in re velut *nimis* præsenti; Bauer.

6. *Etiam sine hoc,* sine morte tua; ut nos: *ohne dies;* Doer. *sine hac* conj. Gron. et paulo ante *insontem culpa.* — *macte virtute esto,* v. ad 2, 12, 10.

7. *et adhuc mori,* nunc, quum maxime; in eo esse, ut (sic memor ejus) moriatur; Bauer. — *ne aut reus iterum e consulatu,* post eum, *sim.* v. ad 4, 31, 1. 22, 35, 3. Gron. Obss. 4, 20.

8. *Hæc exigentes,* agentes, (ut ap. Cic. ad Div. 10, 24.) agentes sermone, conloquentes, ἐξηγουμένους Ern. loquentes, inter se quasi expostulantes, certantes amice; Bauer.

9. *nulli fugientium insertus agmini,* nulli e tribus, modo memoratis. *insertus,* quod etiam Bauero placuisse video, reposui pro vulg. *infestus,* quod ineptum est. *infertus* conj. Perizon. *inmistus* Gron. (quod recepit Str.) et *ingestus* Burm. De numero fugientium, captorum et cæsorum cf. Polyb. 3, 117. et Appian. b. Hann. 24-27.

10. *cum LXX fere equitibus Venusiam* (v. ad c. 13 pr.) *perfugit:* ita et Polyb. Cf. 25, 6. Mox *quinque* post *quadraginta* inserui ex melioribus MSS. quia c. 59. et 60 *L. millia,* et 25, 6. *plus L. millia* memorantur, et ita certe magis sibi constat Livius. Quæ loca nisi obstarent, pro *XLV mill.* cum Str. suspicari possis *LXV m.* quoniam Polyb. LXX m. habet, et Livius modo dixerat, 19000 effugisse, supra vero c. 36., in castris Rom. 87200 fuisse. Ceterum 77000 interiisse scribit Dionys. 2. p. 89., 45000 auctor Epit. Liv., 50000 Plut. Fab. p. 183., 43500 Eutrop. 3, 10, et 44000 Oros. 4, 16.

11. *et* in his *tanta prope civium sociorumque pars,* æque magna, par. Ita Latine dici dubitabat Duk. sed Bauer monet, τὸ *que* vel *et* pro *quam, ac* positum esse, et *tanta et* pro *tanta quanta,* ut Gr. ἴσος καὶ pro ὡς, v. c. ap. Thuc. 1, 14. ἴσα καὶ ἱκέται ἐσμὲν. Gron. conj. *tanta p. c. quanta sociorum pars.* Possis et *æqua* pro *tanta.* Sed neutrum probabile.

12. *M. Minucium, qui mag. eq. priore anno,* (v. cap. 8. 12 sq.) *aliquot* annis *ante consul fuerat,* scil. a. V. 531.

13. *aut senatores, aut qui eos magistratus* gessissent, *unde,* e quibus, h. e. quibus gestis, *in senatum legi deberent,* sc. magistratus curules: nam in locum senatorum demortuorum vel senatu motorum hi a Censoribus primi et præ ceteris legi solebant debebantque, deinde alii, qui minores magistratus gerebant aut gesserant. v. inf. 23, 23. Festi verba sunt: *Qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum cepere, in senatu sententiam dicunt, non tamen senatores vocantur ante, quam in senioribus sunt censi* et Gellii 3, 18. *Non pauci sunt, qui opinentur, pedarios senatores adpellatos, qui sententiam in senatu non verbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent. Quid igitur, quum SCtum per discessionem fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? — Itaque pedarii dicti, qui, nondum a censoribus in senatum lecti, senatores quidem non erant, sed, qui honoribus populi usi erant, in senatum veniebant et sententiæ jus habebant. Nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum a censoribus in senatum lecti erant, senatores non erant; et, quia in postremis scripti erant, non rogabantur sententias, sed, quas principes dixerant, in eas discedebant. Hoc significant verba edicti, quo nunc quoque consules, quum senatores in curiam vocant, utuntur:* SENATORES QUIBUSQUE IN SENATU SENTENTIAM DICERE LICET. Cf. ad 1, 32, 13, 23, 32. 2. 36, 3 pr. 27, 34, 3. (qui locus huc refertur a Sigonio, sed de M. Livio agit, qui ob dolorem potius et iram ignominiæ acceptæ senatoris partes agere recusavit, donec cognati eum hominis causa *stantem coëgit in senatu sententiam dicere*) et 23, 45, 3. (ubi vox *senator* a multis MSS. abest prob. Gron. quia in senatum venerint plures pluresque sententiam dixerint quam senatores) Manut. de sen. Rom. c. 1. p. 906. in Thes. Græv.

CAP. 50.)—1. *Fuga namque ad Alliam* (v. 5, 38.) *Urbem prodidit,* v. ad 2, 43, 5. — *alterius morientis prope totus exercitus fuit,* h. e. eum moriendo, vel ejus moriendo consilium sequutus est; ita ut verbi *mori* vis ex partic. *morientis* repetatur ad verbum *fuit:* nam scripsit ita Livius, ut membra sibi aptius responderent, et passim *esse alicujus* dixit pro *sequi aliquem;* Str. Cf. ad 3, 36, 4. et 21, 11, 1. Eodem fere modo Lipsius hæc verba interpretatus est: Æmilio morienti prope omnis exercitus commoritur. Contra *morientis esse* non Latine dici posse pro *commori* monet Gron. At Drak. et Crev. notant, *esse alicujus morientis* non per se quidem dici pro *alicui commori,* sed tamen pro: morienti favere, adhærere, sequi, imitari, comitari, et hoc pro: cum eo perire. Gronovius emend. *alterius mortem prope totus exercitus luit,* ut sensus sit, illos Paullum recta suadentem, prædicentem, deterrentem, et unum inson-

æ cladis, (v. cap. 49.) non audivisse, arroni vano credulos, traxisse in id um, quo simul perierint, adeoque n ejus, crimen suum, morte consi-iisse. Sic eadem fere exprimitur tia. " Sed ineptum Lipsii acumen ; 'ianum vero poëticum plane, immo icum aut nugatorium, falsum quo-detur. Cur enim exercitus Rom. mortem consulis ? Quiane temere sent ? Nugæ. Forte innuit Livius, am cladem tulisse alterum exerci-l cornu Æmilii, quum plures tamen ro, Varronis, cornu evaserint. Ne dem placet, nec verum satis est. quoque, non *morientis*, scriberet. ii *fugit* legerimus ?" Bauer. Hoc plerisque libris exstat, sed non ma-. aptum est. Forte leg. *comes* pro juo sensu passim *comes mortis* et *mo-* licitur.

omanus civis sis, an Latinus socius: nam um erat, ne Hannibal, ut olim, (v. Romanos, pretio redimendos, in daret, et Latini nominis socios etio dimitteret; Doer. — *Non tu* facies, hoc committes; Str. Δεικτι-tum, et ἀποσιώπησις adfectui con-a. Cf. ad 1, 7, 4. 22, 39, 8. Gron. , 20. — *qui se bene mori, quam tur-vere maluit*, pleonasmus pron. pers. p. Cic. Cat. 1, 2. *cupio me clementem* auer. Cf. ad 9, 3, 3.

ec ubi dicta dedit cet. hexameter in-t dimidius. — *latus dextrum, quod* expositum erat scil. ictui s. vulneri, 39. ubi etiam eodem sensu *apertum* v. ad 25, 16, 12. Mox *ad sexcenti* n Jac. Gron. Cf. ad 4, 59, 4. De-*otenus* scripsi pro *protinus*, (v. ad l. 3, 140. 12, 102.) et *impetu animo-sum* e quibusdam MSS et omnibus ld. ante Gron. restitui pro *i, a., quod*, rag. Gron. qui hoc relativum τὸ *hæc* re putat: *quod* sc. ex illis consiliis. et *quos* legere: quod jam monuit

51.)—1. *diei quod reliquum esset noc-sequentis quietem*, v. ad 5, 19, 3.— *arbali* eadem tribuit Val. Max. 9, 5. sed *Adherbali* (forte per errorem li-um) Florus 2, 6. Magoni Sil. 10, et amicis priora, at illa *vincere scis*, *d, victoria uti nescis* Barcæ Plut. in 181. A. Cf. Gell. 10, 24. et, qui scripsit, Macrob. 1, 4. Mox ante x edd. antt. forte inserendum *te*. *tis matutino frigore vulnera*, adstricta, ta, concreta. — *sanguinem haurire*, 10, 6.

ecipue convertit omnes in se et sui ad-nem, ut 26, 29. 29, 26. 42, 49. 45, *substratus Numida vivus*, quum ad-us esset; nisi hæc vox ab aliena manu est inlata: certe *vivus* non inventus est Numida, quia statim subjungitur: *quum exspirasset, naso auribusque* Romani *laceratis*; Doer. Sed unde tum constabat, Numidam *vivum* fuisse substratum Romano? nec commode verba *naso auribusque* ad Romanum et reliqua ad Numidam referuntur. Præterea Silius 6, 41 sq. et Valer. Max. 3, 2, 11. tradunt, Romanum aures nasumque Numidæ laniando dentibus exspirasse: idemque Livius narrabit, modo pro *hostem* reposueris *hostis* sc. Romanus, forte et *q. cum*, h. e. *quod* s. *quum eum*, pro *quum*. Ceterum vocem *vivus* suspectam reddit Silius, qui utrumque *exanimem* dicit; nisi forte vivus est inventus Numida, et mox ipse etiam exspiravit. — *inutilibus*, detruncatis nempe vel mutilatis; D. — *laniando hostem exspirasset*, laniato hoste, quum eum laniasset.

CAP. 52.)—1. *ad multum diei*, ut 23, 27, 3. et *in multum diei* 27, 2, 5. *multa dies* et *nox* 3, 60. et 35, 4. *ad multum diem* ap. Cic. ad Att. 13, 9. — *ducit*, v. ad 1, 23, 4.

2. *brachio objecto*, (v. ad 4, 9, 8.) *flumine eos excludit*, ut c. 59. *aqua* (et aquatione) *arcere*, vel ut *intercludere* 1, 27. 3, 70. 4, 39 al. et nostrum *abschneiden*. — *pacti* Romani, quum paciscendo promisissent, *se in capita Romana*, pro singulo quoque Romano, pretium 300 nummorum daturos esse, (nam *pacisci* et *aliquid* et *aliqua re* dicitur) et conditione, *ut arma atque equos traderent, in castra* sua obsessa *adceperunt hostes* h. e. Pœnos; Doer. Ego potius transpositis verbis legendum crediderim: *pacti, ut arma atque equos traderent, et ut pretio persoluto, in capita Rom. trecenis — centenis, cum singulis abirent vestimentis.*

3. *trecenis nummis quadrigatis*, argenteis s. denariis; Str. τρεῖς μνᾶς habet Polyb. 6, 58, 5. *Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ, et inde bigati* (ut 23, 15. *argentum bigatum* 33, 23. 37. 36, 39. 40. al.) *quadrigatique dicti*, Plin. 33, 3. s. 13. Cf. ad 23, 15, 5.

4. *et si quid argenti* erat, *quod plurimum in phaleris equorum* (v. ad 9, 46, 16.) *erat*: *nam ad vescendum facto* argento, supellectile mensaria, ex argento facta, *perexiguo* tum homines, *utique*, saltem, vel præcipue, (v. ad 2, 30, 1.) *militantes, utebantur.*

5. *Ad octo millia*, 5700 ap. Polyb. 3, 117. — *Consulem quoque Rom. c. s. quidam auctores sunt*, (v. ad 2, 58, 1.) cf. Sil. 10, 503 sq. De *Busa* cf. Val. Max. 4, 8, 2.

CAP. 53.)—1. *summa imperii* et *rerum*, v. ad 3, 5, 6.

2. *desperatam conploratamque remp.* v. ad 3, 38, 3.

3. *Nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilium Metellum* cet. v. ad Sil. 10, 415 sq. — *ad regum aliquem* edd. ante Drak. sed ita Livius *finitimorum* vel simile

[redacted]

quid addidisset; Doer. Mox *præterquam quod atrax* edd. ante Gron., non MSS. v. 5, 14, 5.

4. *quum stupore ac miraculo torpidos defixisset*, v. ad 3. 47, 9. Mox pro *consilium* et *consilii* al. *concilium* et *concilii*. v. ad 1, 54, 1.

5. *fatalis dux hujusce belli*, v. ad 5, 19, 3. Mox *nullo* (sc. loco) omnes fere MSS. *nusquam* edd. ante Gron. Hoc glossam redolet: sed illud nemo, quod sciam, ita dixit. Immo leg. *nulla*, quod et monuit Bauer; etsi Schæffer adversatur, qui putat, ipsam lectionis varietatem arguere, *nullo* a Livii manu profectum esse.

6. *quam ubi ea cogitentur*, v. ad 2, 29, 6.

7. *Ex mei animi sententia* scil. *juro*, quod in edd. antt., non in MSS. addi, et in formulis jurandi sæpe omitti docet Gron. Obss. 4, 14. Sed ita displicet τὸ *ut* post *juro*, et forte delendum. Cf. 43, 15 extr.

8. *Si sciens fallo, tu me* cet. ex IV MSS. recepi, suadente Jac. Gron. qui etiam 1, 32. ex 1, 25. 21, 45. et aliis locis emendandum putabat. In plerisque MSS. *tum* et *adficiat*. Neutrum inprobat Drak. illud vero *tum* defendunt Duk. ad 1, 24, 8. et Fabrett. in Inscr. p. 674.

9. *remque meam* familiarem *pessimo leto adficias*, interitu, ut ap. Virg. Æn. 5, 690.

CAP 54.)—1. *quadrigatos nummos*, v. ad c. 52. n. 3.

2. *a muliere Canusina, Busa*, v. cap. 52 extr.

3. *Appiusque* (v. ad 1, 43, 4.) *et Scipio*, cf. c. 53 pr.

4. *subcumbam oneri:* hæc explicantur verbis seqq.

5. *non vulnus super vulnus*, non una simplexque nunc clades, quæ ad illam, ad Trasimenum adceptam, adcesserit, *sed multiplex clades* cet.

6. *Hannibalis Apuliam — factam*, v. ad 21, 30, 5. Mox *Compares* ex optimis MSS. recepi pro vulg. *Comparem*, et interpunctionem mutavi.

7. *cladem ad Ægates ins. — qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere*, v. ad 21, 1, 6. et 21, 10, 8.

8. *vectigales ac stipendiarios*, v. ad 5, 10, 5.

9. *pugnam adversam in Africa* ad Zamam.

CAP. 55.)—1. *in curiam Hostiliam*, v. ad 1, 30, 3.

2. *nondum palam facto*, quum et quamvis nondum palam factum esset, qui vivi, qui mortui essent, tamen *viri mortuique* cet. Doer. — *conplorarentur*, cf. ad 5, 39, 3. — *equites expeditos* (v. ad 5, 16, 2.) *Appia et Latina via*, v. ad 2, 39, 3. et 9, 29, 5.

3. *aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore* emend. Jac. Gron. quam probavit Drak. et recepit jam Str. Cf. c. 7. med. Vulgo inepte legitur: *qui obvios percunctando,*
aliquos profectos ex fuga, passim dissip
referant. Bauer pæne malit *provoc*
aut verbum hoc pro glossema
cere. — *Romano nomini*, v. ad 1,

4. *matronas publico arceant*, ut
tra suum limen, h. e. ædes. C
24, 6. — *suæ fortunæ auctorem*,
58, 1.

CAP. 56.)—1. *in hanc sententia*
issent, v. ad 1, 32, 13. — *Patres*
cessissent, v. ad 3, 60, 1. — *conc*
citumque cæsum, cum magna cæde
fugatum. v. Ern. et Oudend.
Vesp. 4.

2. *reliquias tantæ cladis*, v. ad
Mox *ad XIV millia militum* conj. G
X millia jam fuerint Canusii a
Varro cum IV millibus eo veneri
54. Sed Matthiæ (v. ad cap. 36.
net, supra c. 54. *X millia homi*
militum, memorari, et verba M
60., a Drak. laudata, *haberetis hodi*
lia armatorum Canusii, non favere
jecturæ, quum X millia fuerint a
ronem, et 12200 in duobus castris
tradiderint.

3. *Pœnum sedere ad Cannas*, v. ad
— *nundinantem:* obversata Nostr
tur verba Ennii ap. Cic. Off. I
cauponantes bellum, sed belligerantes

4. *sacrum anniversarium Cereris in*
ob luctum, (cf. Ovid. Fast. 4, 38
sq. Alex. ab Alex. 6, 19. Ro
Rom. 4, 8. 5, 14.) et *SCto diebus X.*
est finitus, cf. 34, 6. f.

5. *provinciamque aliam Rom.*, v. a

CAP. 57.)—1. *censuerunt, M.*
Marcellum cet., de quo mox plur
runt in 2 MSS. legitur, (in alte
post *mittendum*) et in tertio *cens*
sequutus cum Str. inserui verbum
commoda saltem conrupti loci
exoriretur; etsi et hoc et alia
literis c. p. lectis) glossatori potius
et expungenda, quam plura a
omissa et inferenda, quod Gron.
tur, crediderim. In plerisque MS
literis consulis prætorisque Ap. Cla
multis non nisi *Prætoris quem Ap.*
Hinc forte leg. *Prætorem itaque*
placitum (sc. Patribus est) *M.* vel
dium cet. In solo Put. est *Marc*
dium, in ceteris MSS. *Ap. Claudius*

2. *quantum per commodum reip.*
v. ad 5, 12, 6. et 22, 12, 8. — *d*
stupri conpertæ, (v. ad 7, 4, 2.)
terra, ut mos est, ad portam Collin
fuerat, v. ad 2, 42, 11. *sub terram* (
sa) alii, ut et mox quidam lib
boario sub terram vivi demissi sunt in
conseptum, inprob. Dukero, qui Ju
cum sub terra, h. e. subterraneum
men et ad 8, 15, 6.

3. *L. Cantilius scriba pontificis, quos nunc minores pontifices adpellant;* Cf. Duker. ad h. l. et Noris. ad Cenotaph. Pis. Diss. 1. c. 5. qui putant, *Pontifices minores* non quatuor fuisse plebejos, quos supra 10, 6. totidem patriciis additos legimus, (quod statuit Guther. jur. Pontif. 1, 17. 22.) neque etiam septem pontifices, a Sulla illis adjectos, sed plane non pertinuisse ad conlegium Pontificum, quod proprie dicatur. Ex nostro loco hic conligit, *scribas pontificum* Livii temporibus *pontifices minores* adpellatos, ille vero, olim unum tantum talem scribam pontificemque fuisse, posteaque auctum numerum, et tres memorari a Cic. de harusp. resp. c. 6., in loco autem Capitol. in Opil. Macrino c. 7. *quum scriba pontificum esset, quos hodie pontifices minores vocant,* suspectum esse voc. *hodie.* Cf. Macrob. Sat. 1, 15. ubi *pontifex minor* jam *priscis temporibus*, eique hæc provincia tribuitur, ut novæ lunæ primum observaret adspectum, visam regi sacrificulo nuntiaret, et, sacrificio cum eo celebrato, numerum dierum, qui a Calendis ad Nonas superessent, calaudo proderet. Scrupulum tamen mihi injiciunt tum ipsa illa adpellatio, (scribam scil. pontificis vocatum esse pontificem, etsi minorem) tum quod Livius ita dixisset *Cantilius pontifex minor*, aut certe, si τὸ *quos* ad vocem *scriba*, non *pontificis*, retulisset, *Cantilius pontificis scriba.* Mihi totum illud *quos nunc m. p. adpellant* glossam redolere videtur, saltem τὸ *quos* ad *pontificis* spectare. Cf. Schelleri Lex. et Ernesti clav. Cic.

4. *a Pontifice max.*, ejus jussu, *virgis in comitio* (v. ad 1, 36, 6.) *cæsus* cet. cf. Suet. Dom. 8.

5. *decemviri libros adire jussi,* v. ad 3, 10, 6.

6. *Q. Fabius Pictor*, annalium scriptor. Cf. Appian. b. Hann. 27. — *quibus precibus subpliciisque,* subplicationibus. Cf. 27, 50. ad Tac. Ann. 3, 64, 3. Cort. ad Sall. Cat. 9, 2. Jug. 46, 2. *sacrificiisque* vel *piaculisque* conj. Doer. quia *sacrificia aliquot extraordinaria facta.* Sed hæc facta *interim*, donec Fabius Delphis rediisset, et *subplicia,* ut et *subplicationes*, dicuntur omnia venerationis deorum genera, preces, sacrificia cet. cf. ad 3, 63, 2.

7. *Gallus et Galla, Græcus et Græca, in foro boario* (v. ad 10, 23, 2.) *sub terra vivi demissi* cet. cf. not. 2. Factum autem hoc, quia oraculum utrique populo possessionem Urbis promiserat, atque hac expiatione rei publicæ pernicies ei inpendens in illos verteretur. — *jam ante hostiis humanis inbutum,* quod, testibus Orosio 4, 13. Zonara 8, 19, et Plut. in Marcello p. 299. factum initio proximi belli Gallici; Gron.

8. *Teanum Sidicinum* (v. ad 8, 15, 1.) *præmissa*, quam mox ipse sequutus est et Canusium duxit. — *classe tradita Furio,* non omnino militibus vacua; Glar.

9. *Dictator dictus M. Junius* Pera, consularis censoriusque. — *Ti. Sempronius* Gracchus, ædilis curulis.

10. *juniores ab annis XVII.* v. ad c. 11. n. 8. — *Prætextati,* qui *prætexta* (toga alba, cui prætextus limbus purpureus; *prætexta purpura togæ* inf. 34, 7 pr.) utebantur, magistratus curules, sacerdotes quidam, et inpr., ut et h. l., pueri nobiliores, (sed et ignobiliores, ut 42, 34, 3.) vel admodum adolescentes, qui eam ineunte anno vitæ XV, die tirocinii, cum toga virili permutabant; de quo v. ad Tac. Ann. 12, 41 pr. Cf. 29, 38. (ubi v. Duk.) 34, 7 pr. 42, 34, 3. et in Ind. v. *Prætextati* et *Toga.*

11. *Item ad socios Latinumque nomen* (v. ad 1, 10, 2. et 2, 42, 7.) *ad milites ex formula adcipiendos*, ex lege fœderis, ex pacto, ut 27, 10. Cf. ad c. 36. n. 4. et ad 4, 8, 4. — — *Arma, tela, alia parari jubent,* v. ad 1, 43, 4. et 42, 52, 6. — *vetera hostium spolia detrahunt templis porticibusque,* quod non nisi summa necessitate urgente fas erat, et hinc excusatur a Valer. Max. 7, 6, 1. Cf. ad 4, 20, 1. et 24, 21, 5.

12. *prius sciscitantes singulos, vellentne militare:* unde servi in militiam conscripti sæpe *volones* dicuntur, (v. in Ind. voc. *Volones*) et *voloni* obponitur *liber* 23, 35. ac *justus miles* 24, 14, 3.

CAP. 58.)—1. *segregatisque, socios;* in edd. ante Drak. *segregatisque sociis, eos:* sed τὸ *eos* a plerisque MSS. abest. *segregatos socios* conj. Gron. — *sicut ante ad Trebiam* cet. cf. cap. 7. et Polyb. 3. 77.

2. *pretium fore in capita, equiti D quadrigatos nummos* cet. v. ad c. 23. n. 4. et ad c. 52. n. 2. 3. — *servo centenos* pro vulg. *s. centum* ex vet. libro Sigon. recepi.

3. *ad pacem inclinarent animos* Romanorum. v. ad 8, 21, 5. — *Quum egressi castris essent, unus ex iis* cet. idem tradunt Polyb. 6, 58, Cic. Off. 1, 13. et Polyb. ap. Cic. Off. 3, 32, sed omnes decem eadem fraude in castra rediisse, Acilius, qui græce historiam scripsit, ap. Cic. l. l. Utraque fama memoratur inf. c. 61. Cf. Gell. 7, 18. qui duos revertisse dicit.

CAP. 59.)—1. *nobis plus justo nostra placet causa,* res, quæ ad nos pertinet et a nobis defenditur, melior justiorque nobis videtur, quam est.

2. *aqua arceremur,* v. ad c. 52. n. 2. — *L millibus hominum ex acie nostra trucidatis,* v. ad c. 49. n. 9.

3. *et patres vestros,* (edd. ante Gron. *nostros*) *asperrimos illos*, contumacissimos et minime inclinantes *ad conditionem pacis adcipiendam, legatos tamen*, C. Fabricium et alios, *captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse* ad Pyrrhum, socium Tarenti-

[redacted]

norum, post pugnam ejus cum P. Valerio Lævino Cos. inter *Heracleam* et Pandosiam ad Sirim fl., qui in sinum Tarentinum effunditur. Cf. 25, 6, 3. Flor. 1, 18, 7. v. Plut. Pyrrh. p. 392—395.

4. *atqui et ad Alliam cum Gallis* cet. est adsumtio argumenti, quo probat redemtos aliquando captivos, etsi pavore potius ac fuga, quam vi ac virtute hostium clades adcepta esset; Gron.

5. *nec supersumus pugnæ*, nec quisquam nostrum in pugna non periit, vel nos, qui non cæsi sumus in pugna, non alii sumus, *nisi in quibus trucidandis*, ad quos trucidandos, *et ferrum et vires defecerunt hostem* vel *hosti;* nam dicitur et *deficere aliquem*, h. e. destituere s. deserere, et *deficere alicui* h. e. deesse; vel potius *res deficit* se apud *me*, et *r. d.* se *mihi*. — *qui ne in acie quidem* sc. pugnantes *refugerunt;* Doer. *ex acie* emend. Perizon.

6. *premendo alium me extulisse*, v. ad c. 12. n. 13.

7. *Sed illis et bonis ac fortibus* cet. Ut oppositorum ratio constet, lege: *Sed et illis et nobis bonis ac fort. mil. utemini, nobis etiam promtioribus;* Bauer. — *non minor numerus noster est*, forte *nec multo minor:* nam ex cap. seq. constat, fuisse septem millia captivorum; Periz. An *vix minor?* Sed sponte hæc Junium per invidiam auxisse videri, jam monuit Drak.

8. *nos hospitum numero habuit captivos*, h. e. nostros, Romanos; Duk. Forte del. *nos;* Bauer. *vos* Put. Flor. Gærtn. et Hav. unde Crev. conj. *suos*. — *existimari*, v. ad 4, 15, 1.

9. *suspensi ac solliciti*, cf. ad 2, 32, 5.— — *me dius fidius*, v. ad 2, 31, 5. Mox *visi sumus* recte, opinor, conj. Mur. et Gron.

10. *Redeam ego in patriam* cet., optemne ego in patriam redire, ubi civis habetur indignus, qui 300 nummis redimatur? Doer. Loquitur et nomine captivorum. — *Magis me famæ* cet. ante *magis* subple *sed*, *verum*.

CAP. 60.)—1. *quæ in comitio erat*, v. ad 1, 36, 6. — *necessitas* vel calamitas publica, vel sanguinis conjunctio; Doer.— *submotis arbitris*, v. ad 6, 33, 3.

2. *redimendos de publico* et *ex privato*, v. ad 5, 9, 4.

3. *prædibusque ac prædiis cavendum populo*, v. ad 3, 13, 9. et 7, 21, 4. — *Torquatus priscæ severitatis* sc. homo, vir. Cf. ad 3, 62, 5. *priscæ*, qualis esse solebat prisci ævi hominibus, quorum mores et ingenia erant asperiora. — *interrogatus sententiam*, v. ad 32, 23, 1.

4. *qui in hostium potestate sunt*, in acie capti, qui non deditione, sed vi in potestatem hostium pervenerunt; Doer. Sententia a seqq. non aliena, sed obscure expressa: nam in hostium potestate etiam ii sunt, qui se illis dedidere. Videtur potius sic expedienda: *si tantummodo postulassent legati* rogassentque, *ut redimerentur* captivi, nec potius *gloriati prope essent*, quod in hostium potestate sint, nec capti modo in acie, sed etiam dediticii; *brevi sententiam peregissem* (v. ad 1, 18, 9.) *sine ullius eorum insectatione*, acerba vituperatione, vel ita ut in nullum invectus essem. (cf. 2, 27. 3, 33. 22, 34.) *brevi sententiam peregissem*, v. ad 1, 28, 10.

5. *Quid enim aliud quam admonendi essetis*, v. ad 2, 8, 9. — *præferrique* sc. *æquum censuerint*, cf. ad 24, 13, 2. — *quæ apud vos acturus sum*, v. ad 8, 33, 13.

6. *P. Sempronius*, v. cap. 50. — *per se*, v. ad 6, 20, 13.

7. *P. Decius trib. mil. in Samnio* cet. v. 7, 34 sq. *Calpurnius Flamma* cet. v. Liv. Epit. 17. Flor. 2, 2. Plin. 22, 6. Zonar. 8, 13. inpr. Gell. 3, 7. et Frontin. Strat. 1, 5, 15. 4, 5, 10. ex quibus etiam intellegitur, eum aliis Laberium, aliis Valerium, nonnullis Q. Cædicium adpellari. Mox *ne viros quidem, nedum Romanos* conj. Gron. Illud *ne* probat Bauer, non *nedum*.

8. *tantæ virtutis exstitisset comes*, v. ad c. 28. n. 1. — *Quinquaginta millia c. s.* v. ad c. 49. n. 9.

9. *si tanta clades vilem vitam non fecit*, v. ad c. 44. n. 6. — *deminuti capite* id. qd. *abalienati* (privati) *jure* (cunctis juribus) *civium* Romanorum. (Ita fere Eph. 2, 12. ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας, Bauer.) Nam *caput* dicebatur status civis et summa jurium ejus; eoque continebantur inpr. libertas, civitas et familia. Deminutione capitis *maxima* amittebantur hæc omnia, præcipue a captivis; *minore* vel *media* jus civitatis, a deportatis aliisque; *minima* familiæ agnationisque jura, ab adoptatis et mulieribus per matrimonium in aliam transeuntibus familiam. Mox *post paullo* pro vulg. *paullo post*, ut passim. v. Gron. Cf. ad 2, 31, 2. Sic et *asperius paullo* 39, 1, 3. et alia his similia.

10. *Quam ego ignaviam eorum adcuso*, quid, quare? — *sed obsistere* (edd. antt. *subsistere*) *ac retinere conati sunt, ni — submorissent*, v. ad 2, 50, 10. Sempronium, eruptionem facturum, ab ignavis retentum esse, non ex cap. 40, sed demum ex h. l. discimus; Doer.

11. *Haberetis hodie XX millia armatorum Canusii*, (v. ad c. 56. n. 2.) *fortium, fidelium*, e duobus MSS. cum Str. recepi pro vulg. *fortia, fidelia*. — *ne ipsi quidem se dixerint* leg. videtur Bauero. — *nisi quis credere potest fuisse* eos tum fortes, bonos fidelesque cives, *ut*, quum, *erumpentibus obsistere* et viros fortes, ne fortes essent, inpedire *conati sunt, aut non invidere eos* cet., h. e. aut passuram in posterum invidiam, ut fideles bonique cives sint erga illos, quorum *incolumitatem et gloriam* sibi vident esse ignominiæ,

lie ignaviam exprobrare; nec po-
ıc ipsam invidiam effecturam, ut
sint, et in discrimen secum de-
eserant, atque ita aut mori misere
:m culpam captivitatis vel turpis
ntrahere cogant; Gron. *ut erum-*
et. uti fortes sese præbuere, quum
ıtibus cet. Bauer. *ut erumpentibus*
MSS. *qui erump.* edd. ante Gron.
a fere eadem manente; Str.
'fectisque fame viribus, v. ad 5, 10, 6.

61.)—1. *ad portam prosequuti sunt*,
18, 4.
us ex iis domum abiit cet. v. ad c, 58.

et alia de captivis fama cet. v. ad c.

admissos esse, ne tamen iis senatus dare-
nissos illos quidem, sed senatum
latum esse; Ern. Cf. ad 1, 17, 5.
1.
causam recognoscendi nomina, v. ad

gione sese exsolvissent, v. ad 5, 23, 7.
rum a proximis censoribus adeo omnibus
. cf. Polyb. 6, 58. Cic. Off. 3, 32.
', 18. Plurimos deinde captivorum
nibale interfectos fuisse, quosdam
ncipum Carthaginem missos, tra-
trop. 3, 11. et Zonaras. — *confec-*
d 5, 10, 6. *adfectos* vet. lib. Sigon.
l. l.
foro solum — *sed* sc. etiam; v. ad

o discrepare inter auctores, v. ad 9,
Mox pro *discernere* Gron. conj. *de-*
At. v. ad 7, 9, 4.

10. *tum labare cœperunt*, v. ad 2, 39, 9. Ex MSS. legendum potius cum Gron. et Salmas. *vel declaret fides* aut *vel fides indicat sociorum, quæ ad eam diem firma steterat, tum labare cœpit* cet.

11. *Defecere autem ad Pœnos hi populi* cet. non subito omnes, sed quidam statim, quidam post annum, ut Crotonienses Locrique, (v. 23, 30. et 24, 1-3.) biennio post Tarentini, (v. 24, 13.) quarto post anno Metapontus ac Thurium, (v. 25, 15.) nec *omnes Bruttii:* (Petelini et Rhegini excipiuntur 23, 20. et 30.) quæ igitur omnia temere mixta; Glar. Cf. 25, 1. Polyb. 3, 118. et Sil. 11, 1 sq. Ceterum Croto Locrique et Bruttiorum et Græciæ magnæ oppida fuere: sed huic tantum tribuuntur h. l. et 24, 1 sq. — *Apulorum pars*, 'Αργυριππανοὶ ap. Polyb.

12. *Samnites præter Pentros*, v. ad 9, 31, 3. *præter Petelinos* edd. ante Gron. recte, opinor, si junxeris cum Sigonio *præter Petelinos Bruttii omnes*. Cf. 23, 20.

13. *præter hos Surrentini*, immo *Sallentini:* nam isti debuissent nominari post *Calatinos;* Gron. Cf. Camilli Peregr. de Capua diss. 2. — *et Græcorum omnis fere ora*, quæ 31, 7. distinctius dicitur *ora illa Italiæ, quam Majorem Græciam vocant.*

14. *ex tanta clade* — *redeunti*, v. ad 4, 31, 1. Rem, paucis h. l. narratam, probabiliter et ingeniose amplificavit Sil. 10, 605-639. Cf. et Frontin. Strat. 4, 5, 6.

15. *nihil recusandum subplicii foret* ei, h. e. frustra conatus esset, gravissimum quodvis subplicium excusatione aliqua deprecari et effugere; vel patienter hoc ei perferendum fuisset.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXIII.

1.)—1. *Hannibal post Cannensem pug-*
post castra Romanorum *capta ac*
nisi cum aliis leg. *castraque*, aut
ris inserendum *et*, quam tamen
, si Tacitus hæc scripsisset, ab eo
nissam crederem) *moverat* sc. cas-
Cf. ad 2, 3, 2. Ita in omnibus
tur, at in nullo MS., sed potius:
nibal p. C. pugnam capta ac direpta,
: *His H. p. C. p. captis ac direptis;*

unde Gron. ingeniose conj. *Ecis Hannibal p. C. p. captis ac direptis*. v. ad 22, 12, 3. Mox post *Statio*, quod est prænomen Italicum, *Trebio* adjiciendum videri, jam monuit idem Gron. qui etiam *Mopsiorum factio* e cod. Put. recepit. In plerisque MSS. est *Compsinorum* aut *Compsanorum*, et in edd. *Compsanorum*. Cluverius conj. *Statianorum*, et *Trebio* pro *Statio*. Ceterum Compsa in Hirpinis prope fontes Aufidi fl. sita, hod. Conza.

[redacted]

2. *quum Mopsiani urbem excessissent*, v. ad 2, 37, 5.

3. *aut deficientes ab Romanis adcipere* sc. in fidem, vel, ut 7, 16, 3., in deditionem; *aut detrectantes* defectionem, deficere recusantes, *cogere ad defectionem*, nisi cum Dukero leg. *deditionem*, quia *defectio* non est invitorum ad detrectantium, sed volentium. — — *mare inferum*, v. 5, 33. et ibi not. 3.

4. *Ab urbe obpugnanda Pœnum absterruere* (al. *abstinuere*, de quo v. ad 1, 1, 1. et 2, 22, 3.) *conspecta mœnia*, eorum adspectus, *haudquaquam promta obpugnanti*, obpugnatu facilia, facile obpugnanda.

CAP. 2.)—1. *Capuam luxuriantem longa felicitate atque indulgentia*, favore, *Fortunæ*, cf. cap. 4, 8. et 18. Sil. 11, 33-43. 259-302. 385-482. et Polyb. 7, 1. — *licentia plebis* cet. cf. cap. 4. et 24, 2. ubi Livius dicit, *unum velut morbum invasisse omnes Italiæ civitates, ut plebes ab optimatibus dissentiret, senatus Romanis faveret, plebs ad Pœnos rem traheret.*

2. *plebi obnoxium* (v. ad 3, 39, 1.) *Pacuvius Calavius fecerat*, forte *Pacullus*, ut 39, 13. *Pacullа Minia Campana*; Sigon. Cf. ad Sil. 11, 58. ubi in MS. Colon. *Paculo*, et in edd. antt. *Pactulo* legitur.

3. *popularis homo*, v. ad 2, 8, 1. — *in summo magistratu*, v. ad 9, 20, 2. — *novandi res*, v. ad 1, 52, 1.

4. *ceterum*, sed, *majorem multo rem m. t. instare* sc. *confirmat* vel *ait*, quod latet in præc. *præfatus esset*, Str. Ἀνακόλουθος oratio: non modo *ait* durius omissum, sed et *ceterum* redundat: nam incepit *quum præfatus esset;* Bauer. Orationem non satis apte cohærere ac procedere, etiam Duk. monuit. Eam vero pendere ex seq. verbo *inquit*, putabat Crev. Τὸ *ceterum* Doer. exponit: præter defectionem ab Romanis. — *spectare*, v. ad 1, 9, 3.

5. *vacuam rem publicam*, id. qd. paullo ante *orbatam publico consilio*, h. e. senatu. v. ad 1, 46, 12. et 1, 54, 1. — *cogitati facinoris*, capti de interficiendo senatu consilii; Doer.

CAP. 3.)—1. *et novum cooptetis senatum*. v. ad 3, 64, 5.

2. *nominibus in urnam conjectis*, propr. sortibus, in quibus nomina erant scripta; ut et mox *quod primum sorte nomen excidit*. Cf. ad 21, 42, 2.

3. *Video quæ sententia de hoc sit data*, a vobis dicta, (f. *lata*) h. e. eum malum et improbum a vobis judicatum et condemnatum esse. — *Eligite* ex emend. Gron. (pro lectt. MSS. *Ejicitur*, *dotacicitur* cet.) qui etiam conj. *de hoc sit*. *Date igitur pro malo* cet. In edd. ante eum legitur: *Ejicitur pro malo atque improbo. Bonum s. et justum eligite*, vel *Ejicitur. Pro malo a. i. bonum s. et i. eligite*, prob. Doer. modo pro *ejicitur* (sc. de s. e senatu, ut 43, 51. et 44, 19.) reponatur *rejicitur*, quod *rejici*, non *ejici* dicantur, qui post factam sortitionem repudientur. Verbum tamen postremum *eligite* in nullo MS. reperitur.

4. *quum alii negarent nosse* sc. se. Cf. ad 24, 13, 2.

5. *ut ipsius pœnitere homines adpareret*, eum displicere hominibus aut invisum esse. Cf. ad 2, 54, 16. — *adtinebat*, congruum esse videbatur, ut c. 13. Str. Cf. ad 2, 41, 4. — — *nihil aliud quam*, v. ad 2, 8, 9.

CAP. 4.)—1. *vitæ beneficio*, vita servata.

2. *adparatis adcipere epulis*, splendidis, opiparis, ut *ludi adparatissimi magnificentissimique* ap. Cic. in Pis. 27. Cf. ad 31, 4, 5. 44, 9, 3. Drak. ad h. l. et Gron. ad 27, 6. — *eas causas suscipere*, suscipiebant, ut oratores s. patroni causarum, *ei semper parti adesse*, ut advocati, et *secundum eam partem*, ut *judices*, si judices essent, (v. ad 5, 2, 7.) *dare litem*, vel potius *secundum eam litem*, in favorem ejus causæ s. controversiæ *dare judices*, (jubere judices rem ita constituere, eam judicii formulam ponere, in eam sententiam decernere, eum eventum liti facere; Bauer. cf. ad 3, 44, 5.) quod Romæ erat prætoris et Capuæ forsan senatus, *quæ magis popularis* (v. ad 2, 8, 1.) *aptiorque esset conciliando favori in vulgus*, (ut 29, 22. *favorem ad vulgum conciliabat*) ad vulgi favorem sibi conciliandum.

3. *Prona semper civitas* cet. v. ad c. 2. pr. Mox malim *jam vero ita obsequio* cet. quia sequitur *adcessit tum*.

4. *connubium vetustum* cet. v. ad 8, 14, 9. — *maximum vinculum erant*, malim *erat*, tali ordine: *ex trecenti equites — missi*, (sc. *in mora erant*) *quod maximum vinculum erat*; Bauer.

CAP. 5.)—1. *quam poterat* esse, *maxime miserabilem*, miserandum, *bonis sociis*, eorum miseratione dignissimum; Doer. — *detegendo cladem nudandoque*, v. ad 24, 27, 1.

2. *ut trepidos quondam majores vestros* — — *apud Saticulam defenderimus*, v. 7, 29 sq. 32 sq. unde etiam patet, *Sidicinos* fuisse socios Campanorum. Hinc miror, neminem interpretum fuisse obfensum verbis *Sidicinum paventes*? Mea qualicumque sententia legendum: *nec Samnitem modo hostem, sed etiam Romanum paventes*, populum multo potentiorem et ante hoc bellum societate amicitiaque Samnitibus junctum. Ita multo major vis inest in h. l., quem corrector male sedulus conrumpere potuit.

3. *per centum prope annos*; immo LXX. (cf. 31, 31.) sed oratorie omnia auget et ut causæ suæ inserviat; Glar. et Doer. — — *quod fœdus æquum deditis vobis*, *quod leges vestras*, (in edd. antt. *nostras*: sed Capuam aliasque civitates suas leges habuisse, monet Duk., et Gron. illud magis decere plenam libertatem deditis redditam, ut 45, 29. *liberos Macedonas, utentes legibus suis*; Gron.)

em nostram cet. cf. ad 8, 14, 9.
Africæ quidem indigenam: in quibus-
S. et edd. *indigena*, quod referendum
n Pœnorum a Tyriis, remotioribus
arbaris; Str. Forte leg. ita. Cf.
ad Flor. 2, 18. — *ab ultimis terra-*
, freto Oceani Gaditano s. Herculeo
que columnis, v. ad 21, 43, 8. — *mi-*
kit, adposite ad designandas diffi-
, quæ per longa itinera et montium
perandæ fuerunt exercitui Hanni-
Docr.
itibus ac molibus ex humanorum corpo-
ref., cf. Appian. b. Hann. c. 28. —
humanis corporibus docendo; crudeli-
oratore, omnia invidiose augente,
nt a vulgo hominum credita, et
uidem ab Hannibale Monomacho,
udiata. Cf. Polyb. 9, 24, 6. et
r. de abst. lib. 2. Mox *his infandis*
videtur; Bauer. Et sic omnes fere
nde vellem id recepissem.
lapsum clade Romanum imperium; in
ifn. *clade Romana*, quod, tamquam
us et referendum ad *vestra fide*,
int Duk. et Drak. Mox *jam*, ut 3,

6.)—1. *Hac oratione consulis dimis-*
hac forte leg. *ab*, vel *ab* excidit ante
t *hac*. v. ad 1, 1, 5. et cf. 24, 22.
d. Forte subpl. *cum*; Bauer. —
m ab Romanis — ademtum, v. 8, 11.
ec Virrio loquenti adsensi omnes reliqui
ita renuntiant, referunt domum, *le-*
, res in legatione cognitas, auditas,
actas, Str. Cf. ad 9, 4, 3. et 36, 35,
men Rom. v. ad 1, 10, 2. — *spectare*,
9, 3.
tracta tamen — est res, cf. ad 2,

is nimis compar Latinorum quondam
o (v. 8, 5.) *erat* sc. huic postulationi.
s, v. ad 21, 38, 8. — *prætermiserant*, f.
iserint, i. e. videntur prætermisisse:
mate post *id* posito, recte habet
m: *et alii id prætermiserant, haud*,
d, *sine causa*, vel quod haud dubie
e causa fecerint; Bauer.

7.)—1. *pacemque cum eo conditionibus*
fecerunt, *ne* cet. ut 24, 3, 7. Illud
unt edd., non MSS. Sed et omnino
oluit Livius, in conditiones factam
non simpliciter, aut Hannibalis
; Bauer.
i in Sicilia stipendia facerent, cf. c.

ec pacta: illa insuper quam quæ cet. v.
3, 8. *alia* pro *illa* plerique MSS. et
u. probb. Gron. et Drak. sed post
odi pronomina demonstr. res nude
conjunct. causali *nam* narrari so-

fertas sociûm, v. ad 9, 20, 2.

5. *fervore atque æstu anima interclusa*, (ut *spiritum intercludere* 40, 16. et 24.) cf. ad Tac. Ann. 6, 50, 7. 14, 64. 15, 64. 69.

6. *Decius Magius*, cf. Vellej. 2, 16. Sil. 11, 155 sq. 377 sq. Cic. Agrar. 2, 34. et Pis. 11. *Decimus Magius*, et mox *M.* aut *M' Blosium* emend. Sigon., ne duo gentium nomina jungantur. Enimvero *Decius* et *Marius* etiam prænomina fuere, non Romana quidem, at peregrina. Cf. Ind. Ceterum pro *Blosium* quidam libri *Blossium*, ut et 27, 3. ap. Cic. Agr. 2, 34. de amic. 11. et Plut. Gracch. p. 827.

7. *Pyrrhi superbam dominationem miserabilemque Tarentinorum servitutem, ut exempla, referens:* nam Tarentini tum a Pyrrho rege et socio suo, tum, post reditum ejus in Græciam, a Milone, quem præfectum illis reliquerat, duriter erant tractati. v. Plut. Pyrrh. p. 392. 397. Zonar. 8, 2. Appian. de rebus Samnit. Exc 8.

8. *sociis consanguineisque*, Romanis. Cf. c. 4 extr.

9. *præmisso nuntio ad Marium Blosium prætorem Campanum* cet. cf. not. 6. et ad 8, 19, 10. et 2, 20, 2. — *sed enise* (al. *enixe*) sc. etiam. Cf. ad 1, 40, 1.

10. *privatim se tenuit*, in privato, domi se continuit, mansit, moratus est. Similiter *privatim servari* pro in loco privato dixisse Plaut. Bacch. 2, 3, 78. et *privatim* pro ex locis privatis Cic. Verr. 5, 1. et Sallust. Cat. 11., monet Duk. Sed forte leg. cum Gron. *privato*. Cf. ad 2, 24, 6.

11. *trepidante tota civitate ad excipiendum Pœnum*, v. ad 3, 49, 4. — *senatum extemplo postulat*, v. ad 8, 5, 1.

12. *ne quid eo die seriæ rei gereret*, cf. 26, 17. Frontin. 2, 1, 17. Plaut. Poen. 2, 51. Gron. — *præceps in iram*, v. ad 1, 32, 13.

CAP. 8.)—1. *Deversatus est* (v. ad 1, 51, 2.) *apud Ninnios Celeres*, al. *Minios* (cf. 39, 13.) et *Munios*. De magna lectionis varietate in hoc et seq. cap. v. Gron. Obss. 4, 4.

2. *quæ traxerat rem ad Pœnos*, ut 24, 2, 6. 24, 28, 2. 35, 50. 42, 44, 2. 43, 17, 4. Similiter 6, 39 pr. *dictator rem in causam plebis inclinavit*, (unde et mox *inclinata in partem alteram civitas*) et Polyb. 28, 5, 2. τοὺς ἀποφέροντας τὰ πράγματα πρὸς Περσέα καὶ Μακεδόνας.

3. *abstractum a sinu Decii Magii ab latere* Stroth., et *abstr. abs D. M. latere* Gron. ac Drak. edidere. Illi emendationi favent plerique MSS., huic non nisi unus.

4. *victusque patris precibus* sc. Hannibal. v. ad 2, 56, 1. Orationem tamen non modo hæc sententiarum junctura scabram efficit, sed et vox *pater* ter posita. Forte leg. *victusque Pœnus precibus* sc. patris.

5. *Cœperunt epulari de die*, v. ad 9, 44, 5.

6. *domo, diu ad varias omnium voluptatum inlecebras instructa*, v. ad 6, 5, 3. Hæc est lectio omnium et edd. et MSS. nisi quod

[redacted]

in iis *instructum*, et in plerisque MSS *omnibus inlecebris* legitur. Ea firmatur imitatione Curtii 5, 1, 36. *Nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit. Nihil urbis ejus* (Babylonis) *corruptius moribus, nec ad irritandas inliciendasque inmodicas voluptates instructius.* Longius ab illa recedunt aliorum emendationes, *domo luxuriosa*, vel *divite, omnibus v. inlecebris instructum.*

7. *Unus nec dominorum invitatione vinci potuit*, persuaderi, permoveri ad largius bibendum; compelli, ut genio indulgeret. Cf. Sil. 11, 303 sq. *dominorum* sc. convivii s. epuli, h. e. qui epulum præbebant, (cf. princ. cap.) ut ap. Cic. Vatin. 13. unde et *dominia* eidem in Verr. 3, 5. et Gell. 2, 24 pr. convivia dicuntur. Cf. Non. Marcell. 4, 125. Mox *ipso valetudinem, patre animi quoque* cet. conj. Doer. In MSS. est magna varietas lectionis. Nostra debetur Gronovio in Obss. 4, 4. — *patre animi quoque ejus haud mirabilem interturbationem causante*, prætexente, excusante. *Patrem illius excusationi* ita subserviisse, ut diceret, non mirum esse, si tentationem corporis animi quoque mutatio quædam subsequeretur, monet Gron. l. l. Idque probabilius videtur, quam quod suspicabatur Duk., patrem ad excusationem filii addidisse, non mirum esse, eum apud Hannibalem animo perturbari, ut qui sibi conscius esset eorum, quæ adversus eum dixisset fecissetque, et etiam ob hanc perturbationem animi, quæ ad valetudinem accederet, minus hilariter epulari.

8. *hortus erat* in *posticis ædium partibus*, (ut 40, 2, 2. ubi v. Gron.) viridarium, triclinio fere adjacens. Cf. Vitruv. 6, 10. *Posticum ædium* inf. 45, 6, 2.

9. *dum facinus patratur*, f. *patraretur*; sed non urgeo: nam sane de re ut præsenti sermo; Bauer.

CAP. 9.)—1. *Per ego te, fili, quæcumque jura — precor*, pro: *ego te, fili, precor per jura* cet. In orando cum adfectu quodam vehementiori præpos. *per* a suo nomine avelli et in principio orationis poni solet; Str. Cf. ad 29, 18, 4. 40, 9, 5. et ad Sil. 1, 658. Sic et πρὸς σὲ θεῶν, πρὸς σὲ γούνων ap. Eurip. Med. 325. ubi v. Porson.

2. *Paucæ horæ sunt* cet. pro: num ideo ante paucas horas jurantes cet. Str. Forte leg. *fidem obstrinximus: et sacratas fide manus — in eum* (Hannibalem) *armamus?* et mox *cruentas* pro *cruentares*, quod minus apte refertur ad *adhibitus es.*

3. *ab hospitali mensa*, quæ sacra est. v. ad 40, 10, 3. ad Tac. Ann. 2, 65, 4. 13, 17, 6. 15, 52, 3. Sil. 17, 68. Juvenal. 2, 110. — *Sed sit nihil sancti* cet. Duo argumenta sunt, quibus deterret filium pater, unum ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ, alterum ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, Sigon.

4. *torpescentne in amentia illa*, h. e. quum tu tam amens eris, quum illam tuam amentiam, quum te tam amentem videbunt; Duk. Τὸ *in* del. putabat Gron. — *et*, si vel *alia auxilia desint*, alii, qui Hannibalem juvent et tueantur. *ut* (quamvis) *alia* reposuit Str. *tales* vel *talia* pro *et alia* in MSS. et edd. antt. — *Per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est*, interficere illum nequis, quin me ante interficias, nisi me prius occiso: ut fere 40, 9, 3. *per meum latus tu petaris*, h. e. a me cædes ad te veniat, me sublato te petat; Bauer. Cf. Cic. Vatin. 5. extr. — *Deterreri hic sine*, patere.

5. *pro te hodie valuerunt* apud Hannibalem. Cf. c. 8. — *osculo hærens*, non cessans eum osculari. Cf. ad 34, 48, 2.

6. *hanc arcem hostium inii*, (domum, in qua et Hannibal hostis deversatur, et alii patriæ hostes, qui eum tuentur, habitant epulanturve; cf. ad 1, 55, 6. et 3, 45, 9.) ex emend. Rubenii cum Str. recepi pro vulg. *hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens.* A tribus optimis MSS., Flor., Cantabr. et Put. absunt verba *defendere volebam* et *parcens*; in Put. autem exstat *hanc arcem hostiimini.* — *quando*, v. ad 5, 25, 3. — *in publicum*, v. ad 2, 24, 6.

CAP. 10.)—1. *senatus frequens datus H.* v. ad 8, 5, 1. Mox *et* ante *inter* delendum videtur; Bauer.

2. *caput Italiæ omni* MSS, non *omnis.* Cf. 8, 6. — *Eum postulare, ut sibi dedatur* pro *postulare se, ut is sibi d.* Cf. ad 40, 20, 2.

3. *Omnes in eam sententiam ierunt*, v. ad 1, 32, 13.

4. *Egressus curia in templo*, tribunali, (cf. ad 1, 6, 5.) *magistratus*, Marius Blosius prætor, *consedit*; Duk. Sic et *magistratus* Capuæ 26, 13 pr. et hinc Jac. Gron. 24, 47, 8. pro *magistratuum* conj. *magistratus*, quia non nisi unus Capuæ magistratus fuerit, dictus prætor aut medixtuticus. Alii haud dubie minores ibi fuere præter hunc summum; sed probabile esse, hoc a solo Medixtutico peti ac permitti potuisse, monet Duk.

5. *ante pedes* magistratus considentis *destitutum*, v. ad 2, 12, 4.

6. *lege fœderis* se ad *id cogi posse*, v. ad 4, 26, 5.

7. *nulli Campanorum secundus*, nullo inferior genere, virtutibus et amore patriæ. Cf. Virg. Æn. 11, 441.

8. *ne aut negando rem*: forte del. *ne*, aut interponendum verbis *et legatione*; Duk. *primum*, f. *primam*; Gron. et Bauer.

9. *quæ tum in ditione regum erant*, scil. *Ægypti*, quod excidisse suspicabatur Lips. at tacuit hoc Livius, quia Cyrenæ modo eosdem, quos Ægyptus, modo proprios habuere reges, ut Magam, Physconem, Apionem; Gron. (v. Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. v. 68.) Sed hi quoque vel simul

[redacted]

erant reges, vel sub eorum fere : eoque spectant, quæ his verbis .it Livius. Hinc vix dubium, quin *um* scripserit *Ægypti*, et librarii men proprium more suo conru-

d statuam regis confugisset, v. ad Tac. 36, 3. *Ptolemæus* Philopator tum ypti erat.

11.)—1. Q. *Fabius Pictor* cet. cf.

ri quoque in eo scripto *erant* me- *quibus* divis, *quoque*, et quo, *modo etur. tum* sc. in eo scripto legeban- , vel illis subjuncta erant hæc.

træ res meliores faciliore sque conmo- expeditiores, non tot tantisque dif- bus obnoxiæ, *erunt*, ut ap. Cic. ad 5. *res et fortunæ tuæ quotidie faciliores meliores videntur.* Cf. 25, 12, 8.— *ria duelli*, v. ad 6, 8, 5.

publica vestra bene gesta, v. ad 2,

:ris meritis, variis conmodis conpa- :. *præda, manubiis, spoliis ;* Str. præ- rceptis, quæ deorum nutu vestra- ate et virtute promeriti estis, ut 45, *ta dona:* nisi leg. *lubentes merito*, vel *meritis:* plures enim Pythio *σύνναοι*, ox *his omnibus divis* et ap. Justin. 24, iuc pertinentia ; Gron.

orem habetote Apollini. v. ad 8, 33, *lasciviam*, inreligiosam exsultatio- rebus secundis, atque ortam ex ea incuriam et oblivionem ; Gron.) oraculi potius et carminis Græci quam Livii ; Ern.

onatus laurea corona cet. nam Græci, cerdotes, rem sacram faciebant or- onis, et quidem ab arbore ei deo :ui honor habebatur, desumta. v. xtr. 27, 37 extr. 34, 55. 36, 37. 40, 13. et de ludis, re sacra, 10, 47. 25, . Potteri Archæol 2, 4. p. 533. ed. et 4, 20. p. 672—677. Lips. mil. , 17. et Vales. ad Castellani synt. de um festis in ΔΗΛΙΑ. (Gronov. nt. Gr. T. 9.) Præterea qui lætum responsum adceperant, lauro coro- num redibant, quibus vero vel tris- gerant sortes, vel domum repeten- versi quid adciderat, ii deponebant . v. Intpp. Euripp. Hipp. 813. et So- Trach. 178. Brunck. ad Soph. Œd. ; ad Aristoph. Equit. 647. et Plut. ster. ad Suid. v. *στεφανοῦν*. Vocem t mox *coronatum* glossatori deberi, picati sunt alii. Illa abest etiam antabr. Cf. 27, 37 extr.

m hæc Romæ cet. hic initium novi rat faciendum. — *quæque deficie- ecumque.* v. ad 1, 24, 4.

m ei senatus datus esset, v. ad 8, 5, 1. od jam alii notarunt, suspicari pos-sis : *Cum septem imperatoribus eum, quorum quinque consules*, (P. Cornelius Scipio, Ti. Sempronius, C. Flaminius, L. Æmilius Paullus, C. Terentius Varro) *duo dictator ac mag. eq. fuerint*, Q. Fabius et M. Minucius) *cum sex* (immo pluribus) *consularibus exercitibus* — *Ex quinque consulibus duos* (Flaminium et Paullum) *occidisse, ex duobus saucium alterum*, (Scipionem) *alterum* (Varronem) *toto exercitu* cet. Sed illa *ex quinque consulibus* non satis conveniunt sequentibus, et vix probabile, omnes librarios ad veram lectionem toties conrumpendam conspirasse. Quis vero sibi persuadeat, Livium tam turpiter labi potuisse, et Magonem elevasse potius rem, quam amplificasse ?

10. *partim Samnitium*, ἀρχαϊκῶς pro *partem*. Cf. ad 26, 46, 5. 42, 41, 1. Gell. 10, 13. et Gron. Obss. 3, 2. — *verum esse*, v. ad 2, 48, 2.

CAP. 12.)—1. *Ad fidem tam lætarum rerum*, v. ad 21, 13, 2. — *dimidium super tres modios*, duos modios memorat Flor. 2, 16. tres Plin. 33, 1. s. 6. et Augustin. civ. dei 3, 19. Excessisse modii mensuram, dicit auctor Epit. unde tamen mox legere nolim *paullo plus fuisse modio* cum Periz. anim. hist. c. 9. p. 378. quod etiam monuit jam Duk. — *metientibus*, v. ad 1, 8, 5.

2. *sint quidam auctores*, v. ad 2, 58, 1.— — *Fama tenuit*, v. ad 1, 4, 9. — *equitem, atque eorum* equitum *ipsorum primores* : " magnificentius hoc, quam verius, ob causam, quam dicit Livius. v. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 3. Ferrarius Epist. 2, 2. scribit, hinc necessario consequi, aut non omnes equites Rom. tunc annulis aureis usos fuisse, sed tantum primores, aut in equitum turmis alios etiam ex plebe militasse. Neutrum ex gloriosa oratione Magonis consequitur. Sed in turmis equitum Rom. etiam plebejos militasse, tam certum est, quam tribunos plebis ejusdem ordinis fuisse." Duk. — *Quo propius spem b. p. sit* Hannibal. Cf. ad 2, 48, 5.

3. *Himilco vir factionis Barcinæ locum Hannonis increpandi esse ratus*, v. ad 21, 2, 5. Mago ipse Hannonem increpat ap. Sil. 11, 542 sq. — *Quid est, Hanno?* ut ap. Cic. Catil. 1, 5. et 8. Nos uno verbo mirabundi *Num?* Str. — *etiam nunc pœnitet* sc. te. v. ad 2, 54, 16.

4. *Romanum senatorem*, Romanis faventem. — *Patres conscripti*, v. ad 2, 1, 14.

5. *interroganti senatori* — *si reticeam*, v. ad 3, 41, 4.

6. *aut obnoxius videar*, v. ad 3, 39, 1.

7. *ceterisque Hannibalis satellitibus* (ministris, vel administris, adjutoribus, ut 25, 29. et 34, 41.) *jam læta sunt ;* forte *jam* aut *tam læta sint.*

8. *lætitia luxuriet nobis*, v. ad 2, 21, 4.

9. *Latini nominis populus*, v. ad 1, 10, 2.— — *ex XXXV tribubus*, v. ad 1, 43, 12.

[redacted]

Si adcurate hæc dicta, jam tum tot tribus fuere.

CAP. 13.)—1. *priore Punico bello*, ridicule, quum Pœnus loquatur, qui non potuit magis id Punicum bellum dicere, quam Romanus si loqueretur Romanum: ergo dele τὸ *Punico*, aut, si vis, subjice *Romano* vel *Italico* aut *pugnatum;* Gron. Sed scriptores sæpe ex sua ratione loquuntur, quum ex aliorum loqui deberent; Str. Recte: non vero, ubi alios loquentes inducunt; saltem id non probandum. — *quam nunc, quum vincimus*, v. ad 9, 3, 2.

2. *nec victoribus mitti*, quæ Mago postulat, *adtinere puto*, cf. ad c. 3. n. 4. — *simultas cum familia Barcina* (v. ad 21, 2, 5.) *leviorem auctorem* sententiæ *faciebat*, v. ad 1, 16, 7.

3. *quatuor Numidarum* sc. equitum *millia:* ante *millia* excidisse *viginti peditum* putabat Drak. ego autem, *duodecim millia peditum*, de quibus v. cap. 32. Quod caput si contuleris cum nostro, vel ibi vel h. l. plura conrupta suspicari possis. Quæ mox memorantur *viginti millia peditum, quatuor equitum* in Hispania erant conducenda, non, ut Numidæ, in Africa, nec soli mittenda Hannibali. Mox pro *multa* Muretus acute conjecit *M. ΓCta*, h. e. *mille quingenta*, et Gron. *mille* ex cap. 32. — *Dictatorque*, v. ad 1, 23, 3.

CAP. 14.)—1. *ut in secundis rebus*, v. ad 8, 30, 7. — *segniter otioseque gesta*, velut per otium, lente, velut si tempus superesset; Bauer.

2. *nam nec consul ulli rei — deerat*, v. ad 3, 46, 3.

3. *dictator M. Junius Pera*, cf. 22, 57.— —*latoque, ut solet* ferri vel, ut 36, 23, 1. 41, 14, 2. et al., (aut *ut adsolet* 37, 14, 3.) fieri, *ad populum*, (v. ad 1, 41, 10. et 4, 58, 10.) *ut equum escendere* (v. ad 2, 7, 7.) *liceret:* de quo ritu, satis forte antiquo, saltem non a Fabio instituto, quod perperam ex Plut. Fab. p. 175. conligitur, (ubi πρῶτον ᾐτήσατο *primum petiit*, postquam dictator creatus fuerat, non πρῶτος dixit) v. Manut. de leg. c. 5. Gruch. de comit. Rom. 3, 2. Pigh. Ann. ad a. 252. loc. class. Plut. l. l. et Duker. ad h. l., qui ex Zonara 7, 13. suspicatur, dictatori non in Urbe, neque prius quam ad bellum proficisceretur, adscendere equum licuisse, in bello autem, etsi Plut. contrarium doceat vanam ob rationem, eum equo vehi non prohibitum fuisse, idque liquere vel ex Liv. 2, 19. 20. Dionys. 6, 11. 12. 10, 24. usum equi in bello sæpe necessarium ei esse, non item in Urbe, sed id populo forsan τυραννικώτερον visum. Cur vero hæc lex ad populum ferri solebat? Fortassis ut inperium ipsis militare comitiis curiatis daretur, quod hoc ritu videtur significatum fuisse. cf. ad 5, 46, 8.

4. *præter duas urbanas cohortes*, quas olim conscriptas fuisse, non tradidit Livius 22, 36. De *servorum delectu* v. 22, 57.

5. *ad ultimum prope desperatæ reip. auxilium* (quod mox memoratur) *descendit:* nam *descendere aliquo* vel *ad aliquid* dicuntur, qui inviti et necessitate coacti (cf. Cic. p. Quint. 16.) quædam faciunt confugiuntque ad alia eaque graviora vel extrema adeo remedia, ubi leniora non subficiunt aut valent. Cf. 45, 15, 4. Gron. ad Epit. Liv. lib. V. et Ernesti clav. Cic. Ceterum h. l. nexum desiderari verborum, jam notavit Doer. Malim tamen anacoluthon adnoscere, quam cum eo legere: *M. Junius Pera — præter duas urbanas legiones — dum ad ultimum prope — jussurum, sex millia hominum — armavit.* Lenius fluet oratio, si reposueris: *cohortes quoque ex agro Piceno et G. conlegit, et ad ultimum* cet.

6. *Qui capitalem fraudem ausi*, v. ad 3, 53, 4. et 22, 10, 6. — *pecuniæ judicati*, v. ad 1, 26, 4. et 8, 28, 8. — *noxa*, v. ad 10, 19, 2.

7. *Ea* (al. *Et*) *sex millia hominum*, h. e. tali modo ex reis conscripta. — *Gallicis spoliis, quæ triumpho C. Flaminii t. a.* v. ad 21, 63, 3, — *Itaque*, v. ad 3, 30, 3. Mox copulam *et*, quam delendam esse jam alii viderunt, asteriscis inclusi.

8. *plebs novarum, ut solet esse, rerum atque Hannibalis tota esse*, v. ad 3, 36, 4. et 21, 11, 1. In plerisque Italiæ civitatibus plebem Pœnis, senatum Romanis favisse, monet Liv. 24, 2. — *si propalam tenderent*, v. ad 4, 8, 6. — *secunda similando*, v. ad 2, 38, 3. *secunda* pro vulg. *clam* ex optimis MSS. cum Str. recepi auctore Gron. qui tamen malebat: *posse, obsecundando dilationem m. i.*, quod omnino adridere potest conlato simili loco 3, 35. *Propalam obviam ire cupiditati parum ausi obsecundando* (blande cedendo) *mollire inpetum adgrediuntur.* Sic et mox: *concedendo plebei senatum* cet.

9. *Marcellum Claudium*, (v. ad 3, 1, 1.) *qui Casilini cum exercitu erat:* in quibusdam libris *Canusii*, prob. Sigon. conl. 21, 57. et Plut. Marcell. p. 302. Sed omnes fere MSS. adversantur, et Marcellus Canusio proficisci potuit Casilinum.

10. *similatione extrahi rem*, v. ad 2, 61, 6. Mox *Trebianumque* MSS. et edd. ante Gron. qui tacite ex emend. Cluverii reposuit *Trebulanumque*, quod mireris, quum ad Polyb. 3, 91. moneat, *Trebiam* opp. Campaniæ post jugum Calliculæ montis fuisse, (cf. ad 22, 15, 4.) et adhuc nomen servare, rusticis autem vulgo Tregla dici. Emendatio tamen illa probabilis fit ex loco simili cap. 39. *transgressus Vulturnum Fabius et Trebulam et Saticulam urbes vi cepit.* Campaniæ etiam Τρεβοῦλα opp. a Ptol., *Trebulanus ager* a Cic. ad Att. 5, 2 sq. et *Trebulani Balinienses* a Plin. 3, 5. s. 9. adsignantur. Cf. ad 10, 1, 2.

)—1. *sæpe vi, sæpe sollicitandis*— scil. *in deditionem adcipere* (v. ad *matus*, quod intell ex seqq. Str. 13, 4. — *pactus, ut inermes* cet. *os*, ut 22, 52. 31, 17. 47. nam ac re fere *pacisci* et *pactos* dicit sub certa conditione dedunt. etiam dicitur, qui alii pollice- dditionem fert adcipienti, vel adcepturum putat: qua ratione uoque dici potest cum iis pactus urbem dederent, cum singulis abirent." Duk. — Mox *hono- remansissent ac militare vellent se- uit* edd. ante Gron. Nostræ lect. iores MSS. nisi quod in omnibus *rant* et in uno *remanserint*, pro *rent* vel *remanere* legendum mo-

Ceterum nec nostræ, nec vul- repugnare temporum rationem, Doer. adversus Stroth., qui hinc ad *remanserint* et perperam pro- verba Cic. Tusc. Qu. 5, 7. *Xerxes oposuit*, (sc. *ei*, quod ab Ern., ut l. antt. *iis*, adjici, sed elegantius ent Gron. et Str.) *qui invenisset tatem*.

utius, forte *Bandius*, ut ap. Plut. . 303. — *consensus adtentatæ de-* uod in eam conseuserat; Str. *ntatæ d.* conj. Gron.

'olanam, v. ad 1, 12, 3. — *novan-* , 52, 1.

Cannensi prælio cet., et ut s. quo- nensi cet. — *macte virtute esto*, , 10.

equentior mecum fueris, eo magis v. ad 2, 45, 12. — *bigatosque*, r. ad 22, 52, 3. δραχμὰς ἀργυρίου s Plut. l. l. qui etiam simillima t Marso quodam refert in Fabio

i.)—1. *ad defectionem spectaret*, v. . 8. et 1, 9, 3. — *in eam imminenti-* nem, ut 25, 20. v. ad 3, 51, 3. *continua jam* 7 MSS. et fere 10 *ria* edd. ante Gron. qui *cotidiana* omisit τὸ jam, quod tamen in MSS. et edd. exstat.

es rerum suarum et urbis, v. ad 9,

s *ferre*, v. ad 3, 27, 4. — *subsi-* ad 2, 20, 2.) *destinata* sc. aciei, subsidia in acie alias destinati, *limentis data* præsidio: nam solet usmodi vocem, quæ ad adjunc- dicatum pertinet, pro subjecto ut c. 42 extr. *præsidium missum* pro . ad *præsidium modo missas*; Str. .l. esse adsueta, (ut *adsueta præ-* l.) putabat Jac. Gron., et certa s. *certis destinatisque sententiis addicti* usc. Qu. 2, 2.) Doer. *subsidiaque et* l. conj. Gron. et *s. custodiæ i. d.* (ut mox *alia turba custodiæ impedimentorum ad- posita*) Stroth. Sed forte leg. *destinato*, h. e. consulto, ex industria, scil. *ne obcupatis* cet., aut glossa est vel *destinata* vel *data*.

5. *Hannibali, sub signis — ad multum diei in acie stanti*, v. ad 2, 20, 3. et 22, 52, 1.— — *resides*, segnes.

6. *trepidat ad prima signa*, v. ad 3, 49, 4.— — *signa canere*, v. ad 7, 40, 4.

7. *quod quidam auctores sunt*, (v. ad 2, 58, 1.) *duo millia et DCCC hostium cæsos, non plus D Romanum amisisse*: ita MS. Put. et al. *duo millia et trecentos h. c, non plus uno Romanos a.* edd. ante Drak. Supra quinque millia hos- tium cæsa et D Romanos cecidisse tradit Plut. in Marcello p. 304. ubi etiam monet, minorem cæsorum hostium numerum a Livio memorari. — *ingens eo die res* scil. *gesta est*. v. ad 21, 43, 4. — *non vinci enim ab Hannibale tune difficilius fuit, quam postea, vincere* illum. Vocem *tune*, cui *postea* ob- ponitur, e tribus MSS. recepi cum Str. et τὸ *vincentibus* (sc. Romanis) ejiciendum puto. Cf. Valer. Max. 4, 1, 7. et Plut. l. l. Hic dicit, fiduciam animumque crevisse Romanis, postquam intellexerint, Hanni- balem non esse invictum: ille, Marcellum docuisse primum, et Hannibalem vinci et Syracusas capi posse. Hannibal tamen jam antea, et forte bis, victus erat. Cf. 21, 57. et 22, 29.

CAP. 17.)—1. *in conloquiis hostium*, v. cap. 16. — *summa rerum senatui tradita*, v. ad 3, 5, 6.

2. *intermissa munimenta*, v. ad 7, 36, 1.— — *qua*, v. ad 3, 70, 2. Forte leg. *quo*.— — *error* ex emend. Gron. pro vulg. *terror*.

3. *dictatorem Rom. legionesque novas adciri nuntiassent a Casilino*, v. ad 2, 18, 4. et cf. cap. 14. Verba seqq. manifesto conrupta, sed emendatio incerta. In MS. Put. est *Capuæ quoque orere currunt*, et a manu sec. deletum *ore*; unde conruptius alii libri, et tandem exstructa est vulgata: sed videtur olim fuisse: *ne quid tam p. h. c. Capuæ quo- que moveretur*, vel *ne quis — Capuæ quoque oreretur motus*; Gron. *ne quid — Capuæ q. obcurreret* conj. Lips. *ne quis — Capuam q. recuperet*, vel *ne quis Capuam q. recurrat exer- citus, ad C. d.* Str. *ne quis Capuæ q. terror fiat*, Doer. — Mox *eodem contulerat* pro: simul cumdem in locum detulerat; Ern.

4. *quingenti Prænestini*; sed DLXX inf. c. 19 extr. DXL ap. Strab. 5, 4, 10. p. 249. et CCC ap. Valer. Max. 7, 6, 3. — *non confecto Prænæste ad diem*, die constituta, sc. a senatu cousulibusque Rom., *delectu socio- rum auxiliorumve Romanis mittendorum*. Mox structura verborum me obfendit. Forte leg. *et, aliis adgregantibus sese* vel *adgregatis ibi Romanis sociisque, profecti* cet.

5. *satis pro certo haberent* pro vulg. *habuere* recepi ex emend. Sigon. et Str. Sed forte

[redacted]

cum Crev. leg. *ut de Capuæ — habuere*. In multis certe MSS. *ita* pro *jamque* — *interfectis nocte oppidanis*, qui ad Pœnos deficere volebant, opinor: nam non omnes interfectos fuisse, ex cap. 19 liquet; Duk.

CAP. 18.)—1. *nomine Isalca*, v. ad 29, 29, 3. — *metuque concessum*, oppido cessisse præsidium et incolas. — *moliri portas*, removere vel vi aperire, nos: *ausheben, forciren;* Str. v. ad 6, 11, 5.

2. *agmine elephantorum obposito*, v. ad 21, 56, 4.

3. *utique postquam corona aurea muralis proposita est*, v. ad 2, 30, 1. et 6, 20, 1. et 5.

4. *donec pudor etiam Hannibalem ab incepto avertit, castrisque — Capuam concessit* sc. Hannibal. v. ad 2, 56, 1.

5. *adversus omnia humana mala sæpe ac diu durantem* sc. se, obdurantem, obfirmantem animum suum, *ausdauernd, aushaltend*. v. ad Tac. Ann. 1, 6, 4. Juvenal. 9, 69. et Sil. 1, 463. E quibusdam MSS. *duratam* recepit Drak. Cf. ad 7, 29, 3. Sed τὸ *durantem* est difficilior lectio, et τῷ *sæpe* magis convenit.

6. *quo avidius ex insolentia*, ob insolentiam, (cf. ad 7, 39, 5. et 30, 42, 5.) quia ipsis insolitæ erant, *in eas se merserant;* in edd. ante Gron. *inmerserunt*. v. ad 6, 14, 6. Ad hæc et seqq. cf. sup. not. 1. ad cap. 2. inf. cap. 45. et Sil. 12, 15 sq.

7. *nihil usquam pristinæ disciplinæ tenuit*, v. ad 1, 4, 9. — *ubi primum sub pellibus haberi cæpti sunt*, in tentoriis s. æstivis; Str. Immo in hibernis, in quibus adhuc erant, ut *deinde* in *æstivis*. Cf. c. 19 pr. inf. 37, 39 pr. et ad 5, 2, 5. — *sine commeatibus ab signis dilabebantur*, v. ad 1, 57, 2. et 22, 2, 4.

CAP. 19.)—1. *Ti. Sempronius* mag. eq. et *dictator* M. Junius Pera. Cf. c. 14. et 22, 57. — *dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam*, v. ad 5, 17, 4.

2. *Nolanorum atque Acerranorum;* qui itaque jam restituti videntur: (cf. c. 17.) nisi leg. *Avellanorum;* (rectius *Abellanorum;* v. ad Sil. 8, 543.) Gron. Forte adcipi potest de Acerranis, qui Nolam fugerant; Duk. Cf. c. 17. — *tenebant*, v. ad 2, 63, 3.

3. *adsidens tantum Casilino*, v. ad 7, 37, 4. et 21, 48, 8. — *prædictum erat dictatoris*, v. ad 2, 10, 4.

4. *præcipitasse se* sc. in Vulturnum fl., (de quo v. cap. 17. et cf. 4, 12.) vel potius, ob seqq., a muris. — *si palam frumentum inportaret*, v. ad 3, 21, 3. et 37, 17, 4.— — *Casilinum misit* junge; Drak.

5. *transverso vortice*, ut 28, 30. Cf. ad 21, 58, 3.

6. *intentiore custodia cautum*, (objecta per medium amnem catena, teste Frontino Strat. 3, 14, 2,) *ne quid falleret Vulturno ad urbem missum*, v. ad 3, 8, 2. Mox plenus est sensus: Quamvis intendissent custodias Pœni, *nuces tamen fusæ* fefellere et excipiebantur; Gron. Cf. ad 1, 12, 1. Prænestinos *Nuculas* dictos ait Festus, quod famem *nucibus* sustentarint.

7. *nec muribus aliove animali abstinerent:* quin murem captum venisse C vel adeo CC denariis, avarumque ejus venditorem periisse fame, emtorem vixisse, tradunt Frontin. Strat. 4, 5, 20. Valer. Max. 7, 6, 3. et Strabo 5, 4, 10. p. 249. si leg. ibi *διακοσίων δραχμῶν πραθέντος μυὸς* pro *μεδίμνου*. Cf. similis extremæ famis descriptio inf. c. 30.

8. *et quum hostes* Pœni *obarassent quidquid herbidi terreni*, terræ herbis consitæ, *extra murum erat*, ut et herbas obsessis eriperent, *raporum semen injecerunt* obsessi, ut habere viderentur satis alimentorum *eo usque dum ea* rapa *nascantur*. Cf. Strab. l. l. et Frontin. 3, 15, 3.

9. *ad Casilinum sessurus*, v. ad 7, 37, 4. et 21, 48, 8.

10. *Septunces auri*, VII unciæ auri ex hujus temporis ratione efficerent fere 150 imperiales nostri argenti; Stroth. — *Fide adcepta*, jure jurando, et mox *cum fide* pro *fideliter, servata fide*, (ut c. 14. et 24, 47. ubi synon. dicitur *sine fraude*) Str. Sic 43, 10, 3. *nec fidem adciperet* sc. jure jurando, ut 22, 58 *nec pignus aliud fidei, quam ut jurarent se redituros, adceptum;* Duk. Sed *fides* primum potius dici videtur certa pollicitatio, (et quidem eo sensu, quo dicitur 38, 33. *fide adcepta, vim abfuturam*, et 43, 18 extr. *vitæ libertatisque fidem adcipere*, vel simpl. *fidem dare* 42, 65, 4.) deinde vero securitas et tutela, (*sauvegarde, sicheres Geleite*) ut 40, 49. et *fides publica* ap. Cic. Cat. 3, 4. et ad Att. 2, 24. Cf. ad 38, 9, 4.

11. *ex quingentis septuaginta* (v. ad c. 17. n. 4.) *minus* quam *dimidium* (v. ad 3, 64, 5.) *ferrum famesque absumsit:* malim *fames*. *καὶ δὴ περιγενέσθαι πάντας φασὶ, πλὴν ἀνδρῶν ὀλίγων τῶν ἢ λιμῷ διαλυθέντων ἢ ἐν ταῖς μάχαις*, Strab. l. l.

12. *cum prætore suo Manicio* cet. v. ad 9, 16, 10.

13. *in æde Fortunæ* Prænestinæ, de qua cf. 41, 1. et ad Sil. 8, 365. 9, 404. ad Juvenal. 3, 190.

CAP. 20.)—1. *quinquennii militiæ vacationem;* ut ap. Justin. 38, 3. et Suet. Aug. 34. Duk. (in s. per) *quinquennium* e MS. Cantabr. malebat J. Gron. — *civitate* Rom. *quum*, quamquam, *donarentur ob virtutem, non mutaverunt* civitatem suam, sed Prænestinam servarunt, repudiata Romana; Str. *non mutaverunt*, non suam illa permutarunt. Idem traditur de Hernicis 9, 43. ubi v. not. 11. De *Perusinis* cf. cap. 17 extr.

2. *Eodem tempore Petelinos* cet. vid. ad c. 30 pr.

3. *a M'. Pomponio prætore* urbano hujus

. 55. et inf. c. 24. et 24, 10. eit. *M. Æmilio.*
ibimet ipsos in reliquum tempus, (ut 26, 32. et 36, 10 extr.) , dum præsens populi Rom. t; Gron.
mque de integro, v. ad 21,

, dilata, haud primo inpetu fecta, (ita Stroth.) vel non us ardore, *raptim* et *temere,* as consideratiusque tractata. . et 2, 34, 13. Ita exponere cum Duk. et Doer. quum ex ac pavore recepissent animos, soluta, sc. mœrore et pavore, minus jam perturbaret an- eliuorum animos, sed eos uris et metu. Idem Doer.
animis sc. metu et pavore, nale *relata postero die per minu- erunt* cet. nam *relaxa* in Flor. *r,* propter, (v. ad 5, 12, 6.) *ionem tenuerunt,* v. ad 2, 42, emend. Gron. In MSS. et *retinuerunt* vel *re tenuerunt:* i possis: *Relaxata* aut cum ad concilium s. concionem, – *re tenuerunt optimates.*

1. *P. Furium* scripsi pro *L.* 2, 35. 55. 57. — *navalibus* 38, 1. — *ad diem,* v. ad 4, 3. et de die stipendii ac fru- d Polyb. c. 6. et 7.
elio Mammula proprætore Sar- 25, 6. et 25, 41, 8. — *jus- lassibus* — *consulerent.* (v. ad *acilius* (sine præn., ut mox *icum* cet. Ita MSS. tantum t edd. ante Gron. prob. *lere.* *T. Otacilius* emend.

uriam argenti triumviri men- d 7, 21, 3. — *L. Æmilius l fuerat* a. V. 527. *censorque,* — *M. Atilius Regulus, qui bis* ad c. 25. n. 14.
iri creati — *ædem Concordiæ* ad 1, 55, 3. quam L. Man- erat, v. 22, 33.
ntifices creati; propr. a con- et quindecimviri sacr. fac., e sacerdotes, cooptabantur nitiam latam a. V. 649. Cf. , 45, 5. Suet. Ner. 2. Cic. nesti clav. Cic. in lud. Leg.

.. *ad publicum consilium,* al. l c. 2. n. 5. — *L. Æmilium censores,* cf. ad c. 21. n. 3. et – *senatus lectus fuerat* a cen- omina senatorum ex albo vel recitata, omissis quibus- dam novisque substitutis; unde cap. 23. *recitato vetere senatu,* h. e. catalogo censorio, vel recitatis nominibus senatorum vete- rum, in eo consignatis. Cf. 33, 7 pr. 40, 53. 43, 15. *casus,* v. ad 22, 42, 3.

2. *non solum inopiam senatus,* penuriam, in- frequentiam senatorum. Vocem *senatus* cum Stroth. e 6 MSS. inserui. *non solum paucitatem, sed inopiam etiam civium* conj. Crev. et Duk. qui monet, verba esse transponen- da, quod *inopia* civium plus sit, quam *pau- citas,* et, ubi *inopia* sit, ibi plus esse, quam *paucitatem.* — *legerentur* sc. aliqui.

3. *jungendi arctius Latini nominis* (v. ad 1, 10, 2.) *cum populo Rom. magnopere se suadere* præclara conj. Crev. quam probavit Drak. et recepit etiam Str. pro vulg. *nominis, pro magna re suadere* vel *re se suadere.* In optimis MSS. et vett. edd. legitur *nominis cum pro magna re se suadere,* et τῷ *p. ro.* (h. e. *populus Rom.*) sæpissime a librariis substituta præp. *pro,* (v. Drak. ad Epit. lib. 15.) lectiones autem recentt. Livio vix obtrudendæ vi- dentur.

4. *postulatum Latinorum,* v. 8, 5. et 23, 6. Mox forte leg. *in tota curia* cum Doer. et *T. Manlius* cum Gron. (*TN. Manlius* MS. Put.) De eo cf. 22, 60. — *ex qua quondam in Ca- pitolio Consul* cet. vid. 8, 5.

5. *suspensos sociorum animos,* v. ad 2, 32, 5. — *id tactum,* memoratum, ut ap. Cic. Or. 2, 10. et Rosc. Am. 30. *jactum* conj. Gron.

6. *M. Fabium Buteonem,* qui censor fuisse videtur a. V. 512. cum C. Aurelio Cotta, cujus nomen solum exstat in Capitol. fastis. v. Pigh. Ann. ad a. 512. Idem consul fuit a. V. 507. et dictator e consularibus erat creandus. v. 2, 18. *N. Fabium B.* emend. Sigon. Is utique consul fuit a. V. 505, sed et ille, hujus frater. Cf. Pigh. Ann. ad a. 506. et 508.

CAP. 23.)—1. *in Rostra escendit,* v. ad 2, 7, 7.

2. *duos dictatores tempore uno* cet. v. ad 22, 27, 2. Dictator alter erat M. Junius Pera. v. 22, 57. et 23, 14.

3. *nec censoriam vim uni permissam et eidem iterum:* eumdem certe bis Censorem creari non licebat; quam legem a. V. 488. tulit C. Marcius Rutilus, qui *Censorinus* inde cog- nominatus. v. Plut. in Coriol. pr. et Valer. Max. 4, 1, 3.

4. *transcribi tantum,* in alias tabulas re- ferri, (*umschreiben lassen*) in quibus series nominum continua, neque tot lacunis, de- letis demortuorum nominibus, interrupta sit; — *et ita in demortuorum* cet. alterum membrum, quod τῷ *neque* (h. e. et non; v. ad 4, 29, 3.) *senatu* cet. respondet, et cujus sententia ex seqq. intellegitur; Str. Cf. ad 22, 49, 12. — *Recitato vetere senatu,* v. ad cap. 22. n. 1.

5. *ut quisque eorum senator primus creatus*

[redacted]

erat; ita edd. vett., et *senatus* optimi MSS. Sed neutrum probandum, et vel delendum, vel leg. *magistratus;* Gron. Recte, opinor, nec audiendus P. Manutius de sen. Rom., qui exponit: ut quisque curulem magistratum adsequutus in senatum venerat, et dicendæ post magistratum sententiæ jus adceperat. Mox τὸ *plebei* (s. plebis) etiam ad *ædiles* referendum.

6. *tum ex iis, qui magistratus cepissent* cet. obscura verba, quibus Sigon., Gron. et Drak. *non* ante *cepissent* inseruere, ut dictator primum, qui magistratus curules, deinde, qui plebejos gessissent, et *tum ex iis, qui magistratus non cepissent,* legerit eos, *qui spolia* cet. Id inprobat Doer. cujus hæc nota est: "Quum dictator in explendo senatu ita versaretur, *ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur,* qui, quæso, in senatum legere poterat eos, qui magistratus *non* cepissent, præcipue quum ii, qui spolia ex hoste fixa domi habebant, aut civicam coronam adceperant, capere omnino magistratus possent? Immo legit primum, qui *magistratum curulem cepissent,* deinde, qui *magistratus cepissent* sc. alios s. minores, quod ut adderetur, non opus fuit, quum *magistratus magistratui curuli* obponantur." Sed, ut alia taceam, non soli magistratus curules antea memorati erant. Forte leg. *tum alios* vel *tum et alios qui magistratus cepissent,* vel potius *gessissent,* ne idem verbum bis positum sit, (ut intellegantur triumviri capitales, monetales, nocturni et mensarii, tribuni ærarii, curatores viarum et alii magistratus tam ordinarii quam extraordinarii) et *qui spolia* cet.

7. *qui spolia ex hoste capta fixa domi haberent,* v. ad 10, 7, 10. — *civicam coronam,* ceteris honestiorem. Cf. ad 6, 20, 5. — *centum septuaginta septem,* MS. Hav. *CLXXX,* et in Epit. Liv. MS. Berg. *CXLVII.* at ceteri *CXCVII.*

8. *tempus hoc sedulo terens,* in vet. libro Sigon. *hic,* (in turba et foro) quod recte, opinor, probat Doer.

9. *frequentes eum domum deduxerunt,* v. ad 6, 34, 6.

CAP. 24.)—1. *si e re publica censeret esse,* v. ad 6, 22, 2. et 22, 39, 1. — *ad consules subrogandos,* v. ad 3, 19, 2.

2. *L. Postumius* Albinus *tertium,* nam consul jam fuerat a. V. 518. et 523. — *provinciam obtinebat,* tenebat, habebat. Cf. ad 40, 36, 3. Mox pro *et ædilis curulis erat* in edd. ante Crev. et MSS. fere omnibus *et eo* vel *ea adcurrerat* vel *obcurrerat,* unde Gron. conj. *ad ea* (comitia) *obcurrerat,* advenerat. v. ad 21, 61, 1. — *consules crearentur:* hujus sermonis ea vis est, edicto comprehensum fuisse, hos consules creandos esse: sed non liquet mihi, cur maluerit *crearentur,* quam *creati sunt;* Duk.

3. *Teanum,* h. l. Apulum; Doer. Immo, ni fallor, Sidicinum. Cf. c. 19. 32. 46. et de utroque Teano ad 8, 15, 1. In Apulia erat exercitus Varronis. v. cap. 25.

4. *L. Postumium* Albinum *cos. designatum in Gallia* cet. de qua clade cf. Polyb. 3, 118. et Frontin. Strat. 1, 6, 4. — *Litana* silva in Bojis, (qui mox et 34, 21. memorantur) adeoque in Gallia cisalpina et cispadana, et quidem, si Holstenio fides habenda, (in Cluveri Ital. p. 15.) supra fontes Scultennæ in jugo Apennini inter Corfinianum et Mutinam. Scrieck. in Origg. Celt. monet, *Leit* — *an* Celtis simpl. dici *adjacens,* adeoque adjectivum videri silvæ. Nardi in vers. Livii ital. contendit, eam esse partem *Selvæ de lugo* in Romandiola.

5. *momento levi* (v. ad 1, 47, 7. et 2, 7, 11.) *inpulsæ obciderent,* conciderent, caderent, sc. arbores, antea *incisæ.*

6. *oram extremæ silvæ* pro *oram extremam s.,* ut 21, 31. Cf. ad 1, 1, 6. *extremæ* — *extremas,* v. ad 1, 3, 8.

7. *ancipiti strage,* v. ad 1, 25, 4.

8. *fluminis pontem petentes,* — *ponte,* v. ad 1, 3, 2.

9. *calvam auro cælavere,* auro cælato circumdedere, *sie fassten den Hirnschädel mit getriebenem Golde ein;* Str. Cf. ad 9, 40, 1. Mos pocula ita cælandi notissimus est, ille vero Gallorum barbaris haud insolitus. — *sollemnibus* diebus. Ceterum h. l. vel τὸ *erat,* vel τὸ *esse* (quod a MS. Harl. abest) delendum videri, jam alii monuere.

CAP. 25.)—1. *tabernis clausis,* v. ad 3, 27, 3.) *velut nocturna solitudine per Urbem acta,* velut nocturno tempore, quo viæ in urbe sunt vacuæ et desertæ, nec ulli circa tabernas conspiciuntur homines; Doer. Novum h. l. est exemplum justitii sponte sumti. Cf. ad 3, 3, 2.

2. *Hannibalemque adtinet,* immo *adtinent;* Gron. — *prospera* si *modo essent* sc. incepta, nisi potius ex edd. antt. et quibusdam MSS. restituendum: *prospera modo esset, sicut speraret, fortuna.* — *omitti,* v. ad 3, 46, 7. — *fraudis,* qua Galli Postumium exercitumque ejus deleverint.

3. *Quid in Apulia* sc. copiarum *esset, a peritis quæsitum est,* ab iis, quibus id notum esset.

4. *Itaque Galliam* — *omitti* (cf. not. 2.) *eo anno placuit:* proximo tamen anno hanc provinciam M'. Pomponio Mathoni prætori urbano datam fuisse, ex eo probabile fit, quod ei inperium *in Gallico* agro prorogatum tradit Liv. 24, 10. Cf. ad 25, 41, 8.

5. *qui eorum ex fuga Cannensi essent,* (v. ad 1, 30, 9. et 8, 37, 5.) *in Siciliam eos traduci* — *placuit,* cf. cap. 31. 25, 5 sq. ad 25, 41, 8. et 26, 1, 3.

6. *nisi qui* miles (f. *quis*) *stipendiorum legitimorum esset,* eorum confecisset numerum. Cf. ad 3, 62, 5.

[redacted]

lvis auspiciis, ut ap. Cic. ad Div. 1, . ad 5, 17, 4. — *consuli propagari in imperium:* Ascensius et deinde alii a *prorogari;* idque, quoniam lege ad em opus est, magis proprie dicitur; Cf. Drak. ad h. l., Græv. ad Cic. ad , 17. Perizon. anim. hist. c. 6. p. ; Ernesti clav. Cic., qui monent, *pro-nem* esse continuationem magistra-nperii, provinciæ, commeatus, quæ gem populi vel decretum senatus du-fiat, *propagationem* vero continuatio-quæ fiat naturalibus de causis, voce is ad omnia per latius spatium ex-:rauslata. Hinc Periz. *propagationem* pro vulg. *prorogationem* i. legit 42, 30, non de inperio militari, sed de ter-regionum subjectarum inperio po-.om. proferendis agitur. Contra Er-ap. Suet. Aug. 23. et Calig. 29. sub-*prorogare*, sed adversantibus MSS. id. et Wolf. qui quamcumque con-ionem putant *propagationem* dici.

P. 26.)—1. *neutri parti virium satis* pugnæ nec navali nec campestri se arem esse judicans; Doer. — *quoad*, , 46. 30, 30, 13. donec, tam diu ; Gron. Cf. Gell. 7, 21.

efacta tandem spe, v. ad 3, 10, 9. Mox e forte leg. *ipsam*. — *perculit eum p. sitio*, v. ad 2, 14, 2.

a Carpesiorum gente edd. Mogunt., t inde al. Cf. ad 21, 5, 7. Sed primæ t MSS. fere omnes *Tartessiorum* aut *iorum*, et quidam *Carthesiorum*. Tar-tamen ab Ibero nimis remoti erant, ιρτήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῶν ἐντὸς ς ποταμοῦ ap. Steph.

ro captæ — *urbis mœnibus*, v. ad 2, 20, *Chalbum* ex optimis MSS. recepi pro *Galbum*.

ripudiantes more suo, v. ad 10, 26, 8.

in hoc alterno pavore, v. ad 26, 25, 2.

aculator Maurus cetrato, v. ad 21, 21, ta autem Maurorum peritia et mos ndi ob frequentiam ferarum in Mau-a; unde *jacula Maura* ap. poëtas.

P. 27.)—1. *urbem Ascuam* MSS. fere s. *Asenam* Edd. ante Drak. Neutrum n aliis memoratur. *Massiam* s. *Mastiam* male conj. Jac. Gron. de quo oppido niæ ulterioris, prope Tartessios fre-ae Herculeum sito, v. Heyne Opusc. T. 3. p. 60 sq. et Schweigh. ad Polyb. 2.

ari in confertos inlati, v. ad 9, 27, 4.

ad multum diei cæduntur, v. ad 22, 52, 1.

Nec diu in pacato mansit haud apte n, sive intell. *agro*, (v. ad 8, 12, 11.) *atu*. *Nec diu pacata m.* sc. gens conj. sed recte, opinor, reposuit Stroth. *in* ut *nec diu in conditione ac pacto mansit* ic. Verr. 1, 6. et sup. 4, 7. *in fœdere et amicitia mansuros*. Pacti quidem mentio expressa non facta est; sed verba præc. eo referri possunt. — *adlatum est, ut* cet. v. ad 5, 34, 6.

5. *Si vero inde pergeret*, ex Hispania in Italiam proficisceretur, *Romanorum Hispaniam fore* (v. ad 21, 30, 5.) *prius* cet. — — *inperatores Romanos esse eos*, v. ad 2, 29, 6.

6. *cui ut* (v. ad 2, 38, 3.) *omnia prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore*, pacatam, vel administrationem ejus curarum laborumque expertem.

CAP. 28.)—1. *cum exercitu justo*, v. ad 6, 13, 3.

2. *navibusque subductis*, v. ad 8, 26, 1.

3. *per dubios infestosque populos justa*, tam per dubios et suspectos, quam per infestos, *intentus*, diligenter sibi prospiciens, paratus ad hostiles eorum conatus vel evitandos vel reprimendos; Doer. Cf. ad 5, 6, 3. Minus probanda Dukeri explicatio: æque, haud minus intentus ad cavendas insidias aut vim, quam infesti illi ac dubii populi ad insidias ipsi struendas. Malim tamen legere: *ad* vel *in dubios i. p. justa* (æque, non minus in illos quam in hos) *intentus*. — *edidicisset*, cognovisset, edoctus esset.

4. *ante quam consentirent* ac Hispani ubique, qua transibat, ad eum obruendum; Gron. in se conspirarent; Ern. Ex antt. edd. ante *consentirent* forsan inserendum *populi*.

5. *transito amne*, v. ad 1, 10, 3.

CAP. 29.)—1. *Quinque millium*, v. ad 9, 24, 2. — *omnibus copiis in campum descensum*, v. ad 1, 14, 4.

2. *Triplex stetit Rom. acies;* (v. ad 8, 8, 1.) *velitum*, levis armaturæ, *pars inter antesignanos*, hastatos principesque, *locata*, *pars post signa adcepta*, inter triarios. v. ad 2, 20, 3. et Schel. ad Hygin. p. 1053. — *equitum Numidas*, v. ad 9, 27, 3. — *pro*, in *cornibus obponit* omnes edd. præter Crev. et Str. omnesque MSS. præter duos, in quibus est *adponit*. Illud probat Gron., hoc vero recte, opinor, Stroth. quia *obponi pro cornibus, castris* cet. absolute sæpius dicatur, (cf. ad 6, 23, 6. et 10, 36, 3.) non vero simul jungatur dativo, nisi *hosti*.

3. *quibus* Numidis, *desultorum in modum, binos trahentibus equos* (desultorios) — *genus est*, cf. Pausan. 5, 9. Hom. H. in Apoll. 231 sq. Eratosth. Cataster. 13. Plut. Phoc. p. 750. Dionys. 7, 73. Isidor. Orig. 18, 39. Hygin. fab. 80 extr. Plut. Phoc. p. 750. ibique Xyl., Vales. ad notas Maussaci in Harpocrat. v. ἀναβάτης et ἀποβάτης, Salmas. ad Vopisci Carin. c. 19. Hesych. v. κάλπη et κάλπις.

4. *reditus in patriam eo discrimine pugnæ verteretur*, v. ad 3, 27, 6. et 6, 17, 1. — *obstinaverant se*.

5. *velut in circumventos*, interclusos, *prœlio ancipiti pugnant*, utrimque, a fronte et a tergo; Doer.

6. *Romani, ut qui, pulsis mediis, tandem et numero et robore virorum prœstarent:* nam initio, ut supra dixerat Livius, *ne multum quidem aut numero aut genere militum hi aut illi prœstabant;* Str.

7. *Eqestris pugna nulla admodum*, v. ad 21, 36, 3.

8. *si qua dubia in Hispania erant*, si qui populi adhuc ibi fuerant suspensi et incerti de defectione; Doer.

CAP. 30.)—1. *Petelia* s. Petilia *in Bruttiis* (h. Strongoli, v. ad Sil. 12, 431 sq.) — *cœpta oppugnari* (v. cap. 20.) *ab Himilcone expugnata est* cet. cf. Polyb. 7, 1. Frontin. Strat. 4, 5, 18. Appian. b. Hannib. c. 29. (ubi pro Himilcone memoratur Hannon) Athenæus 12, 6. p. 528. (ed. Schweigh. 12, 36.) et Sil. l. l. — *stetit*, v. ad 2, 36, 4.

2. *sutrinæ postremo coriis;* aptissime et gravissime, judice Str. et Doer., si cogites, miseros homines sutorum officinas, ubi plurima sunt coria, adiisse ibique resecta coriorum frusta conrosisse. Sed cur hæc tantum coria? et quam dubia est vulg. lectio? *sutrinæque* edd. prim. ante Froben. qui delevit τὸ *que*, quod omnes MSS. tuentur, in quibus tamen non *sutrinæque* reperitur, sed *suetemque* et *sueteque* vel *suetæque:* unde Salmas. *curniisque o. g. q. suetæque, postremo* cet. legebat. *scutorumque* conj. Valla. Sed τὸ *que* probabile facit, ante hanc vocem excidisse aliam, quæ latet forte in *quadrupedum*. Suspicari possis *madefactis siccatisque* conl. Frontini l. l. vel potius *pellium scutique postremo coriis*; ut fere in simili extremæ famis descriptione sup. c. 19. *ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur.*

3. *strictisque rubis*, corticibus rubi; Drak. simul et foliis fructibusque, inde strictis; Ern. et Doer.

4. *urbs defensoribus vasta*, v. ad 3, 7, 1. — — *prodita multitudine a principibus* Locrensium, quorum rei publicæ forma aristocratica fuisse videtur. Cf. 29, 6. et Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 51 sq.

5. *Rhegini tantummodo* — *manserunt*, v. ad 3, 62, 5. Ceterum de iis, quæ h. l. de *Crotone*, *Locrensibus* et *Rheginis* narrantur, v. ad 22, 61, 11. et 24, 1, 1. et de *Rheginis* s. *Reginis* et *Rhegio* ad Tac. Ann. 1, 53, 2.

6. *ut patrem quoque suspicione adspergeret*, sc. quasi ipse clam filium interfecisset; Str. Magnæ contra Geloni laudes tribuuntur non tam 24, 5. quam a Polyb. 5, 88. 7, 8. unde etiam intellegitur, eum participem regni fuisse.

7. *ædem Veneris Erycinæ*, (v. ad 21, 10, 8.) *quam dictator*, quum ipse fuisset dictator, *voisset;* v. 22, 9. et 10.

8. *quum honorem inisset* 5 MSS. Pro *honorem* plerique MSS. et edd. antt. *ibono*, vel *ibonet in bono;* edd. recentt. *primum magistratum* vel *honorem:* sed vox *primum* in nullo MS. exstat. — *ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent ædis dedicandæ causa*, cf. ad 1, 55, 3. *ut duumviros esse juberent æ. d. c.* emend Glar. et Sigon. conl. cap. 31. Sed nodum in scirpo quæsivere, quem solvit jam Duker in hac nota ad 34, 53. "Munus ædis dedicandæ semper duobus injunctum. Nam ratio docet, unum hominem, cui soli certæ rei curatio mandata est, non posse vocari *duumvirum*, etsi, quum duo creati sunt, uterque recte *duumvir* dicitur: nec quisquam dubitare potest, hoc nomen iis, qui ædes sacras dedicabant, primum ab eo, quod duo erant, inpositum fuisse. Quod autem interdum tantum unus memoratur, id eo fieri potuit, quod huic vel sorte evenerat, vel a populo nominatim ob causam datum fuerat id, quod præcipuum in dedicatione erat, puta, ut postem tenens precationem aliaque maxime sollemnia ædibus sacris dedicandis perageret. Nec adversatur huic sententiæ, quod 23, 30. legitur. Nam ex cap. 31. liquet, non latum esse ad populum, ut Fabius solus duumvir crearetur ædi Veneris Erycinæ dedicandæ, sed ut duo duumviri, Fabius huic ædi, Otacilius ædi Mentis dedicandæ, essent. Ejusdem generis sunt alia loca, v. c. 34, 52. et 40, 34." Cf. ad 2, 42, 4. 6, 5, 6. 34, 53. 35, 41. 36, 36. 41, 1. quibus locis similiter *duumvir* dicitur, ut *triumvir epulo* 40, 42, 2. *decemvir* cet.

9. *M. Æmilio Lepido, qui bis consul fu*[illegible], a. V. 520. et 532. quo ille et M. Valer[illegible] Lævinus L. Veturio Philoni et C. Lut[illegible] Catulo subfecti sunt. — *ludos funebres* [illegible] *triduum* (quæ duo vocc. forte delenda [illegible] bis a Livio posita) *et gladiatorum paria XX*[illegible] *dederunt*, cf. 28, 21. 31, 50. 39, 46. 41, [illegible] ad Sil. 16, 288 sq. 527 sq. Exemplu[illegible] hujus rei ab Etruscis desumtum, et ori[illegible] repetenda a funeribus exsequiisve, in qu[illegible] bus olim captivis aut servis ad bus[illegible] mactatis defunctorum manes placari cr[illegible] debantur: unde dicti bustuarii. Cf. Vale[illegible] Max. 2, 4, 7. Lips. Sat. Germ. 1, 8.

10. *in ædilitate magister eq. fuerat*, cf. c. 2[illegible] — *ludos Romanos* — *instaurati* et *plebeji lud*[illegible] v. ad 2, 36, 1.

11. *Q, Fulvius Flaccus, qui ante bis* (a. V[illegible] 515. et 528.) *consul censorque fuerat*, plan[illegible] ut 25, 5. unde 25, 3 pr. *tertium consulatum iniit*, et 28, 45. *quater consul et censor fuerat*[illegible] Hinc pro vulg. *antea consul* auctore Perizon[illegible] reposui *ante II.* vel *bis consul.*

12. *Fulvius* — *urbanam, M. Valerius Lævinus peregrinam sortem in juris dictione habuit*, v. ad 22, 35, 5.

CAP. 31.)—1. *Senatus* — *decrevit, ut simplex tributum confestim exigeretur, quo*, ut, vel hoc consilio, ut *eo anno duplex imperare-*

t commodius conferri posset; duarum conjunctionum, *ut*, verborum interjectione se conlocatio admodum mihi ta lectio *ut eo anno* tuenda In MSS. tamen et Edd. vett. egitur *ut quo eo anno* vel *ut quo* variationis causa primum et deinde *decreverunt* dicitur. *nveniendum diem ediceret legi-* 22, 12, 1. — *inde ut legiones* ;. *inde sex legiones:* nam de *legionibus urbanis* agitur, (cf. egionibus nemo in hoc bello : *ee* conj. Perizon. (ut A ı X) *hæ* et *ut* Str. Posterius ıx VI facillime VI enasci

udiana, M. Claudii Marcelli, ıita et sic adpellata, *supra* cap. 14 extr. 17 pr. 39 extr. *ulam* pro *super Vesuvium* le-, jam monuit Cluver. Ital. or. et 25, 22, 5. — *eas App. in Siciliam trajiceret*, cf. ad c.

Claudiana, sua, ab ipso sic

e re publica fuit, v. ad 6,

creati — *Erycinæ*, v. ad c.

tibus Campanis cet. cf. c. 4

es Cumani essent, pridie quam b eo die, qui esset ante diem puli Campani: ne tum hi itur Campani fuisse, atque laribus defecisse; Str. Hoc ur Latine *illo die* vel *pridie* ille dies et non posteriores ed *ex illo die:* unde *ex a. d.* excidisse post *essent* suspicor; tius Livium pro *essent*, quod adtinebat, scripsisse credi-

minum essent, "cujus populi ves se profiterentur et ipsi tempore, quo Campani a erant, usque ad illum diem, mani facti fuerant. Nam nos se fuisse, quorum de-ı probaverint, sed in fide ıanserint; neque Romanos, lemum in civitatem Roma-nt. Ob hanc causam ergo um est, ut intermedio tem-cipibus Cumanis haberen-Similiter 45, 19, 5. *eorum* ı *erat*, h. e. ex iis hominibus, ndus. — *vetere patria*, Ca-*m*, Romam, Romanam ci-

uisset, *vocati augures*, *vitio* *um*, *pronuntiaverunt*, v. ad 5,

17, 4. Tonitru lætum erat augurium cœlo sereno, at triste nubilo. v. ad Sil. 1, 535.

11. *Patres ita fama ferebant*, v. ad 4, 5, 3.

12. *id deis cordi non esse*, v. ad 6, 9, 1.

13. *Mare arsit eo anno* cet. v. ad 1, 31, 1. — *signa Lanuvii ad Junonis Sospitæ cruore manavere*, v. ad 1, 33, 6. 8, 14, 4. et 22, 36, 9. — *novendiale sacrum*, v. ad 1, 31, 3. — — *prodigia expiata*, v. ad 1, 20, 11.

CAP. 32.)—1. *volones qui fierent*, v. ad 22, 57, 12. *volones qui forent* unus MS. et *volonum quod fuerat* edd. Mog. Frob. Francof. Grut. Crev. Neutrum displicebat Strothio; et Doer. conj. *volones qui fuerant.* At judice Gron. ex prioribus constat, volones antea lectos in exercitu mansisse Junii dictatoris.

2. *M. Claudius* Marcellus *proconsul* (cf. ad 10, 29, 2.) — *qui supra Suessulam Nolæ præsideret*, v. ad 10, 17, 3. et sup. c. 14 extr. 17 pr. et 31. — *quoties in senatum vocassent*, v. ad 2, 55, 6. — *senatores quibusque in senatu dicere sententiam liceret*, v. ad 22, 49, 13.

3. *ad Piscinam publicam;* Festus: *Piscinæ publicæ hodie nomen manet, ipsa non exstat: ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus.* — *eo* sc. loco, ibi, (ut ap. Cic. ad Brut. Ep. 2 pr.) *vadimonia fieri*, cf. ad Juvenal. 3, 298. et Ernesti clav. Cic.

4. *omissa Italia*, (v. ad 3, 46, 7.) *in Hispaniam averterent*, mittendum, ablegandum censerent. Cf. ad 3, 21, 3.

5. *Gravi tributo* cet. "Cornelio socias civitates in Sardinia *benigne contulisse*, cap. 21 scribit. Non inprobabile est, similatam benignitatem, vel certe gravem illam *contlationem* Sardis fuisse, et principibus quibusdam occasionem Sardos ad defectionem inpellendi præbuisse, quam cap. 34. et 40 memorat." Duk.

6. *Hæc clandestina legatio*, nuntius, *per principes* Sardorum *missa erat* Carthaginem. — *Hampsicora* et *Ampsicora* optimi MSS. *Harsicora* edd. antt. *Hampsagoras* ap. Sil. 12, 345. *Ampsigura* Punicum mulieris nomen ap. Plaut. Pœn. 5, 2, 105 sq. Utrumque forte deductum ab Ampsaga fl. Africæ; Gron. Mox edd. ante Drak., non MSS., post *Hasdrubalem* inserunt verba *cognomento Calvum*, desumta forsan e cap. 34 extr.

7. *Ti. Sempronius militibus*, qui ipsi evenerant, volonibus et sociis, *Sinuessam diem ad conveniendum edixit*, cf. ad 22, 12, 1. — *Q. Fabius* sc. edixit.

8. *ante Calendas Junias primas*, proximas.

9. *Terentianum mitti* sc. in Siciliam; Sigon. Sed id pugnare cum narratione Livii c. 31. et 25. monet Duk., isque non male *Tarentum* ante *mitti* excidisse suspicatur ex cap. 38. Malim tamen legere: *Terentianum mitti c. a. legatorum, et XXV naves M. Valerio dari, quibus* cet. Verbum certe *sunt* ab optimis MSS. abest. — *M. Valerio* Lævino, eidem prætori, cui præter Apuliam tradita etiam *ora maritima* cum

classe tutanda. Cf. c. 38. 48. 24, 10. 20. al. *P. Valerio* (Flacco) conj. Jac. Gron. Is legatus fuit prætoris, et classi præfectus. Cf. c. 16. 34. 38. et 26, 8. Sed vulgatæ lect. tum alia favent, tum verba seqq. *par navium numerus Q. Fulvio prætori urbano decretus.* Bene autem Livius primum simpl. *Valerium* dixit, quia adjecit *prætorem*; nunc *M. Valerium*, ut a P. Valerio legato distinguatur.

9. *conquisitionem militum*, v. ad 21, 11, 10. — *qui classi præesset*: τὸ *qui* pro *quo*, vel *ut*. Sic pro *ut* 26, 17, 4. Cf. Zinzerl. prom. crit. c. 3.

CAP. 33.)—1. *In hanc dimicationem* cet. quam apte hæc nunc ad novam dimicationem Anglorum Francorumque transferre licet!

2. *quo propior Italiæ*, cf. ad 1, 23, 9.— — *incertis adhuc viribus*, quum nondum constaret, uter populus plus viribus valeret altero; Doer. — *fluctuatus fuerat*, v. ad 4, 24, 2.

3. *ad Laciniæ Junonis templum*, de quo v. 24, 3. Vox *templum* abest a multis MSS. et forte delenda. Cf. ad c. 34. n. 2. et ad 1, 33, 6. Mox *Luceriam* recepi ex emend. VV. DD. quam firmat impr. cap. 48. *Nuceriam* vel *Numeriam* MSS. et edd. Sed utrumque ab h. l. alienum.

4. *Prætor, inter defectiones* cet. sic quidam MSS. *senatum p. r. PR. inter* cet. Ab aliis vox *prætor* abest, et sic facile excidere potuit. *Inter defectiones v. s. Valerius nova societate* cet. omnes edd. ante Stroth. Sed proprium Valerii nomen in nullo fere MS. reperitur.

5. *fœdusque cum eo atque amicitiam junxit legibus his* cet.; vide totam fœderis formulam ap. Polyb. 7, 9. ex qua etiam patet, *Xenophanem* fuisse Atheniensem et Cleomachi filium.

6. *cum quibus regibus placeret*; malim *regi*, et, e melioribus MSS., *quæque insulæ*; Gron. Forte et leg. *vergerent.*

CAP. 34.)—1. *ad regis ipsius firmandam fidem*; " forte *ad regis ipsius firmandas fide* sc. leges: nam *firmare fidem* dicitur tum is ipse, qui fidem a se datam arctiore quodam vinculo adstringit, vel qui argumentis et rerum documentis rem, quam adfirmavit, probabilem et certam reddit; tum res ipsa, quæ fidem facit: adeoque Philippus recte *firmare fidem* Hannibali a legatis suis datam, non legati Hannibalis *firmare fidem Philippi* dici possunt;" Duk. Vulgatum Stroth. exponit: ad firmandam a rege fidem adcipiendam; ut adessent, quum a rege ipso fides firmanda esset: quemadmodum *mitti ad ludos agendos* etiam de iis dici potest, qui spectatum mittuntur, nec ipsi ludos agunt. At Doer. ad fidem ab ipso rege firmandam ut datam a legatis fidem ipse rex firmaret: nam *regis ipsius* positum pro *ab ipso rege* vel *regi ipsi.* Sed explicandum potius videtur: *ad fidem regis ipsius*, promissionem dandam datamque ab eo ipso, *firmandam* jure jurando tabulisque fœderis, ab eo exigendis.— *Gisgo*, ut passim *Hasdrubal Gisgonis filius*: sed forte leg. *Gisco.* Nam semper Γέσκων vel Γέσκων dicitur Polybio, Appiano et al.

2. *ad Junonis Laciniæ*, v. ad c. 33. n. 3.

3. *P. Valerius Flaccus*, v. ad c. 32. n. 8. — *cercuros*, in edd. ante Gron. *Corcyros*, in MSS. *cercyros* et *corcyros.* *Cercurus*, Gr. κερκοῦρος, *navis Asiana prægrandis* ap. Non. Marc. p. 533. caudata, (sic dicta a κερκὶς et οὐρά, quod utrumque caudam significat, sed, ut alii putant, a Κερκύρα s. Corcyra ins.) prælonga et velox, (cf. 33, 19 extr.) a Cypriis inventa. Schæffer hæc adnotavit: " Nonii explicatio dubito an vera sit. Cercuri certe cum lembis conjunguntur 33, 19. et a Suida, κέρκουρος νηὸς εἶδος· κέρκουροι καὶ μυοπάρωνες καὶ λέμβοι εἴδη πλοίων. Idem Nonius p. 534. *Lembus navicula brevis piscatoria*, et *myoparo est navicula piratarum.* Hinc lusus Rufini in Brunck. Anal. T. 2. p. 349. ad quem Schol. in cod. Vatic. Εἰς ἑταίραν Λέμβιον καὶ Κερκούριον· εἰσὶ δὲ ταῦτα ὀνόματα μικρῶν καραβίων, τῶν παρ' ἡμῖν σανδαλίων. v. Ducang. Gloss. Gr. v. κάραβος, καράβιον, σάνδαλις cet.". Cf. Plin. 7, 56. s. 57.— *celeritate vinci* sc. *se*, nisi potius id ante *senserunt* excidit. — *ad præfectum classis*, P. Valerium Flaccum.

4. *et quo tenderent cursum*, v. ad 4, 19, 1. — *Deinde ut Punicus cultus — tum* cet. ita et *tum* adjectum τῷ *deinde* πλεονάζει 30, 10, 1.

5. *L. Valerius Antias*, cf. ad 3, 5, 9.

6. *defectionem omnes spectare*, v. ad 1, 9, 3. — *gravitate cœli aquarumque advenientem exceptum*, v. ad 1, 53, 5. et 3, 6, 2. De *gravi* autem, h. e. insalubri et pestifero, *cœlo in Sardinia* ejusque causis v. ad Sil. 12, 371. et ad Tac. Ann. 2, 85, 8. Idem *Siciliæ* tribuitur 25, 26, 3.

7. *quadringentos equites scriberet*, ut et 40, 36. *trecentos* edd. ante Ald. forte rectius: aut centum præter morem adjecti. v. ad 8, 8, 10.

8. *mitteretque cum imperio quem ipsi videretur*, v. ad 1, 29, 4. — *T. Manlius Torquatus, qui bis consul fuerat*, a. V. 517. (quo Janus iterum clausus, de quo v. 1, 19.) Manliusque de victis *Sardis* triumphavit) et 528. Cf. 25, 5. — *in consulatu*: sed in quo? nam *bis consul fuerat.* In quibusdam libris reperiri *in suo consulatu*, et legendum esse *in primo cons.* non male monet Pigh. in Ann. ad a. 519. p. 95. nam voc. *primo*, numerali nota signatum, facile intercidere potuisse.

9. *ad Baliares insulas dejicitur*, v. ad 21, 21, 7. et 21, 49, 3. — *armamenta*, v. ad 21, 49, 7. — *alvei navium*, v. ad 1, 4, 9. — *subductæ naves*, v. ad 8, 26, 1.

CAP. 35.)—1. *alterius* (Pœnorum) *mollitiis animis* Capuæ. v. cap. 18. — *Campani per se* (v. ad 6, 20, 13.) *adorti sunt*, conati, *rem publicam Cumanam suæ ditionis facere*, v. ad 21, 30, 5.

2. *quo ad conveniendum diem edixerat* sc. exercitui suo. cf. ad c. 32. n. 6. — *Liternum*, v. ad 22, 16, 4.

3. *crebro decurrere milites cogebat*, ut *legiones decurrunt in armis* 35, 35, 3. h. e. armatæ, ut ἐν ὅπλοις pro ἔνοπλοι, Schæff. Hæc est decursio campestris, campicursio, decursus, h. e. concursus militum ad simulacrum pugnæ et incursus in hostes, vel cursus in armis, (pyrrhicha) et exercitatio tum in armis tractandis movendisque, tum præcipue in agitandis corporibus, in incedendo, in gradu militari, in currendo. Cf. 24, 48. 26, 51. 29, 22. 35, 35. 40, 6. 7. 9. 47. 42, 52. 44, 9. Alia decursio, sc. circa rogum tumulumve defunctorum imperatorum, memoratur inf. 25, 17. De utraque ad Tac. Ann. 2, 7, 5.

4. *ea maxima pars volonum* (v. ad 22, 57, 12.) *erat*, (cf. cap. 32.) pro: *eorum maxima pars* vel *ii maximam partem volones erant*. Cf. 24, 16, 3. et Justin. 5, 10 pr.

5. *Inter quæ maxima inerat curæ duci*, interea omnis fere cura ducis versabatur in hoc, (*itaque*, et ita, ut 3, 30, 3. h. e. ut idem curarent, *legatis tribunisque præceperat*) *ne* (ut non) *aliqua exprobratio cuiquam* facta (nam verbale nomen nonnumquam regit casum verbi, quod Gron. exemplis firmavit) *veteris fortunæ*, conditionis servilis, *discordiam inter ordines*, genera militum diversa, *sereret*; ut (quod latet in τῷ *ne*, de quo cf. ad 1, 33, 7.) *vetus miles tironi, liber voloni* (v. ad 22, 57, 12.) *sese exæquari sineret*, et *omnes*, cuncti, eos *satis honestos* cet.

6. *concordia coaluerant animi*, v. ad 1, 11, 2.

7. *Medixtuticus*, cf. 24, 19. inp. 26, 6. et ad 9, 20, 2. *Medix* s. *meddix* in Osca aut Campanorum lingua magistratus, et *tuticus* summus dicitur, quod ex Festo et, quæ laudat, Ennii verbis patet; Str.

8. *Triduum sacrificatum ad Hamas*: leg. Crev. vel *sacrificandum* cum Perizon. cujus nota est: "Quis credat, Gracchum, qui pridie istius sacrificii jam moverat Cumas, post triduum demum obpressisse Campanos, et non primo quoque tempore, ante quam detegerentur insidiæ, quas, etiamsi nemo enuntiaret, in tam propinquo loco celare difficile erat, et eo ipso animadvertere potuissent Campani, quod nemo Cumanorum, contra quam dictum erat, advenisset. Verisimilius est, verbis his et seqq. describi ipsum illud sacrum." *sacrificatur* conj. Crev. ut simul innuat Livius, istud sacrificium adhuc suo ævo celebrari. Quod unde constet, quærit Drak. — *compleretur*, perficeretur.

9. *Huic insidiandum tempori*, hoc captandum tempus insidiandi; Ern. Cf. Vellej. 2, 21. et Cic. Cat. 1, 10. Mox *ab decima diei hora* malebat Gron.

10. *ut in pervigilio neglecta*, in sacro nocturno; quod cui deo vel deæ factum sit a Campanis, ignoramus. De pervigiliis v. ad Tac. Ann. 15, 44, 2. Lips. Elect. 1, 5. et Wernsdorf. Poët. lat. min. T. 3. p. 426 sq.

CAP. 36.)—1. *in Tifatis*, ut c. 39. Cf. 7, 29. et 26, 5. De nominibus montium adjectivis, pluralibus et neutris, v. ad Sil. 4, 363. et 12, 537. — *provida futuri opinio*, plane ut *formica haud ignara ac non incauta futuri* ap. Hor. Sat. 1, 1, 35. Ita tamen propr. *providum* erat dicendum. *Provida* est præscia, præsagiens. — *simul*, simul ac.

2. *ab re bene gesta*, v. ad 1, 1, 5. — *exercitum* Sempronii Gracchi, *tironum* — *servorumque*, cf. cap. 32. et 35.

3. *agmen præter Capuam rapit*, v. ad 6, 23, 3.

4. *auspiciis repetendis*, v. ad 5, 17, 4.— *expiantique ea*, v. ad 1, 20, 11. — *litari*, v. ad 5, 38, 1.

CAP. 37.)—1. *Adversus ligneam ingentem* sc. *turrim*, quam vocem addunt omnes edd. ante Gron., sed pauci MSS. Malim tamen mox *turrem* delere, quam h. l.

2. *promovendo* passive, dum illa propius admovebatur; Doer. — *Ad mille trecenti*, v. ad 4, 59, 5.

3. *Quibus diebus Cumæ* — *iisdem diebus* cet. cf. ad 1, 3, 8. Sed alterum *diebus* delendum potius crediderim. — *cum Hannone Pœno*, cf. cap. 43. *Ti. Sempronius Longus* haud dubie proconsul in hoc anno fuit. Nec tamen Livius in superioribus ullam hujus rei et provinciæ ejus mentionem facit: cujus generis etiam est, quod cap. seq. *classem Gracchi* consulis memorat; Duk.

4. *Vercellium, Vescellium, Sicilinum; et auctores* cet. ex optimis MSS. cum Str. revocavi, ut tria sint Hirpinorum oppida, e quibus editores homines, et quidem duos tantum, fecerunt. *Vercellium Siciliumque et auctores d. s. percussit* edd. prim. *prætorem*. *Vercellius Siciliusque auctores d. s. percussi* edd. a Mogunt. omnes. Certerum ipsa oppida hodie incognita, et nomina forte corrupta. In quibusdam MSS. *Vescellum* et *Sicilium* legitur. *Sicilium* a Dionysio, etsi in Tiburtibus, memorari monuit Gron. idemque putabat, a Vescellio s. Viscellio tum *Jovem Vicilinum* 24, 44, 6. (ubi in MS. Put. et Pet. legitur *Jovis Visilini*) tum *Sp. Cassium Viscellinum* dictum fuisse. Forte leg. *Herdoniam, Abellinum, Æculanum*, oppida Hirpinorum nobis, non librariis, notiora.

5. *sub hasta venierunt*, v. ad 4, 53, 4. Mox pro *Luceriam* in edd. ante Gron. *Cumas*. Sed ibi Sempronius Gracchus in præsidio erat. Cf. cap. 33, 35. et inpr. 48.

[redacted]

CAP. 38.)—1. *ab supero mari ad inferum*, v. 5, 33.

2. *ad naves XXV. quibus P. Valerius* cet. immo: *ad naves viginti — viginti quinque paratas*: nam ex XXV navibus, Valerio datis, (v. cap. 32.) postea quinque Romam missæ, (cap. 34.) quæ h. l. rursus classi adnumerantur, et hinc bellicæ fuerunt, non onerariæ; Jac. Gron. Bis *viginti quinque* leg. putabat Periz. anim. hist. c. 8. p. 344. Sed Valerium non recte dici posse tum præfuisse quinque navibus, Romam missis, et ex hac ratione non *L naves*, quæ mox memorantur, sed *LV* effici, monet Duk. Verbum *paratas* del. monet J. Fr. Gron. aut leg. *parari* vel *parandas*. — *deductisque*, v. ad 8, 26, 1.

3. *Pecunia ad classem tuendam* cet. v. ad 34, 6, 6.

CAP. 39.)—1. *ignarus de iis*, ut *inscius de verbis* ap. Plaut. Trin. 1, 2, 178. Sed e MSS. probabile fit, pro *de iis* leg. *rex*.— — *quæ cum H. legatis convenissent*, cf. ad 1, 3, 4.

2. *cui Scotino cognomen erat*, verba ab aliena forte manu addita: nam verus ille Σκοτεινὸς multis ætatibus ante Philippum Demetrii filium vixit; nisi homo ineptus æmulatione prioris hoc sibi cognomen adscivit; Gron. Forte quia ab eo oriundus. — *Beroæus*: in plerisque edd. *Berræus*, in MSS. vero *Bœsis*, *Bœusetis*, *Bœusotis*, *Boreusetis*, *Bœusotius* et al. unde *Bromiscius* suspicari possis, vel cum Jac. Gron. *Bottiæus*. Oppida Macedoniæ *Beroea*, *Bromiscus* et *Bottiæa*. Cf. ad 42, 58, 1.

3. *Compulteriam* (al. *Combulteriam*) Holsten. nunc dici putat *S. Mariam de Covultere*. — *Trebulam*, v. ad c. 14. n. 10.

4. *Nolæ, sicut priore anno*, (v. cap. 14.) *senatus Romanorum, plebs Hannibalis erat*, v. ad 3, 36, 4. et 21, 11, 1.

5. *quæ in Tifatis erant*, cf. ad cap. 36. n. 1. — *super Vesuvium in castris Claudianis*, v. ad cap. 31. n. 3.

CAP. 40.)—1. *per T. Manlium prætorem*, v. ad 6, 42, 7. — *omissæ*, v. ad 3, 46, 7. — *navibus longis* (v. ad 21, 17, 5.) *ad Carales* (hod. *Cagliari* s. *Calari*) *subductis*, (v. ad 8, 26, 1.) *navalibusque sociis armatis*, v. ad 9, 38, 1.

2. *in Pellitos Sardos*, (ita optimi MSS., non *Pellidos*, ut edd. ante Drak.) qui vel more barbarorum, vel potius, quod montana incolerent loca, frigoris arcendi causa pellibus et mastrucis, h. e. villosis musmonum s. arietum pellibus, utebantur: unde etiam *pelliti testes* et *mastrucati latrunculi* dicuntur Ciceroni in fragm. orat. pro Scauro, et de prov. cons. c. 7. Cf. Ern. clav. Cic. Cluveri Sard. ant. p. 487. Duk. et Salmas. ad Flor. 2, 6, 35. Hard. ad Plin. 33, 12. s. 50. Intpp. Anton. Itin. p. 78. Crev. epist. 3. ad Hard. de ejus ed. Plin. et ad hæc et seqq. (cap. 40. et 41.) Sil. 12, 342-419. ubi *Hampsicore* vel Hampsagoræ (v. ad c. 32. n. 5.) filius *Hostus*, non *Hiostus*, dicitur.

3. *ad tria millia Sardorum* cet. in edd. ante Grut. *ad XXX millia — cæsa, trecenti* vel *mille trecenti* cet.

4. *Alius exercitus*, reliquus, v. ad 4, 10, 2.

5. *Cornus, caput ejus regionis*, Pellitorum Sardorum, hod. *Corneto*, haud procul a mari, ad Termum fl.

6. *tempestate dejecta ad Baliares*, v. ad 21, 21, 7. et 21, 49, 3. — *in tempore*, obportune, (v. ad 2, 47, 4.) *ad spem rebellandi* (v. ad 2, 42, 2.) refovendam *advenisset*. *Ad spem* pro: quoad spem; Str. Cf. ad 9, 16, 9.

CAP. 41.)—1. *intra paucos dies recepit*, v. ad 3, 29, 1.

2. *navibus longis deductis*, v. ad 8, 26, 1. et 21, 17, 5.

3. *T. Otacilius prætor*, v. ad 6, 42, 7. Voces *L navium* a VI MSS. exsulare, et forte ex c. 38. ad marginem adscripta fuisse, monet Drak.

4. *Bomilcar cum militibus* cet. cf. cap. 13 extr. unde etiam in edd. ante Drak. mox numerus additus elephantorum, (*quadragintaque elephantis*) quem MSS. non habent.

5. *æstu suo Locros trajecit*, v. ad 1, 56, 10. *æstu secundo* edd. ante Drak. (ut *mari secundo* 29, 7 pr.) sed e glossa. In MSS. tamen plerisque est *æstuque suo*, unde J. Fr. Gron. conj. *exercitum duxit æstuque suo L.* t. et Jac. Gron. *æstu quæsito*, h. e. exspectato, donec æstus illuc ferret, inpetrato, quem exspectabat, æstu, ut *quærere* 25, 23. 30, 16. et ἐπιτηρεῖν ap. Polyb. Cf. ad 1, 14, 5.

CAP. 42.)—1. *pacem necessariam adcepimus* a. V. 480. — *ad id tempus, quo in Italiam venisti* a. V. 534. Hinc h. l. legendum videri *per annos prope LX*, jam monuit Sigon. idque eo probabilius esse, quum a legatis omnia oratorie in majus ornentur, ut mox: *per centum prope annos cum populo Rom. bellum gessimus* cet. Nam bellum illud fuit ab a. V. 412-480. adeoque *per annos prope LXX*, ut recte dicitur 31, 31.

2. *unica comitas*, v. ad 1, 21, 3. — *non modo pop. Rom., sed ne deos quidem*, et mox *non solum incolumi, sed præsente te*, v. ad 1, 40, 1. — *quum plorutum prope conjugum* cet. plerique MSS. et omnes edd. ante Drak. qui dedit: *præsente te*, (*conploratum prope— — conspicere*) *ita sumus* cet. Livius amat quidem ejusmodi parentheses: sed ita potius dixisset *poteras conspicere*, quam *posses c.*

3. *te ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo* (perperam *jaculo* edd. ante Gron.) *emisso, torpere*, venusta metaphora, ab api-

sumta, qua etiam usi sunt, a Gron. ndati, Curt. 4, 14, 13. Cic. p. Flacco Plut. in Pericle. p. 171. Locum is addit Victor. var. lect. 3, 16. tamen *amisso aculeo*, ut ap. Curt. l. l. libus libris legitur. Ceterum alii utabant, aculeis infixis amissisque tatim mori, alii vero, eas ita fucos t torpere, pariterque et nocere et se desinere. v. Plin. 11, 18. s. 19, H. A. 3, 10. 9, 64. Virg. Ge. 4, Sen. de clem. 1, 19.

er centum prope annos cet. cf. not. 1.— *ego s. r. n. gloriabor*; nam unus lem loquitur, sed nomine utriusque præcipue Samnitium.

nos consules — sub jugum missos, v. 9, — *ante explorato*, v. ad 1, 41, 10.— *sidiis positis*, v. ad 2, 20, 2. — *sub d populandum ducebant*, v. ad 1, 23, 4. 3, 2.

unc proprii unius et parvi — præsidii, uni tantum urbi tuendæ subficit et vel destinatum est; Jac. Gron. in edd. *prope* pro *proprii*, et recte legebatur. Ceterum contemtim cta de exercitu Marcelli.

manipulatim quidem structa acie, ut vel potius ut *instructo agmine* 2, 49. *ine ire* 37, 13. Cf. Schel. ad Po- 9.

præsidiumque missum (a Romanis) *nobis ademeris*: ita omnes fere MSS. et si quod Mogunt. et cet. ante Drak. bis perperam *erit* inseruere, et Drak. it *ademerit*, prob. Doer. ut sensus *præsidium*, quod *nobis miseris, et, Nolæ ademerit* sc. præsidium, h. e. simul a præsidio, quod nunc hanc tenet, liberaverit. Idem vir doctus *m. et nobis et Nolæ aderit*, h. e. opem Neutrum mihi adridet, et cum Str. *ademeris*: sed, quod lectio optimi ut. *præsidiumquemisul nobis* firmare , reponere malim : *præsidiumque* (sc. de quo vid. not. 6. cui Marcellus t, quodque et Nolam tenebat et ium agros populabatur) *simul nobis et* el Nolanis *ademeris*, eo et nos et liberaveris. Dukerus monet, in criptura non ineptam esse sentenduas res effeceris, et præsidium te missum erit, et ab eo cæsis oribus agri nostri, qui paucorum arum præda erunt, Nolæ præsidium is. Sed ulcus latere, ex varietate ra conligit.

43.)—1. *Indicandum autem fuisse*, sc. quas clades adcepissent. Sed g. *Indicandum cladem f. p.*
rofectus cetero exercitu, v. ad 1,

mme ex Bruttiis cet. cf. cap. 37. *plorato*, v. ad 1, 41, 10. — *tuto receptu*, ita ut receptus ejus esset tutus, ut tuto se recipere posset. Cf. ad 22, 12. 9. — *fuerunt*: immo *fuerant*: Crev.

5. *Herium Pettium* MSS. *Petrium* edd. antt.

6. *populi Rom. obterit senescentem* (v. ad 1, 22, 3.) *cum viribus majestatem*, h. e. imminuit, elevat, deprimit, (unde obponitur τῷ *ex. tollit*) ut 24, 15. ap. Cic. Verr. 5, 1. et Div. 1, 16. Similiter *deterere* et *adterere*. Junguntur etiam *obterere* et *calcare libertatem* et majestatem 34, 2, 2. h. e. spernere, propr. insultare, ut πατεῖν, quæ dictio petita est a victore, hostem devictum jacentemque calcante. v. ad Sil. 3, 85. 6, 550. et ad Juvenal. 10, 86.

7. *ipsorum quam Hannibalis interesse*: in edd. a Mogunt. ad Gron., non in primis et in MSS. *magis* ante *quam* insertum. Sed v. ad 1, 25, 11. — *quid inter Capuæ*, sponte traditæ, *Nuceriæque*, captæ ac fame ad deditionem compulsæ, *fortunam interesset*; vid. cap. 7. pr. et 15.

8. *captæ urbi cessura*, eventura.

CAP. 44.)—1. *mutanda fides fuerat*, forte *fuerit*, *serum* cet. Gron. — *oppidum corona circumdedit*, v. ad 2, 17, 3.

2. *Imber continens*, continuus, — *tenuit*, v. ad 2, 36. Verba præc. ita emendavit Gron. *haud plus quam trecenti, Romani* vel *Romanorum quinquaginta*. Vox *nullus* abest ab optimis MSS. et Put. habet *Roman Liber* h. e. *Romani L. Imber* cet.

3. *utraque pars avidi c. erant*, v. ad 1, 41, 1. Mox *educit* solus Drak. nulla addita librorum auctoritate; Str. — *Mille fere passuum inter urbem erant castraque*, forte *passus* aut *erat*, nisi cum Gron. subintell. *campi*; Ern.

4. *et sunt omnia campi circa Nolam*; nos *es war aber alles um Nola herum flaches Land*; Doer. Sic τὸ *et* passim pro *sed* (ut 35, 38. 44, 16. 26. al. nisi *at* leg.) vel *nam* ponitur, inpr. in parenthesibus, ut h. l. 24, 7, 3. 29, 23. et sæpissime apud Tacitum. v. ad Tac. Ann. 1, 13, 6.

CAP. 45.)—1. *marcere Campana luxuria*, ut *marcescere* 28, 35. 33, 45. 35, 35. nobis *erschlaffen*; Str. Cf. ad Tac. Ann. 6, 4, 7. — *vino omnibusque lustris confectos* (v. ad 5, 10, 6.), ut ap. Cic. Phil. 2, 3. *Lustra* sunt latebræ, ubi, qui in Veneris palæstra se exercent, velut feræ in locis deviis, delitescunt, *tenebræ* ap. Catull. 55, 2. et *loca latebrosa* ap. Plaut. Bacch. 3, 3, 20. (ubi *lustrari* homines dicit Pseud. 4, 7, 6. et Cas. 2, 3, 29.) h. l. libido, quæ ibi exercetur; Doer. Cf. Festus.

2. *dilabsa esse robora corporum*. v. ad 7, 29, 3.

3. *gravioribus probris increpabat*, v. ad 3, 3, 1.

4. *legionis unius atque alæ*, v. ad 10, 40, 7.

[redacted]

et 25, 21, 4. — *tirone milite*, v. ad 1, 14, 4. — *insultus nos jam iterum lacessit*, nos, qui primam cladem, ad Nolam eamdem adceptam, (v. cap. 16.) nondum ulti sumus. — *erepto ex equo*, "suspicari possis *dirępto*, i. e. detracto: sed cf. Heins. ad Ovid. Met. 3, 52." Duk.

5. *paucis plures vix restatis*, v. ad 4, 58, 5.

6. *fortes lingua*, non manu, *jactabatis*, gloriabamini. — *Enim minor est res;* ita antt. edd. et optimi MSS. Alii *cum minor* et *etenim minor:* edd. Vallæ et cet. ante Str. *En nunc minor est res.* v. ad 3, 39, 8. Sententia est: scilicet minor ista res est, nempe Romam capere; ut sæpius ap. Plautum, v. c. Most. 5, 2, 22. *enim* ab initio et plerumque ironiæ causa ponitur; Str. Immo: Jam vero minoris negotii est res, Nola tantum, non Roma expugnanda est; Doer. Cf. Inf. ad 34, 32, 10. ubi *Enim* pro vulg. *At enim* in omnibus MSS. legitur, et Gron. pluribus Plauti exemplis probavit, particulam *enim* interdum a fronte orationis inducere vim adversativæ, et eadem vi poni, qua junctim alias *at enim* vel *sed enim*.

7. *campestrem urbem*, v. ad 36, 10, 3.

CAP. 46.)—1. *Hostium plus* quam (v. ad 4, 52, 6.) *quinque millia* — *quatuor* elephanti *in acie obcisi;* ita et Plut. in Marcello p. 304. — *Vulcano votum* quod fuerat; nisi leg. *vota*.

2. *liberalioris militiæ*, plura spondentis conmoda. *Liberale* obponitur necessario et parco: unde *liberalior victus* 41, 2 extr.— — *mille CCLXXII equites*, ap. Plut. l. l. ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους: nisi χιλίους post τοὺς excidit; Sigon. Mox ante *datus est* in omnibus edd. præter Stroth. inserta vox *latus*, quam delevi, quia a MS. Put. duobusque aliis abest, et Livio talis κακοφωνία (*latus datus*) haud obtrudenda videtur. In reliquis MSS. pro *latus* legitur *locus*, quod restitutum a Str. sed ab h. l. alienum est. Judice Doer. leg. *latus* (adceptus) *est*, et ejiciendum τὸ *datus*, tamquam interpretamentum τοῦ *latus*.

3. *quæ super Suessulam erant*, v. ad c. 31. n. 3. Mox optimi MSS. *petendum* pro *tutandum:* unde *tenendum* conj. Gron.

4. *nihil admodum viribus fidentes*, v. ad 21, 36, 3. — *in aperto*, v. ad 21, 32, 7.— — *plus poterant*, v. ad 5, 33, 3.

5. *Cerrinus Jubellius;* ita MSS. vel *Cerrinius*, (non *acerrimus*, ut edd. antt.) gens nobilis Capuæ; Gron. Cf. 39, 13. 17. 19. De ipso vid. etiam cap. 8. et de ejus atque *Claudii Aselli* certamine cf. Appian. b. Hann. 37. et Sil. 13, 142 sq. — *indidem* propr. Gr. αὐτόθεν (vel ἐντεῦθεν) ut 25, 15. 27, 12. 25. 28, 1. 39, 12. h. l. ex eadem hac gente oriundus civitatem Rom. adeptus seu *civis* Romanus erat; Str. Cf. Drak. ad 25, 15. Malim legere; *civis idem Romanus*, vel *erat Romanus*, ut litera R. (Romanus) exciderit.

6. *Hunc Taurea oculis perlustrans*, ibique quærens, circumlatis in omnes partes oculis; Duk. Ern. et Doer. Durior est Strothii et Crev. ratio, qui putabant, τὸ *hunc* jungendum esse verbo *quæsivit*, et ex hoc ad verba *ubi esset Cl. Asellus* repetendum *rogitans*, ad *perlustrans oculis* intell. ex seqq. *hostium turmas*. Idem vero jam monuit, non plane negligendam esse lectionem plurimorum, quamvis non optimorum, MSS. et edd. ante Ald. *Hic Taurea*.

7. *daretque opima spolia* cet. v. ad 1, 10, 3.

CAP. 47.)—1. *infestis hastis*, v. ad 1, 13, 2. — *pugnam extrahebant*, v. ad 2, 61, 6. et 4, 43, 6. Mox *equum in viam demittere* et *dejicere* synonyma. Cf. Gron.

2. *Minime, sis*, si placet, (*sis* contr. pro *si vis*, usitatum in conloquio et sermone vulgari ap. Plaut. et alios, ut *parce, sis* 34, 32 extr. *abi sis, apage sis, cave sis, adcipe sis*, vel *sodes* pro *si audes;* v. Cic. Or. 45.) *cantherium*, equum meum, sc. dejiciam, *in fossam*, (ita plerique optimique MSS. et edd. vett., non, quod vulgo editum, *fossa*) h. e. in viam adeo cavam, ut pro fossa habenda sit; unde verendum mihi, ut eum rursus extraham: *quæ vox*, dictio, non jam tum fuit proverbium, sed *inde* demum, quod in plerisque proverbiis factum, *in rusticum proverbium prodiit*, edita vel vulgata est, (nisi leg. *prodiit*, abiit) de malo inextricabili eoque vitando; Stroth. *Dejice* potius subintell. esse, satis τὸ *sis* docet; et videtur Taurea periculi, a quo Claudius sibi caveret, admonitione *rei*, h. e. ipsi certamini, callide se subduxisse, adclamans ei: cave, quæso, ne in fossam dejicias: quo deinde dicto fortasse usi sunt rustici, equites de periculo, a quo sibi caverent, admonituri; Doer. Hæc probabiliora sunt, quam quæ Erasmus Chil. 1. adag. cent. 6, 21. et alii disputarunt, qui *fossa* legunt et τὸ *sis* pro conj. præs. verbi *esse* adcipiunt, vel, ut Scheller in Lex. lat., conjiciunt *siris*, i. e. siveris, sinas. Nota Gron. est hæc "Κανθήλιος Gr. asinus et τὰ κανθήλια clitellæ. Inde Lat. *cantherius* equus castratus: (et hinc forte vilior, ut nostrum *Mähre, Schindmähre*, ap. Plaut. Aulul. 3, 5, 20. et al. non vero, quod Stroth. putabat, miser et adflictus equus, quem Taurea quasi misericordia adfectus ita adpellaverit) et *cantherius* vel *cantherium* adminiculum s. pedamentum vitium instar furcæ et patibuli humilioris, quod figebatur in fossa, et cui adplicabantur inponebanturque teneræ vites. (v. Colum. 4, 12. 14. Plin. 17, 21.) Hinc sententia h. l. est: ne sinas alios ex s. de te crescere, ut vitis crescit supra cantherium vel eo stante et adminiculante. Id quadrat in omnes, qui suo damno alienas opes alunt, et extollunt, qui ipsos olim sint ob-

ri. Sic *cantherium in fossa* Pompejus
esari, et Antonius Lepidusque Oc-
Sed quia *cantherius* etiam genus
it, *via* autem *cava* propter altiorem
ue campum vel agrum instar *fossæ;*
as forte Taurea, postquam Claudius
. egerat in viam cavam : *en,* inquit,
ium *in* fossa : vel, *Hoc possis vere*
canth. in fossa, quod ego me esse nolo.
quidem dictum nullam aliam tum
is vim habebat, quam ut invidiam
turpisque discessus dicenti minue-
solebant solentque hodie homines
m suum ridiculo aliquo explica-
[i]nime. Scis, inquit, cantherium in fossa
bulam antiquam de cantherio in fossa
cava) conj. Schæffer. de re vehic. 2,2.
um in cognomen adversarii, Claudii
lusisse suspicabatur Crev. Contra
ιον quidem Græcis, non vero *can-*
Latinis asinum dici, monet Drak.—
x (in) *ea via* pro *ex via* edidi cum
. emend. Perizon. De sollemni vo-
: et *ex*, literarumque *A* et *X* per-
one v. Stroth. ad 23, 48. et Drak. ad
f.
uam vera sit, communis existimatio est, v.
5, 1. et 4, 20, 7. *quam vera sit* cum
posui e conj. Gron., quæ probabilior
st, quam illa Vallæ, a reliquis edi-
; recepta : *quam satis certam.* Omnes
habent : *quam elatis* vel *vetatis* (hoc
, Flor., Put. et Pet.) *communis certe*
:. Hoc *certe* a librariis præpostere
itum putabat Gron., at Perizon. in
hist. c. 7. p. 280. non male conj.
rram sc. adjiciant, *communis per me*
!. Ad lectionem vero MSS. propius
dcedet hæc: *quantæ veritatis, commu-*
nis exist. est.

. 48.)—1. *in Claudiana castra s. S.* v.
l. n. 3.
em Luceriæ habuerat, cf. c. 33. et 37.—
idere, v. ad 6, 6, 4. — *literæ a Sci-*
venerunt, quantas res gessissent, v. ad
10. — *sociis navalibus,* v. ad 9, 38, 1.
it provinciam adtineri posse: ita optimi
Alii *teneri* et *obtineri;* omnes autem
ineri. Quæ cuncta haud dubie sub-
ab iis, qui ignorabant, *adtinere* dici
inere, vel tueri, custodire. v. ad
nn. 1, 35. 4, 5. 13, 15. — *nemo om-*
ut, quin h. e. *qui non,* (quod in ple-
edd. ante Gron. legitur) ut ap. Cic.
3, 59. 5, 4. 22. al. — *quantos ex-*
terrestres navalesque tuerentur, v. ad
3.
ctigales fuissent, v. ad 5, 10, 5.—
ides provinciarum exercitus, v. ad 10,
— *tributo,* a civibus et Italicis con-
, *sumtus,* pecuniam in sumtus, *sub-*
, (parari, præberi) ut ap. Justin. 9,
fici inpensas; Gron.
m ipsum tributum conferentium cet.
ex optimis MSS. et edd. ante Mogunt. restitui cum Gron. (qui tamen e quibusdam codd. *verum* ante *eum* adjecit) et Stroth. In aliis edd. *cum ipsum et verum cum ipsum* — *inminutum; tum, qui superessent* cet. Vix tamen crediderim, tot ὁμοιοτέλευτα excidisse Livio. Is forte nihil aliud dedit quam' *illud* vel *verum illud conferentium numerum,* et reliqua glossatori tribuenda.

6. *si multiplici gravarentur stipendio,* si premerentur tributo gravissimo, quo subpeditarentur sumtus, in novam classem et multorum magnorumque exercituum vestimenta, stipendium frumentumque inpendendos. *Stipendium* id. qd. supra *tributum.* Cf. ad 39, 7, 3. — *alia peste,* quam belli. v. ad 2, 44, 5.

7. *Itaque nisi fide staret res publica, opibus non staturam,* v. ad 2, 29, 7. et 2, 30, 1.— — *publicas necessitates,* sumtus necessarios, in rem publicam et militarem faciendos, et simul inopiam ærarii. De utraque vi vocis *necessitas* v. ad Tac. Ann. 1, 11, 9. et 2, 27, 5.

8. *qui redemturis auxissent patrimonia* — — *solveretur,* v. ad 5, 23, 6. *ex qua crevissent,* sc. patrimonia eorum, vel potius ipsi, h. e. per quam divites facti essent, vel divitias, et per has simul honores ac dignitatem, consequuti essent; ut passim *crescere ex aliquo,* (per eum) vel *re aliqua* et *apud aliquem* pro : gloriam aut opes consequi, gratiosum apud aliquem fieri, eoque sibi viam munire ad honores. Cf. ad 1, 46, 4. 1, 47, 8. 29, 37, 10. 35, 19, 3. et Ern. clav. Cic. — *ad tempus* aliquod *commodarent* sc. pecuniam, aut potius *quæ ad exercitum Hisp. alendum opus essent.* Sed præpos. *ad* abest a plerisque MSS. et edd. vett., et *tempus commodare reip.* nihili est, saltem ab h. l. alienum : nam *tempus* pro obportunitate aut facultate, et hinc pro rebus inpensisque necessariis dici posse, non persuasit nobis Stroth. *tempus* (angustias, quibus nunc resp. premeretur) *considerarent* conj. Doer. Malim : *opes* vel *inpensas commodarent.*— — Mox junge : *ea lege,* (conditione) *ut, quum pecunia* cet. Pro *ea* perperam in MSS. et edd. ante Gron. legitur *ex.* Cf. ad c. 47. n. 2. — *prœbenda* cet. ut 34, 6. Nos diceremus : *die Lieferungen zur Armee;* Str.

9. *Hæc prætor in concione edixit, qua die* cet. verba conrupta, quæ variis modis emendari possunt. *Hinc* (ex SCto) *prætor* cet. conj. Sigon. *Hæc prætor in concione:* (sc. indicavit et hortatus est) edixitque, qua *die* Gron. *Hæc p. in c. edixit, et qua die* vel *quaque die* Drak. — *edixit,* v. ad 21, 63, 1. — *navalibus sociis,* v. ad 9, 38, 1. — *esset locaturus,* v. ad 5, 23, 6.

CAP. 49.)—1. *ad conducendum tres societates* cet. v. ad 5, 23, 6. — *ut militiæ vacarent, dum in eo publico essent* vera lectio,

[redacted]

quam ex MS. Put. præclare restituit Gron. Obss. 4, 23. *publico* sc. ministerio s. negotio, (Gr. λειτουργία dicitur) vel potius conductione publicorum; (Gr. τὸ δημόσιον, τελωνία) v. ad Tac. Ann. 15, 51, 1. et Suet. Vesp. 1.

2. *ut ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent*, (*auf Risico des Staats*, Str.) et periculum damnumque, *ab hostium t. vi* metuendum, esset publicum, vel ærarii jactura. Cf. ad 25, 3, 6.

3. *res publica administrata est*, v. ad 2, 64, 3. — *per omnes ordines pertinebat*, extendebatur; Ern. Nos: *erstreckte sich auf alle Stände*; Str. Cf. ad 25, 24, 4. et 26, 38, 4. Cic. N. D. 1, 14. 2, 55. Mox *secus quam* ex emend. Vallæ. *quidquam* MSS. *quidquam desideratum ac* edd. ante Gron. qui conj. *sequius quam*. — *alerentur* sc. exercitus: quæ dura est ellipsis. Forte leg. *darentur*.

4. *Illiturgi oppidum* Hispaniæ in Turdulis, Ἰλουργὶς Ptol. 2, 4. Ἰλούργεια Polyb. 11, 24. Ἰλυργία Appian. h. Hisp. 32. *Illiturgis* 24, 41. et al. Cf. ad 21, 24, 2. *Illiturgi* haud ita procul ab Indibili s. Intibili, quod in Itiner. Antonini post Dertosam ponitur, abfuisse ex h. l. colligitur: quare aliud *Illiturgi* fuit, quod in Bætica circa Bætin fl. Plin. 3, 1. memorat; Duk. Mox *Hannibale* MSS. longe plurimi optimique. *Hamilcare* edd. omnes præter Stroth.

5. *sexdecim circiter Romanis*, v. ad 3, 15, 6. Mox *LIX militaria signa, VII elephantes, quinque in prælio occisis* recepi ex emend. Gron. pro vulg. *LIX m. signa, elephantis quinque in p. o.* In MSS plerisque et optimis *signavit* et *signa VIR elephantis*.

6. *ad Intibili oppugnandum*, v. ad 21, 24, 2. *Intibili* quidam MSS. et Itin. Anton., forsan hod. San. Mattheo. *Indibili* al. et *Incibili* edd. ante Gron. Cf. Intpp. Frontini 2, 3, 1. P. de Marca Hisp. 2, 8, 7. et Cellar. Geogr. T. 1. p. 110.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXIV.

CAP. 1.)—1. *Ut ex Campania in Bruttios reditum est* ab Hannone. v. cap. 46. — *Græcas urbes*, colonias in Græcia magna, *Rhegium*, *Locri* Epizephyrii et *Croto*, quæ cap. 1. et 2. memorantur. Cf. ad 22, 61, 11. et 23, 30. et 41. quibus tamen locis Livius retulit, *Locrenses* Crotoniatasque jam ad Pœnos descivisse, et Crotonem oppidum jam captum fuisse a Bruttiis præter arcem. Itaque eorum, quæ supra tradiderat, immemor fuisse, eaque ex aliis hausisse fontibus videtur. Cf. ad 4, 29, 3. Nodus non solvitur, si dixeris, eum res nunc demum gestas supra occupasse strictimque exposuisse.

2. *Carthaginiensium partis factos*, v. ad 3, 36, 4.

3. *Hamilcar Pœnus*: III MSS. quamvis non optimi *Bomilcar P.*, quod recte forsan recepit Str. Cf. 23, 41.

4. *Bruttiorum cohortem — pollicentes*, v. ad 1, 41, 1.

5. *levissimus quisque novas res — mallent*, v. ad 1, 41, 1. et 1, 52, 1. — *pigneratos haberent animos*, obpigneratos, obstrictos addictosve Pœnis, propinquos illorum, tamquam pignera in potestate sua habentibus; Doer.

6. *haud dubio in speciem consensu*, v. ad 6, 14, 2.

7. *præfecto præsidii, quique cum eo milites Rom. erant, deductis* pro: *et militibus Rom., qui* cet. Cf. ad 22, 20, 7. 24, 40, 6. et 27, 5, 3.

8. *non sunt adepti*, v. ad 2, 30, 7.

9. *portus in potestatem Locrensium esset*; ita optimi MSS., non, ut vulgo legitur, *potestate*. v. ad 2, 14, 2.

CAP. 2.)—1. *urbes direpturos se destinaverant* animis, (ut 7, 33. 21, 44. 43, 7. al.) i. e. constituerant, sibi proposuerant; Str.

2. *ne quid egisse viderentur non pro sociis*, præter morem sociorum, eos nimirum, quibuscum societate conjuncti sunt, in partes suas trahentium; Doer.

3. *caverique ab eo*, ut cavere (sibi) *ab aliquo* ap. Cic. Brut. 5. Verr. 2, 23. al. propr. postulare, ut datis prædibus sibi caveatur, satisdetur, cautio securitasve præstetur; deinde pacisci, *sich ausbedingen*. Cf. ad 7, 41, 1. et 36, 31, 5. — *ut receptus*, si captus

esset, *Croto Bruttiorum esset*, v. ad 21, 30, 5. — *præsentium*, non tam absentis longiusque remoti, qualis ipse esset, sed potius Hannonis, Bomilcaris, (v. 23, 41.) aliorumve ducum, qui apud ipsos essent præsentes, et rem ipsam, loci obportunitatem cet. propius cognoscere et melius explorare possent.

4. *ad Hannonem eos rejecisset*, v. ad 2, 22, 4.

5. *ab Hannone nihil certi ablatum*, ita MSS. Put. Cantabr. et Sigon., ut plane ap. Cic. ad Att. 16, 16. *decretum liberalissimum abstulimus*; Jac. Gron. Ita passim *auferre* pro adcipere et inpetrare. Cf. Ern. clav. Cic. Sed h. l. aptior videtur vulgata lectio *adlatum*. Pro *Hannone* forte leg. *hoc*, ut illud e marg. inrepserit. — *diripi volebant* sc. Hannibal et Hanno. Mox *et* post *obpugnaret* excidisse suspicor.

6. *ut plebes ab optimatibus dissentirent*; al. *dissentiret*. v. ad 1, 41, 1. — *ad Pœnos rem traheret*, v. ad 23, 8, 2.

7. *in vasta urbe lateque omnibus disjectis mœnibus*, in varias admodum partes huc illuc procurrentibus; Drak. Cf. c. 33 extr. unde tamen non conligerem cum Ernestio, *mœnia* h. l. esse ipsas ædes, non muros. Ex cap. 3 princ. potius probabile fit, *urbem vastam* h. l. non amplam, sed vastatam, (cf. et not. 8. ad c. 3. et ad 3, 7, 1.) et *mœnia late disjecta* diruta esse, ut ap. Nepot. Timol. 3. Hinc etiam *disjicere rem* et *consilia* 2, 35. 25, 14. pro dissolvere et irrita facere, inpedire, ut *discutere rem* 39, 10, 4. — *raras et stationes c. s. esse* pro vulg. *partitas stationes c. s. ac plebis esse* ex emend. Gron. recepit Drak. quia pro *partitas* in MS. Pet. *parasset* et in pluribus aliis *parasset* legitur, verba autem *ac plebis* ab optimis membranis absunt, et satis intellegitur, ibi deficiant senatores, ibi plebem excubias egisse, præsertim quum subjungatur: *quacumque* (parte) *custodiant plebis homines* mœnia.— — Mox meliores MSS. ignorant τὸ *locos*, et ex uno Pal. leg. *omnia*, vel ex Voss. *omnem* sc. locum; Gron.

CAP. 3.)—1. *in circuitu patentem*, nos: *sich erstreckend*: inpr. de magnitudine plani; Str. Cf. ad 25, 23, 6.

2. *flumen, quod medio oppido fluxerat*, Æsarus, h. Esaro, vel alius, qui ibidem est, fluvius, Neæthus, h. Neeto. v. Strab. 6, 1, 11. 12. p. 261-3. Plin. 3, 10. 11. s. 15. 16. — *extra frequentia tectis loca præterfluebat*, v. ad 10, 11, 3. — *et arx* e conj. Salmas. In MS. Put *et arcs*, quod ortum ex *arcs*, et cui voci manus alia superius addidit *G*; unde *et agros* plerique MSS. In edd. ante Gron. *muros* ex emend. Vallæ. Pro *extra* vel pro *et arx* suspicari possis *Æsarus*.

3. *Sex millia* passuum (v. ad 9, 24, 2.), *aberat ab urbe* Crotone *nobile templum*, *ipsa urbe nobilius*, vulgo legitur, et recte forsan *nobile*: sed omnes MSS. verbum *erat* post *urbe* adjiciunt. De *templo Laciniæ Junonis* in Bruttiis, et Lacinio, in quo fuit, promont. (h. Capo delle Colonne, quod a columnis templi superstitibus sic dictum putatur) tegulisque templi marmoreis, conf., præter seqq., inf. 28, 46 extr. 42, 3 pr. (conl. Valer. Max. 1, 1, 20. et Lactant. Inst. 2, 7, 15.) Strab. ac Plin. ll., Intpp. Virg. Æn. 3, 552. Ovid. Met. 15, 12 sq. Cic. de Div. 1, 24. et de Invent. 2, 1, 2. (ubi Zeuxin conductum tradit, ut templum picturis exornaret) Justin. 20, 4. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 174. 186. Athen. 12, 58. Jacobs ad Anthol. Gr. T. 1. P. 1. p. 413. quique ruinas templi descripsit Riedesel in Itiner. per Magnam Græciam et Sicil. T. 2. p. 191 sq. Sed pro *sex millibus* pass. sive 48 stadiis Strabo habet CL stadia. Hinc Gron. suspicabatur, Strabonem ἐν πεντήκοντα καὶ ά σταδίοις, vel Livium *XVIII millia* scripsisse, aut hæc ita esse concilianda, ut ille maritimum iter, quod circumvectio redderet longius, hic terrestre designaverit. — *Lucus silva et abietis arboribus septus*: itaque lucus ab his distinguitur, et videtur proprie esse illa pars, quæ in medio silvæ et aliarum arborum, iisque circumdata erat; Duk. *abietis arboribus*, ut 1, 24. *saxo silice* et *herba graminis*, et ap. Suet. Aug. 94. *arbor palmæ*; Ern.

4. *Ac miracula aliqua adfingunt, ut plerumque t. i. l.* pro vulg. *adfinguntur plerumque* substitui ex emend. Freinsh. et Jac. Gron., qui etiam in dubium traxit verba seqq. *Fama est*. Cf. ad 2, 7, 1.

5. *aram esse in vestibulo templi* cet. cf. Plin. 2, 107. s. 111. Val. Max. 1, 8. ext. 18. et Dionys. Perieg. v. 371. Mox *nullo umquam moveri vento* Gron. Crev. et Drak. ex emend. Gron. quia in plerisque MSS. est *movet*, et in Put. *nullo u. move ventos*.

6. *una parte inminens mari* plerique MSS. et edd. antt. *inminet* al. *inminente* malebat Doer. — *per dolum fuerat capta arx Crotonis* a Dionysio per aversas rupes. v. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 191.

7. *Is conditionibus — ut* cet. v. ad 23, 7, 1.

8. *antiquamque frequentiam recipere vastam ac desertam bellis urbem*, v. ad c. 2. n. 7. et ad 3, 7, 1. Post *frequentiam* MSS. inserunt *eo* et edd. omnes præter Str. *eorum*. Illud perperam repetitum videtur, hoc a latinitate abhorret. Neutrum vero exstat in uno cod., quem cum Stroth. sequutus sum, *frequentiam suam* conj. Gron. et Doer. Malim *mox recipere*.

9. *quando nec suadendo* cet. v. ad 5, 25, 3.

10. *missis ad ipsum legatis*: in edd. ante Gron. *ad id ipsum* (hoc ipso consilio, ut sibi hoc liceret) *tum*, prob. Doer. In MS. Put. *attipeum*, in reliquis *ad id ipsum*, et *ad id ip-*

[redacted]

sum eum, et *ad ipsum eum*: unde *ad ipsum eum* edidit Str. Mox *Crotonem excessum est* optimi MSS. non *Crotone*. v. ad 2, 37, 5.

11. *Locros omnis multitudo abeunt*, v. ad 1, 41, 1.

12. *ex occasione aut opportunitate*, v. ad 1, 11, 1. — *meliorque*, v. ad 2, 51, 3. — *tutiorque ab insidiis*, contra eas; D.

CAP. 4.)—1. *mors Hieronis regnumque— — translatum* h. e. regnique translatio. *Puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum*, (ut Gr. μετρίως φέρειν, Str.) *ea ætas* inmatura, *et ingenium*, ferox, superbum, et ad libidines crudelitatemque propensum, (v. cap. 5.) *et tutores atque amici*, adeoque multæ simul res, *præcipitandum in omnia vitia adceperunt* in principio imperii, quod ei soli a tutoribus temere traditum est. Hæc edidi, quæ proxime adcedunt ad lectionem optimi cod. Put. *laturum ætas it ingenium et tutores* cet. Manus secunda inter extremas literas vocis *ætas* inmittendum supra posuerat *te*: unde Pet. *ætates in ingenium*, Flor. *ætate sit ing.*, et reliqui *ætatis in* vel *id ingenium*: nullus vero *læte id ing.*, quod omnes fere edd. exhibent. Mutavi etiam vulgarem interpunct. *translatum*: *puerum* — *laturum*. *Læte id ingenium* — — *adceperunt*: *quæ ita* cet., ac delevi τὸ *ad*, quod vulgo ante *præcipitandum* legitur, et a MSS. notæ melioris abest. *Lætati id ingenium* conj. Valla. *Ea ætas, id ingenium: et tutores* Salmas. *Eam ætatem, id ingenium* Ern. *Hac ætate id ing.* Ruben. *modice laturæ ætatis*. *Id ingenium et tutores* Gron. *Id ætatis ingenium*, vel *Inmaturæ ætatis id ing.* vel, quod recepit, *Ea ætate id ing.* Stroth. *Id ætatis et ingenii Hieronymum* (v. ad 2, 29, 6.) *tutores atque amici præc.* Doer. Ceterum ad hoc et seqq. capita conf. omnino Polyb. 7, 2 - 9.

2. *Andranodorum et Zoippum*: MSS. et edd. ante Gron. male *Zoilum*. Cf. Polyb. et inf. c. 26. ubi MS. Put. et al. *Zoipsi*, et deinde *Zoippo*. Hieroni, filio Hieroclis, (v. Justin. 23, 4.) erant duæ *filiæ*, *Demarata*, uxor Andranodori, et *Heraclea* ux. Zoippi, (v. 24, 4. 5. 22. 25.) unus autem filius *Gelo*, qui ante patrem mortuus est, et ex Nereide, filia Pyrrhi, quatuor suscepit liberos, *Hieronymum*, (v. 24, 4. 5.) *Harmoniam*, conjugem Themisti, (v. 24, 24. 25.) et duas filias virgines, v. 24, 26. — *nonagesimum jam agenti annum* Hieroni: de cujus morte annisque et imperii et vitæ v. Intpp. Polyb. 1, 8. 9. et 7, 8. — *circumsessum muliebribus*, mulierum, filiarum, *blanditiis*, ut *obsidere aures fratris* 40, 20 extr. et nostrum *blokieren*.

3. *liberare animum et convertere ad publicam privata curam*, ita statuere de domo sua, ut præcipue reip. consuleret et illius statum hujus commodo adtemperaret; Gron. *privata*, res domesticas ita tractare, ut ad salutem publicam pertinerent, *ad publicam curam* referre, ex ea dirigere, aut ita conponere, ut reip. cura postulabat: nisi potius leg. *a privata*; Str. et Bauer. *privatamque* edd. ante Gron.

4. *fidem erga pop. Rom. L fere annos ab se cultam*, ab a. V. 489. (secundo anno b. Punici I.) ad 537.

5. *disciplinæque, in qua edoctus esset*: melius forsan *eductus*: (v. ad 1, 39, 10.) nam *disciplina* hic non pertinet ad studia aut doctrinam, sed ad moris et vitæ instituta, ad sectam rationemque interioris vitæ, cultum domesticum, moderationem in illis, quæ ad victum, cultum, voluptates adhibentur; Gron. Sed huic explicationi non obest *edoctus*: nam *doceri* etiam *equo armisque* (sc. uti) dicimur; Ern. Sic 29, 1. ubi Gron. monet, sic et *fidibus docere* ac *discere* dixisse Cic. Τὸ *eductus* probat Bauer, sed *in* quoque deleri velit.

6. *Hæc mandata. Quum exspirasset* cet. ex emend. Jac. Gron. qui ita quoque orationem præced. absolvi monet c. 13. 21, 55. 27, 43. 31, 11. 32. 37, 55. *Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt.* — *testamento prolato* cet. edd. ante Drak. Sed voces *post* et *quum* a plerisque MSS. absunt. — *cura suorum*, mœrore liberorum.

7. *regni potentem*, v. ad 9, 14, 4. — *deponendoque tutelam*: forte *deponendaque tutela*; in plerisque saltem MSS. *deponendamque* et *deponendaque sutelam*; Gron. *tutelam, quæ ipsi cum* cet. edd. ante Drak. quod placere potest. Sed omnes MSS. *ipse quæ cum*. — *in se unum omnium vires convertit*, ad se traxit. Cf. ad Tac. Ann. 2, 64, 5.

CAP. 5.)—1. *Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis* comparatu *erat favor subeunti tantæ caritati Hieronis*, v. ad 1, 48, 7. et 4, 11, 1. — *vitiis desiderabilem efficere avum*, excitare ejus desiderium; Doer. Vitia tamen Hieronymi ab historiæ scriptoribus exaggerari contendit Polyb. 7, 7. De patre ejus, *Gelone*, cf. 23, 30. et ibi not. 6.

2. *quadrigisque alborum equorum* cet. cf. ad 5, 23, 4. — *convenientes* (et congruæ ei res) *sequebantur, contemtus, aures* cet. ut 30, 34, 1. nisi malis *convenienter*; Gron. *convenientia* bene conj. Valla, sed male *comites* Jac. Gron. Quidam libri, nec tamen meliores, post *sequebantur* addunt *mores*.— — *superbæ aures* superbo tribuntur, qui ægre aut plane non audit subplicum preces.

3. *rari aditus* cet. ut de decemviris 3, 36.

4. *Thraso quidam*, cognomine Carcharus, adulator Hieronymi, quem, teste Athenæo 6, 59. p. 252. Osis, (opinor *Sosis*, de quo v. cap. 21. 22. 25.) alius adulator, perdidit; Gron. — *tendendo ad Carthaginienses*, v. ad 4, 19, 1.

5. *per Calonem quemdam*: perperam in omnibus edd. *calonem*: nam calonum nusquam domi, sed in castris mentio fit;

neque probabile est, calones XV annorum fuisse, multo minus, Hieronymo superbissimo familiaritatem fuisse cum homine infimæ sortis: sed forte leg. *Gelonem* cum Costierip; Str. — *in omnis familiaris jure adsuetum*, h. e. familiaritatis s. familiarium, ut *origo Romana* h. e. Romanorum, et *bellum Romanum* h. e. Romanorum; Ern. Idem Ern. et Ruhnken. ad Vellej. 2, 29. conj. *adsuetum*; (cf. 2, 3. et 22.) et Bauer *familiaritatis* et *adsertum* vel *adscitum*.

6. *Theodotum* optimi MSS. *Thedorum* edd. ante Gron. et Valer Max. 3, 3. ext, 5. qui conferendus est h. l. — *adpellatus erat*, auxilium rogatus. — *de se ipse haud cunctanter* cet. cf. ad Tac. A. 11, 22, 4.

7. *rem tantam ausuros* alios dicens, quod latet in voc. *mentitus*: (v. ad 1, 33, 7.) et *capita* (homines) *vilissima* sc. Theodoto; Bauer. — *Ab latere inde eos nominat tyranni* edd. ante Gron. qui edidit: *indicium* (*Thrasonem* — *ausuros*) *ab latere tyranni*, ejectis verbis *inde eos nominat*, quæ a MSS. absunt. Sed credi fas est, editt. principes ea ex MSS. hausisse, et sine his sententia vix potest stare, et verborum constructio inpeditissima est; Str. *Ab latere alicujus esse* vel *lateri circumdari* et *adhærere* (ut 30, 19. et 39, 25. ubi *procul abesse* obponitur) et *latus alicujus* aut *alicui cingere*, (32, 39.) *tegere* (42, 65, 6. 45, 27, 1.) et *claudere* dicuntur adsidui ejus comites, satellites, familiares, domestici, proximi. Similiter *μένειν παρὰ πλευρὰν* sc. Gentii, et *προσδέξασθαι πρὸς τὰς πλευρὰς τοὺς πολεμίους* dixit Polyb. 29, 3, 1. et in fragm. 110. Quin et *unus ex purpuratis latus cingere* alicujus dici putatur, 32, 39. Sic et Gr. *περιστῆναι* de uno dici monet Schæf., sed hunc verbi usum parum probari a Græv. ad Lucian. T. 3. p. 566. et Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 332. b. Neque etiam huc pertinet locus Liv. 32, 39. ubi de duobus sermo est. Cf. Curt. 3, 5 extr. et ad Juvenal. 3, 131. *Satellitem, in quo totius dominationis summa, quasi quodam cardine, versabatur*, (Thrasonem) *falsa criminatione inquinando, fidum lateri ejus custodem eripuit* Val. Max. 1. 1.

8. *traditur ad subplicium*; f. *trahitur*; Bauer. — *adjectique pœnæ*, simul puniti, *ceteri juxta insontes*, v. ad 5, 6, 3. — *aut latuit*, latebras quæsivit in amicorum ædibus; Ern.

CAP. 6.)—1. *quod unum vinculum* cet., qui solus perfecerat, ut societas cum Romanis servaretur. *omne* pro *unum* Gron. e MS. Put. — *ad defectionem res spectabat*, v. ad 1, 9, 3. Verba seqq. lucent conf. Polyb. 7, 2. *legatique ad Hannibalem missi*, Polyclitus Cyrenensis et Philodemus Argivus, (cf. 25, 25. 28) *ac remissi ab eo cum Hannibale, nobili adolescente* Carthaginiensi, trierarcho, (qui mox, suadente Hieronymo, cum ejus legatis Carthaginem profectus est: unde in seqq. capp. nulla ejus mentio fit) *Hippocrates et Epicydes*, fratres, *oriundi ab Syracusis*, et *nati Carthagine*, quo migraverat *avus*, quia Agatharcho, uni e filiis Agathoclis, manus intulisse putabatur.

2. *nec invito Hannibale apud tyrannum m.*, forte leg. *nec invito illo apud hunc m.* Cf. tamen ad 1, 3, 8.

3. *auditi dimissique sunt ab quærente Hieronymo*, h. e. ita dimissi, ut quæreret ex iis cet., ut 1, 9, 2. *a rogitantibus dimissi*, i. e. cum interrogatione, ita ut eos interrogarent; Bauer. *utram spem sequatur*, ad utrius populi partes ac societatem cum majore spe et fiducia se adplicare possit. Hæc et plura vid. ap. Polyb. 7, 3. unde etiam illa dictio desumta: *παλινδρομήσαντα πρὸς τὰς Καρχηδονίων ἐλπίδας.* Similiter idem dixit 3, 68. *συνεστηκὼς ταῖς τῶν Καρχηδ. ἐλπίσι*, qui adjunxit se Pœnorum spei, h. e. partibus, et 3, 69. *ἐκκαλεῖσθαι τινὰ πρὸς τὴν τῶν Καρχηδ. ἐλπίδα.*

4. *Hieronymus legatos* cet. ad finem cap. depromta e Polyb. 7, 4. qui adcuratius singula tradit. — *ad fœdus*, pacta, leges conditionesque rerum alteri parti ab altera præstandarum, postquam *societate* et amicitia juncti fuerint, *ex societate faciendum*, i. e. post eam, secundum ejus vim formulamque: nam societatem cum Hannibale jam fecerant, et differunt ista, ut antecedens et consequens, ut fundamentum et ædificium, ut *συμμαχία* et *συνθῆκαι*, Bauer.

5. *Pacto convenit, ut* cet. v. ad 1, 3, 4.— — *Himera amnis, qui ferme insulam dividit*, major Himera, ut minor forte 25, 40, 7. De utroque v. ad Sil. 14, 232 sq. — *Hieronis et Pyrrhi* avorum: nam Gelo, Hieronymi pater, erat filius Hieronis, et uxorem duxerat Nereidem, filiam Pyrrhi, regis Epiri.

6. *qua æquum censebat*, per quam postulabat, volebat, *ἠξίωσε*, nisi cum aliis *quia* legere malis, aut *æquum censere* suo sensu adcipere; Bauer. — *Sicilia sibi omni cedi* optimi MSS. *Siciliam s. omnem c.* edd. ante Gron. v. ad 22, 25, 8.

7. *jactationem animi*, jactantiam, adrogantiam.

CAP. 7.)—1. *præcipitia ad exitium*, v. ad Præf. n. 13.

2. *ad tentandas urbes*, v. ad 9, 35, 1.— *Leontini* s. Leontium, (hod. *Lentini*) Siciliæ opp. in ora maris, de quo v. Polyb. 7, 6. (qui et conf. h. l.) et ad Sil. 14, 125 sq.

3. *liberas ædes*, vel tales, quibus cuilibet uti licet, i. e. ædes hospitales, hospitia communia, deversoria, xenodochia; vel tales, in quibus advena seu peregrinus non cum domino simul, sed solus habitat, quæ totæ ejus arbitrio permissæ sunt: quæ 25, 10, 3. *vacuæ ædes* dicuntur; Str. Immo, quæ non habitantur, et hinc excipiendis hospitibus patent; *die Verschwornen bezogen ein ledig stehendes Haus*, oder *nahmen* ihr

[redacted]

Quartier in einem ledig stehenden Hause, welches an einer engen Gasse lag; Doer. Mea potius qualicumque sententia ex h. l. et 30, 17. extr. 35, 23. extr. 42, 6. et Plaut. mil. glor. 3, 1, 82. probabilius fit, *ædes liberas* esse habitationem gratuito vel publicis sumtibus datam, quæ nobis *freie Wohnung, freies Quartier* dicitur, et *hospitium* 45, 23. et Val. Max. 5, 1, 1. forte et *loca*; quæ tamen ab *ædibus liberis* distinguuntur 30, 17. et 35, 23. Ea data *conjuratis*: *et*, nam, (v. ad 23, 44, 4.) *omnes forte militabant*, militibusque, in præsidio alicubi conlocatis, ea danda est. Ipsi autem *sumsere* s. elegere *ædes inminentes viæ angustæ*, utpote consilio exsequendo idoneas. Cf. ad 28, 39, 6.

4. *descendere ad forum*, quod in plana erat convalle, per mediam urbem porrecta. v. Polyb. 7, 6. — *transitum exspectantes* sc. regis per angustam viam; nisi leg. *transeuntem*: sed sic etiam ap. Cic. ad div. 6, 20. *adventibus* pro *advenientibus*; Ern.

5. *tamquam luxaret elatum pedem ab stricto nodo*, dum pedem in altum adtrahebat, et nodum sive vincula, quibus nimis arcte constringerentur calcei, se relaxaturum esse simulabat; Doer.

6. *ad præoccupanda — consilia*, prævenienda et sic inpedienda. Cf. ad 1, 14, 3.— — *provinciam regnique fines omnia convertit præsidia* verba haud dubie corrupta. *ad provinciæ regnique* cet. conj. Pigh. *provinciam firmat ad regnique* Str. *provinciam* (h. e. eam Siciliæ partem, quæ in ditione Romanorum fuit) *regnique fines omni confirmat præsidio*, (ut ap. Cic. de L. Agr. 5.) Doer.

7. *Q. Fabius Puteolos, per bellum* (v. ad 2, 18, 1.) *cœptum frequentari emporium*, (v. ad 21, 57, 7.) *communiit præsidiumque inposuit*, cf. c. 12. 13. ad 25, 20, 2. et de *Puteolis* (quæ urbs olim dicta *Dicæarchia*, et hod. *Puzzuoli* s. *Puzzuolo*) Puteolanoque portu et *emporio* Strab. 5, 4, 6. p. 245. et ad Sil. 8, 533.

8. *in eum, quem primum diem comitialem habuit*, (v. ad 3, 11, 1.) *comitia edixit*, non interjecto trinundino, quod alioqui inter edictum et comitia intercedebat; Duker. Cf. 25, 2. ad 3, 35, 1. et Gruch. de comit. 1, 4. et 6. — *præter urbem*, non ingressus urbem, sed eam extra pomœrium transgressus, *in campum* Martium *descendit*, Doer. Cf. ad 2, 54, 13.

9. *quum sors prærogativæ Aniensi juniorum exisset*, v. ad 3, 51, 3. et 21, 42, 2. Cf. loc. sim. 26, 22.

CAP. 8.)—1. *neglegentiæ luxior locus*, v. ad 2, 34, 13. — *in campum* Martium, locum comitiorum. — *moram ullam obferret*: ita, an *adferret*, legas, decerni vix potest, ut ap. Ovid. Fast. 4, 143. *adposita*, an *obposita*; Bauer. Sed h. l. præferendum *obferret* ob præc. *adfertis*.

2. *Jubellio Taureæ* cet. v. 23, 46. 47.

3. *T. Manlium fidentem* cet. v. 7, 10.— *Ob eamdem causam*, sc. quod Valerium Gallo in certamine parem futurum esse sibi persuasum habebant Romani: sed vel delendum τὸ *ob*, vel, quia omnes codd. id servant, *factum* ante *fuisse* excidit; Doer.— *M. Valerio* cet. v. 7, 26.

4. *prærogativæ favor*, cf. ad c. 7. n. 9.— *M. Æmilius Regillus flamen est Quirinalis*, (v. ad 1, 20, 1.) *quem neque mittere ab sacris* cet. cf. 37, 51. Epit. lib. 19. et 59. sup. ad 5, 52, 9. et ad Tac. Ann. 3, 58, 3. Intpp. Val. Max. 1, 1, 2. Sed idem Æmilius *flamen Martialis* dicitur 29, 11. et 38. Hinc Pigh. Ann. ad a. 529. suspicatur, aut duos ejusdem prorsus nominis homines memorari, aut Livium in altero loco errasse. — *ut non*, quin.

5. *Ceterum non ea*, talia, (v. ad 2, 29, 6.) h. e. tam tenuia, parva, *vestra*, Patres et Quirites, *in me majoraque* cet.

6. *Non tranquillo* mari (ut paullo ante: vel t. tempore s. cœlo, ut 26, 51, 4. et 31, 23. nisi ibi est silentio, tacito) *navigamus*, *sed jam aliquot procellis s. p. s.*, cladibus ad Trasimenum et Cannas.

7. *documenti quidquam dedisti*, v. ad Præf. n. 14.

8. *sed si aliquid eorum reip. præstitit*: at v. 23, 41. Fabius oratorum more in causæ suæ favorem res ejus gestas elevat; Duk. et Doer. — *quam Africæ*: in hoc nomine Africæ latet tertium ab Otacilio non effectum, quod Africam non infestarit classe; Bauer. Mox *hosti obponant* sc. cives, populus. Sed malim *obponamus* et deinde *immemorem* cum Gron.

9. *eodem animo, quo* sc. inperatores delegeretis, *si stantibus vobis in aciem*, v. ad 2, 14, 2. Forte del. *si*, aut leg. *quasi*; Bauer.

10. *quibus sacramento l. v. dicant*, v. ad 2, 24, 7.

11. *Lacus Trasim. et Cannæ — utili documento sunt*; nos: *eine nützliche Belehrung*; (cf. ad Præf. n. 14.) et *utili* respondent *tristia*; Doer. *utiles* XVII MSS. et omnes edd. ante Crev. *at* vel *et* plerique MSS. et edd. ante Gron. *utilia documenta* VII MSS. et Crev. *triste ad record. exemplar*, (sic omnes MSS. et edd. ante Gron.) *sed ad præcavendas similes* (sc. clades, ut passim similes ellipses in aliis vocabulis, quæ non ad τὸ ῥητὸν, sed ad τὸ σημαινόμενον referuntur; de quo v. Wessel. ad Diodor. 5, 54.) *utiles documento sunt* (ita optimi MSS. nisi quod in iis est *præcavenda*) edidit Stroth. obfensus voce *utili*, quum omne *documentum* sit *utile*.

12. *Aniensem juniorum*, v. ad c. 7. n. 9.

CAP. 9)—1. *continuare consulatum*, v. ad 4, 22, 4.

2. *quia in Urbem non inierat* cet. cf. ad c. 7. extr.

3. *admonuit cum securibus sibi fasces præferri*, v. ad 2, 7, 7. *Admonuit* est minitantis; Glar. — *Iterum prærogativa suffra-*

[redacted]

gium iniit, v. ad c. 7. n. 9.

4. *ut Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia esset*, v. ad 2, 40, 9. et 3, 2, 1.— — *Tiberisque agros inundavit* cet. cf. Index et ad Tac. Ann. 1, 76, 1.

5. *Maximum Rullum*, Q. Fabium Maximum Rullianum V. cum P. *Decio* Mure IV. cos. a. V. 457. (v. 10, 22 sq.) L. *Papirium* Cursorem II. et Sp. *Carvilium* Max. II. a. 480.

6. *Absens Marcellus consul creatus*, cf. ad 4, 42, 1. — *continuatus consulatus*, v. ad 4, 22, 4. — *discrimen summæ rerum*, v. ad 3, 5, 6. et 6, 17, 1.

7. *invidiam suam, si qua* (aliqua) *ex re orietur*: immo *ea re*, vel *ex ea re*, vel *ea ex re*: non alia certe res designatur, quam de qua hic agitur; Duk. Cf. ad 23, 47, 2.

CAP. 10.)—1. *compararentve inter se*, v. ad 3, 2, 1.

2. *cum volonum exercitu*, v. ad 22, 57, 12.

3. *M'. Pomponius in Gallico*; v. ad 23, 25, 4. — *obtineret* pro: *jussumque ut obtineret*.

4. *quæ quo magis credebant simplices* ad finem cap., v. ad 1, 31, 1. Homo *simplex*, qui *duplici* vel *multiplici* obponitur, est vel sincerus et candidus, vel, ut h. l., qui pro simplicitate vel sinceritate sua nihil fraudis suspicans facile falli potest, credulus, stultus; Doer.

5. *Lanuvii in æde intus Sospitæ Junonis*, cf. ad 8, 14, 4. Tò *in* delendum censent intpp., quia in inscriptt. *intus ædibus* dicitur. *Intus de cubiculo* adcipiebat Oudend. — *Mantua* sita ad *Mincium* fl. (hod. *Menzo*) vel potius lacum Benacum, (Lago di Mezo s. Sotto, Painolo et Sopro) quem efficit amnis ille, ex eo profluens. — De *Calibus* v. ad 8, 16, 1. et de *foro boario* ad 10, 23, 2.

6. *in vico Istrico:* in optimis MSS. *Insteio*, in aliis *Instego*. Romæ fuisse vicos sic dictos, non aliunde novimus. *in vico Tusco* conj. Gron. De eo v. ad 2, 14, 4. — *Seriæ* sunt vasa fictilia, urnæ similia, (v. Colum. 12, 53.) et grandia, (septem enim amphorarum memorantur) quibus vinum, oleum, salsamenta cet. condebant; Str. Mox *impetu* malebat Gron.

7. *tacta de cælo*, h. e. fulmine, — *ædem Vulcani in campo* Martio, *et arcem in Sabinis:* ita edd. princ. quarum auctoritatem sequutus sum. *vocem* MSS. *nucem* edd. plurimæ ex emend. Vallæ. Similiter memoratur quercus ap. Virg. Ecl. 1, 17. et arbor, templo Jovis propinqua, inf. 27, 11 pr. nam et talia a superstitione inter ostenta referuntur. Sed ea non a Livio inter prodigia publica memorari, nisi 27, 11. de insigni ac nota arbore, quæ non longe ab Urbe ac templo propinqua esset, monet Duk.

8. *hastam Martis* (simulacri ejus) *Præneste sua sponte promotam*, indicium gravis belli. cf. ad 21, 62, 2. *Moveri* et *commoveri* usitatiora sunt de hac re; Duk. — *infantem in utero matris, Io triumphe, clamasse*, v. ad 21, 62, 1.

9. *speciesque hominum circum eam cum candida veste visas esse*, v. ad 21, 62, 4. — *secundum apum examen in foro visum*, postquam id visum erat. Cf. ad 1, 4, 1. et 21, 46, 1. Post *visum* omnes MSS. et edd. ante Grut. addunt glossema: *quod mirabile est, quia rarum*, quod suadente Lipsio ejectum.

10. *Hæc prodigia hostiis majoribus procurata*, v. ad 1, 20, 11. — *subplicatio omnibus deis, quorum pulvinaria* cet. v. ad 3, 63, 2. et 5, 13, 5.

CAP. 11.)—1. *ad pacem Deum exposcendam*. v. ad 1, 16, 4.

2. *longarum navium classis*, v. ad 21, 17, 5.

3. *navibus novis deductis*, v. ad 8, 26, 1.

4. *millibus æris L — census fuisset usque ad C millia* cet. cf. 1, 43. — *res tanta* sc. familiaris. — *decies* centena millia *æris* s. assium fere 320000 imperialium nostri argenti, si ratio ad æs grave exigitur; Str.

5. *ut classis Rom. sociis navalibus* (v. ad 9, 38, 1.) *compleretur* voc. propr. ut Gr. πληροῦν, unde socii navales τὸ πλήρωμα vel τὰ πληρώματα, Str. Hinc et cohors sociorum naval. ac remigum, quorum numerus certus requiritur, Cic. Verr. 5, 51. et al. *numerus* vocatur; Doer. Cf. Schæff. de mil. nav. 2, 3. p. 105. — *privata inpensa*, privatorum inpensis.

CAP. 12.)—1. *conterruit Campanos*, iis timorem s. metum injecit, *ne* cet. Sic *terruit ne* ap. Horat. Od. 1, 2, 5.

2. *ad Tifata, in veteribus castris*, v. ad 23, 36. pr. — *ad lacum Averni*, v. ad Sil. 6, 154. 12, 116 sq.

3. *per speciem sacrificandi*, v. ad 2, 32, 2. et 6, 14, 2. Sacrum vero, quod perpetravit, (v. cap. 13 med.) factum forte diis inferis, ut ibidem ab Ænea, Scipione et aliis. Cf. Virg. Æn. 6, 236 sq. et Sil. 13, 417 sq. *ut tentaret Puteolos*, (v. ad 9, 35, 1.) *quodque ibi præsidii erat*, v. ad cap. 7. n. 7. — *Maximus*, Q. Fabius Maximus. v. ad 25, 2) 2.

4. *Q. Fabium prætorem Luceriam* ... p roficisci et *Graccho subcedere*. Moxdele prius *profecti*; Gron.

CAP. 13.)—1. *dimissique domos* cet. cf. 22, 7. 58.

2. *legatosque ab suis missos* sc. *se:* quod pron. sæpe omittitur, præcipue ubi, ut h. l., præcessit. Cf. ad 4, 57, 1. 22, 60, 5. 23, 3, 4. Drak. ad h. l. et Gron. ad 26, 39. 30, 22. et 40, 42.

3. *ab omni parte tentato præsidio*, v. ad 9, 35, 1.

4. *ut nihil procedebat*, (v. ad 2, 44, 1.)— — *processit*, cf. ad 1, 3, 8. Ingrata neglegentia, etsi verbis non eadem vis est.

[redacted]

5. *Nolana mota est plebs — adcitus*, cf. 23, 14. 39.

CAP. 14.)—1. *ad Casilinum tentandum*, (v. ad 9, 35, 1.) *quod præsidio Punico tenebatur*, v. 23, 20 pr.

2. *ad Calorem fl.* (hod. *il Calore*) quem Sabatus fl. (h. *il Sabato*) apud Beneventum excipit. Ab hoc, vel ab oppido, ei adposito, denominati videntur. *Sabatini* 26, 33. — *volonum*, v. ad 22, 57, 12.

3. *ex unquam liberi militaturi*, v. ad 4, 3, 6. — usque *ad eam diem*. — *ad exemplum justi*, perfecti, veri, legitimi, (v. ad 1, 4, 5.) *militis* repræsentandum, vel laudem ejus tuendam; Doer. *Exemplum* forte modus et ratio, ut 31, 12. al.

4. *De eo permissum ipsi erat*, ut *faceret*, (cf. cap. 16. n. 9.) *quod e rep. duceret esse*, v. ad 22, 39, 1. — *puro ac patenti campo*, v. ad 21, 32, 7. — *servili subplicio*, verberibus, cruciatibus, cruce. — *fortunam in manu esse*, v. ad 5, 20, 1.

5. *non se fore solum, sed* (etiam) *consulem M. Marcellum et u. P.* ita omnes MSS. et edd. ante Gron. qui e conject. *sed* pro *et* reposuit. At Livio invitis MSS. elegantia non obtrudenda; Str. — *instabant*, v. ad 10, 27, 4.

6. *armis expediendis*, v. ad 1, 53, 3.— *quod reliquum* scil. *diei fuit*, quæ verba addi in edd. ante Gron., sed ab optimis MSS. abesse, ac facile ex præc. et seq. intellegi monet Drak. *diei* pro *quod* dedit Gron.

CAP. 15.)—1. *signa cœperunt canere*, v. ad 7, 40, 4.

2. *primum capite ægre — abscidendo* optimi MSS. *capita abscindendo* edd. ante Drak. Cf. ad 1, 53, 3. et 4, 19, 5.

3. *verbis obtereret*, v. ad 23, 43, 6.

CAP. 16.)—1. *Ea demum vox ira animos adcendit. Renovato* cet. bene conj. Gron. quia τὸ *atque* a plerisque MSS. abest — *Primo antesignani Pœnorum, deinde signa perturbata, postremo tota inpulsa acies*, v. ad 1, 14, 8. 2, 20, 3. et 8, 9, 9.

2. *prope continenti agmine*, v. ad 1, 29, 5.

3. *et ea major pars equitum*, v. ad 23, 35, 4.

4. *quod domini cognovissent*, v. ad 3, 10, 1.

5. *neminem nota strenui aut ignavi militis notasse volui*, forte *notare*. Dictio hæc petita a nota censoria, quæ plerumque, nec tamen semper, ad ignominiam pœnamque pertinebat, et pro iis ponitur. Mox *nota designare* eodem sensu dicitur: nam *notare aliquem* propr. est, eum ita insignire, ut adnosci queat et ab aliis discerni. Cf. ad 39, 42, 4.

6. *exsoluta jam fide publica*, v. ad 3, 19, 1.

7. *non aliter quam stantes cibum potionemque capturos*, etiam in cœna: nam vulgo omnes stantes prandebant; Duk. Cf. Lips. mil. Rom. 5, 16. 18. et Schel. ad Polyb. c. 10. Hinc mox: *epulati sunt alii accubantes, alii stantes*. De ipsa *mulcta*, h. e. pœna, (v. ad 2, 52, 5.) cf. ad 3, 29, 1. *conlegendi vasa*, v. ad 1, 24, 7.

8. *in prædam portantes agentesque*, v. ad 3, 37, 4.

9. *in propatulo ædium*, v. ad 5, 13, 6.— — *Gracchus ita, oratus, permisit, ut in publico e. e.* Cf. ad c. 14. n. 4. et ad 2, 24, 6.— — *pileati:* nam pileus, h. e. *lana alba, qua caput velabatur*, erat libertatis insigne, quod servi manu missi adcipiebant: unde cap. 32 extr. *servi ad pileum vocati*, i. e. promissa libertate ad arma capienda excitati. Hinc etiam 30, 45, 4. et 38, 55, 2. Q. Terentio Culleo, captivitate liberatus a Scipione, (v. 30, 43.) tum triumphantem libertatis auctorem *pileo capiti inposito* sequutus, tum mortui funus prosequutus dicitur, et 33, 23. *coloni pileati* vocantur, quasi liberti imperatoris, et 45, 44 extr. *Polybius tradit, Prusiam pileatum, capite raso, obviam ire legatis solitum, libertumque se populi Rom. ferre, et ideo insignia ordinis ejus gerere:* nam manu missi *raso capite calvi capiebant pileum.* v. Polyb. 30, 16. et qui ex eodem fonte hauserunt, Diodor. Ecl. 22. de legat. T. 2. p. 625. ed. Wessel. et Appian. Mithrid. 2. Cf. inf. 34, 52 extr. Plaut. Amph. 1, 1, 306. Serv. ad Virg. A. 8, 564. Nonius: *qui liberi fiebant, ea causa calvi erant, quod tempestatem servitutis videbantur effugere; nam naufragio liberati vel qui e morbo periculoso convaluerunt, lætitiæ causa solent caput radere*. v. ad Juvenal. 12, 81 Ceterum Ursinus inf. ad 45, 44. monet, ex Diodori l. l. hoc quoque intellegi, novos libertos apud Romanos albis et vestibus et pileo olim usos fuisse, ut nunc itidem, qui ex antiqui hostis servitute, salutari aqua tincti, liberantur. — *volones*, v. ad 12, 57, 12.— — *alii stantes*, cf. not. 7.

10. *ex multaticia pecunia*, quam scil. censor aut potius ædilis exegerat; Str. Cf. Ind. voc. *pecuniam*. De *æde Libertatis* et impr. *atrio* ejus cf. 25, 7. 34, 44. 45, 15. Duk. ad 25, 7, 12. et Causaub. ad Suet. Aug. 29.

CAP. 17.)—1. *Pomponio proprætore*, cf. ad 23, 25, 4.

2. *per aversam m. ab hoste portam*, v. ad 3, 5, 3.

3. *ratio compositæ rei*; nos: *der verabredete Plan*; Str. — *Romani* cæsi *minus quadringentis*, forte *quadringenti* ut *plus duo millia*, more Livii, nec tamen perpetuo. Cf. ad 3, 64, 5. et 4, 52, 6.

4. *ut per eum stetisse diceret*, (v. ad 2, 31, 7.) *quo minus adcepta redderetur hosti clades*, v. ad 3, 60, 5.

CAP. 18.)—1. *res Romana domi quam militiæ gerebatur*, v. ad 2, 64, 3. et 1, 34, 15.— *operum locandorum cura*, v. ad 5, 23, 6. — *ex se gignunt*, sc. vitia; Drak.

2. *remp. deseruisse Italiamque excessisse velle*

[redacted]

... *were et excedere voluisse;* Str. De re ... e *L. Cæcilio Metello* v. 22, 53. ... *ndum eos* (v. ad 1, 4, 1.) *citati nimis* ... *rebantur,* v. 22, 61. — *exsolvendi* ... *ndi,* ut mox: *solutum, quod jurave-* ... ad 3, 19, 1.

... *ademti,* cf. Ind., Suet. Calig. 16. ... 12, 20. In recognitione s. recen- ... probatione Equitum, quam Cen- ... gulis lustris instituebant, Equites ... *re* vel *traducere equum* jubebantur. ... — *publicum equum,* v. 1, 43. et ... *tribu moti, ærarii omnes facti,* v. ad

... *tio justa militiæ, n. m.* v. ad 4, 26, ... otum *supra duo millia* substantive ... ; Str.

... *ti censoriæ notæ,* quæ ignomini- ... um inurebat, neque simul in- ... quid molestiæ bellicorumque ... , et quidem temporibus iis, qui- ... ia erat liberorum capitum, (cf. ... tr.) et resp. maxime in bellis in- ... ivium opera. Hinc *additum triste* ... t cet. Pro *inerti* in plerisque MSS. ... *erci, merici, meri, tamerici, marti.* ... i docti conj. *tum amaræ; inertiæ;* ... iam inustæ; ut putaut) *tam tetri-* ... *troci; tam truci; Mamerci;* (ut hæc ... Mamerco Æmilio, quem censores ... ea notaverint, per proverbium sic ... ut *imperia Manliana* aliaque ab eo, ... rimus vel fecerit vel passus sit) ... Omnibus his præferenda lectio ... ejusque depravationes haud dubie ... quæ MSS exhibent: nam nullas ... eras librarii sæpius permutarunt, ... et *m.* — *pedibus mererent,* (v. ad 3, ... ma et militiam mutantes, h. e. ab ... e ejus genere transcripti in humi- ... nul onerosius, equites in peditum, ... funditorum numerum relati. Cf. ... 10. Frontini Strat. 4, 1, 18. et 31. ... ax. 2, 7, 4. et 15.

... *cationibus abstinerent ædium sacrarum* ... , v. ad 5, 23, 6. et 6, 4, 4. — *Cu-* ... , ut ex Festo, ex Glossar. vett. ... tinis et Codice tam Theodos. ... stin. patet, sunt equi quadri- ... i vehendas quadrigas in ludis ... us publice *præbendi,* vel ab redem- ... pretio a locantibus censoribus ex ... cepto. Str. Cf. Duker. — *ac simi-* ... *rum* locandarum. v. ad 5, 23, 6. ... *hastæ hujus generis adsueverant,* re- ... in auctione: nam opera publica ... la aliaque negotia, hasta a Censo- ... sita, ut et apud nos, auctione ... facta, minimum postulanti loca- ... Str. Cf. ad 4, 53, 4. et 5, 23, 6. ... *lenerentium manu emiserat,* e potes- ... inorum, h. e. libertate donaverat. ... ap. 16.

... *riumviris mensariis,* v. ad 7, 21, 3. ... *in publicam fidem,* v. ad 2, 30, 1.

12. *a quæstore perscribebatur,* sc. solvendum, ut ap. Hor Sat. 2, 3, 69, *scribe decem a Nerio:* nam quæstor, tamquam debitor, a tutoribus pupillorum ac viduarum per scripturam delegabatur creditoribus, a quibus pupillis viduisque aliquid emtum paratumque erat, ut hi pretia illarum rerum a quæstore ex pecuniis pupillaribus ac viduarum, apud ærarium depositis, reciperent. Cf. Suet. Cæs. 42. Plerumque quidem *perscribere argentum* dicitur debitor, qui per argentarium et scripturam mensæ creditori solvit. "Tum *a quæstore perscribebatur* est: quæstor creditoribus pupillorum ac viduarum, quod ab his debebatur per scripturam mensæ ab argentario solvebat, qui deinde pecuniam illam a quæstore et ærario repeteret. Sed dubito non nihil, an hæc sit sententia Livii. Nam quo ambages illas in hac re? et cur quæstor ipse non malebat creditoribus pupillorum ac viduarum satisfacere, quam eos ad argentarium, deinde ab ærario, quod his solverat, repetiturum, mittere?" Duker. Sed puto, eos nunc a quæstore pro pretio modo scripturam, finito demum bello pecuniam ipsam recepisse: *perscribere* autem *pecuniam* modus solvendi erat, non parata pecunia, sed literis, quibus solutio in mensarium (v. ad 7, 21, 3.) aut alium quemdam conferebatur, quod nos dicimus *Wechsel, Staatsbillets ausstellen, die Zahlung assigniren;* Str. Cicero eodem sensu dicit *adtribuere pecuniam* et *per adtributionem solvere,* ut nos *per adsignationem.* Cf. Ernesti clav. Cic. v. *attributio, attributus, perscribere,* et Intpp. Suet. Cæs. 42. ubi quidam hoc verbum adcipiunt non de solutione, sed satisfactione, quum debitor (qui h. l. quæstor est) creditori cavebat datis pigneribus vel hypothecis vel alio quocumque modo. Eodem h. l. referendum videtur. Ceterum *adtribuere pecuniam* est etiam adsignare, Germ. *anweisen,* 40, 46. 51. 44, 16. Cf. Varr. L. L. 4, 42. et Ascon. ad Cic. Verr. 1, 13.

CAP. 19.)—1. *Statius Metius,* præn. duo: (quod dubium) unde e vet. libro forte leg. *S. Minius;* Sigon. Cf. ad 23, 8, 1.

2. *Meddixtuticus erat,* v. ad 23, 35, 7.

3. *Nolam ad conlegam mittit* cet. v. ad 8, 19, 10. — *se Gracchum a Benevento adsciturum,* immo adciturum; Ern. Cf. ad 4, 31, 6. — *Hoc nuntio* sc. perlato vel adcepto; nisi leg. *nuntiato.*

4. *inceptis subrederet,* v. ad 8, 25, 6. Ad neglegentiam orationis refer verbum *subcedere* bis positum, etsi diverso significatu.— — *uxta magnis difficilem,* v. ad 5, 6, 3.

5. *quia magna famæ momenta in utramque partem,* bonam et malam, *fierent,* eleganter pro: quia inde tam bona quam mala ducis fama vel maxime penderet; Doer. Cf. ad 3, 27, 6. et 5, 6, 5. — *tenuit,* v. ad 2, 42, 2.

5 *conloquia cunctationemque petentium fidem,*

[redacted]

v. ad 23, 19, 10. — *per occasionem*, v. ad 1, 11, 1.

CAP. 20.)—1. *reddidit hosti cladem*, v. ad 3, 60, 5.

2. *Apulorum Æcæ obpugnatæ*, v. ad 22, 12, 3.

3. *virgis* in *comitio cæsi*, v. ad 1, 36, 6.

4. *de saxo dejecti* sc. Tarpejo, v. ad 6, 20, 11.

5. *stativaque ad Ardoneas*, opp. Hirpinorum vel Apuliæ, idem forte, quod 27, 1. 2. *Herdonea* et rectius 25, 21. *Herdonia* dicitur, hod. *Ardona.* v. ad Sil. 8, 567. — *aliis locis*, alia atque longe a Tarento diversa parte, Str. *aliis atque aliis locis*, h. e. diversis, ut 6, 12. 27, 25. 28, 35. 30, 28 et al., conj. Jac. Gron. — *quacumque* parte.

6. *viam excessum est:* in edd. ante Drak. *via;* sed in MSS. *vim* vel *viam.* v. ad 2, 37, 5. Mox *nisi* pro *sed*, ut passim, præcedente *non* vel *nihil* vel *nescio* cet. Cf. Drak.

7. *Tarenti — ad mœnia* jungenda. — *missus M. Livius primore c. j.* edidit Gron. e. vestigiis c. Put. *missus ibi sin priore c. j.* Pro *M. Livius* edd. ante eum substituunt *T. Valerius legatus*, quæa MSS. absunt. In his non expresse legitur *M. Livius.* Eum tamen Tarento præfectum fuisse et per quinquennium defendisse arcem, oppido ab Hannibale capto, patet ex 26, 39. 27, 25. (nam in ipsa rei narratione 25, 8-11. et 15. nomen a Livio reticetur, quod factum ab eo putabat Sigonius, ne notam genti suæ inureret, quum constet Tarentum amissam esse culpa hujus præfecti, quem ebrium etiam tum fuisse Polyb. dicat) Plut, Apophthegm. p. 195. et in Fabio p. 187. Polyb. 8, 27-32. In Polybii edd. et MSS. omnibus *C. Livius* dicitur, et ap. Appian. b. Hann. 32. ΙΟΥΝΙΟΣ, quod nomen ex Γ ΛΙΒΙΟΣ conruptum putabat Oudend. ad Frontini Strat. 3, 3, 6. sed ex Λιούιος Schweigh. Ceterum huic M. Livio cognomen fuit *Macato*, non *Salinatori*, quod ei tribuitur a Cic. Or. 2, 67. et potius cognato ejus in censura inditum. v. 29, 37. et Wessel. Obss. 2, 5.

8. *qui ad lucum Averni adissent* ipsum et *vanis promissis* huc traxissent, cet. v. cap. 13 pr.

9. *Salapiam ut venit*, opp. Apuliæ, prope Aufidum fl. et Salapinam paludem, hod. *Salpe.*

CAP. 21.)—1. *Secundum Hieronymi cædem*, v. ad 1, 4, 1.

2. *militiæque fungendæ potioribus ducibus*: Gron. et Drak. *potioris.* ex conj. Gron. inconmoda: non enim de ducibus, sed de omnibus sermo est, nec tam perspicuum, quomodo ducibus, sublato Hieronymo, militia potior fuerit, quam militibus magnum fuisse discrimen militiæ fungendæ, vel tyranno ignavo et pessimo duce, vel *potioribus ducibus* in rep. libera; Str. — *insepultum jacere corpus*, v. ad 1, 49, 1. — *desiderati regis*, dilectissimi.

3. *Andranodorus et Insulam — Tycham, Achradinam:* nam Syracusarum quatuor erant partes, quarum quævis per se ipsa urbis insignis speciem præ se ferebat, *Insula*, Gr. Νῆσος vel dorice Νᾶσος (unde *Nasus* 24, 24.) inter utrumque portum, majorem et minorem, qui Laccius dicebatur, (cf. c. 36. Cic. Verr. 4, 52. 5, 37. et Dorvill. ad Charit. p. 282. 598.) sita, *Tyche*, ab antiquo Fortunæ fano adpellata, *Achradina* s. *Acradina*, munitissima, amplissima et antiquior, quæ mari adluebatur validoque muro ad septemtrionem a Tycha erat sejuncta, (unde Plut. ἡ ἔξω πόλις, aliisque urbs Syracusis propinqua dicitur) et *Neapolis*, postremo ædificata, quibus nonnulli addunt quintam, *Epipolas*, locum præruptum minusque habitatum, (v. Diodor. 14, 19. et Thucyd. 6, 96.) quem Dionysius muro cum urbe conjunxit. Cf. 25, 24 sq. Diodor. 11, 67 sq. 13, 7 sq. 14, 19. 64. ad Sil. 14, 181. 641 sq. loc. class. Cic. Verr. 4, 52. 53. Schweigh. ad Polyb. 8, 5, 2. et Cluverii Sicil. ant. 1, 12. — *quæque obportuna erant* v. ad 1, 54, 4. — *Hexapylos* vel *Hexapylum* et τὰ Ἑξάπυλα, porta major Tychæ versus Megara et Leontinos, vel pars Tychæ, pervia insigni porta, vel pars muri* portis distincta. Cf. 25, 24. Plut. Marcel. p. 308. et Diodor. 14, 19. Ita dicta pars urbis postrema, in qua sex portæ erant vel per eas tot egressus ex urbe, ut *Dipylon* fuit Athenis, (porta major, qua ex Piræeo Ceramicus et urbs intratur, de qua v. 31, 24. et Polyb. 16, 25. Plut. in Pericle p. 168. Hesych. et Meurs. Att. Lect. 3, 7. unde patet, eam ob magnitudinem ita dictam, et olim πύλας Θριασίας) et *Tetrapylon* Cæsareæ in Palæstina; Vales. Cf. ad c. 32. n. 3.

4. *Multitudo, pars*, partim, *procurrit:* forte *procurrunt*, et *stant;* Str. — *in vestibulis;* v. ad 5, 13, 6.

5. *Inermes ex Olympii Jovis templo* in Achradina, ubi etiam forum maximum, pulcerrimæ porticus, ornatissimum prytaneum et amplissima curia fuere. v. Cic. l. l. et cf. de Olympio Diodor. 13, 6. ibique Wessel.— — *spolia Gallorum Illyriorumque, dona data Hieroni*, socio et amico regi, *a pop. Rom.*, (quod notandum) *fixaque ab eo, detrahunt*, v. ad 4, 20, 1. et 22, 57, 11. — *volens propitius*, v. ad 1, 16, 4.

6. *per principes regionum*, per primarias regiones *urbis;* Str. — *præsidiis firmat horrea*, v. ad 21, 57, 7. — *arcis in modum emunitus locus*, v. ad 2, 7, 7. — *mittuntque nuntios*, — *esse*, v. ad 8, 19, 10.

CAP. 22.)—1. *pro Concordiæ ara*, loco aptissimo ad concordiam suadendam. Verba *pro ara* infra explicantur his: *in aram Concordiæ, ex qua* pridie *concionatus erat, escendit.* Cf. ad 26, 27, 4. — *Polyænus* (al. *Polyneus* et *Polyneus*) *concionem liberam habuit*, oratio-

[redacted]

a· libere (*freimüthig*) vel cum et sine metu odii obfensionisque m, non obscure et dissimilanter, imi sensus exprommeret. Cf. ad 1. 2, 34, 1. 4. et Juvenal. 4, 90. *rum mendacium* est audax (vel ui pro arbitrio mentiuntur, de re , cui narratur jactaturque, ut 26, 2. 39, 14.) 35, 12 extr. et *libertas* 2, 56. et 42, 14. — *Servitudinis* Festum obvium, et inf. 39, 37. in liano; Drak. *Servitii tædium* conj. *vitii pœnas indignitatesque* Gron.— *itatis expertos*, v. ad 4, 9, 4.

; *potestate senatus ac populi sit*, (v. ad) *portas Insulæ patefaciat*, (ita unus fra *patefactis Insulæ portis*; in plu*eant*, et in Put. *apeut*: unde et mjicere possis) *reddat præsidium*, esidiis firmatum, vel potius juveni milites, præsidio Insulæ adtri*v*. cap. 21 extr.) Stroth. *portæ l. ddat p.* omnes edd. nisi quod *rece*. *ldat* e conj. substituit Gron. quem rak. et Ern. sequuti sunt. Sed ; in omnibus libris tam scriptis tis ante Gron. et *portas* in cunctis eter III. aut IV. Neque tamen em lectionem Gron., si par esset auctoritas.

lem se censere, multo acrius ab A.— *tatem*, repetendam esse; Str. conl. t 21, 3, 4. v. ad 21, 36, 4. Sed ius est æquum censere, suadere. *concione*, i. e. post eam, ea habita, ex ejus sententia, *diesem Vortrage*, *mmlung zu Folge*; Bauer. Cf. ad

tus inde haberi cœptus est. quod (i. e. is) — *manserat publicum consilium*: *beri* notat *senatus* conventum, conem, consultationem senatorum, *nsilium* sign. ipsum conlegium; f. ad 3, 40, 1. et 24, 42, 6. *sicut*, *ita*, , 39, 5. — *publicum consilium*— *i fuerant*, cf. ad 1, 41, 1. et 22, *velut munitissima*; f. *vel m.*, Gron. feliciter: sed *velut*, ut Gr. ὡς, *vera* re, quæ in causa sit. (Cf. ad *occupatæ urbis partes et proditæ*, ocrum et proditio: vel subple *quod* atæ; Gr. τὸ κατειλῆφθαι," Bauer. 53, 1. — *alienata*, deserta, vel — *Damarata*, edd. ante Drak. v. ad 1, 34, 2. et 24, 4, 2.

et sæpe usurpatæ, celebratissimæ, , *Dionysii tyranni* (f. *usurpatæ Dio-no*; Duk. et Bauer.) *vocis* cet. uctor Philistus historicus, Diossarius. Sic enim Diodor. 14, rat: quum Dionysius maxima orum seditione obpressus atque silii amicos consuluisset, et Poixisset, δεῖν λαβόντα τὸν ὀξύτατον ἢν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν ἀφιππεῦσαι, Philistum respondisse, προσήκειν οὐκ ἐφ' Ἵππου θέοντος (ita lego pro vulg. θέλοντος, nisi leg. θέλοντα) ἐκπηδᾷν ἐκ τῆς τυραννίδος, ἀλλὰ τοῦ σκέλους ἑλκόμενον προσπίπτειν. Quod consilium sequutus est Dionysius. Idem Timæo auctore refert Plut. Dion. p. 974. Sententia est, non præcipitandam tantam rem, neque regnum temere, nec nisi ultima necessitate cogente, relinquendum. Sed quod postea in proverbium abiit, primum proprie referebatur ad illa Polyxeni verba;" Str.

6. *Paullum sumeret* peteret, *spatii*, dilationis, *ad consultandum*, deliberandum; Doer. conl. 2. 4. Vox *spatii* abest ab optimis MSS. unde Gron. conj. *moræ* excidisse post *sumeret*, vel *spatium* leg. pro *paulum*.

7. *in forum Achradinæ*, v. ad c. 21. n. 5.— — *escendit*, v. ad 2, 7, 7. — *orationemque eam orsus est*, orationis exordium inde fecit, ut — *peteret*, Str. Cf. ad 2, 38, 3. — *cunctationis*, f. *cunctationi*; Bauer. — *clausas habuisse*, tenuisse.

8. *timentem*, *qui finis* cet., cum timore, trepide exspectantem. *qui finis* mollius quam *quis f.* v. ad 6, 32, 3.

6. *Postquam animadverterit* pro vulg. *animadvertit* dedi cum Str. suadentibus Gron. ac Bauero, et postulante latinitate

10. *consuli in medium*, v. ad 6, 6, 7.— — *quæ suæ fidei tutelæque essent*, v. ad 7, 18, 1. — *qui mandasset* ea sibi.

11. *ne libera efferatur res publica*, (vel simpl. *res*, quod plerique libri exhibent) non, ut VV. DD. putant, insolentius se efferat, (nam ita minus aptum *ingens periculum*, et in *pace* atque *concordia* magis verendum, ne luxurientur et sese efferant animi, quam in discordia; cf. 1, 19, 22. 25, 7.) sed sepeliatur, i. e. intereat, translatione a funere, quod *effertur*, desumta, (v. ad 2, 16, 5.) ne libertas reip. modo parta ad ejusdem plane interitum pertineat; Stroth. conl. 28, 28. *meo unius funere elata populi Rom. resp.* (et paullo ante: *mecum exspiratura resp.*, *mecum casurum imperium*) et 31, 29. *Capua sepulcrum ac monimentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo.* Non male: sed quia nemo τὸ *efferri* simpl. pro *interire* posuit, cum Duk. et Drak. malim *ne libera* vel potius *libertate efferatur resp.*, h. e. ne multitudo se libertate, maxime nova et insolita, insolentius efferat, eamque, dum sine modo exerceat, in licentiam convertat, ne libertas causa sit, ut insolentius se efferat: nam quod Cic. Tusc. 4, 17. dicit, is beatus est, *cui nihil nimis lætabile ad efferendum videri potest*, et *ratio præcipit, non bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te insolenter*. Doer. conj. *libera efferetur resp.*, h. e. ex libera fiat effera; et Gron. *ne libertate evertatur resp.*

CAP. 23.)—1. *quæ in Insula erat et Achra-*

[redacted]

dina, t. e. MSS. quidam : *erat, Achradinam translata est*, prob. Gron. et al.

2. *id tutissimum ex præsentibus* sc. rebus, ex iis, quæ tum fieri poterant ; Str. conl. Tac. Ann. 2, 80 pr. — *ubi ne suspecti obversarentur*, ne illic obversando et oculis hominum se ingerendo suspecti fierent; Gron. Sic passim *obversari* est in medio versari, conspicere et se conspiciendum præbere. Cf. 2, 54, 14. 6, 16, 4. 31, 11. 33, 47. 34, 61. 35, 15. 38, 1. 40, 7. 41, 18. Gron. Obss. 3, 24. *observarentur* cdd. ante Crev. sollemni permutatione. — *novandi res*, v. ad 1, 52, 1. — *paruisse* se *imperio ejus, cujus* sc. imperio se parere cet. Delendum τὸ *ejus* aut leg. *cui ;* Gron. Durior sane omissio ; at multo segnior onerosiorque iteratio foret : si *cui* dedisset Livius, mollius foret ; Bauer.

3. *quod volebant non* tam *naviter* (s. *gnaviter*, strenue, unde *navare*) *expediebant*, perficiebant, *quam maturato opus erat*, quam erat maturandum, ut 1, 58. 8, 13. — *ex navalibus sociis* Rom. v. ad 9, 38, 1.

4. *crimina serebant in s.* v. ad 2, 1, 6. 3, 19, 7.

CAP. 24.)—1. *His audiendis credendisque obportuna*, apta, per se ita comparata, ut libenter audiret crederetque ; Str. propensa, proclivis ; Doer. apta, facilis, patens, parata ; Bauer. Cf. ad 1, 54, 4. Mox edd. pleræque ante *Epicydi* addunt *Hippocrati et*, quæ ab optimis MSS. absunt. Si de conlegio aut pluribus conjunctis agitur, sæpe unus tantum nominatur: quæ numeri enallage aut syllepsis et synthesis dicitur. Cf. ad Sil. 3, 222. et, quæ exempla laudavit Jac. Gron., sup. 21, 52, 4. inf. c. 31. (not. 2.) c. 35. (n. 4.) 26, 2, 5. et c. 4 extr. De alia numeri enallage v. ad 22, 4, 2. De *Andranodoro*, et *Themisto*, et *Harmonia*, *Gelonis filia*, v. ad c. 4. n. 2.— — *occupandi res*, inperium.

2. *incondita libertate*, inordinata, nondum composita et legibus certoque statu civitatis formata ac firmata ; Gron. cruda, nova, *roh ;* Bauer. Cf. 26, 40 pr. (*nova pace* cum Marcello facta *inconditas*, nondum compositas, *res componere*) 30, 11. et ad 21, 57, 11. Sic synon. dicuntur *incondita* et *incomposita* v. c. *carmina* 7, 2. et *agmina* 21, 34, 3. 30, 11. 44, 39. — *regiis stipendiis pastus*, ex iis vivens, *miles obversaretur*, v. ad c. 23, n. 2. — Mox junge *rem consociatam cum Themisto*, h. e. composita cum eo et conjuncta consilia conjurationis et imperii obcupandi. Cf. 25, 18.

3. *nec ars*, (v. ad 5, 1, 2.) *quia nihil tale apud Græcos pudori est*, ars scenica non inhonesta, ut apud Romanos. Cf. ad 7, 2, 12. — *rem haud vanam*, v. ad 4, 37, 4.

4. *ab re in speciem atrociore*, ob rem. Cf. ad 1, 1, 5. Mox τὸ *et* post *edocuisset* delendum ; Doer.

5. *quæ per quosque agerentur*, agenda essent, agi deberent vel constitutum esset ; Gron. Cf. ad 3, 21, 3. et 37, 17, 4. — *incertæ rerum multitudinis*, v. ad 4, 9, 4.

6. *corpora conjuratorum* sc. projecta vel exposita ; Gron. — *eo motu*, tali, tanto. cf. ad 2, 29, 6. — *integram plebem*, quietam, inconruptam seditione, ut fere, etsi paullo aliter *integer populus* 9, 46, 17. ubi ipse expl. *fautor bonorum ;* sed ubi tamen et solidam, universam plebem notare possit ; (at vid. ibi not. 17.) Bauer. reliquam nondum animi motu conruptam, nihildum constitutum habentem, sed quæ rem integram in concione audire atque tum de ea constituere vellet ; Str. Cf. ad 2, 5, 1.— — *sequerentur* propr. *sequeretur*. Cf. ad 1, 41, 1. et 22, 4, 2.

CAP. 25.)—1. *tamquam rem ageret*, cf. ad 4, 42, 4. *agebat*, *ab* cet. edd. ante Drak.— — *orsus*, v. ad 2, 38, 3. Mox alterum *fecisse* post *sponte* insiticium esse, putabat Gron. sed *aut* ante *puerum* excidisse, Drak. — *Andranodorum ac Themistum*, v. ad c. 4. n. 2.

2. *Tutores ac magistros:* perperam omnes libri *magistratus*, et MS. Put. *magistratos ;* Gron. — *sub aliena invidia* male *regnasse*, ita ut alius, sc. Hieronymus, invidiam mali regni habuisset.

3. *debitos jam morti*, eam meritos, quibus jam mors debita, jure et fato *destinata* fuisset. Cf. Virg. A. 11, 759. Hor. A. P. 63. *morti destinatos* nondum sane a quoquam, sed suis meritis, sua culpa, quasi *destinandos*, sc. qui semet destinassent suis factis, ut Rom. 9, 22. σκεύη ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, et Act. 13, 48. τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, Bauer. — *Hereditatem cernere* est propr. deliberare, utrum eam velimus adire nec ne, (unde *cretio* dicitur spatium temporis, quod ad id deliberandum datur heredi a testatore) deinde, quod hanc deliberationem fere sequitur, illam adire ; Ern. in Clave. Cic. Cf. Perizon. ad Sanctii Minerv. 780-795.

4. *Sub hanc vocem*, v. ad 2, 55, 1.

5. *Hæc natura multitudinis est* cet. cf. Juvenal. 10, 65-88. — *libertatem spernere modice* dicuntur, qui sic dominis sunt obnoxii, ut non verniliter eos adulentur, neque omnem libertatem amittant, qui aliquid etiam in serviendo libertatis retineant, admittunt, audent, neque se deprimunt in extremum servitutis ; *inmodice*, qui serviunt humiliter et abjiciunt se ; Gron. Quidquid Gron. præter morem de *spernenda libertate* argutetur, ego tamen (conjecturam viri docti, quem refutavit) *sperare* probo ; Bauer. *nec habere sciunt*, v. ad 38, 52, 1.

6. *irarum indulgentes ministri*, " aut a Participio regitur Genitivus pro *iris ;* aut *indulgentes* simpl. sunt obsequiosi, promti, commodi, *willige, gefällige*. — *Sicut tum ex-*

..go cet. pro: sicut et tum factum; nam extemplo cet." Bauer. — *Demaratam Hieronis et Harmoniam* cet. v. ad c. 4. n. 2.

CAP. 26.)—1. *Heraclea, filia Hieronis, uxor Zoippi*, v. ad c. 4. n. 2. — *voluntarium consciverat exilium*, v. ad 1, 32, 12. et 4, 4, 6. — *præcisset venire* sc. missos a prætoribus. Sed leg. *reniri*; Gron. Si quid mutandum *præsensisset* malit Bauer.

2. *in sacrarium ad penates* privatos (v. ad 3, 17, 4.) *confugit*, quorum sacrarium et ara erant in *penetralibus* ædium (cf. not. 8.) vel mediis ædibus et inpluvio, μεσαυλίῳ: (ut *Larium* familiarium sedes propria et imagines ad focum in atrio) unde Cic. Verr. 1, 19, 23. synon. *inpluvium* et *medias ædes*, atque Suet. Aug. 92. *compluvium penatium* dixit. Cf. Virg. Æn 2, 512 sq. ubi similis est narratio de cæde Priami, qui, ut Heraclea, ad aram Penatium confugit abstractusque ab ea obtruncatus est.

3. *ad ea addidit preces, nunc*, i. e. primo rogans, ut sibi parceretur; quæ verba referenda ad ea, quæ infra sequuntur: *tum, omissis pro se precibus*, cet., nisi potius anacoluthon est, aut *nunc* delendum; Str. Forte ante *nunc* quædam excidere, v. c. *nunc per Deos*; vel pro *nunc* legendum *orans*. — *invidia Hieronymi conflagrare*, simul in perniciem trahi. Cf. ad 22, 35, 3. 40, 15, 5. et Cic. Verr. 1, 15 extr. — *si Andranodoro consilia processissent*, subcessissent, exitum habuissent.

4. *Quantum spes hominum falli* ex emend. Gron. pro vulg. *fallit*: nam transitus ab oratione obliqua ad rectam et contra, alias haud infrequens, (v. ad 1, 13, 4.) in uno verbo, quum tota oratio obliqua est et omnia uno tenore fluunt, non est ferendus; Str. — *conjugem ejus*, Zoippi. Mox *quid obstantes* cet. pro *nihil obstantes l. aut l., nullum ab se periculum*, interrogatione pro negat. posita ex vehementiori adfectu; Str.

5. *prope vidua* ob exsilium mariti: unde et *puellarum orbitas*. — *At enim*, v. ad 3, 39, 8.

6. *ferrum quosdam expedientes aversis auribus animisque* a precibus, quasi non audientes eas intellegentesque, (cf. ad 7, 3, 1. Gron. ad h. l. Drak. ad 38, 33 extr. et Broukh. ad Tibull. 3, 3, 28.) *ne* precibus adtendendo respondendoque *casse*, frustra, (ut al. *cassum* et *incassum*; nisi alterutrum pro illo ἅπαξ λεγομένῳ reponendum) *tempus tereretur*, nimis retardaretur mandatum exsequendum. Perperam editt. ab Ascens. ad Drak. *enim*, quod ab omnibus MSS abest, inserunt post *ferrum*, et verba *ferrum — cernebat* uncinis includunt. ut *ferrum — cernebat; tum* cet. malebat Roell. et *cernens, tum* (quod ita haud aptum) — *institit* Doer.

7. *orare institit*, ut c. 46. 25, 19. 26, 17, 6, 27, 2. 46. 30, 12. (ubi cf. Drak.) 34, 59. 35, 11. 37, 17. 27. 40, 5. 44, 26. non ab *in*..*stare*, ut putabat Ern. in clav. Cic.; sed *insistere* sc. mente et cogitatione, h. e. apud se cogitare, reputare, statuere, (v. Heyne ad Virg. A. 4, 533.) deinde intentius cœpisse, adgredi. Cf. inpr. ad 35, 30, 1.

8. *abstractam a penetralibus*, cf. not. 2. — *alienata mente*, v. ad 10, 29, 1. — *eo cursu*, (v. ad 2, 29, 6.) ex conj. Florebe i. In MSS et edd. ante Gron. *cursu* et *obcursu* — *ex sacrario*, cf. not. 2. — *in publicum*, v. ad 2, 24, 6.

9. *integro corpore evaserunt*, cf. ad 21, 32, 8. Verba seqq. *tenentibusque — sese eripuerunt* non exstant in MS. Cantabr. et glossam redolent, ad præcedd., in quibus eadem inest sententia, adscriptam. — *eluctandæ manus essent*, ex iis eluctandum esset.

10. *neque locus pœnitendi aut regressus ab ira*, cf. ad 4, 57, 2. 42, 13, 3. et ad Tac. Ann. 4, 11, 3.

CAP. 27.)—1. *et trahenda re esse*, erant, sc. operati, qs. pro: *trahendæ rei* sc. dediti, vel subple *in* tr. re; Bauer. In eo esse, id agere, ut extraherent rem; Gron. Cf. ad 2, 9, 5. et 2, 61, 6. *trahendam rem* multi MSS. et edd. ante Gron. *in trahenda re* conj. Duker. Forte leg. *trahendam rem censere*, vel *trahendæ rei esse*. Cf. ad 3, 36, 4. — *nudare, quid vellent*, h. e. manifestarunt, ut passim. v. ad 33, 21, 6.

2. *Ad Murgantiam* h. l. non Samnii, opp., ut 10, 17, 3. sed Siciliæ, (hod. Jaretta) ad mare situm, non procul Syracusis et supra ostium Symæthi, quod aliis *Morgentia*, Μοργεντία, Μοργέντιον, Μοργάντιον, Μοργαντίνα, Μοργαντῖνον, Μόργυνα, Μέργανα dicitur. v. ad Sil. 14, 265. et Schweigh. ad Polyb. 1, 8. — *quonam evaderent*, evasuri essent, *motus*, quem finem exitumve essent habituri.

3. *posse rem convenire*, pacem, v. ad 1, 3, 4. — *eadem quies*, sc. quæ antea adhuc fuisset, h. e. prior, pristina; Bauer. *Quies et tranquillitas* synonyma juncta, ut *contumeliam ignominiamque* 4, 4 extr. *inprovisum, inopinatum* 27, 43, 2. (ut *inproviso adgressus nec opinantes* 44, 35. cf. Cic. Verr. 2, 28. et 74.) *ædes ædificiaque* 38, 38, 8.

4. *adcessisse Pachynum*, promont. Siciliæ australe. *prodi Romano* optimi MSS. *Romanis* edd. ante Gron. v. ad 3, 2, 3.

5. *ad ostium portus* Syracusarum. — *aliæ partis hominibus*, non ab Hippocratis et Epycidis, sed a Romanorum parte stantibus; Doer. *aliæ* ἀρχαϊκῶς pro *alius*, (ut *aliæ pecudis* bis ap. Cic. Div. 2, 13. *aliæ rei* ap. Lucret. 3, 931. *aliæ* dat. sing. ap. Plaut. Mil. 3, 1, 207. passimque sic *nullæ* et *ullæ*) et hoc pro *alterius*, ut 9, 2, 6. Bauero id vitiosum et barbarum videtur, legendumque *alius* vel *alterius*, vel potius *suæ*. — *hominibus animus adcederet*, cresceret, augeretur, ut 40, 39, 3. et 44, 36. — *criminibus*

[redacted]

vanis, criminationibus. — *decurrerat* ad portum.

CAP. 28.)—1. *in concionem vocari*, v. ad 2, 55, 6. — *alii alio tenderent*, v. ad 4, 19, 1. — *procul a seditione* edd. ante Gron. Cf. 6, 16. 8, 32.

2. *ut in tali tempore*, cf. ad 8, 30, 7. Mox *beatioremve fore. si alii* cet. ex emend. Salm. et Gron. *creatiorem fore : si alialio trahunt res* MS. Put. Vulgo *gravioremve* vel *gratioremve fore: si alia alio trahat res.* Cf. ad 4, 19, 1. et 23, 8, 2.

3. *vel quinquaginta annis* cet. ante *vel* excidisse *ostendere* conj. Glar. Verum *et* potius leg. pro *vel* cum Gron. — *nunc incognitæ*, cum Hannibale, nondum cognitæ, *quondam infideli*, in b. Punico l. — *ad consilium* sc. capiendum; Str. — *utique*, v. ad 2, 30, 1.

4. *Quo minus cupiditatis ac studii* sc. partium: unde *cupiditas*. h. l. non videtur esse partium studium, ut ap. Cic. sæpius, sed ejus, qui sibi ipse aliquid cupit ex re quadam: *je weniger absichtlich und parteyisch dieser Vortrag schien, desto mehr Gewicht hatte er*; Str. — — *militare consilium*, v. ad 8, 8, 6. Mox verba *jussi et duces ordinum* (cf. ad 2, 23, 4.) — — *consulere* sunt forte glossa et interpretamentum, præcedentibus in marg. adscriptum.

5. *mittique cum eis* i. e. Romanorum legatis, qui Syracusas venerant; nam *Romani* etiam dici possunt pro *Romanorum legati*, (non vero h. l.) eo magis, quod statim *legatos* sequitur; Str. Verba *cum eis* post *placuit* aut *rem* ponenda videri, jam alii monuere.

CAP. 29.)—1. *ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam*, v. ad 1, 44, 6. 4, 20, 1. et 10, 6, 2.

2. *Nam et illis, quod jam diu cupiebant, novandi res* (v. ad 1, 52, 1.) *occasio* cet. referendum h. l. *illis* ad proximum *missis*, et seq. *hi* ad remotius *mittentibus*; Duk. et Str. Cf. ad 3, 72, 3. — *sentinam urbis exhaustam*, remotam multitudinem civitati perniciosam; translatione a navibus ducta, ex quibus *sentina* (nobis *Grundsuppe*, *Unrath*) seu humor conlectus in infimo fundo, inutilis ac perniciosus navi, exhauritur; Str. Cf. Cic. Cat. 1, 5. 2, 4. — *Ceterum levaverunt modo* cet. conf. Cic. Cat. 1, 13. — — *provinciæ Romanæ*, v. ad c. 7. n. 6.

3. *in oppositam stationem* cet. cf. not. 6. et ad 2, 64, 9.

4. *Nam ita eos pacem pepigisse*: sc. Syracusanos, quod latet in *Syracusis*, nisi potius hoc positum pro *Syracusanis*; Cf. ad 3, 47, 1. — *regnent ac dominentur* MS. Put. et Cantab. Vulgo *regant ac d.* Sed male junguntur hæc verba, quorum alterum est invidiosissimum et eorum, qui nihil pensi habent, alterum qui cum modo imperant et secundum leges, quod huc non convenit: et a Livio τὸ *regnare* regibus et *αὐτοκράτορσι*, dynastis aut inpotentibus imperii magistratibus, datur, *regere*, magistratibus non incivilibus, in libertate ac Romanis; Jac. Gron. Cf. ad 3, 11, 6. 3, 19, 7. 6, 40, 3.

5. *Itaque aut eximendum id de fœdere esse*, scil. quod supra dixerat, *ut*, *quicumque populi sub regibus* cet. — *legem eam fœderis*, fœdus hac conditione ictum; Doer.

6. *de cæde stationis Romanæ*, cf. not. 3.

7. *integro secum fœdere*, ut fœderi secum facto ejusque legibus satis fiat. — *Neque sese defuturos eo bello*, v. ad 3, 46, 3. — *pax convenisset*, v. ad 1, 3, 4.

CAP. 30.)—1. *ab ira inter conditiones pacis*, dum de iis ageretur, *interfectæ stationis* Rom. cf. c. 29. n. 3. et v. ad 1, 1, 5. 1, 5, 5. et 4, 18, 2. — *Herbessus*, al. *Erbessus*, opp. Siciliæ ad fontes Anapi v. ad Sil. 14, 264. et Schweigh. ad Polyb. 1, 18, 5. et 9. — *Myla flumen* vix alii memoratum. Notior *Mylæ* s. *Mylæ* urbs. v. ad Sil. 14, 202.

2. *bona locupletium donata* sc. militibus sed non alibi *res donata* ita absolute ponitur, sine nomine ejus, cui donatur, ut sit nostrum *verschenkt*, non *geschenkt*; Str.

3. *Terroris speciem haud vanam mendacio* cet. ut hoc mendacium vim terrendi haberet, fecerunt *verberati* illi; Gron. *Erroris* omnes fere libri. *Rumoris vani* conj. Schelius.

4. *Nec ut Leontinos irent*, urbem. v. ad c. 7. n. 2.

5. *proditos ad cædem commilitones*, v. ad 2, 43, 5.

6. *duces amentiæ*, Hippocrates et Epicydes. — *Megara*, ἡ Μέγαρα, al. τὰ Μέγαρα et ἡ Μεγαρίς, urbs Siciliæ, dicta olim *Hybla*; quod tamen nomen propter Hyblæi mellis præstantiam revocatum, inducto novo, quod ei Megarenses ex Græcia coloni dederant. Cf. Strab. 6, 2, 2. et ad Sil. 14, 26. 273. Græci plerumque τὰ Μέγαρα dicunt et Siciliæ et Græciæ urbem; unde Gron. *Megara* pro *Megaram* conj. h. l. et 31, 22. ubi Duker. hæc notavit: "Illud non magnam vim habet: nam et iidem Græci dicunt τὰ Ἄβδηρα, τὰ Ἐκβάτανα, τὰ Βαργύλια, τὰ Ἄστυρα, quæ Latini etiam fem. gen. sing. efferunt. Cf. etiam Plin. 4, 7. et Cic. ad Fam. 4, 5. quæ loca an emendationem hanc recipiant, dubitari potest. Sed 31, 22. sive *Megaram*, sive *Megara*, legatur, apertum est, regionem designari, quæ aliis *Megaris* dicitur. Hoc si sine exemplo est, ut propemodum credo, leg. *Megarida*."

7. *spe undique abscissa*, v. ad 4, 10, 2. — — *qui apud Hieronymum meruerant*, mercenarii, (cf. ad 3, 24, 4.) *sub eis*, sub imperio Hippocratis et Epicydis, ut *sub eo* 38, 14.

8. *ramos oleæ ac velamenta* a. s., v. ad 2, 54, 6.

CAP. 31.)—1. *Enimvero*, v. ad 1, 51, 5.—

— *Epicyden adesse;* in uno MS. *esse,* non improb. Str. Verbum *adesse* in nullo MS. exstat, prob. Gron. ut intell. *moræ causas esse.*

2. *conloquia serendi cum hoste,* hostibus, *injussuque prætorum miscendi eos,* hostes, Hippocratem et Epicyden. Cf. ad 35, 27, 2. — *injicique catenas i. Hippocrati;* sed cur non etiam Epicydi? Hinc τὸ *Hippocrati* delendum putabat Gron. At v. ad cap. 24. n. 1. Mox *Cretibus* pro *Cretensibus* edidere Gron., Crev. et Drak. quia in MS. Put. est *Crentibus.*

3. *Secundum salutem,* v. ad 1, 4, 1. — *Recte tum atque ordine fecisse,* sollemnis formula, qua Senatus P. R. acta civium, maxime magistratuum, comprobare solebat, cui nonnumquam *et e rep.* addebatur; ut nostrum: *wie sichs geziemt und gebührt;* Str. Cf. ad 28, 39, 6. 30, 17. 4. 30, 42, 3. Brisson. de form. l. 2. §. 80.

4. *adequitaverint Syracusas* quidam MSS.; alii *obequitaverint.* Illos sequuti Gron. et Drak., hos rectius forsan Crev. et Str. Quidam *obequitaverint* edd. ante Gron. Cf. ad 9, 22, 3. Mox *Sed ne fuga q.* malebat Duker. — *impetusque* pro *sed impetus;* Bauer.

5. *non a misericordia,* ob eam. v. ad 1, 1, 5.

6. *vana aut levi aura mobile vulgus,* v. ad 3, 33, 2. — *militem nancti,* v. ad 5, 45, 1.

7. *ad Mylam falso nuntiata,* v. cap. 30 pr.

CAP. 32.)—1. *Haud vani quidam homines,* v. ad 1, 16, 7. *Vani* dicuntur, qui vel sibi vel aliis *vana,* inania aut falsa, etsi speciosa, persuadent seu persuadere solent. Cf. not. 1. ad 1, 8, 3. Gell. 18, 4. ibique intpp. — *perbene* et per se non sane frequens, et hic sign. perobportune, in tempore; Bauer.

2. *Ad militare genus omne,* apud milites vel militibus cujuscumque generis. — *inflati eo,* falso, (cf. not. 1.) *nuntio,* h. e. offensi, irati, ira adcensi, ut ap. Cic. Tusc. Qu. 3, . *animus* ira *inflatus, tumens,* et *turgescens:* cf. ad 31, 8, 10.) nisi ex emend. Gron. leg. *inflammati,* quod recepere Drak., Ern. et Str. De nuntio, qui iras Syracusanorum in Romanos concitaverat, utque id faceret, erat fictus, cf. cap. 31 extr. — *præsentiusque malum,* sc. inminens a pravis Hippocratis et Epicydis consiliis; Doer. — *ad Hexapylum,* v. ad c. 21. n. 3.

3. *unis foribus Hexapyli apertis:* nam sex erant: unde mox *portæ effringebantur omnes.* Cf. ad c. 21. n. 3.

4. *totum Hexapylo agmen receptum est* recepsui cum Str. e conj. Crev. et Dukeri pro: *toto in H.,* vel, quod MS. Put. exhibet, *toto H.,* sine τῷ *in.* Mox pro *prætoresque* — *omnes interficiuntur* Drak. suadente Jac. Gron. e cod. Cantabr. dedit *prætorumque omnes,* ut 31, 45. *Macedonum fere omnibus et quibusdam Andriorum.* Ita et *cuncti* ac Gr. ἅπαντες, Schæf. cf. Wessel. ad Diodor. init. et ad Eclog. p. 532. Sed alia vocis *omnes* genitivo junctæ exempla desiderantur, et h. l. unus tantum MS. ei favet: unde et illud *Macedonum* vel librario, vel doctæ manui, id adcommodanti τῷ *Andriorum* et elegantiam forte captanti, tribuendum videtur.

5. *servi ad pileum vocati,* v. ad c. 16. n. 9.

CAP. 33.)—1. *jura relicta erant* sc. salva, servata integra et inviolata; Str. — *Olympium, Jovis templum,* v. ad c. 23. n. 5. Sic et Ὀλυμπίειον s. Ὀλύμπιον fuit Athenis, Ephesi cet. de quo v. 31, 25. Pausan. 1, 18. 40. 2, 7. 7, 2. 20. al.

2. *qui ad se perfugerint* (ut paulo ante *perfugerint ad se*) pro vulg. *perfugerunt,* latinitate in oratione obliqua illud postulante, et deinde *pateat* pro *pateret* reposui. Utrumque probarunt Stroth. et Bauer, etsi ille servavit τὸ *pateat,* quia Livius nonnumquam diversa junxerit tempora, ut 22, 32 extr.

3. *eorum, ad quos venerint,* prætorum, qui sc. perierant vel effugerant. Cf. c. 32 extr. Superbum acerbumque est responsum ejus, *in cujus manu res Syracus.* nunc erat, quod ignorabant Romani. — *terra ab Hexapylo* cet. v. ad 8, 17, 5.

4. *vastam disjectamque spatio urbem,* cf. ad c. 2. n. 7. et c. 21. n. 3. — *invasuros,* penetraturos, expugnaturos; Ern.

CAP. 34.)—1. *et habuisset cœpta res fortunam,* successum, successisset. — *Archimedes is erat,* Syracusanus, *unicus* (v. ad 1, 21, 3.) *spectator cœli siderumque,* peritissimus Astronomiæ. De eo ejusque arte machinisque vid. præter seqq. Polyb. 8, 5-9. Plut. Marcell. p. 305 sq. et ad Sil. 14, 300 sq. 351 sq.

2. *quæ hostes ingenti mole agerent, perlevi momento ludificaretur,* v. ad 1, 38, 4. et 5, 49, 4. — *instruxit* sc. Archimedes.

3. *Ex ceteris navibus:* forte reponendum : *ex sexaginta his* seu *iis navibus:* saltem *ceteræ naves* sunt eædem *quinqueremes,* et *ceteris* his obponuntur mox *junctæ aliæ binæ quinqueremes:* nam cum Str. ita legendum. Polybius 8, 6. tradit, adfuisse LX quinqueremes sagittariis, funditoribus velitibusque refertas, ac præterea octo quinqueremes, quæ altero remorum ordine ademto, aliis dextro aliis sinistro, binæ et binæ junctæ fuerint. — *et velites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est,* cf. ad 21, 55, 11. et 22, 46, 3. Velites septem utebantur hastis, quæ *velitares* et Gr. γρόσφοι dicuntur, unde ipsi γροσφομάχοι et γροσφοφόροι. v. 26, 4, 3. et 38, 20, 2. Hæc hasta, teste Polyb. 6, 22., habebat hastile, duos ut plurimum cubitos longum crassumque digitum unum, spiculum vero longitudine spithamæ et tam tenue atque acutum, ὥστε κατ' ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι, καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν. Hinc Lips. de mil. Rom. 3, 1. extr. (ubi plura disputat de armatura velitum, ut et

[redacted]

Schel. ad Polyb. c. 14.) "Si tale, inquit, et tam flexile est telum, etiam *peritis inhabile:* et Polybius aperte negat remitti. An redundat vox *inperitis*? an mutanda in *inpeditis*? ut, nisi quis otiose mucronem refingat et erigat, neget remitti? An ideo etiam *inperitis inhabile*, quia amento emittebatur et certo motu?" Haud dubie singulari quadam arte et dexteritate jaci debebat; Doer. *inpetitis* vel potius *petitis* conj. Schel. ad Polyb. c. 14. Neutrum male ad conciliandum cum Polybio Livium; Duk. *inparatis* malebat Salmas. de re mil. Rom. c. 16. eodem sensu quo *inpeditis* Lips.

4. *junctæ aliæ binæ ad quinqueremes*, immo cum Sigon. et Lips. Poliorc. 1, 6. ex Polyb. 8, 5. et Plut. Marcell. p. 305. leg. *ad octo quinqueremes;* sensus autem verborum est: junctæ binæ et binæ quinqueremes usque ad octo. — *velut naves agerentur:* ex vestigiis MS. Put. *velut una navis a.* legendum jam alii monuere. — *turres contabulatas* (v. ad 5, 5, 3.) *machinamentaque alia*, quæ ignorat Polybius, qui pro iis solas habet τὰς σαμβύκας vel σαμβύκας, de quibus v. inf. ad 39, 6, 9. *Machinamenta* pro *machinis*, ut *machinationes* 24, 19. 25, 11. 27, 15. 37, 5.

5. *murum ab imo ad summum crebris, cubitalibus fere*, cubiti magnitudinem habentibus, *cavis* (*cavum* et *cavus* caverna, foramen) *aperuit:* at Polyb. 8, 7. dicit: ὡς ἀνδρομήκους ὕψους κατεκέκνωσε τρήμασι τὸ τεῖχος, ad altitudinem fere staturæ humanæ crebris cavis perforavit murum, ὡς παλαιστιαίοις τὸ μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, quæ extrinsecus palmi (quatuor digitorum) fere mensuram habebant. Forsan diversæ narrationes ita conciliari possunt, ut dicas, foramina ista intrinsecus fuisse cubitalia, extrinsecus vero palmaria; Str. — Livius quædam Polybii verba prætermisisse videtur, et nonnulla etiam ab aliis sumere potuit; Duk. Cf. Lips. Poliorc. 3, 4. — — *Scorpiones modici*, quos σκορπίδια Polyb. et σκορπίους βραχυτόνους Plut. adpellat, machinæ bellicæ, vel majores vel minores, quibus lapides, spicula cet. emittebantur, *quas nunc manubalistas vocant: ideo sic nuncupati, quod parvis subtilibusque spiculis inferunt mortem*, Veget. 4, 22. Cf. inf. 26, 47. 49. 29, 7. Lips. Poliorc. 3, 4. et loca class. Ammiani 23, 4. (8.) et Philonis in libello de telorum construct., in Opp. vett. Mathem. p. 73. ubi perperam σκοπίδιον legitur.

6. *Quæ* (forte *Quum*, Duk.) *propius quædam* (edd. ante Gron. *quidam*) *subibant* muros *naves*, *quo*, ut, *interiores ictibus tormentorum essent*, (v. ad 7, 10, 6.) *in eas* cet. "ordo verborum turbatus pro: *in quasdam naves, quæ propius subibant:* vel pro: si quædam naves prop. sub., in eas cet. nam sæpius Livio *qui* est pro *si;*" Bauer. *quod interiores* malebat Gron. — *Tolleno*, pertica versatilis, libratoria, καρχήσιον Polyb. l. l. (κεραία 22, 10, 4. ut et pa. Plut. Marcell. p. 306. C. quæ propr. est rostrum tollenonis similiumque machinarum, quo graviora pondera in altum tolluntur, ut ibid. 8, 7, 8. et 10.) *carchesium versatile* Vitruv. 10, 5. 22. (Gall. *bascule*) machina tractoria, formam literæ T referens, similisque ei, quæ in agris juxta puteos ponitur ad aquam inde hauriendam, et Festo Plinioque 19, 4. s. 20. *tolleno*, Gr. κήλων s. κηλώνειον, Gall. *la bascule d'un puits*, nobis *Brunnenschwengel* vocatur. *Tolleno dicitur, quoties una trabs in terram præalte defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabs longior dimensa medietate connectitur, eo libramento, ut, si unum caput depresseris, aliud erigatur*, Veget. 4, 21. Cf. Tac. Hist. 4, 30. ibique Ern. *Ferrea manus*, uncus, quo naves sistuntur aut comprehenduntur, ut 26, 39. 36, 44. 37, 30. al. *Asser falcatus* dicitur 38, 5. et *harpago*, *asser ferreo unco præfixus*, 30, 10. et ap. Curt. 4, 2, 12. 4, 3, 24. 25. χεὶρ σιδηρᾶ ἢ στόματα εἰκασμένα γεράνων ap. Plut. Marcell. p. 306. et Polyb. 8, 8. qui ad totum h. l. conferendi sunt. Ferreas manus et *corvos*, κόρακας, jungunt Diodor. 17, 44. Appian. B. C. 5, 106. Curt. 4, 2, 12. 3, 24. et easdem Duillii machinas, quæ κόρακες dicuntur Polyb. 1, 22. (ubi v. Schweigh.) 27. 28. ferreas manus adpellant Frontin. Strat. 2, 3, 24. et Aur. Victor. Non dissimiles quoque *lupi ferrei* 28, 3, 3. Sed *manus ferreas* et *harpagones* perperam confundi a Livio 30, 10. et Curt. 4, 2, 12. monet Stewech. ad Veget. 5, 14. et Schæffer. de mil. nav. 2, 7. p. 164. — "Trabis transversæ exteriori capiti *inligata* erat *catena*, ad cujus caput erat *ferrea manus*, quæ *injecta proræ* eam *suspendebat* s. adtollebat, dum interior trabis transversæ pars deprimeretur *gravi libramento*, pondere, *plumbi*, (ut 38, 5. et 42, 63.) huic tollenonis capiti injecto et *ad solum* ipso pondere suo *recellente*, resiliente, reclinante s. retro tendente;" Str. *Recellere* reclinare, ut *excellere* in altum extollere; Fest. Perperam in omnibus MSS. et edd. ante Gron. legitur *gravique l. p. recelleret ad solum*.

7. *dein remissa subito* ferrea manus *navem undæ adfligebat*, v. ad 21, 35, 30. — *aliquantum aquæ*, v. ad 2, 39, 1.

8. *Hieronis inpensis* cet. cf. Polyb. 8, 9.

CAP. 35.)—1. *Helorum* (al. *Pelorum*) *atque Herbessum*, v. ad c. 30. n. 1. *Helorus* et fluvius (hod. Atellaro atque Abiso) et oppidum, ei inpositum. v. Plin. 32, 2. Diodor. 13, 19. ad Sil. 14, 269. et Intpp. Ovid. Fast. 4, 487. — *dedentibus se ipsis* urbibus h. e. civibus. v. ad 3, 47, 1.

2. *Megara vi capta* MSS. Put. Pet. et al, *Megaram vi captam* edd. ante Gron. Cf. ad c. 30. n. 6.

3. *ad Heracleam, quam vocant Minoam* a Minoë Cretensi, qui eam condidisse dicebatur, quum persequeretur Dædalum, (v. Diodor. 4, 79. et 16, 9.) oppidum mariti-

numque Agrigento, quod Diodoro simpl. *Minoa*, Polybio 1, 18. 30. *les.* sed 1, 25, Ἡράκλεια ἡ Μινώα — *nequaquam cum quantis copiis*, tis, quantæ non fuerant illæ, us *ante tenuerat ad P. classem*; Doer. *Hippocratæ obcupatæ S.* v. ad c. 24.

s (partium) *Carthaginiensium erant*, 6, 4.

missa custodiis loca, v. ad 7, 36, 1.— e s. *Acrilla*, inter *Agrigentum* et f. c. 36 pr.) urbem a Syracusanis prope mare Ionium et Pachynum *cillas* edd. ante Gron. corrupte, s ap. Plut. — *tetendisset*, v. ad

36.)—1. *Castris ponendis*, ut ea po- *compositos*, v. ad 21, 34, 3. — *nanc-* 5, 45, 1. — *Acras*, v. ad c. 35.

lumen Anapum: edd. ante Gron. Sed *Anatis* est Africæ, *Anapus* Si- nter Syracusas et Olympium sub- Cf. ad Sil. 14, 515. — *naves* ad 21, 17, 5. — *magnum portum*, 1. n. 3.

us itinere duxit, v. ad 1, 23, 4.

ici numero classem habentibus Roma- uo XXX quinqueremes classem erant.

ms nihil aliud ab suis quam inopiam sociorum, (v. ad 2, 8, 9. et 4, 12, 3.) ptimique MSS. prob. Gron. Re- plo Crev. et Str. pro vulg. *inopia*

ra adsidendo, v. ad 23, 19, 3.— *ntiam*, v. ad 24, 27, 1. — *prodito* v. ad 3, 47, 1. Mox junge *ubi mis magna vis* cet.

37.)—1. *Henna* (*Enna* edd. ante Gr. Ἔννα) *excelso loco ac prærupto* *ta* in media Sicilia, (cf. ad c. 39, e et ὄμφαλος, Umbilicus ejus dicta. . 1, 93. 14, 238 sq. Diodor, 5, 3. . 4, 48, 5, 72.

tunum insidiantibus, v. ad 1, 54, 4. *sset decipi*, ut ap. Cic. ep. 15. ad simili fere causa: *verum ut errare, , potuisti; (quis enim id effugerit?) s non potuisse, quis non videt?* Str.— *ndi omnia curam* MS. Put. *ad ca- mni cura* edd. ante Gron. et ple- S.

diisque juxta, v. ad 5, 6, 3.

occasioni fraudis patere, cf. ad 1,

s ventur agendum: id antiqua ma- um in marg. MS. Voss. *patuerat* c. Put. *placuerat agendum* reliqui edd. ante Gron. nisi quod quidam *et placuerat* addunt *vi* et *aliter*, m ante illud *aperte ac propalam*. Edd. Crev. et Gron. *palam erat agendum* ex emend. Lips.

7. *Præsidio decedere apud Romanos capital esse*; ita MS. Put. et Pet. pro vulg. *capitale*. v. ad 3, 11, 4. et Sil. 13, 155, qui h. l. ante oculos habuit. Mox *et nec liberorum e. s. eam petentes sanxisse* omnes MSS. nisi quod pro *petentes* in Put. est *patentes*, et in marg. Voss. *pœnam*. In ed. pr. et aliis antt. *et hoc liberorum e. s. cruore parentes s.* prob. Str. Vox *legem* in recentt. demum edd. addita: in plerisque vett. *causa* pro *eam legem*; et Gron. conj. *id* pro *eam l.*, vel *id nece l. e. s. jam p. s.* Ceterum h. l. severitas T. Manlii Torquati et verba ejus ad filium sup. 8, 7. *morte tua sancienda sunt consulum inperia* respiciuntur.

8. *cujus juris atque arbitrii esset* sc. res s. id. — *illi vero negare se missuros* sc. legatos. — *vindictam*, vindices, Pœnos.— — *at illi*, v. ad 1, 28, 6. Vulgo *ait illis*.

9. *sibi saltem darent populi concilium*, v. ad 8, 5, 1. Vulg. *consilium*. v. ad 1, 54, 1.— — *ea denuntiata*, dicta et minas. Cf. ad 3, 36, 5. — *Consensu in posterum diem concio edicitur*, omnium subfragiis. Cf. ad 1, 32, 14. 3, 38, 8. 31, 49, 5. *Consensa* conj. Gron. quem vide ad 9, 7.

CAP. 38.)—1. *Hæc occulta in fraude cautio est* cet., ita, ut dixi, cavimus quidem nobis adhuc a proditione; sed *quoniam cui* sc. obcultæ fraudi *parum subcedit* cet. Cf. ad 8, 25, 6. — *Noctem unam ægre ad consultandum sumsi*, efflagitatam adcepi. Cf. ad 2, 4, 2.

2. *Nec præoccupati*, insidiis et fraude prius petiti, *spem ullam, nec occupantes*, prius petentes prævenientes, *periculi quidquam habebitis*, cf. ad 1, 14, 3. et 24, 7, 6.

3. *tum mihi — turbam invadite*, v. ad Præf. not. 12.

4. *Ceres mater ac Proserpina*, quibus sacra erat Henna, prope quam in prato, *lacubus lucisque* cincto, vel in nemore et per speluncam rapta a Plutone credebatur Proserpina. Cf. cap. seq. Diodor. 5, 3. Intpp. Ovid. Met. 5, 385, sq. Spanhem. ad Callim. H. in Cer. v. 9. 15. 31. inpr. Cic. Verr. 4, 48. et 5, 72. ubi etiam eadem fere verba leguntur: *vos etiam atque etiam inploro atque adpello, sanctissimæ deæ, quæ illos Hennenses lacus lucosque colitis.* — *dii, qui urbem, lacus lucosque colitis*, v. ad 31, 30, 4.

5. *ut ita nobis volentes propitii adsitis, si* v. ad 1, 8, 1. 1, 12, 6. et 1, 16, 4. — *ferendæ fraudis*, v. ad 3, 25, 4,

CAP. 39.)—1. *ad obsidenda itinera — obpositi*: ita MSS. probb. Drak. et Str. Cf. ad 10, 36, 3. 25, 15. 29, 34, 5. Intpp. Virg. A. 2, 333. *oppidanis* pro *obpositi* edd. ante Str. ex conj. Vallæ. *obportunos exitus* malebat Jac. Gron. Cf. ad 1, 54, 4. Mox *et primo sensim* conj. Duk. et Crev.

[redacted]

2. *superne in aversam concionem*, non, ut vulgo legitur, *adversum*, sed quæ a militibus in concionantem præfectum Rom. versa erat; Gron. — *Cavea* theatri locus, ubi spectatores ludorum sedent.

3. *Ita Henna aut malo*, (*nullo* malebat Gron.) *aut necessario facinore retenta*: nam erat *malum* omnino *facinus*, si eo abstinere poterant sine suo suorumve periculo, si non poterant, erat *necessarium*; Grut.— — *temperaturos proditionibus*, v. ad 2, 23, 8.

4. *urbis in media Sicilia sitæ*, v. ad c. 37. n. 1.

5. *vestigiis raptæ quondam Proserpinæ*, v. ad c. 38. n. 4. — *pervasit* clades, propr. fama ejus.

6. *adciti a proditoribus*, principibus Hennensium. Cf. cap. 37 med. — *retro redit*, v. ad 2, 45, 10.

7. *T. Quinctium Crispinum* h. l. Ap. Claudii *classi castrisque veteribus* in Sicilia præfici, et 25, 18. cum Badio Campano strenue in Campania pugnare, at cap. 26 iterum memorari Crispinum, castris veteribus ad Syracusas præfectum; eaque, si de eodem homine dicantur, non bene divisa temporibus esse, monet Wessel. Obss. 2, 8. Quare aut Crispinum hunc ab illo diversum fuisse, aut Livium diversos auctores sequutum esse, suspicabatur Drak.

8. *Leonta vocunt locum*; ita MS. Put. *Leontium* edd. ante Gron. quæ et *ab* ante *Hexapylo* inserunt. Sed hoc a MSS abest, et sæpe omittitur; vel dativus Græce ponitur pro *ab* cum sexto casu. Cf. ad 5, 12, 5. *Leontem* emend. Cluver. Sicil. ant. 1, 12.

CAP. 40.)—1. *Oricum* s. *Oricus* opp. maritimum Epiri cum portu, hod. *Orco*. Cf. 34, 52. et Plin. 3, 23. s. 26. — *Brundisio præsidentem* (v. ad 10, 17, 3.) cum *classi*, h. e. classe, v. ad 4, 12, 8.

2. *Apolloniam tentasse*, v. ad 9, 35, 1. *Apollonia* h. l. ut passim ap. Liv., urbs maritima Illyrici Macedonici, vicina Orico, Aoo fl. et Hadriat. mari, mercatura studiisque literarum olim nobilis, hod. Pollonia. Aliæ *Apolloniæ* in Ætolia, (28, 8.) Chalcidica, Creta, Mygdonia, Sicilia, Thracia. — *adverso* (v. ad 21, 27, 2.) *flumine*, Aoo. Aous s. Æas X stadiis ab Apollonia decurrit influitque in mare Hadriat. Cf. 32, 5 sq. Scylax p. 21. Strab. 7, 5, 9. p. 316. Plin. 3, 23. Polyb. 5, 110. ubi v. Schweigh.

3. *sitam in plano*, v. ad 21, 32, 7.

4. *terra aut maritimis viribus arceret* ab iis, *qui peterentur*, bello lacesserentur. *maritimis urbibus* unus Pal. et *Romanos maeacigrra acterra ac maritimis*: unde Gron. conj. *Romanis Macedonem Epiri marit. urbibus a., quæ* cet. et rectius, opinor, Ruben. *Rom. mari ac terra a marit. urbibus a., quæ* cet.

5. *nisi quod imminerent Italiæ*, v. ad 3, 51, 3.

6. *præsidio loci ejus*, sc. cui præsidebat, Brundisii et Calabriæ; Doer. Cf. hujus cap. princ. — *cum classe instructa*, (v. ad 6, 5, 3. et 9, 40, 12.) *et quod*, quantum, (v. ad 31, 46, 8.) *militum longæ naves*, v. ad 21, 17, 5.) *capere non poterant*, pro vulg. *militibus quantum eorum* seu *quotquot longæ naves c. n. p., in onerarias inpositis*. Cf. ad c. 1. n. 7.

7. *Facturum se, quæ vellent, pollicitus* sc. M. Valerius. — *ad ostium fluminis*, Aoi. Cf. not. 2.

8. *navibusque Oricum retro — remissis*, v. ad 2, 45, 10.

9. *ea visa inspectaque s. a. fecere*, v. ad 1, 53, 1.

10. *ut non modo* non *alius quisquam arma caperet*, (v. ad 1, 40, 1.) nisi pro *alius* leg. *haud* vel *vix*.

11. *si similis fortuna venisset*, v. ad 9, 12, 1.

12. *satis fore parem se* Romanis *fidens, subductis* (v. ad 8, 26, 1.) *aut incensis navibus*; immo *atque incensis* leg. cum Duk. nam si partem navium subduxisset tantum, ea Romanis prædæ fuisset. — *terra Macedoniam petiit*, vel, ut alii tradunt, in Peloponnesum rediit. v. Plut. Arat. c. 51. p. 1051. Forte utrumque et illud prius factum. Cf. Schweigh. ad Polyb. 8, 10, 1.

CAP. 41.)—1. *ad castrum Altum*, s. Cuenca in Castilia nova: sed *castrum Album* bene conj. Drak. quia locus ἄκρα λευκὴ dicitur Diodoro 25, 1. 2. in loco class. de *cæde Hamilcaris*; de qua cf. ad Sil. 1, 143.— — *conveserant* sc. Romani.

2. *agmenque Rom. inpune incursatum*, v. ad 8, 38, 4. — *moratorum* a *morator*, de milite, qui moras faciendo ab agmine se sejungit et post agmen demum subsequitur; Doer. Sic et 21, 47, 1. At *moratorum* potest etiam esse particip. — *pacata loca*, v. ad 2, 59, 5.

3. *ad montem Victoriæ*: forte *ad portum Vict.*, (hod. Santander a quo fontes Iberi XL mill. pass. absunt; (v. Plin. 4, 20. s. 34.) nisi et mons et portus ita dicti.— — *Hasdrubal Gisgonis filius*, v. ad 23, 34, 1.

4. *cum exercitu justo*, v. ad 6, 13, 3. — *trans fluvium*, Iberum. — *cum expeditis*, v. ad 5, 16, 2.

5. *haud fefellit hostes*, v. ad 3, 8, 2.

6. *Castulo urbs Hisp.* — *uxor inde Hannibali*, Imilce, v. ad 21, 11, 9. ad Sil. 3, 97 sq. et Schweigh. ad Appian. Hisp.

7. *Bigerra urbs*, etiam Ptol. laudata, Clusio videtur esse Villena, inter Murciam et Valentiam media.

CAP. 42.)—1. *Ad Mundam*, Bæticæ urbem, quæ ab hodierna Munda tertio Hispan. milliario abfuit, inclaruitque etiam atroci prœlio, quo Cæsar ibi vicit Pompeji M. filios. v. ad Sil. 3, 400. et Drak. inf. ad 40, 47. ubi monet, Mundam Bæticæ opp. a Celtiberia, in qua bellum Graccho

a fuerit, procul distare, et, nisi da in Celtiberia vel in regione vi- fuerit, ejus mentionem ibi ferri se. *Mantuam*, Carpetanorum ur- eltiberis propinquam, ibi conj. — *tragula*, v. ad 21, 7, 6.

Auringen, urbem forte eamdem, gis dicitur 28, 3. et *Oningis* Plin. , ubi v. Hard.

gens (non Punica, sed Barcina, drubal et Mago, fratres Hanniba- ilcarisque filii, in Hispania bel- entes) *nata instaurandis bellis*, (cf. t ad 5, 37, 6.) *Magone fratre* (quæ nctim legendæ, vel scribendum Hasdrubale) *misso ad conquisitionem* (v. ad 21, 11, 10.) *brevi* tempore *xercitum* militibus, a Magone con- subplevit, *animosque fecit* exerci- . *Replere* ob seqq. etiam adcipere mpl. pro reficere, recreare : quam orem verbi significationem esse, ı. ad Vellej. 2, 56. docet ; Ern. m referre ad *conquisitionem militum*. . languet.

plerique milites, qui obponuntur ibus seu genti Barcinæ ; Str. Pro a conj. *Galli*, et Gron. *At hi.*— *rte toties victa*, pro partibus Pœno- t 35, 31, 8. 35, 50, 1. al.) pro — *ita eodem eventu* e quibusdam cepi cum Str. In plerisque est *sque e.* in edd. ante Str. *prius, eo-*

nicapto et Civismaro, in MS. Put. *ta et Visimaro.* — *Quum jam res* :et., at non tum demum, sed jam nnis ante, immo semper, ex quo ipionum in Hispania bellatum erat: ;. *quum tam res prospere* ; Perizon. aut. Bacch. 3, 3, 16. Sed Livius bie tum *res tam prosperæ* dixisset ; Malim *ita res p.*

cundia Romanos cepit, v. ad 3, 62, *Saguntum oppidum, quæ causa belli* Cantabr. et al. pro vulg, *quod causa* e Livii, qui pron. relativum et de- t. cum seq. jungi maluit; Jac. Cf. ad 21, 10, 14. 29, 11, 4. 32, bi v. J. Fr. Gron.) 32, 30, 1. 33, 8, t *ea erat confessio* 1, 45, 4. et similia 3, 36, 1. 3, 38, 7. 39, 10, 3.

tum jam annum : immo *quintum*, si, ivius lib. 21. docet, primo hujus o, vel *sextum*, si quod Polyb. scri- o ante hoc bellum captum est ; Cf. ad 21, 6, 3.

rdetanos, qui contraxerunt cet. v. 21, not. 1. — *sub corona vendiderunt*, 17, 3.

43.)—1. *Quæstorem eum* L. Metellum *superiore, anno, ademto equo* cet. v. ibique n. 2. 4.

ti causam in magistratu, quamdiu censores essent, *dicere* : neque etiam ma- gistratus, minime majores, in jus vocari licebat. Cf. ad Tac. Ann. 4, 19, 2.

3. *Ne lustrum perficerent*, (v. ad 1, 44, 3.) *mors prohibuit* — *se abdicavit*, v. ad 5, 31, 4.

4. *Creati consules ambo absentes*, v. ad 4, 42, 1.

5. *Ædilis Tuditanus, qui* cet. v. 22, 50.

CAP. 44.)—1. *et exercituum* sc. consulibus mandati *unus, quem* cet. — *cujus peregrina sors erat*, v. ad 22, 35, 5. — *juris dictione conlegæ mandata* ; qui itaque utramque præ- turam sortitus est, ut sæpe alii. v. ad 25, 41, 8.

2. *Luceriam provinciam* ut *haberet* sc. man- datum. Cf. ad 25, 3, 3. — *P. Sempronio* Tuditano (cf. cap. 43 extr.) *provincia Ari- minum*, ut 28, 38. 30, 1. et 32, 1. Eadem provincia *Gallia* dicitur 25, 3. 26, 1. 28, 38. ut *Gallica provincia* Suet. Claud. 24. et Umbria una ex quatuor provinciis quæsto- riis Italiæ. *Ariminum* vocatur, quia ibi erat sedes quæstoris, qui provinciæ præ- erat. v. ad Tac. Ann. 4, 27, 3. Ernesti ad Suet. l. l. Sigon. de ant. jur. Ital. 1, 26. et Noris. Cenot. Pis. 1, 1. extr. — *eve- nerunt* forsan non forte, sed SCto. v. Duk.

3. *Lentulo proprætori provincia vetus* in Si- cilia, ut 25, 3. pars insulæ, a Romanis jam b. Punico I. devicta. *Vetus provincia* non modo *novæ*, ut in Gallia et Africa, sed re- belli etiam regioni obponitur. v. ad Tac. A. 1, 58, 7. *Nova provincia* erat *regnum Hieronis.* Cf. ad 25, 41, 8. et 27, 8, 8.

4. *munierunt Romanum imperium*, f. *Ro- mani.*

5. *prodigia procurarunt* (v. ad 1, 20, 11. et 1, 31, 1.) consules jussu senatus et *ex decreto pontificum*, quod mox dicitur. Cf. 25, 7. 27, 4. 37. 28, 11. 30, 2. 32, 1. 33, 26. 36, 37. 41, 9. 16. 43, 13. al. Quin et *prodigia per pontifices procurari placuit* 37, 3, 1. quod aliter adcipiendum monet Duker. " nempe senatum censuisse, ut pontifices curarent, omnia illa prodigiorum procu- randorum causa fieri, quæ consules ex decreto pontificum ea procurantes facere solebant. Nam et decemviri Sibyllini, e quorum decreto itidem prodigia per con- sules procurabantur, nihilo minus ipsi in- terdum eorum expiandorum causa sacra faciebant; ut 37, 3. 37. 45, 16." — *Mu- rus ac portæ tactæ.* — *de cælo tacta fuerat*, in multis MSS *fuerant*, prob. Gron. qui etiam vocem *tactæ* delendam putabat, ut *murus ac portæ* Urbis intellegerentur. Sed sub hac voce nomen urbis alicujus latet ; Drak.

6. *in flumine Tarracinæ*, ad Tarracinam. Cf. ad 4, 59, 2. — *Jovis Vicilini*, qui a loco, hodie incognito, cognomen traxisse videtur ; Str. Cf. ad 23, 37, 4. — *in Compsano agro*, v. ad 23, 1, 1 *Comptino* Put.

[redacted]

Forte *Pomptino*; Gron.

7. *flumen Amiterni c. f.*, v. ad 1, 31, 1. et 10, 39, 1. — *Pater*, Q. Fabius Max. *filio legatus in castra venit*, equo vectus, ut et filius, *quum* hic illi *obviam progrederetur* officii causa. — *lictoresque taciti anteirent*, non *animadvertentes* seu monentes, ut pater descenderet ex equo; Str. Nam eques, ad consulem equo insidentem venturus, descendere honoris gratia ad pedes debebat. Fabius autem pater non sponte descendebat ex equo, sed mandatum filii exspectabat, ut eum tentaret videretque, utrum memor esset honoris sui, et hominem officii inmemorem, quamvis patrem, illud præstare moneret. — *præter XI fasces* s. lictores *equo prævectus* v. ad 1, 45, 7. et 2, 45, 7. — *animadvertere*, adtentum esse, propr. de lictoribus, populum submoventibus, eorumque sollemni et prænuntio clamore: *animadvertite!* (cf. Plin. Pan. 61.) quo jubebant consulem prætoremve subsequentem *animadverti*, respici, justumque ei honorem exhiberi, v. c. adsurgi, via cedi, equo aut curru descendi cet. Cf. Suet. Cæs. 80. Sen. Ep. 70. et Lips. Elect. 1, 23. Contra Plin. Pan. 23. 24. docet, Trajanum *silentes quietosque lictores subsequutum esse; liberumque fuisse, ingrediente per publicum Principe, subsistere, obcurrere, comitari, præterire, hærere lateri.* — *proximus* consuli *lictor*, ut ap. Cic. Verr. 5, 54. est duodecimus: nam lictores ante magistratum non gregatim ibant aut confuse, sed singuli et in lineam vel serie continua. v. Lips. l. l. Ceterum conf., qui eamdem rem narrant, Plut. Fab. p. 188. Valer. Max. 2, 2, 4. et inpr. Gell. 2, 2. qui etiam monet, *in publicis locis, muneribus et actionibus patrum jura* (et quanta hæc erant apud Romanos?) *cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus conlata interquiescere paululum et connivere, sed in domestica re ac vita publicos honores cessare, naturales et genuinos exoriri.*

CAP. 45.)—1. *Dasius Altinius Arpinus* MSS. *Classius* vel *Cassius Altinus Arpinas* edd. ante Gron. Τὶς ἔκγονος εἶναι τοῦ Διομήδους νομιζόμενος, Δάσιος ap. Appian. b. Hann. 31. qui tamen clam cum Romam contendisse et inde ejectum per Apuliam errabundum discurrisse, tum Romanos, tum Pœnos metuentem, tradit. — *Arpos*, (unde *Arpinus*) v. ad 9, 13, 3. — *ad consilium* militare. — *pro transfuga*, v. ad 2, 7, 4.— — *communis hostis* Romanis ac Pœnis, *ancipitis animi*, ut mox: cujus *fides cum fortuna stat*, et *qui aliunde* (a partibus alius) *stat semper, aliunde sentit*, qualis homo *bilinguis* dicitur) nec longe a fine cap. *ambiguæ fidei vir;* ἀνὴρ εὐμετάβολος τὸ φρόνημα ap. Appian. l. l. Cf. ad 1, 25, 4. 2, 62, 3. 8, 34, 1.

2. *ad Hannibalem discessisset*, descivisset, ad ejus partes transiisset, ut contra a *Perseo discedere*, deficere, 43, 6. *discessit* c. Voss. et *descisset* quidam MSS. prob. Gron. — *res Romana*, v. ad 1, 12, 3.

3. *novam referre proditionem proditis olim*, ad proditos olim adferre, iis obférre, ostendere; Duk. gratum rependere Romanis, qui ingratum passi sint, ut *gratiam referre* pro gratum rependere illi, qui gratum fecerit: *den ehemals Verrathenen einen neuen Verrath zur Entschädigung bringen*; Str. Cf. Gron. Obss. 4, 11. ubi et has et alias hujus cap. lectiones, a librariis misere corruptas, ex ingenio et vestigiis MSS. sagaciter eruit.— — *ad*, præter s. post, *Faleriorum proditorem*, ludi magistrum, de quo v. 5, 27. *Pyrrhive* (immo *Pyrrhique* ob seq. *tertium*) *proditorem*, medicum, Timocharem vel Niciam, de quo v. Epit. lib. 13 extr. Gell. 3, 8. Valer. Max. 6, 5, 1. Cic. Off. 3, 22. Plut. Pyrrh. p. 396. *proditores* conj. Duk. — *documentum*, v. ad Præf. n. 4. — *esset* sententiam deliberantium significat: intell. se censere; Str. Forte leg. *is sit.* — *arbitria agere*, ut *arbitria belli pacisque agere, tractare, captare, suscipere* 44, 15, 3. Tac. A. 12, 60. Vellej. 2, 50. Justin. 22, 2. *arbitrum pacis ac belli esse* Justin. 5, 2. modum pacis ac *belli facere* sup. 9, 14. Cf. Gron. Obss. IV. p. 175.

4. *sed mediam consequuturum consilii viam*, h. e. sequuturum. Sic *consequeretur* 27, 20 pr. optimi MSS. pro vulg. *persequeretur*. Cf. ad 1, 32, 12. — *libera custodia*, (Gr. φυλακὴ ἐλευθέρα, ἐλευθερία ἄδεσμος, δεσμωτήριον ἐλευθέριον, Germ. *Staatsgefängniss, weiter Arrest*) qualis non Romæ fuit, sed in municipiis, mox explicatur verbis: *Calibus eum interdiu solutum custodes sequebantur, nocte clausum adservabant.* Cf. Intpp. Velleji 1, 9. et Sallust. Cat. 43, 50. Vales. et Wessel. ad Diodor. Exc. de virt. et vit. p. 571. et 581. — *traditur* sc. custodibus, s. in custodiam.

5. *tumultum, ut principe amisso, fecit*, v. ad 8, 30, 7. — *metuque rerum novarum*, v. ad 1, 52, 1.

6. *tam ditis hominis bona possidendi*, occupandi, (a *possido*) ut 31, 31. 38, 60. 42, 23. Cf. ad Tac. Ann. 2, 5, 5. — *ut iræ magis quam avaritiæ* id (quod forte excidit) *datum crederent homines*, v. ad 3, 58, 4.

7. *crudelitatem quoque gravitati* (severitati) *addidit* e. MS. Flor. et al. pro vulg. *crudelitati q. gravitatem a.* recepi cum Str. qui tamen recte simul monuit, pro *gravitati*, quæ ab h. l. aliena sit, (quum de duobus potius Hannibalis vitiis sit sermo, de *avaritia*, quam *habita quæstione de auro argentoque domi relicto*, et de *ira* seu *crudelitate*, quam *comburendo vivos* liberos conjugemque Altinii significaverit) legendum *aviditati* aut cum Gron. *rapacitati*. Suspicari etiam possis *cupiditati*, et *gravem* vel *feram* vel *diram aviditati*. Minus apte Ern. conj. *crudelitati q. pravitatem*. Ceterum eamdem crudeli-

tatem Hannibalis memorat Appian. b. Hann. 31. et aliud ejus exemplum cap. 44 extr.

CAP. 46.)—1. *institit obpugnare*, v. ad c. 26. n. 7.

2. *quartæ vigiliæ signum cecinisset*, v. ad 7, 35, 2. et 7, 40, 4. — *via infrequenti per desertam p. u.* v. ad 10, 11, 3.

3. *strepitum molientium portam*, v. ad 6, 11, 5.

4. *adcidens auribus* strepitus. v. ad 21, 10, 15.

CAP. 47.)—1. *Arpini — armabant*; leg. *armarant*: neque enim eo ipso momento, quo Romani jam urbem ingrediebantur, tot millia hominum armare poterant; Duk.

2. *quod aut meritum Pœnorum* optimi MSS. *quod ob meritum* plerique MSS. et edd. ante Gron. *quod autem ob meritum* e c. Palat. 2. recepit Str. auctore Duk. Non male, etsi Doer. putet, non *autem* sed *aut* requiri, quia *meritum Pœnorum noxæ Rom.* oppositum sit. Sæpe *autem* est fere id. qd. *aut* vel *etiam*.

3. *vectigalem ac stipendiariam*, v. ad 5, 10, 5. — *Arpinis purgantibus*, se purgandi s. defendendi causa dicentibus, vel *purgantibus* excusantibus se s. rem. dicendo, s. ostendendo, *ignaros omnium se datos*— — *esse*, ut 28, 37, 2. 34, 5, 7. 41, 19. Sic et *satis facere* seq. infinit. 33, 49, 1. brevius dictum pro *satis facere probando* vel *et probare* s. ostendere. — *se venum datos Pœno*, v. ad 3, 55, 8.

4. *Initio orto* conloquiorum s. conloquendi.

5. *fideque data*, certa amicitiæ pollicitatione. Cf. ad 23, 19, 10. — *adversus Carthaginiensem* MSS. Put. et Cantabr. pro vulg. *a. Carthaginienses*. Sic passim; ut et *Pœnus* pro *Pœnis*. — *emissique cum fide*, v. ad 23, 19, 10.

6. *unius veteris proditoris, novi perfugæ*, Altinii. v. cap. 45. — *restituti ad Romanos*, v. ad 2, 13, 4.

7. *duplicia cibaria*, v. ad 2, 59, 6.

8. *permissu magistratuum*, v. ad 23, 10, 4.

9. *cui ubi nuntiatum est*; forte leg. *ut* pro *ubi*, quod bis positum haud placet. Cf. tamen ad 1, 3, 8.

10. *oppidum Aternum* fuit tum in Lucania ad Silarum fl., (hod. *Aterni*) tum in Piceno, navale Marrucinorum Pelignorumque, quod nunc *Pescara* dicitur, ut et *Aternus*, fl., cujus ostio adpositum est. Sed utrumque alienum ab h. l. quia Sempronio, successori M'. Pomponii, provincia fuit Ariminum vel Gallicus ager, pars Umbriæ. Cf. cap. 10. et 44. *Claternum* conj. Cluver. Ital. 1, p. 289. Hoc vero opp. Galliæ Cispadanæ prope Bononiam dicebatur potius *Claterna* et Strab. 5, 1, 11. p. 216. Κλάτερνα, hod. Quaderna. Forte leg. *Tifernum* (non illud Samnii, ut 9, 44. et 10, 14., sed Umbriæ, sive Tiberinum, sive Metaurense) vel *Ravennam*. — *tenuit*, v. ad 2, 3, 6.

11. *inter Salinas*. v. ad 5, 45, 3. Mox vocem *vico* junge cum *Jugario*, non *Æquimælio*. v. ad 4, 16, 1. — *In templis Fortunæ ac matris Matutæ* (v. ad 5, 19, 6.) intra portam Carmentalem *et Spei extra portam hanc*. Cf. 25, 7.

CAP. 48.)—1. *Syphax erat rex Numidarum*, et quidem *Massæsylorum*, ut Gala et Masinissa *Massylorum* vel *Massyliorum* in parte altera Numidiæ, quam tamen et Syphax aliquamdiu obtinuit, ejecto Masinissa. Cf. cap. extr. et 28, 17. 29, 29-33. 30, 11. ad Sil. 16, 170 sq. Massæsyli erant in Mauretania Cæsariensi a Metagonio ad Tritum prom. vel a Malua s. Mulucha et Molochath fl. (hod. Mulvia) ad Ampsagam fl., quod nunc est regnum Algerianum, ubi olim Syphax, Juba, Bocchus inclaruere; Massyli in Mauretania Tingitana vel Gaditana et propria, sic dicta a Mauris, quos Græci Maurusios adpellabant, ab Ampsaga fl. ad Zeugitanam vel a finibus Marocani regni ad fretum Gaditanum, ubi Gala, Masinissa, Jugurtha, Bogud et alii regnabant. Utraque Mauretania Numidiæ adsignabatur, inpr. Tingitana, quæ etiam Numidia nova et propria dicta. Hinc *Maurusios Numidas* dixit Livius cap. 49. ut Νομάδας Μαυρουσίους Appian. B. C. 1, 42. et Herodian. 7, 9. Sic et Polyb. 3, 33, 15. Νομάδων δὲ Μασσυλέων καὶ Μασσαισυλίων καὶ Μακκαίων καὶ Μαυρουσίων. Nam communi *Numidarum* nomine comprehendebantur Massyli, Massæsyli, Mauri, et alii. Cf. Cellar. Geogr. ant. 4, 5. Plin. 5, 1. 2. ibique Hard.

2. *animum advertit* optimi MSS. ut 4, 45, 3. 45, 5, 1. al. *animadvertit* edd. ante Gron. quod idem est, vocibus contractis, ut et simpl. *advertere* sc. animum aliquo s. ad aliquid, h. e. observare, animadvertere, Gr. προσέχειν, ἐπέχειν, προσποιεῖσθαι sc. τὸν νοῦν, ut 44, 46. 45, 5. al.

3. *ut pro bonis ac f. sociis facerent*, v. ad 2, 7, 4.

4. *equis tantum habilem*, ad equos regendos et equestria prœlia aptam, idoneam— — *insuetos* sc. esse.

5 *Sed habere se hostem* sc. Pœnos. Cf. seqq.

6. *armandi ornandique et instruendi* sc. aciem. Cf. ad 9, 40, 12. *ordinandique* edd. a Mog. ad Gron. rectius forsan. Cf. not. 9. — *velut forte congregata turba*, v. ad 39, 49, 4. — *vasta* ex emend. Ruben. qui explicat: agrestia, rustica, rudia, inconposita, incondita, ut ap. Cic. Or. 45. de Orat. 1, 25. 3, 12. 43. In edd. ante Gron. *sua inscia*; quod *sua* revocavit Str. auctore Dukero. In MSS. optimis *suaisca* et *suasca*. Inde Salmas. conj. *vasca*, et Gron. *vesca*, h. e. quasi adesa, (a *vescor*, non a *ve* et *esca*,

[redacted]

ut placebat Gell. 16, 5.) hinc infirma, gracilia, tenuia. Cf. Gron. ad h. l. et Intpp. Virg. Ge. 3, 175. 4, 131. — *temeraria*, v. ad 2, 46, 3.

7. *ut remitteret extemplo eum* sc. unum e legatis, *qui ad regem*, h. e. apud regem, (ut supra *apud sese*; v. ad 2, 10, 10.) *remaneret*. Sed forte leg. *eum unum*. — *Q. Statorio nomen fuit*, cf. 30, 23. et Oudend. ad Front. Strat. 1, 1, 3.

8. *Cum duobus Romanis reliquis Numida*, Syphax, Numidarum rex, *legatos* cet. Vox *reliquis*, a Drak. e duobus MSS. haud optimis recepta, languida est et valde dubia. In omnibus fere MSS. et edd. est *relata*, et deinde *Numida* vel *Numidis* vel *Numidasque legatos* vel *legatosque*. In ed. Junt. *Cum d. R. legatis Numida legatos* non inprob. Gron. qui tamen illud *legatis* aut *relata* delere malebat. Pro eo forte leg. *re pacta*, aut potius *regnator*.

9. *ordinatosque proxime morem Rom.* (cf. ad 2, 48, 5.) *instruendo* (v. ad 9, 40, 12.) *et decurrendo*, v. ad 23, 35, 3.

10. *justis militaribus*, omnibus, quæ ad rem militarem vel ad justos bonorum militum labores ritusque pertinen[t] militi et noscenda et facienda [...] *tis* pro *justis* ed. Tarvis. et al. [...] Obss. 4, 6. et Cort. ad Sallust. [...]

11. *Massyli*, (*Massyla* edd. ant[e] [...] not. 1.

CAP. 49.)—1. *Masinissam*, al. [...] Forte leg. *Massanassam* vel *Mas*[...] Græcis dicitur. v. ad Sil. 16, 11[...] *tem et decem annos natum*: in h[...] vitium esse et forte leg. *XXV*. [...] rationibus demonstrant Wesse[...] 29. et Duker ad h. l. Mox *quam*[...] *pisset* (ut 35, 1. et al.) edd. ant[...] plerique MSS. prob. Str.

2. *in Maurusios ex acie Numidas* [...] v. ad c. 48. n. 1. unde patebit, [...] *midas* non esse delendam, vel mu[...] *Numidis* aut *Numidarum extr*[...] — *prope oceanum adversus Gades* [...] 1, 1, 3.

3. *præterquam quod*, v. ad 22, [...] *qua pacta* plerique et optimi M[...] et *quæ p.* reliqui MSS et edd. [...] qui malebat *quam pacti — erant*.

FINIS TOMI PRIMI.

[redacted]

COMMENTARIUS PERPETUUS

IN

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM LIBROS

QUI SUPERSUNT OMNES

EORUMQUE EPITOMAS

CONSCRIPTUS

A

GE. ALEX. RUPERTI

TOMUS II

LONDINI

SUMTIBUS RICARDI PRIESTLEY

MDCCCXXV

[redacted]

TYPIS EXPRESSIT B. BENSLEY, LONDINI.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXV.

CAP. 1.)—1. *Ipsorum interim et Sallentinorum* (v. ad 10, 2, 2.) lege, ut *ipsi* sint Tarentini; Ruben et Gron.

2. *in Bruttiis ex XII populis* cet. cf. ad 22, 61, 11. — *Consentini*, v. ad 8, 24, 4.— — *Thurini*, v. ad 10, 2, 2.

3. *præfectus sociûm*, v. ad 8, 36, 5. — *tumultuario exercitu*, v. ad 1, 37, 4. — *inconditæ turbæ*, v. ad 21, 57, 11.

4. *publicanus — societatibus infidus*, v. ad 5, 23, 6. " Hinc adparet, præfectos sociorum cives Romanos fuisse: neque enim alii, ut puto, quam cives, ad publica conducenda admittebantur. Idem ex 27, 41. 33, 36. 34, 47. et 35, 5. colligitur." Duk.

5. *intra parietes* (domi) *abolebantur Romani ritus — sacrificuli ac vates* cet. v. ad 1, 23, 1. 4, 30, 5. et 39, 8 sq. — *in publico*, v. ad 2, 24, 6.

6. *quæstus ex alieno*, aliorum, *errore*, superstitione et stultitia, *facilis*, facile capiendus. — *ad publicam querimoniam excessit res*, v. ad 3, 41, 6.

7. *Incusati graviter ab senatu ædiles* sc. plebis (cf. 4, 30. et ad 2, 33, 3.) *triumvirique capitales*, qui præerant carceribus subpliciisque; unde etiam *triumviri carceris* adpellantur 32, 26. extr. v. Epit. lib. XI. et ad Tac. A. 5, 9, 5. — *M. Atilio* tum h. l. tum cap. 3. et 12. pro vulg. M. *Æmilio* legendum esse, jam recte monuit Sigon. nam ille fuit prætor urbanus, hic peregrinus, qui deinde Luceriam provinciam habuit. v. 24, 44. et 25, 3. *prætori Urbis*, ut 22, 33, 6. 26, 3, 4. 27, 4. 22. 33. 31, 9. 32, 26. Frequentius est *prætor urbanus*, et *urbis* e comp. scrib. *urb.* fieri potuit; Duk.

8. *libros vaticinos*, quales itaque jam tum circumlati a fraudulentis vaticinatoribus. Cf. 39, 16. ad Tac. Ann. 6, 12. et Suet. Aug. 31. — *literasque*, v. ad 6, 1, 2.

CAP. 2.)—1. *decemvir sacrorum*, v. ad 3, 10, 6.

3. *adpetebat tempus*, v. ad 5, 19, 2. Mox *consules bello intentos advocare* leg. e. II. MSS. Doer.

3. *primo comitiali die*, v. ad 3, 11, 1.

4. *Ædilis curulis fuit eo anno* (sc. quo hi consules ac prætores in annum seq. creati sunt; Duk. et Pigh.) *P. Cornelius Scipio cum M. Cornelio Cethego*: at, si Polybio 10, 4. et 5. atque Vellejo 2, 8. fides habenda, cum L. Cornelio Scipione fratre germano. Itaque Livius alios auctores sequutus est; nisi leg. *cum L. Cornelio fratre germano.*— — *quod nondum ad petendum legitima ætas esset*; ergo lex Villia, a. V. 573 lata, non *prima* fuit annalis s. annaria, sed prima potius, quæ adcurate definivit annos singulorum magistratuum: unde etiam familiæ ejus inditum cognomen *Annalium*. v. 40, 44 pr. Hac lege Villia anni videntur constituti quæsturæ 31. ædilitati curuli 37. præturæ 40. consulatui 43. nam his annis eos magistratus gessit Cicero, qui suo se quemque anno gessisse gloriatur Agr. 2, 2. al. Annos vero XXII ferme natus erat Scipio, (cf. ad 26, 18, 5.) et ne quidem gesserat quæsturam. Similia exempla v. 7, 26. 23, 24. 30. 25, 41. 28, 38. 29, 38. et 32, 7, 4. et 6. " Ex his locis manifestum fit, neque hoc tempore, neque aliquot post annis adhuc quidquam de annis singulorum magistratuum constitutum fuisse. Legem vero fuisse, quæ cives ante certam ætatem a quorumcumque honorum civilium petitione submoveret, probabile fit vel ex Polyb. 6, 17. qui dicit, nemini licuisse magistratum urbanum capere, qui nondum X stipendia fecisset. Id tamen semper rigide servatum fuisse, adfirmare nolim." Duk. Livium errasse, vel per prolepsin loquutum esse, putabat Periz. ad Val. Max. 1, 1. p. 13. Cf. Drak. ad 40, 44. et Ernesti clav. Cic. p. 7.

5. *ad suffragium ferendum in tribus discursum est*, malim *in ovile* vel *septum*. Cf. ad 3, 51, 3. et 10, 13, 9.

6. *Ædilitia largitio hæc fuit*, h. e. munera, a novis ædilibus populo data, fuere hæc: *ludi Romani — instaurati*, v. ad 2, 36, 1.— — *congii olei in vicos singulos dati*, cf. ad Tac. Ann. 14, 47, 4. *in viros s. d.* leg. nam illa largitio haud magna fuisset; Periz. Non video causam, cur Lips. Elect. 1, 8. hanc largitionem soli Scipioni tribuat;

[redacted]

Duk. *Congius* nostrum *Stübchen*, 7 sextarii, (*Nösel*) Str. *Congiaria* inde dicta dona propr. talia, (vini et olei) sed deinde quælibet, populo data, ut et militibus, etsi hæc sæpius *donativa* vocabantur. Cf. ad 37, 57, 2.

7. *ædiles plebeji aliquot matronas probri adcusarunt* cet. v. ad 8, 22, 2. — *Ludi plebeji per biduum instaurati*, (v. ad 2, 36, 1.) *et Jovis epulum fuit ludorum causa*, ut passim. v. Ind. Hoc Ciceroni dicitur *sacrificium epulare ludorum*, h. e. sacrificium Jovi factum et conjunctum cum ludis lautisque epulis, qua una cum sacro olim *Triumviri* vel *tres viri*, postea *Septemviri epulones* s. *epulonum* curabant. v. ad 33, 42, 1. 40, 42, 2. Cic. Or. 3, 19. et de harusp. resp. 10.

CAP. 3.)—1. *prætores provincias sortiti sunt, P. Cornelius Sulla urbanam et peregrinam* provinciam, *quæ duorum ante sors fuerat* cet. v. ad 2, 40, 9. 3, 2, 1. et 25, 41, 8.

2. *C. Claudius Nero Suessulum*, v. ad 2, 40, 9.

3. *alter a Fulvio Centum. adciperet*, h. e. ut adciperet decretum est. Sic et mox *legiones essent* et *scriberet*. Cf. ad 24, 44, 2. Pro *quisque scriberet* plerique MSS. *ipse scriberet* et quidam *ipsi scriberent*.

4. *provinciæque Lucani et Galliæ:* in MS. Flor. a m. sec. *Lucaniæ*, prob. Str. Præstiterit *Lucania:* sed et populus, adversus quem bellum geritur, *provincia* sæpissime dicitur, ut supra *Tusci*. Pro *Galliæ* quædam edd. antt. *Gallia ;* rectius, puto. v. ad 24, 44, 2. — *qua* parte *vetus provincia in Sicilia esset*, v. ad 24, 44, 3. — *Syracusæ*, v. ad 2, 40, 9.

5. *Hispaniæ* (citerior et ulterior) *P. et Cn. Corneliis* Scipionibus. " Non liquet, quomodo Hispaniæ prorogatæ fuerint Cn. Scipioni, qui legatus tantum fratris fuisse videtur. v. 21, 17. 32. 40. 22, 22. Forte imperium ei post a. V. 536., quo P. Scipio in Hispaniam venit, a populo extra ordinem datum, quum privatus esset. Sed hoc nusquam ante prodidit Livius. Utrique *imperatores Rom.* vocantur 25, 32. 37. 26, 2. 41. sed ita quoque magister equitum 8, 30. 33." Duk. — *Publicanus erat Postumius*, v. ad 5, 23, 6. — *T. Pomponium Vejentanum* cet. v. cap. 1.

6. *Hi*, (Postumius et Pomponius) *quia publicum periculum erat a vi tempestatis*, v. ad 23, 49, 2. ubi similiter a publicanis conducta legimus omnia, *ad exercitus portanda* navibus. Cf. ad 5, 23, 6. — *ementiti erant falsa naufragia:* ita optimi MSS., non *facta n.*, neque est quod nos obfendat ille, si quis est, pleonasmus; Gron. Mox pro *ementiebantur* forte leg. *comminiscebantur*. At v. ad 1, 3, 8.

7. *nec tamen ullo SCto notata*, v. ad 27, 25, 3.

8. *ordinem publicanorum* ut *ordo scribarum, libertinorum* cet. nam *ordo* est omne hominum genus. — *obfensam nolebant*, sc. ob inopiam ærarii. Cf. 23, 48. 49.

9. *mulctam M. Postumio dixerunt* tribuni: nam *mulcta* a magistratu *dicitur* s. *indicitur*, *petitur* et *irrogatur* alicui, lege de ea ad populum lata; deinde *certatur mulcta* h. e. de ea in comitiis, populo in subfragium misso; (ut *vincere judicium* seu *sponsionem*, νικᾶν μάχην et μάχῃ ; cf. Ern. clav. Cic. v. *vincere*) denique vel *jubetur* vel *remittitur* a populo. Cf. Cic. Phil. 11, 8. de leg. 3, 3, 6. et pro Mil. 14. inf. cap. 4. n. 4. (ubi *omissa mulctæ certatio*, ut 26, 3. in judicio Cn. Fulvii) Sigon. de judic. 2, 10. et Gruch. de comit. 2, 2. in fine.

10. *area Capitolii*, v. ad 1, 6, 5. — *perorata causa*, h. e. exposita s. tractata re a tribunis in concione ad populum habita.— — *propinquus cognatusque*, f. *cognatione*.

11. *Testibus datis, tribuni populum submoverunt*, v. ad 2, 56, 9. 3, 14, 4. et 3, 71, 1.— — *sitella*, v. ad 21, 42, 2. — *ut sortirentur*, forte educerentur tribus, *ubi*, in quibus, *Latini*, cives Rom. facti, *subfragium ferrent;* Sigon. Sed *Latini* ab h. l. alieni, et frustra vulgatum defendere conantur Doujat. ad h. l. Gruch. de comit. 2, 3 extr. et Sigon. aut. Jur. Ital. 1, 4. Cf. Spanhem. orb. Rom. 1, 7. et Gron. Epist. 218. in Syll. Epist. Burm. T. 3. *ut sortirentur tribus*, sc. quæ esset prærogativa, *ac dein subfragium ferrent* conj. Gron. *ut sortirentur, ac sortiti s. f.* vel potius *ubi* (quo ordine) *laturi subfr. essent* Stroth. *ut s. qui subfr. ferrent* Doer.

12. *ut concilio diem eximeret*, v. ad 1, 50, 6. — *in cornu*, in extrema aut primore parte subselliorum, in arcum aut semicirculi formam conlocatorum, in quibus sedebant tribuni plebis; (nam subsellia sunt tribunorum, non tribunal; etsi eos, qui cum populo agebant, de loco superiore egisse certum est, et hoc etiam *in capite primore* subselliorum dici potest, ut ap. Sidon. Ep. 1, 7. *in imo capite subselliorum consedit*) ut *cornu* sæpe de extrema multarum rerum parte dicitur; Duker. et Str. Cf. ad Tac. Ann. 1, 75, 1. ad Suet. Tib. 33. et Intpp. Valer. Max. 5, 7. ext. 2.

13. *metus pudorque animum versabat*, v. ad 2, 45, 6.

14. *publicani per vacuum submoto populo*, vel *in submoto*, in ea parte, unde populus submotus erat, (ut forte *submoto incedere* 28, 27, 10.) *locum* concilii *cuneo* (v. ad 2, 50, 8.) *irruperunt* ex emend. Gron. cujus nota est: " *Submoto incedere* vel *agere* dicebantur magistratus Rom., (v. ad 3, 14, 4.) quum inter frequentiam hominum, lictorum ministerio et animadversione cedere locumque dare jussam, progrediebantur vel agebant. Ita hic *vacuus submoto locus*, qui, per viatores tribunicios discedere jussa plebe, inter ipsam et tribunos interlucebat et intervallum faciebat: in quod inrupisse publicanos et tribunos a plebe interclu-

um utrisque jurgantes, ex cap. seq. Tribuni jus submovendi non habtamen in conciliis submoto cont. cf. 2, 56." Ex ejusdem MS. tione (*in summo solo cuneo i.*) efficiec: *in submotos cuneo i.* sed legere : *in vacuum per submotos locum c. i.* o cuneo per turbam inruperunt in um, quem antea plebis pars obcu-, qua submota locus ille erat vacueut ita starent inter plebem et s subfragia conligentes: quod ex |. patet. *per vacuum a submotis locum,* uni populum submoverant, *cuneo nt* (ne ipsi quoque submoveri posnj. Doer. Cui lectioni idem adveruod contra Gronov. monuit Stroth., opus fuisse *cuneo*, quo non in *vacuum* ed in confertam turbam inrumpafiat via. In plerisque MS. est *in loco in eo* vel *eos inruperunt*; in quii *meo* pro *in eo*, et *summo* pro *submoto*; ante Gron. *vi summa occupato loco*

os in ordinem coactos esse, v. ad 3,

em ad seditionem spectare, v. ad 1,

. 4.)—1. *damnari se ab iratis civibus*: imi MSS. *ingratis* edd. ante Gron. net, credibilius esse utique, inmoadfectui, quam pravo animo deid consules delegasse. Res nota .

bunos in ordinem coëgisse, v. ad 3,

tientiam magistratuum, quòd cesserint, i cesserint; Gron. — *voluntate ipsius int,*" immo *voluntate ipsi sustulerint* vel *sua sust.*, ut 3, 41. 5, 17. 30, 7. 35, 45. pro Lig. 3. de fin. 2, 20. nam etiam ite illius sublata fuissent, si vis et effectum habuissent, et hoc dicit eos comitia, quæ Postumius vi armis prohibiturus erat, ultro ac sua sustulisse;" Duk. Mox *pro e rei jacta* (v. ad 2, 12, 7.) recte, reposuit Gron. ex conj. Ursini.

uissa mulctæ certatione, (v. ad c. 3 *si capitalis diem P. dixerunt,* v. ad 2, t 3, 11, 4. — *ni vades daret,* (v. ad 9.) *prehendi a viatore,* v. ad 2, 56, - *non adfuit* sc. in judicio, die dicta, *prodisset.*

ibuni plebem rogaverunt plebesque ita . ad 4, 58, 10. — *citatusque eo die ndisset*: nam *respondere* dicitur et reus sator, quum die dicta adsunt. Cf. 18, 1. — *ipsi aqua et igni placere in-* n ad Tac. Ann. 1, 3, 23.

. 5.)—1. *Ea comitia novus pontifex Ce-abuit*: cf. cap. 2. pr. nam erant tum ntifices, (v. 10, 6. et 9.) et ex his unus Pontifex Max.: quo mortuo, primum novus pontifex cooptabatur (a conlegio pontificum) ad subplendum conlegium et numerum VIII pontificum: ex his vero VIII deinde unus comitiis tributis Pontifex Max. creabatur; Duker. Cf. c. 2. ad 3, 54, 2. 39, 46 pr. 40, 42. Gruch. de comit. 2, 2. et 3. Noris. ad Cenot. Pis. diss. 1. cap. 5. Cooptatio illa sublata a. V. c. 649. lege Domitia. v. ad 23, 21, 5. — *Ea comitia novus pontifex habuit,* v. ad 3, 54, 2. — *Q. Fulvius Flaccus* et *T. Manlius Torquatus* etiam pontifices erant. De illo v. 23, 21. de hoc Livius id forte tradidit in libris deperditis.

2. *P. Cornelium Calussam,* forte leg. *Casullam* cum Gron. (ex Festo: *Raviliæ a ravis oculis, quemadmodum a cæsiis Cæsullæ*) vel potius *Scapulam* cum Sigon. Cf. 8, 22 pr. et Pigh. in Ann. ad a. 425. p. 337.

3. *in pagis forisque et conciliabulis,* de quibus multa dixit Donatus ad 40, 19. *Pagi,* vici, propr. in locis montanis ipsaque natura munitis, quæ vel Numa vel Servius Tullius (nam utrumque tradit Dionys. 2. p. 135. et 4. p. 220. ed. Sylb.) perfugia fecit rusticis, et πάγους (colles) dixit. Cf. ad 31, 30, 3. et Ernesti clav. Cic. *Fora* oppidula, (*Marktflecken*) ubi statis diebus habebantur nundinæ jusque dicebatur, v. c. *Forum Appii, Livii, Julii* cet. Cf. Dœring ad Cic. Cat. 1, 9. Sigon. ant. jur. Ital. 2, 15. Turneb. Advers. 1, 11. et Marc. Donat. inf. ad 40, 19, 3. qui etiam de *conciliabulis* disputant. *Conciliabula* haud fere diversa a *foris*, quibus etiam passim junguntur. Cf. c. 22. 7, 15, 7. 29, 37. 34, 1. 56. 39, 14, 5. 39, 18, 1. 40, 37. 43, 14, 6. et ad Tac. Ann. 3, 40, 3. Isidorus: *Pagi,* inquit, *sunt apta ædificiis loca inter agros habitantibus. Hæc et conciliabula dicta a societate et conventu multorum in unum.* Festus: *Forum negotiationis locus, ut Forum Flaminium et Julium ab eorum nominibus, qui ea Fora constituenda curarunt, quod etiam locis privatis et in viis* (unde *Forum Aurelium* ap. Cic. Cat. 1, 9. a via Aurelia, ubi illud situm) *et in agris fieri solet*; et: *Conciliabulum locus, ubi in concilium convenitur.*

4. *si qui roboris satis* cet. unde patet. inter causas, cur Romani minores XVII annis militare non voluerint, non levissimam fuisse hanc, quod plerique non satis haberent roboris ad ferenda arma ceteraque onera, de quibus Lips. de mil. Rom. 5, 2. agit; Duk. — *etiamsi nondum militari ætate essent* et *minores XVII annis sacramento dixissent,* v. ad 2, 24, 7. et 22, 11, 8. — *iis stipendia procederent,* v. ad 5, 7, 5. — *conquisitionem ingenuorum,* v. ad 21, 11, 10.

5. *qui cum P. Lentulo militabant,* v. 24, 10. — *Cannensis reliquiæ cladis* (v. ad 4, 27, 1.) cet. cf. 23, 25. 31.

CAP. 6)—1. *triste SCtum factum est,* v.

[redacted]

23, 25. — *in provinciam* Siciliam *morte regum* t. Hieronis et Hieronymi.

2. *vulneribusque nos* et *nostris senatui satis facturos* pauci MSS. Illud recepit Drak. hoc Crev. et Str. Pro *nos senatui* in plerisque MSS. et in edd. ante Gron. *magistratibus*, at in optimis codd. *nostratui:* unde J. Fr. Gron. reposuit *nos patriæ;* et Jac. Gron. conj. *nos reatui satis facturos*, h. e. luituros commissa et quam maxime navata fortiter opera prius crimen et ignominiosam hanc relegationem abolituros. Sed vocis *reatus* significatio hæc recentior est. v. Duk. ad h. l. Quintil. I. O. 8, 3. et inpr. Bentl. ad Hor. Od. 3, 6, 20.

3. *capti a Pyrrho ad Heracleam*, v. ad 22, 59, 3.

4. *fato, cujus lege inmobilis rerum humanarum ordo seritur*, (nectitur) cf. ad Tac. Ann. 6, 22, 1. et ad Sil. 5, 76. 6, 121. 15, 57 sq. ad Juvenal. 9, 32. 12, 63.

5. *gratias sciam ab senatu actas* cet. v. 22, 61. — *post fugam ab Cannis* ex emend. Gron. qui etiam bene conj. *ad Cannas.* In MS. Put. *actannis*, in aliis et edd. ante Gron. *actum nisi* et *actam sit.*

6. *ex reliquiis cladis ejus*, v. ad 4, 27, 1.

7. *in hæc vilia capita sævitis?* In optimis MSS. *sæviret consuli:* unde *sævi? et consuli* dedit Gron.

8. *ignominia exercitibus quæreretur*, v. ad 2, 43, 7. *inureretur* conj. Valla. — *Caudinæ legiones* cet. v. ad 9, 10, 5. — *ubi plus L millia hominum ceciderunt, unde consul cum equitibus LXX fugit*, v. 22, 49. ibique n. 8. et 9.

9. *captivis redemtio negabatur* v. 22, 54. 61.

10. *quippe illis arma tantum atque ordo militandi mutatus*, (v. ad 24, 18, 6.) *locusque, in quo tenderent*, tentoria ponerent et haberent, *in castris*, v. ad 10, 4, 2.

11. *ab hoste etiam relegati sumus, ubi senescamus in exsilio — tamquam nec manus nec arma habeamus*, v. ad 25, 41, 8.

CAP. 7.)—1. *Sub hæc dicta*, v. ad 2, 55, 1.

2. *senatum nihil videre*, h. e. nullam causam, *cur resp.*, eis solis, *committenda sit*, v. ad 2, 64, 3.

3. *quod e rep. fideque sua duceret*, (v. ad 22, 39, 1.) *dum ne*, dummodo non, *quis eorum munere vacaret* castrensi, v. ad 4, 26, 7.— *virtutis ergo*, v. ad 6, 27, 1. — *in terra Italia*, ut 30, 32. 42, 29., optimi MSS. Vulg. *intra Italiam.* Cf. ad 27, 21, 1.

4. *sacris conquirendis donisque persignandis*, qui dona templorum conquisita recognoscerent, eorumque numerum, materiam et quæ alia ad ea noscenda pertinerent, in tabulas referrent et adcurate perscriberent; Duker.

5. *ædibus Fortunæ et matris Matutæ, sed et Spei — fuerant*, cf. 24, 47 extr. Τὸ *sed* vix ferendum, et forte latet in eo nomen deæ, v. c. *Fidei;* Doer.

6. *Horum prodigiorum causa* (de quibus v. ad 1, 31, 1.) *subplicatio fuit et sacrum novemdiale*, v. ad 1, 31, 3. et 3, 63, 2. — *per speciem legationis*, v. ad 2, 32, 2. — *senescere videbatur* otio. v. ad 1, 22, 3.

7. *in atrio Libertatis*, v. ad 24, 16, 10.— *æditituis duobus*, in quorum custodia et templum et ipsi erant.

8. *Deducti in comitio — de saxo dejiciuntur*, v. ad 1, 36, 6. et 6, 20, 11. Lege vel *in comitium* cum Str., vel *reducti in comitio virgis a. p. cæsi* cum Gron.

CAP. 8.)—1. *duarum nobilissimarum — civitatium*, immo trium, ut patet ex cap. 15, Tarenti, Metaponti, Thuriorum ; Gron.— *Ex iis* (sc. propinquis interemtorum aut amicis) *XIII fere nobiles juvenes Tarentini* cet. conf. ad hoc et seqq. cap. de Tarento Hannibali prodita Appian. b. Hann. 32-34. Frontin. Strat. 3, 3, 6. et inpr., qui ad verbum a Livio exprimi solet, Polyb. 8, 19 sqq. vel 26-36. in ed. Schweigh.

2. *Nico et Philemenus* aut *Philomenus* optimi MSS. *Philomenes* alii et edd. ante Gron. Φιλήμενος (al. Φιλέμενος) καὶ Νίκων ap. Polyb. Pro his unus tantum, et quidem Κονωνεὺς, Cononeus, nominatur ab Appiano et Front., quoniam Philemeno forte partes fuerunt præcipuæ et cognomen *Cononæo*, ut Niconi *Perconi*, (v. 26, 39.) quod suspicatur Schweigh.

3. *per speciem venandi* (v. ad 2, 32, 2) *urbem egressi;* ita optimi MSS. ut et mox *se urbem egressos*, quod ex Palat. 2. recepi pro vulg. *urbe.* Cf. ad 2, 37, 5. ὡς ἐπ' ἐξοδίαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως Polyb. 8, 26, 1. et §. 7. ὡς ἀπὸ τοῦ κρατίστου ποιούμενοι τὰς ἐπὶ τὰς λῃστείας ἐξόδους, sed 8, 27, 4. ποτὲ μὲν ὡς ἐπ' ἐξοδίαν, ποτὲ δὲ πάλιν ὡς ἐπὶ κυνηγίαν ποιούμενοι τὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐξόδους.

4. *Hæc ubi convenerunt*, v. ad 1, 3, 4.

5. *aut præfecto, aut custodibus p.* v. ad 24, 20, 7.

6. *Nocte maxime commeare*, ire ex urbe et redire. Cf. c. 9. 4, 9 extr. 5, 47 extr. 33, 29 pr. et ad 1, 57, 2.

7. *Ubi jam eo consuetudinis adducta res est*, ad eam consuetudinem, ut passim: *eo* vel *huc furoris, audaciæ* cet. *venire, procedere, progredi.* — *dedisset* sc. Philemenus.

8. *Tridui viam aberat:* in edd. ante Gron. *via.*

9. *ægrum simulabat* se esse Hannibal.

CAP. 9)—1. *quos in expeditione — aptissimos esse;* forte leg. in *expeditionem*, ut 38, 21. *apti in hoc genus pugnæ.*

2. *quarta vigilia noctis*, v. ad 7, 35, 2.— — *ne quis agrestium — falleret*, fraudi esset, ut c. 23. Str. Cf. ad 3, 8, 2.

3. *et ne ibi quidem nuntiato, quo pergerent*, cf. ad 1, 41, 10. *enuntiato, quo pergeret* emend. Perizon. Cf. n. 6. et ad 9, 16, 5. κυρίως μὲν οὐ διεσάφει τὴν ἐπιβουλὴν Polyb. l. l. et συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας, non

: *milites.* — *via omnes irent*, via re- omnes commeare solent; Ern. *deverti quemquam* de via. v. ad 1,

excedere ordinem agminis, v. ad 2,

ı *tempore editurum:* forte *edicturum*; ed *edere* est id. qd. supra *enuntiare.* 3. et ad 1, 18, 2.

fectus Romanus, v. ad 21, 20, 7. :imi MSS. *In cetera adeo nihil obera est*, et edd. ante Gron. (qui vetituit) *Interea adeo nihil obedienter st.*

nibal concubia nocte movit, cf. ad 2, *cubia nox* seu *concubium* sc. tempus ›ctis pars, qua *concumbere* s. dorent homines, quamque excipiunt *nesta*, (profunda, ut 37, 14. ἀωρία, ılla pars temporis, qua homines re solent, vel *intempestive* agunt) et *noctis mediæ inclinatio*, ut hanc , *mane, ad meridiem, meridies, meriatio, sol occasus, crepusculum*, et ·: quæ noctis et diei partes sunt. τὴν πρωτοπορείαν κνέφατος ἄρτι ı Polyb. 8, 28 extr.

captæ venationis onere, h. e. prædæ one captæ, ut et mox ac 35, 49. ı ἡ ἄγρα צַיִד. Ap. Polyb. l. l. παbs σῦν ἄγριον.

tula adsueta, quam Polyb. 8, 31. τὴν παρακειμένην πύλην, proxite *Temenidi*, (cf. not. 16.) ut hanc et 30. τὰς Τημενίδας πύλας, sic dicmeno, Heraclida et heroë: nam , a Tarante condita et a Parthee Phalantho, Lacone, occupata, dæmone multa transtulit. Cf. d Apollodor. 2, 8, 5. ad Virg. A. t de Tarento ejusque institutis in Acad. T. 2. p. 217 sq. Optimi exhibent *Temenitida*, et ap. Polyb. on vero 30.) Τεμενίδας, quod taouit Schweigh. etsi monet, hoc deductum videri posse a fano τεμένει, quemadmodum pars Sym ab Apollinis fano ὁ Τεμενίτης ata.

mediterranea regione orientem spec- parte ad continentem Italiæ sita; Polyb. 8, 30 pr. ἡ ἀπὸ τῆς μεσοıs ἕω δὲ, κειμένη πλευρὰ, ὡς ἐπὶ ίδας προσαγορευομένας πύλας, pars entem spectans, qua e mediterione versus portam Temenida ὃ δε πρὸς ἕω μέρος τῆς τῶν Ταραντων, μνημάτων ἐστὶ πλῆρες, διὰ τὸ υτησαντας ἔτι καὶ νῦν θάπτεσθαι is πάντας ἐντὸς τῶν τειχῶν. Huc verba seqq., quæ tamen conrupta la sunt. *includitur* in edd. ante l *includuntur* in omnibus MSS. et *ientem spectabest* in optimis. *orientem monimenta, quæ intra mœnia includuntur* conj. J. Fr. Gron. *orientem spectat ad busta, quæ Tarenti intra m. i.* Jac. Gron. et Drak. *orientem spectabat: Nico cum sociis ad monimenta esset, quæ aliquantum intra m. i.* Sigon. prob. Str. sed refrag. J. Fr. Gron. qui hæc interposita satis ex seqq. intellegi monet Forte leg. *parte alia portam T. adiret Hannibal:* (*ea m. r. o. spectat*) *essentque alii*, (Nico et Tragiscus cum sociis) *qua* (parte) *tumuli intra mœnia includerentur.* Cf. Polyb. qui etiam docet, cur Tarenti contra morem Græcorum sepulcra fuerint intra mœnia.

12. *Quum portæ adpropinquaret* sc. Hannibal: quod mallem adjecisset Livius, et deinde *ab eo* pro *ab Hannibale* scripsisset. Forte leg. *adpropinquaretur.*

13. *Hannibal silentio ducebat*, v. ad 1, 23, 4.

14. *qua commeare adsuerat*, v. ad c. 8. n. 6. — *familiare jam signum*, notum, consuetum, sibilo datum. Cf. cap. 8 extr. Mox *dicenti* e 2 MSS. recepi cum Str. In aliis est *dicente*, et in reliquis edd. *dicentis* — *sustinere se.*

15. *cum expedito venatore*, v. ad 5, 16, 2. Σὺν αὐτῷ νομαδικὴν ἔχων διασκευὴν ἕτερος ap. Polyb. Appianus dicit, eum secum duxisse Pœnos milites, θώρακας ἔνδοθεν ὑπεζωσμένους καὶ ξίφη, τὰ δ' ἐκτὸς ὡς ἂν ἐς κυνηγέτας ἐσκευασμένους.

16. *portam proximam;* al. *maximam.* Cf. not. 10.

17. *per urbem dimittit Tarentinos* juvenes, proditores, e quibus binos cuivis parti duces dedit. Cf. Polyb. 8, 32. Ex eo et MSS. veras h. l. lectiones restituit Gron. — *itinera quam maxime frequentia*, v. ad 10, 11, 3. τῶν εἰς τὴν ἀγορὰν φερουσῶν ὁδῶν τὰς εὐκαιροτάτας Polyb.

CAP. 10.)—1. *Præfectus primo excitatus tumultu*, (v. ad 24, 20, 7.) et simul ebrius. v. Polyb. 8, 32. — *Terrorem* (forte *errorem*, quod jam monuere Lips. et Duk.) *et tuba audita ex theatro fecit:* οἱ περὶ τὸν Φιλήμενον, ἡτοιμασμένοι σάλπιγγας Ῥωμαϊκὰς, καί τινας τῶν αὐταῖς χρῆσθαι δυναμένων διὰ τὴν συνήθειαν, (unde mox *scienter a Græco inflata* in vet. libro recte legi putabat Sigon. inprob. Duk. qui monet, si *scienter* inflata fuisset tuba, eam non potuisse *incertum efficere, quis aut quibus signum daret;* Livii vero narrationem hic aliquantum abire a Polybiana) στάντες περὶ τὸ θέατρον, ἐσήμαινον Polyb. qui etiam docet, Romanos, signo hoc audito, per plateas passim advenientes, in Pœnos Gallosque incidisse et ab his esse trucidatos. Mox legendum puto: *et Romanis Punica et Gallica arma cognita eam dubitationem exemerunt.* Τὸ *tum* hic delendum videri, saltem frigere aut vacare, jam alii monuere, et Duk. conj. *omnem.*

2. *convocare jubet:* e vet. lib. leg. *convocari;* Mur.

[redacted]

3. *vacuas autem tenebant domos* Romani et proprias, non permixtim cum civibus deversabantur: unde facile fuit, separare milites a civibus sola inscriptione ædium; Lips. Cf. ad 24, 7, 3. *cernebat* al.

CAP. 11.)—1. *quam quum et a mari*, qua parte eam mare adluit, *prealtis rupibus, et ab urbe muro* cet.

2. *quæ pro opere erat*, ad opus tuendum disposita; Doer. — *inpeditaque alia* sc. loca. v. ad 9, 43, 6.

3. *Plurimi in fossam præcipitavere*, v. ad 2, 3, 2.

4. *Fossa ingens ducta, et vallum erigitur intra eam* sc. munitionem, quæ inter fossam et murum versus urbem facta; Duker. Quæ dura est ellipsis et h. l. parum apta. Cf. Polyb. 8, 35. al. 28. qui docet, arcem antea ab urbe separatam fuisse fossa, quæ a parte urbis, et muro, qui a parte arcis fuerit, nunc vero ἐκ μεταβολῆς, h. e. vice versa urbem ab Hannibale munitam adversus arcem fossa, arcem spectante, et a parte urbis valida munitione seu aggere cum vallo, qui muri instar fuerit, ac præterea muro, e regione fossæ exstructo. Hinc *vallum intra eam* sc. fossam et urbem murumve novum fuit. Malim tamen legere *vallum in terra eruta* (sc. ex fossa, et in aggerem formata) *erigitur*.

5. *ut simul in faciendo muro*; optimi libri *simul interfaciendo*; unde Periz. conj. *simul ut in perficiendo*, et Gron. *simul in perficiendo* vel *simul ut in faciendo*.

6. *ad Galæsum flumen*, hod. Galaso, vel Bagrada, vel Tara, adluens agrum Tarentinum ipsumque Tarentum. Cf. Polyb. 8, 35. Cluver. Ital. ant. p. 1238. et Intpp. Hor. Od. 2, 6, 10. et Virg. Ge. 4, 126.— *quinque millia* (v. ad 9, 24, 2.) *ab urbe abest*, ut ap. Polyb.

7. *non altitudine, ut cetera* pars arcis, quæ mare spectat, *tuta* est pars, urbem versus sita; Drak.

8. *in peninsula posita* arx *inminet faucibus portus*, adeo angustis, ut ponte jungerentur clauderenturque: ex quo portu, cujus *claustra hostis habebat*, Tarentini naves suas, *sinu exiguo intus inclusas*, per isthmum in mare exterius s. meridionale transvexerunt (ὑπερνεωλκήσαντες) ope πορείων ὑποτρόχων, machinarum s. vehiculorum rotatorum. Cf. seqq. et Polyb. 8, 36. Strab. 6, 3, 1. p. 278. Appian. b. Hann. 34. (cujus narratio paululum diversa est et conrupta) et Sil. 12, 434 sqq.

9. *Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est*; at Polyb. dicit τὴν πλατεῖαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν. Hinc *ex portu* conj. Sigon. et *quæ in portu* (sc. incipiens) *præter mœnia urbana ad mare t. est* Jac. Gron. *portu* legitur h. l. in optimis MSS. et *præter mœnia* sic 7, 8. 38, 3. Sed *per mediam urbem* etiam Appian. expressit: λεωφόρον ὁδὸν, ἡ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἔφερεν ἀπὸ τῶν λιμένων ἐπὶ τὴν νότιον θάλασσαν.

10. *ad subducendas naves*, v. ad 8, 26, 1. — *faciliora plaustra*, mobiliora, volubiliora, facilius movenda. Cf. ad 3, 70, 1. 22, 46, 3. ad Juvenal. 4, 63. et Sil. 4, 433. 17, 40. — *minorque moles*, difficultas. v. ad 1, 38, 4. Mox *ancoras* scripsi pro *anchoras*, ut semper, quia est Gr. ἄγκυρα.

11. *in diversum auctores trahunt*, v. ad 1, 24, 2. Mox *factam* revocavi ex edd. ante Crev. et Gron. pro *factum*.

CAP. 12.)—1. *usque ante diem V. Cal. Majas* (v. ad 6, 1, 9.) *Latinæ tenuerunt*, (retinuere) — *perpetrato sacro in monte* cet. v. ad 1, 45, 2. et 21, 63, 10. 11. — *Religio deinde nova objecta est*, sc. animis, ut 27, 25, 4. et 41, 22. Cf. ad 2, 5, 4. et 5, 15, 6.

2. *Vates hic Marcius inlustris*, cf. Macrob. Sat. 1, 17. Marcios fratres, augures et vates, memorat Cic. Div. 1, 40. 50. vid. ibi Davis., Lindenbr. ad Ammian. 14, 1. et Meurs. critic. Arnob. 1, 14. — *quum conquisitio* (ita MS. Put. et Pet. pro vulg. *inquisitio*) *priore*, superiore, *anno ex SCto talium librorum fieret*, cf. ad 25, 1, 8. et 39, 16.

3. *M. Atilii prætoris urbani* (*Urbis* omnes edd. ante Gron. et MSS. præter Put. et Pet. qui *urbem* habent) v. ad cap. 1. n. 7.— — *venerant* sc. libri vel carmina. — *novo prætori* P. Cornelio *Sullæ*. v. cap. 3,

4. *Ex his Marcii duobus carminibus auctoritas alterius, post rem actam editi cum rato eventu, alteri* cet. ita ex optimis MSS. (in quibus exstat *postrameacta dediti cum rato*) probabilia erucrunt Valla et Gron. *editi*, in lucem emissi et oculis hominum subjecti; Str. Hæc verbi vis aptior ea, quam ad h. l. notavit Gron. et nos ad 1, 18, 2.

5. *Amnem Trojugena* cet. quæ carminis verba Alciatus in hos concludit versus: *Amnem Trojugena Cannam Romane feuge, Ne te alienigenæ in campo cogant Diomedis Conseruisse manus pugnando. sed neque credes Tu mihi tunc, donec compleris sanguine campum, Multaque millia cæsa tuorum deferat amnis In pontum magnum terrai frugiferai, Piscibus atque avibusque ferisque colentibus terras Ut fuat esca caro tua: nam mi ita Jupiter orsus.*

6. *Diomedis Archivi campos*, Apulos, Cannenses, qui poëtis *campi Diomedis, Ætoli* et *Graji* dicuntur a Diomede, Tydei, Ætoliæ regis, filio, qui redux a Troja et Argis (quod Peloponnesi opp. primum Ἄργος Ἵππιον dictum) profugus a Dauno rege filiam partemque Dauniæ in Apulia adcepisse ibique Arpos s. Argyripam aut rectius Ἀργυρίππην s. Ἄργος Ἵππιον (hod. Arpe) condidisse perhibetur. v. Heyne Exc. 1. ad Virg. Æn. 11, 243 sq. et Eudociæ Jon. in Villoisoni Anecd. gr. p. 115. — —*Canna flumen* est vel Aufidus, vel minor

amnis, Cannas præterlabens, qui non aliis memoratur. Illud suspicabatur Cluver., hoc Cellar. Notiores sunt, qui per campos Cannenses fluunt, Aufidus et Vergellus amniculus, de quo v. Flor. 2, 6. et Valer. Max. 9, 2. — *justa atque*, v. ad 5, 6, 3.

7. *Tum alterum carmen recitatum*, quod etiam, verbis quibusdam vel omissis vel mutatis, legitur ap. Macrob. Sat. 1, 17. — — *vomicam*, ut ulcus, perniciem interiorem, quam translationem Quintil. 8, 6, 15. improbat; Str. — *longe gentium*, e longinquis inde gentium regionibus; Doer. Similiter *ubi*, *ubinam*, *ubicumque*, *usquam*, *nusquam* cum *gentium* junguntur. — *comiter*, libenter, non gravate, liberaliter, magna benignitate; Græv. Dici pro *sine dolo malo*, docet Cic. p. Balb. 16. ubl v. Græv. Cf. ad 38, 11, 3. et Drak. *communiter* edd. princ. Rectius forte ob seqq. Sed illud quoque his convenit. De *ludis Apollinaribus*, quorum origo hoc cap. traditur, v. Duker. ad h. l. et Noris. in Cenot. Pis. p. 137. 138. ubi ex Macrobio, Cic. et Dione docet, eos IV Id. Jul. actos esse.

8. *dederit ex publico partem*, v. ad 2, 9, 4. — *Decemviri*, v. ad 3, 10, 6. — *res vestra melior*, v. ad 23, 11, 3. — *perduelles*, (v. ad 1, 26, 4.) *qui vestros campos pascunt*, consumunt et pervastant, *placide*, secure, intrepide, inpune.

9. *Ad id carmen* obscurius et perplexius *esplanandum diem unum sumserunt*, cf. ad 2, 18, 4. *Ex hoc carmine procurandi gratia dies unus rebus divinis inpensus* ap. Macrob. l. l. Hinc *expiandum* conj. Sigon. Sed Macrobius non idem dicit, quod Livius, et *explanare* est rem vel sermonem obscurum vel ambiguum interpretatione explicare; Drak.

10. *ut decemviri libros inspicerent*, v. ad 3, 10, 6. Vox *libros* abest ab omnibus fere MSS. prob. Jac. Gron. qui monet, decemviros jussos esse, ipso carmine explorato, de religione, quæ in eo aperiretur, et de ludis decernere, idque innui verbis seqq. *ea quum inspecta relataque essent*, sc. carmina, non libri. Sed vulgatam lect. firmat Macrob. l.l. unde etiam probabile fit, Livium scripsisse: *Ea* vel *Eadem quum reperta* vel *inventa relataque* cet. Nota Duk. est: "Carmen Marcii sine dubio ante hoc SCtum lectum fuerat. Sed quum ex brevi illo et obscuro carmine, quod nihil aliud, quam Apollini ludos et rem divinam faciendam, monebat, nihil certi de ratione ludorum ac sacrorum illorum disci posset, senatus decemviros jussit adire libros Sibyllinos, qui ipsos de omnibus his rebus adcuratius instructuri putabantur. Mox *ea inspecta* sc. scripta, monimenta, vel etiam carmina, sed Sibyllina, non Marciana: nam etsi duo erant Marcii carmina, tamen Romani uno tantum jubebantur Apollini ludos et sacra facere."

11 *duas hostias majores*, v. Ind. — *ut decemviri sacra Græco ritu facerent iisque* (sc. majoribus) *hostiis, Apollini bove et capris auratis* cet. v. ad 4, 16, 2. Quare vero *Dianæ* nulla h. l. fit mentio? Quia ludi sunt *Apollinares*? Sed unde tum *Latonæ*? et cur *capræ* Apollini sacræ? Præterea Apollo et Diana plerumque in sacris junguntur, (v. c. 5, 13. 22, 10. al.) iisque primæ dari partes solent in sacris ἀπευκτικοῖς seu averruncandæ deorum iræ institutis. Hinc semper h. l. legendum putavi: *Apollini bove aurato, Dianæ capris duabus* cet. idemque Jac. Gron. suspicatum esse postea vidi. Nunc autem video, id non satis adrisisse Dukero et Drak. Hic monet, capras Apollini inmolatas memorari ab Hom. Il. 1, 41. ibique causam reddi ab Eustath. Hic vero, in carmine Marcii solum Apollinem nominari, et Macrobium, qui hæc ad verbum ex Livio descripserit, nihil de Diana habere. Verum ita saltem restat ille scrupulus: cur sacra Latonæ facta?

12. *Ludos prætor in circo max. facturus*, sc. urbanus, qui et peregrinus tum erat, *P. Cornelius Sulla* s. Sylla, (v. cap. 3.) quem etiam decemvirum fuisse docet Macrob. l. l. *Bello Punico II. ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum sunt instituti suadente Cornelio Rufo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea conrupto nomine primus Sylla cœpit vocitari.* Inde simul intellegitur, *Sylla* rectius scribi quam *Sulla*. Sed veteres Romani *u* pronuntiabant, ut Græcum *υ* vel Gall. *u*. Ceterum ludis quoque Græcas fabulas datas esse, ex Cic. ad Att. 16, 5. ostendit Dodwell. de cyclis diss. 4. s. 16.

13. *ut populus per eos ludos* (v. ad 2, 18, 1.) *stipem Apollini conferret* (v. ad 5, 25, 3.) tantam, *quantam* conferre *commodum esset* ei, placeret, liberet.

14. *non valetudinis ergo*, (v. ad 6, 27, 1.) *ut plerique rentur*, cf. Macrob. l. l. *rentur*, *votorum*, *Factosque populus* cet. edd. ante Crev. — *Populus coronatus spectavit*, v. ad 10, 47, 4. et 23, 11, 7. — *matronæ subplicavere*: "Livius sæpe dicit, subplicatum ivisse *viros feminasque*, ac *liberos*, ut 3, 7, 10, 23. 27, 10. et alibi. Cur id his ludis a solis matronis factum dicat, non scio. Dodwell. de cyclis diss. 4. s. 16. et in Adpend. Prælect. p. 758. recte, ut puto, scribit, ex Livio non posse conligi, ludis Apollinaribus plures dies, quam unum, datos, ac demum recentioribus temporibus aliquid in ea re mutatum fuisse; de quo etiam agit Noris. cenot. Pis. diss. 2. c. 6. p. 137. Si hoc ita se habet, etiam sequi videtur, matronas, quæ subplicatum ibant, spectaculis eorum exclusas fuisse; nisi forte eas ante commissionem ludorum subplicasse dicendum est." Duk. — *in propatulis* ex optimis MSS recepit Gron. pro vulg. *in propatulo*. v. ad 5, 13, 6. — *celeber dies*, sollemnis, festus.

[redacted]

CAP. 13.)—1. *pro cetera socordia*, ea socordia, qua in ceteris omnibusque rebus agere solebant. Cf. ad 7, 33, 2. — *quadringenta vehicula*: Sigon. e vet. libro *quadraginta v.* quo major sit *socordia*. Sed illud haud nimium pro magnitudine urbis et frequentia incolarum: præsertim quum mox habeas *duo millia*; Gron.

2. *alia prodicta dies* e MSS. Flor. Voss. et Crev. recepi cum Str. quia hoc est proprium in hac re verbum, (v. ad 2, 61, 6.) et reliquæ lectiones ex hac ortæ, *prodita*, (quod a Drak. editum et firmatum est exemplo Terent. Andr. 2, 1, 13.) *producta* et *prædicta*.

3. *inter se conparassent, ut* cet. v. ad 3, 2, 1.

4. *per quæstorem Campanis datum frumentum*, verba ex optimis MSS. a Gron. inserta. *per quæstorem*, quales in bello Romanis fuere. — *inconditam turbam*, v. ad 21, 57, 11. — *iis ex terris* jungenda: sed pro *iis* forte leg. *sociis*, ut supra *ex sociis circa populis*; Doer.

5. *Quarta vigilia*, v. ad 7, 35, 2. — *ad castra* Punica. — *in plano*, v. ad 21, 32, 7. — *defenderunt* castra.

6. *ut quibus locus æquior*, v. ad 8, 30, 7. 22, 16, 1.

CAP. 14.)—1. *eo versuros bellum* sc. se et conlegam.

2. *tam segne inperium disjecit*, v. ad 24, 2, 7. Τὸ *segne* tam ad tarditatem moramque, quam ad ignaviam metumque spectat. — — *cohors Peligna*, v. ad 10, 33, 1.

3. *Vibius Accuæus*, oriundus Accua. "Sed Accua 24, 20. in Apulia videtur poni, non in Campania, et hæc cohors Peligna fuit, cui cur Apulum præfecerint Peligni, causa non adparet. Ceterum ab his *præfectis* diversi erant XII præfecti sociorum, quos a consulibus constitutos tradit Polyb. 6, 24. Utrique etiam *prætores* 9, 16. et 23, 19. dicuntur. Cf. Lips. mil. Rom. 1, 7. 2, 10." Duk. Cognomen abest ab edd. ante Gron. qui addendum hoc et ita scribendum monuit. *acaus* optimi MSS. at cap. extr. *Accæus*; alii *Acceus* et *Accejus*. Cf. Intpp. Valer. Max. 3, 2, 20. — *vexillum trans vallum hostium trajecit*, cf. 21, 26. 41, 4 pr. et ad 4, 29, 1.

4. *princeps primus centurio:* Lips. mil. Rom. 2, 8. et Duker, conj. *princeps primæ* aut *prioris centuriæ:* sed forte *centurio* glossa *τοῦ primus*: nam quemadmodum qui primi ordinis *pili* seu triariorum centurio est, et *primi pili centurio*, et ipse *primus pilus* dicitur, ita *primi hastati* (h. e. hastatorum ordinis) *centurio* etiam *primus hastatus*, et *primi principis centurio* etiam *primus princeps* dici potest: ordo autem centurionum in legione hic erat, ut *decimi hastati* infimus erat et summus *primi pili*, qui inde et olim (v. 7, 41.) *primus centurio* dicebatur; Stroth. Cf. tamen ad 2, 27, 7.

5. *velut in plano sita*, cf. ad c. 13. n. 5.

6. *dejectis hostium castris;* forte leg. *direptis*.

7. *princeps tertiæ legionis*, e principibus, ex eorum militum ordine, qui *principes* vocantur; Str. Cf. ad 2, 27, 7.

8. *ab Cominio Cerito*, v. ad 10, 39, 2.

CAP. 15.)—1. *Ne Tarentum quidem, non modo*, multo minus, s. nedum (quod et in MSS exstat) *arcem*. Cf. Duker. ad h. l. et Ern. clav. Cic. voc. *modo*.

2. *Hoc idem eadem ora maris* Tyrrheni *et Thurini fecerunt*, sc. quod fecerant *Metapontini* in eadem Lucania. Cf. ad 10, 2, 2. et 22, 61. ibique not. 11.

3. *quibus, indidem ex Achaja*, ex eadem vel pariter ex Achaja, (v. ad 23, 46, 5.) *oriundi* cet. nam omnes illæ urbes Græcæ erant originis. Sed Thurii, Atheniensium colonia, h. l. Achæorum, ut ap. Scymnum Chium v. 325. aut confusis cum iis veteribus Sybaritis, aut respectu ad eos habito, qui ex iis superstites novæ coloniæ interfuerant. Ita Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 174. qui de vera urbis origine disputat ibid. p. 138 sq. et de *Metaponto* p. 205 sq. ubi etiam monuit, verba *cognatione juncti erant* ad solos *Metapontinos* spectare, non ad *Tarentinos*, qui Dorici fuerint generis, de quo v. ibid. p. 217. *quibus itidem ex Achaja oriundis* conj. Gron. — *propter obsides nuper interfectos*, v. cap. 7 extr. — *Thuriis*, v. ad 10, 2, 2.

4. *non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam* cet. in edd. ante Gron. *non tam militum*. v. ad 2, 56, 8. — *centuriaverat*, v. ad 6, 2, 4.

5. *infestis signis ire*, v. ad 1, 13, 2. — *collibus ad tegendas insidias obpositis*, v. ad 24, 39, 1. et 29, 34, 5.

6. *coorti cum clamore equites* (v. ad 9, 31, 6.) *prope inconditam* (v. ad 21, 57, 11.) *Thurinorum turbam* e quibusdam MSS. recepi cum Str. pro vulg. *propere*, quod male cum *extemplo* jungitur; et quo servato saltem post *propere*, non post *equites*, quod vulgo factum, suadente J. Gron. distinguendum. Cf. ad 22, 19, 6.

7. *unde pugnabat*, ex ea parte, pro qua p.; Str.

8. *Seditio inde paulisper tenuit*, v. ad 2, 3, 6. Verba *alii urbem tuendam* exstant in omnibus edd. sed in nullo fere MS. et recte forsan: dicendo enim receptum esse Atinium et seditionem ortam, quod alii *inde* h. e. nunc tandem, post talem casum, Pœnis urbem dedendam censerent, satis indicat Livius, alteram partem fuisse illorum, qui Atinium receperint, eoque manendum in fide statuisse; Gron. Verba illa ob geminum *alii* excidisse videri possunt; Str.

9. *quæ jam in hibernis erant, frumenta:* immo *in herbis*, ut ap. Ovid. Met. 5, 482, et 8, 290. h. e. pæne matura; Jac. Gron. Recte, opinor. — *subita belli*, v. ad 4, 27, 1.

[redacted]

obtinendas, tuendas, *res* — *præfice-* : *præficere* (sc. jubent) quod Mur. . notavit; Gron.

16.)—1. *ex Lucanis moveret*, v. ad 2, *angues duo ex obculto adlabsi* (cf. ad) — *edere jecur*, forte *adedere* vel nam in optimis MSS. *anere, anere*, Gron. Cf. et Valer. Max. 1, 6, 8. *tius exta reserata servarentur* edd. ou. et plurimi MSS. *exta reservata s.* MSS. *exta resereservarentur* c. Put. *rarentur* Flor., Cant. et Crev. quod troth. qui inde reliquas lectiones onet. Sed τὸ *intentius* postulare *ervare* vel *observare*, non *reservare*; *igentiusque adservatis extis* dixit Valer. *es ollæ servarentur* Gron. Crev. et al. l. Salmas. *extar servaretur* conj. Ru- *Extar olla, ubi exta coquebantur* Glos- ad 29, 27, 4. 41, 15 pr. et Intpp. ud. 1, 2, 47.) *exta prosecta servaren-* bat Drak. ut 5, 21. *occultis hominibus consultisque* optimi n *consiliisque*. cf. ad 3, 62, 3.— *veri potuit*, averti, immutari; Doer. *re* pro *mutare* 27, 51, 5. 34, 54 extr. 2. 35, 42, 2. et al. — *Flavius Lu-* MS. Put *Flavos* et deinde *Flavus*. ian. b. Hann. 35. Φλαύïος s. Φλά- x verba *quum pars ad Hannibalem* forte a glossatore profecta. *in Bruttiis præerat*, v. ad 5, 8, 3. c. hostibus. Alii *is* et ex emend. *i*. — *liberos cum suis legibus*, ut alibi c. tributorum vectigaliumque *ac* *is viventes*, ἐλευθέρους, αὐτονόμους. 3, 30, 37. 37, 54. 44, 7. 45, 26. De privilegio, ἐλευθερίᾳ et αὐτονομίᾳ, em. de usu et pr. num. Diss. IX.

ocum, quo erat cum paucis Gracchum o MS. Pal. recepi cum Str. pro *locum pacis G. a.* quod ineptum est. am exstat in MS. Put. et iteratio effecit, ut verba *quo erat cum* post iderent; Str. *deducit Pœnum, quo* *s Gracchum ait ducturum: Mago ubi* *armasset, caperet eas latebras, ubi i. n.* conj. Gron. et sic. fere MS. Put. . *in locum paucis G. adducturum mu-* *s. armareset capere eas* cet. Verbum erisque MSS. abest, et, si retinen- *ibi* potius substituendum videtur. *posita*, v. ad 3, 53, 2. *ium populorum* sc. singulorum gen- : nec cum Lips. et Modio leg. ; Str. *do res quoque Romana*; v. ad 1, 5, 25, 3. — *Hannibalis vis sene-* d 1, 22, 3. *ri delicto*: "quomodo *vetus delictum* um, qui ante paucos annos de- ? rebellio majorum vetus delic- , ipsorum defectio novum." Duk.

— *Hæc ab se ait dicta*, forte *sane dicta*: in MSS. *sint* pro *ait*; Gron. — *contingere dextram*, ut al. *dare, jungere, complecti dextram*, quod est *pignus fidei* et amoris. "Sic et *dextras fidemque dare* 40, 46, 8. et *fides κατ' ἐξοχὴν* de dextris junctis, ut δεξιαί, ᾗς ἐπέπιθμεν ap. Hom. Il. 2, 341. et ἀνακαλεῖ δὲ δεξιᾶς Πίστιν μεγίστην ap. Eurip. Med. 21. ubi v. Porson." Schæf.

9. *Locum se consiliis dixisse*, sc. super hac re agendis: et ita omnes MSS. et edd. vel *conciliis*, neque est quod cum Gron. et aliis reponatur *consciis*, Str. *dixisse* (edixisse indicasse; v. Gron.) optimi MSS. *edixisse* edd. ante Gron. *nomen Lucanum*, v. ad 1, 10, 2.

10. *cum lictoribus ac turma equitum*, μεθ' ἱππέων τριάκοντα Appian. b. Hann. c. 35.— *Hostes subito exorti*, v. ad 9, 31, 6.

11. *Id referre*, (v. ad 8, 39, 3.) *utrum præbentes corpora* ad cædem, ut c. 15. Cf. 4, 28. et alia exempla apud Gron. et Drak. *utrum præsenti torpore* male edd. ante Gron.

12. *paludamento circum lævum brachium intorto*, quod fieri solebat ante pugnam; Ern. cf. Burm. ad Petron. c. 80. et Schel. ad Hygin. p. 1030. T. 10. Antiq. Rom.— — *Major quam pro numero hominum, pugna*, v. ad 7, 33, 2. — *Jaculis maxime aperta corpora*, obnoxia. Dictio desumta a ludo gladiatorio, in quo latus *apertum* et *nudum* dicitur, quod ictibus *patet*. Cf. ad 22, 50, 3. 25, 38, 7. 32, 21. Similiter *obportuna* et *exposita* (sc. hosti ac vi) dicuntur. v. ad 1, 54, 4. et 32, 21, 12. — *conjectus*, substant., jactus telorum; Doer. Tres tantum vivos esse captos tradit Appian. l. l.

CAP. 17.)—1. *prope Calorem fl.*, v. ad 24, 14, 2. — *ostendant*, dicant, narrent: (ut et *ostentare*: cf. ad 26, 24, 2.) nisi *contendant* leg. cum Ruben.

2. *uti loco puro ea prodigia procuraret*, (v. ad 1, 20, 11.) non polluto prodigiis, de quibus v. cap. 16 pr. *loco* abest a MS. Cantabr. prob. Jac. Gron. ut intell. *flumine*. Forte tum leg. *pure*. v. ad 1, 45, 7. — *constat locus*, v. ad 9, 2, 1.

3. *in vestibulo Punicorum castrorum* v. ad 21, 30, 6.

4. *Armatum exercitum decucurrisse* cet. v. ad 23, 35, 3. *decurrisse* edd. ante Drak. et plurimi MSS. — *cum tripudiis Hispanorum motibusque armorum et corporum*, (v. ad 10, 26, 8.) *suæ cuique genti adsuetis*, v. ad 3, 22, 5.

5. *ipso Hannibale omni rerum verborumque honore*, (ut 28, 4, 1. 30, 15. 37, 1. al.) rebus verbisque honorificis cujuscumque generis, *exsequias celebrante*, cf. ad Sil. 2, 483, et 12, 473 sq.

CAP. 18.)—1. *eruptione oppidanorum et Magonis* forte leg *Hannonis* vel *Bostaris*, quos præsidii Punici præfectos fuisse dicit Liv. 26, 5. et 12. Dignum est consideratione: nam cap. 15. 16. Magonem in Bruttiis, et

c. 21. in Hannibalis exercitu fuisse scribit," Duk. — *multisque prœliis*, sc. parvis et levioribus; Doer. *minutisque* malebat Ruben. et *multique* (h. e. identidem, sæpe) Gron. quia Romani non ad manus venerint, sed sollicitati sint ad prœlia, quæ refugerint.

2. *magnæ rei momentum faciat*, v. ad 1, 47, 7. et 9, 12, 2. Ad. seqq. cf. Valer. Max. 5, 1, 3. — *T. Quinctio Crispino* cet. v. ad 24, 39, 7.

3. *manente memoria*, quum retineret memoriam, memor adhuc esset, *privati juris*, hospitii et jurium ejus. — *discidio* (violatione) optimi MSS. *dissidio* edd. ante Gron. qui subtiliter et copiose docet, *discidium* esse distractionem s. disjunctionem corporum aut quasi corporum, locorum, ædium, rerum, *dissidium* vero dissensionem animorum. Cf. ad Tac. Ann. 2, 86, 2. et Rubnken. ad Mureti Orat. p. 33.

4. *uter bello melior sit*, cf. ad 2, 51, 3.— — *hospitali cæde*, c. hospitis. — *se digna probra*, ipsi convenientia, in ipsum cadentia, ignavia ipsius digna; Doer.

5. *palam, duobus exercitibus audientibus, renuntiare hospitium*, cf. 36, 3. 38, 31. 42, 25. et ad Tac. Ann. 2, 70, 3. *palam* abundat, ut ap. Cic. Verr. 5, 26. *ducibus* pro *duobus* conj. Jac. Gron. quia Claudiani, Fulviani, Campani ac Punici exercitus adfuerint. Forte pro *duobus* leg. *omnibus*, quod post *palam* adjiciunt edd. ante Drak. Sed duos Romanos exercitus ab una parte pro uno, et Campanum inmixtis Pœnis ab altera itidem pro uno exercitu haberi posse, bene monet Duk. — *consociatum*, cf. ad 24, 24, 2.

6. *penates publicos privatosque*, v. ad 3, 17, 4.

7. *Infestis equis concurrerunt*, v. ad 1, 13, 2. — *conficeret*, v. ad 2, 40, 8. — *armaque capta*, parmam.

CAP. 19.)—1. *equitum* Punicorum *maxime incursu laborabat Rom. acies*, v. ad 3, 31, 1. — *admitterent equos*, v. ad 2, 19, 4.

2 *Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quæstor præerat*, interfecto duce, Ti. Sempronio Graccho. Cf. cap. 17 extr. Quæstor provincialis, magistratus populi Rom., supra legatos erat, et proconsule aut proprætore mortuo, vel absente vel ante adventum subcessoris provincia decedente, ejus obibat munus.

3. *diversi, Fulvius in agrum Cumanum, Claudius in L. abiit*, v. ad 3, 60, 1. *abierunt* edd. a Frob. ad Drak. rectius, opinor.— — *Appium institit sequi*, v. ad 24, 26, 7.

4. *circumducto hoste*, circumducendo eluso; Doer. — *qua voluit* sc. parte s. via. — *M. Centenius* cet. v. ad 22, 8, 1. — *primi pili centuriones*, v. ad 2, 27, 7.

5. *ad id locorum*, v. ad 9, 45, 1. Mox alterum *stolide* vacare puto; Gron. Cf. tamen ad 1, 3, 8.

6. *aliquantum voluntariorum*, v. ad 2, 39, 1.

7. *Haud dubia res est*, eventus rei. — *vincendo veteranum*, diu exercitatum. — *tumultuarium* v. ad 1, 37, 4.

8. *ut in nulla pari re*, quamvis hostili exercitui in nulla re par esset Romanus; Doer. Cf. ad 2, 38, 3.

9. *non pro vetere fama solum*, v. ad 7, 33, 2.

10. *alii alia peste absumti sunt*, v. ad 2, 44, 5.

CAP. 20.)—1. *Capua a Coss. iterum obsideri cœpta:* de prima obsidione cf. cap. 15. 18. et inf. 22 extr.

2. *Casilinum frumentum convectum:* (v. ad 22, 13, 6.) *Vulturni ostium, ubi nunc urbs est*, (v. ad 22, 14, 1.) *castellum communitum: (ante Fabius Max. munierat) præsidium inpositum:* verba mutila, saltem corrupta. Nam *duo maritima castella*, in quæ mox *frumentum* Livius *convectum* dicit, sunt *Vulturnum* et *Puteolos*, quos *Fabius munierat;* (v. ad 24, 7, 7.) et de *Casilino, Vulturno* ac *Puteolis* idem traditur cap. 22. Hinc *Puteolis* post *communitum* inserit Cluver. Ital. ant. 1, 2. et *alteri* Stroth. *alterum Fabius* cet. vel *castello communito, quodque Fabius* cet. conj. Gron. Forte leg. *castellum communitum, utque Puteolis, (Maximus munierat) præsidium inpositum:* nam Puteolis, a Fabio munitis, præsidium simul ab eo jam inpositum erat, (v. ad 24, 7, 7.) et Fabius passim simpl. *Maximus* dicitur, v. c. 24, 12 med. Hinc facile ex *Puteolis* fieri potuit *Fabius*, vel per socordiam librariorum, vel ex glossa, quæ deinde in contextum recepta, extrusa voce *Puteolis*.

3. *M. Junius* Silanus *prætor*, provinciam sortitus *Etruriam*. v. cap. 2. 3. — *ab Ostia convectum*, forte *congestum*, ne idem repetatur verbum. At v. ad 1, 3, 8.

4. *volonum exercitus* cet. cf. 24, 14 sq. et ad 22, 57, 12. — *velut exauctoratus*, v. ad 8, 34, 8. Mox *in tanto discrimine* edd. ante Drak. *ut in tanto d.* MS. Hav. prob. Doer. ut sensus sit: quippe vel præcipue in tanto d. Cf. ad 8, 30, 7.

5. *ex temeritate unius Rom. ducis*, v. cap. 19. — *in occasionem imminebat*, intentus erat; Str. v. ad 23, 16, 1.

6. *Quum sæpe alias — expertus* sc. Hannibal; quam vocem edd. ab Ascens. ad Gron. ante *quum* addunt.

CAP. 21.)—1. *Circa Herdoniam*, v. ad 24, 20, 5. — *signis convulsis*, v. ad 3, 54, 5. — *tenuit*, v. ad 2, 63, 3.

2. *expeditorum militum*, v. ad 5, 16, 2.

3. *omnes e latebris exsisterent* optimi MSS. *exsilirent* edd. ante Gron. *Exsistere* est emergere et repente in conspectum venire, adparere, et hinc quoque eminere, conspici, ut *exire, exstare, surgere, exsurgere, adsurgere, erigi, se adtollere:* unde *sub exsistentibus* (aratro erectis, sublatis) *glebis pisces emersisse* dicitur 42, 2, 3. ubi nolim cum Dukero reponere *exstantibus*. Cf. ad 22, 4, 3. 39, 37,

:t Drak. ad h. l., Ernesti clav.
Sil. 1, 585. 14, 301.
ima legio et sinistra ala socialis exer-
ai in duo corpora, in *alam dextram* et
dividebatur, et in quo *ala* erat,
io in Romano; Dacier. et Doer. v.
0, 7. 27, 2, 4, 31, 21, 3. 35, 5, 1. 3.
1. 40, 40, 1. ad Tac. Ann. 4, 73, 4.
de mil. Rom. 2, 7. ubi docet, *alam*
et sinistram vocari duas partes pedi-
ciorum, quia plurimum, ut alæ in
corpus illud legionum utrimque
. Cf. Gell. 16, 4. extr. Hinc *cohortes*
alares sociorum peditatus 10, 40, 7.
equites eorum equitatus 35, 5. et 40,
ıibus locis ab *legionariis equitibus* di-
ıtur. Plerumque quidem *ala* de so-
sed nonnumquam de Romanorum
equitibus dicitur, v. c. 2, 49, 11.
. 23, 45, 4. 29, 1, 4. Cur vero al-
dicta sit *dextra*, altera *sinistra*, non
nstat, nec docuit nos Polyb. 6, 26.
nota ad 27, 14. est hæc: "Alas
oco, quem in acie tenebant, ita
fuisse, et tam dextram in sinistro,
nistram in dextro cornu pugnasse,
ıs locus 27, 2. ostendit. Suspicor
hæc nomina illis pro arbitrio im-
ım inposita fuisse a locis, quæ in
occupabant, i. e. ex eo, quod altera
in dextra, altera in sinistra parte
ım tendebat." Cf. ad 26, 14, 4. 27,
t 31, 21, 3. — *in primo instructæ*,
20, 3. Τὸ *in* addunt optimi MSS.,
. ante Gron.
cumque parte *inpetum fecisset hostis*,
ros, (propr. *perrupturum*) in MSS.
hostes in edd. ante Drak. Cf. ad
. et 22, 4, 2.
duodeviginti millibus cet. cf. ad Sil.

22.)—1. *ubi summa rerum esset*, v.
6. — *ad id locorum* v. ad 9, 45, 1.
ı inseruit Gron. quia in Put. et Pet.
erem. Cf. ad 39, 54, 4. — *Legatos*
les mittunt C. Lætorium (Lectorium
tt.) et *M. Metilium, qui nuntiarent*,
:arent desiderium et mandatum,
ent, *ut* cet. Sic *nuntiare* passim
(v. c. 3, 50 pr. 27, 29, 2.) et *ne* vel
tivo. Verba *qui nuntiarent* suspecta
tur Gron. ob ea, quæ notavi ad 8,

rtores de exercitu volonum, cf. cap. 20.
ıot. 4. — *P. Cornelio* Sullæ præt.
. cap. 2. et 3.
fora conciliabulaque, v. ad c. 5.
- *conquisitio volonum*, v. ad 21, 11, 10.
, 57, 12.
ostium Vulturni cet. v. ad c. 20.

Suessula ex Claudianis castris, v. ad
3. — *ceteris omnibus copiis ad Ca-*
v. ad 1, 14, 4.

6. *et castella excitant*, Gall. *des Forts*, vel, si angustiora sunt, *des Redoutes*; Doer. Cf. ad 5, 5, 2.

7. *ut tunc saltem* cet. forte leg. *ut nunc s*. — *Consulibus literæ* — *missæ* ex SCto, *ut* cet. v. ad 8, 19, 10.

CAP. 23.)—1. *præterquam vi* cet. v. ad 5, 14, 5.

2. *liberos ac suis legibus victuros*, v. ad c. 16. n. 4.

3. *omnium curam oculosque converterant*, (v. ad 22, 51, 3.) *ne quid falleret tale admissum*, v. ad 3, 8, 2. Mox legere malim *circumvecti* vel *circumvecti sunt ita*, et deinde: *At* vel *Sed, quum jam composita*. cet. — *postremo ad octoginta facti* cet. cf. 26, 30.

4. *Alia subinde spes excepit* sc. hanc, statim quasi sequuta; vel Marcellum et Romanos. Cf. ad 1, 53, 5. — *Damippus* in MSS. (aut *Damnippus*) ap. Plut. in Marcello p. 308. et Polyb. 7, 5, 3. *Damasippus* edd. ante Gron.

5. *ad portum Trogiliorum* pro vulg. *Trogilorum* ex emend. Cluverii, qui monet, *Trogilum* fuisse vicum in ipso maris litore, et vicanos ab eo dictos *Trogilios*, ab his vero navium stationem *portum Trogiliorum*. Τρώγιλος χώρα ἐν Σικελίᾳ· τὸ ἐθνικὸν Τρωγίλιος, Steph. Byz. 'Ο Τρώγιλος καλούμενος, ἧπερ βραχύτατον ἐγίγνετο αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεγάλου λιμένος ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν τὸ ἐπιτείχισμα, Thucyd. lib. 6. Portus ad exitum majoris portus Syracus. situs erat, et turris nomen *Galeagra* exprimi possit nostro *Wieselfang*; Str.

6. *quid in fronte paterent*, quam ampli essent, (cf. Gron. et ad 24, 3, 1.) *singuli lapides*: subducta lapidum ratione, de muri altitudine concludebat; Doer. Cf. loc. simil. Thucyd. 3, 20. et Fragm. Polyb. T. 5. p. 32, 33. ed. Schweigh. et hujus not.

7. *qui ob id ipsum intentius custodiebatur*: at πύργον φυλαττόμενον μὲν ἀμελῶς dicit Plut. et Polyæn. 8, 11. Utroque loco ἐμμελῶς legendum esse, vix crediderim. — *transfuga*, Sosistratus. v. Frontin. Strat. 3, 3, 2.

8. *diem festum Dianæ* (τὰ 'Αρτεμίσια) *per triduum agi* cet. cf. Meurs. Græc. feriat. l. 1. ὅτι ἑορτὴν ἄγουσιν πάνδημον (πανδημεὶ) ap. Heronem ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ τοῖς μὲν σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, Polyb. l. l. Vox *diem* delenda videbatur Crev. et Jac. Gron. Sed Latini fortassis etiam plurium dierum sollemnia *diem festum* dicunt, ut unius diei plur. num. *dies festos*, nec locus Front. 3, 3, 2. juvat conjecturam; Duk. — *alia*, sc. ad victum pertinentia; Str.

9. *ut mature corpora curarent q. d.* v. Schel. ad Polyb. c. 8. — *de die epulatis*, v. ad 9, 44, 5. — *vini satias* antique pro *satietas*, ut 27, 49. et 30, 3. — *signi*, manipuli, *unius militis*; quod olim dicebatur *vexillum*: sed hoc tempore jam *vexillum* sociorum,

[redacted]

signum Romanorum erat; Str. Cf. ad 8, 8, 2. 33, 1, 2. 33, 9, 5. 41, 2, 3. 44, 37, 1. His autem temporibus manipulus, tricesima pars legionis, constabat 130 militibus.

CAP. 24.)—1. *Jam millè armatorum ceperant partem* urbis, *quum ceteræ admotæ* sc. cohortes: sed cum Gron. leg. *cæteri admoti*, vel cum Mureto *ceteri admotis pluribus scalis*. — *Hexapylo*, v. ad 24, 21, 3.

2. *per ingentem solitudinem*, nusquam vigiliis custodiisque obstantibus, ut contra mox *ad Epipolas, frequentem custodiis locum*; Str. — *semigraves*, v. ad. 4, 37, 2. Cf. Polyb. l. l. pag. 34.

3. *Epipolas, frequentem c. l.* v. ad 10, 11, 3. 24, 21, 3.

4. *partium sensu non satis pertinente in omnia*, v. ad 23, 49, 3. — *omnibus copiis u. i.* v. ad 1, 14, 4.

5. *Insula, quam ipsi Nason vocant*, v. ad 24, 21, 3. — *expulsurus foret*, v. ad 6, 42, 7.

6. *clausasque inter tumultum Achradinæ* (v. ad 24, 21, 3.) cet. adeoque excluderetur ipse cum suis; Str. — *inlacrumasse dicitur*, cf. 45, 4, 2. Sil. 14, 665 sq. et Plut. l. l.

7. *Atheniensium classes demersæ* (v. Cic. Verr. 5, 37.) *et duo ingentes exercitus cum d. c. ducibus*, Demosthene et Nicia, *deleti* tempore belli Pelopon. a Gylippo, qui Spartanis, Syracusanorum sociis, præerat. v. Justin. 4, 4. 5. Diodor. 13, 7 sq. Thucyd. 7, 2 sq. Plut. in Nicia et Alcib. Præter hos etiam Lamachum et Eurymedontem, non ignobiles duces Atheniensium, ad Syracusas periisse, monet Duk. coll. Thucyd. 6, 101. et 7, 52. — *obcurrebant*, v. ad 5, 54, 2.

8. *tot bella cum Carthagin.* v. Diodor 11 sq. 19. 20. Mox *tot ac tam opulenti tyranni regesque* (Hiero, Gelo, Dionysii et alii) edd. ante Gron. forte rectius, vel *et* pro *ac*.

9. *signa* ad *Achradinam admoveret* optimi MSS. ut 26, 30. 27, 25. 28, 46. *Achradinæ* edd. ante Crev.

10. *Syracusanos, qui intra* (al. *inter*, ut et c. 31 pr. et 38, 11. 48.) *præsidia Rom. fuerunt*, (ut ter c. 31.) *ut ante dictum est* cap. 23 pr. Cf. ad 38, 11, 4.

CAP. 25.)—1. *ad Euryalum*; Εὐρύηλος ἡ ἀκρόπολίς τῶν Ἐπιπολῶν, πολίχνιον δὲ τοῦτο Συρακουσῶν ἀπόκρημνον, Steph. Cf. Thucyd. 6. — *versus a mari*, aversus, remotus.— — *viæque inminens*, v. ad 3, 51, 3. — *insulæ*, Siciliæ.

2. *Philodemus Argivus*, v. ad 24, 6, 1.

3. *dilatus per frustrationem*, v. ad 21, 53, 3.

4. *Neapolim et Tycham*, v. ad 24, 21, 3. — *si frequentia intrasset loca*, v. ad 10, 11, 3.

5. *cum infulis et velamentis*, v. ad 2, 54, 6.

6. *uta cædibus et ab incendiis parceretur*, abstineretur, temperaretur: rarum dictionis genus; Str.

7. *Castraque tectis parietum pro muro septa*, castra Marcelli, inter Neapolin ac Tycham posita, ædificiorum parietes pro muro aut vallo habuere: nisi *tecta parietum* sunt parietes ipsi ad tegendas ædes structi, seu potius leg. *tectorum parietibus*; Gron. Omnino ita, potius dicendum erat; et incommoda etiam est copula *que*: quare lego: *Castra objectu parietum* vel *objectis parietibus* (ut 4, 9. 31, 39. 38, 7. 42, 63. et quater inf. cap. 36.) *pro muro septa*; Str. At sic vox *tectorum* vel *domorum* desideratur; et malim delere τὸ *parietum* ac reponere: *castra undique tectis pro muro* (muro quasi, muri loco) *septa*; Doer. *Castra pro tectis parietum muro septa* conj. Cluver. Forte leg. *Castra pene tectis parietumque muro septa*; h. e. longe maxima earum pars, præter *portas regione platearum* (v. ad 3, 66. 3.) *patentes*, in eas spectantes et apertas: unde ad portas *stationes disposuit* militum. *Portis r. p. patentibus*, (ablat. conseq.) *stationes p. disposuit* sc. ad eas, aut *portis* dictum pro *ad portas*.

8. *noctem eam nactus*, opportunitatem, quam ea dabat, consequutus et simul amplexus.

CAP. 26.)—1. *vis hostium*, multitudo h. v. ad Sil. 4, 599.

2. *ad magnum portum*, v. ad 24, 21, 3.

3. *locis natura gravibus*, v. ad 3, 6, 2. et 23, 34, 6. — *corpora movit*, vexavit, graviter adfecit. Cf. ad 21, 39, 2. In hac pestilentiæ descriptione Livium respexisse Thucyd. 2, 51 sq. jam monuit Duker. Cf. ad Sil. 14, 580 sqq.

4. *contactus ægrorum vulgabat morbos*, v. ad 2, 29, 5. — *qui incidissent*, sc. in morbum.

5. *ut non modo lacrumis* (*non modo non* edd. ante Gron., non optimi MSS. v. ad 1, 40, 1.) *justoque conploratu*, quem mortuis debet humanitas, (unde *justa facere* et *persolvere* de officio sepulturæ) *prosequerentur mortuos*; cf. ad c. 34. n. 4. Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 6, 23. (*debita sparges lacruma favillam vatis amici*) et 2, 9, 9. — *efferrent*, v. ad 2, 16, 5.

6. *tabe ac pestifero odore corporum conficerent*, v. ad 2, 40, 8. et 4, 30, 4. — *cælo aquisque adsuerant magis*, v. Gron. Obss. 4, 8. ubi corruptum restituit locum.

7. *ex gravitate loci vulgari morbos*, v. ad 2, 29, 5. 3, 6, 2 et 7, 39, 5. — *receptus*, cf. ad 22, 12, 9.

CAP. 27.)—1. *tria millia alterum* cet., cf. ad 9, 24, 2. Mox τὸ *eo* supervacuum videtur. Sed v. ad 1, 19, 1.

2. *CXXX navibus longis et DCC onerariis profectus*, v. ad 1, 14, 4. et 21, 17, 5. *DCC.* non *LXX*, optimi MSS., et onerariarum navium numerus solet esse major; Gron.

3. *superare eum Pachynum* prom. v. ad 2, 50, 4.

rgerent iidem venti, *qui tum tenebant*, nt classem in cursu, vel durabant; Cf. ad 2, 3, 6. et 2, 63, 3. — *ha*-:. Bomilcarem.
r Bomilcar movit, v. ad 2, 3, 2. sqq. *cujus prima classis p. a. v. est* boliossam redolent. " *prima*, prior Romana: nec cum Dukero leg. Doer. — *missisque nuntiis Hera*-noam. v. ad 24, 35, 3. — *onera*-naves, quam vocem addunt edd. ed optimi MSS. h. l. ut et 32, 18. xtr. et 35, 37, 3. omittunt, quum nullo horum capp. loco exstet; — *retro repetere* sc. cursum vel viam. 45, 10. et 9, 2, 5.

28.)—1. *iterum Romanis traditam*, ut olim bello Punico I. — *dis*-v. ad 1, 3, 4.
ul ad eos ab exercitu Siculorum pro *ul ab eo ad exercitum S.* emend. Pecujus nota est: " Missi erant e iculorum ad Marcellum de condi-dedendæ urbis, sed ita ut explora-us obsessorum voluntatem, quam nfirmarentur. Nihil igitur adtinc-bsessos memorare, se remissos esse llo ad exercitum, quod neque fac-t, et, si maxime factum esset, non inde colligi, id agi, ut una omnium tuna, quod his legationibus quæri bant. Tum neque opus erat, Mar-ea de re legatos mittere ad Sicu-ultro id rogatum venissent, neque sibi curæ habere conveniens erat, s Syracusanorum socios, qui erant s."
fectos Epicydis, v. ad 28, 30, 1.— *ydem, cui Sindon cognomen erat:* ies fere MSS. *Sidon* edd. ante — *et inopiam, qua ipsi inter se fremere t:* in cod. Put. *quæ ipsi*, et in qui-MSS. *quam ipsi*, quod loco 3, 38, 9. s firmatur. *qua et ipsi* conj. Crev. et *ipsi* Doer. Ego potius crediderim, *inopiam* parum apta h. l. esse, et elenda, vel legendum: *ob inopiam inter se fremere* cet., ut *fremere ali*-3, 9. et passim pro: cum fremitu aure dicere ac queri.
m diu ea mala *paterentur*, pati vel-*loer*.— *caritatem Syracusanorum*, *non* . e. adversus eos. — *Hippocrate* *remto* peste; nisi leg. *interea mortuo*. 26 extr.
ieus Rom. amicitiæ cultor, v. ad 1,
ul (simulac) *libertas ab inpotentibus adparuisset*. v. ad 3, 36, 2. 3, 62, 4. ad cap. 29. n. 2. Parenthesin in-s cum Str. et tum post *prætermisis*-ma pro puncto posuimus, tum de-*rb si* ante *simul*, quod omnes fere espuunt. Idem jam expunxerat Gron. cujus tamen emendationibus: *deinde fore, simul liberatos ab i. t. a.* et *quam libertas ab i. t. aperuisset*, vix ulla, nedum aptior, continetur sententia. *liberatas* legitur in optimis MSS. et *aperuisset* in uno Palat.

CAP. 29.)—1. *pacem, tyranni cæde compositam*, factam, (ut 2, 13. et 30, 40.) restitutam. — *satellites*, v. ad 23, 12, 7.
2. *aliquando nobis libertatis* cet. cf. ad c. 28. n. 6.
3. *nostri arbitrii esse cæpimus*, v. ad 3, 62, 5.
4. *nobilissimæ pulcerrimæque urbis Græcarum* 'urbium: nam Syracusæ a Corinthiis conditæ, qui duce Archia in Siciliam trajecerant. v. ad Sil. 14, 50 sq. et Strab. 6, 269. 8, 380. Iisdem pæne verbis utitur Cic. Verr. 4, 52. ex quo loco *urbium* suspicari possis, quod tamen ibi suspectum. — *ne velis* sc. magis seu potius, (v. ad 1, 25, 11.) ne malis, *famæ credi*, posteros fama adcipere, *quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse*, gratum mirificumque præbere adspectum, *quo quisque*, ut quicumque (v. ad 1, 24, 4.) eo *venerit*, huic *nunc nostra de Atheniensibus Carth. tropæa*, victorias earumque monimenta, (v. ad cap. 24, n. 7. 8.) *nunc tua de nobis ostendat* sc. hæc urbs. Cf. Cic. Verr. 2, 2. quem ex eodem cum Livio fonte hausisse suspicabatur Str.
5. *Syracusas familiæ vestræ* (f. *tuæ*) *sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradas:* Cf. 26, 32 extr. Cic. Verr. 1, 51. 55. 2, 2. 21 sq. 4, 54. ex quo notum est, Marcellos fuisse *patronos Siculorum*, (ut Fabii erant Allobrogum, Cicero Campanorum, Cato Cappadocum et Cypriorum cet. de quo v. ad Tac. Ann. 3, 55, 4.) et propter Marcelli clementiam humanitatemque a Siculis in ejus honorem quotannis celebrata fuisse Marcellea, bisque Verrem substituisse Verrea. De tali clementia Marcelli nihil pæne apud Livium legitur: et notatur potius inhumanitas ejus 24, 35. 25, 31. 40. 26, 26-32. Cf. tamen ad Sil. 14, 665-689. et Plut. Marcell. p. 311. 312. qui ob libertatem a Marcello Syracusanis redditam clientelamque receptam (cf. 26, 32 extr.) tum illos tum alios ei honores a Siculis decretos dicit.
6. *Omnia et inpetrabilia*, facile inpetranda et votis consentanea, *et tuta erant*, sine fraude et *periculo*.
7. *quæ in promtu erant*, conspicua vel ad manum et ante oculos — *Achradinæ ac Naso*, v. ad 24, 21, 3.
8. *exsequentibus sciscitando mercenariis*, v. ad 5, 15, 8. Vox ultima abest ab optimis MSS. et facile intell.; Gron.

CAP. 30.)—1. *In tempore*, v. ad 2, 47, 4. — *unus ex Hispanorum auxiliaribus*, Belligenes. v. 26, 21.
2. *sine arbitris Mericum nanctus*, v. ad 5, 45.

[redacted]

1; et 6, 33, 3. — *si operæ pretium faciat*, cf. ad Præf. n. 2.

3. *secretus ab aliis ad M. deductus*, v. ad 6, 25, 1. *secretum* MSS. fere omnes: unde *secretim* s. *in secretum* conj. Gron. prob. Crev. et Drak. At repugnant adjecta *ab aliis*; Doer.

4. *obportuna dividenda*, v. ad 1, 54, 4. Vocem *loca*, quam edd. addunt, delevi, quia abest a MSS. v. ad 5, 38, 4.

5. *ut suæ quisque partis tutandæ reus sit*, h. e. nisi eam tuetur: *dass ein jeder für die Vertheidigung seines ihm angewiesenen Postens haften müsse*; Doer. — *Omnes adsensi sunt partibus dividundis*, ut suus cuique locus tuendus adsignaretur; Ern.

6. *ipsi regio evenit ab Arethusa fonte* in Insula extrema (v. Cic. Verr. 4, 53. et ad Sil. 14, 53.) *usque ad ostium magni portus*, v. ad 24, 21, 3. Ex præc. et seqq. patet, *Mericum* præfuisse Achradinæ, sed 26, 21. ab eo Nasum Marcello proditam legimus; quam inconstantiam Livii sui obliviscentis errori tribuit Periz. anim. hist. c. 8. p. 341. Verum insuper, quum fons Arethusa nihil ad Achradinam pertinuerit, sed in extrema insula fuerit sita, Crev. et Drak. verentur, ne Livius totam hanc de Merici proditione narrationem valde turbaverit. Similes difficultates in h. l. et tota Achradinæ Nasique expugnatione animadvertit et removere conatus est Cluver. Sicil. ant. 1, 12. p. 164 sq. — *remulco*, funibus, ῥύμασι, *quadriremis trahi navem*, quod nobis *bogsiren*, et Gr. ῥυμουλκεῖν τὰς ναῦς dicitur. Cf. 32, 16. et 37, 24. ad 27, 15, 2. et Schæffer. de mil. nav. 2, 5. *Scaphæ remis navis magna sic trahitur*, Fest. propr. funibus alius navis, quæ remis agitur. — *regione portæ*, v. ad 3, 66, 3.

7. *actuariæ naves*, v. ad 21, 28, 10.

8. *quam transfugis, fuit, quia*; forte *qui*.

CAP 31.)—1. *intra præsidia Romæ.* v. ad c. 24. n. 10.

2. *sed pleraque eorum*, *quo*, in quos, (nisi ita leg.) *debuerint*, *recidisse*, pœnas eorum in capita auctorum.

3. *Omnium sibi laborum periculorumque— — nequaquam tantum fructum esse*, ex iis sibi aut ad se redire, *quam* quantum *capere Syracusas*, Syracusanos ipsos, *potuisse*, si scil. in tempore sibi consuluissent fecissentque, *quod potuissent facere*; cf. verba præc. Eodem sensu verba hæc cepere Ruben., Gron., Drak., Doer. qui tamen ita *fructum esse* legendum putarunt; quod necesse non est, quoniam jungenda sunt *sibi fructum esse*. Malim: *quam capere Syracusæ potuissent*, quod lectione optimorum MSS. *potuisset* firmatur. *quam si parcere Syracusis potuisset* conj. Gron.

4. *Archimeden memoriæ proditum est* cet: cf. Cic. Fin. 5, 19. Sil. 14, 676 sq. Valer. Max. 8, 7. ext. 7. et, qui diversas scriptorum narrationes memorat, Plut. Marcell. p. 108. 109. Mox Wakef. ad Lucret. 2, 642. emend. *quantus captæ urbis — cieri poterat*, quia in pluribus MSS. legitur *captæ urbis*.

5. *formis, quas in pulvere descripserat*, v. ad Sil. l. l.

6. *sepulturæque curam habitam*; cf. Cic. Tusc. 4, 23. — *præsidioque* sc. a vi hostili; Doer.

7. *onerarias frumento onustas*, v. ad c. 27. n. 5. — *aliquantum agri*, v. ad 2, 39, 1.— — *in tempore*, v. ad 2, 47, 4.

CAP. 22.)—1. *ad id locorum*, v. ad 9, 45, 1. — *tendentem in Italiam*, v. ad 4, 19, 1.— *viginti millia Celtib.* optimi MSS. *triginta m. C.* edd. ante Drak. — *Tres exercitus Pœnorum.*

2. *Ad urbem nomine Anitorgin* incerti situs; nisi forte leg. *Conistorgin*, opp. Celticorum aut Lusitaniæ, quod Κονίστοργις dicitur Strab. 3, 2. p. 141. sed Κονίστοργις aut Κουνίστοργις Appiano b. Hisp. 57. 58. (ubi v. Schweigh.) qui etiam *Cuneos* populum memorat, ut *Cuneum* agrum ac prom. Celt. Strabo l. 3. pr. Plin. 4, 22. et Mela 3, 1. Cf. ad 28, 37, 1.

2. *bellum extraherent*, v. ad 2, 61, 6.— — *ita inter se diviserunt*, int. ex sup. *copias*, vel ex seq. *exercitus*; Str.

CAP. 33.)—1. *quanta vel pro bello satis esset* sc. una contra Romanos gerendo; Doer.— — *quippe tam paucis, si vi retinerent*, si per vim eos tenere castris vellent seu conarentur Romani; Gron. v. ad 3, 21, 3. In MSS. *sibi retinerent*; in edd. ante Gron. *sibi ne timerent* et *se ne retinerent*. Mox dicitur: *socii nec precibus, nec vi retineri poterant.*

2. *exempla hæc vere pro documentis habenda*, cf. ad Præf. n. 14. — *Signis sublatis*, v. ad 3, 54, 5.

3. *necubi hosti æquo se c. l.* v. ad 22, 2, 3.

CAP. 34.)—1. *Agmina magis quam acies p.* v. ad 10, 45, 6. — *tumultuaria pugna*, v. ad 1, 37, 4.

2. *quos fefellisse se dux ratus erat*, v. ad 3, 8, 2. — *tertius insuper advenit hostis*, scil. *duces Pœni* cet., Hasdrubal Gisgonis filius et Mago. Cf. cap. 32.

3. *cuneusque is hostium*, (v. ad 2, 50, 8.) *alacres gaudio discurrunt*, v. ad 1, 41, 1.— — *pervagata vox* sc. exercitus Pœnorum.— — *pro victoribus, pro victis*, v. ad 2, 7, 4.

4. *inter Numidas leviumque armorum* (v. ad 22, 37, 3.) *alia* (cetera; v. ad 4, 10, 2.) *auxilia haud difficilis erat* sc. fuga. Ita optimi MSS. non, ut edd. ante Gron., *aliaque levium armatorum a. h. d. res erat.*

5. *præcipiti ad vesperum die*, v. ad 4, 9, 6.

CAP. 35.)—1. *Hasdrubalem Hamilcaris* sc. filium, ut 26, 17, 2. al. Sic et *Hasdr. Gis-*

[redacted]

7. 26, 20. 27, 22. 28, 12, 8. forte *Antiochi* 37, 18 pr. ubi in tribus SS. primumque in ed. Ald. ad- us. Cf. Duker. ad Flor. 2, 6, 19. Suet. Cæs. 4. et gramm. 10. d magis obtinere in peregrinis, 1. ad 28, 12. — *quum conjunxis*. (ut tot alia verba; v. ad 2, 3, 2.) MSS. recepi. Vox *copias*, quam Gron. post *quum* addunt, ab om- MSS. abest, et τὸ *quum* a qui- ntum, sed optimis. Hinc *quum* it e conj. edidere Gron., Drak., liter mox inter *sed mæstum* edd. . inseruere *tamen*, ut sæpe alia.), 3.

'efunctos suo bello, nisi illud feli- ecissent, (cf. ad 1, 25, 7.) nisi tem in bello, partem belli sibi 1, (ut passim *suum bellum*) ex cisseut, scil. fratre Publio exer- us cæso et profligato; Gron.

re in præsens credebat, *cedere inde*, *set; et* vere *inde* cet. Ita al- s tuetur Doer., quod spurium 1. Me et τὸ *inde* et τὸ *una* ob- olimque *et ingruente* vel *inluni* s. !. " Mox *emensus est* dicitur de ne; *senserunt* et *cœperunt* de Pœ- iterum *cœperunt* de Romanis, en nusquam compareant nomi- d placuit auctori, sic adtentum mum facere;" Gron. ad 43, 15. 20, 4.

it simul pugnarent procederentque, periculo et metu, ut ap. Cæs. . al. 25. *propter multitudinem* suam *us* hostium *se tuto dimicaturos ex-* Vox *tuto* suspecta erat Strothio.

:)—1. *nunc agendo*, propellendo, *ndo*, retinendo, *agmen*: nos: *das irts marschiren und Halte machen* er.

e dux cœpit, cf. ad 2, 32, 2. — *circumingicere*, forte *circumjicere*, t 38, 19. Periz.

cedendo, v. ad 3, 27, 4. — *ces-*), propr. vallo e cespite. — *nec quam satis arduum* cet. bene: nam t, nec fuisse materiam muni- locum ita natum, ut quidquam ldii esset non manu facti; Gron. *um* pro *abscissum* reposuit Drak. v. ad 4, 19, 5.

fastigio leni subvexa, " paulum adsurgentia, (sic fere *subtristis*, :t.) ut *devexa* declivia. Similiter *nities submissa fastigio* a fastigio . in proclive sensim vergens, vel g. Ecl. 9, 8. loquitur, fastigium *t jugum demisit*;" Doer. Cf. 24, et *subvexa* quidam MSS. — *t* hosti. Cf. ad c. 25. n. 7. n (v. ad 7, 14, 4.) *inligatas oneri-* *bus*, *velut struentes* vallum cet. quod muni- mentum quovis vallo firmius fuisse dicit Polyb. reliq. 8, 3. T. 5. p. 35 ed. Schweigh. s. ap. Suid v. Κανθήλιος. — *ad moliendum* tale valli genus.

6. *moliri onera objecta*, v. ad 6, 11, 5. — — *amolita* passive dictum. *amoliti* optimi MSS. et quædam edd.

7. *quas* (fores) *nulla moliri potuerunt vi*, v. ad 6, 11, 5. Τὸν πύργον ἐνέπρησαν οἱ Λίβυες, καὶ ὁ Σκιπίων κατεκαύθη μετὰ τῶν συνόντων Appian. Hisp. 16. qui etiam milites primum, frumenti a P. Scipione petendi causa emissos, ab Afris cæsos dicit, et deinde repulsum Cn. Scipionem, suis auxilio adcurrentem. Cf. Sil. 13, 688 sq.

8. *Anno octavo*, al. *septimo*; rectius opinor. Cf. 21, 32. Hinc et cap. 38. Sigon. legit: *invictos per VII annos.*

9. *Quin apud cives partem doloris* — *et publica trahebat clades*, producebat, diuturniorem faciebat; Ern. secum ferebat; Str. *Quin* delendum vel leg. *quum* — *traheret clades*, *Hispaniæ* cet., et mirum est loquendi genus *hæc res apud illum trahit partem doloris* pro *eum dolore adficit*; Duk. Sed Livius, qui Romæ Hispaniæque parem fuisse dolorem dixerat, nunc se corrigit additque: immo Romanis pars tantum doloris ob exercitus amissos cet. contracta est: at *Hispani lugebant ipsos duces* h. e. ipsorum ducum personam et virtutes; Doer.

10. *Cnæum tamen* eo *magis*, *quo diutius* cet v. ad 2, 45, 12. *quo* optimi MSS. *quod* edd. ante Gron. — *priorque* quam frater, et *primus* omnium Romanorum: nam primus eorum in Hispaniam venit; Sigon.

CAP. 37.)—1. *comitiis militaribus*, a militibus, eorum subfragiis. — *subeuntes*, subcedentes; Str.

2. *Hasdrubalem Gisgonis*, v. ad c. 35. n. 1. — *reliquias belli*, v. ad 4, 27, 1. — — *offensare capita*, v. ad 8, 6, 1.

3. *ipso mulcente* (consolante) *et increpante Marcio*, ut *animos nunc consolando*, *nunc castigando sedavit* 26, 21 extr. *mulcente* et *mulctante* MSS. *minitante* edd. ante Gron.

4. *discurrere ad arma* — *discurrunt ad portas* — *incurrunt*: prius *discurrere* abest a MS. Gud. recte, et intell. *conclamant*; Jac. Gron. Malim *concurrunt ad portas*: nam ibi paulo ante dispersi ad arma capienda rursus jungebantur; J. Fr. Gron. — *mirabundique*, v. ad 3, 47, 5. Copula postulat, subpleri *requirebant* vel simile verbum: nisi leg. *mirabundis*; Duk. *mirabundique* jungi potest cum seqq. *referunt pedem*. Sed et ipse malim legere *mirabundis*, et post verba *dedisset pugnae* στιγμὴν τελείαν ponere. Mox *tam necopinata* (h. e. inopinata, ut 2, 22. 25, 24. 38. 26, 51. al.) ex emend. Sigon. pro *jam n.*

5. *tamen reliquias eum esse* — *succurrebat*, v. ad 5, 54, 2. — *si successisset cœptis*, v.

[redacted]

ad 8, 25, 6. et 21, 7, 4. — *recepturum se adflictas res*; sed *res amissæ*, non *adflictæ recipi* dicuntur, et forte leg. *erecturum* cum Periz. aut potius *refecturum* cum Duk. et Drak. Contra Ern. monet, *reficere* minus respondere *adflictis*, h. e. projectis, proculcatis, ad terram adactis, inclinatis, quam *recipere*, i. e. suscipere, sublevare, erigere.

CAP. 38.)—1. *etiam non suæ fortunæ* adflictæ *consilium*, ei parum conveniens; Str.

2. *nisi metus mœrorem obstupefaceret*, v. ad 5, 39, 3. — *cogor vestram omnium vicem consulere*, de ea consulere, consilium capere, deliberare, ut *consultare aliquid* 1, 21. et 55. Sed *consulere* potius absolute positum est h. l. et *vestram omnium vicem* pro: ob vicem, fortunam, conditionem vestram, s. quod ad eam adtinet, (cf. ad 1, 25, 5.) vel pro: *ad s. in vicem v.*, h. e. vestro s. vestrum loco, pro vobis, (*an eurer Statt oder Stelle*) ita ut non vos consulatis, neque ego consulam h. e. consilia capiam (v. ad 21, 16, 3.) vobiscum, sed *unus* et solus pro vobis. Sic *ne nostram vicem irascaris* 34, 32. Cf. ad 39, 14, 3. et 40, 9, 6. *consolari* pleræque edd. ante Gron. prob. Doer. ut sensus sit: ego unus vos omnes, lugens ipse lugentes, *quod difficillimum in luctu est, consolari cogor*, ut *consolari alicujus dolorem* ap. Cic. ad Div. 4, 8. Mox pro *libet* cum Gron. leg. *licet*.

3. *invictos per octo annos*, cf. ad c. 36. n. 7.

4. *id optimum ducere* sc. jubent. — *lamentis lacrumisque exstinctos prosequi*, v. ad c. 26. n. 5.

5. *ex omni p. sævitia fortunæ emersuram* eam (quæ vox forte excidit) *esse*, cf. ad 2, 26, 7.

6. *forte temere*, v. ad 2, 31, 3. — *id ipsum timentes*, sc. ne castra obpugnarentur et tutanda essent.

7. *incautum atque apertum* periculis. v. ad c. 16. n. 12. — *facillimum erit*: MSS optimi *facilius e.*, probb. Gron. et Str. — *Tertia vigilia*, v. ad 7, 35, 2. — *non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse*, v. ad 10, 32, 3.

8. *nequidquam mox omissam* e manibus, prætermissam, *quæras* occasionem; cf. ad 5, 20, 1. 9, 19, 5. et loca similia 31, 15. 38, 33, 5. 54, 8, 2. *amissam quereris* al.

9. *Si diem proferimus*, (v. ad 3, 20, 7.) *et hesternæ eruptionis fama contemni* (*contenti* edd. ante Gron.) *desierimus* ab hoste; cf. ad 4, 35, 4. Quia contemnebantur, prior eruptio illis cesserat feliciter: durante eo contemptu, negligentem hostem iterum poterant cum spe fortunæ adoriri: at simul emanasset fama tam fortis felicisque audaciæ, cessante contemptu intentiores futuri erant hostes, et copias omnes contracturi; Gron.

10. *Quarta vigilia movere*, v. ad 2, 3, 2. et 7, 35, 2.

CAP. 39.)—1. *sex millium intervallo*, v. ad 9, 24, 2. — *Vallis cava intererat condensa arboribus*, i. e. condensis; Ern. *Densi colles* simpl. dicuntur Tibull. 4, 3, 7. ut Gr. δασὺς ὕλη, at et ὕλη δασὺς ἴδῃσι, πίτυσι cet., Schæf.

2. *Ita medio itinere intercepto*, hostibus prærepto et intercluso, vel interrupto, impedito, ut 9, 43. 29, 9. ap. Curt. 4, 2, 9. nisi malis cum Oudend. ad Front. 1, 5, 11. legere *intersepto*, ut 6, 9. 8, 25. 24, 23. et aliis locis, quæ laudavit Duk. — *signa canunt*, v. ad 7, 40, 4. — *casis, stramento a. tectis*, cf. ad 30, 5, 5.

3. *ab cohorte et equitibus*, in silvæ medio abditis, (cf. princ. cap.) et *ex occulto* loco *procurrentibus*: ita optimi MSS. *proruentibus* edd. ante Gron. v. ad Tac. Ann. 1, 68, 4. Mox *raptim a captis* conj. Gron.

4. *neglecta eo magis omnia ac soluta*, ut mox *securis solutisque* hostibus; v. ad 2, 45, 12. et 3, 8, 4. *arma tantum in stationibus posita*, sc. ubi milites ipsi armati esse debebant; Str.

5. *diuque tenuisset*, v. ad 2, 3, 6. — *Hic terror in fugam avertit omnes*; al. *Hinc* et *vertit*. Cf. ad 3, 63, 1. — *effusique, qua* parte *iter est*, ad fugam patet via. Cf. ad 1, 14, 7.

6. *Claudius, qui annales Acilianos* cet. cf. 35, 14. C. Acilius tempore belli Punici II. vixit, ejusque annales non modo ex Græco in Latinum sermonem vertit, sed etiam ad ætatem suam continuavit Q. Claudius Quadrigarius; nam hic videtur esse *Claudius*, Sisennæ æqualis, cujus annales laudant Liv. 6, 42. 7, 10. 8, 19. 9, 5. 33, 10. 35, 14. Gell. 1, 7. 16. 25. 2, 2. 19. 3, 7. 8. 5, 17. 7, 11. 9, 1. 13. 14. al. Appian. b. Gall. 1. ubi v. Schweigh. p. 172. Voss. de hist. lat. 1, 10. et de hist. 1, 17. Vellej. 2, 9. Idem Gellio et aliis simpl. *Claudius* et *Q. Claudius* et *Quadrigarius* dicitur.

7. *clypeum argenteum pondo CXXXVIII cum imagine Barcini* (v. ad 21, 2, 5.) *Hasdrubalis*: nam clypeis continebantur imagines virorum inlustrium; (v. ad Sil. 1, 407.) et ipsæ eorum *imagines* dicebantur *clypei, clypea, imagines clypeatæ*, (Schild. Conterfeis, Portraits en medaillon, gegossene oder in Relief gegrabene Bildnisse) a forma rotunda, aut rectius forte *glypei* a γλύφειν, cælare, insculpere. Cf. 34. 52. 35, 10. 41. 38, 35. 40, 51. ad Tac. Ann. 2, 83, 8. Plin. 34, 4. 35, 2 sqq. et Dodwelli Prælect. ad Spartiani Hadr. p. 6.

8. *Valerius Antias*, v. ad 3, 5, 9. — *Piso*, v. ad 1, 55, 8.

9. *Et veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt*, historici modo laudati: qualia de summis viris fingi solent, v. c. *flammam e capite fusam esse* (vel *eluxisse*, ut Valer.

6, 2. de eadem re dicit) de Servio. 39, 1.
que ad incensum Capitolium, quod imum bello civili, deinde Vitellio :. v. Tac. Hist. 1, 2. 3, 72. 4, 53.
um Marcium cum imagine H. cf. n. 7.
riculum summæ rerum facere, v. ad

40.)—1. *inde primum initium mi- ccarum artium opera :* quod studium ost Corinthi excidium. Cf. 39, 6. Div. 8, 14. ibique Manut. — *licen- tiæ*, temporis hujus, Liviani. v. ad *huic* ex emend. Gron. pro vulg. *sacra profanaque omnia* Græcorum .aliumque *spoliandi ;* v. ad Juvenal.
.
e postremo in Romanos deos, ad eorum *vertit* se, (v. ad 2, 3, 2.) et *primum um id ipsum, quod a Marcello eximie est*, scil. Honoris et Virtutis, quod nuit Duker. Illud ἐκ τῶν Σικελι- φόρων ᾠκοδομημένον dicit Plut. in o p. 314. et a Marcello in primo tu prœlioque cum Insubribus ad um (de quo v. Polyb. 2, 34.) vo- filio autem ad (extra) portam Ca- dedicatum Liv. 27, 25. et 29, 11 Idem traduut, a Marcello Honori |ne unam tantum ædem votam, is postea Pontificum consilio ex- et proxime junctas fuisse : quo dicare voluisse, ibi esse præmia , ubi sint merita virtutis, monet Ep. 1, 14. Hinc modo unum me- : templum, ut h. l. et 29, 11. modo mox *templa ad portam Capenam dedi- Marcello* sc. filio. Cf. et Cic. Verr. : Plin. 35, 10. s. 37 extr.
orum perexigua pars comparet nunc : lata erant reliqua bellis civilibus ; ad 6, 1, 6.
ad parvæ reliquiæ belli, v. ad 4, 27, 1.
yphœnicum generis (v. ad 21, 22, 2.) *ites*, i. e. Hippone (v. ad 29, 3. 4. undus, ut *Crotoniates* ; Sigon. Sed on. jam bene monuit, Livium ita m fuisse *Hipponites* vel *Hipponensis*, hoc quidem simpl. nec satis di- quia duplex fuerit Hippo, Regius et rtus ; præterea utrumque opp. longe : ab Libyphœnicibus ; denique in edd. legi *Hippocinatis* et *Hipponatis*, et Cantabr. *Hippacinates*, in aliis *Hippacinantis*, *Hippaciates* et simi- inc emend. *Hippacrites*. Ἱππακριτοὶ tutur Diodor. T. 2. p. 567. et Ἱπ- s Steph. et Polyb. 1, 70, 9. ubi gh. docet, ita adpellatos fuisse in- Hipponis Diarrhyti. — *Mutinem s vocabant ;* Μυττονος dicitur Polyb. . et Μουτίνας Zonaræ.
endumque in tempore cuique auxilium, 47, 4. Optimi MSS *ferendoque*, et quidam *ferendoque*. Illud recepit Drak. Sed tum τὸ *que* delendum. Mox τὸ *tem- pore* male repetitur et glossatori debetur. Cf. ad 1, 3, 8.

7. *non magis consilio Mutinis, quam fiducia*, ob fiduciam in eo repositam. — *ad Hi- meram amnem*, v. ad 24, 6, 5. — *quatuor ferme millium*, v. ad 9, 24, 2.

8. *Heracleam Minoam*, v. ad 24, 35, 3.

9. *Mutinem sibi modum facere* (v. ad 9, 14, 4.) sc. dicebat. — *degenerem Afrum*, non sinceri Punici sanguinis : nam Libyphœ- nices mixtum Punicum Afris genus ; Duk. cf. not. 5. et ad 21, 22, 2. Non puri Pu- nici sanguinis, sed in Afrum degenerati : nam *degenerem* refertur ad id, quod fuerit primum genus ejus, *Afrum* indicat, quod inde factus sit ; Str. Mox MSS plerique *secundæ pugnæ*.

CAP. 41.)—1. *Hannibalem subnisum* (vulg. *subnixum*) *victoria Cannensi*, fretum ac su- perbum : nam utrumque significat *subnisus*, tum fiduciam, tum adrogantiam, inpr. in incessu : unde *ejus artis adrogantia subnixi ambulant* ap. Cic. Or. 1, 58. *Subnixum, h. e. sursum nixum, sublime ;* Non. *Subnixo animo* quasi sublimi et supra nixo, animi altitu- dine *fiduciaque ; quoniam, quibus innitimur, iis quasi erigimur adtollimurque*, Gell. 17, 2. Cf. sup. 4, 42, 4. et inf. 26, 13. 41, 19.

2. *efferri signa* sc. e castris, ut 30, 5. et 40, 25.

3. *Gens fallax* alias *fidem promissi præstitit*, ut 30, 12. vel *promissum præstare* 26, 4. *fides promissi* 26, 19. J. Gron. Mox *per ordinem* MSS. et edd. ante Drak.

4. *præterquam quod*, v. ad 22, 3, 8.

5. *Itaque haud magni certaminis fuit* (ita optimi MSS.) sc. id, vel e seqq. intell. *res*. Cf. ad 21, 43, 4. *haud magna vis c. f.* edd. ante Gron. — *rem decrevit*, v. ad 5, 55, 1.

6. *literas Capuam ad consules mitteret*, ut *ve- niret*, v. ad 8, 19, 10. — *ad magistratus subrogandos*; v. ad 2, 8, 4.

7. *inter se consules conpararunt, ut* v. ad 3, 2, 1.

8. *Pisoni juris dictio urbana, Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit :* verba, quæ et mutila et conrupta esse putabant intpp. et Pigh. in Annal. ad a. 542. quoniam et *peregrina juris dictio* haud memoratur, et in libro seq. sæpius Cethegi in Sicilia, numquam in Apulia fit mentio, ut nec Sulpicii in Sicilia. Hos nodos solvit dis- putatio Perizon. ad h. l. et in Anim. hist. c. 4. p. 167. qua pluribus simul Livii locis lux adfunditur: "Peregrina juris dictio haud dubie conjuncta fuit cum urbana, ut sæpissime in hoc bello. v. 24, 44. 25, 3. 27, 36. 39, 38. 39. Hinc et prorsus, ut h. l., omittitur 28, 38. 31, 1. 27. 40. et al. *Sulpicio* evenit *Sicilia*, scil. ea, quam P. Cornelius Lentulus prætor ante habuerat. Divisa enim fuit in duas provincias ab a. 538 ad 548. quo P. Scipio in Africam trajecit ;

[redacted]

in *veterem* et *novam*. v. ad 24, 44, 3. Anno 538 in illam missus P. Cornelius Lentulus prætor, (v. 24, 9. 10.) et in hanc exorto bello Syracusano M. Marcellus consul. 24, 21. Utrique a. 539 prorogatæ provinciæ, (24, 44.) et a. 540. (25, 3. 6. 26, 1.) Hoc a. 541. uterque decessit, et Siciliam obtinuere C. *Sulpicius* et primo Marcellus, dein, postquam hic Romam rediit, *Cethegus*. Hos exceperunt a. 542. L. Cincius Alimentus prætor et M. Valerius Lævinus consul, (v. 26, 28. 29. 27, 7.) aliique deinceps. Successisse vero P. Cornelio C. Sulpicium, ut et in Sardinia Q. Mucio L. Cornelium Lentulum, constat ex 26, 1. neque obstat, quod numquam deinde Sulpicius nominatur in Siciliæ rebus narrandis: nam in vetere illa Siciliæ provincia neque tribus annis superioribus ullam rem a P. Cornelio Lentulo gestam refert auctor, eamque quietam plane fuisse satis ostendunt Cannensium militum, eo ignominiæ pœnæque causa traductorum, (v. ad 23, 25, 5.) verba 25, 6, 11. (Cf. 26, 2 extr.) Major videtur esse difficultas in sorte *Cethegi*, cujus in libro seq. sæpius fit mentio in Sicilia, numquam in *Apulia*. Sed Apuliam primo Cethegus, dein Consules habuerunt. Marcello prorogatum fuit inperium in Sicilia, ut reliquias belli perficeret. 26, 1. Decessit tamen eodem anno *exercitum successori tradere jussus*. 26, 21. Qui non alius potuit esse, quam *Cethegus*, quum is non Cannenses milites, sed Marcelli habuerit legiones, nec usquam ante, sed statim post illius discessum legatur fuisse in Sicilia. 26, 21. 26. 28. Sortitus quidem fuerat *Apuliam:* verum sæpe permutarunt provincias, ex alia in aliam profecti. Sic Nero primo ad Capuam fuit, eaque capta in Hispaniam est missus. 26, 5. 17. Ibi successit et M. Junius Silanus 26, 20. cui inperium in Etruria prorogatum fuerat 26, 1. Post abitum Marcelli e Sicilia Apuliam obtinuerunt consules primum ambo, dein alter Macedoniam est sortitus. Eas autem mutationes, immo et sortitiones provinciarum, sæpe Livius neglexit memoriæ mandare, satis existimans, si eas factas esse ex rebus gestis discere per occasiones possimus. Sic A. Cornelium Mammulam 23, 21. 32. 34. proprætorem in Sardinia invenimus, sed nullum alicubi verbum de ejus prætura et profectione in eam provinciam. M'. Pomponio prætori prorogatur inperium in Gallia 24, 10. Quando vero in eam sit missus, an in prætura, quam biennio ante gesserat, an post eam, ex Livio ignoramus. C. Letorius cui præesset provinciæ, nusquam traditum est. At C. Hostilius ab eo provinciam exercitumque adcipere jubetur 27, 7. M. Valerius Falto prætor sortitur Bruttios 30, 40. 41. et dicitur 31, 8. *priore anno Campaniam habuisse provinciam*; quam qua de causa adceperit relictis Bruttiis, in Livio frustra quis quæret." Hæc recte disputari monet Duk. sed addit: "Unus superest scrupulus, quod Livius hic, contra quam solet, de provinciis consulum mentionem non facit, sed demum 26, 22. Conjici potest, consulibus initio anni provincias non decretas, eosque deinde religionibus aliisque inpedimentis, maxime fama adventus Hannibalis in Urbe, in qua adventante Hannibale eos fuisse, ex 26, 9. 10. 11. patet, retentos fuisse. Sed eos non multo post, demto terrore Hannibalis, in Apuliam profectos, ex 26, 16. conlegitur. Eodemque tempore Cethegum, qui ante Apuliam habuerat, Marcello, quem exitu æstatis ex Sicilia ad Urbem venisse 26, 21. dicit, succedere jussum fuisse, omnino probabile est." Idem Duker. ad 28, 38 extr. hæc notavit: "Ad loca Livii, a Periz. laudata, in quibus nulla peregrinæ præturæ mentio fit, adeoque Prætor urbanus utramque juris dictionem obtinuisse censendus est, adde 31, 6. 32, 1. 8. Est tamen intellegendum, hoc semper ex SCto factum fuisse, quod etiam 35, 41 significat Livius: nam et ita prætor peregrinus, si deinde ad bellum gerendum mitteretur, prætori urbano juris dictionem ex SCto mandabat. v. 28, 10. Id quoque in hac re animadverti potest, Livium, quum antea sæpe peregrinam sortem prætereat, atque interdum etiam prætorem, cui ea evenerat, una cum illa provinciam sortitum narret, ut 27, 7. et 29, 13., post 31, 8. i. e. post a. V. 555. numquam omittere sortem peregrinam, nec cum ea provinciam aliam conjunctam, ac bis tantum, ni fallor, post a. V. 556. quo primum sex prætores creati sunt, 32, 27. unum prætorem utramque juris dictionem sortitum fuisse, tradere; primum a. V. 562. lib. 35, 41. et 36, 2. deinde biennio post 37, 50. Nam quod 39, 39. legitur, post sortitionem factum est. Nimirum crescentibus cum inperio negotiis et litibus, sine dubio animadversum fuit, unum prætorem utrique juris dictioni non subficere; eaque etiam, inter alias, sex prætorum creandorum causa esse potuit."

COMMENTARIUS
IN
LIVII LIBRUM XXVI.

1.)—1. *Q. Fulvio, Ap. Claudio* op-
S. omissa copula: quæ est ratio
or collegas nominandi; Gron.
ab ira tantum, non tam ob iram,
t. v. ad 1, 1, 5. — *defectione sua*
secum vel ad suas Pœnorumque
— *ad veteris* Romani *inperii respec-*
am et reverentiam. — *prætoribus*
ai, h. e. præfectis provinciarum et
: nam Junius quidem a. V. 540,
npronius a. V. 539 prætor fuerat.
14. 25, 2. 3. et ad 6, 42, 7. — *M.*
Etruria, P. Sempronio cet. "Etiam
vius et C. Claudius Nero priore
etores fuerant. 25, 11. De Fulvio
it ideo fortasse, quod is mox ob rem
e anno male gestam damnatus est.
1 sq. Neroni itidem, ut Junio et
nio, prorogatum fuisse inperium,
una cum proconsulibus in obsi-
apuæ, ad quam ab iis adcitus erat,
1.) manere jussum, et Capua capta
aniam missum, constat ex cap. 5.
Hoc quoque est exemplum moris
e quo v. ad 25, 41, 8." Duk.—
mpronio in Gallia, v. ad 24, 44, 2.
qua belli perficeret eo exercitu, v. ad 1,
27, 1. et 22, 38, 4. *reliqua* MS. Put.
edd. ante Drak. — *P. Cornelius*
in Sicilia, in vetere ejus provincia,
llus in nova. cf. ad 25, 41, 8. — *dum*
modo non, *quem militem*, aliquos
legeret ex eo numero sc. militum Can-
; ex iis, *quibus* cet. cf. ad 23, 25, 5.
Sulpicio, cui Sicilia evenerat, v. ad 25,

n Cannensibus militibus, cf. n. 3.
Otacilio et M. Valerio Lævino *Siciliæ*
ue ora (cf. 24, 40. 44. 25, 3.) *cum*
— *decretæ* sc. provinciæ; Gron.
e leg. *oræ*, aut potius *ora cum legioni-*
dictum pro *ora et legiones classesque.*
60, 5. *decreta* reposuit Glarean.—
bebant naves, h. e. in Græcia ejusque
t naves Rom.
III legionibus, MSS. et edd. ante
XIII leg.

2.)—1. *de literis L. Marcii referretur*
libus ad senatum. — *inperio non*
m, sed a militibus *dato*. v. 25, 37.
mne auspicatorum comitiorum, sollem-
sollemnem ritum curiatorum com-
uspicato habendorum. Cf. ad 5,
5, 46, 8. Hoc intell. de comitiis
curiatis, et etiam iis, qui ex privatis ad bella mittebantur, necessariam fuisse legem curiatam, ex h. l. patere monent Duk. ad h. l. et Gruch. in Responsis ad binas Sigonii reprehensiones p. 724. et in Refutat. ad poster. Sigon. disputat. §. 35. T. I. Thes. Ant. Rom.

3. *referendum ad senatum* de ea re ab consulibus: nam sine tali rerum relatione SCtum de iis fieri non poterat. v. ad Tac. Ann. 2, 33, 4. Similiter *referre ad consilium* sc. militare 30, 4, 4. 30, 31, 4. 33, 12, 1. *ad populum* ap. Flor. 3, 21, 9. et Valer. Max. 9, 10, 1. et simpl. *referre* sc. ad senatum 21, 6, 4. 26, 27 extr. 30, 21, 4. 38, 42. vel ad concilium 32, 20. 33, 12, 1. ad concionem 32, 22. *ad populum* 38, 47, 1. nisi quibusdam ll. ll. *referre* dictum pro *deferre*, ut 37, 57. 39, 44. 44, 4. ubi cf. Drak. Sic et pro simpl. *ferre* 45, 4, 1. et al. — *proficiscerentur* Roma, abiissent.

4. *quod consultationi reliquerant, pro præjudicato ferret*, adciperet Marcius. v. ad 3, 40, 10. — *agendum cum tribunis pl. esse*, tractandum de eo, (*unterhandeln*) ut *primo q. t. ad plebem ferrent*, v. ad 4, 58, 10.

5. *exercitum, cui Cn. Scipio inperator præfuisset*, sed et P. Scipio. At hic minori tantum exercitus parti præfuerat: multo major et Marcius ipse militaverant sub Cn. Scipione, et primi fuerant collecti. v. 24, 34. 36. 37. Cf. tamen et ad 24, 24, 2. et 25, 3, 5. — *promulgata* a tribunis in tabula publice proposita ante quam ad plebem ferretur.

6. *C. Sempronius Blæsus* C. f. Ti. n. tribunus pl. *die dicta* (v. ad 2, 35, 1.) *Cn. Fulvium* cet. v. 25, 20. 21.

7. *in locum præcipitem perduxisse*, v. ad Præf. n. 13. — *Cn. Fulvium ante corrupisse* cet. v. 25, 20.

8. *quum suffragium ineat* in comitiis, *satis cernere*, judicare, expendere; vel respicere, curare.

9. *Quid interfuisse*, quantum discrimen fuisse *inter Ti. Sempronium* Gracchum et illum, Cn. Fulvium? Dura ellipsis: nisi ex MS. Pal. 2. leg. *inter hunc et Ti. S.* vel cum Drak. *inter hunc et inter Ti. S.* vel cum Gron. *Q. i. hunc et Ti. S.* — *Quum ei servorum*, volonum, *exercitus* cet. v. 23, 35 sq. et 24, 14 sq. — *ut nemo eorum generis* cet. v. Gron. Obss. 4, 2. p. 28.

10. *Cumas, Beneventum* cet. v. 23, 35 sq. 24, 14 sq. 25, 1. — *Quiritium Romanorum*,

v. ad 1, 13, 5. et cf. 5, 41.

11. *Nec, Hercule, mirum esse, milites in acie non stetisse*, verba *non stetisse* absunt ab omnibus fere MSS. unde Gron. non male conj. *Non, H., mirum, cessisse milites in acie.*

12. *Cannensem exercitum, quod* cet. v. ad 23, 25, 5. — *deportatum*, v. ad 38, 50, 2.

13. *in Cn. Fulvii legionibus n. d.* v. cap. 1.

14. *relegatos prope in exsilium* cet. cf. ad 25, 6, 11.

CAP. 3.)—1. *et tempore et loco æquo*, commodo, idoneo. — *Qui* (quomodo) *autem solum se* cet. — *Non se inopia commeatus* cet. hæc ita ordinanda, *se non inopia commeatus, non incaute in loca iniqua deductum;* Duk. Multo concinnior esset oratio, si vel *pressum, interclusum* simileve verbum post *commeatus* positum, vel *non* ante *in* omissum fuisset; Doer.

2. *testibus datis*, v. ad 3, 71, 1.

3. *tribuni plebis adpellati* a reo Fulvio adversus *tribunum* Sempronium. v. ad 2, 27, 2. — *conlegæ se in mora esse*, v. ad 3, 24, 6. — *ei more majorum permissum esset, seu legibus, seu moribus mallet, anquireret, quoad vel capitis vel pecuniæ judicasset privato — perduellionis se judicare Cn. Fulvio*, v. ad 1, 26, 4. 2, 52, 6. et 24, 43, 2. Observat ad h. l. Crev., mores sæpe in jure obponi legibus, quia usu derogatum aliquando legibus fuerat, ac plerumque in mitiorem partem; hic autem distributionem illam *seu legibus, seu moribus* evidenter respicere hanc, quæ sequitur, *vel capitis, vel pecuniæ:* leges enim, ut videtur, capite damnasse inperatorem, qui exercitum sua culpa amisisset, sed moribus institutum fuisse, ut pecunia lueret. Nota Dukeri est: "*Morem majorum* Noodt Probab. 1, 11. hic interpretatur leges, et Ferrandus jus non scriptum. Negari nequit, tribunis pl. post a. V. 299. quo lex Ateria omnibus magistratibus mulctæ dicendæ jus dedit, ut scribit Dionys. 10, 50. legibus licuisse pecunia anquirere. Sed vix credo, ostendi posse, illis legibus permissum fuisse, capite anquirere. Certe ex Dionys. 7, 31. 52. satis apertum est, hoc iis nulla lege concessum fuisse. Idemque 7, 63. tradit, post a. V. 262. in consuetudinem venisse, ut tribuni pl., quibuscumque civibus libuisset, diem dicerent. Unde intellegi potest, eos hoc, ut multa alia, sibi sine lege sumsisse, ac deinde sæpe idem factitando morem pro jure concesso habuisse. Sed utrumcumque est, tamen in hoc hæreo. Si decretum conlegii tribunorum pl. adpellationi Fulvii convenire debet, sententia illius est, licere tribuno pl., quum primo pecunia anquisisset, deinde capite anquirere, quod negabat Fulvius. Et hoc jam ante a tribunis pl. factum esse, ex Liv. 2, 52. et 25, 4. docet Sigon. de judic. 3, 10. Sed quomodo hoc ei *more majorum* permissum esse, *seu legibus, seu moribus mallet anquirere*, dicant; mihi non liquet. Nam sive *mos majorum* hic est lex, sive jus non scriptum, non magis intellego, quid sit *legibus permissum est tribuno anquirere, seu legibus, seu moribus*, i. e. non jure scripto, *malit anquirere;* quam jure non scripto permissum est tribuno anquirere, seu legibus seu moribus, i. e. jure non scripto, malit anquirere. — Quod ad verba proxime seqq. adtinet, Budæus ad l. 3. D. ad leg. Jul. majest. et P. Faber Semestr. 2, 23. *judicare* exponunt diem dicere. Sed ex multis Livii aliorumque locis patet, in judiciis populi primum diem dictam, deinde reum ad populum adcusatum, ac denique de eo subfragiis populi judicatum fuisse. Ita h. l. tribunus pl. Fulvio primum diem dixit, deinde eum bis adcusavit et pecuniæ anquisivit, tertia adcusatione se capitis anquirere dixit. Cf. Sigon. de judic. 3, 6 sq. ubi hæc adcurate distinguit, et c. 10. recte scribit, *anquirere* dici adcusatorem, quum in singulis adcusationibus perorandis (nam post diem dictam adcusatio per trinum nundinum instituebatur) reo mulctam pœnamve pro arbitrio dicebat. Itaque *anquirere pecunia* est mulctam dicere, *anquirere capite* pœnam capitis inrogare. Quum ergo hic tribunis pl. permissum dicitur, *anquirere, quoad vel capitis vel pecuniæ judicassent reo*, apertum est, *judicare* de eo dici, quod inter extrema horum judiciorum est, nec posse esse *diem dicere*, quod primum, nec *anquirere*, quod medium in iis est. Mihi hic *judicare capitis* videtur esse, postrema adcusatione pœnam capitis inrogare; *judicare pecuniæ* mulctam inrogare: quæ quum facta erant, ad populum de pœna mulcta certabatur. cf. Cic. Leg. 3, 3. Ita 1, 26 illud duumviri, nondum notis trinundinis adcusationibus, *P. Horati, tibi perduellionem judico*, nihil aliud esse puto, quam perduellionis pœnam tibi inrogo. Sic et 43, 1 In judiciis privatis quoque *judicatus* et *judicatus pecuniæ* dicitur, non qui in jus vocatus sed qui condemnatus est. Ceterum in decreto tribunorum erat *capitis*, et Sempronius mox dicit *perduellionis* se judicare; quod idem est ex sententia Gruchii de comit. 1, 2 extr." Verba *seu legibus, seu moribus mallet* cet. Doer. ita interpretatur: seu secundum leges de ejusmodi crimine constitutas, seu secundum exemplum majorum *anquirere* mallet, h. e. in crimen illud pecuniæ aut capitis pœna luendum inquirere et de hac pœna inroganda judicium habere, *quoad* cet., usque dum vel capitis vel pecuniæ pœnam reo (qui nunc homo privatus fuit) per judicium decernendam curasset; ut mox *perduellionis alicui judicare* pro: perduellionis pœnam alicui per judicium decernendam curare, ut 1, 26.

4. *diemque comitiis* centuriatis *ab C. Calpurnio prætore Urbis* (v. ad 25, 1, 7.) *petit*, ut

8. nam tribuni pl. non alia comitia,
ibuta, habere poterant; centuriata
n nisi a magistratibus majoribus
numquam a pontifice max. habe-
et semper in iis, etiam quæstioni-
petuis jam institutis, peragebatur
n perduellionis, ut de criminibus,
t civis Rom. pertinentibus, ipse po-
gnosceret. Cf. 1, 26, 5. 6, 20. 43,
c. Verr. 1, 5. et pro Rabir. perd.
de comit. 1, 2. Sigon. de judic. 3,
nnut. de comit. c. 14. — *A prætore*
tit diem comitiis, non a consulibus:
tet, hos absentes fuisse et jam ab
rofectos. Cf. ad 25, 41, 8. 26, 15,
1, 1. 38, 44, 3.
s publica esse, v. ad 6, 22, 2. — *id*
s exsilium esse, scivit plebs: hoc comi-
utis decerni poterat, si reus, prius
ies comitiorum aderat, in exsilium
; Duk. Cf. Gruch. de comit. 2, 2
Sigon. de judic. 3, 14. *justum* haud
rium, sed legitimum et publice de-
; Doer.

4.)—1. *equestria prœlia ferme pros-*
ciebant sc. Campani, et quidem,
omani numero pauciores erant, si
abenda Valer. Max. 2, 3, 3. Sed
unt ad Romanos potius referendum
, ad quos etiam pertinent omnia,
oxime sequuntur; et forte excidit
mani, quæ h. l. non facile intelle-
est. — *pedites superabantur*, v. ad
. — *ulla parte* militiæ, sc. equi-

ita tandem ratio est a Romanis. Cf.
. Strat. 4, 7, 29. et Valer. Max.

rmæ breviores, quam equestres, quas
s non amplas dicit Frontin. et *parvum*
Valer. Max. Formam materiem-
n magnitudinem parmarum eques-
lescribit Polyb. 6, 25. nec quisquam
Parma velitum *περιφερὴς οὖσα τῷ*
ι, τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον, ro-
t tripedalis. v. ad 38, 21, 7. 44,
t Polyb. 6, 22, 2. ubi cf. Schweigh.
a autem genus singulare h. l. de-
ur, (cf. not. 6.) nec probabile est,
a parmas majores fuisse quam
les. — *septena jacula quaternos longa*
ta, præfixa ferro, quale hastis velitaribus
ad 21, 55, 11. et 24, 34, 3. et de
l. Lips. mil. Rom. 3, 1. et Schel.
yb. c. 14.
destris inde acies (*res* Put.) *ex equitatu*

perculsum hostem — fugam stragem-
m, v. ad 35, 27, 2. — *Romana res*
: MS. Put. pro vulg. *R. acies.*
stitutum, ut velites in legione Rom.
sic et Valer. Max. 2, 3, 3. velitum
o bello primum dicit repertum:
30, 33, 2.) qui tamen diserte jam

memorantur 21, 55. 23, 29. et 24, 34. His itaque locis *velites* per prolepsin vel pro jaculatoribus dici putabant Duker. ad 21, 55. et Lips. Mil. Rom. 3, 1. et 4. et Anal. ad Mil. Rom. 3, 1. p. 426 sq. ubi monet, levem armaturam jam antea fuisse variaque ejus genera, rorarios, adcensos, funditores, jaculatores, sagittarios, ac postea ferentarios, tela, fundas et lapides, *ferentes*, non tenentes; nunc vero institutos *Velites* proprie sic dictos. Enimvero nostro loco agi videtur de singulari quodam velitum genere et usu, scil. de *peditibus equiti inmiscendis*, quales supra descripsit Livius, et *velites* dixit, quia simile, nec tamen plane idem fuit militum genus: nam eadem fere armatura iis tribuitur, *velitares hastæ* et parmæ, similesque fuerunt *velitibus*, quos Festus in v. *advelitatio* dicit *expeditos* fuisse *milites, quasi volites i. e. volantes.* Forte etiam leg. *ut velites hi* vel *ii* vel *illi legionibus essent.* Magna tamen inde oritur difficultas, quod hujus velitum equis vectorum generis nulla post id tempus mentio fit in Rom. historia. Cf. Schweigh. ad Polyb. 1, 33. et 6, 22, 2. cui adsentior dicenti: "Quod Livius h. l. adjicit, id quale sit, quove pertineat, ipse viderit; nobis haud satis liquere profitemur."

7. *Q. Navium*, quem *Nævium* dicunt Front. et Valer. — *honorique id ei apud inperatorem fuisse*: forte *inperatores*, scil. Claudium Fulviumque coss., qui Capuam obpugnabant, ut *dum inperatores consuleret* 25, 18. Cf. tamen ad 24, 24, 1.

CAP. 5.)—1. *Hannibalem diversum — trahebant curæ*, in diversas partes, huc et illuc, animo trahebant, (ut ap. Cæs. B. C. 1, 21.) h. e. dubium reddebant et incertum, quid primum decerneret et conaretur. Sic *diversum distrahi* dixit Plaut. Merc. 2, 4, 2. *distrahor: tum hoc mihi probabilius, tum illud videtur* Cic. Acad. 4, 44. *dividi* Sil. 5, 102. ubi v. not. Cf. Virg. Æn. 8, 20. 21. et Cort. ad Sallust. Jug. 25, 6. *in diversum trahebant* (ut 25, 6. 38, 56.) ex MSS. non nisi Harl., sed pleræque edd. antt. præter Rom. 1472. et Parm.

2. *documento futuræ* Capuæ sociis hostibusque Romanorum, *qualemcumque eventum defectio* ejus *ab Romanis habuisset*: nam si bonum, doceret illos, imitandum, si malum, vitandum esse factum ejus et exemplum defectionis. Cf. ad Præf. n. 14.

3. *graviore armatu* optimi MSS. *g. armatura* edd. ante Gron. Cf. ad 21, 55, 2. — — *quam* (quantum) *poterat* (sc. fieri *aptissimis*, (nisi leg. *aptis* aut *aptatis*) ut passim *quantam* vel *ut potest* sc. fieri, possibile est.

4. *castellum Galatiam* trans Vulturnum inter Capuam et Caudium, cujus iudicia ostendit tabula Peutingeri in loco *le Galazze*, non Calatia, quæ cis Vulturnum sita,

hod. *Capuano*. Ita Camill. Peregr. de Capua diss. 2. c. 27. Cf. Strab. l. 6. p. 283.

5. *Prælium non solito modo clamore ac t. est cœptum, sed* etiam (v. ad 1, 40, 1.) *ad*, præter, (v. Drak. et sup. ad 3, 42, 3.) *alium virorum, equorum* (v. ad 5, 37, 3) *armorumque sonum — cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ silenti nocte cieri solet*, v. ad Juvenal. 6, 443. et ad Sil. 8, 500. — *averteret* a pugna *adverteret* (sc. ad se) duo MSS.

6. *intercluderetur a suis*, ut 3, 70. 4, 41 al. Multi MSS. *includeretur*. v. ad 2, 2, 9.

7. *in summo discrimine rem verti*, v. ad 3, 27, 6.

8. *conficiendos sub vallo esse*, v. ad 2, 40, 8.

9. *dum paveat Romanus* Drak. pro vulg. *dum paveat, Romanis* i. a. Gron. conj. *dum paveat, Romana a*. — *ancipiti pugna*, a fronte et a tergo. v. ad 1, 25, 4. et 2, 62, 3.

10. *secundi hastati signum*, v. ad 2, 27, 7.

11. *in eum tragulæ conjectæ*, v. ad 21, 7, 6.

CAP. 6.)—1. *primi principis signum*, v. ad 2, 27, 7. — *inferri* ab signifero — — *coëgit:* duriter dictum. Forte leg. *inferre cœpit*. — *pro vallo acriter propugnant* Put. et Flor. vere et proprie. v. Gron. Obss. 4, 19. p. 304. *pugnant* alii. — *conficiunt*, v. ad 2, 40, 8. — *per stragem*, v. ad 5, 12, 6.

2. *jam impulsi erant Campani*, v. ad 1, 14, 8.

3. *porta Capuæ, qua Vulturnum* opp. (*ad Vulturnum* sc. fluvium edd. ante Gron.) *fert:* proprie *via aliquo ferre* et *ducere* dicitur. Cf. cap. 5. et ad 22, 14, 1. Mox pro *resistebant* MS. Put. *resistabant*, unde *restabant* (v. ad 4, 58, 5.) conj. Gron. Idem et Drak. mox τὸ *quod* post *quam* alieno loco inculcatum putabant. Cf. ad 28, 43, 2. — — *scorpionibusque*, v. ad 24, 34, 5. — *gæso*, v. ad 8, 8, 3.

4. *recipere signa*, retrahere, reducere, ut 28, 7, 8. et ap. Virg. A. 9, 348.

5. *satis ad utrumque* efficiendum *profectum* esse, hac pugna hostiumque strage satis et Campanos fuisse edoctos, quam parum præsidii in Hannibale esset, et ipsum Hannibalem, quam parum in se præsidii esset. Cf. ad 3, 61, 4. *ad utrumque*, ad duas res efficiendas, scil. *ut et Campani* cet.

6. *qui hujus pugnæ auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

7. *juberent consulum verbis*, v. ad 9, 36, 7. Paullo ante verba *habuit aliquot* prorsus suspecta Gronovio, non Drak.

8. *elephantos igni e castris exactos:* nam eos pavere ignem fumumque, nota res est. — *Medixtuticus summus magistratus apud Campanos*, v. ad 9, 20, 2. et 23, 35, 7.

9. *pro pupillo eo*, puerulo, (quæ propria verbi vis est) vel potius filio, qui patre orbatus erat (nam pater id potius, si vixisset, quam mater, fecisset; Drak. *procurantem familiare ostentum*, v. ad 8, 9, 1.

10. *nihil ad eam spem adnuescentem*, matrem, reperientem videntemvé haud quidquam, quod ad talem spem concipiendam firmandamque valeret.

11. *Ea ludificatio veri responsi haruspicis ipsa quoque in verum vertit se*, versa est. v. ad 2, 3, 2. Mulier, dum haruspicem vera prænuntiantem ridet, et ipsa inscia vocem mali ominis edidit, quod exitus comprobavit; Duer.

CAP. 7.)—1. *Ceterum Hannibal, ut nec hostes* cet. cf. ad hoc et seqq. capp. Polyb. 9, 3 - 7. — *quo jam inde* cet. ut 3, 36 pr. *quonam inde* recepit Drak. e conj. Mur. et Gron.

2. *caput ipsum belli Romam* (v. ad 4, 31, 8. et 6, 14, 9.) *petendi*, eundi, vel adoriendi: ut *se tertium peti* 37, 25, 2. et *Vestæ ædem petere* 26, 27, 9. sc. incendio, ut al. sagittis, lapide cet.

3. *Capuam extemplo omissuros*, ejus obsidionem. Cf. ad 3, 46, 7. — *ambo imperatores*, v. ad 3, 62, 4.

4. *naves in Vulturno comprehensas subigi ad castellum*, agi, (sc. remigiis) ut ap. Virg. Ge. 1, 202. et Æn. 6, 302. Sil. 13, 610. 15, 218. et *adigere*. v. ad Tac. Ann. 2, 7, 1. *Naves comprehensas* Livius dixit, ut 29, 24. et Suet. Tib. 38. et Calig. 39., quo sensu *contrahere* Suet. Cal. 19. et *conquirere* Tac. Ann. 1, 47. vel etiam alii *retinere*, Germ. *anhalten, in Beschlag nehmen*.

CAP. 8.)—1. *Ut in re tam trepida*. cf. ad 8, 30, 7.

2. *neque ullius alterius rei memor*, v. ad 3, 36, 8.

3. *ad Urbis præsidium revocabat*, v. ad 3, 21, 3. — *flagitiosum*, ignominiosum.

4. *ad Capuæ liberandam obsidionem* optimi MSS. pro vulg. *ad Capuam lib. obsidione*, ut 36, 25.

5. *Jovem fœderum ruptorum testem* et perjurii vindicem : unde Ὅρκιος et Ὅρκιον [illegible] dicebatur.

6. *Has diversas sententias media* (v. ad 1, 32, 5.) *sententia* (quæ vox forte delenda) *P. Valerii Flacci vicit*, qui consul fuit a. V. 525., ut *P. Cornelius* Scipio *Asina* a. 531. — *utriusque rei*, Capuæ obsidendæ Romæque tuendæ, *memor*, v. ad 8, 36, 8.

7. *inter se compararent*, v. ad 3, 2, 1.

8. *e tribus exercitibus*, suo, Ap. Claudii et C. Claudii Neronis ; Duk. Cf. cap. 1. et et 25, 22. — *Latina via*, v. ad 2, 39, 3. — *per Appiæ viæ* (de qua v. ad 9, 29, 5.) — *municipia*, h. e. *quæ propter*, juxta, eam viam *sunt:* unde verba *quæque* — *sunt* glossatori tribuenda, aut saltem *quæve* legendum suspicari possis. Sed sensus potius est: *quæque* urbes seu coloniæ *propter eam viam sunt:* nam *Setia*, et *Cora* non municipia tum erant, sed coloniæ, in quibus non modo sup. 2, 16. 22. 6, 30. et al., sed etiam inf. 27, 9. et 29, 15 numerantur. Solum *La*-

municipium. v. ad 8, 14, 2. de ant. jur. Ital. 2, 9. Velse-ugust. V. p. 279. et Otto de lon. c. 1. docent, interdum cas- modo *colonias*, modo *municipia* ci etiam potest, quia Lanuvium versia *municipium* fuit, Setiam eodem nomine comprehendi." *præmisit, ut conmeatus* cet. v. ad

cuique resp. (cives) *in manu esset*, 39, 50. 45, 23. ubi v. Drak.

—1. *per Suessulam* (f. *Suessu- 'ifanumque et Casinatem agrum :* um dicit Polyb. 9, 5. in quo e sunt et Casinum : at Suessula lia ; Sigon. Immo leg. *per 'enafranumque* cet. nam qui Ca- n profecturus jam *in agrum Si-* rvenerat, non per Suessulam, onge retro inter Capuam et um, Allifanum Venafranumve im, et Allifæ cis Vulturnum n Hannibal jam transgressus er. Ital. ant. 3, 8. p. 1035. et 2. Cf. Sil. 12, 524 sq. ubi eadem morantur præter Suessulam. te Allifanum ad dextram quoque pam pertendisse, monet Crev. — *ne ducit*, v. ad 1, 23, 4. et 2, *sub Casinum*, prope, juxta C., ut *issi* 44, 45. nisi hoc dictum pro

na inopia materiæ, v. ad 6, 2, 6. *is benigne commeatibus*, ex urbi- atum in locum deportatis ad acientium ; Ern. — *memor ad i patriam ire* sc. se : nisi leg. *multuosius, quam adlatum erat* cet. nes huc illuc discurrentes et a adfingentes, majorem, quam od nuntiatum erat, fas fuit, in umultum concitaverant ; Doer. *æ, in publicum effusæ*, v. ad 1, 24, 6. — *crinibus passis* (v. ad *ras verrentes*, ut ap. Stat. Theb. templa, ut sup. 3, 7, 5. quod tionibus publicoque luctu fieri f. ad Sil. 6, 560 sq. et Drak. 7, 8. *areas* (pavimenta) *verrentes* eigh. ad Polyb. 9, 6. πλύνουσαι τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη cet. quem us expressit.

modo *usus operæ sit*, ut 27, 28, 3. 26 extr. ubi *quo* Drak. exponen- quo modo, vel quo loco, vel aliquid. In finem et usum ali- er. *qua* al.

Esulana MSS. et edd. antt. *Tus- dam* edd. *Æsula* s. *Æsulum* et li opp. inter Tibur forsan et itam, cujus nullum Plinii ævo estigium. Cf. Hor. Od. 3, 29, 6. 4. et Plin. 3, 5. s. 9.

7. *cui ne minueretur imperium*, quod fere extra Urbem habebant magistratus amittebantque e provinciis cum aut sine exercitu redeuntes, simulac *in Urbem venissent*, vel abiissent magistratu provinciamque successori tradidissent. Cf. ad c. 21. n. 3. ad 45, 35, 2. et ad Tac. Ann. 3, 19, 6. Cujac. Obss. 12, 13. Gruch. Refut. poster. disp. Sigon. c. 4.

8. *Inde Algido Tusculum petiit*; sed ita retro castra retulisset, quia Algidum opp. inter Tusculum Albanumque montem situm erat : quare forsan leg. *inde ab Pedo T. p.*, Jac. Gron. conl. 2, 39. Ordinem invertit Sil. 12, 534 sq.

9. *in Pupiniam* tribuni *exercitu demisso*, ut 33, 37 pr. *per tribum Suppiniam in Bojos venit ;* Sigon. *Pupinia* seu *ager Pupiniensis* 9, 41, 6. ager Romæ vicinus circa Tusculum et versus Etruriam, a quo dicta *tribus Pupinia*. v. Varr. R. R. 1, 9, 5. Colum. 1, 4, 2. Cic. Agr. 2, 35. Valer. Max. 4, 4, 4. et 6. Festus et Scheleri Lex.

CAP. 10.)—1. *per Carinas*, totam fere III. regionem Urbis inter *Esquilias* (v. ad 1, 44, 6.) et Cœlium montem. Cf. Heyne ad Virg. A. 8, 361. — *de summa re publica*, v. ad 3, 5, 6.

2. *ad Anienem fl. tria millia passuum ab Urbe :* ita et Flor. 2, 6, 44. 56. ac Plinius 15, 18. s. 20. sed XL stadia aut 5000 pass. Polyb. 9, 5. et quatuor mill. pass. Appian. b. Hann. 38. et Eutrop.

3. *a porta Collina* in V regione Urbis juxta Quirinalem et Viminalem *colles*, planitie ibi æquata conjunctos *usque ad Herculis* et Honoris *templum* extra murum, contra illam regionem et prope Sacrum montem, exstructum. Cf. ad Epit. hujus libri n. 1. Cic. leg. 2, 23. et Plin. l. l. *ad portam Collinam* ed. Ald. et aliæ perperam ; unde quidam, v. c. Donat. Rom. vet. 4, 4. et Nardin. Rom. ant. 3, 15., putarunt, templum Herculis extra portam Collinam fuisse. Ceterum noctu Hannibalem cum tribus modo speculatoribus situm Urbis clam contemplatum esse, tradit Appianus b. Hann. 40. hastas vero, sed ab eo solo, intra muros ejus missas Plin. 34, 6. s. 15.

4. *transfugas Numidarum* cet. cf. 23, 46.

5. *quum ex arce Capitolioque* (v. ad 1, 55, 6. et 5, 47 pr.) *quidam*, ibi stantes, *vidissent* eos *in equis decurrentes clivo Publicio*, ut ex Aventino monte transirent Esquilias : nam clivus Publicius est in XIII regione Urbis ad orientale latus montis Aventini, qui per eum adscenditur descenditurque. *Publicius clivus adpellatur, quem duo fratres L. et M. Publicii Malleoli* (cf. ad Tac. Ann. 2, 49, 2.) *ædiles curules pecuariis condemnatis ex pecunia, quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculis Velia veniri posset ;* Festus. Cf. 27, 37 extr. 30, 26. Ovid. Fast. 5, 285 sq. Varr. L. L. 4, 32. et Donat. de urbe Roma.

[redacted]

2, 11. *Publicio* e MSS. Put. a. m. 2. Flor. et Gud. recepi pro vulg. *publico,* quod suaserant Gronovii ad 27, 37.

CAP. 11.)—1. *in qua urbs Roma* cet. τὸ *in* ortum esse ex præc. litera *m,* suspicabatur Duk. — *imber ingens grandine mixtus* cet. quam tempestatem non memorant Polyb. 9, 6. 7. et Appian. b. Hann. 40. neque easdem, quas mox Livius, sed alias, et quisque diversas, discessus Pœnorum causas. Acies autem ter instructas et tempestate diremtas memorant Epit. Liv. et alii.— — *nullius rei minore, quam hostium, metu,* de nulla re minus, quam de hostibus, nunc solliciti, omni hostium metu nunc plane liberi; Doer.

2. *In religionem ea res versa,* v. ad 2, 5, 4.

3. *modo mentem non dari,* sc. post victoriam ad Cannas. Mox delevi inportunum *et* ante *aliæ.*

4. *tabernas argentarias* (v. ad 3, 27, 3.) *jusserit venire,* vendens similiter, quæ Romani *possiderent haberentque,* quasi jam ceperit Romam, aut neutiquam dubitaret, quin propediem a se caperetur. — *His motus,* hac Romanorum fiducia. — *ad Tutiam fluvium,* cf. Sil. 13, 5. 6. et Cluver. Ital. 2, 10.

5. *ad lucum Feroniæ pergit ire* et (quod forte excidit) *templum — divitiis,* v. ad 1, 30, 4. et 22, 15, 6. Mox forte leg. *Capenates, qui* vel *C. olim, qui adcolæ ejus erant,* (cf. 27, 4. et ad 1, 30, 4.) *primitias frugum* (ἀπαρχὰς, quæ diis obferri solebant) *eo donaque* cet. Ita τῷ *olim* mox *tum* obponitur. *Capenates aliique, qui adcolæ* cet. vel *C. Faliscique adcolæ, primitias* cet. conj. Gron. — *pro copia,* v. ad 7, 33, 2. et 28, 21, 6.

6. *quum rudera milites religione inducti* (v. ad 2, 5, 4.) *jacerent,* in medium projicerent. *Rudus, rodus* et *raudus* dicebatur æs *rude* s. infectum, et *rauduscula* particulæ ejus. Cf. Salmas. mod. usur. p. 26. Intpp. Valer. Max. 5, 6, 3. Varr. L. L. 4, 34. et Fest. " *Jacere* h. l. dictum, ut 3, 18, 7. et ap. Suet. Aug. 57. *omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute ejus stipem jaciebant.* Tanta æris copia militibus Hannibalis subpetere potuit vel ex ingenti præda, quam Capua Romam euntes cepere, (v. Polyb. 9, 6.) vel ex ipsis templi thesauris; e quibus quum primum etiam æs rapuissent, deinde forsan religione tacti id ibi reliquendum existimarunt. Sed hoc non intelligo, quæ ista religio rudera jaciendi, ne sacrilegium admisisse viderentur, esse potuerit iis, qui omnibus aureis argenteisque donis templum spoliaverant." Duk. Ita eos quodammodo expiare sacrilegium voluisse, monet Doer.

7. *Cælius* (v. ad 21, 38, 8.) *Romam euntem ab Ereto* (v. ad 3, 26, 1.) *devertisse* (v. ad 1, 51, 2.) *eo,* ad eum lucum Feroniæ, *Hannibalem tradit,* non, ut plerique, Roma redeuntem — *ex Campania in Samnium* cet. ita iter, ante brevius traditum, adcuratius describitur.

8. *Albensi agro,* v. ad 10, 1, 1. — *De Amiterno* et *Forulis,* Sabinorum oppidis, v. ad Sil. 8, 414. 415.

9. *Neque ibi,* in eo (nisi leg. *inde*) *error est,* causa diversæ scriptorum narrationis (cf. not. 7.) quærenda. — *intra tam brevis ævi memoriam,* a Cœlio aliisque paullo post viventibus. Cf. ad 21, 38, 8. — *iter enim exercitum ea via* (v. ad 3, 70, 2.) *constat* inter scriptores: *tantum id interest* (inter eos) cet. Cf. ad 8, 39, 3.

10. *an ab Urbe in Campaniam redierit:* id non credidit Livius, (v. cap. seq. pr.) sed tradit Polyb. 9, 7.

CAP. 12.)—1. *ex Lucanis in Bruttium agrum, ad fretum* Siculum *vero ac Rhegium,* (v. ad 23, 30, 5.) cet. cf. Polyb. 9, 7.— — *nihilo* (al. *nihil*) *segnius,* ut 2, 47. 32, 22. 35, 9. J. Gron. — *adventum* Q. *Fulvii Flacci,* Roma regressi, *sensit,* gravius adflicta nunc novi exercitus inpetu.

2. *Adcessit edictum proconsulis,* ejusdem Fulvii. — *sine fraude esset* is; propr. transitio ejus ad Romanos: ut nihil ei præterum, quod reliquis Campanis, metuendum esset. Cf. ad 1, 24, 8.

3. *nihil salutare in medium consulebatur,* v. ad 6, 6, 7. *constituebatur* et consciscebatur quidam MSS.

4. *Nobilitas remp. deseruerat,* v. ad 2, 64, 3. et cf. sup. c. 6 extr. — *in senatum cogi,* ut *in s. vocari* 2, 55. et 23, 32. Plerumque *senatus cogi* et *vocari* dicitur. Cf. ad 32, 2, 4. — *poterant,* v. ad 1, 41, 1. *poterat* edd. ante Drak. quem vide ad 4, 16, 8.

5. *in magistratu autem* summo *erat* Seppius Lesius, *qui non sibi honorem adjecisset,* auctoritatem auxisset virtutibus et nobilitate, sed minuisset *indignitate sua,* obscura origine et tenui fortuna, indignaque muneris gerendi ratione. Cf. cap. 6.

6. *Hi conscriptis ad Hannib. literis — quibus — incusabant:* forte delendum est τὸ *quibus,* ut jungantur *hi incusabant,* vel legendum *Hi conscripsere ad H. literas,* vel denique post verba literarum *In hanc sententiam literas conscriptas Numidis dant.*

7. *in omnes cruciatus proditos,* v. ad 2, 43, 5.

8. *jam professis operam,* forte *eam* p. e. Duk.

9. *tempore capto abirent,* v. ad 3, 9, 4.

10. *convictus veris* indiciis, argumentis.— — *et additum etiam,* τὸ *et* mihi suspectum; Duk. *mulcati virgis,* v. ad 3, 11, 3.

CAP. 13.)—1. *publicis consiliis aberant,* v. ad 1, 54, 1. — *minabantur* sc. populus. — *in publicum,* v. ad 2, 24, 6.

2. *magistratui præbuit,* Lesio, v. ad 23, 10, 4. — *negat, eos — meminisse, nec quid facturi fuerint* cet. v. ad 2, 45, 7. 3, 4, 1. 21, 22, 1.

m *deditionem fore*, hanc similem ei, *ndem* cet. v. 7, 31. 8, 11. — *quo*, sc. iniquissimo Romanis, *et in qua* eorum, sc. admodum dubia et an-b bellum cum Pœnis gravissimum; — *quemadmodum in defectione præsi-* om. *necarimus*, v. 23, 7. — *hoc quod*, g. *ac, quod*, Doer.

petite memoria, *ut ex eo, quid speretis*, , sciatis, intelligatis. Possis et jun-*co q. s.*

erussit (v. ad 10, 17, 1.) *Calenum* cf. cap. 9 pr. — *sociorum clade*, cf. t 27, 9.

is millia passuum ab Urbe castra posuit, ap. 10. n. 2. — *omitterent Capuam*, ap. 7. n. 3.

orum ploratus hinc prope exaudieban- oratorie in majus aucta. — *sepul-rum temerata ac violata*: nam *temerare* est temere aliquid agere, deinde impr. res sacras, inrumpere, quo ire st. Cf. ad Sil. 1, 11. 2, 472. 3, 499. rorum autem religio quædam et as erat. v. 31, 30. cf. Periz. diss. de ret. §. XL. ad 5, 2.

uciatus contumeliasque, (quæ mox me-ur) *quas* a se mox in nos editum iri *ntis* et optat. — *præterquam honesta*, ai, v. ad 5, 14, 5. — *victoria inso-nisos*, v. ad 25, 41, 1.

stirpis cet. forte e quibusdam libris g. *stirps*, aut antique scriptum fuit Crev.

oculum idem mortis, veneni. Cf.

n *propatulo ædium*, v. ad 5, 13, 6.

desertos ac proditos esse, v. ad 2,

14.)—1. *quantum facere potuerant*, suspectum Duk.

pletæ cibis vinoque venæ minus effi-im veneni f. cf. Suet. Claud. 44 et 12, 67.

que quum, quamvis, *plerique eorum* ius efficacem vim veneni *animam* extremum duxissent spiritum, aut ivendique facultatem perduxissent; inibus morti proximis ap. Cic. p. om. 8. Tusc. 1, 9. et al.

us proconsulis Fulvii. Sed potius *nsulum*, ut mox *ad imperatores Ro-legio una et duæ alæ*, equitum ex-socialis; Crev. Cf. ad 10, 40, 7. 1, 4. — *cum C. Fulvio legato*, cf. et 27, 8. *cum C. Flaminio Fulvii le-* dam MSS. Cf. c. 47. 49.

e quum venissent; al. *venisset*, v. ad 1,

ri pondo LXX fuit, sc. quod auri ha-Summam inmaniter augent MSS. g. et al.

15.—1. *De supplicio inter F. C. con-venisbat*, v. ad 1, 3, 4. — *ad senatum arbi-trium rejiciebat*, v. ad 2, 22, 4. Mox forte leg. *sociorum Latini nominis* (v. ad 1, 10, 2.) *et municipiorum* vel *municipiorumque* aut *mu-nicipiorumve*; *et num ope sociorum in bello* cet. Verba *et municipiorum* delenda putabant Doujat. et Doer.

2. *dimittens prætorium*, v. ad 21, 54, 3.

3. *ad tertiam buccinam*, v. ad. 7, 35, 2.— — *Teanum* sc. Sidicinum: (v. ad 8, 15, 1.) unde mox *magistratum* (summum, prætorem s. medixtuticum) *Sidicinum*.

4. *virgis cæsi ac securi percussi*, v. ad 1, 26, 6.

5. *literasque a C. Calpurnio prætore* urbano sc. scriptas; non a consulibus, quia hi absentes erant. Cf. ad c. 3. n. 4. — *differri rem integram ad Patres*, differendo rejici. v. ad 2, 5, 1. et 21, 53, 3. — *Et Fulvius*, forte *At F.*, Doer. Cf. ad 23, 44, 4.

6. *lictorem lege agere*, legitime; mandatum, proconsulis exsequi. *Lictores* virgis cædere solebant capitis damnatos et securi percutere. Cf. 1, 26. 2, 5. 8, 7.

7. *Quum* (Fulvius) *Flaccus* modo *negaret — modo diceret*; v. ad 1, 40, 1. et ad Tac. Ann. 4, 50, 4.

8. *hujus vitæ vindicta*, v. ad 2, 5, 14.

CAP. 16.)—1. *sub deditionem Capuæ*, ut mox *sub hæc dicta*. v. ad 2, 55, 1. — *pari ad virtutem*, v. ad 9, 16, 9.

2. *viro forti adde virgas*, da earum ictus s. plagas. — *lege age*, v. ad c. 15. n. 6.— *auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

3. *integram rem ad senatum rejiceret*, v. ad 2, 5, 1. et 2, 22, 4. — *quid magis e rep. duceret*, v. ad 1, 27, 5.

4. *Atellaque et Calatia*, quæ ad Pœnos defecerant. v. 22, 61. Eo tamen, quo id adcidit, anno non repetiit Livius, ut de quibusdam fecit; Drak. — *ad septuaginta principes senatus interfecti*, immo LXXX, nam XXVII Virrium sequuti, XXV occisi Calibus, et XXVIII Teani; Glar. Forsitan extra numerum eorum, qui interfecti sunt, Livius habuit Virrium sequutos, contra vero eodem retulit capita rerum Atellæ et Calatiæ, in quos quoque animadversum est: id inde conjicio, quod Livius senatorum interfectorum numerum edat, postquam de Atellanis et Calatinis supplicium sumtum narrasset; Drak.

5. *reliqua consultatio fuit* proconsulum, vel potius consilii militaris, quia mox dicitur *quibusdam consentibus*. Cf. c. 33.

6. *ut esset aliqua aratorum sedes*: h. l. *aratores* non ii sunt, qui privatos, sed qui *publicos* colunt *agros*, et pro his decumas dant, ut ap. Cic. Verr. 3, 20. 27. al. Conf. seqq.— — *institorum*, v. ad Juvenal. 7, 221.

7. *nec senatus, nec plebis concilium*, forte leg. *senatum*; Duk. — *sine consilio publico*, v. ad 23, 1, 5.

8. *præfectum ad jura reddenda ab R. q. Ca-*

[redacted]

puam *missuros* se, propr. mittendum curaturos. v. ad 9, 20, 2.

CAP. 17.)—1. *Neroni ex iis duabus legionibus* cet. unam tantum legionem primum habuit: (v. 25, 3. conl. 24, 44.) sed potuit illi exercitus augeri, quo tempore imperium prorogatum est; quod etsi factum non scribit Livius, tamen certum est; Duk.

2. *navibus subductis*, v. ad 8, 26, 1. — *socios quoque navales*, v. ad 9, 38, 1.

3. *Hasdrubal Hamilcaris* (v. ad 25, 35, 1.) *ad Lapides Atros castra habebat in Ausetanis: is locus est inter oppida Illiturgin et Mentissam:* (v. ad 21, 11, 9. et 23, 49, 4.) *hujus saltus fauces* cet. scil. saltus Tugiensis, a Tugia opp. sic dicti, (hod. Sierra di Alcaraz) qui non longe a Mentissa distat, et in quo fontes sunt Bætis et Taderis s. Tuderis, hod. Saguræ. Cf. Plin. 3, 1. s. 3. Sed *Bastitanis* forte leg. pro *Ausetanis*, qui longe inde versus septemtrionem et ad montes Pyrenæos suas habebant sedes. Cf. ad 21, 11, 9: *Oretanis* conj. Glar et Doujat. — *ne in arcto loco res esset*, ne in saltu includeretur, unde evadere non posset: vel ne summo exponeretur periculo, quo sensu passim *arctum* et *angustiæ* pro discrimine, et *res arctæ* seu *angustæ* pro adversis dicuntur, (quibus *laxius vivere* obponitur 28, 24, 4.) ut Gr. *στενὸς, στενοχωρία, στενοχωρέω*, metaphora petita ab angusto spatio s. loco, unde difficulter evaditur. Cf. ad 5, 38, 4. 27, 46, 2. 28, 33, 3. Verba *occupavit Hasdrubal* a MSS. absunt: unde Gron. conj. *Hujus saltus fauces Nero quum arcte sepsisset, caduceatorem misit* sc. Hasdrubal. — *Romanus adcepisset*, v. ad 32, 11, 4.

4. *gravissimum exercitus*, graviorem armaturam. Inpedimenta et quidquid ob gravitatem suam difficilius promoveri potest; Doer.

5. *quæ in rem non essent*, ad rem ipsam non spectarent, vel supervacua et inutilia essent. Cf. ad 1, 27, 5. — *jam ne iis quidem stabatur*, v. ad 3, 36, 11. — *minus conveniebat*, v. ad 1, 3, 4. — *mittit ad Neronem, qui* h. e. ut *differret*; v. ad 23, 32, 9.

6. *illum diem religiosum Carth. ad agendum quidquam rei seriæ esse*, v. ad 2, 5, 4. et 23, 7, 12. — *quam data esset venia ejus diei*, v. ad 2, 35, 5. et 8, 35, 12.

7. *proficiscentem instituit sequi*, v. ad 24, 26, 7.

CAP. 18.)—1. *nec tamen, quem mitterent, satis constabat, quem*, ut, sicut, *illud* cet.; vel ante *satis* subpl. *tam*: (v. ad 2, 56, 8.) nisi pro *tamen* leg. *tam* cum Gron. vel *tamen tam* cum Bauero, qui recte monet, *τὸ tamen* vix desiderari posse.

2. *destituta exspectatio est*, v. ad 1, 51, 4. — *in campum Martium descendit*, v. ad 2, 54, 3.

3. *ut nemo audeat in Hispaniam imperium adcipere*, ut paullo ante *proconsuli creando in Hispaniam*. Cf. ad 21, 42, 2. *in Hispaniam* omnes MSS. præter Lov. 2. et edd. *in Hispania* emend. Gron. h. l. et ad 40, 36 extr. quia imperium non detur in provincias, sed in exercitus in provinciis. Cf. 30, 41 pr. ubi quidam libri exhibent *in Etruria*, et alii *in Etruriam prorogatum imperium est.* Mox etiam *P. Scipioni imperium esse in Hispaniam* edd. ante Gron. et quidam MSS. quod minime improbandum videbatur Bauero. "Ratio Gron. non firma est. Videtur probasse sententiam Sigon. de lege cur. c. 8. 9. et post. disput. adv. Gruch. c. 15 sqq. Sed digna consideratione sunt, quæ Sigonio reposuit Gruch. in Refut. ad post. disput. Sigon. cum alibi, tum præcipue c. 16. 17. 18." Duk.

4. *quum subito P. Cornelius, illius*, (P. Cornelii Scipionis) *qui in Hispania ceciderat:* vox *illius* abest a MSS. Put. Reg. Cantabr. unde *Publii* (quod prænomen, una litera notatum, facile omitti poterat) pro *illius* substituere Gron. Drak. Ern. *ejus* conj. Jac. Gron. ut 29, 14. *P. Scipionem Cn. filium, ejus, qui in Hispania ceciderat.* Et profecto *ejus* facile excidere potuit post *Cornelius* sed facilius *illius*, quod idem est. Ceterum majorem interpunctionem ante *quum subito* jam recte mutavit Doer.

5. *quatuor et viginti ferme annos natus*: ita et Valer. Max. 4, 3, 1. Appian. b. Hisp. 18. et Oros. 4, 18. Sed ap. Oros. quidam MSS. exhibent XXVII annos, et Polyb. 10, 6, 10. dicit, Scipionem XXVII annos natum Carthaginem Novam cepisse. Idem vero Polyb. 10, 3, 4. tradit, eum anno ætatis XVII. (a. V. 534.) patrem servasse in pugna: quod magis cum Livii ratione consentire, ibi jam monuit Schweigh. et ad 10, 2 pr. Cf. sup. ad 21, 46, 7. et 25, 2, 4. — *in superiore, unde conspici posset, loco constitit*; "cf. Polyb. 10, 5. et Rutilius ap. Macrob. Sat. 1, 16. et de *professione* nominis Gruch. de comit. 1, 3." Duk.

6. *jussi deinde inire confusum suffragium, ad unum omnes non centuriæ modo, sed etiam homines*, (cujuscumque ordinis, classis, centuriæ et census) *P. Scipioni imperium esse in Hispania jusserunt*; non magistratus mandatus est Scipioni, quum pro consule missus est, sed *imperium*: hoc vero imperium curiatis comitiis mandabatur, non centuriatis: unde h. l. *curiæ* leg. pro *centuriæ*; Sigon. Fortasse et tributis comitiis legem latam de imperio magistratuum, et *centurias* h. l. pro tribubus positas, ut tribus alibi pro centuriis, (v. ad 3, 51, 3.) monuit Gron. Ego potius crediderim, *centurias* h. l. et cap. 41. proprie dictas, et Scipionem primum comitiis centuriatis creatum esse proconsulem, (comitia enim hæc *proconsuli creando in Hispaniam habita diemque iis a consulibus edictum* supra dixit Livius) et deinde imperium adcepisse lege curiata: nam hac lege semper in-

quidem dabatur, (cf. ad 5, 46, 8.) gistratus major ante comitiis cen- v. Cic. Agr. 2, 10-12. Gruchius de l, 2. 2, 2. p. 545. 646. T. 1. Thes. et Sigon. de lege curiata c. 10. et ad ant. jus civ. Rom. 1, 21. putant, plane ac singulare esse exemplum onis, ex privato comitiis centuriatis inciam missi, quod tributis fieri idque a senatu decretum propter adinem rei, quod tum *extraordinaria*)erator deligendus esset. "Id fir- 'erbis *postremo eo decursum est*: nam r sæpe de extremis ultimisque auxi- emediis dicitur. Quæ Gron. dis- *ribum* alicubi pro *centuria* dici, et um pro tribu c. 22. non magnam)ent. Ipse Obss. 4, 1. docuit, omni- s, quibus *centuria prærogativa* nomine pelletur, centuriam non pro tribu d vere esse centuriam ex ea tribu, omen habeat, sorte ductam, quæ non in tributis, sed in centuriatis suffragium latura erat; quod ad n mutati posterioribus temporibus tiis centuriatis ordinis suffragiorum . In comitiis tributis etiam cen- n mentionem fieri, disertis veterum um testimoniis probandum erat." *onfusum* plerique exhibent libri: *confusum* et *confestim*. Sunt etiam, em omittant: quos sequutus est Neque eam ferri posse putabat uia prius quam populus in suffra- itteretur, in suam quisque tribum, sset suffragium laturus, discedere it, ne confusi essent: aut *confusum* m esse comitiorum non centuriato- f. Cic. de leg. 3, 19.) vel referendum ra hominum non satis discreta in nturiatis. Ernestii vero nota in ic. voc. *confusio* est hæc: "*Confusio* *um* ap. Cic. p. Mur. 23., ubi etiam *ratiæ, dignitatis, suffragiorum* dicitur, etur, quum non ex censu suffragia , et centuriæ numerantur, a prima cto initio, ut fieri ex instituto Servii sed suffragia omnium classium et rum numerantur, ut primo cujus- s suffragium eamdem vim habeat, nesciatur, quis quemque suffragio sulem aut prætorem crearit: quod , ambitus tollendi causa, postula- ius Sulpicius." *Confusum suffragium* enturiæ nec sortirentur, nec ordine tur; Bauer. *Confusum* est promis- omnium classium et centuriarum is in unum confusis præter ordi- remque receptum et sine ullo dis- numeratis; unde additur: *sed etiam* Doer. *ita cogitatio, quidnam egissent? num* t. Ita e MSS. legendum esse pro *idnam egissent novi, quod favor* cet. Gron. Obss. 4, 11. quum nihil *novi* sit, quod in Campo plus gratia valeat, quam meritum. Sed utique novo exemplo proconsulem *centuriatis* comitiis et suffragiis *confusis* creatum esse, ita ut omnis res a solo favore plebis, non a ratione et judicio prudentiorum pependerit, monet Doer. Idem conj. *quidnam egissent novi, quo* sc. nove et præter morem facto *favor* cet.

8. *Ætatis maxime pœnitebat* eos. v. ad 2, 54, 16.

9. *ex funestis duabus familiis* sc. patris patruique.

CAP. 19.)—1. *ab re tanto impetu acta*, post rem actam, quum tamen acta esset tanto impetu; Bauer. Cf. ad 1, 1, 5.

2. *quam quantam fides promissi humani* cet. v. ad 25, 41, 3. Vox *quantam* redundat post *quam*, ut 30, 23, 1. et 44, 5, 1. — *ratio ex fiducia rerum*, ratio posita in causis, ex quibus cum fiducia quadam optatus rerum eventus sperari potest; Doer.

3. *Fuit enim Scipio non veris tantum* cet. conf. omnino de ingenio, virtutibus et *arte* Scipionis Polyb. 10, 2-5. Quæ hic de Scipione rebusque ab eo gestis tradit, eo digniora sunt fide, quod amicissimus fuit Lælio, is vero Scipioni Africano minori, et pater ejus Africano majori. — *aut* (forte *ut*) *per nocturnas visa species*, quæ fingebat, exemplo Numæ et Lycurgi, ut persuaderet multitudini, se et noctu et interdiu, et dormientem et vigilantem cum diis colloqui, et cuncta adgredi divino quodam spiritu adflatum deorumque monitis ductum. v. Polyb. l. l. et de Numa sup. 1, 19. — *aut velut divinitus*, a numine aliquo, *mente monita*, animus et ipse monitus esset. *Monere* proprie dicuntur vates et dii, qui præsagiis, prodigiis, somniis, oraculis aliisve signis voluntatem suam ac futura significant eoque ad agendum impellunt, vel, quæ facienda sint, docent. Cf. ad Sil. 4, 120. et Juvenal. 6, 530. *mente mota* conj. Bauer, miraturque, egregium id verbum et sollemne enthusiasmo significando non in mentem venisse Gron. Venit quoque in mentem Periz. sed vulgatum h. l. aptissimum est. "Cur vero Livius hic addit *velut*, non item in priore membro? Qui dicit *pleraque per nocturnas visa species agebat*, significat, species illas vere oblatas fuisse. Sed hoc non magis credebat Livius, quam Scipionem multa *divinitus monita mente* egisse." Duker. — *sive et ipse capti q. s. animi* sc. esset; v. ad 3, 62, 5. nisi pro *et* cum Doer. leg. *esset*. — *sive ut imperia consiliaque adsequeretur*, obtineret: quod ad proximum, *consilia*, retulit Bauer. *assequerentur* plerique MSS. et edd. ante Ald. *exsequerentur* Put. unde Gron. recte, opinor, conj. *exsequerentur*, quod et probavit Duk. et recepit Drak. Id passive dictum, aut subpl. *homines*, de qua ellipsi v. ad 2, 18, 4. Drak. ad h. l. et 34, 56. Periz. ad Val. Max. 2, 2,

[redacted]

1. et ad Sanctii Min. 4, 4. — *sorte oraculi* v. ad 1, 56, 5.

4. *ex quo* tempore *togam virilem sumeret*, v. ad 22, 57, 9. — *in Capitolium iret* cet. considens in cella Jovis, quasi consultaturus cum eo de re publica, et divina ibi monita divinamque mentem adcepturus. Cf. Gell. 7, 1. Victor. de viris ill. c. 49. Ryck. de Capit. c. 13. Videtur imitatus esse exemplum Numæ, congressus nocturnos cum dea Egeria simulantis ejusque monita fingentis. Ceterum *ædes* Jovis innui videtur, quia *Capitolium* dixit. Obscure tamen dictum monet Duk. quia et aliorum deorum ædes in Capitolio fuerint.

5. *Hic mos, per omnem vitam servatus* e III MSS. recepi pro vulg. *Hic mos, qui per o. v. servabatur.* Vox *qui* in nullo pæne MS. exstat.

6. *stirpis eum divinæ virum esse*, ex Jove in *anguem* mutato, et Pomponia natum: quam divinæ originis famam, quum tantus vir esset, consequebatur, et callidus firmabat exemplo *Alexandri M.* Cf. 38, 58. ad Sil. 4, 476. 13, 628 sq. Gell. 7, 1. Plin. 7, 9. 26, 43. Plut. vit. Alex. et Spanhem. de usu et pr. num. Diss. V. — *retulitque famam*, redintegravit. — *vanitate*, vana gloria originis divinæ.

7. *interventuque hominum evolutam* e lecto Pomponiæ, juxta quam absente patre cubare solebat. v. Gell. 7, 1. — *His miraculis numquam ab ipso elusa fides est*, eorum fides irrisa, (v. ad 1, 36, 4.) vel potius inminuta, (ludendo quasi et cavillando, aut dictis factisque) elevata, ut 28, 44 extr. ubi *eludere* est synon. τοῦ *elevare*, et τῷ *extollere* obponitur, forte et 40, 5, 4. Cf. ad 1, 36, 4. et Passerat. ad Prop. 4, 1, 139. *Hujus miraculi*, et *abnuentis* et *adfirmantis*, conj. Gron. — *admirationis humanæ in eo juvene excesserant modum*, fecerant, ut vulgus eum non ut hominem, sed ut *divinæ stirpis virum* admiraretur. Cf. not. 6.

8. *decem millia militum* (ita optimi MSS. non *peditum*) *et mille equites*, v. ad 22, 37, 1.

9. *ostiis Tiberinis*, Ostia, oppido, ad os Tiberis condito. Cf. 1. 33 extr. — *Tusci maris*, v. ad 5, 33, 3. — *Gallicum sinum*, partem maris mediterr. ad oram a Provincia (Provence) ad Cataloniam, hod. *Golfe de Lion.* — *Pyrenæi* montis *promontorium*, partem in mare procurrentem. *Pyrenes prom.* edd. ante Drak. poëtice v. ad Sil. 3, 415 sq.

10. *Emporiis, urbe Græca: oriundi et ipsi a Phocæa sunt*, v. ad 3, 47, 1. et 21, 60, 1. Verba *et ipsi* suspecta mihi videntur. Forte exciderunt *ut Massilienses*, vel tota glossa fuit *et ipsi ut Massil.* Horum Massiliensium et mox mentio fit.

11. *Tarraconem pedibus profectus*, v. ad 22, 31, 4.

12. *Naves ibi subduci jussit*, v. ad 8, 26, 1. — *officii causa ab domo prosequutæ*, v. ad 6, 34, 6. — *suspensis*, v. ad 2, 32, 5.

CAP. 20.)—1. *tantis cladibus deinceps* (v. ad 1, 21, 8.) *icti*, adflicti, *provinciam obtinuissent*, v. ad 3, 36, 12. — *nihil minus, quam vereri*, h. e. nihil minus eum facere, quam ut vereretur, vel nihil minus eum vereri quam hoc; Gron. Ita optimi plurimique MSS. *nihil minus eum vereri, quam ne quis* alii. Cf. ad 2, 8, 9.

2. *Successit Neroni Silanus*, cf. ad 25, 41, 8.

3. *divinatio quædam futuri* eo *majorem inferens metum* civibus sociisque, *quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere*, ex nulla adparente causa; Gron. Cf. ad 2, 45, 12. et Drak. h. l.

4. *In hiberna diversi* (v. ad 3, 60, 1.) *concesserant* Pœnorum duces. Sed longe alia memorat hiberna Polyb. 10, 7. Cf. et Appian. Hisp. 19. et 24.

5. *Æstatis ejus extremo, qua capta* cet. pro vulg. *quo capta* edidi ex emend. Periz. qui bene monet, non omnia hæc æstatis extremo potuisse esse acta, quum post captam Capuam Nero in Hispaniam sit missus, et aliquamdiu ibi manserit, ac res gesserit, et postea demum Scipio ac Silanus ei successerint; ut verisimile valde sit, principio æstatis captam esse Capuam. Firmatur idem principio cap. 21. et usu Liviano. Cf. 22, 19 pr. 27, 17. 28, 5. 9.

6. *Punica classis* Bomilcaris (cf. 23, 41. 24, 36. 25, 27.) *ex Sicilia* cet. cf. Heronis Poliorc. p. 321. vel Polyb. T. 5. p. 36. ibique Schweigh. — *ut* (ita ut) *arcis præsidium etiam sine invecto* frumento cet.

7. *annona haud multum laxaverat*, v. ad 2, 3, 2. et 2, 34, 13. *classis dimissa annonam* cet. conj. Gron.

CAP. 21.)—1. *a C. Calpurnio prætore* urbano, penes quem, absentibus coss., jus erat edicendi convocandique senatum, (v. 22, 55. 38, 44. al. et sup. ad c. 3. n. 4.) *senatus ei ad ædem Bellonæ datus est*, v. ad 8, 5, 1 et 10, 23, 12. Senatus extra urbem in campo Martis, (v. ad 3, 63, 3.) aut in templo Apollinis (v. ad 3, 63, 5. 10, 19, 10. 34, 43. 37, 58. 39, 4.) vel Bellonæ (v. ad 10, 19, 10. et Ind. voc. *Bellona*) dari solebat et legatis et inperatoribus, triumphum petentibus, qui ibi res a se gestas exponebant, et negato triumpho privati, inpetrato autem triumphantes Urbem ingrediebantur, et, donec eum egissent, inperium retinebant. Cf. ad c. 9. n. 7. et ad 3, 10, 2. Ad justum vero triumphum obtinendum plura requirebantur: α) auctoritas senatus, aut certe populi jussum: etsi quidam neutrum curarunt. (v. 3, 63. 7, 17. 10, 36. 37. 28, 9.) β) ut quis dictator aut consul aut prætor esset, nec sine magistratu gessisset res: (v. 28, 38, 4. 31, 20. 36, 39. 39, 29.) quod tamen sensim neglectum. (v. 39, 4. 5. 40, 34. Plut. Pomp. p. 621. Dio 37, 21. Cic. p. Sext. 61. p. Balbo 4. pro lege Manil. 21.)

uis auspiciis suaque in pro-
sisset, (v. 34, 10. et Val. Max.
) ut pauci milites et ultra
ia hostium legitimorum et
ie bello, non civili, cæsa es-
6. Valer. l. l. et Cic. p. Dejot.
im esset imperium Rom., non
u recuperata. (v. Valer. l. l.)
a esset confecta, perdomita
ercitusque inde deportatus,
ti testis et particeps; nec
cessori traditum. (vid. h. l.
, 48. inpr. 39, 29. quibus qui-
exempla 31, 49. 33, 43. 34,
. 42. laudavit Duk. sed simul
isse locum gratiæ datum esse,
cure a Livio significari. Idem
idversus Periz. anim. hist. c.
ndit, prolationem finium non
uisse, quia multi triumphos,
rales, egerunt, qui non nisi
s opibusve eorum frangendis
erant. Hæc tironum gratia
ita et hic et alii loci Liviani
. Periz. anim. hist. c. 6.—
iter, MS. Gærtn. *leviter*, forte
provincia confecta, v. ad 2,

ere exercitum successori jussissent,
8. *debellato*, bello confecto.—
um est, placuit senatui, quod
ı esset inter triumphum jus-
m et negatum, *ut ovans Urbem*
11, 2. et 3, 10, 3. et cf. simill.

rcello, *quo die Urbem ovans in-*
ret; v. ad c. 9. n. 7. et cf. 45,
ı de triumphante agitur, non
ante, et quidem absente exer-

Albano triumphavit sine auctori-
populive jussu; quod primus
ius Maso a. V. 521. et post
3, 23. et 42, 21. Idem pri-
dem triumphum, cujus vera
n nota est. v. Plin. 15, 29. s.
Max. 3, 6, 5. Zonar. 8, 18.
. p. 313.
ulacro captarum Syracus. v. ad

num fuit spectaculum (doctius,
quod Aldus substituit) *Sosis*
f. Periz. anim. hist. c. 8. p.
m duplicis arguit negligentiæ,
Romanos Soside duce noc-
as primum introiisse, cujus
o præc. non meminerit, quod-
Nasum, et 25, 30. Achradi-
Romanis traditam, Nasum-
o vi captam esse.
per quem inlectus ad t. Marcius,
Punica classis, v. ad c. 20. n.
ntinæ terræ, v. ad 24, 27, 2.
ntini et del. vox inportuna
uidam MSS ignorant; Gron.

In MSS. vero plerisque legitur *ad eos Murgeniæ terræ sequutæ*. Hinc. Jac. Gron. conj. *Ad eos Murgenia* (f. *Murgentia*) *et Enna s. Henna*: (sc. defecēre, quod e seqq. intell., de quo v. ad 21, 43, 4.) *sequutæ defectionem* cet. Idem monet verbis *sequutæ defectionem* denotari unam defectionem communi consilio eodem tempore factam, ut 32, 30 extr. *oppida, quæ defectionem sequuta erant*, id. qd Insubrium oppida, quæ defecerant. Quæ refutare conatur Fabrett. in Apologem. p. 19. — *Hybla*, v. ad Sil. 14, 26.— *Macella*, ut et Schera, inter Hypsam et Crimissum flumina. Cf. Polyb. 1, 24. Dio T. 1. p. 43. ed. Reim. et Cluver. Sicil. 2, 12.

8. *in ditionem redegit*; alii *deditionem*. v. ad 8, 20, 7.

CAP. 22.)—1. *quum comitia consulibus rogandis haberet*, (v. ad 3, 35, 1. et 4, 58, 10.) *prærogativa Veturia juniorum* consules *declaravit* cet. v. ad 3, 51, 3. 7, 26, 8. et 24, 7, 9. — *petitque, ut pauca sua verba audiret*, forte *petiitque*: (cf. not. 4.) sed sæpius post præsens historicum ponitur imperf. conjunctivi; Doer. — *revocari*, v. ad 10, 13, 9.

2. *oculorum valetudinem excusarit*, v. ad 6, 22, 3.

3. *Proinde, si videretur* ipsi, Fulvio consuli — *et meminisset*: immo *et meminisse* sc. Veturiam, Jac. Gron. Id probant Duk. et Drak. sed nec vulgatum damnant, et tam *meminisset*, quam *redire* ad centuriam referunt et ad *juberet*, ut Livius constructionem ejus variaverit, quemadmodum 7, 35. 10, 43. 24, 10. 25, 15. 29, 14. 32, 11. 42, 39.— — *tumultu hostili, quo adsederint* sc. hostes. v. ad 5, 49, 5. *asserint* vel *usserint* c. Pal. unde Crev. conj. *sonuerint*, et Doer. *concusserint* vel *concussa sint prope*, fere, *mœnia R.*

4. *petit a consule*, plures MSS. *petiit*. Cf. n. 1. — *Veturiam seniorum*, cf. not. 1. et ad 3, 51, 3.

5. *datum secreto in ovili* cet. v. ad 10, 13, 9.

6. *Q. Fabio et M. Marcello et — Lævinum* cet. pro vulg. *et Lævino, qui gessisset*. — *absentes consules dixerunt*, v. ad 4, 42, 1. Marcellus in Urbe erat.

7. *auctoritatem prærogativæ omnes centuriæ sequutæ*, v. ad 3, 51, 3. — *Eludant nunc antiqua mirantes*, h. e. eant nunc homines parum docti et ignorantiam rerum morumque veterum, contemnendis iisdem præsentibusque præferendis, velantes, et *eludant*, rideant illos, (v. ad 1, 36, 4.) qui antiqua mirantur et præferunt, ut haud dubie optimus et doctissimus quisque; Gron. An leg. *eludantur*? — *equidem*, v. ad 5, 51, 3.

8. *si aliqua sit sapientium civitas, quam docti fingunt magis, quam norunt*, ut Plato in libris de republica. — *parentum quoque hoc seculo* cet. v. ad 3, 20, 6.

[redacted]

CAP. 23.)—1. *T. Otacilium*, quem cum *T. Manlio* consulem declaraverat Veturia juniorum. v. cap. 22 pr. — *interpellatus ordo comitiorum* a T. Manlio, qui redire in suffragium jusserat Veturiam. — *referente Calpurnio prætore* de ludis his ad senatum, *eo anno ut fierent.*

2. *Victorias, quæ in antefixis erant*, parvas earum statuas, ornatus causa positas in *antefixis*, inter antefixa, *quæ ex opere figulino tectis adfiguntur sub stillicidio*; Fest. Cf. ad 34, 4, 7. et Duker. ad h. l. qui monet, *antefixa* non fuisse fastigia, ἀκρωτήρια templorum, quod Salmas. ad Spartiani Pesc. Nigr. cap. ult. statuere videatur, sed inferiora culmine, quoniam Victoria de culmine decussa in antefixa sit delata. — *in foro Subertano* omnes pæne MSS. et edd. ante Mogunt. ut ap. Plin. 3, 5. s. 8. ubi Hard. monet, designari oppidum Suberetum, hod. Sovretto, haud procul Suana et Flore fl. situm dictumque a *subere*, quo circumjectus ager abundet. *Sudertano* alii, et Sudernum memorat Ptol. 3, 1.

3. *Sanguinis rivos per diem* cet. v. ad 1, 31, 1.

4. *Ea prodigia h. m. s. procurata*, v. ad 1, 20, 11. — *obsecratio*, v. ad 3, 63, 2. — *novemdiale sacrum*, v. ad 1, 31, 3.

5. *quia exacto anno mortuus* cet. utrum in ea re religio aliqua fuerit, ad id ob aliam causam fieri non soleret, nusquam inveni; Duk. Immo nominatio successoris *non est facta* hoc anno, *quia exacto* cet. Hinc dilata: nec mirum. — *quod exta perperam*, non rite, *dederat* sc. Jovi, cui Idibus cujusvis mensis et V. Cal. Jul. sacrificare solebat. — *flaminio abiit:* decreto pontificum, qui ceremoniarum sacrorumque judices ac vindices erant; aut pontificis max. decreto, cui omnia sacra subjecerat Numa, (v. 1, 20.) cuique parere sacerdotes a populo coactos fuisse, aliquot locis narrat Livius; Duk. Cf. Gruch. de vet. jur. pont. 2, 11. Serv. ad Virg. Ge. 2, 194. Intpp. Val. Max. 1, 1, 4.

CAP. 24.)—1. *tentatis prius principum animis*, v. ad 9, 35, 1. — *classe expedita*, v. ad 1, 14, 4. et 5, 16, 2.

2. *Ubi quum Syracusas Capuamque captas esse* (*captam* MS. Put. et inde Drak.) *ostentasset*, memorasset, docuisset, (ut passim *ostentare* et *ostendere:* cf. ad 25, 17, 1.) simulque jactasset, *in fidem rerum s.*, ut iis fidem faceret. v. ad 21, 13, 2. Sic 38, 51 pr. *vetera luxuriæ crimina ad fidem præsentium criminum referre.*

3. *morem Romanis colendi socios* cet. v. ad 22, 13, 9. — *alios in eu fortuna haberent*, tam leniter tractarent, aliorum conditionem eam esse vellent juberentve. — *Ætolos eo in majore futuros honore* sc. ait. Hoc verbum intellegit Doer. et majorem interpunct. post *mallent* delendam putat, ut hæc sit periodi præc. apodosis, quam tamen alii verbis, orationi huic proxime subjectis, contineri putant, ut passim apud Livium. Cf. ad 5, 24, 6. et inf. ad 26, 32, 1.

4. *Macedoniam infestam habeant*, v. ad 1, 7, 7. — *a corpore suo diremtos*, ut *corpus civitatis* c. 16. cf. ad 1, 17, 2.

5. *restituturum se in antiquam* (*antiqui* 32, 33, 8.) *formulam juris ac ditionis eorum*, quod una voce cap. extr. *contribuere* et Gr. προσνέμειν dicitur; Vales. *Formula juris, imperii, sociorum* 32, 33. 33, 38 pr. 38, 9. 43, 6. 44, 16. pro simpl. *jus, imperium, socii*, et *formula* pro ditione 39, 26. Similiter in *formam* et *formulam provinciæ redigere.* Quæ omnia respiciunt ad *formulam* quamdam normamque, ad quam redigenda sunt et constituenda.

6. *Scopas* et *Dorimachus*, prætores Ætolorum, de quibus v. Polyb. 4, 3-12. 16. 27. 57-67. 77. 5, 3-16. 9, 42. 13, 1. 2. 16, 39. 18. 36 sq. *Dorymachus* ex emend. Dukeri edidit Drak. quia similiter dicatur *Doryphorus* Suet. Ner. 29. *Dorylaus* Cic. p. Dejot. 15. et *Dorylas* Ovid. Met. 5, 129. Sed in Polybii codd. semel tantum 18, 37. Δορύμαχος legitur, in reliquis locis rectius Δορίμαχος, quoniam vocc. δορίμαχος, δοριάλωτος, δορίληπτος, δορίκτητος ex tertio δορὶ composita sunt: quod jam monuit Schweigh. ad Appian. T. 3. p. 159 — *minore verecundia et majore cum fide*, quam fecerant Romani, qui verecundius se laudarant, et tamen minus credebantur, utpote qui in re sua testimonium dabant; Drak, *minore cum facundia, at majore cum fide* emend. Doer. quia Lævinus non sine *ostentatione* loquutus sit. Sed Ætolorum verecundia *minor* esse potuit in laudando.

7. *conscriptæ conditiones* cet. cf. Polyb. 9, 30. 39. 10, 41. 11, 6. 18, 21. — *Pleuratus et Scerdilædus*, v. ad 22, 33, 3. *Attalus rex Asiæ*, proprie sic Romanis dictæ, tractus litoralis a Pergamo in Mysia ad Cariam. Cf. Spanhem. de usu et pr. NN. Diss. 8. p. 511. et 9. p. 620. ubi et stemma Attalorum.

8. *Corcyræ tenus* MSS. *Corcyra t.* edd. ante Gron. *Corcyra* ipsa ex eo tempore præfectum Rom. habuisse et classes Rom. recepisse videtur. Cf. Ind. et ad 38, 11, 4.

9. *ratam eorum pacem*, immo *r. fore p.* Mur.

10. *Si Philippus arma ab Romanis abstinuisset*, v. ad 2, 22, 3. — *Hæc convenerunt*, v. ad 1, 3, 4.

11. *et Lævinus Zacynthum — eam vi cepit*, v. ad 1, 19, 1.

12. *Œniadas Nasumque*, (Dor. pro Νῆσον) *Acarnanum* urbes *c. A. c.* cf. Polyb. 9, 33. 39. Œniadæ postea Acarnanibus restitutæ. v. 38, 11 extr. et Polyb. 22, 15. — *Ætolis contribuit*, cf. not. 5.

CAP. 25.)—1. *primo vere*, v. ad 1, 6, 1.

2. *alterno metu quietas* plerique MSS. h. e. mutuo metu, Macedonum ab Illyriis et horum ab illis. Cf. ad 23, 26, 6. et Tac. Hist. 3, 5 extr. *alieno metu* edd. ante Gron. *altergo m.* Put. unde *ab tergo* conj. Salmas. et Ruben.

3. *Oricinorum atque Apolloniatium*, v. ad 24, 40, 1. 2.

4. *Vastatis proximis Illyrici* sc. locis, terris, agris. *Illyriis* et *Illyricis* al. — *Pelagoniam*, v. 45, 29, 30. Mox *inde Dardanorum urbem Sintiam, in Macedoniam* (ita plerique MSS. et edd. ante Mogunt.) *transitum D. f.* non male conj. Ruben. Σιντία πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θρᾴκῃ Steph. Sed pro Sintia forte aliam urbem memoravit Livius, ad fines Dardaniæ Macedoniæque sitam. Ceterum *Dardani* gens Mœsiæ (hod Serviæ) proxima infestissimaque Macedoniæ, quam sæpius invasere. v. Ind. et Polyb. 4, 66. 5, 97. 28, 8. — *Lyncus* caput Lyncestidis, in parte septemtr. Macedoniæ, in qua et *Pelagonia* fuit. Cf. 31, 33. 45, 29, 30. — *Bottiæa*, Βοττιαία, s. Bottiæis, Βοττιαῖς, et Βοττία ap. Polyb. 5, 97, 4. et Etymol. M. (ubi et Βόττιοι et Βοττιαῖοι ἔθνος Μακεδονικὸν, unde forsan *Bottiorum* leg. pro *Vettiorum* 45, 30, 3.) parva regio Macedoniæ ad sinum Thermaicum inter Axii et Lydiæ ostia ab occidente Axii. fl., ubi is in mare exit, proxima Pieriæ, ut hæc *Thessaliæ*, eaque *Ætoliæ*. Cf Noris. diss 3. de Epoch. Syro-Mac. c. 2. Τὸ *et* ante *Bottiæam* nescio cur deleverit Drak. Forte operis tribuendum. Malim vero h. l. *Lyncestidem* scribere pro *Lyncum*.

5. *in Thraciam exercitum ac*, et quidem, *Mædos duxit*: (v. ad 2, 42, 7.) nam Mædi in *Mædica*, regione Thraciæ, sub Pangæo monte sita et proxima Macedoniæ. *Phragandæ* gens Thraciæ propinqua, sed obscura: vel potius oppidum Mædicæ, ut *Jamphorina*, ejus *caput*.

6. *Adversus quos* (sc. Ætolos) edd. ante Drak. qui e plerisque MSS. dedit *quod* sc. bellum. Sed *adversus bellum instruere bellum* minus bene dicitur. — *Acarnanum gens* et candidissima honestissimaque Græcarum, et constantissima amantissimaque libertatis. v. Polyb. 4, 30. 9, 40. 16, 32. *Ætoli* contra gens avara, inquieta, superba, ingrata, avida prædæ, socios non minus quam hostes spolians, inproba, et belli et pacis jura ignorans, et adsueta ex rapto vivere, ferinamque quamdam agere vitam. v. 27, 30. 31, 28. 32, 34. 33, 11. 44. 36, 17. 38, 9. 43, 22. Polyb. 2, 3. 43. 45. 46. 4, 3. 16. 67. 79. 9, 38. 17, 5. 18, 17. — *ab quindecim ad sexaginta annos*: ætas urgente necessitate et publico discrimine armata, non legitima ætas militaris apud Acarnanas; Duk. Cf. Lips. Mil. Rom. 1, 2. et 4.

7. *adhiberentque humatis titulum*, inscriptionem sepulcri, epitaphium. Forte leg. *adscriberentque*, Gron.

8. *quod in manibus erat, bellum*, v. ad 5, 20, 1.

9. *prospero alio successu rerum*, quum hic prosper esset, rebus aliis prospere succedentibus. — *ultra Dium* MSS. u. *Clinea* edd. ante Gron. *Dium* opp. Macedoniæ, ad Haliacmon. fl., sub Olympo, in finibus Pieriæ et ora maris. v. 44, 7. 9. Polyb. 4, 62. 5, 9. Plin. 4, 10.

CAP. 26.)—1. *superato Leucata* (hod. Capo Ducato) *promontorio* Leucadis s. Leucadiæ, (h. St. Maura) quæ olim pæninsula erat, Acarnaniæ cohærens, et deinde insula est facta, (sed jam dudum ante illa tempora, quæ 33, 17. significantur) perfosso isthmo, qui inde Διόρυκτος dictus, et in quo sita *Leucas* urbs, caput Acarnaniæ, olim Neritum (ut insula Neritis) adpellatum et nunc Leucada. *Leucata* Put. et alii MSS. *Leucate* edd. ante Drak. Dicebatur Λευκάτας s. Λευκάτης, Λευκάτα et Λευκάτη. Cf 33, 17. ad Sil. 15, 302. Hard. ad Plin. 4, 1, 2. Casaub. ad Strab. 10. p. 451 sq. Duker. ad Thucyd. 4, 8. Schweigh. ad Polyb. 5, 5, 12. Drak. ad h. l. et ad 44, 1. ubi dicitur *superato* sc. promontorio *Leucata*. — *Naupactus* extremum Locridis et postea Ætolorum opp. cum portu ad *sinum Corinthiacum*, hod, Lepanto. — *Anticyra*, Ἀντίκυρα, Ἀντικύῤῥα et rectius Ἀντίκιῤῥα, (adversa Cyrrhæ s. Cirrhæ s. Cirræ) nomen duarum urbium maritimarum hellebori proventu nobilium, in Phocide ad sinum Crissæum vel Corinthiacum, et in Phthiotide, parte Thessaliæ, ad Maliacum sinum et montem Œtam. *Sita Anticyra est in Locride*: forte leg. *in Phocide*, ut 32, 18. vel *a Locride*. Sed et Strabo lib. 9. p. 299. dicit Ἀντίκιῤῥαν in regione Œtæa esse ὁμώνυμον τῇ ἐν Λοκροῖς τοῖς Ἑσπερίοις. Incertos ad maris oram fuisse limites Locrorum et Phocensium, et illos ultra modum prorogatos, ob temporum diversitatem vel permistionem turbatorum finium, monet Cellar. Geogr. ant. 2, 13.

2. *recepta urbs Ætolis traditur, præda ex pacto Romanis cessit*, cf. cap. 24. et Polyb. 9, 39.

3. *obtrectatorum suorum*, M. Cornelii (v. not. 4.) et aliorum. — *dicendi de consule*, accusandi Marcellum, qui nunc consul et præsens esset absente collega. — *eis daturus senatum f.* v. ad 8, 5, 1.

4. *Delectum prope a M. Cornelio per totam Siciliam habitum*, h. e. numerum adcusatorum ab eo submissum, ut prope per totam Siciliam delectum eorum habuisse videatur, tamquam militum; Duk. Errat Pigh. in Ann. ad a. 542.

5. *justitium omnium rerum*, v. ad 3, 3, 2.

6. *respirare civitatem forent passuri*, v. ad 6, 42, 7.

CAP. 27.)—1. *pridie Quinquatrus*, v. ad Juvenal. 10, 115. et ad Tac. Ann. 14, 12, 1. — *septem tabernæ* cet. v. ad 3, 27, 3. et cf. Nardin, Rom. vet. 5, 8. Supersunt

[redacted]

tamen de his quædam satis obscura et incerta, v. c. quæ et quorum hæ *septem tabernæ* fuerint, quando *argentariæ*, quæ deinde *novæ* adpellatæ sunt, ita dici cœperint, cur Livius 27, 11. pro argentariis *macellum* dicat, et alia; Duk.

2. *neque enim tum basilicæ erant*, porticus ampliores et magnificæ circa fora, theatra ac templa. v. ad Tac. Ann. 3, 72, 1. Livius h. l. innuit, suo tempore in ordine post tabernas fuisse basilicas, ubi olim privata ædificia; Glar. — *Lautumiæ* tum lapicidinæ, ad quas noxii solebant damnari, (v. Plaut. Capt. 3, 5, 65. et Pœn. 4, 2, 5.) tum carceres lapide vel e lapidibus excisi, qualis fuit celeberrimus Syracusanus. Cf. Ind., Cic. Verr. 1, 5. 5, 27. (ad quæ loca v. Intpp.) Festus v. *Latumiæ* et Dorvill. iter Sicul. T. 1. p. 181. Vox est Gr. λατομία et λαοτομία, et quibusdam *latomia* et *latumia* scribitur, sed rectius *lautumia*, judice Gron. ad Liv. 37, 3. quia in Livio, Plauto, Cicerone et Digestis optimi id habeant libri, eorumque auctoritas maxime confirmetur joco Sabini ap. M. Senec. controv. 9, 4 extr. ubi ita legit: *Ne, inquit, quemquam vestrum nomen ipsum decipiat* quasi aliquid *lauti* et parum squaloris præferens: *Lautumiæ inde, quod minime lauta res est.* — *Forum piscatorium* in XI regione Urbis ad Argiletum.— *Atrium regium* ad *ædem Vestæ* et latus occident. fori Romani, in VIII reg. Urbis, quod Numæ (alii putant Tarquinii Superbi) *regis* olim domicilium fuerat. cf. 27, 11. et Ovid. Fast. 5, 263 sq. *regiæ* conj. Gron.

3. *in publicum redemti*, v. ad 2, 9, 4.

4. *pro concione* populi, ut 7, 10. 45, 2. Tac. A. 1, 44. Sic et al. *in concione;* et simil. *pro tribunali* 26, 38, 6. 27, 19, 6. 45, 26, 6. *pro muris, pro rostris, pro litore* cet. pro *in tribunali* cet. Cf. ad 1, 47, 9. 24, 22, 1. ad Tac. Ann. 2, 81, 2. — *edixit*, v. ad 21, 63, 1.

5. *Mannus ei nomen erat*, forte leg. *Manius ei*, vel cum Gron. *Manio nomen erat*. Id enim nomen servile fuit. v. Intpp. Cat. R. R. 141. al. 142. De *Calaviis* v. Ind. Mox verba *quorum parentes* — *erant* parenthesi forte includenda et Livio tribuenda sunt, non servo; aut *essent* leg. pro *erant*. — *vulgoque*, v. ad 5, 8, 1.

6. *Comprehensi ipsi familiæque eorum*, v. ad 3, 19, 13. — *elevabatur index indiciumque*, v. ad 3, 21, 5.

7. *negare nullum esse*, v. ad 2, 45, 7. An leg. *ullam?* — *eo animo*, tam infesto *esse* eos.

8. *quia, si qui evasissent aliqua*, (v. ad 3, 70, 2.) *vagari* pro *vagentur* vel *eos vagari constet*. Ita *quum* jungitur infinitivo. v. ad 1, 35, 1. 2, 27 pr.

9. *Vestæ ædem petitam* (cf. ad cap. 7. n. 2.) *et æternos ignes et conditum* cet. v. ad 1, 20, 3.

10. *simul Siculis* — *Romam præivit:* ita e MSS. locum restituit Gron. Obss. 4, 16. et intell. *Ætolorum* legatos, Romam missos, ut fœdus cum Lævino initum senatus probaret, ibique diutius retentos. v. cap. 24.— — *adducens in Urbem adcusatores*, Campanos et Siculos, *bello victos a viris clarissimarum urbium*, Capuæ et Syracusarum, *excidio celeberrimis*, Q. Fulvio Flacco et Marcello.

11. *De re publica* — *ad senatum retulere*, v. ad 21, 6, 4.

CAP 28.)—1. *quo statu Macedonia* cet. v. ad 3, 68, 1.

2. *Exercitus eis duo decreti* — *urbanæ duæ* aliæ — in *Galliam* ut *mitterentur* sc. decretum est. Cf. 40, 44. et ad Tac. Ann. 1, 15, 4. *qui in Etruria* cet. ex emend. Periz. pro vulg. *quæ in E. G. essent* (*ex q. erant*) *legiones*. — *Legiones urbanæ* ad tutelam Urbis scribi, ac deinde fere altero anno, interdum etiam eodem, si ita res posceret, adversus hostem duci solebant; Duk. conl. 23, 14. 25. 31. 24, 11. 44. 25, 3. 26, 28. 27, 7. 8. 22, 24. 35, 36. 29, 13. 33, 43. — *prorogato in annum imperio* cet. v. ad 27, 22, 2.

3. *dimissis, qui plurima stipendia haberent*, v. ad 3, 57, 5. — *præter socios navales*, v. ad 9, 38, 1.

4. *L. Cincio prætori ad obtinendam Siciliam Cannenses milites dati*, v. ad 3, 36, 12. 23, 25, 5. et 25, 41, 8. Dukeri nota est: "Non memorat hic sortem duorum aliorum prætorum. Sed L. Manlium prætorem urbanum fuisse dicit 27, 4. C. Lætorium Galliam obtinuisse 27, 7. Hunc tamen eam non sortitum fuisse, ex SCto de Gallia, paullo ante relato, facile colligitur. Nam hoc factum est post adventum Lævini cos. e Græcia, quum prætores magistratum jam inivissent. Relinquitur ergo, ut primum juris dictionem peregrinam habuerit, et, quum deinde a consule ex SCto in Galliam missus fuisset, collega ejus, prætor urbanus, utramque juris dictionem, ut mos erat, exercuerit."

5. *ne quem militem facerent* sc. ex iis. s— eorum, *qui fuissent:* nisi recte quidam edi— dere *fuisset*.

CAP. 29.)—1. *ita exanimavit Siculos*, animit conturbavit ita, ut mentis amplius compotes non essent. Sic *exanimare, enecare, occidere*, ἀποκτείνειν, ἀποκναίειν. Cf. Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 17. 1. — *oculos hominum converterent*, v. ad 22, 51, 3. — *converterent* MS. Put. et alii.

2. *sermones præbuerint*, ut 34, 54, 3. e— *sermonem dare* ap. Cic. ad Div. 9, 3. h. e. occasionem sermonis, materiam sermonibus, colloquiis. Cf. ad 44, 17, 1. et 44, 34, 2.

3. *Circumibant senatum cum veste sordida*, v. ad 2, 54, 5. Mox *suam quemque patriam* leg. cum Gron.

4. *aut mergi freto*, v. ad 30, 28. 6.— — *dedi noxæ inimico*, tradi ejus imperio potestatique nocendi, pœnæ et vindictæ. Cf. ad 10, 19, 2. — *domos* (al. *per domos* minus eleganter, judice Gron.) *primum nobi-*

brateque sermonibus, v. ad

ebat, si jam aures senatus
rum querelis, se aliter
tandis provinciis sensu-
ero, *ne quis Siculos, quo*
istratu, *in cujus potestate*
re querantur, timore impe-
, si idem collegæ placeat,
utare puratum esse: sed se
judicium, h. e. se postu-
in re, quæ a suo ipsius
lere debeat arbitrio ante
cium præmittat; Doer.
latus prajudicium, ut de-
tur senatus, ut id faciat
i grave idque deprecari;
, 10. — *extra sortem* cet.

adversæ pugnæ, victi Han-
erat — caderet, v. 23, 16.

in gratiam publicam aver-
— *invisos fuisse sibi*, po-
ublici beneficii, a Siculis
ati, vel hæc memorantes
a interpretantes, ut adpa-
uam bene meritam esse
e eo spectasse, ut ab his
vertentes malebat Gron.
tere pro vulg. *vertere* et
itur, v. c. 22, 19. 31, 11.
d 3, 63, 1. "Avertentes,
s, significantius est;"

morum juvenum cet. v. 25,

urbis, v. ad 10, 44, 1.—
ademta, ædes, agros, (cf.
mox vocat, *nudum solum*,
tunæ; (fortunarum, bono-
idem alere se ac suos his
eteroquin faciendi spes
oque Marcellus in publi-
Drak. *Multis* adeo *ademta*
essiones, *ita ut ne nudo qui-*
is et exhaustis ædibus,
direptis fortunis relictæ
agrorum fructibus alere

ut cognoscique possint, restitui
0, 1. et 6, 1, 6. — *exce-*
a. Cf. cap. 31 pr. et ad 1,
mnibus quidem edd. non
ante, vel auctore Rhen.
ur; sed in nullo MS. præ-
ut immo, ait Marcellus bene

imperiique hujus, mei, con-
antibus Græcis, v. ad 25,
m et *Græcula* contemtim
s. Cf. ad 8, 22, 7. 9, 18, 6.
2. Sil. 3, 178. 12, 41. Juve-
nal. 3, 61 sq. Mox post *sed non* omissum *tam.* v. ad 2, 56, 8.

2. *nihil interest*, v. ad 8, 39, 3. Mox post *desciverunt* MS. Put. et alii addunt *portas;* unde Gron. conj. *desciverunt ad Pœnos* vel *aperte*, et Ruben. *ad portas* vel *in portu legatos* cet. ex 24, 33. — *exercituque C. tutati sunt* passive *exercitumque* edd. ante Gron. — *quum fecerint* sc. hostilia.

3. *Tradentes urbem principes — potiores habui*, id a legatis ei objectum erat et mox refellitur. — *extremi Syracusanorum*, humillimi, infimo loco nati.

4. *qui navatam operam — velit*, immo *vellet;* Gron.

5. *Carthaginienses victosque*, v. ad 2, 42, 7. *victos se* vel *sese* quidam MSS. *victos secum* conj. Gron. *victos* simpl. dedit Doer. ex Colbert. 2.

6. *Ea vos* ut *rata habeatis — mea fides exsoluta est*, v. ad 3, 19, 1. — *ad rem publicam* ejusque salutem *pertinet*, valet, magnam vim habet, ut 39, 28.

7. *templo excedemus*, v. ad c. 30. n. 4.

CAP. 32.)—1. *de sententiis certatum*, quod adtinet sententias; Doer. Tò *de* delendum; Gron. Mox infinitivi *recipi, capi* cet. pro: *recipiendam fuisse, capiendam* cet. Livius, verborum præcc. inmemor, nunc scribit *recipi, capi* cet. quasi ante pro *bellum gerendum fuisse* scripserit *bellum geri debuisse* vel *oportuisse;* Crev. Ita et 27, 20, 3. ad infinitivos *repleri, trajicere, conserere* cet. intelligendum est *debere* ex præc. *eundum fuisse*. Ceterum apodosis sequitur demum interjectam Patrum sententiam: *mitius tamen decreverunt Patres* cet. Cf. ad 26, 24, 3.

2. *quo ore aut Syracusas — ostendi posse*, qua inpudentia et audacia, ut ap. Terent. Phorm. 5, 7, 24. et al. Ita et *frons* ac *vultus*, nostrumque *Stirne*.

3. *in reliquum* tempus, (v. ad 23, 20, 4.) vel quod reliquum esset, ceterum. — *quod sine jactura reip. fieri posset;* ita Put. et alii MSS. *quoad* edd. ante Gron. qui docet, *quod* sæpe pro *quoad* dici. Cf. 44, 17. Cic. Leg. 2, 9, 22. ad Div. 1, 1. al.

4. *in fidem clientelamque* cet. v. ad 25, 29, 5,

CAP. 33.)—1. *Campanis senatus datus*, v. ad 8, 5, 1. — *meritas pœnas negare p.* hoc non uno modo subpleri potest: sed forte leg. *meritos* sc. se; Duk. — *tot veneno absumtis, tot securi p. s.*, v. cap. 14, 15.

2. *ut quidquam de se gravius* (mortem voluntariam) *consulerent*, statuerent; (ut 30, 43. 45, 8. al.) exemplo Virrii et XXVII senatorum. v. cap. 13. 14.

3. *adfinitatibus pleroque* cet. cf. ad 8, 14, 9.

4. *Submotis deinde e templo*, v. ad c. 26. n. 4.

5. *mortuus enim post captam* Capuam *Claudius consul*, propr. *proconsul.* Cf. cap. 1. 16. mox not. 6. et ad 28, 39, 1.

6. *M. Atilium* et *C. Fulvium fratrem Q.*

[redacted]

Fulvii *Flacci, legatos ejus*, Q. Fulvii. Quidam MSS. ignorant *ejus* et *fratris* habent; unde Gron. emend. *M. Atilium, C. Fulvium fratris Flacci legatos*, ut τὸ *fratris* respiciat solum Fulvium, quasi dictum esset *hunc fratris Flacci*. In plerisque MSS *fratres Flacci*, non inprob. Crev. qui nihil vetare putabat, M. Atilium fratrem esse Flacci, etsi diverso nomine sit, sive ex eadem tantum matre ortus, sive per adoptionem in Atiliorum gentem adscitus fuerit. Mox τὸ *item* forte delendum et ex ultima syll. vocis præc. ortum.— *in consilio arbitror me fuisse consulibus*, propr. proconsulibus, Fulvio et Claudio. Cf. not. 5. Post *capta* maximam distinct. ponere malebat Duk. Idem quærit: cur *arbitrari se* dicit, quod haud dubie pro certo sciebat? Forte leg. *recordor me adfuisse c.*

7. *compertum est sc.* bene meritas esse de rep.

8. *quorum culpa eminebat;* f. *emineret.*

9. *idque in Satricanis factum est*, (v. ad 30, 12, 3.) *quum defecissent*, v. 9, 12. et 16. ubi tamen rogationis Antistianæ et SCti nulla fit mentio. — *sciretque plebs* antique pro *scisceretque*; Doer. Ita potius legendum putabat Gron. — *cum tribunis pl. agendum esse*, v. ad c. 2. n. 4. — *Sabatini*, v. ad 24, 14, 2. Formularum veterum oratio horrida solet esse, et parum inter se nexa; Crev.

10. *Quod senatus juratus* (nam in gravioribus rebus senatus nonnunquam jurabat, se censiturum, quod e fide sua et rep. esse videretur; cf. 30, 40. 42, 21. et ad Tac. Ann. 4, 21, 7. Casaub. ad Suet. Aug. 35.) et quidem *maxima pars censeat* eorum, *qui adsident* ad hanc rem consultandam. *juratus* active dictum. Cf. ad 1, 32, 13, et 32, 6, 1. *adsidetis* edidere Sigon. Gron. Drak. sed parum apte: et in omnibus fere MSS. primisque edd. exstat *adsidens:* unde *adsident* reposui. Ipsum *adsidens* recte et antique dictum esse pro *maxima* pars ex eo, qui *adsidens* est, h. e. adsidet, Doer. qui conf. ad Catull. 63, 57. 64, 308. Sed ita potius leg. *maxima pars* eorum, *qui adsidentes* sc. sunt. *adsederint* vel *adsidebunt* conj. Gron. qui bene monet, verba *maxima pars qui a.* per epexegesin adjecta esse τῷ *senatus*, ut ostenderetur, non intellegi omnes et singulos, neque certum requiri numerum. v. ad 2, 23, 9.

CAP. 34.)—1. *venire eas Romam* sc. senatus jussit seu jusserunt; ut mox *aliorum bona publicanda* cet. sc. censuerunt: quæ verba bis infra adjiciuntur. — *publicanda*, v. ad 3, 31, 2. — *extra* (præter) *filias, quæ enupsissent*, ex paterna domo in mariti (peregrini, opinor, non Campani) transissent, adeoque pro simpl. *nupsissent*, quod etiam ante Sigon. vulgo legebatur. Cf. ad 4, 4, 4.

2. *Aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt* non bene capio: si significare voluit, senatum voluisse *publicari* bona eorum, quibus magnus census erat, non eorum, quibus exiguus, videtur scripturus fuisse *summa*, i. e. magnitudine; Duk. *Summa* est multitudo, turba, ut sensus sit: reliqui Campani, in quos singulos non decretum erat, secundum census puniti sunt, secundum census de iis statutum est; Ern. Inter omnem ceterorum Campanorum multitudinem discrimen etiam fecerunt habiti (?) census, ita ut secundum eos constitueretur, *publicanda nec ne bona essent;* Doer. — *omnia, quæ solo continerentur*, ædes, agros, hortos aliaque, quæ vulgo *immobilia bona* dicuntur. — *extra quam, qui*, v. ad 22, 3, 8.

3. *Locus, ubi habitarent, trans Tiberim* cet. cf. ad 8, 14, 6. — *per bellum*, v. ad 2, 18, 1.

4. *pararent haberentve* scil. agrum ædificiumve.

5. *ad pontificum collegium rejecerunt*, v. ad 2, 22, 4.

CAP. 35.)—1. *in publico esset*, v. ad 2, 9, 4. — *ut privati ex censu ordinibusque, ut antea* cet. cf. 23, 49. 24, 18.

2. *materia seditioni deesset*, v. ad 26, 40, 6. — *Secundum Siculos*, v. ad 1, 4, 1.— — *servos agri cultores rem publicam abduxisse;* abductos in usum reip. jussu eorum, qui reip. præsint; Gron. — *nunc ad militiam parvo ære*, stipendio, *emendo eos, nunc remiges imperando*, dum jusserit remiges dari, servos esse remiges.

3. *ad rem inspiciendam*, v. ad 3, 25, 4.

4. *paraturos se navales socios*, v. ad 9, 38, 1.

CAP. 36.)—1. *nec inpensa gravis est*, acerba inferiori plebive. — *pro virili parte*, v. ad Præf. n. 3.

2. *Itaque si volumus populum Rom. classes habere atque ornare*, (v. ad 9, 40, 12.) necesse est vel auctor sum, ut *nobismet ipsis primum inperemus* remiges, (ut c. 35,) vel injungamus inpensas, tributa, quæ conferenda sunt. Interrogatio orationem reddit graviorem.

3. *in publicum conferamus* sc. usum, vel ærarium, (v. ad 2, 9, 4. et 39, 7, 2.) vel potius ex ædibus *ad triumviros mensarios deferamus*, ut mox dicitur, palam conportemus, ut 28, 36, 3. Cf. ad 2, 24, 6. — *ita ut annulos sibi quisque relinquant*, v. ad 1, 41, 1. — *filio bullam*, v. ad Juvenal. 5, 164. 165. — *et, quibus uxor filiave sunt, singulas uncias pondo auri relinquant*, cf. Gron. de pec. vet. 1, 6. qui *filiæque* legit, ne hæc adversentur legi Oppiæ, triennio ante latæ, de qua v. ad 34, 1, 2. et 3. Sed ne sic quidem omnis eximitur nobis scrupulus. Nam Lævinus non semiunciam auri, ut Oppius, sed in summis rerum angustiis minus auri relinquendum censuisse videtur uxori.— *qui curuli sella sederunt*, qui curulem gessere magistratum. — *argenti*, ex argento, *equi*

[redacted]

ornamenta, phaleras. Forte leg. *ex argento* vel *argentea*. — *libram argenti tantum*, non simul argentea equorum ornamenta.

4. *Ceterum* (reliquum) *omne aurum* — *ad triumviros mensarios*, v. ad 7, 21, 3. — *Ingredimini* hanc viam.

5. *publica prodendo* cet. v. ad 2, 43, 5. et 22, 10, 10.

6. *nec scribæ referendo*, ad referendum in tabulas publicas. — *sine coërcitione magistratuum* (v. ad 4, 53, 2.) ex emend. Gron. pro vulg. *sine cohortatione*.

CAP. 37.)—1. *Neque aliud magis* cet. hoc *magis* mox repetitur et expungendum est; Gron. Cf. ad 1, 3, 8.

2. *Transmarinæ quoque res*, in Macedonia ac Græcia, *quadam vice pensatæ*, ut 27, 40 pr. et 37, 1. *adversa secundis pensata* cet. Jactatæ, ut modo in deteriorem partem, modo in meliorem inclinaret pondus; Ern. — *despondente*, v. ad 4, 13, 1.

3. *Carthaginienses quoque amissam Capuam*, Capuæ possessionem, *et Tarentum captum*, Tarenti expugnationem, *æquabant*, illa re tantum damni, quantum hac lucri fecisse videbantur et putabant.

4. *exercitus Rom. in Hispaniam duceretur*, v. cap. 11. — *quo propius spem venerant* sc. Carthaginienses. cf. ad 1, 25, 11.

5. *ab L. Marcio tumultuario duce*, v. ad 1, 37, 4. et cf. 25, 37-39. — *eo plus indignationis præbebat, victoriam redactum esse* cet. Id, quod victoria redacta erat. *præbebat* edd. ante Drak. qui edidit ex quibusdam MSS. *præbebant* sc. Hispaniæ Carthaginiensibus.

6. *Ita æquante fortuna* sc. adversa secundis, nisi *æquante* passive dictum, (v. ad 2, 3, 2.) vel legendum *Ista* aut *æquata*. — *suspensa*, v. ad 2, 32, 5.

CAP. 38.)—1. *omnes tenere præsidiis*, v. ad 22, 22, 9. — *in multas partes carpere exercitum*, v. ad 3, 5, 1.

2. *nec spei liberam sociorum relinquere fidem poterat*, h. e. efficere, ut sociis liceret, ad eas partes, a quibus plus commodi sperarent, transire, ad Romanos deficere; ut liberam haberent spem. Cf. ad 22, 34, 8. *Spei liberam fidem* eorum sociorum, qui nutantes jam ita facilius se ad Romanos defecturos sperabant; *timori obnoxiam* eorum, qui ex animo ei faventes metu armorum cogi poterant, ut se Romanis jungerent; Drak.

3. *Præceps in avaritiam*, v. ad 1, 32, 13.

4. *ad plures exemplum q. c. pertinebat*, v. ad 23, 49, 3. — *tentandis urbibus deerat*, v. ad 3, 46, 3. et 9, 35, 1.

5. *Salapiæ principes erant Dasius et Blattius* cet. cf. Appian. Hannib. 45-47. et Valer. Max. 3, 8. ext. 1. et de *Salapia* sup. ad 24, 20, 9. *Blattius* MS. Flor. et Put. In aliis libris *Blatius*, (ut ap. Appian.) *Blactius*, *Blasius*: apud Valer. *Blasius* et *Blassius*. Cf. Gron. Obss. 4, 11. p. 166.

6. *pro tribunali quædam ageret*, v. ad c. 27. n. 4.

7. *Blattius de proditione Dasium adpellabat*, cum eo agebat rogans hortansque; propr. prior eum sermone adibat, adloquebatur.— — *Enimvero*, v. ad 1, 51, 5.

8. *id crimen adferri, quod, quia testem habere non potuisset, liberius fingenti sit*, v. ad 9, 19, 3. et 30, 32, 4. — *liberius fingeretur* edd. ante Gron. ex interpret.

9. *longe fortissimi equites erant*, sc. illi D Numidæ.

CAP. 39.)—1. *præfectus præsidii* cet. v. ad 24, 20, 7.

2. *a Marcello ei traditæ erant, habuit*: si constaret, eum has omnes quinque naves a Marcello adcepisse, non dubitarem, distinctione post *quinqueremes* posita, expellere *habuit*: sed quia hoc, etsi non inprobabile, tamen incertum est, nihil tento; Duk. — *debitas ex fœdere*, naves, quas socii secundum fœderis leges Romanis dare debebant.

3. *quindecim millia ferme* (v. ad 9, 24, 2.) *ab urbe*, Tarento, *ad Sacriportum*, locum sinui Tarentino adjacentem, et non minus ignotum, quam Sacriportus in Volscis, ubi Marii filius a Sulla victus. — *suppleverat remigio naves*, v. ad 3, 15, 8. — *armatam pro magnitudine navium*, v. ad 7, 33, 2. et 9, 40, 12.

4. *ad componenda armamenta*, v. ad 21, 49, 7.

5. *in majoris discrimen rei, quam ipsæ erant*, sc. magnæ, h. e. quam cui multitudo navium responderet, quam pro numero navium. Cf. ad 6, 17, 1. et 7, 33, 2.

6. *post centesimum prope annum*, propr. annum LXIII. inde ab a. V. c. 480. quo Milo, Tarento præfectus a Pyrrho, urbem L. Papirio cos. tradidit. — *spe* concepta s. facta, quum spes esset, *commeatus quoque hostibus interclusuros*, sc. se esse. Cf. ad 3, 15, 6. et 24, 13, 2. *interclusuros* et *spe* ex plerisque MSS. pro vulg. *spem commeatus intercluusuri*, quod forte non spernendum.

7. *proditione ac furto*, v. ad 9, 31, 7.

8. *neque retro navem inhiberent*, propr. cursum navis cohiberent s. reprimerent retro eam agendo seu convertendo remis, quod fit in primis fugæ causa vel ab ingressuris portum. Cf. 30, 10. 37, 30. Græv. ad Cic. ad Att. 12, 13. 13, 21. et Gron. Obss. 4, 26. — *ferrea injecta manu*, quod nobis dicitur *entern*. v. ad 24, 34, 6.— — *conserebant pugnam*, al. *conferebant*, v. ad 6, 12, 7.

9. *conlato pede gereretur res*, v. ad 6, 12, 7.

10. *alieno remigio*, sc. Romanorum navium puppes remis Tarentinorum, Tarentinarum remis Romanorum.

11. *in arcto stipatæ naves*, v. ad 5, 38, 4.

12. *Nico, cui Perconi fuit c.* cet. v. ad 25, 8, 2.

[redacted]

13. *ille atque præceps procidit*, v. ad Præf. n. 13. *Ille simul atque p. cum armis p. a. proram, victor* cet. Curio et post eum alii edidere. Sed illud *simul* abest a MSS. et antt. edd. prob. Gron. qui monet, *atque* h. l., ut et alibi, inpr. ap. Plautum, positum esse pro *continuo* vel *statim*. Cf. Duker. et Drak. ad h. l. et ad 27, 21. Gell. 10, 29. Burm. et Heyne ad Virg. Ge. 1, 203. Davis. ad Cic. Leg. 2, 4. et Schelleri Lex. lat. Forte leg. *transfigit, atque* (et) *ille* cet.

14. *Thurinis Metapontinisque*, qui ad Hannibalem defecerant. v. 22, 61. 25, 15.— — *aliæ*, v. ad 4, 10, 2.

15. *ne urbs eodem inpetu caperetur*, verba, quæ pendent a *semiapertis;* unde vel illa post hanc vocem, vel *in urbem conpulit* post *multis* ponenda suspicari possis. Cf. Jac. Gron. ad Gell. 12, 5. Ante *ne* Pal. sec. inserit *parumque abfuit*, quod probant Gebh. et Doer.

CAP. 40.)—1. *magna parte anni circumacta*, v. ad 6, 1, 3. — *exspectatus*, cf. ad 28, 27, 6. — *nova pace inconditas conponere res*, ut 45, 17. pr. et al. *ordinare provinciam.* Cf. ad 21, 57, 11. et 24, 24, 2. — *belli reliquum*, v. ad 4, 27, 1. Ad seqq. et de *Agrigento* cf. Polyb. 9, 27.

2. *spem repositam habebant* sc. Carthaginienses : male omnes libri (præter Put. et Colb.) *habebat;* nam sic Hanno non inritasset Mutinen ablata præfectura ; Gron. — *prædas agebat* sc. Mutines.

3. *in invidiam vertit gloria*, v. ad 2, 3, 2.

4. *in media urbis* sc. loca. v. Drak.

5. *ad aures adcidisset clamor*, v. ad 21, 10, 15. — *ad ictum teli veniret*, forte cum Periz. leg. *ad jactum :* nam *sub ictum teli venire* bene dicitur, non *ad ictum;* Drak. Cf. ad 43, 10, 4.

6. *pretia pœnasque*, quidam libri vett. *præmia p.* Cf. Drak. — *sed urbis Romæ — annonam levaret*, v. ad 1, 40, 1. et 2, 34, 10.— — *inconditam mult.*, v. ad 21, 57, 11.

7. *nova pace coalescente insula*, v. ad 1, 11, 2. — *materiam novandis rebus*, v. ad 1, 39, 4. et 1, 52, 1.

CAP. 41.)—1. *navibus deductis*, v. ad 8, 26, 1. Mox Livius exornavit brevem Scipionis orationem ap. Polyb. 10, 6.

2. *arceamus transitum hostis*, i. e. hostes transeuntes, ut 1, 30. et 3, 69. *fuga* pro fugientibus ; Ern. Simplicior ratio est : prohibeamus transitum hostis. *arceamus transitu hostes* edidit Drak. ex emend. Gron. — *audaciusque consilium, quam pro memoria cladium* cet. v. ad 7, 33, 2. Mox *interfecti sint* malebat Gron.

3. *publica fortuna desperare de summa rerum prohibet*, v. ad 3, 5, 6. et 6, 30, 3. — *Jam quid hoc bello memorem* sc. amissum esse ? *hoc de bello* conj. Sigon. — *Siciliæ majoris partis*, regni Hieronis.

4. *Syracusæ et Agrigentum captum*, cf. ad 1, 24, 11. Dukerus ad h. l. ex cap. 40. docet, Agrigentum *principio veris* hujus anni, quo hæc oratio habita, nondum fuisse captum, adeoque Livium hanc orationem, ut alias, de suo exornasse. — *receptaque* a Marcello *provincia* nunc *in* cet.

5. *Dii prope ipsi cum Hann. starent*, v. ad 8, 34, 1. — *cum parentibus meis*, propr. patre ac patruo.

6. *sustinuisse labantem fortunam*, v. ad 2, 39, 9.

7. *centuriis omnibus*, (v. ad c. 18. n. 6.) *ut mihi inperium juberent dari ;* " del. *dari :* nam centuriæ non jubent alicui inperium ab alio dari, sed ipsæ dant, *inperium alicui jubent* sc. *esse*. cf. c. 18. 30, 41. 31, 50. et Sallust. Jug. 84. ubi similiter in uno MS. intrusum fuisse *dari* monet Cort. quod et in alio inveni ;" Duk. — *auguriis auspiciisque :* quæ auspicia etiam iis fuisse, qui ex privatis pro consulibus et pro prætoribus in provincias fuerint missi, negant Sigon. de ant. jur. prov. 2, 6. de lege cur. 10. Lips. mil. Rom. 2, 12. Periz. anim. hist. c. 7. p. 262. sed adfirmat Gruch. refut. post. disp. Sigon. c. 4. cui adsentitur Duker. propter religiosam auspiciorum etiam in privatis rebus apud veteres Romanos observationem.

8. *per nocturnos etiam visus*, specie et patris et Neptuni, Carthaginis Novæ obpugnandæ consilium subgerentium, in somnio mihi oblata. Cf. cap. 45 extr. inf. 29, 27. Polyb. 10, 11. et 14. Sil. 15, 159 sq. 180 sq.

9. *idem subjicit* (v. ad 1, 59, 7.) *ratio haud fallax* cet. cf. Polyb. 10, 6. et 7.

10. *soboli inperatorum vestrorum, velut adcisis recrescenti stirpibus*, v. ad 6, 1, 3.

11. *fidei virtutisque ad exemplum*, (exemplar, ἀρχέτυπον, πρωτότυπον, Germ. *Original*) *expressam effigiem vobis reddam*, pro vulg. *exemplum expressam ad effigiem* edidi ex emend. Ruhnken. ad Rutil. Lup. de [illegible] p. 108. *et* vel *atque expressam effigiem* vel *expressam adeo effigiem* conj. Duk. ut Scip[illegible] expressa effigies ingenii cet. esse, eamq[illegible] in se expressam videri et ab omnibus c[illegible] gnosci voluerit.

CAP. 42)—1. *relicto ad præsidium regi[illegible] ejus* cis Iberum, ubi Romanorum soc[illegible] erant, *M. Silano.* — *erant autem XX millia p.* cet. " adeoque additis copiis, qu[illegible] Silano reliquerat, totus exercitus er[illegible] XXVIII M. peditum, 2800 equites. Et si etiam Polyb. 10, 9. nisi quod c. 6. numerum equitum Silano relictorum ducentis au[illegible] get. Sed ex 25, 37. 26, 11. 17. 19. 37. 41. probabile fit, majorem exercitus numerum fuisse. Præter copias tamen Silano tradita[illegible] fortassis etiam pars exercitus in præsidiis urbium cis Iberum relicta fuit ;" Duk.— *quibusdam suadentibus* cet. cf. Sil. 15, 180 sq.—

iaginem Novam interim (ante talem
) *obpugnare statuit* : cf. Polyb. 10, 6.
- *in tres tam diversas regiones*, cf. c.
i not. 4.
thaginem Novam, urbem quum ipsam
cet. cf. ad 21, 5, 4. ad Sil. 15,
et, ex quo fonte Noster hausit,
0, 8-10.
er portum, cf. ad 1, 2, 3. — *nescio*
d 2, 2, 3.) *unum* : al. *unam*, prob.
coll. Polyb. 10, 8 pr. — *qua*

ter C. Lælium, cf. Polyb. 10, 6.

citus ostenderetur, v. ad 22, 37, 2.
ra ab regione urbis, qua in septemtrio-
est, posita ; (nam ab oriente ac me-
em mari, ab occasu autem stagno
ox legimus) *his ab tergo*, exteriore
m parte, *κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπι-*
τῆς στρατοπεδείας, vallum objectum
περιεβάλλετο τάφρον καὶ χάρακα
ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν, nam
rorum, hosti urbique obversa, *na-*
erat, κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν
δέν· αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις
ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε, Po-
9. Cf. extrema hujus cap. verba
. 10, 11. Vocem *frons* inseruit
f. Sil. 15, 227.) In MSS. et edd.
itur : *his ab tergo* (*nam natura tuta*
llum vallum objectum. Hinc J. Fr.
nj. *his ab tergo* (*alia natura tuta erant*)
allum o. vel (*nam natura t. e. alia*)
c. Gron. *ante natura tuta erant*, ut
. *ab tergo, ante*, a fronte, *circaque*,
ribus. (Cf. ad 28, 33, 1.) Schel.
. de castramet. p. 1151. et Drak.
go (*nam natura tuta erant*) *vallum*
nisi ab tergo — *nullum vallum o.*
rum sita Carthago Nova *sic est* :
et. ad finem cap. ad verbum fere
e Polyb. 10, 10. 11. Cf. et Sil.
q. et Heyne Exc. ad Virg. Æn. 1,
— *quingentos passus* cet. immo
sus, et mox *paululo plus passuum M.*
. legendum jam monuere Sigon.
. — *introrsus retractus sinus*, ut
p. Virg. l. l.
sinu peninsula excurrit, v. ad 22,

mque (v. ad 21, 35, 2.) *exæstuat*
mare, quandocumque, aut prout
, 35, 2.) adcedit s. intumescit aut

43.)—1. *omnia* enim *ubique primo*,
obsessum hostem conari, sc. dicens,
— *concione advocata ita disseruit*
olyb. 10, 11. — *Ad urbem unam*
um : IV MSS. et vett. edd. *obpug-*
t rectius, opinor. Illud gram-
acumen redolet ; etsi non desunt
Cf. ad 38, 3, 4. 40, 49, 1. 42,
Sil. 8, 36. 11, 559. 560. 15, 105.

Drak. inf. ad 40, 49, 1. Gron. Obss. 1, 7. Intpp. Virg. A. 11, 230. Periz. ad Sanctii Min. 3, 8. Cort. ad Sall. Jug. 22, 5. Oudend. ad Front. 3, 6, 7. et ad Cæs. B. G. 3, 14. — *magis operis vestri*, laboris nunc a vobis suscipiendi, *quam emolumenti*, in vos inde redundaturi, *rationem habet exactam*, certam, accuratam, satis ponderatam, probe perpensam. Mox *simul* pro *simul ac*.

2. *arma, armamenta*, cf. ad 21, 49, 7. Mox primum *et* post *simul* abest a MS. Pet. et abesse potest : sed etiam passim additur, ut 29, 35, 31, 36. 32, 18. *quæ belli usus poscunt*, v. ad 6, 25, 6.

3. *Hinc rectus in Africam cursus est* : quo tacite spem suis militibus facit, in Africam se transfretaturum ; *hinc omni Hispaniæ inminet Africa* : ita Put., non, ut plerique MSS. et edd. antt., *Hinc omnis Hispania i. Africæ* : vult enim, Africam (Pœnos) ex hac urbe tamquam ex arce inminere et instare toti Hispaniæ, cui jugum partim inposuerat, partim minabatur ; Gron. Cf. ad 3, 51, 3.

CAP. 44.)—1. *quingentis militibus arcem insedit, quingentos* cet. cf. Polyb. 10, 12. qui etiam ibid. et cap. 8. mille tantum milites Magoni tribuit, non decem millia, ut Appian. Hisp. 19. Cf. inf. cap. 49 pr. — *obcurrere jubet*, v. ad 21, 61, 1. — *eos, quos in via ferente ad c. h. instruxerat*, sc. oppidanorum duo millia, eaque fortissima et selecta, *mittit* in hostes, vel *emittit* ; nisi ita leg.— *haud inpari stetere acie*, Flor. a m. sec. *h. inpares st. acies*, quod placere potest ; Drak. et Duk. cf. 27, 11.

2. *in tumulum, quem Mercurii* (ex emend. Ruben. pro *Mercurium* et *Mercurium Teutatem*) *vocant* : forte leg. *Saturni*. Cf. Polyb. 10, 10. qui docet, septemtrionale urbis latus tribus clausum fuisse tumulis collibusve, Vulcani, Saturni, et medio, qui ab Alete heroë nomen habuerit. Ad seqq. cf. Polyb. 10, 13.

3. *quodque plurimum ad adcendendos militum animos intererat, testis* spectatorque cet. v. ad 21, 43, 12.

4. *tumultus inde major, quam vis, adhiberi poterat*, ex emend. Gron. In MSS. *hiberi* et *haberi* ; in edd. antt. *videri*. Forte leg. *cieri*, vel *fieri*, vel potius *inhiberi* h. e. adhiberi. v. ad 1, 33, 7. et 3, 38, 2. — *Dum adplicant* sc. naves litori, ut 44, 32. *partim*, ex parte, aliquot ; nisi cum Crev. leg. *raptim*.

CAP. 45.)—1. *vis magna telorum subpeditabat*, (v. ad 6, 24, 1.) *congesta ex ingenti copia* telorum, quæ in urbe erat, vel potius : quoniam ingens copia eorum in hunc usum congesta erat ; ut *ex* sit pro *propter*.. v. ad 7, 39, 5. — *Raræ*, paucæ. Ad seqq. cf. Polyb. 10, 13. et 14.

2. *stantibus scalis* ; forte *stantes in scalis*,

[redacted]

vel *nutantibus.* — *scalis et corona*, obpugnatione et obsidione. cf. ad 2, 17, 3. — *opera*, v. ad 5, 22, 7.

3. *ubi ea siderent*, hærerent in vadis fundoque limoso. — *eo secum armatos duxit*, forte *D secum a. d.*; Crev. Ita Polyb. 10, 14. — *ad id, quod sua sponte* cet. v. ad 2, 23, 3.

4. *acer septemtrio*, v. ad 37, 12, 4. — *inclinatum stagnum* sc. æstu, aquam stagni mutatam, (v. ad 9, 32, 4.) vel potius *sua sponte* seu *æstu recedentem in mare.* Sic 29, 7 pr. *æstu fretum inclinatum est*, aqua freti ex alto versus litus rediit, recessus maris vel, ut mox dicitur, *mare versum* seu reciprocum fuit: nisi *æstu* dictum pro *æstui* (v. ad 4, 12, 8.) et hoc pro *in æstum.* Cf. tamen ad 29, 7, 2.

5. *Neptunum ducem itineris*, v. ad c. 41. n. 8. — *medio stagno evadere*, v. ad 8, 15, 6.

CAP. 46.)—1. *succedentibus* sc. ad mœnia, ut mox *subeuntibus*, *sed* etiam eo *quod euntes* ad mœnia, subeuntes, *ad ancipites utrimque*, ab utroque latere, *ictus subjectos habebant Romanos* scil. mœnia. v. ad 1, 25, 4. et 7, 34, 3. Sed si non alia h. l. corrupta sunt, certe vox *euntes*, pro qua Doer. conj. *superstantes.* Plura tentavit Gron. — *latera infestiora*, magis ad ictus infestos subjecta, iis exposita. v. ad 1, 7, 7. — *adversa corpora*, v. ad 2, 23, 5.

2. *At parte in alia quingentis* cet. nam Scipio tribus locis adgressus est urbem, ab terra ipse terrestri cum milite, a mari Lælius classe; tertium locum incustoditum, quia stagno naturaliter muniebatur, missos D homines, quum maris æstus decessisset, præter exspectationem invadere jussit: eaque parte primum urbs est capta; Gron. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 10, 14. et 15. — *neque opere emunitus*, munitus, *erat* murus, (v. ad 5, 22, 7.) *ut ubi*, quum ibi cet. v. ad 8, 30, 7. Mox τὸ *eo* ante *ferendam*, adjectum ab Rhenano, abest a vett. libris, et abesse potest.

3. *utrimque ancipitem hostem* v. ad 1, 25, 4.

4. *cædendo confectis* (v. ad 2, 40, 8.) *ac distractis* bene optimi MSS. nisi malis *diffractis*; Gron. *cædendo confractis* omnes edd. — *videret* sc. Scipio.

5. *in quam et ipse Mago cum omnibus fere armatis refugerat*; alii *refugerant.* v. ad 21, 60, 5. — *partim copiarum* cet. plerique MSS. pro *partem.* v. ad 23, 11, 10.

6. *Quoad dedita arx est*, v. ad 23, 26, 1.

CAP. 47.)—1. *Liberorum capitum* κατὰ, quod adtinet ad *virile secus ad decem millia capta*: ita Put. *virile sexus* et *virilis secus* alii MSS. *virilis sexus* edd. antt. Cf. Gron. et Drak. ad h. l. Cort. ad Sallust. hist. 2. p. 960. Ern. et Wolf. ad Suet. Aug. 44. et nos ad Tac. A. 4, 62, 7. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 10, 16. 17. ubi Schweigh. monet, *opifices* (ἐργαστικοὺς et χειροτέχνας) a Livio in numero *liberorum capitum* comprehendi distinguique a *servis*, sed ap. Polyb. etiam a πολιτικοῖς, adeoque fuisse incolas urbis liberos quidem, sed non pleno jure civitatis fruentes et deterioris nonnihil conditionis quam ceteros. — *publicos*, δημοσίους Polyb. Cf. Bynkersh. c. 5, ad l. 9. D. de leg. Rhod. de jact. et Lips. Elect. 1, 22.

2. *et auxerat navibus VIII captivis classem*; haud dubie *XVIII captivis* leg. e Polyb. 10, 17, 11-13. ubi Schweigh. notat, Livium h. l. non intellexisse Polybium, aut presso pede sequi noluisse: nec nimis magna copia solertium nautarum abundasse Romanos, Pœnos vero in hoc genere in primis fuisse exercitatos, magnumque ejusmodi hominum numerum Carthagine repertum dicere Polyb. 10, 8.

3. *scorpionum majorum minorumque*, v. ad 24, 34, 5. — *argenti facti signatique*; immo *infecti*; Gron. de pec. vet. 1, 7. Si vulgata lect. retinenda, *vasa argentea* non sunt *argentum factum*, quod falsum est; Duk. Cf. 34, 10.

4. *Naves onerariæ LXIII*, al. CXIII.

CAP. 48.)—1. *militibus navalibusque sociis*, v. ad 9, 38, 1. — *sed* etiam *ante eo congessissent* cet. nam passim ipsis tribuitur diis, quod eorum cura, providentia ac voluntate factum putatur, præcipue res magnæ, insolitæ, inopinatæ.

2. *præcipuum muralis coronæ decus*, v. ad 6, 20, 6. — *sui corporis hominum*, legionariorum sociorumque navalium. Cf. ad 1, 17, 2. — *aderat*, v. ad 3, 14, 16.

3. *contentio quum prope seditionem veniret*, v. ad 2, 48, 5. et 6, 42, 6. — *Recuperatores* s. *reciperatores* judices in causa privata, per quos, quod suum est, aliquis *recuperat*, et ad quos de re pecuniaria aut possessione cujuscumque rei certatur. Romæ erant e centumviris, et, ut alii judices, *dabantur* a prætore. Cf. 3, 2.

4. *advocatis partis utriusque. Advocatus* dicitur amicus, quem *vocamus ad nos*, ut eum consulamus de controversiis nostris, quique honoris causa in judicio in subselliis nostris sedet, aut nobiscum in rem præsentem venit; Ernesti in clave Cic. *Advocati* 3, 47, 3. amici præsentes, et, si opus fuerit, adjuturi consilio, opera, re, deprecando, inpediendo; Bauer. Ab *advocatis* distinguuntur 40, 15, 7. *patroni*, qui orationem pro aliquo habent in judicio.

5. *Caudinum de medio adjecit*, v. ad 6, 6, 7.

6. *amoti* (al. *admoti*) *tantæ dignitatis viri* cet. nam prius adfuerant certantibus, sed ita eleganter, ut potius regerent temperarentque studia utrimque faventium, quam, ut advocati, (qui acriter defendunt causam suæ partis) adcenderent: nunc ab illis ipsorumque certamine abstracti, et judices

[redacted]

dati, multitudinem effrenatiorem reliquerant; Gron. coll. Cic. de legg. 3, 10. *vis populi multo sævior multoque vehementior; quæ ducem quod habet, interdum lenior est, quam si nullum haberet: dux enim suo periculo progredi cogitur; populi impetus periculi rationem sui non habet.* — *recuperatores considere*, v. ad 3, 46, 6.

7. *obstringere perjurio non se* cet. v. ad 9, 34, 16.

8. *sed* etiam *signa militaria et aquilas*, v. ad Tac. A. 1, 37, 4. et 1, 39, 9. — *ad concionem advocarit* sc. milites. v. ad 2, 55, 6.

9. *triginta bubus donavit*, v. ad 4, 16, 2.

CAP. 49.)—1. *trecentos ferme*, πλείους ὄντας τῶν τριακοσίων, Polyb. 10, 18. — *alia inter auctores discrepant*, v. ad 1, 3, 4.— — *Præsidium Punicum* cet. v. ad c. 44. n. 1.

2. *ad sexaginta captas*, Lips. Poliorc. 3, 4. conj. *ad V* vel *IX millia.* — *auctorem Græcum Silenum* Calatianum, qui alioquin res Hannibalis, quocum in castris fuit et simul vixit, diligentissime persequutus est. v. Cic. de div. 1, 24. Cornel. Nep. Hann. 13. Voss. hist. græc. l. 3. p. 189.

3. *Ne de ducibus quidem convenit*, v. ad 1, 3, 4. — *Arinem*, in edd. ante Drak. *Armen.* Cf. ad Sil. 15, 232.

4. *vocatis obsidibus* cet. cf. Polyb. 10, 18.

5. *Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat*, (v. Ind. et ad 22, 21, 2.) *flens* cet. cf. Polyb. 10, 18.

6. *curam cultumque feminarum* de victu adceperat Scipio, unde respondet *nihil profecto defuturum*; sed mox intellegit, mulierem longe aliud in votis habere, scil. majorem pudicitiæ decorisque matronalis respectum, quam captivæ possint exspectare et Pœni habuissent. Cf. seqq. et Polyb. l. l.

7. *Haud magni ista facimus*, sc. quæ ad cultum externum pertinent. — *huic fortunæ*, nostræ, captivorum.

8. *aliæque nobilitate pari* sc. filiæ, s. puellæ.

CAP. 50.)—1. *Allucio nomen erat*: optimi MSS. *Alucio.* Indibilis vocatur Valer. Max. 4, 3, 1. et Luccejus Plut. Cf. Polyb. 10, 19. (qui rem, non sponsi nomen, memorat) et, qui hanc de Scipionis continentia historiam ex eo excerpsit, Suidas v. Πόπλιος. Ejusdem rei memoria nobilitata est argenteo votivoque Scipionis clypeo, qui Parisiis in Museo Imper. servatur, cujusque descriptio delineatioque datur in Jac. Sponii Recherches d'Antiquité et T. 9. du Journal des Savans, unde eam exprimendam curavit Drak. ad Sil. 15, 268 sq.

2. *adcuratiore sermone*, ad sponsi nempe animum, dulcissimo gratissimoque sensu nunc perfundendum, curatius composito; Doer.

3. *eam tibi cordi esse*, v. ad 6, 9, 1. — *frui ludo ætatis*, voluptate venerea, ætati meæ conveniente. Cf. Mitscherl. ad Hor. Od. 3, 12, 1. — *apud soceros tuos*, socerum socrumque, ut ap. Virg. Æn. 2, 457.

4. *pro suo animo atque illius erga se merito*: ultima vox, a Rhenano adjecta, abest a MSS. et vett. edd. unde forsan delenda, vel leg. *atque illius merito*; Gron. Immo dele *merito*, et repete *animo*, ut sensus sit: pro grato animi sui sensu, atque pro eo, quem ille sibi probaverit, animo, h. e. pro insigni illius magnanimitate; Doer.

CAP. 51.)—1. *Magone et XV fere senatoribus* cet. cf. Polyb. 10, 18 pr. et 19 extr.— — *exercendis copiis navalibus pedestribusque*, v. ad 22, 31, 4.

2. *legiones in armis quatuor millium spatio decurrerunt*, v. ad 9, 24, 2. et 23, 35, 3. Ad hæc vero et seqq. de exercitationibus militaribus, a Scipione institutis, cf. Polyb. 10, 20. cujus capp. 21. et 22. similis quidem argumenti, sed ad Philopœmenem referenda esse, jam ibi docuit Schweigh.

3. *rudibus inter se in modum justæ pugnæ concurrerunt*, ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαιρῶν μαχαίραις (rudibus aut gladiis, qui corio inducti pilisque coriaceis præfixi erant) Polyb. l. l. qui tamen id quarto die factum esse tertiumque quieti datum tradit. *rudibus* optimi MSS. at *sudibus* edd. ante Gron. ut inf. 40, 6 extr. et 9 extr. nisi et ibi potius *rudes* substituendæ sunt. Cf. ad Sil. 8, 552. et Intpp. Suet. Calig. 32. Sall. Cat. 56, 3. et Virg. A. 7, 524. — *præpilatis missilibus* (quorum mucronibus aliquid rotundi e corio aliave materia, instar *pilæ*, præligatum est, ut ictus dentur sine vulnere; quales sunt rudes ferreæ, quæ nobis Rappiere, Gallis fleurets dicuntur) *jaculari*, τοῖς ἐσφαιρωμένοις γρόσφοις ἀκοντίζειν, Polyb. l. l. ubi Schweigh. τούτους pro τοῖς conjicit, ut his missilibus petiti sint, qui rudibus pugnaverint, genusque exercitationis simile fuerit ei, quod describat Xenoph. Cyrop. 2, 3, 17 sq. ubi *rudes* dicuntur νάρθηκες παχεῖς, ut *vectes* Veget. 1, 9. ubi v. Schwebel. Cf. Lips. Poliorc. 4, 4. et Yvo Villiom. in loca controv. Titii 5, 10, 11.

4. *Remigium classicique milites tranquillo* cet. v. ad 3, 15, 8. et 24, 8, 6. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 10, 20.

5. *operibus adspiciendis*, forte *inspiciendis*, i. e. considerandis et examinandis, quam multa et quam bona a fabris facta essent; Duk. Sed v. ad 21, 6, 4. — *refectisque*, *qua* parte, ubi, *quassi erant*, nisi malis *quassati*, vel e MS. Rhen. *quæ quassata erant muri*, ut 33, 17. *quassaverant* plerique MSS. unde alii conj. *quos quassaverant.* sc. milites, vel *quos quassaverat*, sc. Scipio.

6. *distulit Tarraconem* legationes, h. e. aditum responsumque legatis dandum, donec Tarraconem venisset.

[redacted]

7. *ulterioris provinciæ* optimi MSS., non *u. Hispaniæ*. Aut eo respicit Livius, quod pater patruusque Scipionis Africani eam provinciam fecerunt, aut utitur phrasi suo tempori convenientiore; Gron. Mihi Livius ulteriorem Hispaniam videtur vocare *provinciam*, non sui tantum, sed etiam illius temporis, quo hæc gesta sunt, respectu, ea ratione, qua *provincia* dicitur omnis regio, in qua bellum geritur: nec Scipiones post multorum annorum conatus Hispaniam ulteriorem potuerunt facere *provinciam*; Duk.

8. *elevabant verbis rem*, v. ad 3, 21, 5.

9. *furto unius diei*, v. ad 9, 31, 7.

10. *Hæc in vulgus jactabant*, edebant, spargebant.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXVII.

CAP. 1.)—1. *Maronea et Meles*, (forsan *Melæ*, ut sup. 24, 20. hod. *Molise*) oppida non aliis, quod sciam, memorata. *Marmoreas* et *Marmoras* plerique MSS. — *Ad III millia* cet. cf. Plut. Marcell. p. 312.— — *aliquantum*, v. ad 2, 39, 1.

2. *quanta clades — adcepta est*, propr. quantum tristitiæ e clade, quæ — *haud procul ab Herdonea*, v. ad 24, 20, 5.

3. *Cn. Fulvius* Centumalus, diversus a Cn. Fulvio Flacco, qui ad eamdem Herdoneam victus est. v. 25, 21.

4. *labare iis* (Herdoneatibus) *fidem*, cf. ad 2, 39, 9.

5. *sinistra ala*, v. ad 25, 21, 4.

6. *terga trepidantium*, fortiter ardenterque pugnantium: nam *trepidare* notionem festinationis et cupiditatis, qua rei cuidam insistitur, habet: nec præ timore tantum, sed etiam præ moræ inpatientia et animi ardore *trepidari* solet; Doer. Hæc exemplis firmarunt Gron. et Drak. Cf. tamen ad 1, 14, 6. et 3, 49, 4. — *in Fulvii similitudinem — increpans*, cf. n. 3. et ad 1, 51, 1.

7. *equestris a tergo tumultus*, ut, *terrestris exercitus* 35, 20, 4. *tumultus silvestris* inf. c. 26. et *equestris terror* cap. 42 pr. ubi tamen MSS. Put. Cantabr. et al. *eques terror*: unde Drak. edidit *equester terror*. v. ad 10, 5, 4. ad Tac. Ann. 2, 88, 5. et ad Sil. 3, 463. 10, 351.

8. *cum XI tribunis militum*: ita et Plut. l. l.

9. *Romanorum sociorumque quot cæsa* cet. cf. Plut. l. l. Frontin. Strat. 2, 5, 21. Appian. Hann. 48. Oros. 4, 18. ibique Fabric.

CAP. 2.)—1. *eumdem se* cet. cf. Plut. Marcell. p. 312.

2. *ex Samnio in Lucanos transgressus, ad Numistronem*: ap. Ptol. Νουμίστρων in Bruttiis mediterraneis, quorum superior pars passim a Livio Lucanis tribuitur. *Numestrani* memorantur Plin. 3, 11. s. 15.

3. *prior in aciem eduxit*, v. ad 1, 23, 4.

4. *prima legio et dextra ala* (v. ad 25, 21, 4.) prima Romanorum acies, non ejus subsidium, et apodosis forte est *primæ legioni tertia* cet. mediis per epexegesin interpositis, Crev. et Drak. Cf. et Schel. ad Polyb. diss. XII. Post *subiit* vero majorem distinct. posuit Doer. — *funditor Baliaris* MSS. Put. et al. elegantius, quam vulg. *funditores Baliares*. Cf. ad 21, 21, 7. — *dexteræ alæ sinistra subiit*, v. ad 25, 21, 4. — *ex tam segni*, f. *jam*; Duk.

5. *nox incerta victoria diremit pugnantes*: at, si fides habenda Frontino Strat. 2, 2, 6. *Hannibal cavas et præruptas vias objecit a latere, ipsaque loci natura pro munimentis usus clarissimum ducem vicit*. — *in multum diei*, v. ad 22, 52, 1.

6. *vestigiis institit sequi*, e vestigio, confestim, vel potius ita ut vestigia legeret s. persequeretur, cœpit sequi sc. Hannibalem. Ita aliquem *vestigiis sequi, persequi, consequi* 6, 32. 9, 45. ap. Cic. Brut. 90 et p. Cluent. 13. et *insistit sequi* 37, 27. *reputare* cet. sæpissime ap. Livium. Cf. ad 6, 32, 5. et 21, 26, 7. Itaque non est quod auctore Doer. deleatur *sequi*, etsi bene quoque dicitur *instare vestigiis*, ut c. 12. et al.

7. *tumultuosa magis prœlia, quam magna*, v. ad 21, 16, 5. — *explorato ante*, v. ad 1, 41, 10.

CAP. 3.)—1. *agro, qui publicatus fuerat,* (v. ad 3, 31, 2.) *locando*, usum et fructus ejus colonis redemtoribusve certa mercede concedendo. cf. ad 5, 23, 6. Sic mox *fruenda* (fructum usumque eorum. Niesbrauch) *locare*, ut cap. 11. et 32, 7, 2. 42, 19, 2. *agroque* Lov. 5. Cf. ad 1, 24, 11.— — *locavit autem omnem frumento*, vectigali frumentario; (Germ. *Frucht-Zins* aut *Zehnten*) ita ut frumentum (decumæ) quotannis pro agri proventu daretur a conductoribus, non pecunia. Cf. Gron. Obss. 4, 16. et Intpp. Plin. Ep. 9, 37, 3. — *in Campanos*, cives urbis Capuæ, qui semper ita adpellantur Livio; Gron.

2. *principibus fratribus Blosiis*, v. ad 23, 7, 6. — *ex familia*, servis.

3. *mille milites de exercitu urbano*, et quidem *par numerus Romanorum sociorumque*, quingenti Romani et D socii; sed e pluribus MSS. leg. *par n. sociorum*: nam in exercitu seu legionibus *urbanis* non erant socii; Duk. Cf. ad 26, 28, 2.

CAP. 4.)—1. *e re publica esse*, v. ad 1, 27, 5. — *vestigium*, vel passum unum. — *gravis ipse instaret*, cf. ad 39, 53, 3. *gravius* quædam edd. prob. Gron.

2. *curam injecerunt* Patribus, senatui, ad quem *literæ Marcelli* missæ erant et seqq. pertinent.

3. *a bello avocarent* comitiorum habendorum causa.

4. *ab L. Manlio prætore Urbis*, v. ad 25, 1, 7.

5. *jussi adire* legati. Vulgo *jussit* legitur. *jussit adire — portata sunt* (sc. dona) emend. Doer. Sed non est quod displiceat τὸ *jussi*, modo post *adire* major ponatur distinctio.— — *terna pondo:* Gron. de pec. vet. 1, 6. emend. *ternas* sc. libras. Cf. ad 30, 21, 1.

6. *ad Ptolemæum* Philopatorem *Cleopatramque reges*, (ut 37, 3. et al.) fratrem sororemque, tori et regni consortes, more Orientalium. v. ad Tac. Ann. 2, 3, 4. *Reges* pro rege et regina. v. ad 1, 39, 2. In Ægypto potissimum id receptum fuisse, ut reginæ, tamquam imperii summive fastigii consortes, in publicis sollemnibus monimentisque una cum maritis conpellarentur inscriberenturque, docet Spanhem. de usu et pr. num. Diss. VII. p. 423. Soror autem et uxor Ptolemæi hujus perperam *Eurydice* dicitur Justino 30, 1. at rectius *Arsinoë* Polyb. 5, 83, 3, 15, 25, 2. 15, 33, 11 sq. et auctori libri III Maccab. 1, 1. et 3.

7. *nuntiata sunt prodigia* cet. v. ad 1, 31, 1. — *Tusculi agnum natum cum ubere lactenti*, continente lac. *lactanti* plerique MSS. et omnes edd. ante Gron. recte, si verum ac perpetuum est, quod Serv. ad Virg. Ge. 1, 315. monet: *lactans est, quæ lac præbet; lactens, cui lac præbetur.* Sed ex iis, quæ Burm. ad Seren. Sam. v. 349. notavit, colligitur, *ubera lactentia* dici posse ratione matris, quæ ubera lacte plena gerat; Drak.

8. *Anagniæ terram ictam* fulmine. *Hermam* non male conj. Ruben. nam Hermæ s. Mercurii προπύλαιοι ante *portas* statui solebant; Gron. Cf. ad Juvenal. 8, 53. Sed in Italia fuisse hunc morem, non constat; Duk. — *ad compitum Anagninum*, v. Tab. Peuting., Itiner. Anton. ibique Wessel. p. 306. et Cluver. Ital. ant. 3, 6. p. 982.

9. *in agro Capenate ad lucum Feroniæ*, v. ad 1, 30, 4. — *signa*, statuas, *sanguine sudasse*, v. ad 22, 1, 11.

10. *Hæc prodigia hostiis majoribus procurata*, cf. Ind. et ad 1, 20, 11. — *supplicatio ad omnia pulvinaria*, v. ad 3, 7, 4.

CAP. 5.)—1. *ipse decem* cum *navibus Romam profectus*, ut mox *Messalla L navibus*. v. ad 1, 14, 4. — *annos prope LX*, propr. LV. ab Ap. Claudio cos., qui primus bellum in Siciliam transtulit; Sigon.

2. *se eam provinciam confecisse*, v. ad 2, 40, 9. — *neminem Siculum non esse* nunc in Sicilia.

3. *et si quorum aliorum merita* cet. ad 21, 1, 7.

4. *ad exsolvendam fidem a consule*, h. e. consulis, quod Rhen. ex ingenio, non e libris substituit. Vulgaris est locutio Græcorum, qui ἀπὸ et παρὰ periphrastice cum Genit. ponunt pro simpl. Genitivo. v. Schweigh. ad Polyb. 3, 9, 2. et 3, 69, 13, Sic *princeps ab Sabinis* 1, 12. *literæ ab Tarquiniis* 2, 3, 7. *literæ ab Porcio* 27, 39, 1. *cecidere ab Romanis ducenti* 42, 60, 1. *sinistra ala ab Romanis pugnabat* 27, 14, 2. (nisi potius *ab Romanis* utroque loco, saltem posteriore, ubi et *ala* est sociorum, dictum pro *a parte Romanorum*, ut παρὰ Ῥωμαίων pro simpl. Ῥωμαίων, utque paullo post 27, 14. *ab Hannibale Hispani primam obtinebant frontem*, et c. 12. n. 5. *cedere ab Romanis ala*, et forte 1, 12. *princeps ab Sabinis*, et 37, 23. *cornu sinistrum ab regiis*) *caduceator ab Antiocho* 37, 45, 2. Cf. et ad 22, 37, 1. 37, 23, 8. 38, 21, 2. 42, 48, 6. 42, 56, 4. Eodem forsan referenda, quæ notavi ad 2, 22, 2. 3, 22, 4. 4, 7, 4. 10, 14, 2. 10, 43, 1. Cf. Cort. ad Plin. Ep. 4, 22, 4. Alii h. l. supplent *datum*, et *missi*, *missæ* in formulis: *legati* et *literæ ab aliquo*, *nuntii a collega* cet. Eodem vero modo et *ex* pro *a* seu *ab* ponitur. v. ad 35, 32, 3. — *Mutines etiam civis* cet. cf. Varr. ap. Pedian. in Pison. Mox post *captis* tres MSS. addunt *multis occisis*.

5. *Illa disceptatio tenebat*, morabatur rem vel consulem. v. ad 2, 63, 3. — *Patres extra Romanum agrum negabant dictatorem dici posse*, cf. ad 7, 24, 6. Neque etiam extra Italiam exercitum ducere licebat dictatori: quod libera rep. non nisi semel factum legimus in Epit. Liv. XIX. — Mox *Italia*

[redacted]

terminari (intra Italiæ fines contineri, ita ut ager extra Italiam situs non sit Romanus) pro vulg. *in Italia t.* ex IV MSS. et quibusdam editt. legendum esse, jam alii monuere.

6. *prætor populum rogaret* sc. prætorium princeps, *urbanus*, quam vocem edd. ante Drak. adjiciunt, non MSS. — *se populum rogaturum* de eo, *quod suæ potestatis esset*: nam dictator non nisi a consule dici poterat. Cf. ad 3, 62. 5. et 4, 31, 4.

CAP. 6.)—1. *Galeria juniorum, quæ sorte prærogativa erat* — *eodemque inclinassent*, et in eamdem sententiam inclinaturæ fuissent, *jure vocatæ*, v. ad 3, 51, 3. et 24, 7, 9.— — *ni tribuni plebis se interposuissent*, v. ad 3, 46, 2.

2. *magistratum continuari*, Fulvium dictatorem fieri consulem. Cf. ad 4, 22, 4. et 28, 38, 4. — *satis civile*, v. ad 7, 5, 2. et 7, 42, 2.

3. *si suum nomen dictator adciperet*, si Fulvius se consulem creari pateretur. v. ad 9, 46, 5.

4. *comitiis se moram non facere*, v. ad 3, 24, 6.

5. *causam comitiorum*, ea quæ nunc in comitiis agerentur. — *plebemque scivisse* cet. cujus plebisciti nulla mentio supra facta. — *L. Postumii Meg.* cos. cum *C. Junio Bub.* a. V. 461.

6. *numquam sivisset*, Put. *sisset*, prob. Gron. — *ut eo, quod censuisset senatus, staretur*, v. ad 3, 36, 11. — *res publica gereretur*, v. ad 2, 64, 3. — *moram fieri c.* v. ad 3, 24, 6.

7. *Olbiensem primo, dein Caralitanum agrum*: oppida Sardiniæ *Olbia* ad mare et versus septemtrionem, et *Caralis* s. *Carales* (hod. *Cagliari*) versus meridiem.

8. *Ti. Sempronius Ti. F. Longus* duo sacerdotia adcepit, quot et habuit *T. Otacilius Crassus* aliique; Gron. coll. 29, 38. 30, 26. et 40, 42. Cf. Spanhem. de usu et pr. num. diss. 12. p. 368. et Manut. ad Cic. Ep. ad div. 13, 68. Sed verba *Ti. Sempronius*— — *Crassi*, ex codd. Reg., Put. et Petav. inserta, pro panno adsuto habet Drak. quia 41, 21. auguratus Sempronii nulla fiat mentio.

9. *Crassus Licinius* (v. ad 3, 1, 1.) *censor nec consul, nec prætor ante fuerat*, cf. cap. 11. Censores creabantur plerumque e consularibus.

10. *mors diremit* (conlegium ipsamque censuram sustulit, finivit) *L. Veturii* cet. v. ad 5, 31, 4. — *Ædilis curulis L. Veturius* filius censoris modo memorati. Cf. Pigh. Ann. ad a. 543. p. 189.

11. *ludos Romanos diem unum instaurarunt*, v. ad 2, 36, 1. — *signa ænea ad Cereris*, v. ad 10, 23, 12.

12. *pro temporis ejus copia*, facultate, (cf. ad 7, 33, 2. et 28, 21, 6.) *ludos fecerunt plebejos*. v. ad 2, 36, 1.

CAP. 7.)—1. *in literis M. Valerii Messallæ*, v. cap. 5.

2. *vix Hannibali atque ejus armis subsistentem*, resistentem, vel sufficientem, parem. v. ad 1, 4, 12. et Schelleri Lex. *obsistentem* ed. Ascens. et al. ex interpret. ut *resistentem* MS. Hafn.

3. *quosdam esse, qui anno insequenti captam tradiderint* Carthaginem; in quibus et Polybius fuit. Cf. Schweigh. ad Polyb. 10, 2 pr. — *quod mihi minus simile veri* cet. v. ad 6, 8, 2.

4. *C. Hostilius urbanam* cet. v. ad 2, 40, 9.

5. *C. Hostilius ab C. Lætorio*: immo *L. Veturius ab C. L.* quod ex supra dictis et cap. 10, ac 20. patere, jam monuerunt Pigh. in Annal. ad a. 544. et Gron. Cf. ad 25, 41, 8. Mox *exercitumque* (*Arimini erat*) *adciperet* vet. cod. Rhen. prob. Gron. Abest certe a multis MSS. τὸ *jam*.

6. *M. Marcello, quibus consul bene rem gesserat, legiones decretæ*, ergo prima et secunda. v. cap. 2. Sed duodevicesimam et vicesimam memorari c. 12. et 14., jam monuit Periz. Hæc quemadmodum in concordiam redigenda sint, cogitent acutiores.

7. *M. Valerio cum L. Cincio prorogatum in Sicilia inperium et Cannensis exercitus datus* cet. v. ad 23, 25, 5. 24, 44, 3. et 25, 41, 8.— — *ex legionibus Cn. Fulvii*, Centumali procons., ad Herdoneam victi: v. 27, 1.— — *Conquisitos eos consules in Siciliam miserunt*; propr. mittendos censuerunt, vel mitti jusserunt. Cf. cap. 8. — *quique ex prætoris Cn. Fulvii* Flacci, ibidem victi, (v. 25, 21.) *exercitu, ob similis iram fugæ*, (v. ad 1, 5, 5, *missi eo* cet. v. 26, 1.

8. *P. Sulpicio* cum *eadem legione eademque classe* cet. sed classis tantum mentio fit inf. cap. 22. et hanc ab eo retentam, legionem vero dimissam tradit Livius 26, 28. Hinc vel ipsum vel librarios ejus peccasse, suspicabatur Periz. Diversos forte auctores sequutus est Livius. Cf. ad 1, 55, 4. et 21, 3, 2.

9. *cetera* cum *classe* (v. ad 1, 14, 4.) *prædatum in Africam* — *trajicere* sc. jussum est; Gron. Multæ edd., non MSS., post *classe* inserunt *placere*.

10. *in eum annum*: omnes MSS. et edd. ante Cur. *in eum locum*, h. e. in id tempus, (v. ad 9, 45, 1.) prob. Gron. "*In eum annum* notat usque ad finem anni, qui agi incipietur: quid autem notabit *in eum locum*, i. e. in id tempus?" Drak.

CAP. 8.)—1. *comitia maximi curionis* cet. v. ad 3, 7, 3. — *M. Æmilii* demortui. v. cap. 6. — *vetus excitaverunt certamen*, cf. 10, 6 sq. — *Tribuni adpellati* (v. ad 2, 27, 2.) *ad senatum* rem (quam vocem excidisse bene suspicabatur Gron.) *rejecerunt*, v. ad 2, 22, 4.

2. *Senatus populi potestatem fecit* sc. rem, vel eam, Curionis max. creandi seu e

e plebe; Gron. qui e MSS. *po-*
n Latinius pro vulg. *populo* re-
et *arbitrium* nonnumquam dici-
n potestate et arbitrio alicujus
Cf. ad 22, 22, 5. et 43, 15, 2.
C. Valerii Flacci *ex mala* fama
tisset se, versa fuisset, v. ad

us flamen captus (sc. e patriciis,
sacerdotibus, inpr. Vestalibus,
proditus) *a pontifice maximo*, qui
at patricios, ex quibus a po-
tiis tributis legebatur unus, et
inaugurabatur. Cf. Tac. Ann.
. leg. agr. 2, 7. — *tota juven-*
vett. edd. pro *in tota i.*, quod
t Jac. Gron.
nius prætor: sed nemo hoc
s prætor fuit, at sequenti duo
(v. cap. 21.) itaque leg. *P.*
;on. Enimvero hic proximo
) fuit prætor urbanus, et hoc
cujus nomen forte corrupe-
. Mox leg. *datum id cum toga*
illa curuli flaminio esse; quod
e viri docti. Cf. 1, 20.
banus legiones in subplementum—
t male vulgo junguntur : nam
es non solebant distribui in
m aliarum, sed fere ad præ-
s relinquebantur; Duk. Cf. ad
— *reliquias exercitus Fulviani* cet.
. 7. — *ad tria millia*, Put. *ad*

. *vim haberet* sc. M. Valerius
, ad quem et seqq. referenda.
. *Cincium partem insulæ* Siciliæ,
Hieronis fuerat, tueri jussit, altero
insulam tuebatur, (cf. ad 25, 41,
ondam Romani Punicique inpe-
' hoc numquam factum fuit,
ı ea ullum Romanorum inpe-
omani Pœnorum umquam esse
Ante bellum Punicum I. di-
ibus regni Syracusani et in-
. Eo finito Romani partem
antea imperii Punici fuerat,
, et in formam provinciæ, quæ
provincia dicta est, redegerunt.
› IV belli Punici II post necem
nepotis Hieronis, Pœni quidem
ius invaserunt, sed brevi post a
sus tota insula ejecti sunt; de
s supra c. 5. gloriatur. Forte
Romani. Refero autem *quondam*
ıs, quod bellum Punicum I.
Fines imperii regii sunt, quibus
gnum Hieronis fuerat." Du-
ers insulæ, qua regnum Hieronis
ıguitur h. l. a *cetera insula* cet.
verba *divisam quondam* saltem
n, non *ceteram insulam* referen-
mem illam, si locum habuerit
d solum belli Punici I. tempus
›tuisse, monet Crev. — *classe*

quoque navium LXX partita a Valerio cum Cincio.

9. *perinde dominos l. c.*, forte *proinde;* Gron. Mox junge *tantum frumenti provenit.*

CAP. 9.)—1. *Latini nominis*, v. ad 1, 10, 2. — *ex parvis magnarum momenta rerum pendent*, v. ad 3, 27, 6. — *exhaustos esse se;* quod forte excidit.

2. *Cannensem militem* cet. v. ad 23, 25, 5.

3. *Triginta tum coloniæ populi Rom. erant*, quæ hoc et seq. cap. nominantur. Sed, quod Sigon. monuit, Dionysio Livioque auctoribus, jam LIII deductæ erant: (e quibus initio belli Punici II. non nisi XXX superstites erant) *Medulla, Cameria, Fidenæ, Antemnæ, Crustumeria, Ostia, Signia, Circeji, Cora, Pometia, Velitræ*, a. V. 260. *Norba*, a. 262. *Antium* a. 285. et 413. *Ardea* a. 312. *Lavici* a. 337. *Vitellia, Sutrium*, (quam coloniam Diodorus a. 366. et Vellejus 1, 14. a. 372. deductam tradit) *Satricum* a. 372. (si apud Vellej. 1, 14. *Satricum* leg. pro *Sutrium*) *Nepet.* s. *Nepete* a. 373. *Setia* a. 377. *Cales* a. 421. *Anxur* s. *Tarracina* a. 426. *Fregellæ* a. 427. *Sora* 439. 450. *Luceria* a. 440. *Suessa* Auruncorum, *Pontia* et *Saticula* a. 441. (v. Vellej. 1, 14.) *Casinum* a. 442. *Interamna* a. 443. *Alba* Æquorum a. 450. *Carseoli* a. 451. *Narnia* s. *Nequinum* a. 453. *Minturnæ* et *Sinuessa* a. 456. *Venusia* a. 460. (v. Vellej. 1. 1.) *Castrum, Sena* et *Adria* paullo post a. 462. (v. Epit. XI. sed et Vellej.) *Cosa* et *Pæstum* (aut *Posidonia;* v. Epit. XIV. et Vellej.) a. 479. *Ariminum* et *Beneventum* a. 484. *Firmum* a. 486. *Æsernia* a. 487. *Æsulum* et *Alsium* a. 503. *Fregenæ* a. 505. *Brundisium* a. 506. *Spoletium* a. 509. *Valentia* a. 511. *Cremona* et *Placentia* a. 532. (His addendum *Ferentinum*. v. ad 34, 42, 2.) Cf. ind. Vellej. 1, 14. Sigon. de jure Ital. 2, 5. 3, 4. Ceterum locus noster præ ceteris docet, quam dura fuerit coloniarum conditio. Cf. et 27, 38, 29, 15. 37. 36, 3. et Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 81. sq.

4. *quum omnium legationes Romæ essent*, " vel ob eam causam a consulibus evocatæ, vel ultro Romam profectæ, ut recte Lips. de mil. Rom. 1, 7. ex Liv. 34, 56." Duk.

5. *Ex fuere Ardea, Nepete* cet. cf. 29, 16. ubi tamen *Sora* legitur pro *Cora:* unde vel ibi vel h. l. peccarunt librarii.

6. *Nova re consules icti*, v. ad 1, 16, 2.

7. *Nam, tum quidem quæ temere agitassent*, v. ad 2, 32, 2. Pro *tum* Doer. conj. *jam*. Sed *nam jam* auribus ingratum est. Mallim *nunc*. Cf. ad 1, 25, 1. — *ea prodendi imperii Rom.* — *esse*, v. ad 3, 24, 1. — *alternis* vicibus, ita ut modo consules, modo legati loquerentur, *hæc jactassent*, v. ad 2, 12, 7. 3, 10, 2. et 4, 53, 5.

[redacted]

8. *idem socios consensisse ad* cet. v. ad 1, 32, 14. Sed bene Rhen. ita distinxit h. l. *idem alias colonias facturas, idem socios* sc. facturos; *consensisse omnes* cet.

CAP. 10.)—1. *quæ officio decessissent*, ed. Mod. et al. rec. *ab officio*: sed veteres dixerunt *decedere re aliqua* vel *de re*, et *discedere ab re*; Gron. Cf. 3, 33. 4, 29. 8, 25. 31, 10. 37, 54. At *decedere a re* dici Cic. Flacc. 12. Justin. 6, 3, 8. Virg. A. 2, 109. et *discedere de conloquio* inf. 32, 40. (nisi quis hoc quoque, tamquam de loco, dictum velit) monet Duk. ad 36, 22 pr. — *agerent facerentque, ut e re publ. ducerent*, v. ad 1, 27, 5. Verbum *facerentque* uncis inclusi, quia ignorant illud optimi MSS. Passim tamen cum *agere* jungitur, v. c. a Cic. Fin. 3, 17. et Phil. 3, 31. — *aliarum coloniarum*, v. ad 4, 10, 2.

2. *ecquid*, num, *milites ex formula*, pacto, lege fœderis, *paratos haberent*, v. ad 1, 9, 3. et 22, 57, 11. — *Pro XVIII coloniis*, recte; v. cap. 9. neque cum Cluverio Ital. ant. 2, 2. p. 480. leg. *undeviginti*: nam mox, ubi coloniarum nomina recensentur, *Signini fuere et Nolani et Norbani* cet. delenda verba *et Nolani*, quæ ab omnibus MSS. absunt.

3. *ab altero mari*, infero s. Tusco s. Tyrrheno. Illi ad aut propius superum s. Hadriaticum colebant.

4. *coloniarum subsidio imperium stetit*, v. ad 2, 29, 7. — *aliarum coloniarum*, v. ad 4, 10, 2. — *neque illos dimitti* sc. legatos, nisi potius *legatos* leg. pro *illos*.

5. *aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad ultimos casus servabatur*, v. ad 7, 16, 4.

6. *additumque Fabio cos. C pondo auri præcipuum* sc. aurum, nisi leg. *aurum pr.*, singulare, præcipue. — *Cetero* sc. auro (quod edd. ante Gron. addunt, non optimi MSS.) *usi sunt ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercitui*, v. ad 1, 12, 6. et 5, 23, 6.

CAP. 11.)—1. *Prodigia quoque — procurari placuit* cet. v. ad 1, 20, 11. et 1, 31, 1. — *tacta de cœlo arbor* cet. v. ad 24, 10, 7. — *et Ostiæ lacus*, forte *lucus*.

2. *Cruentam etiam fluxisse aquam* cet. v. ad 1, 31, 1. — *quidam auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

3. *Et Romæ intus cellam* (v. ad 3, 19, 11.) *ædis Fortis Fortunæ*, v. ad 10, 46, 7. *intus cellam* (in cella, ut ap. Plaut. Mil. 2, 6, 55.) optimi MSS. pro vulg. *intra c.* — *signum*, puto, Fortis Fortunæ. Nomen alius dei deæve excidisse credebat Crev.

4. *bovem loquutum* cet. v. ad 1, 31, 1.— — *volturiumque* optimi MSS. pro *vulturiumque*. — *frequenti foro*, (v. ad 10, 11, 3.) *in tabernam devolasse*, v. ad 3, 27, 3.

5. *androgynos*, semimares, hermaphroditos. Cf. c. 37. et 31, 12. 39, 22. Plin. 7, 2-4. 11, 49. s. 109. ad Tac. Ann. 12, 64, 3, et Steger von den Prodigien p. 136 sq. — *ut pleraque*, v. ad 10, 13. 12. — *faciliore*, quam Romano, *ad duplicanda verba*, quia facilius flecti potest ad verba componenda ex pluribus, ut *adrogynos* et multa alia.

6. *Ea prodigia h. m. procurata, et supplicatio — et obsecratio* cet. v. ad 1, 20, 11. 3, 63, 2. et 5, 13, 5.

7. *agrum Camp. fruendum locarent*, v. ad c. 3. n. 1. Res, Fulvio prius mandata, (v. cap. 3.) nunc mandatur Censoribus, quorum munus proprium id erat. — *latum in plebem*, forte *ad plebem* e quibusdam MSS.

8. *Senatus lectionem* (cf. 23, 23. et ad 23, 22, 1.) *contentio de principe senatus legendo tenuit*, v. ad 2, 63, 3. *Princeps senatus* proprie dicebatur is, quem Censor senatum recensens aut recitans (ut 29, 37 pr. h. e. nomina Patrum, in tabulis scripta, vel ex albo senatorum, recitans) honoris causa primum legebat, cujusque nomen primum perscribebat in novo albo senatorio. v. Vales. et Schweigh. ad Polyb. 32, 22, 5. Ipsum Censorem lectum principem senatus, et tribus lustris Scipionem Africanum, invenimus 34, 44. 39, 52. 40, 51. Dukeri nota est: "Lectionem senatus utriusque censoris fuisse, nemo dubitat; principis senatus unius tantum, cui id forte obtigerat, nusquam tam aperte, ut hic, proditum est. Sed præterea probabilibus argumentis ex aliis locis Livii confirmat Manut. de sen. Rom. c. 2."

9. *Sempronii lectio erat*, ei lectio senatus sorte obtigerat. — *T. Manlius Torquatus*, censor a. V. 519.

10. *vel Hannibale judice victurus esset*; ita Put. Flor. Cant. et Hearnii duo MSS. Alii *dicturus*: sed Gud. *dicturum esse*: unde leg. *victurum* esse; Gron. *Vincere* est evidenter ostendere, evincere; et in judicio dicitur de eo, qui aliquid ita ostendit, ut probet judicibus et obtineat. Cf. Gron. ad h. l. et Drak. ad 2, 4, 3. — *princeps in senatu* pro *p. senatus*, ut 38, 28, 1. Epit. XLIII. et ap. Sall. Jug. 25. in quibusdam libris.

11. *alius lectus senatus*, ceteri senatores lecti, *octo præteritis*, ex senatu ejectis, propr. nominibus eorum omissis a censore senatum recitante s. legente. Cf. 34, 44. 38, 28 et 40, 51. ubi v. not. 1.

12. *In equestribus notis*, quibus notati equites, (v. ad 24, 16, 5.) *eadem servata causa*, nota censoria adfecti, qui Italiæ deserendæ consilium ceperant. — *ea infamia* sc. ut præterirentur, vel potius infame consilium deserendæ Italiæ.

13. *ademti equi*, v. ad 24, 18, 4.

14. *ne præterita stipendia procederent iis*, (v. ad 5, 7, 5.) *sed dena stipendia s. p. facerent*, v. ad 3, 57, 5.

15. *atque ex iis*, (forte leg. *atque eos*) qui

principio ejus (f. *hujus*) *belli XVII annos nati fuerunt, omnes ærarios fecerunt*, v. ad 4, 24, 5, et 25, 5, 4.

16. *Locaverunt inde reficienda*, v. ad 5, 23, 6. — De *incendio circa forum* et de *atrio regio* v. 26, 27.

CAP. 12.)—1. *Prior Fulvius prægressus*, v. ad 9, 23, 1. — *bello detinerent* e tribus MSS. recepi pro vulg. *b. detineret.*

2. *octo millia hominum: pars maxima ab Agathyrna* cet. v. 26, 40. unde *pars dimidia* suspicari possis. Præterea cum Gron. forte leg. *octo millium* (*pars m. ab A., sicut antea d. est, ex S. traducta*) *r. v. h. a.* — *indidem*, v. ad 23, 46, 5.

3. *ad Cauloniam urbem* Bruttiorum, quæ Καυλωνία Strab. 6. p. 261. Pausan. 6, 3. Diodor. 16, 11. Polyb. 2, 39. 10, 1. et Steph. Byz. dicitur, sed *Caulon* Plin. 3, 10. Virg. A. 3, 553. Ovid. Met. 15, 705. et inf. c. 15. e conj. Gron. (qui et h. l. *Caulonem* legendum putabat, quia in quibusdam MSS. sit *Cautoneam*, et c. 15. *Cautones* et *Cautiores* pro vulg. *Cauloniæ*) aliis antiquo Græcoque nomine *Aulon* vel *Aulonia*, Αὐλωνία Appian. Hann. 49, qui et expugnatam dicit urbem, cujus obpugnationem solutam tradit Livius inf. c. 15. Cf. de hac urbe inpr. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 203. 204.

4. *levia certamina serens*, v. ad 2, 1, 6.— — *casum universæ pugnæ*, v. ad 1, 38, 2.

5. *cedere inde ab Romanis dextra ala et extraordinarii*, v. ad 3, 5, 3. 25, 21, 4. et sup. ad c. 5. n. 4.

CAP. 13.)—1. *ut in tali re*, ut fas est in tali periculo, clade et fuga. cf. ad 8, 30, 7.

2. *æquis manibus*, æquo Marte, non victoria, quod Romanos decuisset.

3. *signa alicui manipulo* legionum *aut cohorti* sociorum; ut paullo post *cohortibus*, quæ signa amiserant, et centuriones manipulorum; Duker. Cf. Schel. ad Polyb. diss. 15. et, qui in his hæret, Lips. de mil. Rom. 4, 5.

4. *Cohortibus, quæ signa amiserant*, non triticum, sed *hordeum dari jussit*, non communem militum hominumque cibum, sed jumentorum. Cf. Polyb. 6, 38. Suet. Aug. 24. Dio. 49. et Lips. mil. Rom. 5, 18.

5. *centuriones manipulorum* — *destrictis* (v. ad 8, 7, 6.) *gladiis*, evaginatis, nudatis, ut major esset labor in tenendo; Gron.— — *discinctos*, ἀζώστους, λυσιζώνους, sine cingulo: quemadmodum etiam sagula, aut caligas aliasve militaris habitus partes militibus ignominiæ causa ademtas legimus. Cf. Herodian. 2, 13. Valer. Max. 2, 7, 9. Casaub. ad Suet. Aug. 24 extr. et Lips. l. l. *Discincti* autem erant dicebanturque homines molles et ignavi homines. v. ad Sil. 2, 56. et 7, 153. — *destituit*, v. ad 2, 12, 4. *destitui jussit* plerique MSS. prob. Gron. modo male repetitum *jussit* deleatur.

6. *ornati armatique*, v. ad 9, 40, 21.

7. *viribus sufficerent* sc. longiori pugnæ. v. ad 10, 18, 9.

CAP. 14.)—1. *Cum eo hoste res est, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest: seu vicit, ferociter instat victis* cet. cf. 22, 37, 1. 26, 41. Sil. 3, 584 sq. 9, 346 sq. Horat. Od. 2, 3, 1 sq. 3, 27, 74. inpr. 4, 4, 53-68. ut ad hh. ll. Mitscherl. Expressit hæc Plut. Marcell. p. 313. — *ad demendam ignominiam*, ut 2, 6. 8, 23. 41, 3.

2. *Sinistra ala ab Romanis* (v. ad c. 5. n. 4.) *et cohortes* — *et legio vicesima*, ignominia notatæ, *in prima acie pugnabant* jussu Marcelli. v. cap. 13. Sed cap. 12. *dextra ala* et *legio duodevicesima* pridie dicuntur cessisse: quare alteruter locus corruptus. *Sinistro* et *duodevicesima* non male emend. Drak. Certe mox dicit Livius *cornibus præerunt.* Vulgata lectio non bene defenditur a Periz. anim. hist. c. 8. p. 340. neque ab iis, qui existimant, eamdem alam c. 12. *dextram* et h. l. *sinistram* vocari, quod pridie in dextro, et nunc in sinistro cornu pugnaverit. v. ad 25, 21, 4. 27, 7, 8. et Duker. ad h. l. ubi et hæc notavit: "Schelius diss. XII. ad Polyb., si recte sententiam ejus capio, putat, idem in acie fuisse, quod in agmine, cujus ordo in dies mutabatur, et ideo nunc *sinistram* alam in prima acie fuisse, quod ibi pridie *dextra* fuerat. Sed hoc quoque repugnat disertis verbis Livii, postridie in prima acie fuisse alam, quæ pridie in eadem fuerat."

3. *Marcellus mediam aciem, hortator testisque præsens, firmabat*, hortatione et præsentia sua validiorem animosioremque reddidit. Cf. ad 2, 31, 1. et 21, 43, 12.

4. *signo adrepto primi hastati*, v. ad 2, 27, 7.

5. *ut est genus anceps* elephantorum, qui tam in suos, quam in hostes ruunt; Sigon. Nisi potius est ancipitis et dubiæ utilitatis; Doer. Cf. ad 1, 25, 4. — *quanto acrius*, fortius, *pavor consternatam* quamvis belluam *agit*, ea pavore movetur et perturbatur, *quam magistri imperio regitur:* ita optimi MSS. prob. Gron. Alii et edd. vett. *consternatas* et *reguntur.*

6. *finis sequendi*, persequendi.

7. *mille ferme et septingenti*, Ῥωμαίων τρισχίλιοι Plut. Marcell. p. 313. non aliter, adnumeratis sociis.

CAP. 15.)—1. *Iisdem fere diebus*, quidam MSS. *ferme*, prob. Doer. — *ad Q. Fulvium* — *dediderunt sese*, v. ad 2, 13, 4.

2. *partim machinationibus onerat*, v. ad 24, 34, 4. — *onerarias quoque*, quæ velis et remis, *non eas solum, quæ remis agerentur*, cf. ad 25, 30, 6. Ex h. l. Salmas. Obss. ad

[redacted]

jus Att. p. 653 et alii conlegerunt, onerarias remis haud fuisse usas. Sed v. Scheffer. de mil. nav. 4, 1. et in Addend. p. 340. Magii Misc. 1, 6.

3. *Caulonis obpugnatores*, cf. ad c. 12. n. 3.

4. *leve dictu momentum*, v. ad 2, 7, 11.

5. *Ejus præsidii præfectus* cet. quæ res diverse narratur ab aliis v. Plut. Fab. p. 186. et ad Sil. 15, 320 sqq. Vox *præsidii* e glossa inrepsisse videtur. Sed forte leg. *habebant*. *Heraclides præfectus* cet. cf. Polyb. 13, 4. qui Tarentum ab Heraclide Romanis proditam docet.

6. *properfuga jussus T. transire*, v. ad 2, 7, 4.

7. *per intervalla stationum*, per loca, quibus stationes non erant. — *convenerat;* al. *convenerant*. v. ad 1, 3, 4.

8. *forte illo loco præpositus*, sc. præsidio vel. propugnatoribus, qui erant illo loco; Gron. Inperium obtinens in illa urbis parte. v. Drak. *illi* dedit Rhen.

CAP. 16.)—1. *vagus paullo post equus errans* cet., al. *erransque:* sed frequens est asyndeton et omissio copulæ. v. Gron. — *præcipitasse* sc. se, quod quidam adjicere, sed Livius omittere solet, v. c. 2, 51. 5, 18. 6, 30. 25, 11, 27, 40. Cf. ad 2, 3, 2.

2. *Millia triginta s. capitum dicuntur capti* pro *capta*, coulective et respectu sensu aut generis nobilioris, ut 10, 46. 34, 56 pr. 37, 39. 40. 40, 41. 44, 42. Sic et *servitia armati* 4, 45, 1. *capita conjurationis cæsi* 10, 1, 3. *quatuor millia scutati* 28, 2, 2. Cf. ad 1, 41, 1. — *tria millia*, al. *septem m.* — *signa tabulæque* cet. cf. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 229 sq.

3. *interroganti scribæ* — *jussit*, immo *interrogante scriba;* Drak. v. ad 42, 28, 1. — — *quid fieri* (de) *signis vellet*, ut *quidnam se futurum esset* 33, 27 extr. et similia inpr. ap. Plaut. et Terent. Veteres dixisse et *quid me fiet* et *quid mihi*, vel *quid faciatis hoc homine* et huic *homini*, docet Drak. ad h. l. et 2, 31, 8. 34, 32, 8. inpr. 45, 39, 4. et Manut. ad Cic. Verr. 1, 16. De re ipsa cf. Plut. Fab. p. 187. *quid fieri signis vellet ingentis magnitudinis* (*Dii sunt* cet. distinguebat Roëllius. Aliquid hic depravatum vel omissum esse, suspicabantur Crev. et Drak. *Dii* (deorum signa) *sunt*, non *erant*, quia exstitisse adhuc Livii ætate videntur; Doer.

4. *quo constituerat loco*, subsistere statuerat, vel sustinuerat a procedendo, stare ac morari vel modicam quietem capere jusserat sc. agmen, dum properaret ad liberandum obsidione Tarentum; Gron. Cf. 3, 27, 6. 38, 25, 5. et Drak. ad h. l. *constiterat* al. non inprob. Crev.

5. *aves non addixerunt Fabio*, v. ad 1, 36, 3.

CAP. 17.)—1. *Æstatis ejus principio* cet. cf. Polyb. 10, 34-37. qui has res ad annum insequentem refert, et *Edesconem*, τὸν Ἐδετανῶν δυνάστην, constanter Ἐδεκῶνα adpellat. — *fortuita inclinatio animorum* cet. Livius non recte cepisse videtur verba Polyb. 10, 34, 2.

2. *per continentia juga*, v. ad 4, 22, 4.

3. *qua* ratione (nisi leg. *quo*) *cœpissent, fluerent* res, v. ad 7, 29, 3. — *quum a spe*, v. ad 1, 1, 5.

4. *subductis navibus*, v. ad 8, 26, 1. — — *navales socios terrestribus copiis addidit*, v. ad 9, 38, 1.

5. *quæ post captam eam fecerat*, facienda curaverat, *tanto opificum numero incluso* propterea in officinis, armamentariis, ac navalibus. v. 26, 51.

6. *ducere ad hostem pergit*, ut 32, 6 pr. cf. ad 1, 23, 4.

7. *Scire enim se, transfugæ nomen* cet. quasi ab Thucyd. 3, 9. sumsisset; Gron. — — *anceps odium* transfugarum, contractum tam apud eos, ad quos adcedunt, quam apud illos, quos deseruerunt; Drak. Cf. ad 1, 25, 4.

8. *Itaque corpus dumtaxat* cet. cf. ad 39, 47, 4.

9. *respondet facturum Romanus*, v. ad 32, 11, 4.

CAP. 18.)—1. *exercitus Hasdrubalis prope urbem Bæculam*, in multis MSS. et edd. *Betulam*. Cf. Polyb. 10, 38. 11, 20. et Appian. Hisp 23. 24. (ad quæ loca v. Schweigh.) Ille Βαικύλαν vel Βαίκυλα, hic Βαιτύκην adpellat urbem, quam prope Castulonem ponunt, sed Steph. Byz. haud longe ab Herculeo freto. Prœlium ab Hasdrubale Gisconis, non Hamilcaris, filio et ad Carmonam commissum tradit Appianus, (quem duos duces diversasque clades confudisse jam monuit Schweigh. ad Polyb. 10, 38.) prope *Bæculam* Livius, et longius a Bæcula Polybius. — *velites antesignanique et qui primi agminis erant*, v. ad 2, 20, 3.

2. *in tumulum, plano campo in summo patentem*, ἐπίπεδον τόπον, ὀφρὺν προβεβλημένην, Polyb. 10, 38, 8. — *fluvius ab tergo, ante circaque* cet. v. ad 26, 42, 6. — *Suberat*, vicina, prope erat, (cf. ad Tac. Ann. 3, 6, 9.) *et altera submissa fastigio planities*, (quod not. 5. *infimum supercilium* dicitur) ut ap. Curt 6, 6 med. Cf. ad 1, 38, 6. et 25, 36, 4. — *altera crepido*, ripa præceps fluvii.

3. *leviumque armorum Baliares*, v. ad 22, 37, 2. — *prædamnata spe* feliciter in *æquo dimicandi campo*, jam ante, quam hujus rei periculum fieret, abjecta; Doer.

4. *se illis fugam clausurum*, v. ad 5, 28, 4.

5. *ad levem armaturam* hostium, *infimo stantem supercilio*, tumulo, aut potius fastigio, clivo tumuli, ut 34, 29, 6. nam *supercilium*, ut ὀφρύς, superior montis collisve pars est, et Livius expressit ὀφρὺν Polyb. 10, 38. 39. Cf. sup. not. 2. ad 37, 31, 5. Heyne ad Hom. Il. 20, 151. et ad Virg. Ge. 1, 108.

6. *nihil aliud quam via inpediti*, v. ad 2, 8, 9.

concursatorem hostem, cui obpo-
is, qui in ordinibus stat certo
f. 31, 35 extr. et ad 21, 35, 1.
simul est incursare, lacessere
litur, v. ad Tac. Ann. 2, 52, 8.

ima acies, ut *dilatata* 31, 21. et
. At *patefacere ordines* et *aciem*
extr. pro dirimere intervallis.

—1. *regem eum ingenti consensu*
cf. Polyb. 10, 38. 40. qui etiam
jam antea fecisse Edesconem
.
mperatoris, *quo se milites sui adpel-*
bene gestas. v. ad Tac. Ann.
, 74, 7. 8. — *vocis usurpatione*
Put. Flor. et Lov. 4. *usurpa-*
d 33, 34, 2. si lectio est certa:
quidem quarto casui, sed alio
tur. v. ad 2, 22, 3.
s, v. ad 2, 29, 6. *Massiva* no-
Jug. 35 notum. — *eductum*,
10.
nculo Masinissa, qui tamen eum
dicit 28, 35. Quod si verum
a fuit ejus patruus, et *Gala avus*
n *maternus*. In hoc παρόραμα
luxisse Livium vox Græca
Polybio adhibita; Jac. Gron.
ratris et sororis filium signifi-
strem etiam sororis maritum
ut materteræ filium ap. Cic.
10. et fratrem patruelem inf.
i cf. Intpp.
in præceps, v. ad Præf. n. 13.
nali agenda, v. ad 26, 27, 4.
ero, sane, profecto. v. ad 45,

—1. *De bello inde consilium ha-*
uctoribus cet. conj. Doer. —
lem, Hamilcaris filium, *conse-*
ad 24, 45, 4. — *Mago atque*
isgonis f. *alter* post *atque* inse-
MSS. Pro *atque* forte leg. *al-*

si consilium spectes, *in*, ad,
nda belli (v. ad 4, 27, 1.) *obpor-*
uno tempore venere. — *Ibi*
iis sermones, consilia et sen-
se, h. e. invicem deliberanti-
a reputantibus, ut 2, 35.
senatus Carth. non censuisset cet.
8. — *belli caput rerumque sum-*
5, 6. et 6, 14, 9. — *simul et*,
nfinitivis seqq. *repleri*, *trajicere*,
v. ad 26, 32, 1.
escere fama, v. ad 1, 22, 3. —
m quod (v. ad 22, 3, 8.) *male*
r. cap. 2. 12-14. — *Venusiam*;
p. Plut, in Marcello p. 313. F.
io abrogando ejus, immo *ei*, ut et
hic ostendit ipse positus pro-
gon. Cf. ad 22, 25, 10. Mox

pro *quum tamen* Sigon. e cod. malebat *tum tamen*, et Gron *cunctanter*.

6. *ad purganda*, refellenda, *ea* crimina, ob *quæ inimici decernerent* iniqua, Gron. et Ern. Cf. ad 4, 50, 3. Eadem ἀκυρολογία in verbo *purgare* obcurrit 34, 5. *nihil novi factum purgare*, h. e. ostendendo, nihil novi factum esse, purgare crimina, quæ objicitis; Drak.

CAP. 21.)—1. *in circo Flaminio*, v. ad 1, 6, 6. et 3, 54, 8.

2. *Italiam provinciam habeat*, v. ad 2, 40, 9.

3. *diutius ibi, quam Carthagine, vixerit*, v. ad 21, 3, 2. — *habere fructum*, accipere præmium, nos: *es bekomme den Lohn*; Doer. — *bis cæsum exercitum* cet. v. cap. 2. et 12 sq.

4. *Hanc tribuni orationem ita obruit*, inritam reddidit, vim adcusationis inminuit. Cf. Ernesti clav. Cic. — *rogatio antiquaretur*, (v. ad 4, 58, 10.) *sed* etiam.

5. *Ser. Julius Cæsar*, primus, qui memoratur, *Cæsar*. — *Q. Claudius Flamen*, (al. *Flaminius*) ut *Sacerdotes* et *Curiones* quidam dicti, et hinc posteri *Flaminini*, ut *Corvus* reliquit *Corvinos*; Gron. Cf. Pigh. Ann. ad a. 535 p. 151.

6. *qui rem inspiceret*, v. ad 21, 6, 4. — — *Ludi et Romani et plebeji* — *instaurati*, v. ad 2, 36, 1. — *in singulos dies*, unum Romani, unumque plebeji.

7. *Servilium negabant* — *constabat*, v. ad 30, 19, 5. 6. — *triumvirum agrarium*, v. ad 3, 1, 6.

CAP. 22.)—1. *consulatus, quem vitio creatus non gessit*, v. 23, 31. et ad 5, 17, 4.

2. *et quo senatus censuisset* sc. eundum, s. eum mittendum, ut 42, 28. 31 extr. et 44, 17 extr. pro quo 42, 31 med. dicitur: *ut iret, quo sen. cens.* — *Prorogatum et C. Hostilio Tubulo est* inperium, "ex h. l. 25, 41. 26, 28. et 32, 1. conficit Gruchius in Resp. ad post. Sigonii disp. c. 5. *inperium* in *magistratu* insitum fuisse. Nam Hostilius priore anno juris dictionem urbanam sortitus nullam partem inperii militaris adtigerat. v. cap. 7. Unde consequens est, non potuisse ei inperium *prorogari*, nisi id jam ante habuisset." Duk. Id conjectura tantum inpugnatur a Sigon. de lege cur. c. 6.

3. *Et P. Scipioni et M. Silano* — *decreti*, quod nihil opus fuisse, ex cap. 7. intellegitur; Crev. — *inpleturos* sc. Carthaginienses. — *obtineret*, ut obtineret, decretum est.

4. *Una et viginti legionibus eo anno defensum inperium Rom. est*: "Senatum post relationem de provinciis solitum statuere, quot legionibus quoque anno gerenda esset res publica, idque Livium in historia singulorum annorum diligenter adnotare, observat Casaub. ad Polyb. 1, 16. Decem pri-

[redacted]

mis libris hoc vel nusquam, vel certe raro adnotavit Livius, etsi tum sæpe quoque plures quam quatuor legiones, qui duo justi consulares exercitus erant, scriptas narrat. Sed tum nondum ullæ provinciæ erant, nec tot simul copiis bellum gerebatur." Duk.

5. *Idem et Tubulo inperatum*, immo *Eidem* scil. Calpurnio, antequam adveniret Tubulus: non enim poterat hoc Tubulo inperari, qui tum primum in provinciam erat profecturus initio anni sui, quo tempore nondum æquum erat, de ejus subcessore cogitari: potuisset enim illi prorogari inperium; et indignum erat, toto inperii sui anno uni urbi non obpugnandæ sed custodiendæ adligari; Perizon. Recte: verum ita mox leg. *caverent*; Duk. et Drak.

CAP. 23.)—1. *Consules religio tenebat*, retinebat in Urbe, vel inpediebat, quo minus proficiscerentur in provincias suas. — *non facile litabant*, v. ad 5, 38, 1.

2. *mures in æde Jovis aurum rosisse* cet. cf. Plut. in Marcello p. 314. et sup. ad 1, 31, 1. — *vulturium volasse in æde Jovis:* ita optimi MSS. *in ædem* edd.

3. *sine litatione — non inpetrata pax deum*, v. ad 5, 38, 1. — *vertit* sc. se, versus est. Cf. ad 2, 3, 2.

4. *Ludi Apollinares* cet. v. 25, 12. — *ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur:* "Senatus jam ante decreverat, ut *in perpetuum* i. e. quotannis de integro voverentur, 25, 23. sed certam diem non constituerat. Postquam iis *status dies* adsignatus est, videntur desiisse singulis annis voveri. Nam ex eo, quod Livius dicit, *ipse primus ita vovit*, non sequitur, alios post eum prætores illos semper rursus vovisse; sed ita adcipi potest, quum prætores ante eum illos quotannis ex SCto, sed non in statum diem, vovissent, 26, 23. 27, 11. ipse primus eos in statum diem vovit." Duk. — *ante d. III Non. Quinctiles* fecit ludos, v. ad 6, 1, 9. et 37, 4, 2.

CAP. 24.)—1. *in foro citatis senatoribus obsides inperavit*, malim *in forum*, ut paullo post dicitur; Duk. — *Quum senatus biduum peteret tempus* pro *bidui*, ut *terra Italia* 25, 7. *domus marita* 27, 31, 2. *jussa magistra* et similia; Drak. Cf. ad 28, 2, 2. et ad Sil. 1, 173. Vel leg. *bidui*, vel del. *tempus*; Duk.

2. *ne qua occasio novare cupientibus res daretur*, v. ad 1, 11, 1. et 1, 52, 1.

3. *claves portarum quum magistratus poposcisset* Terentius, v. ad 1, 24, 6. — *conparere*, v. ad 6, 1, 6.

CAP. 25.)—1. *æquantibus eos*, eorum noxam pœnamque, *Campanorum noxæ p.* v. ad 5, 23, 4. et 10, 19, 2.

2. *de M. Livio præfecto* cet. v. ad 24, 20, 7.

3. *aliis SCto notantibus præfectum*, h. e. notandum censentibus; Gron. v. ad 3, 21, 31. 24, 16, 5. et 25, 3, 7. — *mediis* (v. ad 1, 31, 5.) *ad censores notionem de eo pertinere dicentibus*, i. e. cognitionem, judicium, ut *noscere causas* 30, 24, 1. Cf. Gron. ad h. l. et nos ad Tac. Ann. 3, 35, 5. — *neque enim*, v. ad 3, 39, 8.

4. *Marcellum objectæ animo religiones tenebant*, v. ad 5, 15, 6. 25, 12, 1. et 27, 23, 1. — *bello Gallico ad Clastidium ædem Honori et Virtuti vovisset* cet. v. ad 25, 40. 2.

5. *negabant, unam cellam duobus recte* (*rite* Hearnii L. 1. prob. Duk.) *dedicari:* cur vero non duæ dedicatæ? Cf. ad 3, 17, 3. et 3, 19, 11.

6. *Neque enim duobus deis rite una hostia fieri* scil. *rem divinam:* sed verbum *fieri* etiam simpl. eo sensu dicitur. v. ad 10, 42, 9. *nisi certis*, nisi certo constaret, utrique eam deberi; ita ut dubium non relinquatur, utrum huic, an illi, sacrum fieret; Crev. Immo *certis* quibusdam, scil. iis, quibus una eademque hostia rite sacrificari solet; nisi potius leg. *secretis:* nam duobus diis cella inter se secretis, utri eorum, si quid accidisset, una hostia sacrificanda esset, sciri potuit; Doer. Nihil horum satis probandum videtur. Forte leg. *Neque enim duobus*, (sc. diis) *nisi lectisterniis, rite una hostia fieri*. Cf. 5, 13. et 22, 10.

7. *Ita addita Virtutis ædes*, sed dedicata demum a filio Marcelli. v. 29, 11. et ad 25, 40, 2. Vera duplicis templi constructio non magis nota est, quam forma statuarum Honoris ac Virtutis. Cf. Plin. 35, 11. s. 37. Plut. Marcell. p. 314. (p. 463. ed. Reisk.) intpp. Vitruv. procem. ad lib. VII. Programma Acad. Hafn. vulgatum XXIX Jan. a. 1806. inpr. d. Freimüthige oder Ernst u. Scherz a. 1806. No. 55. 74. 75.

8. *Lacinium Hannibal admoverat copias*, v. ad 24, 3, 3. et 25, 24, 9. — *inter Venusiam Bantiamque*, (opp. in confinio Apuliæ Lucaniæque situm) ut ap. Plut. Marcell. p. 314 F.

CAP. 26.)—1. *metum ex vano* (vanum, inanem, ut 33, 31.) *haberet*, forte *habebat*; Gron.

2. *extrahi æstatem posse*, v. ad 4, 43, 6. — — *L. Cincio:* sed ei jam Valerius successerat. Cf. cap. 7. 8. 22. et ad cap. 7. n. 8.

3. *sub tumulo Peteliæ*, v. ad 23, 30, 1. — — *ad duo millia armatorum cæsa*, τὸν περὶ Πετηνὰν (Πετηλίαν) λόφον ὑφεὶς ἐνέδρας πεντακοσίους καὶ δισχιλίους ἀπέκτεινε Plut. l. l. — *mille et quingenti* e Put. et melioribus MSS. recepi pro vulg. *et mille ducenti* — — *Tumulus erat silvestris*, v. ad c. 1. n. 7. — *ad id* v. ad 1, 34, 5.

4. *in cervicibus haberent hostem*, v. ad 3, 31, 1. Ad seqq. et cap. 27. de Marcelli obitu

32. Appian. b. Hann. c. 50.
l. p. 315 sq. et Sil. 15, 334-
ı et Livii narratio hic variat,
. Cf. c. 27 extr.
tibus CCXX, ut et ap. Plut.
morat CCC, et Polybius, nu-
corrupto, τῶν ἱππέων ἴλας s.
ras alas vel potius turmas,
mæ equitum et τρεῖς ἴλαι, quæ
ocantur, sibi respondent ap.
et Polyb. 11, 23.) quæ in Ro-
u XXX equitibus constabant.
en majores ἴλας commemorat
t. c. 21. et εἴλην s. ἴλην a Ro-
lam vocari, quæ Græcis propr.
atur et DXII equitum sit,
Ælian. c. 20. et Arrian. Tact.
nc. Cf. Schweigh. ad Polyb.
10, 21, 4. Ceterum consules
s etiam τριάκοντα (nisi leg.
ım intpp.) velites lictoresque
sse tradit Polyb. — *M'.Aulius*,
M'. Aullius et c. 27. *M'Auxilius*.
ı eo die quidam cet. cf. Plut. l. l.
c. 1, 6, 9. qui in secunda hos-
noris duplex fuisse dicit. —
e inventum, v. ad 8, 9, 1. —
, aut majorem solito molem,
nt; Crev. — *secundum*, post.

—1. *signum dedit*, v. ad 4, 39,
locum miles esset paratus, h. e.
Doujat. statim, quantocius,
ıt ad speculandum miles e. p., et si
Doer. Forte leg. *ad motum*, ad
nda, aut *ad nutum*, sc. militi
llis placuisset, satis obportunus
set. — *vasa conligerent*, v. ad

o includerent viam, v. ad 2, 2, 9.
cis Fregellani, cf. cap. 26.
onsulum quinque cet. sic et ap.

ı (v. ad 7, 33, 2.) *veteris pruden-*
Polyb. 10, 32, 33. de inpru-
ı Rom. et prudentia Hanniba-
eceps dederat, v. ad Præf. n. 13.
Marcelli morte variant auctores,
v. ad 5, 15, 8. et 21, 28, 7. —
ad 21, 38, 8.) *triplicem rei gestæ*
ınam sc. rem gestam cet. Sed
Livium scripsisse *seriem* aut
iamve vocem gen. fem., cum
i possis. Pro *L. Cælius* qui-
ent *C. Lælius*: quem historias
ı constat. Cf. Schweigh. ad
3.
criptam in laudatione filii, v. ad

ita fama variat, v. ad 1, 43, 20.

-1. *ne cui deesset occasioni*, v. ad
, 46, 3. — *inventum Marcelli*
plura de Marcelli humatione,
imentis, deque Hannibalis et

laudatione et cavillatione tradunt Appian. b. Hann. c. 50. et Plut. Marcell. p. 315. 316. Cf. Periz. anim. hist. c. 9. p. 368.

2. *sagaciter moti sunt*, sagacitate sua acti et inpulsi sunt: fraudem enim, quam sagaciter Hannibal invenerat, pari sagacitate Crispinus præsagibat; Doer.

3. *parati milites essent, si quo* (v. ad 26, 9, 5.) *opera* cet. vox *parati* abest ab optimis MSS. unde Gron. conj. *venturum: vigiles essent* cet. — *qui in præsidio erant* non verba Hannibalis, sed Livii nota.

4. *Senesere Salapitani* (sic Put. Voss. et al. pro vulg. *Salapiani*, ut *Massilitanus, Lilybætanus, Tauromenitanus*; Gron.) *fraudem, et ab ira defectionis* cet. v. 26, 38. et ad 1, 1, 5. — *remisso retro*, v. ad 2, 45, 10. — *sine arbitro*, v. ad 6, 33, 3. *milites*, quos in præsidio fuisse modo dixit.

5. *trepidare, moliri portam*, v. ad 3, 49, 4. et 6, 11, 5. — *cataracta*, καταῤῥάκτης et καταράκτης, vectis, obex, annulis ferreis funibusque pendens et καταράσσων, cum inpetu decidens ac demissa vel *dejecta*, ut *portam claudat*. v. Veget de re mil 4, 4. et ad rem cf. Appian., Hann. c. 51. Suid. v. Ἡμμένοι, Polyb. T. 5. p. 38. ed. Schweigh.

6. *negligenter ex itinere suspensa humeris gerentes arma*, scuta, puto, non detractis tegminibus, ut solebant in itinere, quum nullus ab hoste metus erat; Duk. coll. Suet. in Tib. 37. in Vitell. 11. et Lips. Annal. ad mil. Rom. 3, 2.

CAP. 29.)—1. *M. Marcellum*, consulis filium.

2. *Hi nuntiare consuli jussi, ut* (v. ad 25, 22, 1.) *dictatorem in agro Romano diceret comitiorum causa*, cf. cap. 5. ubi legimus *Romanum agrum Italia terminari et extra eum dictatorem dici non posse*. Sed h. l. nulla ratio est, in SCto addendi *in agro Rom.*, et hæc verba forsan e cap. 5. huc translata; Duk.

3. *ad Clupeam urbem*, v. ad Sil. 3, 243. 244.

4. *repente fama adcidit*, v. ad 21, 10, 15.

5. *Machanidas tyrannus Laced.* a Philopœmene a. V. 546. victus occisusque, *finitimo bello urebat* Achæos, v. ad 10, 17, 1. 28, 8, 5. et Polyb. 10, 41. 11, 11-20. 13, 6.

6. *fretum, quod Naupactum* (v. ad 26, 26, 1.) *et Patras* (opp. Achajæ maritimum) *interfluit, Rhion*, s. Rhium, fauces Corinthii sinus 28, 7. extr. fretum, quo sinus hic effunditur ex mari Ionio. Cf. Mel. 2, 3. Polyb. 4, 64 pr. et inf. ad c. 30. n. 8.

CAP. 30.)—1. *ad Lamiam urbem* Phthiotidis in Thessalia, nobilitatam bello Lamiaco, a Græcis post Alexandri mortem cum Macedonibus gesto, de quo v. Diodor. 17, 111. 18, 9-12, et Strab. 9. p. 298. — *Ætoli duce Pyrrhia*, (ita Put. et all. MSS.) de quo v. Polyb. 5, 30. et 91-94. *Physia* edd. ante

[redacted]

Gron. *Physias*, nobilis Eleus, bello captus a Lyco, propraetore Achæorum, memoratur Polyb. 5, 94.

2. *mille admodum hostium*, v. ad 21, 36, 3.

3. *ad Phalara in Maliaco sinu*, prope Lamiam et in extrema Phthiotidos ora, inter Locros Epicnemidios et Thessaliam, qui olim Μηλιεὺς s. Μαλίακος et Λαμιακὸς a Maliensibus Lamiaque urbe, et postea, quum Ænianes prævaluissent, *sinus Ænianum* dicebatur. v. ad 28, 5, 6. *Phaleram* et *Phaleram* alii. Τὰ Φάλαρα ap. Polyb. 20, 10. 11. Plin. 4, 7. s. 12. Strab. 9. et Steph.

4. *Amynander* (Ἀμύνανδρος vel Ἀμυνᾶς) *rex Athamanum*, gener Scerdilædi Illyriorum regis. Cf. Ind. et Polyb. 4, 16. 16, 27. 17, 1. 10. 18, 19. 30. 20, 10.

5. *ferocioribus quam pro ingeniis* (v. ad 7, 33, 2.) *gentis* alicujus *Græcorum*; nisi leg. *ferociori gente*; Gron. Cf. ad 26, 25, 6. Quæ sequuntur, sic habentur in omnibus libris, et haud scio an Livius ista sit gratificatus Romanis: ceterum ex Polyb. 9, 39. patet, majorem metum fuisse de Romanis, quam de Philippo; unde et mox: *ne causa aut Romanis aut Attalo intrandi Græciam esset*; Gron. Ceterum ad hæc et seqq. conf. Polyb. 10, 23-26. ibique notas Schweigh. de diversa tum chronologia in rebus Græciæ, tum serie ac successione Prætorum Achæorum apud Livium et Polyb.

6. *curatione Heræorum* sc. sollemnium s. ludorum: nam τὰ Ἡραῖα dicebantur et dies festi et ludi, qui in honorem Junonis, Ἥρας, agebantur, inpr. Argis, Spartæ, Mycenis, (cf. Hom. Il. δ, 51.) Carthagine, in Ægina et Samo. v. Pausan. 2, 17. 24. 5, 16. Pind. Nem. 10. et ibi Schol. — *Nemeorum* ludorum, qui prope Nemeam, vicum inter Cleonas et Phliuntem situm, in memoriam Archemori vel pugnæ Herculis cum leone Nemeæo, d. XII mensis Corinth. Πανέμου s. Ἱερομηνίας, cui Atheniensium Βοηδρομιὼν respondet, agebantur, quorumque præsides et βραβευταὶ erant Argivi, Corinthii et Cleonæi. Cf. Pausan. 2, 15. Schol. et Inttp. Pind. Nem. Eadem tamen Νέμεα et *Argis* celebrata. Cf. 34, 41. et Polyb. 2, 70. 5, 101. 23, 10. et 10. 26. ubi Schweigh. monet, ex his locis intellegi, Nemeorum ludicrum, tertio quoque anno agi solitum, ex Polybii ratione, non (quæ vulgaris sententia est) in secundum et quartum, sed in primum et tertium quemque annum cujusque Olympiadis et in inpares annos ab Urbe condita incidere. Dukeri nota ad h. l. est: "Dodwell. in Annal. Stat. p. 227. et de cyclis 7, 1. et 2. scribit, Nemea et Olympia tum in eumdem annum convenise, i. e. utraque a. V. 546. Varr. celebrata fuisse Marcello V. et Crispino coss. Credebam primum, eum parum recte rationes subduxisse, quum Livius c. 35 scribat, *Olympiæ ludicrum æstate anni seq.* fuisse. Deinde vidi, eum diss. X. de cyclis, sect. 48. contendere, Livium celebrationem Olympiorum perperam in hunc annum conferre, quæ anno priore Marcello V. et Crispino coss. acta fuerint. Ei subfragatur Petav. de doctr. temp. 9, 53."

7. *Macedonum reges ex ea civitate oriundi*: nam Caranus, auctor regni Maced., erat Argivus. Cf. 32, 22. Justin. 7, 1. Vellej. 1, 6. Euseb. Chron. Græc. p. 45. Juliani Epist. 35. et Orat. 3. p. 106. ed. Lips. — *referunt*, ut ap. Justin. 38, 7. *ferunt* conj. Periz.

8. *Ægium profectus est ad sociorum concilium*: in omnibus edd. est *Rhium*, Achajæ prom. (v. Ptol. 3, 16. et Strab. 8. p. 231. al. 335.) et fretum, (v. ad c. 29. n. 6.) forte et oppidum, cujus tamen nemo mentionem facit præter Steph. Byz. et hic quoque non nisi dubitanter: Ῥίον πόλις Μεσσήνης ἢ Ἀχαΐας, καὶ ἄλλη Αἰτωλίας. Nos *Ægium* recepimus ex emendat. vix dubia Glareani et Jac. Gron. Nam omnes MSS. habent *regium*; et aptissimum h. l. est *Ægium*, princeps Achajæ oppidum, postquam Helice Olymp. 101, 4. hausta est mari motuque terræ, (v. Strab. 8. p. 589. Pausan. 7, 24. et Diodor. 15, 48 sq.) ubi a principio Achaici concilii aut certe post Helices interitum conventus Achæorum, Παναχαϊκά, (v. ad 31, 29, 1.) semper et ex lege acti sunt. v. 38, 30. (ubi simul traditur Philopœmenem conatum esse labefactare hunc morem, legemque tulisse, ut in omnibus civitatibus, quæ Achaici concilii essent, in vicem conventus agerentur) Pausan. 7, 7. et 24. (qui id sua adhuc ætate factum, indeque cultum Ὁμαγυρίου Διὸς et Παναχαΐδος Δήμητρος ibi ortum dicit) Polyb. 5, 1. et Strab. 8. p. 590 C. 593 B. Cf. et inf. 28, 7. 35, 48. 36, 35. et Polyb. 2, 54. 4, 7. 26. 82. 16, 27. 23, 3. Ceterum alibi quoque conventum fuisse habitum legimus, v. c. Sicyone 32, 19. et Argis 31, 25. et 43, 17. ubi cf. not. 3.

9. *induciarum tempore circumacto*, v. ad 6, 1, 3.

10. *nisi Messeniis Achæi Pylum redderent*, opp. maritimum Messeniæ. Cf. Polyb. 4, 16. 25. 9, 38. inpr. 18, 25. — *Romanis restitueretur Atintania, Scerdilædo et Pleurato Ardiæi*, v. ad 22, 33, 3. et Polyb. 2, 11. *Atintania* pars Epiri, vel potius Illyridis Macedonicæ in finibus Epirotarum. Cf. 29, 12. 45, 30. Polyb. 2, 5. 2, 11. 7, 9. Strab. 7, 7, 8. p. 326. Thucyd. 2. et Steph. Byz. Pro *Ardiæi* edd. ante Gron. *Parthini* et *Archide*, MSS. plerique *Archide*, at Put. *Archidæi*, et hinc Gron. ac Drak. *Ardyæi*. Sed Ἀρδιαῖοι, non Ἀρδυαῖοι, in omnibus fere codd. ap. Polyb. 2, 11. 12. Appian. b. Illyr. 3. 10. (ad quæ loca cf. Schweigh.) et Strab. 7, 5, 6. 7. p. 315. ubi eos *Vardæos* posteris dictos (Οὐαρδαῖοι Ptol. 2, 17. sed Οὐαρδαῖοι et *Vardæi* aliis, ut et in Epit. Liv. LVI. n. 4.) tradit: nam pro Οὐαραλίους legendum esse Οὐαρδαίους, et ex hac natione

servos illos Marianos ap. Plut., ρδαίους καλοῦσιν, non male suspica- on. ad h. l. — *Enimvero* cet. v. ad 5.

'. 31.)—1. *haudquaquam læta præda*, de præda. Cf. 9, 23. — *ludorum*, *iqui erant*, dierum, qui ludis supere- *elebritatem fama victoriæ*, *quantæcumque*, iidem magnæ, *tamen*, quod *de Roma- 'a* erat, satis claræ, *auxerat Philippo*, am præsidenti illis, in ejus hono- vel potius *fama quoque partæ Philippo* cet. Gron. *Philippus* vett. libri, Doer. ut sensus sit: *Philippus quo- ns* (in casu sexto pro: per famam gloriam) *victoriæ* reliquos ludorum ›rum dies multo celebriores reddide- — *capitis insigni*, diademate. — *in* , quod ad externum adtinebat ha-

r maritas domos, in quibus erant ma- iio juncti. Cf. ad c. 24. n. 1. et Po- , 26. — *submittendo* (dimittendo) *se gium*, conditionem, (ut 2, 27. et 3, *ivatum*, privati hominis. Cf. 38, 52) *se* delevit Drak. suadente Gron. ut sit: *submittendo fastigium* suum vel *in privatum*: sed vulgata lect. bene et.

so minus conspectus erat, quo minus denotabatur, quum privato habitu retur multis ignotus, invisus; Gron. 2, 5, 8. et Juvenal. 8, 140. De li- fœda Philippi, Argis exercita, eadem Polyb. 10, 26. qui etiam ibidem et 82. 7, 12 sq. et 9, 23. monet, eum a indole præditum, primumque om- Græcis adamatum, sed procedente ex optimo principe in ferum tyran- mutatum fuisse.

incipi Achæorum Arato ademta uxor no- 'olycratia ac spe regiarum nuptiarum in niam absportata, v. ad 32, 21, 10.— *se* s. Dyme urbs ultima Achajæ, ab Etolorum sociis, (v. Polyb. 4, 5. 6. quoties capta. v. Polyb. 2, 41. 4, 59. . 5, 3. 17. 30. 91. Pausan. 7, 17. et 32, 21, 14.

yctiadas, v. Ind. et ad 31, 25, 3.

arisum amnem, qui Eleum agrum ab Dy- deoque Elidem ab Achaja, *dirimit*. usan. 6, 26. 7, 17. 8, 49, cui Λάρισος ; unde *Larisum* pro *Larissum* edidit In prœlio ad hunc fluvium a Phi- ene, magistro vel præfecto equitum rum, Damophantum, magistrum a Eleorum, fuisse interfectum, et um Ætolorum Eleorumque fuga- focent Pausan. 8, 49. extr. et Plut. p. 360. Ab hac pugna, de qua v. ., non diversam fuisse *prosperum il- corum cum Ætolis Eleisque haud procul* , quæ cap. 33. memoratur, putabat . in Chronol. Polyb. ad a. V, 545.

CAP. 32.)—1. *Trallos*, *Illyriorum genus*, cf. Ind. et ad 1, 18, 5. *Triballos* al., qui Mœsiæ inferioris populus erat, ut *Tralli* s. *Tralles* Trallisæ in Illyrico, teste Steph. At *Tralles*, unde *Tralliani* 37, 45. 38, 39. opp. nobile Lydiæ in Asia ad Mæandrum fl., de quo v. ad Juvenal. 3, 70. — *et ipse rex* cet. τὸ *rex* del., Duk. — *protegentibus re- giis* militibus, aut pueris, de quibus v. 45, 6.

2. *ad Castellum* Eleorum, *Pyrgum vocant*, cf. Polyb. 5, 102, 6.] ibique Schweigh.— — *inconditam*, v. ad 21, 57, 11.

3. *Lychnidum cepisse*, opp. Dassaretiorum in Illyrico, (v. Ptol. 3, 13.) hod. Locrida in Albania. *Lycnidum* edd. antt. *Lychni- dus* appellatur etiam 43, 9. 10. 21. at *Lycus* 32, 9. et 33, 34. ubi *Lingus* habent edd. antt. et forte leg. *Lychnidus* vel *Lychnis*. Λυχνιδὸς dicitur Steph. Λυχνὶς Polyb. 18, 30, 12. Λυχνίδιον Strab. 7. p. 323. et Po- lyb. 34, 12, 7. Λυχνιδοῦς Strab. 7. p. 317. — *Dassaretii*, Δασσαρήτιοι Ptol. 3, 13. Δασσαρῖται ἔθνος Ἰλλυρίας, λέγεται καὶ Δασσαρίτιοι, Steph. Δασσαρῆται et regio Δασσαρῆτις ap. Polyb. 5, 108. 8, 38. Plin. 3, 23. s. 26. 4, 1. Δασαρήτιοι Strab. 7. p. 316. 318. — *Dardanos*, v. ad 26, 25, 4.

4. *Menippo et Polyphanta*, cf. Polyb. 10, 42.

5. *per Achajam Bœotiamque et Eubœam*: ita MSS. quam tamen lect. a menda inmumem præstare non audeo; Drak. "Editiones antt. *Bebæidem* aut rectius *Bæbeidem*, quæ sive palus seu regiuncula jacet sub Penei ostio, longe ultra *Demetriadem*; (v. ad 31, 41, 2.) quo cur Philippus reverterit, tanto spatio jam progressus, haud facile dicas: at potuit ob certas causas coactus fuisse, ex *Bœotia* deflectere versus dextram in *Eubœam*, ut res insulæ inspiceret ac con- stitueret, maxime quum ejus insulæ cul- tores in metu ab Ætolis essent, ut Livius 28, 25. testatur;" Jac. Gron. — *Deme- trias* in Thessalia, et quidem in limite Phthiotidis, navale diu et regia aliquando regum Maced., unaque e compedibus Græ- ciæ. v. 32, 37.

CAP. 33.)—1. *Dardanos in Macedoniam effusos*, v. ad 1, 14, 7. et 26, 25, 4. — *Ores- tis* regio et *Orestæ* gens Epiri olim et deinde Macedoniæ. Cf. Ind., Polyb. 18, 30. Strab. 7, 7, 8. p. 326. et ad Sil. 15, 313. — *in Argestæum campum*, nescio quem. *Æstræum* ex Ptol. conj. Glar. et *Ægestæum* h. e. Thes- protium, qui adfinis Orestidi, Sigon. conl. Steph. Αἰγεστχῖοι οἱ Θεσπρωτοὶ ἀπὸ τινὸς Αἰγέστου στρατηγοῦ. Hæc nimis remota snnt, et aliis quoque argumentis possunt refelli; Drak.

2. *cornu alterum galeæ præfregit*, ut 8, 10. 32, 17. 38, 5. *perfregit* edd. ante Gron. Galeas cornutas, quibus terroris causa ani- malium cornua fuere præfixa, et cornua,

successorum Alexandri M. insignia, inlustravit Spanhem. de usu et pr. num. diss. 7. p. 387. et 399. (al. diss. 5. p. 367 sq.)

3. *Achæi cum Ætolis Eleisque* cet. v. ad c. 31. n. 6. — *P. Sulpicius Æginæ hibernavit*; qui Æginetas omnes sub corona vendidit. v. Polyb. 11, 6, 8. et 23, 8, 9.

4. *ludos magnos facere*, (v. ad 2, 36, 1.) *quos M. Æmilius prætor Urbis* (v. ad 25, 1, 7.) — *fecerat*, (v. 22, 9 extr.) *et in quinquennium voverat* a. V. 535. Iidem ludi magni sæpius extra ordinem in quintum annum voti sunt, si eodem statu res publica maneret. Cf. 30, 2. 27. 31, 9. 36, 2. 42, 28. Quis tamen hoc votum iterum anno quinto (a. V. 540.) solverit, Livius non memoravit lib. XXV. etsi talia diligenter notare solet: et idem sup. 22, 9. dicit quidem, ludos hos ab Æmilio factos, non vero *in quinquennium votos* fuisse. Inde h. l. suspicari possis: *et in quinquennium vovere* sc. dictatorem jussit. Id firmatur etiam locis Liv. 30, 2. 27. et aliis. Ceterum eosdem ludos justo tempore facere jubentur consules 30, 2. at eo anno, forte prodigiorum causa, (quod suspicabatur etiam Pigh. in Ann. ad a. 551. p. 228.) non fecisse videntur, sed eorum successores 30, 27 extr. Dukeri nota est: "Vero simile est, ludos a. 540. ob causam nobis incognitam non fuisse factos. Hoc satis aperte eo ostendit Livius, quod dictatorem ludos illos fecisse scribit, quos M. Æmilius voverat. Nam hi si a. 540. facti fuissent, haud dubie dixisset, a dictatore illos factos fuisse, qui eo anno in quinquennium voti fuerant. Omnia certe de votivis Apollinaribus diligenter retulit 25, 12. 26, 23. 27, 11, 23."

5. *et ut eos potissimum crearent*: dele τὸ *ut* et *crearent*; Gron. Sed exempla mutatæ formæ orationis laudat Duk. — *præpropera*, v. ad 2, 45, 4.

CAP. 34.)—1. *M. Livius erat* talis vir—*ex consulatu damnatus* cet. v. ad 4, 31, 1. et 22, 35, 3. et 4.

2. *capillo et barba promissa* cet. v. ad 6, 16, 4. — *et in senatum venire* cet. Censores non legerant eum in senatum, sed auctores ei fuerant, ut in senatum veniret, non tamquam senator, sed tamquam pedarius; Sigon. ad h. l. ad 22, 49. et de ant. jur. civ. Rom. 2, 2. "Non est probabile, certe ex his verbis ostendi non potest, virum summis honoribus functum nondum in senatum lectum fuisse. Nec Livius dicit, censores ei *auctores fuisse* in senatum veniendi, sed eum *coëgisse* id facere. Sententia verborum Livii est, eum, a censoribus in senatum venire coactum, ut animo quomodocumque morem gereret, sententiam rogatum numquam *stantem*, ut solebant, qui longis orationibus in senatu utebantur, eam dixisse, sed nihil aliud, quam aut verbo aliis adsensum fuisse, aut, discessione facta, pedibus in aliorum sententiam ivisse." Duker. *Coëgerunt* vel ut virum consularem, vel quod antea in senatum lectus fuerat: alias non *cogi* potuisset; Drak.

3. *tum quoque aut verbo adsentiebatur, aut pedibus in sententiam ibat* cet. v. ad 1, 32, 13. et 22, 49, 13. — *quum fama ejus ageretur*, v. ad 7, 31, 5. — *stantem in senatu sententiam dicere*, cf. not. 2. et ad 9, 8, 2. — *convertit ora hominum in se*, forte *ora omnium* sc. senatorum; Drak.

4. *duos patricios creari non liceret* consules. v. ad 6, 35, 4. — *recusasset delatum consulatum*, v. 26, 22.

5. *Sordidati rei*, v. ad 2, 54, 5. — *invito obferre candidam togam*, candidatorum, (v. Plin. 7, 34.) h. e. invitum cogere, ut consulatum petat. Malim *prætextam togam*, i. e. consulatum. Sed Livius *candidam* forte *togam sordidæ* obponere maluit. — *eadem*, in eundem; nisi leg. *eidem*.

6. *patriam pulsam sede sua restituisse M. Furium* Camillum. Cf. 7, 1. extr. Suet. Aug. 28. et Cic. Pis. 22.

CAP. 35.)—1. *Post diem tertium ejus diei*, v. ad 6, 1, 9.

2. *quem T. Quinctius consul habuerat et L.* hæc verba nullo in MS. obvia: unde forsan leg. *ad eum exercitum*: (qui illic erat) *L.* (al. *T.*) *Manlius* cet., Gron.

3. *quod Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat*. Olymp. 143, 1. Cf. 28, 7. sup. ad c. 30. n. 6. et Schweigh. ad Polyb. 4, 14, 9.

4. *sortiri provincias et præsciscere*, præscire, ut 29, 14 pr. nisi utrobique leg. *præscire* vel *resciscere*. Cf. tamen et Virg. Ge. 4, 70. et Colum. 9, 9.

5. *Inimicitiæ autem nobiles* (propr. *noscibiles*; hinc in vulgus notæ, ut 1, 24. 9, 1. 22, 43. 50. 39, 4. 9. 40, 45. 45, 5.) *inter eos* cet. cf. ad 22, 35, 3. et Valer. Max. 4, 2, 2. et 7, 2.

6. *utrius mallet consulum prioris anni, exercitum sumeret*: immo eligeret, quem mallet ex tribus exercitibus, sc. ex duobus consulum prioris anni et ex eo, cui Q. Claudius Tarenti præesset. Cf. cap. 38. et Periz. anim. hist. c. 4. p. 168.

CAP. 36.)—1. *ad rem inspiciendam*, v. ad 21, 6, 4.

2. *clausæ hieme Alpes*, v. ad 30, 25, 3.

3. *minor aliquanto numerus, quam qui ante bellum fuerat*: immo pæne duplo minor. Cf. Epit. XX. Inmensum quoque differt ab eo, qui lustro seq. 29, 37 editur: et tamen nihil variant libri h. l. et in Epit. hujus libri; Drak.

4. *Eo anno primum, ex quo Hannibal in Italiam venisset, comitium* (v. ad 1, 36, 6.) *tectum* tegulis. cf. ad 42, 3, 1. 3. "Verba *ex quo Hannibal in I. v.* vel otiosa, vel corrupta: certe non patiuntur interpretationem Marliani et Nardini: *comitium eo anno, quo*

I. *venit, tectum fuisse.* 'Nam nec
iam in designando tempore ita lo-
, puto, nec video, cur Livius id
hoc anno memorare voluerit.
r mutilum esse locum, Liviumque
solum de anno, quo tectum comi-
ectum, verum etiam, quo inchoa-
, nempe eo, quo Hannibal in Itali-
it, egisse. Nam non credibile est,
m exigui operis fuisse, ut uno alte-
no, præsertim illis angustiis æra-
olvi potuerit." Duker. *cœptum* post
excidisse putabat Roëllius. Verba
sic transponebat Crev. *Eo anno pri-
quo Han. in It. venisset, lustrum con-
t a censoribus*, (nam licet ter censores
unt, ex quo Hannibal in It. venit,
en soli lustrum condidere) — *ante
uerat. Hoc eodem anno et comitium
us* cet.
*dos Romanos semel instauratos — et ple-
lis biduum instauratum* cet. v. ad 2,

a signa ad Cereris, v. ad 1, 33, 6. et
12.
Hostilio urbana provincia, (v. ad 2,
addita et peregrina, ut cet. v. ad 25,

binæ consulum essent: male Pighius
nte *consulum*, et mox *quisque* ante
serendum putabat, et mirum, non
isse eum vim numerabilium ἐπιμε-
ων s. dispertitivorum; Gron.
*imis IV legionibus populus tribunos crea-
teras consules miserunt* tribunos mili-
ad 7, 5, 4.

37.)—1. *consules proficiscerentur* Urbe
incias. — *novemdiale sacrum* cet. v.
1, 3. — *quia Vejis de cœlo lapidave-
al. lapidatum erat*, vel *imbri lapidavit*,
, 13. mire dictum pro: pluit imbri
, (ut 30, 38.) aut imber lapideus
des imbris instar de cœlo decide-
f. 29, 10. 14. 30, 38. 44, 18. — *Sub
m* (v. ad 2, 55, 1.) *alia*, de quibus v.
1, 1.
um Maricæ, deæ Minturnensium, ad
1. Cf. Heyne ad Virg. A. 7, 47.
. ad Strab. 5. p. 233. Intpp. Hor.
17, 7. et Vellej. 2, 19.
rum novemdiale sacrum *instauratum*,
31, 3. et 2, 45, 10. — *Armilustrum*
Aventino monte et XIII regione
ubi quotannis d. XIV Cal. Nov.
r *armilustrium* festum, quo ancilia
ant Romani et rem divinam armati
nt; de quo v. loca obscura Festi
t Varr. L. L. 4, 32. 5, 3. — *Libe-
igione mentes*, v. ad 2, 5, 4. et 5, 23, 8.
*Sinuessæ biennio ante, incertus, mas an
set, natus*, v. ad cap. 11. n. 5. et ad
4. — *haruspices ex Etruria adciti*, ut
gravioribus in rebus. v. ad Cic.
2, 9, 21.

5. *conditum ab Livio* Andronico *poëta carmen*, (vox forte del.) quod utinam Livius noster adposuisset! Cf. Festus v. *Scribæ*. Simile carmen ab *ter novenis virginibus* ob idem prodigium per Urbem cantum et ab alio poëta confectum memoratur 31, 12 extr. unde etiam intellegitur, Livium fuisse antiquum poëtam illum, quia *patrum memoria* carmen ab eo conditum dicitur: quod miror non perspexisse Dukerum, qui ad 31, 12. hæc notavit: cur *patrum memoria* carmen a Livio conditum dicat, quod septem annis ante hoc tempus factum fuerat, mihi non liquet. Carmen illud hoc anno non a Livio demum factum seu conditum, sed a virginibus cantatum dicitur. — *stipem conferrent*, v. ad 5, 25, 3. — *pureque et caste* cet. v. ad 1, 45, 7.

6. *ab decemviris*, v. ad 3, 10, 6. — *ab æde Apollinis porta Carmentali*, per eam, *in Urbem ductæ*, v. ad 3, 63, 5.

7. *nunc abhorrens* a nostris ingeniis *et inconditum*, v. ad 4, 20, 1. Cf. not. 5. — *decemviri coronati laurea* (v. ad 3, 10, 6. et 23, 11, 7.) *prætextatique*, cf. 33, 42. et ad Tac. Ann. 2, 14, 4. — *A porta* Carmentali *Jugario vico*, per eum, *in forum* Romanum. Cf. ad 8, 15, 6.

8. *per manus reste data virgines sonum vocis* adcinentis et symphoniæ *pulsu*, ictu, *pedum modulantes*, saltando exprimentes, *incesserunt;* ut fere in cordace, comica et lasciva Græcorum saltatione, in qua restim ductantes (Terent. Adelph. 4, 7, 34.) manibusque tenentes, *κόρδακα ἕλκοντες καὶ αἰσχρῶς κινοῦντες τὴν ὀσφῦν*, (v. Aristoph. Nub. 1. 6. 85. 540. ibique Schol.) cum celerrima corporum pedumque agitatione in orbem circumagebantur. Cf. Ernesti clav. Cic. v. *cordax*, Casaub. et Fischer. ad Theophr. Char. 6. Meurs. in Orchestra v. *κόρδαξ*, Rambach ad Potteri Archæol. Gr. T. 3. p. 633. Dukeri nota est: "*Per manus dari* ac *tradi* dicuntur, quæ alius alii in manum dat, porro alii tradenda, ut 29, 14. Cæs. B. G. 7, 25. 8, 15. Suet. Cal. 51. (Cf. sup. ad 1, 3, 7.) Quamquam hic *restem per manus datam* ita adcipio, ut omnes eam manu tenerent, quum prima caput restis secundæ, hæc tertiæ, atque ita porro aliæ aliis, usque ad ultimam tradidissent. Restem autem in saltationibus adhibitam fuisse, docent intpp. Hor. Ep. 1, 10, 48. et Terent. Ad. 4, 7, 34. Gron. in Prol. T. 8. Antt. Gr., Nannius Misc. 4, 22. Brodæus Misc. 1, 29."

9. *in clivum Publicium*, v. ad 26, 10, 5.

(CAP. 38.)—1. *novi hostis*, Hasdrubalis. Cf. cap. 36.

2. *sacrosanctam vocationem dicebantur habere coloni maritimi*, cf. 36, 3. et v. ad 2, 8, 3. et 4, 26, 7. — *Anxuras*, (Tarracinensis) forte *Anxurnus*, ut *Tiburnus;* Gron. — *Senensis* sic dictus a Sena c. 46, s. *Sena Gallica*

[redacted]

et Senogallia in Umbria, (hod. Senigaglia) ut *Seniensis* a Sena Julia, opp. Etruriæ, h. Siena. Cf. Schweigh. ad Appian. Haun. 52.

3. *vacationes suas recitaret*, diceret, quo jure niterentur. — *earum coloniarum*, Antiatis Ostiensisque, quæ solæ vacationem habere judicatæ sunt, verum hac lege, ne *supra dies XXX pernoctarent extra mœnia coloniæ suæ, donec hostis in Italia esset*, ut frequentia efficerent, ne facile urbs intercipi posset; Drak. Vacationem illam non semper duabus coloniis a senatu datam esse, patet ex 36, 3. *supra quadraginta* (sc. juniores) quidam MSS. prob. Sigon. coll. 36, 3 pr.

4. *emergere ex Bruttiis*, v. ad 2, 29, 7. — *et tertio, cui Q. Claudius Tarenti præesset*, v. cap. 21. 22. 36. — *electionem habere* sc. secum reputans vel reputabat. — *voluminibus*, v. ad 22, 57, 12. — *quos e re publica censerent esse*, v. ad 22, 39, 1.

5. *duo millia de legione militum* (v. ad 22, 37, 2.) cet. ita optimi MSS., non, ut alii, *de legionibus*: nam habebat sane plus una legione Scipio: sed et uni legioni detracta ea duo millia potest intellegi, et *legio* in genere etiam dicitur exercitus delectu civium conscriptus, ut 41, 28. et sæpe apud Plautum; Gron. *milites de legione* h. l. dicuntur milites legionarii; Crev. Mox *ad tria millia* optimi MSS.

CAP. 39.)—1. *literæ ex Gallia adlatæ ab L. Porcio prætore, H. movisse*, v. ad 2, 3, 2. 8, 19, 10. et 25, 5, 4.

2. *ut uterque hostem in sua provincia contineret*, sc. Claudius Nero Hannibalem et Livius Hasdrubalem. — *conferre in unum* sc. locum, ut 28, 3, 5. 30, 11 al.

3. *per quinque menses* cet. v. ad 21, 38, 1. Hasdrubal δύο μησὶν, Ἀννίβας ἓξ διῆλθεν, Appian. b. Hann. c. 52. — *deincepsque aliæ* v. ad 1, 21, 8. — *per munita* loca Alpium, ubi viæ *transitu* Hannibalis jam munitæ erant. — *ducebat*, v. ad 1, 23, 4.

4. *Invisitati namque* cet. v. ad 4, 33, 1.

5. *viam tantum Alpes esse*, Pœnus non id agere, ut Alpinis gentibus inferrent bellum, sed ut per eas tantum in Italiam transirent. — *et opibus*, v. ad 1, 4, 1.

6. *campestris oppidi*, v. ad 36, 10, 3.

CAP. 40.)—1. *simul quum illa angeret curæ, quos —fore*, observa tam mutatæ quam obliquæ orationis formam pro: simul anxiorum et solicitorum, qui Dii tam propitii futuri essent; Doer. — *res publica prospere gereretur*, v. ad 2, 64, 3.

2. *præcipitasset Romana res*, v. ad Præf. n. 13.

3. *multa secunda* (res secundæ) *in Italia Siciliaque gesta quassatam remp. excepisse*, v. ad 1, 53, 5. Distinctio vel ante vel post *multa* poni potest. Vocem *gesta* delendam putat Doer. et Gron. malebat *ex parte delesset multa, secundas in I. S. res conquassatam r. e.*

4. *duo* (vulg. *duos*) *celeberrimi nominis duces*, Hannibalem Hasdrubalemque, *circumstare urbem Romanam*, in anceps periculum adducere, duplici periculo premere, ut *circumradere*, 34, 21. 38. *circumsonare* et alia. Cf. 34, 37 pr.

5. *plenum adhuc iræ esse*. Contrarium tradit Sil. 15, 598 sq.

CAP. 41.)—1. *Grumenti mœnibus prope injunctum* (v. ad 4, 9, 8.) *videbatur Pœnorum vallum*, ex opinione Romanorum hostis castra procul contemplantium: sed revera *D passus intererant*; Gron. — *nihil silvæ, neque latebrarum*, ut sæpe *nec*, *neque* similesque particulæ post negationem pro simpl. particula copulante vel disjungente ponuntur; Duk. et Drak. cf. 2, 30, 4. 4, 60, 3. Cic. Parad. 1, 4. Sall. Cat. 12. et Jug. 41. 53. 68. 88.

2. *ingenio hostis*, solita Hannibalis arte, calliditate.

3. *in aversis vallibus*, quæ post jugum vel colles jacebant; Drak. cf. ad 5, 29, 1.

4. *toto passim campo se fudisse*, per eum effusos palari hostes sc. dicens. Cf. ad 1, 14, 7. — *obteri*, perdi, (v. ad 9, 38, 5.) vel proculcari, ut 7, 23. 28, 23. 37, 44.

CAP. 42.)—1. *Jam primos*, Pœnos in prima acie stantes, *occupaverat*, ceperat, invaserat, (ut 5, 36. al.) *equester terror*, ab equitibus Rom. injectus. v. ad 10, 5, 4. *equestris terror* multi MSS. et edd. v. ad cap. 1. n. 7. Optimi codd. *eques terror*, (unde effecta lectio nostra) et plerique *equites terror*: quædam edd. *equitis terror*. Mox *procurrentium ad certamen numero augetur* judice Crev. glossema, verbis præc. *crescit pugna subsidiis* adscriptum.

2. *Equites enim tergo inhærebant* cet. hinc major cædes fuisset, nisi castra fuissent propinqua. — *secundis collibus*, de collibus declivibus. Proprie *secunda aqua, æstus, mare* dicuntur 21, 47. 23, 41. 29, 7. — *via nuda*, v. ad 21, 37, 3.

3. *Circa* (circiter, ut 45, 34.) *D Romanorum s. victores ceciderunt*: ita Put. Sic et multi MSS. sed omisso *D*. unde Muret. var. lectt. 16, 8. putabat, pro *victores* olim fuisse VICTI et leg. *sexcenti*. Quidam libri *Rom. soc. ducenti ceciderunt* prob. Crev. cui vox *victores* otiosa videbatur. Τὸ *circa* displicebat Drak. isque plures etiam Romanorum cecidisse credebat. Inepta et particula *circa* quarto casui juncta, et vox *victores*, ac forte leg. *Circiter quingentos R. s. victi ceciderunt*, h. e. occiderunt; Doer.

4. *Apuliam petere intendit*, v. ad 4, 19, 1.

5. *præsidio ejus loci præfuerat*, v. ad 9, 31, 1.

6. *Venusiam retro repetiit*, v. ad 2, 45, 10.

CAP. 43.)—1. *a Placentiæ obsidione*, v. cap. 39.

ncia sua quisque finibus cet. v. ad

ndum aliquid improvisum, inopinatum, 27, 3. *novandum*, h. e. faciendum, e exemplo, faciendum, quod ad- mine factum esset; Bauer. — *cœptum*, cœptatum, tentatum. *m Romæ habeant* tutandæ urbis ii una legio Hostilii Tubuli non videbatur: nam plerumque duæ ad præsidium Urbis scribeban- .. Idem conj. *edocet, et* (sc. mo- t. Quidam vett. libri post *edocet monet*, alii *monetque*. Nil deside- Doer.

millia peditum, mille equites; cf. Strat. 1, 1, 9. qui decem millia ta.

ectus nocte flexit se s. iter *in Pice- sul quidem* (hæc duo verba glos- lent) — *ad conlegam ducebat*, v.

4.)—1. *quam fuerat biennio ante* 9 sq. Pro *biennio* leg. *quadriennio;* Drak. Immo *triennio*, si non nu- extrema, et *quinquennio*, si eorum tur; Crev. — *constabat animis*, , 6.

ebat, quo nihil iniquius est, ex eventu iturum iter. Cf. loca similia 5, 21. extr. Plaut. Pseud. 2, t Cic. pro Rabir. Post. 1.

ime iter, v. ad 4, 59, 2. — *nulla ra, f. tuta:* nam quum conpa- ponitur, significare solet, et quibus tuta res sit, hoc autem tutam esse; adeoque securitatis adfert et auget; at h. l. minui- ne tollitur securitas, et in una eaque levi et incerta, ponitur; — *abesse*, quidam MSS. *abisse. erio, sine auspicio,* ob discessum Cf. ad 5, 46, 10.

s victoria insignem cet. v. 25, 34.

in saltu impedito cet. v. 26, 17. et — *metu interprete*, judicia iis s ac regente.

.)—1. *tantum intervalli ab hoste* fecerat, absolverat, nactus erat;

momentum addiderint, cumulum, m virium jam sat validarum, t; Bauer. Cf. ad 1, 47, 7. — o bello, *ipsos rem omnem inclina-* nam rei diremturos, *sie würden n Ausschlag geben;* Doer. Cf. ad — *Auditum*, v. ad 1, 53, 1. — *bellum conficere, et parva momenta* , 27, 6. et 34, 12, 2. et cf. Sen. — *Gloriæ ex re bene gesta partæ, æ;* Gron. "Sed gloriæ, quæ atur, nullus vel certe non mag- nus *fructus* est; nec obest, quod *gloria parta* dicitur, quæ adhuc sperabatur: nam hic est frequens usus perfecti, ut et in eo, quod dicit *ex re bene gesta*, i. e. si res bene gesta fuisset; de quo non dubitabat Nero, qui jam certam victoriam animo præsum- serat;" Duker. *partæ* pro *pariendæ*, quæ pareretur; Jac. Gron. Cf. ad 5, 36, 3. — *rem totam videri traxisse*, v. ad 9, 18, 14.

3. *per instructa*, circumsessa, *omnia loca*, itinera, *ordinibus virorum m.*, plena, referta, occupata, certo quidem modo, utrimque stantium ordine (postés en haie, besezt) *ibant*, i. e. quacumque ibant s. irent, in- structa omnia erant cet.; Bauer.

4. *damnarentur votorum*, v. ad 5, 25, 2.

5. *nec ab signis absistere*, in multis opti- misque MSS. *subsistere;* unde Gron. post hæc verba excidisse putabat *nec subsistere:* duo enim esse diversa, excedere ex ordi- nibus et subsistere cibi capiendi gratia; utrumque autem de illis negatum mirifi- cam prodere diligentiam. Probarunt hæc Crev. et Drak. Contra monet Bauer, diversa quidem esse ista duo, at non h. l., ubi nulla conditio absistendi a signis fue- rit, nisi ut cibum caperent, *absistere* autem hic dictum esse pro abire, recedere, remo- tius consistere, *wegtreten*.

CAP. 46.)—1. *Tessera per castra data*, v. ad 7, 35, 1. et 28, 24, 6. — *neque enim dilatari castra* cet. cf. Frontin. Strat. 1, 1, 9, et 2, 3, 12.

2. *in angusto* loco *tendentium*, v. ad 25, 6, 10. 26, 17, 3. 27, 46, 2.

3. *certatim nomina dantes*, v. ad 1, 11, 3. — *ad Senam*, v. ad c. 38, n. 2. Inde *præ- lium Senense* ap. Cic. Brut. 18.

4. *Silentio ingressi, quisque abducti*, v. ad 1, 59, 8. — *carperet agmen*, v. ad 3, 5, 1.

5. *nec castra sua* — *adgredi* sc. interim, dum ipse abesit: quod noto, ne quis obfen- datur sequenti *intendisse;* Bauer. — *nec ad sequendum se iter intendisse*, v. ad 4, 19, 1. — *deleri:* al. *delere* sc. se. Atqui verba sunt indigna Nerone consule, ut, ubi al- terius consulis, ubi prætoris tantum mo- mentum futurum erat, ibi is sibi adtribuat in consilio totam gloriam; Gron. In op- timis MSS. *delerique in Apuliam* omissis mediis verbis. Hinc. Gron. conj. *antequam se moveat, debellari posse redirique in Apuliam.* Nos pro vulg. *redireque* (sc. se) reposui- mus *redirique*, cui et *que*, ob accentum, mollius jungi monet Bauer.

6. *abutendum errore hostium*, ignorantia eorum (*dum neque illi sciant* cet.) prudenter utendum, commodum inde capiendum. Cf. ad 31, 33, 2. et 35, 12, 6. *hostium ab- sentium.* Hannibalis militumque ejus; *præsentium*, Hasdrubalis.

CAP. 47.)—1. *scuta vetera hostium*, mili- tum Neronis, magnam partem veterano-

rum, ex duobus consularibus egregiis exercitibus et tertio, cui Q. Claudius Tarenti præfuerat, electorum. v. cap. 38. — *strigosioresque equos*, quorum cutis et corpora fame continuisque itineris laboribus valde stricta seu constricta, adducta contractaque, adeoque justo magis tenuia et macilenta vel macie confecta essent: unde *strigosum et male habitum equum* Sabinus Masurius obposuit *uberrimo et habitissimo* ap. Non. Marcell. p. 196. et Gell. 4, 20. Cf. Sil. 15, 604 sq. (qui *substrictos corpus* equos virosque dicit) et Frontin. Strat. 1, 2, 9. qui tamen 1, 1, 9., alios auctores sequutus, Hasdrubalem tradit *inscium* fuisse adventus Neronis.

2. *adustioris coloris* cet. ut ap. Frontin. 1, 2, 9. *coloratiora hominum, ut ex via, corpora.*

3. *semel bisne signum canat in castris*, cf. not. 5. et ad 7, 35, 2. 7, 40, 4. Sil. l. l. et Lips. Mil. Rom. 5, 9.

4. *castra nihil aucta* (v. ad 1, 53, 1.) *errorem faciebant*, dubitationem, fecerunt, ut dubitaret, incertus esset. Cf. ad 9, 15, 7.

5. *semel in prætoriis castris signum* cet. v. not. 3. — *duos profecto consules esse* sc. referebant; aut putabat, suspicabatur, sibi persuadebat. *et* — *curu angebat;* forte *at* vel *ea* pro *et*. Mox *tantæ rei frustratione*, occultatione, ignoratione, ita perfecta re, ut hostem falleret;" Bauer.

6. *ut taciti vasa conligerent*, v. ad 1, 24, 7. — *signa ferri*, v. ad 3, 54, 5. — *duces bini* itineris *parum intente*, diligenter, *adservati*, observati, aufugere. cf. Veget. 3, 6. — *Metaurum flumen* Umbriæ, (hod. Metro s. Metaro) Hasdrubalis clade nobilitatum, ut Sena. (Cf. c. 46. n. 3.) *Metaurum* adjective dicitur Hor. Od. 4, 4, 38.

7. *infrequentia relinquunt signa*, v. ad 7, 8, 4. — *ripa fluminis signa ferri jubet*, i. e. per ripam, ad longitudinem, tenorem ripæ, *längst dem Ufer hin;* Bauer. Verba *ripa fluminis* ab optimis MSS. absunt, prob. Gron. qui tamen malebat *statim signa ferri*, (perseveranter ita facere) vel *vadum* pro *viam*.

8. *per tortuosi amnis sinus flexusque errorem volvens*, incedens per varios orbes et incertos; Bauer. Sic βάσιν κυκλοῦν in Soph. Ajace. Cf. ad 2, 50, 6. Sil. 15, 618 sq. et Gron. ad h. l. *errore volvens* (sc. se, se implicans et circumagens) plures MSS. non inprob. Doer.

9. *quantum mare abscede'at*, permutate dictum pro: a mari flumen abscedebat, vel ipsi a mari abscedebant: nisi forte est, cui placeat *mari*, seu ad flumen seu ad Hasdrubalem relaturo *abscedebat;* Bauer. *Mare* pro *in mare* positum putabat Ern. Sed potius *abscedere*, *recedere*, *discedere* et *diffugere* dicuntur ea, a quibus nos recedimus. v. ad Sil. 3, 157. Simplicius tamen est *mari* vel *a mari a.*, quod quidam MSS. et plerique editi exhibent.

CAP. 48.)—1. *cum levi armatura*, v. ad 21, 55, 2. — *fessum agmen carperent*, v. ad 3, 5, 1. — *omnibus copiis*, v. ad 1, 14, 4. — *non itineris modo*, proficiscentium ritu, qui plerumque arma sua gestant ab humeris suspensa; Rhen. Cf. ad 21, 33, 7. *itineri* edd. antt.

2. *postquam pugnandum vidit* Hasdrubal cet. de qua pugna ad Metaurum et Senam cf. Polyb. 11. 1-3. — *elephantos decem* ap. Polyb. quindecim ap. Appian. h. Hann. 52. — *Ipse dextrum cornu* cet. mediam aciem ap. Polyb.

3. *Ea frons, quam Hispani tenebant* et Hasdrubal, dextrum cornu Pœnorum, *cum sinistro Romanorum cornu*, cui Livius præerat, *concurrit: dextra omnis acies*, dextrum cornu (ut 9, 40. 23, 29 al.) scil. Romanorum, cui Claudius præerat, *extra prœlium eminens* (in edito loco collocata, aut, ut 22, 47, *prominens acies;* Ern. extra locum, ambitum, usum prœlii, ultra frontem hostium prœliaturam, *über die Linie;* Bauer.) *cessabat*, pugnare non poterat, (unde ei mox *statio segnis* tribuitur) *quia collis obpositus*, qui tegebat Gallos in lævo Pœnorum cornu, *arcebat*, prohibebat, *ne adgrederentur* Gallos: qua re fretus Hasdrubal impetum fecit in Livium sinistrumque Romanorum cornu. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 11, 1. Struthius ad 21, 31. (ubi v. not. 9.) monet, *dextram aciem* esse Pœnorum sinistram, quæ Romanis ad dextram fuerit, ut mox *sinistrum hostium latus* dextrum, quod Romanis fuerit, ad sinistrum. Cf. mox not. 6. Pro *eminens* Drak. conj. *eminus*. Forte leg. *Romanis*.

4. *Ligures durum in armis genus*, v. ad 7, 29, 3.

5. *cohortes aliquot sub ductas e dextro cornu*, (cf. ad 36, 18, 6.) scil. in extrema acie stantes, non omnes, ne hostis sentiret, quid moliretur, *post aciem* lævam Romanorum *circumduxit*, et primum *ab latere*, *mox* etiam ulterius progressus *a tergo* invasit Pœnos. Cf. Polyb. l. l. — *stationem segnem*, cf. not. 3.

6. *in sinistrum hostium latus:* immo *in dextrum*, in quo Hispani pugnabant, ut Galli in sinistro; nisi memoriæ vitio lapsus est Livius; Periz. et Glar. Cf. not. 3. et ad 7, 15.

7. *intolerantissima laboris corpora*, v. ad 5, 41, 4.

CAP. 49.)—1. *ipso in articulo*, (Gelenk) *quo jungitur capiti cervix*, collum, *adigitur: ea celerrima via mortis* (v. ad 4, 48, 2.) in elephantis. Cf. Senec. de prov. 6. Ammian. Marc. 25, 1. (ubi dicitur *vertebra*, *quæ caput a cervice disterminat*, et Hasdrubali hoc inventum tribuitur) et sup. ad 21, 55, 11. — *ubi regendi spem vicissent* sc. ele-

phanti, nimis sævientes; si ea ademta vel nulla amplius fuisset.

2. *Ille pugnantes* suos *hortando sustinuit*, v. ad 2, 44, 6. — *abnuentesque* pugnare *tædio*, ob tædium. — *quum haud dubie fortuna hostium esset*, iis faveret, vel *fortuna* est victoria, prosper eventus, vel leg. *dubia!* Bauer. *haud dubie* plerique MSS. *haud dubia* edd. antt.

3. *Quinquaginta sex millia hostium occisa, capta* 5400 — *octo ferme millia Romanorum s. occisa:* at Polyb. 11, 3. Pœnorum decem, Romanorum duo millia periisse tradit, quod multo probabilius est. Hasdrubalem LVI millia tantum (XLVIII peditum, VIII equitum) adduxisse secum tradit Appian. b. Hann. c. 52.

4. *supra tria millia capitum* ex optimis MSS. recepi pro vulg. *supra quatuor m. c.* — *id solatii fuit* sc. illis; nisi leg. *solatio*.

5. *Supersint, inquit, aliqui*, propr. *inquiret:* nam ab *ut* pendet. Cf. ad 5, 15, 7. 6, 24, 4, et Cic. de Or. 2, 6, 23. Ante *supersint* Put. addit *que*, Voss. et alii *qui:* unde Gron.l ingeniose conj. *Quin supersint.* Cf. ad Tac. A. 14, 59, 5, et Schelleri Lex.

CAP. 50.)—1. *Iter ejus frequentia minore*, quam antea. Cf. cap. 45. — *neuter animi habitus*, neque quam soliciti et anxii Romæ fuerint homines, *incerta exspectatione eventus*, quum ea adhuc incerta esset; neque quam læti post *famam victoriæ*.

2. *suppliciis votisque fatigare* (al. *lacessere*) *deos*, v. ad 22, 57, 6. et ad Sil. 6, 573. — — *suspensæ civitati* (v. ad 2, 32, 5.) *fama accidit*, v. ad 21, 10, 15.

3. *Literæ ab L. Manlio Acidino missæ ex castris*, in faucibus Umbriæ ad Narniam, quibus tamen Manlius non præfuisse videtur. Legatum eum fuisse post præturam, legimus cap. 35. — *dispensarique lætitia potuit*, moderate et singulatim distribui, certo quodam modo et ordine, sine tumultu et effusione communicari (cf. ad Sil. 16, 341. et ad Juvenal. 3, 287.) *inter inpotentes ejus* lætitiæ *animos*, v. ad 3, 36, 2. "Non sane *inter animos*, ut *aliorum* animis *alia* inpertiretur, non omnibus una eademve, (eadem enim unaque erat) sed *per, in, ad animos* omnium singulorumque, ut non universam lætitiam statim omnino totam perciperent, qua obruerentur, sed sensim, veluti particulatim, carptim, deinceps, ordine et rerum ipsarum, et fidei, non statim plane firmandæ, sed per gradus auctæ, discerent et certam adnoscerent;" Bauer.

CAP. 51.)—1. *omnis ætas obvii*, v. ad 1, 41, 1.

2. *oculis auribusque haurire gaudium*, ut *bibere* et *trahere*, de summa aviditate bibendi, videndi, audiendi. v. ad Sil. 8, 135. et Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 13, 32. Hinc et venuste inf. 39, 26. *velut ex diutina siti nimis avide meram haurientes libertatem*, pro: nimis inmoderate utentes libertate, qua diu caruerant; metaphora petita ab intemperantia tam ardentium siti, quam potatorum, qui *merum* bibunt, non mixtum aqua vinum, ut frugales. Cf. ad 39, 26, 3. — *Mulvium pontem*, v. ad Tac. A. 13, 47, 5. Si verum est, quod Aurel. Vict. de viris inl. c. 72. et Ammian. Marc. 27, 3. scribunt, pontem Mulvium ab Æmilio Scauro structum esse, hic non minus centum annorum prolepsis est; Duk. — *continens agmen*, v. ad 1, 29, 5. — *et ut quisque audierat*, del. *et*; Duk.

3. *submota turba* si sunt ablativi, post *perventum esset* colon ponendum: si nominativi, post *misceretur;* Bauer. — *inde producti*, in edd. antt. *introducti* et *inde traducti*. Cf. ad 3, 64, 2.

4. *eam supplicationem C. Hostilius pro concione edixit*, v. ad 3, 63. 2. 21, 63, 1. et 26, 27, 4. Verba *pro concione* in optimis MSS desiderantur. — *æqualem turbam*, parem, eamdem, numquam et nusquam minorem; Bauer.

5. *Statum civitatis movit*, v. ad 25, 16, 3.

6. *caput Hasdrubalis, quod servatum* cet. cf. Sil. 15, 813 sq. Factum Ajacis Oilei apud Homerum comparat Victor. Var. Lectt. 27. 22.

7. *publico familiarique ictus luctu*, v. ad 1, 16, 2.

8. *adnoscere se fortunam Carthaginis*, cf. 28, 12. Horat. Od. 4, 4, 49 sq. 60 sq. et ad hl. ll. Mitscherl.

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXVIII.

CAP. 1.)—1. *quantum in Italiam declinaverat* ab Hispaniis (al. *inclinaverat* et Rhen. *inundaverat*) *belli*, *tantum levatæ Hispaniæ*; translatione a lance sumta: nam quo graviori pondere lanx altera premitur, eo magis contraria levari videtur; Sigon. Cf. ad 3, 16, 4.

2. *Nostri maris*, mediterranei. — *Celtiberia media inter duo maria*, Cantabricum et Ibericum.

3. *cum decem haud plus millibus militum, equitibus D*, v. ad 22, 37, 2. — *ut pleraque Hispaniæ sunt*, cf. ad 21, 57, 6. — *inclusæ* forte del., aut potius leg. *inclusum* vel *inclusos*; Duk. Mox *tamen*, ut passim, post parenthesin positum, et ad eam referendum. — *indidem*, v. ad 23, 46, 5.

4. *decem circiter millia*, v. ad 9, 24, 2. — *dextra* parte *Punica castra tenere* (se), esse, consistere, ut 3, 62. et 32, 5, 9.

CAP. 2.)—1. *confragosa loca* (v. ad 5, 26, 1.) *et obsita* cet. forte leg. *obsitos virgultis tenebant colles* sc. hostes: quod etiam Dukerum conjecisse video. Cf. ad 1, 14, 4. *obsiti virgultis colles tenebant* (sc. regionem; hujus terræ faciem obtinebant) Put. Flor. et Cant. prob. Crev. Vocem *collis* a glossatore profectam esse et delendam putat Doer.

2. *in Celtibero exercitu*, Celtiberico, simplex et gentile pro possessivo, ut *Astur, Maurus, Italus*, Ἕλλην, Ἄραψ, et alia, quæ notavi ad Sil. 1, 252. Cf. sup. ad 27, 24, 1. — *quatuor millia scutati*, v. ad 8, 8, 3. 27, 16, 2. 35, 20, 2. *scutati* duo MSS. prob. Gron. *scuta* et *scutata* reliqui et edd. antt. *scutatorum* edd. recentt. ex emend. Sabellici. Et hoc et *scutata* substitutum ab iis, quos doctius loquendi genus, a nobis revocatum, obfendebat. — *ceteros, levem armaturam* Put. Flor. Cant. Lov. 4. 5. et Gærtn. *ceteram levem a.* alii, quos non video cur sequutus sit Gron.

3. *in subsidiis posuit*, v. ad 2, 20, 2.

4. *Subsidunt Hispani* — *inde consurgunt* v. ad 1, 14, 5. et 8, 8, 7. — *quæ quum Romani conferti, ut solent, densatis excepissent scutis*; Dukeri nota est: "Lipsius Poliorc. 1, 5. scribit, Romanos non nimis sæpe in pugnando testudine usos esse, quia ordines non divellebant, et unum profert exemplum ex Ammiano. Aliud indicant hæc verba *ut solent*. Mirum tamen est, si hic Romanis mos erat in prœliis, eum tam raro memorari. De obpugnationibus urbium obvia sunt exempla. Sed dici potest, quum in prœlio densabantur ordines, ut 30, 34. 33, 8. et al., simul densata fuisse scuta, atque ita testudinem factam." Cf. ad 5, 5, 3. — *pes cum pede conlatus, et gladiis geri res cœpta est*, v. ad 6, 12, 7. et ad Sil. 4, 351 sq. 9, 314-327.

5. *Hanno alter imperator* cet. v. ad Sil. 16, 23 sq. — *jam profligato prælio*, v. ad 3, 50, 5.

6. *nequaquam tantum* (non tam) *jam conflatum bellum*, quod nondum magnæ molis erat, sc. obpressum erat, quam *materia belli*, quod maximum futurum fuisset. v. ad 1, 39, 4. Mox edd. Basil. a. 1554. et Sigon. mutato verborum ordine *quum castra tum forte in Bætica ad sociorum* cet. probb. Duk. et Drak.

7. *quoad continuisset exercitum* cet. tum magis sibi timens, quam si dimisisset; Sigon. — *propositum bello* instar scopi, quem non desineret petere Scipio; Gron.

8. *in civitates divisit*, alii *dimisit*. v. ad 37, 45, 9.

CAP. 3.)—1. *circumferre ad s. u. arma*, v. ad 9, 41, 3.

2. *Oringin barbari adpellabant*, v. ad 24, 42, 2. *Sita in Melessum finibus*; Put. *Messesum*, alii MSS. *Messessum, Mæsersum, Mesenssium, Moncensium, Mæsensium, Messensium, Mesessum, Mæsessum*: unde Ruben. conj. *Massiensium*. Μάσσια χώρα ἀποκειμένη τοῖς Ταρτησίοις Steph. Idem et Polybius memorant *Mastiam* πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις. Cf. Drak. ad h. l. Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 60 sq. et Schweigh. ad Polyb. 3, 24, 2. — *ea arx fuit Hasdrubali ad excursiones circa faciendas*, v. ad 4, 31, 8.

3. *furcis ad id ipsum factis detrudebantur scalis*: quæ furcæ δίκρανα dicuntur Suidæ. Cf. Lips. Poliorc. 5, 1. — *Lupi ferrei* ferrum in modum forficis dentatum inliga-

[redacted]

'uuibus, quo aries potissimum ad-
ıs avertitur suspenditurve. Ita
, 23. Cf. sup. ad 24, 34, 6. Tur-
ers. 11, 28. Lips. Poliorc. 5, 8.
lendis p. 651.
d ubi animadvertit cet. v. ad 6, 8, 2.
inum se conligeret, cf. ad 27, 39, 2.
fringebantur verba, in nullo fere
rta: unde uncinis inclusi. — *op-*
quoque trecenti ferme; Put. CON
e trecenti, quæ verba iu Cant. Flor.
Hearnii L. 1. plane desiderantur.
id. CDX ferme conj. Jac. Gron. et
le quingenti ferme Drak.

4.)—1. *et inperatori* Scipioni —
honore, v. ad 25, 17, 5. — *Car-*
'ovæ. — *tentare Gades*, v. ad 9,
— *disjectum*, v. ad 21, 49, 3.
X erant longæ naves, v. ad 21, 17, 5.
inde mari pulsis; multi MSS. *tuto*
judice Drak. non minus apte, si
a jungantur cum *subvecti*.

.)—1. *sicut ante dictum est*, sup. 27,
. et seqq. capita 5-8. ad verbum
ressa e Polyb. 10, 41-43.
ssam diem ad conveniendum exercitui
ıd. 22, 12, 1. — *ab Romana socie-*
l 1, 1, 5.
iores Graciæ populi; f. *interioris*;

ltus circumfusi, tumultuosi et mi-
ıi undique afferebantur, nuntii;
An potius seditiones et motus,
i? — *prout tempus ac res se daret*,
21, 3. et ad Tac. Ann. 15, 13, 6.
parethum ins. maris Ægæi *mittit*
urbi, milites, qui Peparetho urbi
essent.
mille peltastis: *pelta cætræ* cet. v. ad
— *additi quingenti Agrianum*: ita
um leg. ex Polyb. cui 'Αγριᾶνες
2, 65. 5, 79. 10, 42. populus Thra-
'annonicus ad Strymonem fl., a
si *Agræi*, 'Αγραοὶ vel 'Αγραῖοι, in
e quibus v. 32, 34. Thucyd. 3,
4, 77. Palmer. Græc. antt. 4, 3.
17, 5, 8. ubi cf. Schweigh.
cleam duxit, v. ad 1, 23, 4. *Hera-*
pp. Phthiotidis in Thessalia pro-
Maliacum (v. ad 27, 30, 3.) et
ylas. Cf. 31, 46 pr. 33, 3. 36, 22.
Ænianum (cf. ad 27, 30, 3. et
ad Polyb. 10, 42.): ita optimi
Æniano; nisi malis *Æniane*, (ὁ
Αἰνειᾶν κόλπος vel ὁ *Αἰνιάνων* s. Αἰ-
λπος) h. e. in terris circa sinum
37, 6 pr. *in sinum Maliacum*, (et
o regione circa eum ap. Flor. 1,
i cf. Duk.) terra, non mari, re-
m. qui etiam monet, *Ænianum*
situm pro *Æneatium* 33, 3. et
0, 4 pr. pro *Ænianum*, ut majores
erint non Ænianes, (quia tum
nec habuisset quidquam metuendum a Philippo, cui nulla eam in gentem jurisdictio, nec *Thessalonicæ* habitasset et *Æneam ad statum sacrificium* profectus esset) sed Æneates, et ex vetere patria traductis pro superstitione antiqua manserint quædam sollemnia sacra, et ipsis et posteris eorum ibi, facienda, neque loco mutanda, ut Romanis sacra quædam Albæ destructæ. Variæ autem variis temporibus fuere sedes Ænianum: unde h. l. dicuntur fuisse ad sinum Maliacum et contributos Ætolis adeoque hostes Philippi, ap. Strab. lib. 1. Αἰνειᾶνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι. sed lib. 9. συνεχεῖς τοῖς 'Επικνημιδίοις: ap. Steph. in Perrhæbis, et ap. Plut. in Quæst. Gr. in Molosside. — *Scotusa* rectius aliis *Scotussa* dicitur v. Holsten. ad Steph.

7. *cum cohorte regia* et τοῖς εὐζώνοις teste Polyb. 10, 42. nisi Livius hos simul ἴλῃ βασιλικῇ conprehendi putavit.

8. *editi ignes* alti; mox synon. *sublati*, et c. 7 pr. *elati*. — *in Tisæo* monte Magnesiæ in Thessalia. Cf. Schweigh. ad Polyb. 10, 42, 8. — *Oreus* urbs *Eubææ*, olim dicta Hestiæa s. Histiæa. Incolæ ejus *Oritæ* ('Ωρεῖται ap. Strab. 10 pr. et Steph.) et *Oretani* inf. cap. 8. nisi potius ibi *Oritarum* leg. pro *Oritanorum* et *Oreanorum*. Cf. 31, 46. Pausan. 7, 4. et 7. et 26. Strab. 10. p. 683 B. — *Chalcis* caput Eubœæ, ad *Euripum*, (de quo v. cap. seq.) quæ nunc, ut et ipsa Eubœa, Negroponte dicitur. Chalcidem, Demetriadem et Corinthum πέδας 'Ελληνικὰς, compedes Græciæ, adpellabat Philippus. v. Polyb. 17, 11. 18, 28. — *ab Demetriaco sinu*, qui non alibi memoratur. *Maliaco* conj. Duk. Cf. Index.

9. *Romani a mari*, *regii* h. e. Attali milites cet.

CAP. 6.—1. *altera urbis media est* Put. Flor. et pauci alii pro vulg. *medio*. Cf. 42, 58. et ad Sil. 1, 307. — *avertisset*, v. ad 6, 23, 4. — *fuga effuse petita*, v. ad 1, 25, 7.

2. *ad spem eventus respondit*, v. ad 9, 15, 2. — *Ex patenti*, quum antea late pateat. — — *infestior*, v. ad 1, 7, 7.

3. *fretum ipsum Euripi*, Euripus (Golfo di Negropont) fretum inter Bœotiam et Eubœam, angustissimum inter Aulidem ac Chalcidem, ibique olim in bello Pelop. ab Eubœensibus, quum ab Atheniensibus ad Thebanos descivissent, aggere et ponte junctum, ne insula ab Atheniensibus expugnaretur: quæ fauces angustæ *septies* quovis *die* ac nocte ab utroque mari reciproco motu inpelli agitarique credebantur. Cf. 31, 22 sq. 35, 37. 50. 45, 27. Strab. 1, 55. (ubi v. Casaub.) et 9, 2, 8. p. 403. al 614. Wessel. ad Diodor. 13, 47. Mela 2, 7. Plin. 2, 97. 4, 7. 21. Lucan. 5, 234 sq. Pocockii Itin. T. 3. p. 223. ed. 1792. Aggerem uni tantum navigio intercursum concessisse et, canali ad naves transmit-

[redacted]

tendas interstinctum, γεφυρᾳ διπλέθρῳ, ponte duorum jugerum fuisse junctum, tradunt Diodor. et Strabo. — *in modum venti* ad arbitrium venti, Glar. Ut ventus fere, qui pariter non statis temporibus, sed temere flatus inmittere et reprimere solet; Doer.

4. *ab terra egregie munitum*, v. ad 8, 17, 5. Mox *firmatum, præcipue fide p. p., quæ fluxa* (v. ad 7, 29, 3.) *et vana a. O. fuerat, stabili inexp. f.* conj. Gron.

5. *ad Cynum Locridis* oppidum, *emporium* et navale *urbis Opuntiorum*, Opuntis, capitis Locrorum, ex adverso Eubœæ, *mille pass. a mari sitæ*. Cf. Strab. 9. p. 293. al 425. Pausan. 10, 1. et Steph. Ἀπέχει δὲ θαλάσσης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους Strab. quæ duo ferme millia passuum sunt. Hinc Duk., Wessel. ad Antonini Itin. p. 327. et Drak. suspicantur, Livium scripsisse *M. P. II.* vel *M M passuum*, h. e. *duo millia passuum.*

CAP. 7.)—1. *ignes ab Oreo editi* (v. ad cap. 5. not. 8.) *monuerant* sc. obsideri Oreum; Sigon. — *Chalcis ejusdem insulæ*, Eubœæ, *urbs est*, cujus Oreus.

2. *dejecto præsidio* ex saltu *fusisque Ætolis*, qui ipsi fuere hoc præsidium. v. ad 2, 42, 7. et 21, 49, 3. Ceterum nihil h. l. desideratur in sermonis connexione, sed interponitur *igitur*, quia narratio expeditionis Philippicæ interrupta erat descriptione situs Chalcidos; Gron. Verba *quum ab Demetriade — profectus* ante illa *dejecto præsidio* cet. ponenda putabat Crev.

3. *Phocidis* (urbem maximam) *Elatiam* s. Elateam. *Phocidis* bene adjicitur, quoniam Ἐλάτεια fuit oppidum et Phocidis, (cf. 32, 18.) et Thessaliæ, de quo v. 42, 54. — *millia amplius sexaginta*, v. ad 3, 64, 5. et 9, 24, 2.

4. *expertibus regiis*, Attali militibus sc. prædæ. — *Quum Romana classis* a Chalcide *eo se recepisset* scil. Cynum Locridis, ubi in statione erat, ut faverat Attalo Opuntem capienti; Gron. Cf. cap. 6 extr. Recte: sed forte *Cynum* leg. pro *eo*, ne subjectum nimis remotum sit, et quia *Oreum* pro *eo* exhibent quidam MSS et edd. vett., vel τὸ *eo* referendum ad *Opuntiorum urbem*, cujus navale fuit *Cynus*. — *molientibus ab terra naves*, v. ad 6, 11, 5.

5. *tantæ rei fortunam*, sc. vivum capiendi Attalum. — *ab eadem ira increpiti*, v. ad 1, 1, 5.

6. *Toronem est profectus*, opp. Macedoniæ ad sinum Toronæum s. Toronaicum aut Mecybernæum, cujus os duo premunt promontoria, Derris et Canastrum s. Canastræum, quod et *Pallenes* peninsulæ scil. promontorium dicitur 31, 45 extr. (ubi etiam *Toronæ promontorium* memoratur, sc. Ampelus, supra Derrim, ex adverso Torones sc. Toronæ, Ἄμπελος ἄκρα ap. Ptol. et Ἄμπελος ἡ Τορωναίη ἄκρη ap. Herodot. 7, 122.) Sed hoc opp. nimis distat ab *Opunte*: unde intpp. jam bene conjecerunt *Thronium*, caput Locrorum Epicnemidiorum ad Boagrium fl. Mox pro *se recepit* in omnibus fere MSS. legitur *est profectus* inepta eorumdem verborum repetitione. Hinc recte, opinor, utrumque, correctoribus tribuit Gron. et Livium scripsisse putat: *Et Attalus primo Oreum; inde — in Asiam trajecit; Sulpicius* cet.

7. *quum fama adcidisset*, v. ad 21, 10, 15. — *omissis rebus*, quas nunc gerebat. Cf. ad 3, 46, 7. *Romanis* quidam MSS. addunt et edd. ante Drak.

8. *Æginam classem recepit*, v. ad 26, 6, 4.

9. *ab Thebis Phthioticis* in Thessalia Thebæ Phthioticæ, Φθιώτιδες, s. Phthiæ, Φθῖαι, et Thessalicæ postea dictæ *Philippopolis*, quæ diversa est a *Philippopoli* Thraciæ in Odrysis. Cf. 32, 33. 33, 5. 39, 25. 53. Polyb. 5, 99. 100. (ubi v. Schweigh.) 17, 3. 8. 18, 2. 20. 24, 6. Diodor. 26. Ecl. 7. ubi v. Wessel. — *urbis* sc. sedem.

10. *Tritonon et Drymas*: in optimis MSS. *Uthronon, Uthuronon, Uthoronon*, et *Drumias, Drymias*; unde *Tethronion* s. *Tithronion et Drumiam* suspicari possis. Τιθρώνιον dicitur Pausan. 10, 3. et 33. Τεθρώνιον Herodot. 8, 33. Τρίτωνος Steph. *Tithrone* Plin. 4, 3. — Δρυμία Steph. Δρυμαία Pausan. et Plin. ll. ll. Δρυμὸς Herodot. l. c. Cf. Palmerii Græc. ant. 6, 15. Ceterum hæc duo oppida ab aliis Phocidi tribuuntur, et Doridi sola Tetrapolis Dorica, Erineon, Boion, Cytinion et Pindus, quibus a quibusdam Cyphas adjungitur. — *Elatiam* s. Elateam, Ἐλάτειαν, maximam Phocidis urbem. v. Pausan. 1, 20. 7, 15. 8, 4. 10, 18. 34.

11. *nuper Heracleæ concilio* cet. cf. cap. 5.

12. *Olympiorum sollemne ludicrum* cet. v. ad 27, 35, 3. — *Megara atque inde Corinthum*, v. ad 24, 30, 6.

13. *Ægium ad concilium Achæorum*, v. ad 27, 30, 8.

14. *ut mari quoque aliquid posset*, cf. ad 5, 33, 3. Mox pro *Phoceas* MSS. *denaces, denacas* et *denacas*. Scribe *Echinades* (s. Echinadas): nam *Phocæa* (non *Phoceæ*) hinc longe, ut et *Phocæ* in Œtæo sinu: fuerant nimirum Pœni in statione apud Ægium ex condicto exspectantes Philippum; sed audito, discessisse Romanos et Attalum ab Oreo Eubœæ, *veriti, ne ad* (adversus) *se iretur*, et intra Corinthiaci sinus angustias coërciti caperentur, transmiserant ex illis claustris in Echinadas, inde in *portus Acarnanum*, Gron. *in Oxeas* conj. Crev. et *inde Oxeas* Drak. quæ est insula ex Echinadum numero v. Strab. 8, 351. et Cellar. Geogr. ant. 2, 14. p. 798. — *ad se iretur*, in MS. Lov. 5. et Gærtn. *in se iretur*, ut 2, 6. non inprob. Drak. ut infestus simul animus significeter. Cf. eum ad 9, 43, 18. et Heins. ad Ovid. Her. 3. 136.

m, *fauces Corinthii sinus*, v. ad

)—1. *nulli tamen se rei obcur-* l 21, 61, 1. — *rapientem omnia* t. cf. cap. præc.
llo loco nec tempore (al. *nulli* et *uius* sc. rei gerendæ aut occa-n. Cf. ad 3, 46, 3. — *eo ten-* 4, 19, 1.
*dit inde Achæis Heræam et Triphy-*diæ illa urbs, hæc regio, inter Messeniam, sic dicta a tribus num coalitis, (v. Strab. 8. p. 337. aut a Triphylo, Arcadis filio. v. 77. (ubi cf. Schweigh.) 18, 25. is etiam locis patet, Heræam ıque modo Eleis, modo Achæis fuisse. *Alipheram autem*, 'Αλί-Αλιφήραν, a Lydiada tyranno itano Eleis a. V. 534. permu-cessam, (v. Polyb. 4, 77. extr.) is *restituit*, cf. 32, 5, 4. ubi male pro *Megalopolitis* jam monuit ısdem Arcadiæ urbes fuere *Ali-galopolis*, Μεγαλόπολις, sed ple-Μεγάλη πόλις, sic dicta, quo-ninondæ auspiciis, paucis post Leuctricam mensibus, Olymp. ndita est, XL vicis oppidisque, t Aliphera fuit, in unam *magnam* ractis, v. 32, 5. Pausan. 8, 26. lyb. 4, 77. 78. Wessel. ad Dio-. *Megalopolitæ* Gr. οἱ Μεγαλοπο-*legalopolitani*. — *quod suorum fuisse* d. 21, 30, 5. Τὸ *quod* delendum, *sam* vel *qui*; Gron. Sed *quod* est , et post *fuisse* subpl. *eam*.
rythrus Ætolorum prope Naupac-ocride et Corinthiacum sinum, fuerunt Pylene et *Eupalium*, ap. Strab. 10. p. 310. Εὐπόλιον ucyd. et Εὐπάλια Steph. a quibus ltribuitur. "Ερυθρα πόλις 'Ιώνων) καὶ Λιβύης καὶ Λοκρίδος καὶ Βοιω-τρον, Steph. — *exscensionem fecit*, , 5. — *Potidania* opp. Ætoliæ et Thucyd. 3.
prætore Achæorum, cui anno seq. 'hilopœmen, cujus primam præ-qua Machanidam in prœlio ad n occidit, (v. Polyb. 11, 10 sq.) it Livius, ut et res a Græcis per gestas, ad quas demum 29, 12. a a Romanis eas tam diu neg-t.
ıchreis: Cenchreæ Corinthiorum portus s. emporium ad sinum ı, ut *Lechæum* ad Crissæum s. em. Cf. 32, 17. 19. 23. Strab. Pausan. 2, 1. 2. Wasse ad Thu-513. — *super Sunium*, Atticæ d 31, 47, 3.
ı *Oritanorum* (v. ad cap. 5. n. 8.) *iorum fortunam* cet. cf. cap. 6. et 7.

8. *Cassandreæ* in Macedonia, quæ olim dicta Potidæa, et deinde Cassandrea s. Cassandria a Cassandro rege, qui eam auxit aut instauravit. v. 44, 11. — *navium* ædificandarum *carinis*, fundamentis, *positis*, ut c. 45 extr. ap. Plaut. Mil. gl. 3, 3, 41. et Curt. 10, 1, 19.

9. *ut Dardanis bellum inferret*, cf. 27, 32. 33. In MSS. *dicionis* et *Sicioniis* pro *Dardanis*; unde Jac. Gron. conj. *Sintiis*. Cf. ad 42, 51. et 44, 46.

CAP. 9.)—1. *Q. Fabius Maximi* Verrucosi Cunctatoris *filius*: ita MS. Gud. recte. *Maximi P.* Put. et Flor. *Maximus P.* plerique MSS. unde perperam edd. ante Drak. *Maximus pater* et *prætor*. Sed quis filiorum Maximi h. l. innuitur? nam duo illi fuere ejusdem prænominis; quod non sine exemplo esse, docent Drak. ad 4, 36, 5. Duker. ad 33, 42, 7. Manut. ad Cic. ad div. 8, 8. Utrum major? de quo v. 24, 9. 12. 43-46. 27, 29. an minor? de quo v. 30, 26. 33, 42. Haud dubie ille potius, quam hic, et ex Cic. Cat. 4. et Plut. Fabio constat quidem, eum ante patrem, non vero, quod vulgo putant, jam ante hanc legationem mortuum esse, cf. Duk. Suspicarer, Maximo præter hos tertium fuisse filium, eumque h. l. memorari. Sed tribus filiis idem fuisse prænomen, vix crediderim. — *legatus ab M. Livio cos.* v. ad 10, 14, 2.

2. *rem publicam gessissent*, v. ad 2, 64, 3.

3. *senatus ad ædem Bellonæ adesset*, v. ad 10, 23, 12. et 26, 21, 1. — *contingere victrices*, victorum, *dextras consulum cupientes*, cf. ad 25, 16, 8. A MSS abest τὸ *contingere*, et sic forte leg. *capientes*, s. *tangentes*, s. *rapientes*; Gron.

4. *expositis rebus ab se gestis* cet. v. ad 26, 21, 1.

5. *pro re publica administrata* (v. ad 2, 64, 3.) *fortiter feliciterque*; ita passim de imperatoribus, ut *fortiter* et *fideliter* de legatis, militibus, sociis. v. Gron. et Drak.

6. *supplicatione amborum nomine decreta*, quæ jam ante, adlato a legatis nuntio victoriæ, in triduum decreta et celebrata fuerat: (v. 27, 51.) quod raro videtur bis factum; Duk. — *in provincia M. Livii*, v. ad 2, 40, 9.

7. *ejus forte auspicium fuisset*, v. ad 2, 1, 11. — *et exercitus Livianus deductus* de provincia *Romam venisset*, *Neronis deduci non potuisset de provincia* cet. tertia causa, de qua v. ad 26, 21, 1. 2. Duplicatur h. l. *ut*, de quo v. ad 22, 11, 2.

8. *illum equitem transcurrisse longitudinem Italiæ*, h. e. equo, ut mox *etiamsi pedes incedat* pro *pedibus*.

9. *duos duces*, *duos imperatores*, v. ad 10, 25, 9. — *verum triumphum*, virum eo vere dignum, vere triumphantem.

10. *Pecuniam in ærarium tulerunt sestertium*

[redacted]

tricies, h. e. CXXVI talenta minus quatuor millibus nummum: at Polybius 11, 3. ait πλείω τῶν τριακοσίων ταλάντων, unde forsan non XXX notatum fuit, sed LXXX, quod est *octogies*: ea enim CCCXXX talenta, XX minæ; Gron. Mox pro *LXXX millia æris* in MS. Mur. *DCCC m. a.*, et in Hearnii D. reperitur *DCCCC m. a.* Perizonius in diss. de ære gravi § 19. monet, in hoc triumpho primum *sestertios*, simulque multo majorem argenti, quam æris summam, a Livio memorari, ejusque rei causam esse, quod jam tum usus argenti præ ære in commerciis invalescere cœperit

11. *carmina militaribus jocis in C. Claudium jactata*, v. ad 2, 12, 7. 2, 45, 6. 3, 29, 3. et 4, 20, 1.

12. *equitum prærogativæ*, v. ad 3, 51, 3.

CAP. 10.)—1. *ad quæstiones habendas*, v. ad 2, 29, 3.

2. *ludi plebeji semel instaurati* cet. v. ad 2, 36, 1. — *toti*, cum omni sollemnitate; Doer.

3. *cui L. Porcius proprætor præfuerat*, immo *prætor*, quod jam monuere Duk. et Crev. cf. 27, 35. 36. 39. 46. 48.

4. *Cannensibus duabus legionibus* cet. v. ad 26, 1, 3.

5. *Q. Claudio, ut Tarentum*, Pighius in Annal. ad a. 547. p. 211. ex 28, 45. 29, 13. et Plut. Quinct. Flam. p. 369. colligebat, h. l. lacunam esse, ita explendam: *Q. Claudio Flaminino T. Quinctius Flamininus successor extra ordinem datus, obtineret ut Tarentum.* Sed v. Periz. anim. hist. c. 4. p. 168.

CAP. 11.)—1. *causas in deos verterent*, v. ad 4, 9, 1. De *prodigiis*, quæ mox memorantur, v. ad 1, 31, 1.

2. *cruentas spicas metentibus visas*, v. ad 22, 1, 15.

3. *ceterum negligentia*, v. ad 9, 21, 1. — *subplicationem ad Vestæ*, v. ad 1, 33, 6. 3, 63, 2. et 10, 23, 12.

4. *Siciliæ, quam Italiæ, colendæ majorem curam esse*, cf. 26, 40. et 27, 5. — *inopia*, propter inopiam.

5. *agrum vastum ac desertum*, v. ad 3, 7, 1.

6. *ita ut non præda, sed* cet. v. ad 1, 40, 1.

CAP. 12.)—1. *ipse se obtulit*, ostendit, obviam ivit Romanis. — *vulnere publico*, clade Pœnorum, *privato*, morte Hasdrubalis fratris.

2. *Ac nescio, an mirabilior* cet. v. ad 2, 2, 3. In laude Hannibalis persequenda Livius expressit Polyb. 11, 19. — *per annos tredecim* sc. a transitu in Italiam ad hunc annum. Sedecim annos memorat Polyb. l. l. omne significans tempus in Italia consumtum, et septemdecim 24, 9, 5. numerans simul annum, quo Saguntus expugnata est. Cf. inf. 30, 28 pr. 30, 30, 5. et 30, 44 pr. — *non lex, non mos, non lingua communis*, ut 30, 33, 4. et ap. Polyb.

3. *Post Hasdrubalis exercitum* cet. cf. 27, 51 extr. et Horat. Od. 4, 4, 70 sq. — *post Italia concessum*, v. ad 1, 53, 1. 22, 25, 8. *concessa* et *cum cessum est* conj. Doer.

4. *ut omnis coleretur*, v. ad 2, 38, 3. — *exiguus*, non subficiens. — *mos vitio etiam insitus genti Bruttiæ per latrocinia m. e.* cf. 29, 6. *vitio*, malo studio, mala libidine; Crev. naturali adeo vitiositate; Doer. *ultro* malebat Gron. Mox verba *retinendis solicitis — in Hispania* ab optimis MSS. absunt: unde Gron. conj. *mittebatur. Hispaniæ* vel *In Hispania res* cet. Ita in MS. Lov. 3. legitur. Sed hæc potius omnia excidisse culpa librariorum, quibus repetitio vocis *Hispania* fraudi fuerit, et media omittendi causa, putabant Crev. et Drak. Dure autem dicitur *solicitis* pro: ab iis qui soliciti erant. Forte leg. *solicito senatu.*

5. *quod prælio victi Carthaginienses, duce amisso* Hannone, *in ultimam* cet. v. sup. cap. 2.

6. *prima Romanis inita provinciarum* cet. nam Sardinia et Sicilia, primæ provinciæ extra Italiam, non sunt in *continente*; Sigon. Cf. Vellej. 2, 38.

7. *ductu auspicioque Augusti C.* (v. ad 5, 46, 10.) *perdomita est*, Cantabris a. V. 734 devictis ab Agrippa cum Vaccæis et Asturibus. v. Dio 53. 22-28, 54, 11.

8. *Hasdrubal Gisgonis*, (v. ad 25, 35, 1.) *maximus clarissimusque eo bello — dux*: "in optimis MSS. *H. G. maximusque eo bello* cet. unde leg. *maximus qui eo bello*; quod pron. *qui* sæpe et postponitur, ut 29, 27 pr. 42, 1. 11. 19. 34. 45, 12. et hinc perperam in *que* descivit: nam 3, 38, 4. corrigo *imperium qui ibi* cet. 4, 17, 7. *colles qui inter Fidenas a. A. ceperunt*, 28, 18, 4. *mirabiliorem qui sibi eum* cet. et 41, 25, 2. *damnata quæ eo crimine*;" Perizon. Ita et 23, 23 extr. *frequentes qui* pro *frequentesque*, 24, 25 extr. *adcepta que* pro *adceptaque*, 29, 32 med. *rapti qui* pro *raptique* reponi et multa alia emendari posse, sed verendum esse, ne in his modus excedatur, monent Duk. et Drak. Cf. ad 2, 56, 1. et 36, 31, 4. — *secundum Barcinos*, Hannibalem, Hasdrubalem et Magonem fratres. Cf. ad 1, 4, 1. et 21, 2, 5. Ad seqq. et cap. 13 sq. de rebus a Scipione adversus hunc Hasdrubalem aliosque Pœnorum duces gestis conf. Polyb. 11, 20 sqq.

9. *quatuor millia et D equites*: quatuor millia habet Polyb. sed *peditum septuaginta millia* et XXXII elephantos. — *ad Silpiam urbem*, Ἠλίγγαν Polyb. sed ad eum et Appian. Hisp. 24. jam monuit Schweigh., Elingam et Silpiam peræque ignota Geographis nomina esse, et leg. *Ilipam*, opp. Hispaniæ Bæticæ ad Bætim fl. inter Hispalin et Cordubam, (v. Strab. 3. p. 141. C. Antonin. Itin. p. 411. Plin. 3, 1. s. 3:) haud procul a Carmone s. Carmona, in cujus vi-

[redacted]

m res gestas esse tradit Appian. 7. de quo v. ad 27, 18, 1.

.)—1. *neque ratus, se* cum *Romanis* *antæ multitudini* prorsus vel ita *ut non, in speciem saltem, obpone-* obponenda essent, vel obponi i esset, *barbarorum auxilia, neque* *in iis tantum virium ponendum,* m vires, copias colligendas esse, *um momentum facerent,* v. ad 1, *quæ cladis causa fuisset patri pa-* 25, 33.

no Silano ad Colchum, al. *Colcum,* *lcam, Schulcam, Sculcam* et *Scul-* t 33, 21. Κολίχαντα Polyb. 11,).

ad Bæculam urbem (v. ad 27, 18, *us* est cum *omni exercitu,* (v. ad t quidem, si Polybio fides ha- n *XLV mill. ped.,* equitum III Polyb. dicit, Scipionem, cas- ecula motis, profectum esse p., prope quod Hasdrubal con-

iti ab Scipione equites post tumulum, *l id positum,* situm. Cf. ad c. 17. *um* (ut 25, 15. 20, 34. 31, 48. 40, nii D. quod et conj. Gron. Po- lit, multos Pœnorum equites de- equis, Romanorum vero singu- itate ex equis desiliisse.

arma capere jussi integri et plures qui erant fessi opere munitionis do; Gron. qui etiam monet, *eret* referendum ad *expeditas co-* *ilites ex opere deductos* cet. Sed Livius inverso verborum or- *et integri et plures fessis.* Hinc or, Doer. post *fessis* e quibus- inseruit *subirent,* etsi a pluribus *terga haud dubie vertunt,* v. ad 1,

)—1. *Tesseram vesperi* (ἅμα τῷ . 11, 22. minus probabiliter) *per* , v. ad 7, 35, 1. De ipsa pugna 11, 22-24. et Guischardti Mé- litaires T. 1. c. 11. — *instratos* *stragulis,* ut 21, 54. et 34, 7, 4. *uctus equus* 21, 27 extr.

opinionem destinatam, certissi- issimamque, ut ap. Cic. Tusc. *lestinatæque sententiæ;* Duker. Li- paulo ante dixerat, *obstinate cre-* a suis Pœnisque, *se ita, ut in-* *sent, pugnaturos.* Cf. Doer. ad 9. *præter opinione destinatum,* h. e. quod opinione utrorumque de- vel præsumebatur, malebat 29, 20 pr.

um omnem in equites Rom. *emittit,* , 4. — *nec ipsa per se decerni pote-* v. ad 7, 9, 4. ἄκριτος ἦν Polyb. *lus quingentos passus,* v. ad 4, 52,

6. περὶ σταδίου Polyb. sed περὶ δ' vel ἑ σταδίους (aut στάδια) emend. Schweigh.— — *patefactisque ordinibus,* v. ad 27, 18, 7.— — *presso gradu incedere,* ut mox *segnius ince-* *dere:* τηροῦντας τὰς τάξεις τὸν αὐτὸν τρόπον (sc. ὃν ἐποιοῦντο πρὸ τοῦ) καὶ βάδην ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν Polyb. v. ad 8, 8, 6.

5. *nuntium ad* M. Junium *Silanum et* L. *Marcium mittit, ut cornu extenderent* cet. v. ad 8, 19, 10. Mox *in sinistram partem* et *se tendentem ad dextram* plerique MSS. Παρήγγειλε τῷ μὲν δεξιῷ τὰς σημαίας καὶ τὰς ἴλας ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ, (manipulos et turmas dextrorsum convertere (τῷ δ' εὐωνύμῳ τἀναντία cet. Polyb. 11, 22, 23. ubi Schweigh. notat hæc: "Conversio, de qua hic agitur, et motus *obliquus,* de quo mox, pertinebant ad diducenda cornua acie Rom. et ad frontem æquandam fronti hostis, cujus exercitus pæne duplo major erat; simul vero eo valebant, ut legiones Rom. prius adgrederentur cornua hostium, *quam coire inter se mediæ acies possent.*"

6. *cum ternis peditum cohortibus:* immo manipulis: nam Polyb. τρεῖς σπείρας dixit, *ternos manipulos, quot cohortem Rom. conficiunt,* et synonyma ei sunt σπεῖρα, σημαία, τάγμα et τάξις: quod jam monuit Schweigh. — *ternisque equitum turmis,* v. ad 27, 26, 5. Idem Polyb. rem omnem adcuratius exponit et ex eo Schweigh. his verbis: "Tres manipuli, unus hastatorum, alter post hunc principum, tertius triariorum, qui manipuli in dextro cornu dextimi steterant, in sinistro cornu sinistimi, iidem nunc (conversione, hinc ad sinistram, illinc ad dextram facta) primi stabant, fronte hinc ad dextram, illinc ad sinistram conversa. Utrimque igitur primos illos tres manipulos sumserunt imperatores, et progredi jussos in linea fronti hostium parallela, quoad opus erat ut cornu quodque Rom. cornu obpositum hostium exæquaret, deinde hinc sinistrorsum, illinc dextrorsum fregerunt, περικλάσαντες, i. e. novam conversionem in dextro cornu sinistrorsum, in sinistro cornu dextrorsum facere jusserunt, atque ita rectis ordinibus et *citato gradu in hostem duxerunt.* Horum deinde exemplum, servata commoda ratione, sequebantur tres sequentes manipuli, i. e. altera cohors, et in dextro cornu ad lævam, in sinistro ad dextram trium superiorum, justo servato intervallo, locum ceperunt; et sic porro. (*sequentibus in obliquum aliis*) Quo factum est, ut, istis conversionibus flexionibusque peractis, pedites in quoque cornu rursus eo ordine starent, quo antea essent locati. Sed *equitum* et, qui cum his pugnabant, *velitum* contraria ratio erat. Hi enim post peditum terga circumibant, (*circumducebant alas*) et ita sese locabant, ut in dextro cornu priores turmæ cum suis velitum globis ad dextram, in sinistro ad lævam peditum consisterent, et sequentes

[redacted]

tricies, h. e. CXXVI talenta minus quatuor millibus nummum: at Polybius 11, 3. ait πλείω τῶν τριακοσίων ταλάντων, unde forsan non XXX notatum fuit, sed LXXX, quod est *octogies*: ea enim CCCXXX talenta, XX minæ; Gron. Mox pro *LXXX millia æris* in MS. Mur. *DCCC m. a.*, et in Hearnii D. reperitur *DCCCC m. a.* Perizonius in diss. de ære gravi § 19. monet, in hoc triumpho primum *sestertios*, simulque multo majorem argenti, quam æris summam, a Livio memorari, ejusque rei causam esse, quod jam tum usus argenti præ ære in commerciis invalescere cœperit

11. *carmina militaribus jocis in C. Claudium jactata*, v. ad 2, 12, 7. 2, 45, 6. 3, 29, 3. et 4, 20, 1.

12. *equitum prærogativæ*, v. ad 3, 51, 3.

CAP. 10.)—1. *ad quæstiones habendas*, v. ad 2, 29, 3.

2. *ludi plebeji semel instaurati* cet. v. ad 2, 36, 1. — *toti*, cum omni sollemnitate; Doer.

3. *cui L. Porcius proprætor præfuerat*, immo *prætor*, quod jam monuere Duk. et Crev. cf. 27, 35. 36. 39. 46. 48.

4. *Cannensibus duabus legionibus* cet. v. ad 26, 1, 3.

5. *Q. Claudio, ut Tarentum*, Pighius in Annal. ad a. 547. p. 211. ex 28, 45. 29, 13. et Plut. Quinct. Flam. p. 369. colligebat, h. l. lacunam esse, ita explendam: *Q. Claudio Flaminino T. Quinctius Flamininus successor extra ordinem datus, obtineret ut Tarentum.* Sed v. Periz. anim. hist. c. 4. p. 168.

CAP. 11.)—1. *causas in deos verterent*, v. ad 4, 9, 1. De *prodigiis*, quæ mox memorantur, v. ad 1, 31, 1.

2. *cruentas spicas metentibus visas*, v. ad 22, 1, 15.

3. *ceterum negligentia*, v. ad 9, 21, 1. — *subplicationem ad Vestæ*, v. ad 1, 33, 6. 3, 63, 2. et 10, 23, 12.

4. *Siciliæ, quam Italiæ, colendæ majorem curam esse*, cf. 26, 40. et 27, 5. — *inopia*, propter inopiam.

5. *agrum vastum ac desertum*, v. ad 3, 7, 1.

6. *ita ut non præda, sed* cet. v. ad 1, 40, 1.

CAP. 12.)—1. *ipse se obtulit*, ostendit, obviam ivit Romanis. — *vulnere publico*, clade Pœnorum, *privato*, morte Hasdrubalis fratris.

2. *Ac nescio, an mirabilior* cet. v. ad 2, 2, 3. In laude Hannibalis persequenda Livius expressit Polyb. 11, 19. — *per annos tredecim* sc. a transitu in Italiam ad hunc annum. Sedecim annos memorat Polyb. l. l. omne significans tempus in Italia consumtum, et septemdecim 24, 9, 5. numerans simul annum, quo Saguntus expugnata est. Cf. inf. 30, 28 pr. 30, 5. et 30, 44 pr. — *non lex, non mos, non lingua communis*, ut 30, 33, 4. et ap. Polyb.

3. *Post Hasdrubalis exercitum* cet. cf. 27, 51 extr. et Horat. Od. 4, 4, 70 sq. — *post Italia concessum*, v. ad 1, 53, 1. 22, 25, 8. *concessa* et *cum cessum est* conj. Doer.

4. *ut omnis coleretur*, v. ad 2, 38, 3. — *exiguus*, non subficiens. — *mos vitio etiam insitus genti* Bruttiæ *per latrocinia* m. e. cf. 29, 6. *vitio*, malo studio, mala libidine; Crev. naturali adeo vitiositate; Doer. *ultro* malebat Gron. Mox verba *retinendis solicitis* — *in Hispania* ab optimis MSS. absunt: unde Gron. conj. *mittebatur. Hispaniæ* vel *In Hispania res* cet. Ita in MS. Lov. 3. legitur. Sed hæc potius omnia excidisse culpa librariorum, quibus repetitio vocis *Hispania* fraudi fuerit, et media omittendi causa, putabant Crev. et Drak. Dure autem dicitur *solicitis* pro: ab iis qui soliciti erant. Forte leg. *solicito senatu.*

5. *quod prœlio victi Carthaginienses, duce amisso* Hannone, *in ultimam* cet. v. sup. cap. 2.

6. *prima Romanis inita provinciarum* cet. nam Sardinia et Sicilia, primæ provinciæ extra Italiam, non sunt in *continente*; Sigon. Cf. Vellej. 2, 38.

7. *ductu auspicioque Augusti C.* (v. ad 5, 46, 10.) *perdomita est*, Cantabris a. V. 734 devictis ab Agrippa cum Vaccæis et Asturibus. v. Dio 53. 22-28, 54, 11.

8. *Hasdrubal Gisgonis*, (v. ad 25, 35, 1.) *maximus clarissimusque eo bello — dux*: "in optimis MSS. *H. G. maximusque eo bello* cet. unde leg. *maximus qui eo bello*; quod pron. *qui* sæpe et postponitur, ut 29, 27 pr. 42, 1. 11. 19. 34. 45, 12. et hinc perperam in *que* descivit: nam 3, 38, 4. corrigo *imperium qui ibi* cet. 4, 17, 7. *colles qui inter Fidenas a. A. ceperunt*, 28, 18, 4. *mirabiliorem qui sibi cum* cet. et 41, 25, 2. *damnata quæ eo crimine*;" Perizon. Ita et 23, 23 extr. *frequentes qui* pro *frequentesque*, 24, 25 extr. *adcepta quæ* pro *adceptaque*, 29, 32 med. *rapti qui* pro *raptique* reponi et multa alia emendari posse, sed verendum esse, ne in his modus excedatur, monent Duk. et Drak. Cf. ad 2, 56, 1. et 36, 31, 4. — *secundum Barcinos*, Hannibalem, Hasdrubalem et Magonem fratres. Cf. ad 1, 4, 1. et 21, 2, 5. Ad seqq. et cap. 13 sq. de rebus a Scipione adversus hunc Hasdrubalem aliosque Pœnorum duces gestis conf. Polyb. 11, 20 sqq.

9. *quatuor millia et D equites*: quatuor millia habet Polyb. sed *peditum septuaginta millia* et XXXII elephantos. — *ad Silpiam urbem*, Ἠλίγγαν Polyb. sed ad eum et Appian. Hisp. 24. jam monuit Schweigh., Elingam et Silpiam peræque ignota Geographis nomina esse, et leg. *Ilipam*, opp. Hispaniæ Bæticæ ad Bætim fl. inter Hispalin et Cordubam, (v. Strab. 3. p. 141. C. Antonin. Itin. p. 411. Plin. 3, 1. s. 3.) haud procul a Carmone s. Carmona, in cujus vi-

a res gestas esse tradit Appian. . de quo v. ad 27, 18, 1.

—1. *neque ratus, se* cum *Romanis* *itæ multitudini* prorsus vel ita *ut non, in speciem saltem, obpone-* bponenda essent, vel obponi esset, *barbarorum auxilia, neque in iis tantum virium ponendum,* n vires, copias colligendas esse, *um momentum facerent,* v. ad 1, *quæ cladis causa fuisset patri pa-* 5, 33.

o Silano ad Colchum, al. *Colcum,* *xam, Schulcam, Sculcam* et *Scul-* 33, 21. Κολίχαντα Polyb. 11,

l Bæculam urbem (v. ad 27, 18, *s* est cum *omni exercitu,* (v. ad quidem, si Polybio fides ha- *XLV mill. ped.,* equitum III Polyb. dicit, Scipionem, cas- :ula motis, profectum esse ., prope quod Hasdrubal con-

i ab Scipione equites post tumulum, *id positum,* situm. Cf. ad c. 17. *m* (ut 25, 15. 20, 34. 31, 48. 40, i D. quod et conj. Gron. Po- t, multos Pœnorum equites de- equis, Romanorum vero singu- ate ex equis desiliisse.

rma cupere jussi integri et plures ii erant fessi opere munitionis o; Gron. qui etiam monet, *ret*: referendum ad *expeditas co-* *lites ex opere deductos* cet. Sed Livius inverso verborum or- t *integri et plures fessis.* Hinc r, Doer. post *fessis* e quibus- nseruit *subirent,* etsi a pluribus *erga haud dubie vertunt,* v. ad 1,

—1. *Tesseram vesperi* (ἅμα τῷ 11, 22. minus probabiliter) *per* v. ad 7, 35, 1. De ipsa pugna 1, 22-24. et Guischardti Mé- taires T. 1. c. 11. — *instratos* ragulis, ut 21, 54. et 34, 7, 4. *tus equus* 21, 27 extr.

opinionem destinatum, certissi- simamque, ut ap. Cic. Tusc. *stinatæque sententiæ;* Duker. Li- ulo ante dixerat, *obstinate cre-* a suis Pœnisque, *se ita, ut in-* *nt, pugnaturos.* Cf. Doer. ad . *præter opinione destinatum,* h. e. uod opinione utrorumque de- vel præsumebatur, malebat 9, 20 pr.

m omnem in equites Rom. *emittit,* 1. — *nec ipsa per se decerni pote-* . ad 7, 9, 4. ἄκριτος ἦν Polyb. *s quingentos passus,* v. ad 4, 52,

6. περὶ στάδιον Polyb. sed περὶ δ' vel ἑ σταδίους (aut στάδια) emend. Schweigh.— — *patefactisque ordinibus,* v. ad 27, 18, 7.— — *presso gradu incedere,* ut mox *segnius ince-dere*: τηροῦντας τὰς τάξεις τὸν αὐτὸν τρόπον (sc. ὃν ἐποιοῦντο πρὸ τοῦ) καὶ βάδην ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν Polyb. v. ad 8, 8, 6.

5. *nuntium ad* M. Junium *Silanum et* L. *Marcium mittit, ut cornu extenderent* cet. v. ad 8, 19, 10. Mox *in sinistram partem* et *se tendentem ad dextram* plerique MSS. Παρήγγειλε τῷ μὲν δεξιῷ τὰς σημαίας καὶ τὰς ἴλας ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ, (manipulos et turmas dextrorsum convertere (τῷ δ' εὐωνύμῳ τἀναντία cet. Polyb. 11, 22, 23. ubi Schweigh. notat hæc: "Conversio, de qua hic agitur, et motus *obliquus,* de quo mox, pertinebant ad diducenda cornua acie Rom. et ad frontem æquandam fronti hostis, cujus exercitus pæne duplo major erat; simul vero eo valebant, ut legiones Rom. prius adgrederentur cornua hostium, *quam coire inter se mediæ acies possent.*"

6. *cum ternis peditum cohortibus:* immo manipulis: nam Polyb. τρεῖς σπείρας dixit, *ternos manipulos, quot cohortem Rom. conficiunt,* et synonyma ei sunt σπεῖρα, σημαία, τάγμα et τάξις: quod jam monuit Schweigh. — *ternisque equitum turmis,* v. ad 27, 26, 5. Idem Polyb. rem omnem adcuratius exponit et ex eo Schweigh. his verbis: "Tres manipuli, unus hastatorum, alter post hunc principum, tertius triariorum, qui manipuli in dextro cornu dextimi steterant, in sinistro cornu sinistimi, iidem nunc (conversione, hinc ad sinistram, illinc ad dextram facta) primi stabant, fronte hinc ad dextram, illinc ad sinistram conversa. Utrimque igitur primos illos tres manipulos sumserunt inperatores, et progredi jussos in linea fronti hostium parallela, quoad opus erat ut cornu quodque Rom. cornu obpositum hostium exæquaret, deinde hinc sinistrorsum, illinc dextrorsum fregerunt, περικλάσαντες, i. e. novam conversionem in dextro cornu sinistrorsum, in sinistro cornu dextrorsum facere jusserunt, atque ita rectis ordinibus et *citato gradu in hostem duxerunt.* Horum deinde exemplum, servata commoda ratione, sequebantur tres sequentes manipuli, i. e. altera cohors, et in dextro cornu ad lævam, in sinistro ad dextram trium superiorum, justo servato intervallo, locum ceperunt; et sic porro. (*sequentibus in obliquum aliis*) Quo factum est, ut, istis conversionibus flexionibusque peractis, pedites in quoque cornu rursus eo ordine starent, quo antea essent locati. Sed *equitum* et, qui cum his pugnabant, *velitum* contraria ratio erat. Hi enim post peditum terga circumibant, (*circumducebant alas*) et ita sese locabant, ut in dextro cornu priores turmæ cum suis velitum globis ad dextram, in sinistro ad lævam peditum consisterent, et sequentes

deinde turmæ, ut quæque proxima erat, sic ad dextram lævamque priorum locum caperet. Id nempe necesse fuisse videtur, ut latera peditum statim tecta essent. Quo fiebat, ut equitum turmæ, quæ antea in quoque cornu a dextra steterant, nunc in eo a sinistra starent, et vice versa. Quæ res videri quidem poterat aliquid incommodi habere, quod equitum ordines nunc contraria insolitaque ratione locarentur. Sed illud parum curabat Scipio, quia exiguum erat, et quia, illis peractis motibus, id consequutus erat, quod majoris erat momenti, scil. ut satis nunc diductam porrectamque aciem haberet, ut hostium cornua non solum *a fronte urgere*, sed et *circumductis alis in latera ejus incurrere* posset."

7. *citato gradu in hostem ducebant*, (v. ad 1, 23, 4. et 8, 8, 6.) *ἐνεργῆ ποιούμενοι τὴν ἔφοδον* Polyb. sed simul *προῆγον ὀρθίους ἐπὶ τοὺς πολεμίους*, *ducebant rectos* vel *rectis ordinibus*, de quibus v. ad 30, 33.

8. *sequentibus in obliquum aliis*, ceteris, (v. ad 4, 10, 2.) *ἀεὶ τῶν ἑξῆς ἐπιβαλλόντων* (scil. *τοῖς προπορευομένοις* posterioribus semper succedentibus vel adplicantibus se ad superiores) *καὶ κατὰ περίκλασιν ἑπομένων*, sequentibus inflexione simili, h. e. posterioribus ordinibus circum prælocatos ita circumductis, ut ingrederentur in linea ad angulum rectum inflexa sive fracta. Cf. Schweigh. ad Polyb. 10, 21, 5-7. ubi etiam hæc notavit: "Παραγωγὴ, forte et παραλλαγὴ circumductio et circuitio militum a tergo in frontem, ut novi ordines fiant, est motus eorum in linea obliqua, ubi, postquam manipuli seu turmæ omnes versus illud latus, quod frontem fieri volunt aciei, converterunt vultus, primus manipulus sive prima turma, quæ est in eo latere, in mota stat, reliquæ vero omnes obliqua profectione et obliquis lineis parallelis (brevioribus longioribusve, prout sunt propiores illi lateri aut remotiores) in idem latus tendunt, ita ut remotiores post terga priorum prætereant, et eo usque progrediantur, donec in eodem latere omnes æquata fronte consistant. Huic deductioni obliquæ post terga præcedentium obponitur ἐπαγωγὴ, eductio adversus hostem, manipulis s. turmis in linea recta sese invicem excipientibus."

9. *Sinus in medio erat:* scil. motus, qui in cornibus peragebantur, universæ aciei Rom. speciem præbebant sinus vel forcipis, cujus duo utrimque obliqua latera, duo cornua erant; pars hosti ex adverso obposita et adversa fronte in hostem directa *ἡ κατὰ πρόσωπον πλευρὰ*, ipsa media acies erat, in qua stabant Hispani; Schweigh. l. l.

10. *eques levisque armatura et velites*, v. ad 21, 55, 2. — *levisque armatura, velites* (per epexegesin) edidit Drak. quia *τὸ et* a plurimis MSS. abest. Sed conf. cap. 15. n. 3. et Schel. ad Hygin. p. 1052. Thes. Antt. Rom. — *circumductis alis in latera* cet. v. not. 6.

CAP. 15.)—1. *Et quum ab omni parte haudquaquam* cet. hoc *quum* ex plurimis MSS. edidere Ald. et Drak. pro vulg. *tum*: sed neutrum satis h. l. aptum. Scribendum *jam:* neque enim *tum*, quod sequitur, huic particulæ respondet, sed insequenti *et*, sensusque est: non erat jam par pugna, quia et inpares pugnabant, et Hasdrubalis exercitum jejunum deficiebant vires; Gron. Cf. ad 1, 35, 1. et 21, 54, 9. Vulg. *tum* revocavit Doer. exponitque: jam, nunc. Sed minus placet ob seq. *tum*.

2. *Ad id sedulo diem extraxerat Scipio*, v. ad 2, 23, 3. et 4, 43, 6. — *corpora adficerent*, v. ad 5, 10, 6.

3. *elephanti etiam, tumultuoso genere pugnæ equitum velitumque et levis armaturæ* (v. ad c. 14. n. 10.) *consternati* cet. cf. Polyb. 11, 24 pr. ubi Schweigh. suspicatur, elephantos, ante mediam Pœnorum aciem locatos, (v. cap. 14.) ad cornuum extremitatem et latera actos fuisse, ut ea ab inpetu equitum velitumque Rom. defenderent, et deinde *consternatos a cornibus* rediisse seque *intulisse in medium aciem*.

4. *quum proximus quisque hostem cederet:* immo *cæderet*; Jac. Gron. Præstiterit *hosti cederet*. Sed nil mutandum, si junxeris *proximus hostem*. Cf. ad 2, 48, 5.

5. *Ac primo consistere signa, ac revocare in ordines militem cœperant;* "quia *signa* non possunt dici *revocare milites*, videtur melius esse *constituere signa*, ut 5, 55. 33, 10. 34, 20. sed hic *præfecti, duces* suppleri potest." Duk. Cf. ad c. 16. n. 1.

6. *ex vehementi sole*, propter et post ardorem solis. — *quosdam etiam religio ceperit* cet. (v. ad 2, 5, 4.) quasi noluerint dii, diutius pugnari, et voluntatem suam ita declaraverint.

CAP. 16.)—1. *nunc ab tergo, nunc ab lateribus obcurrendo*, cf. ad 1, 33, 7. Forte *incurrendo:* nam quomodo *ab tergo* alicui *obcurri* possit, non intelligo; Duk. — *prœlia consererent* sc. hostes. Cf. ad c. 15. n. 3.

2. *castra tumultuaria*, v. ad 1, 37, 4.

3. *subitæ mutationis causæ* variæ traduntur. Cf. cap. 35. Appian. Pun. 10. Hisp. 37. Sil. 16, 118 sq 132 sq. — *quam documento* (indicio, argumento) *post id tempus* — *fidei* sc. *evidenti*, h. e. fide postea evidenter indicante. Docente fide; Crev. Per documentum fidei, h. e. quod fides docuit; Doer. *constantissima fide* emend. Duk. hoc sensu: tum quidem non exsistente, adparente *subitæ mutationis causa*, sed constantissima fide exsistente documento, *ut tum quidem* cet.

[redacted]

4. *tertio decimo anno post bellum initum, quinto, quam P. Scipio* cet. ex emend. Glar. In omnibus MSS. et edd. antt. *quarto decimo*; sed leg. *duodecimo*: nam forma hæc est loquendi, qua primus annus non comprehenditur: re vera autem hic est Punici belli annus XIII. et imperii Scipionis sextus; Sigon. *quinto* forte pro *sexto*, quod Scipio sub finem demum æstatis cum imperio in Hispaniam venit, et ineunte hujus anni æstate Pœnos Hispania pepulit, adeoque *quintus* annus nondum expletus fuit; Crev. *quinto, quam* recte Put. Flor. Cant. pro *quinto, postquam*: sic enim gaudet loqui Livius. Jac. Gron. et Drak. coll. 3, 33. 4, 7. 47. 6, 29. 7, 18. 21, 15. 25, 31. 26, 27. 27, 5. 28, 45. 29, 35. 31, 7. 14. Duk. ad Flor. 2, 2, 7. Gron. ad Justin. 26, 1. Ita vero dictum esse labente in deterius Latino candore, contendebat Hadr. Cardin. de Serm. Lat. p. 69. Cf. ad 41, 16, 5.

CAP. 17.)—1. *L. Scipio — Romam est missus.* Livium memoria lapsum eamdem rem bis narrasse, h. l. et cap. 4., putabat Glar. sed Scipionem potius bis Romam missum esse et nunc iterum *nobiles captivos*, at alios, eo adduxisse, Livium vero in eo peccasse, quod nullam reditus ejus in Hispaniam mentionem fecerit, suspicabantur Drak. et Periz. anim. hist. c. 4. p. 165. — *quum ceteri* cum *lætitia gloriaque eam rem vulgo ferrent*, laudibus efferrent. v. ad 4, 45, 5. — *parvum instar*, simulacrum, species, imago, umbra, ut 35, 49. — *ducebat*, putabat, judicabat.

2. *in suum decus nomenque* (Africani) *velut jam consummatum* (propr. *consummati*, v. ad 1, 1, 6. h. e. perfecti, ut 29, 33.) *ejus belli gloriam spectabat*, respiciebat, tamquam ad rem, certa *spe conceptam*: vel *spectabat* eo sensu dictum, de quo v. ad 1, 34, 5. Sed potius leg. *consummandam* cum Ruhnken. ad Vellej. 2, 29. Tum sensus est: *et spectabat ejus belli gloriam velut consummandum*, quasi absolvendam, h. e. ad summum plane fastigium extollendam, *in suum decus nomenque*: nam præsagiebat, se *Africanum* adpellatum iri; Doer. *olim consummandi* malebat Gron. et mox ex optimorum codd. vestigiis *præmoliendam rem.*

3. *Syphacem primum regem statuit tentare*: (v. ad 9, 35, 1.) *Masæsylorum is rex* cet. v. ad 24, 48, 1. — *gens adfinis Mauris*, confinis, *proxima.*

4. *cum ipso duce Romano*, Scipione, et quidem *coram*, adverbialiter, cum eo præsente, non per legatum Lælium; Drak. Germ. *persönlich*, ut passim. — *finibus etiam regni apte ad Hispaniam positis.* v. ad c. 13. n. 5. et ad 24, 48, 1.

5. *quo pedibus ab Tarracone — ierat*, v. ad 22, 31, 4. — *ab Carthagine profectus* cet. cf. ad Epit. XXVIII.

6. *haud cuiquam dubio*, quum nemini dubium esset. *dubio* sc. ente s. exsistente. Cf. Drak. ad 4, 47, 7. et Periz. ad Sanctii Min. 4, 4, 28. *haud quoquam dubio*, i. e. dubitante, malebat Ant. Periz.

7. *quam Pœni ancoras molirentur*, tollerent, ut c. 36. Cf. ad 6, 11, 5. et 25, 11, 10. — *nec ultra tumultum ciere*, h. e. non porro, non diutius. *ciere* e Put. pro. vulg. *edere* recepit Gron. *agere quis quidquam* emend. Rhen. *nec vim facere aut tumultum ciere* conj. Gron. Malim *et nil ultra tumultum ciere* vel *edere*, (non vim quoque prœliumve facere) ut paullo ante: *nihil aliud, quam tumultum ac trepidationem, fecerunt.* Ceterum Pœnorum naves, inscio rege, hostiliter obcurrisse Scipioni, hunc vero eas prætervectum esse, tradit Appian. Hisp. 30.

CAP. 18.)—1. *ad* (apud) *easdem penates*, in iisdem ædibus, ut 30, 14, 4. id qd. *sub uno tecto.* Cf. ad 10, 23, 12. Drak. ad 7, 7, 4. Gron. Obss. 4, 6. — *Scipione abnuente*, negante *aut — aut*, dicente, nec — nec.

2. *tendente rege, ne alter* cet. v. ad 4. 7, 6.

3. *eodem etiam in lecto Scipio a. H. adcubuerunt* mensæ. Cf. Appian. Hisp. 30. — — *cordi erat regi*, v. ad 6, 9, 1.

4. *mirabilioremque sibi congresso coram* (hæc jungenda) *eum virum visum, præ se ferebat* sc. Syphax. Cf. ad c. 12. n. 8. Ante *mirabilioremque* rectius forte majorem distinct. posuit Doer.

5. *duabus navibus in Africam trajecisse sese*, trajiciendo mare venisse, *in hostilem terram, regiam in fidem expertam*, cujus fides in regem experta aut nota sit. Cf. Val. Max. 9, 8, 1. *inexpertam* optimi plurimique MSS. et edd. ante Drak. prob. Gron. Obss. 4, 6, p. 88. Idem in notis ad h. l. conj. *in hostilem terram, regiam* (aulam barbari regis, cui non temere te credas, nisi fidei et incolumitatis habeas quædam pignera) *infidum, inexpertam.* In iisdem MSS. legitur *relictis exercitibus duobus* (altero sub L. Marcio Tarracone, altero sub M. Junio Silano Carthagine Nova) *in Africam* cet. non inprob. Gron.

6. *spem adfectantem*, cum aliquo forte acumine dictum et figurate, ut ap. Ovid. Met. 5, 377. nisi leg. *sectantem*; Gron. Cf. ad c. 38. n. 4. — *fremere*, v. ad 25, 28, 3.

CAP. 19.)—1. *Illiturgi et Castulo*, v. ad 21, 11, 9. et 23, 49, 4. Mox *Castulo* pro *Castulonenses* (quod primus reposuit Ascensius) omnes fere MSS. et edd. antt. v. ad 3, 47, 1. Ad seqq. cf. Appian. Hisp. c. 32. ibique Schweigh.

2. *Ipsos Claudendis portis indicasse*, v. ad 1, 53, 3. et 8, 19, 7. — *Quippe cum illis Carthaginiensibus, ab his*, Illiturgitanis. v. ad 3, 72, 3. — *gravi documento*, v. ad Præf. n. 14.

3. *c[illegible]tunum injuria*, v. ad 1, 54, 4.

[redacted]

4. *ancipiti terrore*, v. ad 1, 25, 4.

5. *id referre*, v. ad 8, 39, 3. — *Mars communis*, v. ad 5, 12, 1. — *militaris ætas*, homines militari ætate. — *Non enim liberius solum agebatur*, v. ad 7, 31, 5. — — *tantum*, tantopere: aut solum, non nisi *virorum fortium*, non et puerorum; quo sensu hanc particulam capiendam esse et ipsam rem eam flagitare, monet Doer. Contra Crev. putabat eam frigere ob præcc. *solum*, *modo*, *tantum*.

6. *ultima omnium supplicia* cet. al. *omnibus*. Sensus est, non tantum suam quemque, sed aliorum etiam, primo propinquorum, dein amicorum et civium, vicem miseratum, et futuram calamitatem animo præcepisse; Gron.

7. *escensurum minatur*, v. ad 2, 7, 7. — — *subierat*, v. ad 7, 23, 5. — *ab solicitis vicem*, v. ad 1, 25, 5.

CAP. 20.)—1. *unde periculum videbatur*, cernebatur; nisi *imminere* vel *timendum* excidit; Doer. — *editissimam urbis partem*, arcem. Sed potius *e. arcis partem* leg. cum Crev. Nam designatur *ea arcis pars, qua inexpugnabilis videbatur*, (hæc sunt extrema verba cap. præc.) *quia rupe prealta tegebatur*, quæ tamen *inter tumultum* capiebatur, et quia *neque opere ullo munita* erat cet.

2. *Levium corporum homines* — *evadunt*, graphica descriptio adscensus. — *leve saxum*, λεῖον. v. ad Sil. 2, 111. et ad Juvenal. 2, 12. — *primi sequentes extrahentes* cet. clarior oratio fuisset: *primis sequentes extrahentibus manu, postremis sublevantibus eos* cet. — *cordi est*, v. ad 6, 9. 1.

3. *desperatio incesserat*: quidam addunt *omnes*. v. ad 5, 13, 1. — *noxæ*, v. ad 10, 19, 2. — *aliquantum*, v. ad 2, 39, 1.

CAP. 21.)—1. *Marcius inde* (deinde) *in barbaros* — *missus* cum aliis legatis; (v. cap. 22. pr.) sed h. l. solus nominatur, quia dignatione princeps fuit, et quod c. 22 sequitur, totum gessit; Gron. *Inde in barbaros* — *redigendos legatis missis, Scipio* cet. quidam MSS., et alii: *Marcius inde* — *redigendos* (sc. iit): *Scipio Carthaginem* — *rediit*. Illud probabat Lips., hoc Gron.

2. *munusque gladiatorium, quod mortis causa* cet. cui et *ludi funebres additi* dicuntur cap. extr. Cf. ad 23, 30, 9. Valer. Max. 9, 11. ext. 1. et Sil. 16, 288 sq. 527 sq.

3. *comparare mos est* sc. gladiatores. — — *servorum quive*, eorumve qui *venalem sanguinem habent*: nam a lanistis emebantur non modo servi aut captivi, sed et liberi homines, qui, bonis exuti aut furore instincti, aut in gratiam Imperatorum, (ut hic *in gratiam ducis*) se vitamque suam lanistis et arenæ vendebant; qui proprie dicebantur *auctorati*, ut merces eorum *auctoramentum* et *gladiatorium*, sc. præmium vel auctoramentum 44, 31 extr. Cf. ad Juvenal. 1, 23. 2, 143 sq. 8, 192 sq. 11, 5 sq.

4. *pacto inter se*, v. ad 1, 41, 10. et ad Sil. 14, 97. *pacti* edd. ante Rhen. non improb. Gron. — *ut victorem res sequeretur*, victoris esset res, de qua disceptaretur, in victoris potestatem veniret. Cf. ad 33, 13, 6. — *ferro decreverunt*, v. ad 5, 55, 1. 7, 9, 4. 21, 41, 2.

5. *Corbis et Orsua patrueles fratres* cet. cf. Sil. 16, 533 sq. qui eos *fratres geminos* fuisse, et utrumque occubuisse dicit. — — *Ibem* opp. nemo præter Livium memoravit. Cf. ad 3, 50, 1. — *a fratre majore*, patre Corbis. — *negatum id*, idem a se *communibus cognatis*; hos quoque litem *verbis* dirimere voluisse *ac sedare iras*, se repudiasse eorum preces, *nec aliam* cet.

6. *pro copia* cet. v. ad 27, 6, 12. Mox delendum voc. *adparatu*, vel τὸ *et* post *copia*; Crev. et Duk. Hic tamen et vulgatum servari posse monet, et *pro copia sic* dici 26, 11. et ap. Plaut. Mercat. 3, 1, 8. et Trucul. 1, 2, 46.

CAP. 22.)—1. *ab legatis*, cf. ad c. 21. n. 1. — *Bætis amni, quem incolæ Certim adpellant*: ita optimi MSS. et *Certima* 40, 47. opp. Celtiberorum; Gron. *Circem*, *Circium*, *Cercim*, *Cretim*, *Cirtem*, *Cirtim* et *Cirtium* alii. Βαῖτις λέγεται Πέρκης ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, Steph. Bætim veteribus dictum Tartessum tradunt Strabo 3, 2. p. 148. al. 221. et Pausan. 6, 19. *Circem* h. l. et Κίρκης ap. Steph. leg. conj. Sigon. Cf. Intpp. Steph., Bocharti Chanaan 1, 34. Jac. Gron. ad Gell. 2, 22. — *Astapa* forte hod. Estepa. Cf. ad Epit. 28. et Appian. Hisp. 33. ubi eadem historia narratur. — *urbs erat*, τὸ *erat* abest a pluribus MSS. Forte leg. *fuerat*: certe delenda distinctio; Doer.

2. *extra necessitates belli*, sine iis, non coacti bello aut incitati. — *gerebant*, v. ad 3, 47, 1.

3. *Magnum etiam comitatum*, numerum militum mercatorumque simul peregrinantium, ut ap. Cæs. B. C. 1, 48. 51. 54. — *deditio ad tam infestos*, v. ad 2, 13, 4.

4. *præsidium*, custodiam, *eo loco fortunarum suarum*, rerum pretiosissimarum, *corporumque, quæ c. f. essent*, sc. conjugum liberorumque, *servarent*, cf. ad 34, 9, 5.

5. *quam insultarent* iis cum *superbo ludibrio hostes*, v. Mitscherl. ad Hor. Od. 3, 3, 41.

6. *e castris ad* (ob) *id ipsum* (v. ad 1, 34, 5.) *emissa*, quia hostes egressi erant mœnibus, utque eos repellerent.

7. *ultro inferre pedem*, Gron. edidit *ultra*.

8. *patefacta acie*, v. ad 27, 18, 7. — *subpeditabat*, v. ad 6, 24, 1. — *in orbem pugnantes*, v. ad 2, 50, 6.

CAP. 23.)—1. *jure belli in armatos* verba suspecta, quoniam absunt ab optimis MSS. qui etiam *pugnantisque* vel *pugnantesque* habent. Solam particulam *que* in causa fuisse, cur tot verba infulcirentur, putabat Gron. et conj. *dimicantium in pugnantes* vel *pugnantesque edebantur*, (h. e. ab dimicantibus et in pugnantes) vel *dimicantium pugna visque edebat*. Malim: *Atque hæc tanta hostium iratorum ac tum maxime dimicantium pœna cædesque edebantur*, et mox cum Rhen. *se incendio injicerent*. Contra Crev. non dubitabat, quin a Livio profecta essent verba illa, a plerisque codd. exsulantia, quum et augerent sententiam, nec quidquam peregrini aut pinguis redolerent.

2. *fœdior alia in urbe trucidatio* cet. v. ad 21, 14, 1. et conf. Appian. Hisp. 33.

3. *correpti alii flamma sunt* cet. cf. Polyb. 11, 24, 11.

4. *in deditionem accepti*, v. ad 8, 20, 7.

5. *trans fretum* Gaditanum *ex ora Africa*, Africana.

CAP. 24.)—1. *Scipio ipse gravi morbo implicitus — turbavit*, h. e. gravis Scipionis morbus cet. De morbo ejus et exercitus seditione cf. Appian. Hisp. 34 sq. et Polyb. 11, 25 sq. — *graviore tamen fama exsistente*, ita tamen, ut fama morbum illum augeret, multo graviorem differret, pro *libidine*, quæ *insita est hominibus*; Doer. — *longinqua*, remotiora loca.

2. *quantam excitatura molem*, magnitudinem multitudinemque turbarum (v. ad 1, 38, 4.) *vera fuisset clades*, calamitas, jactura, h. e. ipsa mors funesta Scipionis, ut 2, 36. — *tantas procellas*, v. ad 2, 1, 5. — *concitatis popularibus, (Lacetani autem erant) et juventute* cet. quum Ilergetes, non Lacetani, certe hi non soli, populares Indibilis Mandoniique fuisse videantur, et vox *autem* h. l. haud necessaria sit, Crev. conj. *Lacetani et Ilergetes erant*. Contra Drak. monet, τὸ *autem* in simili locutione adhiberi 7, 41. extr. et Mandonium Indibilemque ambobus forte populis vicinis præfuisse, saltem utrumque sæpius ad rebellionem perlexisse. cf. cap. 27. et 34. Recte, arbitror; et hinc etiam τὸ *autem* aptissimum h. l. videtur. — *in agrum Suessetanum Sedetanumque* cet. Suessetani h. l. *socii Romanorum*, at 25, 34. Indibilis. Mira profecto in his est obscuritas, et quam ne Livio quidem satis notam fuisse existimo; Glar. Forte Suessetani, aut pars eorum, sæpius defecerunt ad Romanos, etsi semel id memoratur 34, 20. Cf. ad c. 31. n. 3.

3. *Civilis alius furor*, seditio militum. Mox *dubii adlati nuntii* ex optimis MSS. recepi prob. Gron. pro vulg. *dubii rumores adlati sunt*. In III MSS. *dubie adlatum sit*: unde Gron. conj. *dubie adlatum est*.

4. *licentia ex diutino, ut fit, otio conlecta*, cui solertia ducis singulari occurrendum dicit Polyb. 11, 25. — *in hostico laxius*, v. ad 2, 34, 13. et 8, 12, 11. — *arctiores res*, v. ad 26, 17, 3. — *confecta provincia*, v. ad 2, 40, 9.

5. *circumeuntes vigilias tribunos*, v. ad 22, 1, 10. — *sine commeatu*, v. ad 1, 57, 2. — *constabat una ea spe*, immo *specie*; Freinsh. *una ex parte* conj. Gron.

6. *jura*, imperia, edicta, *reddere in principiis*, v. ad 7, 12, 6. — *signum ab eis petebant*, tesseras, quæ mandata continebant imperatoris, et ab hoc vesperi tribunis excubitoribus, ab his vero uni ex quoque decimo manipulo electo militi, tesserario, ab hoc proximi manipuli duci, ab illo sequenti cet. dabantur, et ante solis occasum omnes referebantur ad tribunos. Cf. ad 7, 35, 1. Sil. 7, 347. et ad Tac. Ann. 1, 7, 15. Lips. Mil. Rom. 5, 9. — *in stationes ac vigilias in ordinem ibant*, v. ad 7, 35, 2. — *obviam ire*, repugnare.

7. *fasces securesque adtrectare ausi*, tamquam res sacras manibus inpuris, h. e. sibi vindicare, ut 34, 4, 3. — *præferrent*, sibi juberent præferri.

CAP. 25.)—1. *subtrahente se quoque*, se auctorem fuisse rumoris negante, *destituti duces* Calenus et Umber cet. Gron. — *insignia*, fasces securesque.

2. *in se versuram se potestatem horrebant*, v. ad 2, 3, 2. et 21, 63, 15. — *Stupente ita seditione*, (ut mox *languescentem*) stupentibus seditiosis.

3. *in principiis prætorioque, ubi sermones inter se serentium circulos vidissent* cet. v. ad 7, 12, 6. — *consternationis*, seditionis, furoris. v. ad 2, 47, 3. — *stipendium non datum ad diem*, v. ad 23, 21, 1. — *scelus Illiturgitanorum* cet. v. cap. 19. 20. — *duorum imperatorum* (Scipionum) *duorumque e.* v. ad 10, 25, 9.

4. *rem publicam* (senatum populumque) *esse gratiæ referendæ*, v. ad 2, 9, 5. — *seditionum procellas*, v. ad 2, 1, 5. — *stipendiarias civitates*, v. ad 5, 10, 5.

3. *ad stipendium petendum*, ἥκειν ἐπὶ σῖτον ap. Appian. Hisp. 34 extr. κομίζεσθαι τὰς σιταρχίας et ἡ κομιδὴ τῶν ὀψωνίων ap. Polyb. 11, 25. et 26. — *seu carptim partes, seu universi mallent*, forte *per partes*, Gron. Sic et Polyb. 11, 13. (11, 25, 10. ed. Schweigh.) quod jam monuit Drak., ἄν τε κατὰ μέρη τοῦτο βούλωνται ποιεῖν, ἄν δ' ὁμοῦ πάντες.

6. *non tutissimum a malis consiliis receptum*, cf. ad 4, 57, 2, Non est sane tutus admodum receptus, *permittere* se alienæ *vel iræ vel clementiæ*, quia nescis, majoremne doloris ille vindicandi an gratiæ quærendæ cupiditatem habeat; Gron.

7. *ingenia humana sunt ad suam cuique levandam culpam nimio plus facunda*: " potius

[redacted]

fecunda, multis scil. inveniendis et animo fingendis, quibus iras adversus se conceptas molliri, et magnitudinem delictorum suorum extenuari posse sibi blandiuntur. *Facundia* in sermone προφορικῷ est, de quo hic non agitur." Duker. *Fecunda ad levandam culpam* dici non posse putabat Ern. Pro *cuique* forte leg. *quæque* sc. ingenia.

8. *inclinavit sententia, universos ire*, ut 32, 13, 4. vicit pondere ea sententia, eundum esse universis; Gron.

CAP. 26.)—1. *Carthagini erat* omnes fere MSS. pro *Carthagine*, ut 30, 9, 2. 31, 11. et ap. Plaut. Cas. Prol. 71. unde *Carthaginiensis*, quod conceptum quasi est ab *Carthagini*, non *Carthagine*, (nam *i* longum in hujusmodi ἐθνικῶν formatione non semper eliditur) haud magis analogia caret, quam *Latiniensis* a *Latini*, *Aventiniensis*, *Crotoniensis*; Gron. Sic et plerique MSS. 35, 35 pr. *Lacedæmoni* pro *Lacedæmone*. Cf. ad 4, 12, 8. Drak. ad 27, 5, 11. 30, 44, 4. 31, 11, 7. ad Epit. Liv. XXVIII. XLVIII. XLIX. Gron. ad Sen. Contr. 1, 1. Ad seqq. cf. Polyb. 11, 26. 27.

2. *in hospitium invitatos*, v. ad 2, 14, 4. — *ex obviis auditum* cet. qs. auditio, s. quod auditum erat. Cf. ad 1, 53, 1. — *solum imperatorem habituri* Scipionem sine exercitu; vel quod Scipio tantum imperator eorum futurus esset et cum iis profecturus, non severus judex.

3. *Vigilia quarta*, v. ad 7, 35, 2.

4. *in tribunal escendit*, v. ad 2, 7, 7. *Tribunal* imperatorum in castris, quod plerumque erat e cespite congesto. v. ad Tac. Ann. 1, 18, 5. sed et Spanhem. de usu et pr. num. diss. 13. p. 628.

5. *quem adfectum se visuros*, v. ad 5, 10, 6.

CAP 27.)—1. *ita cœpit* concionari. Cf. Polyb. 11, 28. 29.

2. *defuturam orationem*, ejus formam materiamque. — *non quo*, non quia s. quod; ut passim. Cf. Gron. ad 39, 13 pr. et ad Gell. 9, 12. — *verba*, artem dicendi. *res* gerendas.

3. *nec consilium, nec oratio subpeditat*, subpetit, adest, præsto est; nisi leg. *ratio subpeditat*, ostendit. — *quos ne quo nomine quidem adpellare* cet. cf. Tac. Ann. 1, 42.

4. *libenter credam negantibus*, sc. id omnes fecisse. Alii post *amentiam esse* majorem ponunt distinct., et ex præc. *negate* repetunt *dicite*. Ita et Bauer, qui præterea monet, *negare* alibi mollius dici pro adfirmare, non esse ita, at h. l. pro infitiari. — *vulgata in omnem e.* v. ad 2, 29, 5.

5. *tacta tractataque* vulnera synon. dicuntur.

6. *fama mortis meæ non adcepta solum*, credita, *sed etiam exspectata est*, cum desiderio et spe, tamquam res desiderabilis expetita; unde mox *mortem mihi* Cf. ad 5, 19, 7. 26, 40, 1. 40, 54 pr. 5, 207. Juvenal. 8, 87.

7. *multitudo omnis est sicut natura maris*, hæc *per se immobilis est*; *venti* id *cient*, commovent turbulentumq dunt; Gron. Verba *multitudo om* habent, quo referantur, et forte ab manu profecta sunt, aut potius a colutha, in oratione concitatiore fr tia, locus hic referendus; Doer. comparatione utuntur Polyb. 11, (ubi id Schweigh. jam notavit) 22 sq. 22, 14, 6 sq. Demosth. T. 1. ed. Reisk. et ex eo Appian. B. C. Cf. et inf. 38, 10. Cic. Cluent. 49. e forte omnium, Herodot. 7, 16. — *quillum*, v. ad 3, 40, 9.

8. *quam avide credideritis* famam meæ. — *denique ego sum*, ante IV MSS. et edd. antt. addunt *is*, q cile post *credideritis* excidere poterat gans hæc locutio adridebat Drak. et ad Ovid. Met. 7, 43.

9. *In prætorio tetenderunt*, v. ad 6, et 25, 6, 10. — *classicum apud* v. ad 7, 40, 4. *Classicum* sc. sign quidem militare, (nam *classis* etia citus dicebatur) quod cornu vel buccina *canebatur*, h. e. eorum c sono, vel iis inflatis, dabatur, milites vel ad arma, vel ad conc (v. 7, 36, 4.) castraque movenda cari, aut somno excitari quovis di (v. Polyb. 12, 26 pr.) aut vigiliæ c (v. 7, 35, 2.) solebant. — *signu petitum est*, v. ad c. 24. n. 6.

10. *submoto incesserunt*, v. ad 3, 1 25, 3, 14. Gron. et Drak. ad h. l. e 3, 16. Guther. de jure man. 1, *submoto* adverbialiter dici putabat, *tato*) Lips. Elect. 1, 23. Salmas. ad p. 217. Burm. ad Petron. c. 51. p. syll. epist. T. 2. p. 607.

11. *fulmina jaci de cœlo:* hoc non tum est, (unde enim alioqui cader mina?) sed loca fulminibus tangi, cadere s. *jaci sereno*, ut fortasse leg Gron. Cf. Hor. Od. 1, 34, 5 sq. intpp. Suspicari possis *culmina* (*tangi de cœlo*, ut 27, 4. et al. Se forte mutandum. "Si ratio Gron verba *de cœlo* etiam supervacua quoties quædam *de cœlo tacta* et fulmine dicuntur: et *jaci* cum effe cipi potest, ita, ut loca hominesve gantur, ut *mittere* ap. Ovid. Trist *Si, quoties peccant homines, sua fulmin Jupiter.*" Duker. Mox *animales* MSS. ut ap. Varr. L. L. 8. *animant* Gron. ut 21, 30. 41, 18. et ap. Ci 1, 18. 2, 47. 61.

CAP. 28.)—1. *nullum scelus*

[redacted]

habet, committitur cum ratione, vel ab eo, qui ratione ducitur. Cf. Terent. Eun. 1, 1, 12. — *ut in re nefaria*, prout, quatenus esse aut quæri vel locum habere possit: nam restringit hic *ut* et conrigit, non probat; Bauer. Cf. ad 8, 30, 7. — *Rhegium quondam* a. V. 474—483. *in præsidium missa legio* — *Romæ securi percussi sunt*, v. 31, 31. Epit. XII. et XV. Frontin. Strat. 4, 1, 38. Oros. 4, 3. Zonar. 8, 6. Valer. Max. 2, 7, 15. Appian. Samn. Exc. 9. et inpr. Polyb. 1, 7. ex quo probabile fit, legendum esse *per IX annos*, et a Livio aliisque rem tragice exaggerari, nempe trecentos tantum securi fuisse percussos, plerisque in diuturna difficilique urbis expugnatione interemtis. Cf. Schweigh. ad Polyb. l. l. et ad Appian. T. 3. p. 163. 164. — *in præsidium missa legio* duce *Decio Jubellio* Campano præfecto vel *tribuno mil.* Cf. Polyb. l. l.

2. *Atrium Umbrum semilixam*, qui pæne lixa, nec melioris conditionis est, ut 30, 38, et *semimas*, *semihomo* cet. cf. Gron. Obss. 4, 7. — *nominis etiam abominandi*: quasi *Atrius* sit dictus ab *ater*, h. e. infaustus, horrendus, abominandus.

3. *Campani Capuam*, *Tuscis veteribus cultoribus ademtam*, v. 4, 37 p. unde probabile fit, *Samnites* leg. pro *Campani*. — *Mamertini*, Campani et Agathoclis mercenarii, circa a. V. 473. *in Sicilia Messanam* per vim ac fraudem occuparunt adjuvaruntque mox legionem Romanam in obprimendo Rhegio. v. ad Sil. 1, 662. Diodor. 21. ecl. 13. Polyb. 1, 7. et 8. ibique Schweigh.

4. *confecta provincia*, v. ad 2, 40, 9. — — *Deum hominumque fidem implorare*, v. ad Juvenal. 13, 31.

5. *ejeceritis ex animis* ex optimis MSS. recepit Gron. pro *ejeceratis*, ut non simplex sit adfirmatio Scipionis, sed occupatio, quam Rhetores vocent: sit ita, horum quoque sitis obliti: quæ autem via? quis exitus erat consilii? — *non ad ultimum dementis*, non adeo insani, ut ad ultima et summa quæque spectasset; Doer. — *exsequi volo*, v. ad 5, 15, 8.

6. *quatuor imperatores*, Magonem, Hannonem, duosque Hasdrubales, *quatuor exercitus C.* v. ad 10, 25, 9.

7. *minoris certe omnes pretii* cet. al. *majoris*, ut Scipio milites timens iis blandiatur: sed minoris pretii erant suo ipsorum judicio, quippe qui præposuerant sibi Calenum et Umbrum, tamquam præstantiores; hos vero *semilixas* antea vocaverat: unde nullo genere comparabiles eos evincit cum cetero exercitu, quocum se Carthaginem die uno cepisse cet. dixerat, eosque in comparatione cum illo deprimit; Gron.

8. *Nihil ultra facile creditam mortem meam a vobis violatus sim*, ponam, credam, vos non gravius me violasse, non aliud majusve scelus in me commisisse, quam quod temere (et *temere potius*, *quam avide*, ut supra dixit c. 27.) credideritis, me mortuum esse. — *mecum exspiratura resp.*, *mecum casurum* cet. cf. ad 24, 22, 11. et ad Tac. Ann. 3, 6, 8. — *sirit*, siverit, sc. fieri. — *auspicato*, v. ad 5, 21, 1.

9. *meo funere elata* — *resp.* v. ad 24, 22, 11.

10. *Septimum Marcium ducem* cet. v. 25, 37.

11. *tamquam sine duce Hispaniæ futuræ fuerint* sc. me mortuo. — *Utrum exercitus*, cui illi præsunt, *exercitui* vestro, qui ab illo sejunxit se, *an duces*, Silanus, Scipio, Lælius, *ducibus* vestris, Albio et Atrio, *an causa* pia illorum, qui pro patria pugnaturi fuissent, causæ inpiæ vestrum cet.

CAP. 29.)—1. *a publico parricidio*, a bello adversus patriam suscepto, ab expugnatione nefaria patriæ: nam *parricidium* dicitur quævis cædes inpia (v. c. filii 8, 11. et fratris 40, 8. et 24) scelusque omne, quo pietas in patriam, parentes cet. violatur. — *pietas privata*, in matrem, uxorem et liberos. Res nota ex 2, 37 sq. — *qui dolor*, v. ad 6, 32, 3.

2. *infestius aut inmitius*: ita quidam MSS. Alii *iniquius* et *inimicius*. Hoc recepere Gron. et Drak. sed ille non inprobat *inmitius*, et hic *iniquius*. In Put. est *inicius*, et in Flor. *initius*; quæ potius pro *inmitius* scripta crediderim, quam pro *inimicius* aut *iniquius*.

3. *gladiis ad scuta concrepuit*, terroris incutiendi causa. v. ad 6, 24, 1. et ad hæc et seqq. cf. Polyb. 11, 30.

4. *virgis cæsi et securi percussi*, v. ad 1, 26, 6. — *non modo* non *ferocior* cet. v. ad 1, 40, 1.

5. *apud tribunos mil. in verba P. Scipionis jurarunt*, v. ad 2, 32, 1. Cf. Polyb. l. l.

CAP. 30.)—1. *Hanno*, *præfectus Magonis*, ut 23, 30. 25, 28, 3. et al. v. Gron. ad h. l., et Ernesti clav. Cic.

2. *ad Cartejam* cet. v. ad 21, 5, 3. — — *Gades sine certamine proditione recipiendi spes* cet. v. cap. 23.

3. *præmissaque ea* quinqueremi, *quia tardior*, *quam triremis*, *erat*: "de qua re vix quidquam certi credo statui posse. Non inprobabile est, ut nunc, ita olim quoque, inter ejusdem generis et magnitudinis naves alias aliis velociores, alias tardiores fuisse; idque vel ex eo, quod hæ inscite factæ essent, (cf. 36, 43.) vel aliis de causis fieri potuisse. Nec semper naves eo velociores fuisse, quo plures remorum ordines habebant, ex iis liquet, quæ Florus 4, 2. et alii de Antonii et Cæsaris Octaviani classibus prodiderunt. Et leves ac fugaces piratarum myoparones sæpe longe majores naves celeritate vincebant." Duker. — *fretum* Gaditanum.

4. *deprensam rapido in freto* (v. ad 9, 23,

[redacted]

3.) *in adversum æstum reciprocari*, reciprocare se, redire, retro agi.

5. *unius totius certaminis potens*, illud unice regens; ut mox *fortuna regente prœlium*. — *vortice intortam*, v. ad 21, 53, 3. — *victoribus*, navibus hostium victricibus. — *sese avertentem*, circum et retro actam.

6. *infesto rostro peteret navem*, cf. ad 1, 13, 2.

7. *anceps prœlium misceretur*, v. ad 2, 19, 3. — *pondere tenacior*, firmior, immobilior. — *prælata impetu*, celeriter et proxime prætervecta, (v. ad 1, 45, 7. et 2, 14, 3.) *remos alterius lateris unius* triremis Punicæ *detersit*, fregit, defregit, ut 36, 44. 37, 24. 30. 38, 5. Sic παραλύειν et παρασύρειν s. διασύρειν τοὺς ταρσοὺς ap. Diodor. 11, 18. Polyb. 16, 4, 5. et 14. Cf. ad Sil. 14, 382. Voss. ad Cæs. B. C. 1, 58. Duk. ad Flor. 2, 2, 8. et Böttigeri Archæol. Mus. Fasc. 1. p. 53, 54. 68. — *mulcasset*, male tractasset, mutilasset. v. ad 3, 11, 3.

CAP. 31.)—1. *et spem ad irritum redactam*, (ut *ad irritum cecidisse* 2, 6.) *qua* spe ipsi, Lælius Marciusque, *venissent* Gades. v. cap. 23. — *nuntiis ad L. Marcium missis, redeundum ad imperatorem* Scipionem *esse*, v. ad 8, 19, 10. — *sedendo ad Gades*, v. ad 7, 37, 4. Ceterum structura verborum h. l. impeditior fit ablativis conseq. sine copula cumulatis et mutato subjecto. Suspicari possis: *Lælius, victor Carteiam revectus*, — — *paucos post dies cum eo Carthaginem rediit*. Cf. tamen ad 2, 56, 1.

2. *Mandonius et Indibilis* cet. cf. cap. 24. — *pari pœna æstimatam*, dignam fuisse judicatam. Cf. ad 4, 15, 1.

3. *in Sedetanum agrum* cet. Nota Drak. est: "Ex Livii narratione colligendum, Mandonium et Indibilem, adventu Scipionis audito, ex agro Sedetano in patriam recessisse, et hinc Scipioni, ut eos adsequeretur, Iberum transeundum fuisse. Eos autem in Sedetanis exercitum conlegisse, quod Glar. putabat, nullo loco Livius tradit. Supra c. 24. concitatis popularibus et Celtiberis depopulantur agrum Suessetanum Sedetanumque. Hic autem, primo in fines regressi, mox vocatis rursus ad arma popularibus, contractisque, quæ antea habuerant, auxiliis, in Sedetanum agrum transscendisse dicuntur."

CAP. 32.)—1. *Scipio quum fide solvendi* — *stipendii*; leg. cum Gron. *Scipio cum fide solvendo stipendio*, tum, præterea, cet. Cf. ad 1, 53, 3.

2. *multis verbis in perfidiam* cet. cf. Polyb. 11, 31.

3. *quinque et triginta hominum* ex MS. Hav. et Sigon. recepi pro vulg. *triginta* h. Cf. cap. 26 pr. et Polyb. 11, 27. Numeri XXX et XXXV facile permutari poterant. Vulgatum retinuit Drak. ut ita Scipio numero rotundo minori usus sit minuendi causa numerum illorum, quos ex tanta noxiorum multitudine pœna adfecerit.

4. *eam, quæ sola fuerit, fidei atque amicitiæ societatem*, non propiorem, sed remotiorem: nam varii sunt tituli et formæ societatum inter homines; est civitas, est consanguinitas, adfinitas, sacrorum vel publicorum vel familiarium communitas, conlegium, est etiam fœdus; Gron. coll. Cic. Off. 1, 17.

5. *consulatum petenti* sibi *adfuturos*, v. ad 3, 14, 6.

6. *Quod ad expeditionem*, nunc suscipiendam adversus Mandonium et Indibilem, *adtineat*, eum profecto *immemorem* — *qui id bellum ducat*, qui huic expeditioni det belli nomen. Cf. extrema verba hujus cap.

7. *extra orbem terrarum*, Gades. Cf. ad Sil. 1, 141.

CAP. 33.)—1. *profectusque decimis castris* cet. cf. Polyb. 11, 32. 33. — *in conspectu hostium*, Mandonii et Indibilis, qui de adventu Scipionis certiores facti, relicto agro Sedetano, in patriam redierant. Cf. ad c. 31. n. 3. — *Campus ante castra*, a fronte eorum. v. ad 26, 42. 6. — *In eam vallem*, αὐλῶνά τινα μεταξὺ τῆς αὑτοῦ καὶ τῶν πολεμίων στρατοπεδείας Polyb.

2. *decernere pugnam*, v. ad 7, 9, 4. — — *pede res cœpta geri est ancepsque*: nihil horum verborum in optimis MSS. sed continenter *conlato pedestre*; unde scribendum: *gladios nudant, et conlato pede acre certamen erat*; Gron. Sed in illis verbis nihil Livio indignum esse, immo eorum ope fluere magis orationem, et vicinitatem vocum *pede res* et *pedestre* effecisse, ut librarii media transsilirent, monent Crev. et Drak. cf. ad 6, 12, 7. et de forma dicendi *acre certamen erat, nisi equites supervenissent*, ad 2, 50, 10. Similis ei hæc: *occasio egregie rei gerendæ fuit, si — duxisset* 31, 21, 1. — *neque ex adverso* cet. pro *qui non ex a.*

3. *obliquo constituerunt colle*, locaverunt, posuerunt, sc. barbari; Gron. *constituerunt* Rhen. et al. τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους, per infima collis latera dispositos, dixit Polyb. 11, 33. pr. — *pro se esse loci angustias*, sibi utiles, obportunas, faventes, ut *loca et genus pugnæ pro hoste fuere* 39, 30. — *in arcto pugna Romano aptior*, ob eamdem causam, ob quam in locis asperis; Duk. coll. c. 2. et 32. *in arcto loco*, ἐν στενῷ ap. Polyb. *in loci angustiis*, vel, ut mox, *in tam angusto* spatio: aut potius, ne idem bis dicatur, quæ fit cominus, συστάδην, *pede conlato* sup. not. 2. Cf. ad 5, 38, 4. 6, 12, 7. 26, 17, 3. 27, 46, 2. Id quoque firmat Polyb. 11, 32 extr. ubi dicit, κατὰ τὰς ἐξ ὑπολόγου καὶ συστάδην μάχας Romanos milites longe Hispanis præstare ob virtutem et genus armorum. De armis Hispano-

ad 22, 46, 2. et 3.
vo *etiam consilio adjecit animum*, intel- seu reputans secum, *nec se posse cir-* *equitem cornibus*, equitatu uti ad fir- cornua, *et hosti* equitem, *quem cum duxisset* e castris in aciem, *inutilem*

tius pandere aciem non poterat propter angustias. — *averteret* sc. hostes, os.
orbem sese defendissent, v. ad 2, 50, 6.
guli ipsi, Indibilis et Mandonius,

. 34.)—1. *ad mille ducenti*, v. ad 4, — *Mandonium fratrem* Indibilis. v. 19, 5.
idant Scipioni spiritum, vitam ejus ar- ermittant, et amittant, *si ita* ei *vide-* aceat. Cf. Cic. Phil. 10, 10.
os vetustus erat Romanis — *forent*, cf. Sigon. de ant. jur. Ital. 1, 1. et . Obss. ad jus Att. et Rom. c. 26. p.

s quidem merito periisse ipsorum male- : passim *perire, interire, occidere, ever-* perdi, malis urgeri, omnia fere sua e; et contra *vivere* pro conditionem emque suam retinere: (cf. ad 30, nisi potius *merito periisse* dictum est eruisse mori, dignos esse, qui per- ed *victuros* esse cet. *suo* ante *ipsorum* e conj. Duk. — *quippe ea* arma ut adimi ac retineri tantum ab iis, qui *rebellionem* armatorum hominum. *um*, (*quippe — esse*) *sed libera — animos*, et. rectius forte ediderunt Crev. et

endium militi præstari; in optimis *ræsidium*: unde forte leg. *residuum* ndium, ut *residuæ pecuniæ* et ICto- *idua*; Gron.
s expeditis, v. ad 5, 16, 2.

35.)—1. *Inchoata res jam ante de* a Romanis conciliando, societas jungenda, *aliis* cet. cf. cap. 16. *s*, v. ad 2, 30, 1. et 6, 35, 4. — *ejus s*. v. ad 25, 16, 8.
item marcescere desidia, v. ad 23, 45, 1.
stitueratque animo suo *speciem* cet., *φίσπασθαι*, h.e. finxerat, conceperat Ern. *Funera fratrum oculis, substi-* oponere, similiter dixit Ovid. Rem. l.
rnabat promissa cæsaries, cf. ad 5, 41, l. 1, 613. 7, 196. 16, 525. Heyne . A. 1, 590.
fratris filio remisso, v. ad 27, 19, 4.
no unus externus, v. ad 3, 12, 2. et 4.
imen animi gravius et significantius *peciem*: nam qui speciem virtutis ferunt, ii illam nondum probarunt it Masinissa jam ita animum et virtutem probaverat, ut *exemplum* virtutis et esset, et haberetur; Doer. Cf. ad 38, 17, 7.

CAP. 36.)—1. *jubere senatum*, *ut* cet. v. ad 1, 17, 7.
2. *senescere bellum*, ut 30, 19. v. ad 1, 22, 3.
3. *in publicum conferre*, v. ad 26, 36, 3.
4. *ad spem novandi res*, v. ad 1, 52, 1. — *nec sine causa electam* (plurimi MSS. *erectam*) *ante urbem stationem*, Pœnos a Magone *noctu in litus expositos* esse *ad partem eam muri*, *qua capta Carthago ab Romanis fuisset*.
5. *Ubi effusi hostes*, qui erant *mixta* cet.
6. *trahunt scalas*, in naves retrahunt pontes asseresque expositos litorique admotos, ut inde in naves redirent egressi. Cf. Virg. Æn. 10, 654. — *orasque et ancoras præcidunt*, v. ad 22, 19, 6. et 25, 11, 10. *in moliendo*, v. ad 28, 17, 6.
7. *incerto præ tenebris*, v. ad 1, 41, 10. et 6, 40, 1.
8. *ad octingenti homines*, v. ad 4, 59, 4.

CAP. 37.)—1. *exclusus inde*, non admissus, *portis clausis*. — *ad Cimbim*; Flor. et Put. *Cimbios*; VIII MSS. *Ambros*, prob. Lips. Epist. Quæst. 4, 4. Alii codd. *Umbros*, *Cumbam* et *Cimbros*. *Cuneos* emend. Voss. ad Mel. 3, 1. quem tamen agrum *procul a Gadibus* ultra Anam remotum fuisse monet Cellar. Geogr. ant. 2. 1. p. 51. Cf. ad 25, 32, 2. *Ebora*, *Olitingin* et *Onobam* conj. Dujat. Nomen loci vel parum notum, vel depravatum putabant Crev. et Drak.
2. *purgantibus iis*, Gaditanis. v. ad 3, 47, 1. et 24, 47, 3.
3. *sufetes eorum, qui summus Pœnis* (et, quod hinc intelligendum, Gaditanis eorum colonis; Duk. et Spanhem. ad Juliani Orat. 1. p. 130.) *et magistratus*, שופטים, a שפט judicando fere sic dicti, ut *consules* Romanorum a *consulendo*. Cf. 30, 7. 34, 61. Potteri Archæol. lib. 1. extr. et Fest. Hos duos annuos magistratus *reges* adpellant Nep. Hannib. 7. et Polyb. 3, 33, 3. 3, 41, 6. 6, 51, 2. *Suffetes* alii, minus recte, etsi vox ita scripta est in IV inscriptt. ap. Grut. 470, 1. 2. et Oct. Rossi Memor. Bresc. p. 176. 177.
4. *ad Pityusam insulam*: propr. duæ sunt Πιτυοῦσαι, insulæ maris Balearici, a πιτύων, pinuum s. picearum, copia sic dictæ, major Ebusus, minor Ophiusa: (nisi potius tres fuere, Ebusus, Ophiusa s. Colubraria et Frumentaria, hod. Iviza, Monte Colibre et Fromentera s. Formentara) sed minor tam parva est, ut nulla nonnumquam ejus ratio haberetur, et utraque vocaretur Ebusus. Cf. 22, 20, 9. Plin 3, 5 extr. Diodor. 5, 16. Strab. 3, 5. p. 167. — *sundum millia*, v. ad 9, 24, 2.
5. *Duo sunt Baliares ins.*, cet. v. ad 21, 21,

[redacted]

7. — *et portum habet* cet. duos quoque minor ins. s. Minorca habet, parvum Ciudadella, caput insulæ, majorem egregiumque Mago, hod. Mahon. — *quantum inter alios* (forte *alias* sc. gentes; Gron.) *omnes Baliares e.*, v. ad 21, 21, 7.

6. *naves subduxerunt*, v. ad 8, 26, 1.

7. *Gaditani Romanis deduntur*, v. ad 32, 2, 3.

CAP. 38.)—1. *Scipionis ductu auspicioque*, cf. not. 4.

2. *L. Lentulo et L. Manlio Acidino provincia tradita:* sed M. Junio vel M. Junio Silano et L. Marcio ap. Polyb. 11, 33. extr. ubi Schweigh. monet, hæc ita conciliari posse, ut Silanum Marciumque, post discessum Scipionis, adventum Lentuli et Manlii, qui subcessores missi sint Scipioni, exspectasse, hisque Scipionis nomine provinciam tradidisse statuamus. Dukeri nota est: " Cur non potius Silano, eodem jure inperioque secum in Hispaniam misso, (cf. ad Epit 28. n. 1.) provinciam tradidit? Probabile est, etsi nec Livius, nec Polybius et Appianus, quos Pighius in Ann. ad a. 547. perperam testes laudat, hæc diserte tradunt, et Silanum cum Scipione Romam decessisse, et Lentulum Manliumque jam a. V. 546. cum proconsulari inperio in Hispaniam missos fuisse in locum Scipionis. Id conligitur ex 28, 45, 4. et 29, 13 extr."

3. *senatu extra Urbem dato in æde Bellonæ* cet. v. ad 26, 21, 1. — *quatuor inperatores, quatuor ex* v. ad 10, 25, 9.

4. *magis tentata est triumphi spes*, (v. ad 10, 16, 1.) *quam petita pertinaciter*, forte *petitus*, sc. triumphus; nisi *petere spem* fortassis sic dici potest, ut c. 18. n. 6. *adfectare spem*; Duk. *Spes triumphi* est triumphus, quem sperabat; Doer. — *neminem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu*, h. e. neque dictator, neque consul, neque prætor, *res gessisset*, cf. 31, 20. ad 26, 21, 1. Sigon. de civ. Rom. 2. Vales. ad Exc. Peiresc. p. 603. *Proconsules* temporibus liberæ reip. primum dicebantur ii, quibus vel quum abiissent magistratu, (sive consulatu, sive prætura, ut 3, 4. 29. 37, 46. et al.) vel privatis, eo nondum gesto, (ut K. Fabio, Sp. Furio a. V. 275. et huic P. Scipioni a. V. 542.; v. 26, 18. et Dionys. Hal. 9, 16) inperium extra ordinem mandabatur proconsulare, quibusque prorogabatur inperium post annuum non modo consulatus, sed etiam præturæ honorem, (ut 41, 12.) in primis vero iis, qui post finitam præturam prorogato inperio *proprætores Hispaniæ* præerant, et modo vocantur *prætores*, ut 39, 21. 38, 42. 40, 30. 31. 34. modo *proprætores*, ut 39, 56. 40, 16. 47. modo *proconsules*, ut 33, 25. 35, 22. 37, 46. 39, 29. 56. 40, 16. 39. 41, 15. 28. 42, 10. (cf. ad 33, 25, 2. Duk. ad 37, 46. et 39, 29, 4. ubi eosdem variis his titulis insigniri docet, nec dubitat, quin scribæ sæpius in iis errarint, Drak. ad 40, 39, 1. Et intpp. Suet. Cæs. 54.) deinde ab a. V. 631. *proconsules* et *proprætores* vocabantur, qui secundum rogationem a C. Sempronio Graccho latam finito consulatus et præturæ anno in provincias mittebantur. Cf. ad 35, 1, 2. Hi in provinciis et inperium habebant et potestatem s. juris dictionem; at illi solum inperium militare, quod iis extra ordinem et curiatis, non centuriatis, ut magistratus majores, comitiis deferebatur: unde etiam non magistratus erant, sed pro magistratibus, et *sine magistratu*, adeoque et sine *auspiciis*; etsi hæc Scipioni tribuuntur supra. (v. not. 1. et ad 5, 46, 10. Ern. clav. Cic. v. *magistratus*, et Periz. anim. hist. c. 7. p. 262 sq. ubi monet, Livium, communi et usitato *ductum auspiciumque* conjungendi modo abreptum, utrumque Scipioni tribuisse, qui privatus, nullo dum gesto magistratu, proconsulari inperio extra ordinem dato, in Hispaniam prov. fuerit missus.) Ita vero Livius inmemor fuisse videtur ejus, quod supra 9, 26 extr. retulit: nisi forte dixeris, verba *sine magistratu* spectare ad privatos, quibus, nullo antea gesto magistratu curuli, vel potius (v. 31, 20.) neque dictatura, neque consulatu, neque prætura, (nam ædilem curulem jam fuisse Scipionem, ex 25, 2, intellegitur) inperium extra ordinem mandatum sit. Conf. tamen Gruch. c. 4. Refutat. ad post. Sigon. disp., qui sententiam Sigonii et Valesii, proconsules et proprætores, sive prorogato ex magistratu inperio, sive ex privatis in provincias missi fuissent, magistratus non fuisse, gravibus inpugnat argumentis. Neque etiam intellegi posse monet Duker., quomodo ita multi ex iis triumphare potuerint, quum nemini, qui sine magistratu rem gessisset, triumphus sit concessus. Ceterum in Hispaniam primum proconsules extra ordinem bini solebant mitti; (cf. 22, 22. 28, 38. 29, 13. cet.) deinde ab a. V. 555., aucto prætorum numero, duo quotannis prætores in duas Hispanias, citeriorem et ulteriorem. Cf. 32, 27. 28 cet. Pigh. Annal. T. 2. p. 253. et Appian. Hisp. 37. 38.

5. *id, quod instaret*, v. ad 3, 6, 5. et 30, 10, 6.

6. *sacrorum cura pontificem max. in Italia retinebat.* cf. c. 44. Liv. Epit. LIX. ad Tac. Ann. 3, 58, 3. Guther. de vet. jur. pontif. 1, 13. Bosius de Pontif. max. c. 6. et Vales. ad Dion. in Exc. Peiresc. p. 605.

7. *provinciæ in sortem conjectæ*, v. ad 3, 2, 1. — *urbana* provincia (v. ad 2, 40, 9.) *Cn. Servilio obtigit*, et haud dubie etiam peregrina. v. ad 25, 41; 8.

8. *Ariminum* (*ita Galliam adpellabant*) v. ad 24, 44, 2.

CAP. 39.)—1. *consules cum exercitu in Hispaniam misistis*, propr. consularem et proconsulem, *Cn. Cornelium* Scipionem,

V. 530 consul fuerat, et *P. Corne-*
ntrem, qui prorogato post consula-
porio, a. V. 535. in Hispaniam mis-
:. v. 22, 22 pr. Sed *consules* passim
ar et proconsules, (ut *prætor* pro
tore 40, 19, 8. 40, 34, 1. et al.) et
ares vel qui ante aliquot annos con-
sere. Cf. ad 6, 42, 7. 26, 33, 5. et
49. 38, 35, 3. Ernesti clav. Cic. v.
et Periz. anim. hist. c. 7. p. 305 sq.
am docet, *consulis* voce in titulis non
r designari annum, quo gesta sit res,
is memorata, sed nonnunquam hoc
i magistratus vocabulum in hono-
licujus adjici, etiamsi res, cujus
) fiat, vel ante vel post consulatum
deciderit: unde Livium in hac re
sse miratur 4, 20. et 38, 35. *consu-*
quibusdam MSS. recepit Drak. ut
ait P. Corn. Scipio, qui in Hispaniam
est, sed certior factus de Hanniba-
rentu, fratre ibi relicto, in Italiam
Cf. 21, 17. 22. Sed quæ proxime
ur, ad *P. et Cn. Cornelios* spectant.
ppidum nobis restituerunt, v. 24, 42.
:uosius nobis quoque, adeo. Cf. seqq.
m MSS *prope*.
d hoc retracti cet v. ad 1, 34, 5.
b Turdulis nos (al. *ab Turdetanis*) *veter-*
ostibus cet. v. ad 21, 6, 1. *opus esse* et
ri posse sc. putabamus aut simile ver-
quod latet in *videbamur*. Post *posse*
distinctio aptior est quam maxima.
t non modo nobis, (absit verbo invidia) ne
quidem timenda n. esset, v. ad 3, 71, 4.
), 7.
rrarum ultimas, v. ad 30, 30, 2. Mox
atenus forte leg. *quantum ejus*.
vobis ita videtur; al. *videretur*, prob.

ecte et ordine et ex voluntate senatus fe-
. ad 24, 31, 3. — *Locus inde lautiaque*
præberi jussa, ut in vet. SCto ap. Gru-
III. et ap. Ursin. ad Polyb. 25, 6. 6.
nis ex formula locum lautiaque cet. et in
r. ξένιά τε αὐτοῖς κατὰ τὸ διάταγμα καὶ
ταροχῆντε. Eodem sensu, ni fallor,
42, 6. dixit *ædes liberæ hospitio datæ*
que decretus legato Antiochi, donec in
esset, Polyb. 32, 19, 2. κατάλυμα δο-
καὶ παροχὴν, et Val. Max. 5, 1, 1.
domus quam optima Romæ conducta et
publicæ præbitæ. Hinc probabile fit,
non modo supellectilem fuisse,
. ἐνδομενίαν) sed etiam, quæ ad vic-
pertinerent. De *locis* v. ad 24, 7, 3.
autiaque memorantur etiam 30, 17.
l. 35, 23. 42, 6. 26. 44, 16. 45, 20.
us ad 30, 17. intell. *loca* in theatris
sera *lauta* s. lautitia, ad victum spec-
. Livium Andronicum *dautia* dixisse
itia, et hanc vocem esse Gr. δώτιον,
o distingueretur a *lotium*, *au* pro *o*
tutum, monet Gron. ad 41, 10. Fes-
Dautia dicebant veteres, quæ Lautia dici-
mus: dabantur legatis hospitii gratia. Cf. Salmas. ad Solin. p. 612. Dodwell. Adpend. Præl. Camd. p. 688. Beroaldi Obss. p. 224. Bergeri diss. de lautiis Witemb. 1711. et inpr. Duker. ad h. l.

9. *muneris ergo* (v. ad 6, 27, 1.) *in singulos dari ne* (non) *minus dena millia æris*, cf. 30, 17 extr. et Periz. diss. de ære gravi §. 25. Verba *ergo in singulos dari* ab optimis MSS. absunt, et interpolationem redolent, ut et illa *in singulos* 30, 17.

10. *de provinciis relatum* sc. a consulibus ad senatum. Verba *de provinciis* videri possunt parum apta aut perspicua. Nam *provinciæ* jam decretæ erant, (v. cap. 38.) et prætoriarum in reliqua hujus libri parte nulla amplius fuit mentio. Neque in consularibus quidquam mutatum, nisi quod Scipioni permissum est, ut e Sicilia provincia trajiceret in Africam, si id e re publica esse censeret. v. cap. 45. Id vero Scipioni in votis erat, eamque ob causam *de provinciis* iterum ad senatum retulisse videtur. Cf. cap. 40.

CAP. 40.)—1. *id consilium haudquaquam primoribus Patrum quum placeret* optimi MSS. *idque consilium h. p. P. placeret* edd. antt. Etsi pendeat oratio ab illo *Quum Africam* cet., tamen id tanto ante præcessit, ut non inelegnter illud *quum* repetatur; Gron. Cf. ad 22, 11, 2. — *mussarent*, ut 33, 31 pr. de indignatione tacita; Ern.

2. *rem actam hodierno die agi*, h. e. tractari rem, quæ non amplius *integra* sit, sed jam *transacta*, dijudicata, constituta: (cf. ad 3, 5, 1.) vel fieri quasi, quod jam factum sit, adeoque *frustra* operam inpendi, ut *actum* s. *acta agere*: nam *Africa provincia* a populo jam destinata est Scipioni.

3. *viri fortis ac strenui*, v. ad Tac. Ann. 3. 53, 2. — *de re transacta*, tamquam de re transigenda, quæ vere jam transacta sit; Duer. Recte, si Livius dixisset *de re t. referendo*, non *de re t. simulando se referre*. Forte leg. *de re haud acta*, aut *de re nondum acta*. Cf. not 2.

4. *non senatorem modo*, non eum, qui, ut ego, senator tantum sit. — *suo loco*, ordine. — *subeundam opinionem esse*, judicium, suspicionem sustinendam esse. Cf. ad 45, 38, 2.

5. *dum ne pœniteat* me et eos. v. ad 2, 54, 16. et 3, 21, 6.

6. *dictatura cum V consulatibus*, v. ad 22, 9, 5.

7. *propius fastidium ejus sim*, v. ad 2, 48, 5.

8. *in cursu maximarum rerum essem*, ut al. *in cursu honorum, gloriæ* cet. forma loquendi ducta a stadio vel navigatione, et ad continuum seriem aut celeritatem translata. Cf. Ernesti clav. Cic. — *insectanti me magistro equitum* cet. v. 22, 24 sq.

CAP. 41.)—1. *bono publico præponam*: ver-

[redacted]

ba hæc absunt ab optimis MSS. prob. Gron. ut per ἀποσιώπησιν intellegatur *pluris quam remp. faciam*, aut legatur *ne tua quidem in gloria* scil. pluris famam hominum, quam remp., faciam.

2. *pænitebit te gloriæ tuæ*, v. ad 2, 54, 16.

3. *Ab Drepanis atque Eryce* cet. v. ad 21, 10, 8.

4. *Nondum is*, tam spernendus, *est Hannibal, quem non*, ut non eum, *magis* cet. Mox Doer. ita interpungit verba: *Quin* (quidni) *igitur ad hoc* (bellum cum Hannibale) *adcingeris, nec per istos circuitus (ut, quum — speres) potius, quam recto hinc itinere, ubi H. est, eo bellum intendis?* (v. ad 21, 6, 5.) ut *nec potius — quam* dicta sint pro: et minime, sed.

5. *unde classes tueamur*, v. ad 34, 6, 6.

6. *sicut Q. Fulvium a Capua*, v. 26, 8. — *Mars communis belli erit*, v. ad 5, 12, 1.

7. *Athenienses, prudentissima civitas, bello domi relicto*, Peloponnesio adhuc flagrante, quo ipsi plurimum adfligebantur, *auctore æque impigro ac nobili juvene*, Alcibiade, Syracusanis terra marique bellum intulere, ducibus Demosthene, Nicia ac Lamacho, et a Gylippo Spartano bis victi omnes fere naves hominesque amisere. v. Nep. Alcib. 3. Thucyd. 6, 15 sq. 7, 2 sq. Justin. 4, 3-5. Diodor. 13, 7 sq. Cic. Verr. 5, 37. Plut. in Nicia.

CAP. 42.)—1. *M. Atilius* Regulus, *insigne utriusque fortunæ exemplum*, cf. ad Sil. 6, 122-550. Polyb. 1, 26-34. al.

2. *ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbuntur*, h. e. earum expugnatio facillima, res nullo labore et quasi a ludente (al. *per ludum* et mox *per summum otium*) perficienda, (*nur ein Spass*) si cum Africæ expugnatione comparetur. Cf. Schelleri Lex.

3. *per præsidia Romana*, v. ad 9, 31, 1. — *dux tumultuarius L. Marcius* cet. v. ad 1, 37, 4. et cf. 25, 37 sq. 26, 2. 19. al. — *justi honores*, gradatim ei, vel sollemni more delati; Doer. Nonne potius debiti ac meriti?

4. *Non semper temeritas est felix*, ut illa c. 17, 18.

5. *fraus fidem in parvis*, parvi momenti rebus, *sibi præstruit*, præparat, ante parat. *Fraus* fraudulenti homines, quales sunt Syphax et Numidæ; Drak.

6. *Nunc illos æmulatio — acuunt*, exercent, occupant, incitant. — *externus metus*, v. ad 1, 57, 7. — *velut ad commune restinguendum i. c.* cf. Cic. Phil. 10, 10.

7. *aras et focos defendent*, v. ad 5, 30, 2. Ne idem facturi sint Britanni, nostra ætate Franci verentur.

8. *adversa casibus — delegare*, v. ad 6, 28, 4.

9. *caput et arcem belli*, v. ad 1, 55, 6. 4, 31, 8. et 6, 14, 9.

10. *Claudius et Livius consules*, qui Hasdrubalem vicer *exercitibus conjunctis*. v. 27, 43-50. — *quantum id intersit*, (v. ad 8, 39, 3.) sc. conjunctis viribis bellum gerere.

11. *ibi malle decernere*, v. ad 21, 41, 2.

12. *tibi amplum et gloriosum*, v. ad 2, 9, 2. — *sicut quum provincia tua*, Hispania, *et exercitu relicto* cet. v. cap. 17. 18. — *populi Rom. imperator*, v. Gron. Obss. 4, 14. p. 229. — *commisisti* sc. in periculum, (quod latet in verbo præc. *periclitabantur*) ut *committere in discrimen* et *in casum ancipitis eventus* vel *in aleam casus* 4, 27. 8, 32. 33, 7. 40, 21. et *in aleam* (v. ad 1, 23, 10.) *dare* 42, 50. et 59.

CAP. 43.)—1. *Quum oratione ad tempus et rem parata*, adtemperata, adcommodata, *tum*, et præterea, *auctoritate* cet.

2. *Cujus ego rei non tam*, tantopere, *ipse ausim — purgata est*, eleganter pro: magis ille criminis hujus reum se facit, quam ego illum adcusare audeam; Gron. qui simul monet, male et contra libros MSS. post *quam* inculcari *quod* h. l. et 26, 6, 3. et ap. Cic. p. red. in sen. c. 26. *vitio* utrum *orationis, an rei*, nescio, haud dixerim.

3. *senem se perfunctum honoribus*, recte, opinor, ut c. 40 extr. etsi τὸ *honoribus* plerique MSS. ignorant.

4. *neu mihi in minoribus*, minores, *natu illud animi sit*, v. ad 6, 22, 1. et Drak. ad h. l. *Neu* vero pro *nec*, ut passim, Cf. 2, 15. et Gron. ad Sen. nat. qu. 4. præfat.

5. *meam — vicem videretur solicitus*, v. ad 1, 25, 5. — *quatuor exercitus P.*, *quatuor d.* v. ad 10, 25, 9.

6. *tamquam M. Atilius* (v. ad c. 42 pr.) *primo adcessu ad Africam offenderit*, infeliciter rem gesserit, ut 35, 26. Cf. Ernesti clav. Cic. et Manut. ad Cic. Ep. 5, 14. — *illi ipsi tam i. imperatori patuisse tamen portus Africæ, et res egregias primo anno gessisse* sc. eum. Cf. ad 35, 14, 4.

7. *annis ante quinquaginta* pro *quadraginta* edidi auctore Perizon. qui recte jam monuit, M. Atilium Regulum Cos. II. fuisse a. V. 496. et anno seq. captum. — *qui*, cur.

8. *Xanthippum Lacedæmonium* cet. cf. Polyb. 1, 32-36. et ad Sil. 2, 305. 434. 4, 357 sq. 6, 301 sq. 680 sq.

9. *At etiam Athenienses audiendi* cet. cf. ad c. 41. n. 6. — *Græcas fabulas*, v. ad 1, 11, 5. 26, 31, 1. et ad Juvenal. 10, 174 sq. — *Agathoclem potius, Syracusanum regem*, qui Pœnos expulit *Sicilia* et in *Africa* aliquoties devicit. v. Diodor. 19 et 20. Polyb. 8, 12. 9, 23. 12, 15. 15, 35. Justin. 22, 1 sq. 23, 1 sq.

CAP. 44.)—1. *Majus præsentiusve ullum exemplum e. q. H. potest* verba hæc absunt ab optimis MSS.

2. *Ad hoc major* cet. v. ad 2, 23, 3.

3. *Ad hoc nos — statimus*, v. ad 2, 23, 3. et 2, 29, 7. — *Carthaginiensi* (sc. populo)

MSS. *Carthagine* conj. Rhen. et ... Gron. Sed v. ad 3, 2, 3. — *nihil* ...*boris*, ut Gr. *πολιτικὴ δύναμις, πολι*...*τρατιῶται, πολιτικὸν στρατόπεδον*,

...*dientem hinc Hann.* (f. *moliturum*) v. ..., 5. — *Has mihi spes subjicit f. p.* ...d 1, 59, 7. — *quorum ego fidei ita* tam caute ac prudenter.

... *deesse fortunæ* (v. ad 3, 46, 3.) ..., se ostendenti, obferenti, *oblatæ* ...ni; et, quæ *casu*, forte fortuna, ...unt, *flectere ad consilium*, vertere in ...um. — *parem*, v. ad 7, 33, 1.

...*rthago præmium victoriæ erit, quam* ...imi MSS. omisso *τῷ potius*, quod ...n in edd. antt. ante *præmium*, sed deest et intellegitur. v. ad 1, 25, 11. ...at. 8. pr. Valer. Fl. 7, 428. Plaut. ...4, 70. — *hæc vide ne c. sit* cet. v. ad ... — *ne a sacris absit pontifex max.*, ...*rtem* cet. cf. cap. 38. et ibi n. 6. ... *ad vos pertinens sit*, pertineret. v. ad ...4. — *elevarit*, v. ad 3, 21, 5. ...*re*, v. ad 26, 19, 7.

...*ulla alia re*; al. *nulla*: sed hoc magis ...erantis aut desperationem præ se ...; Scipio autem, quod tota clamat ...sperabat, multis aliis quoque vel ...omnibus rebus sese superaturum ... Fabii, et tam mares gerebat spiri... ex invidia aut vanitate, sed ex ...nscientia verarum insitarum sibi ...n, et eorum, quæ jam gesserat, re... Gron. Vulgatum quoque *nulla* ...fendi potest, et necessario ita legi ...i *certe*, ut videtur, pro *saltem* posi...; Doer.

...45.)—1. *staturusque eo esset*, v. ad ...1. — *quod e re publica esset*, v. ad 1, ... — *tentare*, v. ad 9, 35, 1. ... *meam sententiam discedatur*, v. ad 1,

... *minus suo quisque loco* vel ordine *se*...*atus sententiam diceret*, v. ad 22, 49, ...m plerumque primus sententiam ...ur princeps senatus, tum consul ...tus, deinde consulares, prætorii, ... et reliqui pro ordine dignitatis ...e: qui tamen mos neque primis ...ostremis rei publicæ temporibus ...est, sed pro lubitu ejus, qui sena...uit, immutatus. Cf. ad 5, 20, 2. ...10. 14, 7. Dionys. Hal. 7, 21. ...es. 21. et Aug. 35. Sallust. b. ... ibique Cort. Vox *senator* abest a ... MSS. et glossam redolet.

... *eo exercitu, quem L. Veturius aut Q.* ...cil. *habuisset*, quod verbum modo ...um. Cf. Gron. ad h. l. et Obss. 1, ...2. — *sortirentur inter se compara*... ad 3, 2, 1. — *duabus* cum *legi*... ad 1, 14, 4. — *et ceteris* magi... antiquis, *præter consules præto*-*resque qui — erant*, adeoque hujus anni, *prorogata imperia*, cf. ad c. 38. n. 2. Dukeri nota est: "Q. Claudio tamen, qui Tarentum habebat, successor datus T. Quinctius. Cf. c. 10. et ad 29, 13, 2. Ceteri sunt C. Hostilius Tubulus Capuæ c. 10. M. Livius Salinator in Etruria c. 10. 46. Lentulus et Acidinus in Hispania c. 38. et forte P. Sempronius Tuditanus, quem hoc anno cum imperio in Græcia fuisse, scribit 29, 11. 12. etsi ex Livio ipso non satis certum est, hoc an priore anno successor Sulpicio in Græciam missus fuerit. Nam hoc, ut alia de provinciarum permutatione, præteriit Livius. Qui superiore anno Galliæ, Siciliæ et Sardiniæ præfuerant, prætores hujus anni successores habuerunt c. 38." Cf. Periz. anim. hist. c. 4.

5. *Cæcilio sorte evenit*; Put. et Flor. *sorti*. v. ad 4, 37, 5. — *coronam auream ducentum pondo*, v. ad 30, 21, 1. — *ex mille pondo argenti facta*, cf. Gron. de pec. vet. 1, 7.

6. *magnopere tetendisset*, v. ad 4, 7, 6. — *tenuit*, (v. ad 2, 42, 2.) *ut voluntarios ducere sibi milites liceret, et ut quæ ab sociis darentur, adciperet*, adcipere liceret; Gron.

7. *sociis navalibus*, v. ad 9, 38, 1. — *lintea in vela, ut ὀθονίων ἱστοὺς*, velorum s. linteorum telas, ap. Polyb. 5, 89, 2. — *interamenta navium* plurimi MSS. probb. Salmas. ad Solin. p. 166. 781. et Ulit. ad Gratii Cyneg. v. 47. Ille intell. *τὸ μεσαίτατον νεὼς*, hic stuppam et quidquid infercitur sive vasis componendis, sive navium rimis: at Crev. ligna, quæ a carinis utrimque adscendentia efficiunt costas navium, quorum compages Gr. *ἐντερόνεια* dicuntur. *inceramenta* Pal. 3. Lov. 2. Harl. Ber. a m. sec. et unus Crev. *armamenta* pleræque edd. ante Gron. cujus docta nota est hæc: "Potest videri *interamentum*, ut et *interamen*, ab *interare* deduci. Glossar. *interata ἐξεντερισθέντα*. Ejus compositum *exenterare*. Et *interior* ostendit fuisse aliquando *interus*, ut *superior, superus, superare*: unde *superamenta materiarum* Pandect. 32, 1, 55. Etiam veteres dixisse *interatim* pro *interim*, testis est Festus. Sic *interamen ἐντερόνεια*, h. e. *τὰ καλούμενα ἐγκοίλια τῶν νεῶν*, vel *τὰ ἐγκοίλια, τὰ ἀπὸ τῆς τρόπιδος ἀνερχόμενα ξύλα*. v. Pollux 2, 4. et Schol. Aristoph. Ἱππ. Vix tamen putem, *interare* veteres usurpasse, quum et *externare* quam *exterare* maluerint, et *exenterare* a Gr. *ἔντερα* quam *exinterare*. Forte leg. *inceramenta navium*: quas cera piceque oblini et oblitas olim fuisse notum est; unde Pollux, inter *τὰ τῶν ναυπηγῶν* ponit *κηρὸν* et *πίσσαν*. Mixtura picis cum cera una voce *κηρὸς* dicitur Græcis et *ζώπισσα*, (cf. Plin. 16, 11.) Latinis *cera*, (v. Veget. 5, 7. et 14.) h. l. *inceramentum*, quippe quo incerantur naves. Hinc et *ceratæ naves*, *cerare* et *ceratura* ap. Columel. 12, 50."

8. *Arretini XXX millia scutorum*, Put.

[redacted]

Reg. et al. *III millia.* — *gæsa*, v. ad 8, 8, 3. — *hastas longas*, quibus projectis cominus in stataria pugna utebantur; missiles enim, quas eminus jaculabantur, breviores fuisse probabile est; Duk. Cf. Strab. 10, 448. et Lips. Poliorc. 4, 4. — *millium L* (quidam MSS. *XL*) *summam pari cujusque generis numero expleturos*, Crev. conj. *ad millium L* cet. sensum autem hunc putat, Arretinos pollicitos esse, se *pila, gæsa, hastas longas* daturos esse eo numero, ut summa omnium simul conlectorum esset L millium, pari cujusque generis numero, ita ut pila daturi essent circiter 16670, totidem gæsa totidemque hastas. Vox *expleturos* forte delenda, ut omnia pendeant a seq. *conlaturos* scil. se esse polliciti sunt. — *rutra et alveolos*, cf. Marc. Donat. ad h. l., Veget. 2, 25. ibique Stewich. — *molas* frumento frangendo. v. Lips. de mil. Rom. 5, 11. et 16.

9. *et in viaticum decurionibus remigibusque conlaturos*, sc. aliquid, vel pecuniam. Forte del. *et*, jungendaque *tritici CXX millia modiorum in viaticum*, Glar. "Incredibile est, hæc fuisse viaticum decurionum remigumque; et subpleri potest aptum aliquod nomen, ut ap. Cic. Verr. 2, 59. *imperasti, ut iidem pro parte in commune Siciliæ conferrent. etiam id contulerunt.* Ceterum *decuriones remigibus* præfuisse, ex eo conligi potest, quod his a Livio junguntur. Sed quænam speciatim partes eorum muneris in navibus fuerint, nemo tradidit." Duker. — *est unus* sc. Scipio.

10. *nomina in classem dederunt*, v. ad 1, 11, 3.

11. *Camertes, quum æquo fœdere cum Romanis essent*, "amicitia, forte inita a. V. 443. quod ex 9, 36 probabile est. Ceterum Sigon. de ant. jur. It. 1, 21. dicit, his verbis significari, ceteris populis exiguam, Camertibus, qui nihil debebant, maximam laudem fuisse tribuendam. Sed ceterorum quoque populorum non minus voluntariam fuisse conlationem, nec eos illa, quæ Livius dicit, ex formula fœderis debuisse dare, ex tota hujus rei narratione patet." Duker.

12. *Triginta navium carinæ positæ*, v. ad c. 8. n. 8.

CAP. 46.)—1. *prætores diversi in provincias profecti*, v. ad 3, 60, 1. — *agri Campani*, Capuæ; ubi *fossa Græca*, nescio quæ et unde sic dicta. Ager ultra Vulturnum circa Liternum s. Clanium fl., Atellam versus et Trebulam; Doujat.

2. *indicio quoque permisso* cet. scil. quum omnis Campanorum ager populi Rom. factus esset, (v. 26, 16.) mota de fraude, qua nondum omnis ager a Campanis concessus fuisset Romanis, suspicione, non solum *indicium permissum*, h. e. publica auctoritate propositum fuit, ut ager, qui nondum a cive aliquo Campano traditus esset populo Rom., indicaretur, sed indici quoque præmium constitutum fuit; Doer.

3. *ut Campani cives, ubi cuique* cet. cf. 26, 34. Verba *habitare ibi* forte spuria, certe prius. Utrumque deest in aliquot MSS., illud in pluribus et in edd. ante Ald. — *ex minore Baliarium insula*, v. ad 21, 21, 7.

4. *montanos instituit obpugnare*; edd. antt. *instituit.* Utrumque bene dicitur. Cf. Drak. et ad 24, 26, 7.

5. *volonum exercitum admovere Ariminum*, v. ad 22, 57, 12. et 25, 24, 9. — *e re publica esse*, v. ad 1, 27, 5. — *cui videretur, imperio dato*, immo leg. ex Lov. 3, 4. *imperio, cui videretur, dato*, vel ex Lov. 5. *cui videretur, imperio dato* sc. lege curiata.

6. *Eisdem diebus naves onerarias Pœnorum— — captas* tradunt Cœlius et Valerius, sed *Cœlius tradit*, eas fuisse *frumento misso* cet. Rotundissima et prorsus Liviana periodus, e MSS. restituenda; Gron. *naves onerariæ— — captæ. Eas Cœlius* cet. edd. antt. — *Carthaginem perportantes*, ut *perferentes, perpopulari, perpacata, percuratum*; Gron. — *Pestilentia incesserat in Romanos*, ut 29, 10 pr. Cf. ad 1, 31, 4. et 2, 27, 10.

7. *Propter Junonis Laciniæ* cet. v. ad 21, 27, 6. 24, 3, 3.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXIX.

-1. *voluntarios milites* (cf. 28, 45, *centuriavitque*, v. ad 2, 23, 4. et *ex iis* scil. voluntariis elegit *tre-* non centuriavit; Gron. Idem t, hoc paulo aliter narrari a 7, 3, 3. videri autem Scipio- e id consilii ab Agesilao. v. p. 600. D. E.

pio ei, τὸ ei del.; Crev. Abest a *docendum equo armisque*, erudi- te equitandi armorumque trac- r. ad 24, 4, 5. — *Læto condit.* ete; nisi ita leg.

ratum equitem, v. ad 9, 34, 8.

am hanc alam equitum, Romano- ræc. et ad 26, 21, 4. — *Legi- m inspiceret*, v. ad 21, 6, 4.

rum stipendiorum milites, v. ad

'anormi subducit, v. ad 8, 26, 1.

etiam redditis, datis, concessis *s pertinaces ad obtinendam injuri-* is eos, qui pertinaciter *retine-* er injuriam sibi vindicaverant. l Tac. Hist. 2, 84. et Ern. clav. *ere.*

un adjuverunt, ut ap. Plin. 31, int. 23. et pro Arch. 7. Gron.— on nego etiam de eo dici posse, ententiam verbis expromit: sed a orationibus inculcata sunt, et lere possunt a verbis seqq. *hæc do;* Duker. — *eo nec in Hi-* d 1, 11, 6. — *nomina tan- in H. R. haberent*, v. ad 3,

s omnia, trepidos, timidos om- *inconditam turbam tironum*, v. ad

—1. *hostico, tamquam pacato*, v. et 8, 12, 11. *in hostico* quædam — *clementer*, sine damno et bello agris infertur prædando et

(et quidem) *dextrum Ilergetes*, f. Drak. *cornu* vett. edd. — *qua i tempus esset, emitterent*, v. ad 3, 70, 2. et 10, 5, 4. — *id modo hostium* institutum, id tantum ex iis, quæ hostes fecerant, *imitati sunt*.

3. *permittere equos*, v. ad 2, 56, 1. et 10, 5, 4.

4. *tuta ab* (in) *lævo cornu esse* omnia.— — *Cornelium Servium* MSS. pro *Ser. Cornelium*. v. ad 3, 1, 1. — *ad pedestrem* pugnam *Hispani descenderunt*, aliquot MSS. et edd. *ad pedes*, ut mox *ad pedes degressi*. Cf. ad 3, 62, 9.

5. *fluctuantia viderunt signa*, v. ad 3, 60, 8.

6. *seminecem restantem*, v. ad 4, 58, 5.

CAP. 3.)—1. *In deditionem adcipi*, v. ad 8, 20, 7. — *belli concitores*, ut 23, 4. 37, 45. 45, 10. — *deinceps*, v. ad 1, 21, 8.

2. *sagaque et togæ* inperatæ *exercitui*, in ejus usum. Cf. 29, 36. 44, 16. et sup. 22, 54. ubi Crev. suspicatur, togarum usum vel militibus fuisse in hibernis et otio castrorum, vel concessum honestioribus, centurionibus, equitibus cet.

3. *ad Hipponem Regium*, cf. ad Sil. 3, 259. — *ad populandum agrum sub signis milites sociosque navales* (v. ad 9, 38, 1.) *duxit*, ex more militiæ Romanæ; Duk. Cf. ad 23, 42, 5. et Schel. ad Polyb. c. 9. — *pacis modo*, v. ad 21, 33, 7.

4. *omnia in majus adcipiebant*, v. ad 4, 1, 6. — *tantum fortunam mutasse* se v. ad 2, 3, 2.

5. *obsidionem Carthag. visuri forent*, v. ad 6, 42, 7.

6. *majorem semper frequentioremque subolescentem*, v. ad 6, 1, 3. — *ad omnem auram spei*, v. ad 3, 33, 2.

7. *et fama senescere et viribus*, v. ad 1, 22, 3.

CAP. 4.)—1. *terror rursus revocavit*, v. ad 43, 20, 2.

2. *summæ belli molem*, v. ad 1, 38, 4. et 3, 5, 6. — *ad duos imperatores*, Hannibalem Magonemque. — *sed XXV naves longæ*, v. ad 1, 40, 1, et 21, 17, 5. — *ad hoc*, v. ad 2, 23, 3.

[redacted]

3. *quem incertum hærere*, nunc etiam ambiguum esse dicebat, et conceptas inimicitias dissimilare; Gron. *quem certum haberet* (v. ad 36, 28, 3.) — *acturum* tres MSS. et edd. ante Gron. prob. Doer.

CAP. 5.) —1. *inter Albingaunos*, quorum opp. *Albingaunum* s. Albingaunum, hod Albenga, in Ingaunis, populo Liguriæ. v. Strab. 4, 6, 1. 2. p. 202. *inter Albingaunos Ligures Genuamque* situm opp., Savonem, *adcesserunt*: (cf. 28, 46. et Cluver. Ital. ant. 1, 9. p. 68.) ita h. l. edidit Drak. ex emend. Rhen. et ejus MS. Sed adpellari ille locus debuisset, et revocanda potius est vulgata lectio *inter A. Liguresque Genuam*, ut *que* sit nempe, scilicet; Doer. Recte, opinor. Cf. ad 2, 42, 7.

2. *duobus ducibus, duobus exercit.* v. ad 10, 25, 9.

CAP. 6.)—1. *sub defectionem Italiæ*, v. ad 1, 35, 1.

2. *Spes autem adfectandæ ejus rei* cet. forte del. vox *rei*, quæ mox bis repetitur, et ad *ejus* suppl. *urbis*; Gron. *ex minima* vel *minimo adfulsit* malebat Ant. Periz. Cf. ad 1, 3, 8.

3. *quam suopte ingenio*, v. ad 28, 12, 4.

4. *egressi quidam urbem Locrenses*, v. ad 2, 37, 5.

5. *ut mos est, qui diu absunt*: post *est* quædam edd. addunt *iis*. Sed illud multo tenerius; Gron.

6. Q. *Pleminio proprætori scriptum* cet. Dukeri nota est: " Pighius in Ann. ad a. 548. p. 215. putabat, eum, quum privatus esset, nec umquam prætor fuisset, extraordinarium a populo adcepisse inperium, et Rhegium *pro prætore* missum fuisse. Sed non habeo exempla aliorum, qui, extraordinario inperio a populo adcepto, legati inperatorum fuerint: nam Pleminius cap. 8. 9. 16. *legatus Scipionis* vocatur; quod autem 35, 8. de Ti. Sempronio legitur, neque omnino simile, neque ipsum explicatu facile est. Præterea non video, quomodo Pleminius, si inperium a populo adcepisset, a Scipione in catenas conjici potuisset. v. cap. 41. Mihi Pleminius hic ita *proprætor* dici videtur, ut *C. Centenius* 22, 8. (ubi v. not. 1.) et alii ap. Gruch. cap. 5. Refutat. ad post. Sigon. disput. Nec est, quod quis dicat, Pleminio *fasces et lictores* tribui cap. 9. Nam legati, mandante vel absente inperatore, inperium et ejus insignia habebant. Cf. Cic. ad div. 12, 30. et Verr. 1, 26. 28. Manut., Hotom. et Lambin. ad Cic. Verr. 1, 22. Lips. de mil. Rom. 2, 11." Cf. ad 37, 1, 6.

7. *ut in nullo tali metu*, quippe qui nihil ejusmodi metuerant Cf. ad 8, 30, 7.

8. *incertum, unde adcidisset — fecisset*: varia h. l. tentat Gron. Sed nihil mutandum esse, locus 41, 2. docet; Drak.

9. *victoribus præmium* quæ futura erat, *in medio positam* duarum arcium? Sed v. ad 6, 6, 7.

10. *nec sustinuissent Romani* sc. rem vel iram hostium. Ita *sustinere* simpl. dixit Cæs. B. G. 2, 2. et Cic. ad Div. 12, 6.

CAP. 7.)—1. *in majore discrimine rem verti*, v. ad 3, 27, 6.

2. *æstu fretum inclinatum est*, freti aquæ propelli æstu in eam partem cœptæ sunt, versus quam Scipioni navigandum fuit; Crev. Cf. ad 26, 45, 4. — *naves mari secundo*, prono aquæ cursu s. fluctuum lapsu navigationem adjuvante, *misit*, inmisit, nisi ex MS. Hav. leg. *commisit*: nam ipse Scipio, ut ex seqq. discimus, simul his navibus vectus est; Doer.

3. *a Butroto amni*, quem Doujat. ex Barrio docet exiguum esse fluvium, qui in sinum Locrensem defluat, et hodie in Calabria ulteriori *Novito* dicatur. Sed aliis non memoratur, *abuleto amni* Flor. et Put., unde Gron. emend. *ab Alece amni*, de quo v. Thucyd. 3, 99. et Strab. 6, 1, 9. p. 260. τοῦ δὲ Ἄληκος ποταμοῦ τοῦ διορίζοντος τὴν Ῥηγίνην ἀπὸ τῆς Λοκρίδος cet.

4. *scorpione icto eo, qui — absterritus inde* conj. Gron. — *aliquot horis*, casus tertius pro *in* s. *ad a. horas*; Doer. Quod ad aliquot horas, *die superante*, ut ap. Sallust. Jug. 97. et Gell. 9, 14. *decima parte die reliqua*; Gron. Cf. ad 8, 10, 1.

CAP. 8.)—1. *quam senatus æquum censuisset* eos habere.

2. *Nam avaritia ne sacrorum* cet. v. ad 3, 39, 8.

3. *Proserpinæ intacti omnia ætate thesauri*, pecunia sacra, in ejus templo recondita, (cf. seqq.) aut forte, ut G. Θησαυροί, magnorum templorum ædiculæ, in quibus singulæ civitates sua seorsum donaria reponebant. v. Schweigh. ad Appian. de reb. Ital. fragm. 8. et Valcken. ad Herodot. 4, 162. — *a Pyrrho — spoliati*, v. ad cap. 18, n. 2, 3.

4. *contactis ea violatione templi furorem objecit*, v. ad 2, 5, 3. 5, 15, 5. et 6, 28, 2.

CAP. 9.)—1. *Sergio et Matieno tribunis mil.* cet. Causam irarum inter Pleminium et tribunos, a Diodoro in Exc. Peiresc. p. 285. memoratam, præterit Livius; Duker. *Sub his tribunis pars* erat miltum, tria millia. v. cap. 6.

2. *militemque inplorabant*: vulgo *militumque auxilium* vel *fidem*. — *in multo inpotentiorem rabiem*, v. ad 3, 36, 2. — *lictoribus indignum in modum mulcatis*, v. ad 3, 11, 3. et 29, 6, 6.

3. *Scipio Locros hexeri advectus*, Syracusana fortassis: nam hoc genus navium magis in usu erat Græcis, quam Romanis; Duk. cf. Scheffer. de mil. nav. 2, 2.

et Periz. ad Ælian. V. H. 6, 12. *Hexeres* et *hepteres* sic dicebantur a numero ordinum, quibus remi structi erant; Ern. Cf. ad 33, 30, 4. et 37, 23, 5.

4. *ut Romam ad senatum mitterentur:* "atqui ipse pro imperio in sontes animadvertere poterat. Credo, ei non tam militare delictum, quam crimen adversus rempublicam ab iis admissum visum fuisse." Duker.

5. *Pleminius impotens iræ*, v. ad 3, 36, 2. — *æstimare eam litem*, v. ad 38, 55, 5.

6. *insepultos projecit*, cf. ad 1, 49, 1.

7. *ab ira multiplicia edere*, v. ad 1, 1, 5. — *invidiæ non sibi modo esse*, odium non sibi modo ipse credebat, *sed etiam imperatori*, Scipioni, talia non inhibenti.

CAP. 10.)—1. *literæ Romam adlatæ, se — morbo adfectari*, v. ad 8, 19, 10. *adfectari* optimi MSS. forte pro *adfici* dictum. *adflictari* VI MSS. et quædam edd. antt. prob. Duk. *adtentari* conj. Gron. Sic passim *tentari morbo* pro adfligi m., et πειράζεσθαι παραλύσει ap. Cic. ad Att. 16, 7. — — *nec sisti potuisse*, v. ad 2, 29, 7.

2. *incesserit in ea castra vis morbi*, v. ad 28, 46, 7.

3. *ut e rep. fideque sua duceret*, v. ad 22, 39, 1.

4. *Civitatem eo tempore repens*, repentina, repente, *religio invaserat*, v. ad 2, 5, 4. *recens* Put. *ingens* al.

5. *invento carmine in libris Sibyllinis* cet. hæc et ea, quæ cap. 11. et 14. memorantur, tradunt etiam Cic. har. resp. 13. Plin. 7, 35. Ovid. Fast. 4, 249-348. Appian. b. Hann. c. 56. Herodian. 1, 11. Dio Cass. Fragm. 63. p. 606. ed. Reim. Sil. 17, 1-45. et Diodor. in Exc. Peiresc. p. 381. qui solus tradit, eosdem libros præcepisse, ut vir optimus virorum, femina optima mulierum agmen præiret, et a senatu P. Nasicam virum optimum, Valeriam feminam optimam judicatam fuisse. — *propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum*, v. ad 1, 31, 1. 1, 53, 1. 27, 37, 1. — *Quandoque*, al. *quandocumque*. v. ad 1, 24, 4.

6. *mater Idæa*, Cybele, quæ in primis colebatur *Pessinunte*, capite Gallorum s. Celtarum Tolistobojorum in Galatia, parte majoris Phrygiæ, in qua montes sunt Ida, Berecyntus et Dindymus s. Dindyma; unde Magna Mater Deum etiam *mater Idæa*, Berecyntia et Dindymene dicebatur. — *ab decemviris*, v. ad 3, 10, 6. — — *litavisse*, v. ad 5, 38, 1.

7. *In ejusdem spei summam* (v. ad 3, 5, 6. et 3, 61, 4.) ad eam augendam *conferebant*, addebant, vel eodem referebant. — *depoposcisset prov. Africam*, v. 28, 40 sq. — *fatis*, crebris lapidum imbribus, *ominibus*, præsagiis Scipionis, *oraculis*, Sibyllino et Delphico.

CAP. 11.)—1. *Nullas dum civitates*, v. ad 5, 34, 4.

2. *Æsculapium quoque* cet. v. ad 10, 47, 8. — *facturum eum* sc. memores, i. e. secum reputantes.

3. *M. Valerium Lævinum, qui bis consul fuerat*; sed unius tantum consulatus mentio fit: (v. 26, 22.) unde patet, Livio h. l. et 30, 23., ubi eadem repetuntur verba, alios annales ad manus fuisse. cf. Periz. anim. hist. c. 8. p. 356. — *Delphos quum escendissent*, v. ad 2, 7, 7. et 42, 15, 3.

4. *sacrumque lapidem, quam matrem Deum esse incolæ dicebant*, quadrangularem, de quo v. Herodian. 1, 11. Appian. b. Hann. 56. Ammian. Marcell. 22, 22. Arnob. adv. gent. VI. p. 196. VII. p. 253. ed. Lugd. Nota vero res est, prima deorum simulacra rudes informesque fuisse vel truncos vel lapides, et lapides cœlo delapsos, λίθους ἐμψύχους, βαιθύλια, ξόανα cet. Cf. Potteri Archæol. l. 2. c. 2. Falconet Diss. des Bætyles in Mém. de l'Ac. de B. L. T. 6. et 23. Fr. Munteri Sammenligning mellem de Gamles Bætylier og de i nyere Tider fra Himlen nedfaldne Stene, Hafniæ 1804. cujus docti libelli epitome v. in Leipz. N. Lit. Zeit. a. 1805. Sc. 73. p. 1163 sq. Cuper. ad Script. de mort. persecut. c. 11. *quam* e MS. Cant. pro vulg. *quem*. v. ad 24, 42, 6.

5. *Q. Cæcilius Metellus dictator ab consule* P. Licinio cet. cf. cap. 10. — *Ludi Romani ter, plebeji septies instaurati*, v. ad 2, 36, 1.

6. *Ti. Claudius Asellus*, MSS. *T. Claudius Asilus*.

7. *Ædem Virtutis eo anno ad portam Capenam — ad Clastidium fuerat*, v. ad 21, 48, 7. 25, 40, 2. et 27, 25, 4-7. *primo consulatu* a. V. 530. — *flamen Martialis* cet. v. ad 24, 8, 4.

CAP. 12.)—1. *Neglectæ eo biennio res in Græcia*, v. ad 28, 8, 5. Mox *desertos ab Romano — auxilio* MSS. fere omnes. Vulgata debetur Rhen. et doctior est, sed auctoritate inpar.

2. *P. Sempronius proconsul*, qui provinciam Græciam adceperat cum inperio proconsulari, etsi nondum consul fuerat. Cf. cap. 11. et ad 28, 38, 4. — *haud parvum momentum ad* cet. v. ad 1, 47, 7.

3. *Parthinos* s. Parthenos, (Gr. Παρθινοί, Παρθεινοί et Παρθηνοί) populum Illyrici, cujus caput Parthus non longe a Dyrrhachio aberat. Cf. Intpp. Strab. 7, 7, 8. p. 326. Schweigh. ad Polyb. 2, 11, 11. 7, 9, 13. 18, 30, 12. Fabric. ad Dion. 41, 49. — *novandi res*, v. ad 1, 52, 1. — — *Dimallumque*, v. not. 6. — *ab Ætolorum, quo missi erant, auxilio*, ab itinere, quo ad auxilium Ætolis ferendum missi fuerant; Doer. Verba *Romani ab Ætolorum, quo missi erant* ab optimis MSS. ab-

sunt, et abesse possunt judice Gron., modo legeris *auxilia*, h. e. Romani inperatore Sulpicio in auxilium Ætolis missi; unde *irati*, voce ad sensum relata, ut passim similia. v. ad 1, 41, 1. 29, 31, 3. 38, 46, 3. ad Sil. 5, 495. et 10, 306. Sed durum sic est, omitti h. l. subjectum, *Ætolos*, quo verbum *fecissent* referendum. — — *adversus fœdus*, cf. 26, 24.

4. *et ad visendas res*, (v. ad 21, 6, 4.) *pacemque*, et ad pacem cet. Cf. Drak. Sed τὸ *et* abest ab optimis MSS. et recte forsan deletum est a Crev. et Doer.

5. *Phœnice urbs est Epiri* munitissima opulentissimaque, (v. Polyb. 2, 5. 2, 8. 16, 27. 32, 22. 24.) in Chaonia aut Thesprotia. Illud docet Ptolem., hoc Strabo 7, 7, 4. p. 324. nisi Buthrotum ibi pro Panormo inrepsisse recte monuit Cellar. — *Athamanum rex*, qui accensetur *magistratibus Epirotarum*, quod Athamania subjecta fuit inperio Epirotico; Doer.

6. *Dimallum, Bargulum et Eugenium* loca Illyrici Macedonici. *Dimallum* s. *Dimallus*, ἡ Δίμαλος et Διμάλη vel Διμάλλη, *Parthinorum* opp. aut iis certe vicinum ap. Polyb. 3, 18, 1. et 7, 9, 13. *Bargulum* forte id. qd. Βάργαλα in Hieroclis Synecdemo p. 621. et Constantini de Themat. l. 2. p. 87. — *Atintania*, v. ad 27, 30, 10. — *Macedoni accederet* ex emend. Gron. *Macedoniæ cederet* optimi MSS. Forte leg. *Macedoniæ accederet*.

CAP. 13.)—1. *Cornelio Etruria cum vetere exercitu* sc. duarum urbanarum legionum, quas M. Valerius Lævinus superiore anno Arretium duxerat, quum M. Livius, exercitu volonum in Galliam ducto, se ibi cum Sp. Lucretio conjunxisset; Duk. coll. 28, 46. 29. 5. Idem et Drak. mox conj. *et ut novas* cet. — *M. Marcio urbana evenit*, v. ad 2, 40, 9. — *quoad morari consuli e re publica visum esset*, v. ad 22, 39, 1. — *et M. Livio* — *prorogatum inperium est* in Gallia: (v. cap. 5. et 28, 10. 46.) sed ex c. 37. et 30, 1. probabile est, eum non ita multo post, provincia C. Scribonio tradita, Romam ad censuram petendam rediisse: et potuit ei provincia prorogari, quoad successor venisset; Duker.

2. *T. Quinctius Tarentum* — *sicut priore anno*, quod tamen Livius 28, 10. et 45 adnotare oblitus est, et nunc memorat, quasi suo loco tradidisset. Id frequenter ei, multitudine rerum, quæ exponendæ erant, quasi obruto, evenisse, observat Periz. anim. hist. c. 4. p. 168. 169. An leg. Q. *Claudius?* Certe non est T. Quintius Flaminius. v. 32, 7.

3. *in eam provinciam* Hispaniam *duos proconsules mitti* — *proconsules* cet. v. ad 28, 38, 4.

CAP. 14.)—1. *ne præscicerent Carthaginienses*, v. ad 27, 35, 4. *præscriberent*, *prescirent* et *rescirent* al.

2. *Duos soles visos* cet. v. ad 1, 31, 1. — — *interluxisse*, inter tenebras luxisse: quod indicat, non diu durasse lucem illam, sed mox rediisse noctis habitum consuetum, fulgore illo interruptum; Gron. qui recte damnat emendat. Lipsii: *et internoctu* (ut *interdiu*) *luxisse*, monetque, veteres quidem dixisse *noctu* et *nocte*, ut *diu* et *die*, non vero *internoctu*, (quod Lips. etiam Livio 32, 29. et Gellio 3, 2. obtrudit pro *inter noctem*) ut *interdius* et resecto uno elemento *interdiu* pro *interim* vel *interea dum diust* vel *dies est*, ut *nudiustertius* et *nudiusquartus* pro *nunc diust* vel *dies est tertius* et *quartus*. — *facem Setiæ* ex emend. Rhen. In optimis MSS. *steliæ*, *stelliæ* et *stellæ*. Posterius probandum putabat Jac. Gron. nec requirendum oppidi nomen. Cf. tamen 30, 2. 41; 16. 21. 43, 13. 45, 16. Jul. Obseq. c. 70. 71. 83. 105. His locis et nostro *faces* in cœlo forte sunt stellæ cadentes, de quarum trajectionibus, *διαφόραις*, v. Heyne ad Virg. Ge. 1, 365. et Æn. 2, 694. Cf. tamen *die Prodigien*, von Steger p. 34-44.

3. *novemdiale sacrum, quod de cœlo lapidatum esset, factum*, v. ad 1, 31, 3. et 27, 37, 1. — *qui vir optimus in civitate esset*, a quo dea hospitio exciperetur. Cf. c. 11.

4. *Verum certe victoriam ejus rei sibi quisque mallet*; in MS. Gud. *malle*, ut non sit judicium auctoris, sed expositio habitus animorum inter proceres; Gron. — *adolescentem nondum quæstorium*, nondum ea ætate, qua quæstura peti poterat; Duk. Cf. ad 25, 2, 4,

5. *proditum a proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus*, (cf. 25, 11 extr.) h. e. si proditum, traditum esset vel fuisset cet. v. ad 3, 47, 8. et 5, 2, 7. Non dubito, quin hæc sit sententia; sed *proditum* ita recte dici, non satis liquet ex iis, quæ Gron. hic adnotavit et ad 9, 18. ubi omnia ad tempus futurum, non, ut hic, ad præteritum, respiciunt; Duk.

6. *Matronæ primores civitatis* cet. a quibus navem quoque tractam fuisse alii tradunt, plurimi vero a *Claudia Quinta*, Appii Cæci nepte, quæ aliis, sed non nisi recentioribus et poëtis, (forte quia non raro pudicitia Vestalium suspecta fuit, vel alius *Claudiæ Vestalis* celebre nomen et facinus ex Cic. p. Cœl. 14. et Suet. Tib. 2. notum, errorem peperit; quod Duker. suspicatur) *virgo Vestalis* aut *virgo* certe dicitur, navemque vadis hærentem sola fune vel adeo crine aut zona s. cingulo traxisse divina ope adjuta, et ita *pudicitiam* probasse perhibetur. De varia hac fabulæ exornatione v. ad Sil. 17, 16. 33 sq. et auctores supra ad c. 10. n. 5. laudatos; et de agnominibus feminarum, ab ordine nascendi petitis, *Secunda*, *Tertia*, *Quarta*, *Quinta*,

ad Tac. Ann. 4, 64, 4. Sigon. de nom. Rom. c. 3. et emendat. 1, 17.

7. *Ex per manus, succedentes deinceps aliæ aliis, in ædem V. pertulere deam*, v. ad 1, 3, 7. 1, 21, 8. et 27, 37, 8.

8. *omni effusa civitate obviam* et *precantibus*, v. ad 1, 14, 7. 1, 41, 1. et 3, 47, 1. — — *thuribulis ante januas positis*, v. Casaub. ad Suet. Calig. 13. — *volens propitiaque*, v. ad 1, 16, 4. — *pertulere deam* cet. quod tamen Scipio fecisse dicitur 36, 36, 2.

9. *ludi fuere, Megalesia adpellata* (v. ad 2, 21, 1. 34, 54, 2. 36, 36, 3. ad Juvenal. 6, 69. et Tac. Ann. 3, 6, 9.) *pridie Idus Aprilis*, forte *Apriles*; Drak. Nostro loco non repugnat alius 34, 54. ubi v. not. 2. Sed hos ludos per sex dies, a pridie Nonas Aprilis ad V Idus fuisse, fasti veteres demonstrant; unde ludos postea rejectos fuisse in pridie Nonas, aut h. l. leg. esse *pridie Nonas Aprilis*, suspicabatur Manut. ad Cic. ad div. 2, 11. Hanc emendationem probant Pigh. in Ann. ad a. 549. p. 216. Neapolis ad Ovid. Fast. 4, 179 sq. et Casaub. ad Spart. Caracall. 7. Sed diem forte mutatum fuisse, quod in pridie Id. Apr. inciderint Cerealia, et omnes MSS. in vocem *Idus* conspirare, neque Livium dixisse *isque dies festus est*, sed *fuit*, monet Drak.

CAP. 15.)—1. *a quibusdam senatoribus subjectum est*, deinde dictum, additum, monitum, aliorum sententiis adjectum, ut 35, 14, 3. vel potius *subjicere* dicitur, ut *ὑποβάλλειν*, pro suggerere et subpeditare alicui consilia salubria, quorum non recordatur, horum illum commonefacere. Cf. ad 1, 59, 5.

2. *colonias Latinas duodecim* cet. v. 27, 9. 10. Cur autem *Latinæ* adpellantur? "In Latinarum certe coloniarum numero eas fuisse, aliunde non constat; *Latinas* vero dici posse, quia in Latio sitæ erant, valde dubitare licet;" Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 90.

3. *Sub hanc vocem*, v. ad 2, 55, 1.

4. *magistratus denosque principes*, ut mox *m. primoresque coloniarum*, ac *magistratus et decem primi* ap. Cic. Verr. 2, 67. Hi sunt decem seniores et principes senatores in coloniis, municipiis aliisque civitatibus liberis, qui magistratus proxime sequuntur; Ern. clav. Cic. Cf. Noris. ad Cenot. Pis. diss. 1. c. 3. et Græv. ad Cic. p. Rosc. Am. 9. — *Nepete, Sutrio, Ardea* cet. cf. 27, 9. et ibi not. 4.

5. *Stipendium præterea iis coloniis in* singula *millia æris asses singulos inperari*; cf. 22, 36; 3.›30, 17 extr. 37, 45. 39, 7. 44. Gron. "Stipendii seu tributi summa ceteris non respondet; esset in annum in centena: sed laborant verba;" Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 91. *tria millia* pro *in millia* multi MSS. et edd. ante Gron. unde Hotom. de re num. p. 88. conj. *tria millia æris: asses in singulos* (in capita) *inperari*. — *ex formula ab Romanis censoribus data*, v. ad 4, 8, 4. — *deferrique Romam ab juratis censoribus coloniarum*, et census habiti tabulas formulasque Romam mitti. Cf. ad c. 37. n. 5. — *enisuros*, omni opera se id effecturos.

6. *neminem iis senatum daturum*, v. ad 8, 5, 1.

CAP. 16.)—1. *Altera item* (al. *itidem*) *res, prope æque longo neglecta silentio*; immo longiori: nam de *pecuniis conlatis a privatis* jam agitur 26, 36. de coloniis 27, 9. Forte leg. *Altera item res proxime, eaque longiore neglecta silentio, relata — est.*

2. *in publica* (forsan *publice*) *obligata fide suam præcipuam curam esse*, eam a se potissimum curari, curam hujus rei a se suscipi. — *inopi ærario*, quum inops fuisset ærarium et exhaustum. *in inopia ærarii* quidam MSS. — *nec plebe ad tributum sufficiente*, v. ad 10, 18, 9. — *tribus pensionibus*, v. ad 30, 37, 2.

3. *Omnes deinde alias curas una occupavit*, quasi absorpsit, in earum locum successit. — *Locrensium clades* cet. v. cap. 8. 9. — — *ambitio*, v. ad 2, 27, 5.

4. *obsiti squalore ac sordibus*, v. ad 2, 54, 5. — *in comitio*, v. ad 1, 36, 6. — *velamenta supplicum* et *ramos oleæ, ut Græcis* cet. v. ad 2, 54, 6.

5. *Quærentibus consulibus*, sc. qui essent.

CAP. 17.)—1. *Senatu dato*, v. ad 8, 5, 1. — *Scio* ad judicium a vobis ferendum de querelis nostris plurimum valere, facere, *si probe sciatis* cet.

2. *In discrimine est nunc* cet. v. ad 6, 17, 1. — *principes terrarum* optimi MSS. ut in Præf. et 42, 39. *principes orbis t.* edd. ante Drak., ut 34, 58. — *nunc quum maxime patimur*, v. not. 6.

3. *habitum vestitumque* sæpe jungunt Livius (v. c. 28, 12, 27. 30, 33. 37, 54.) et alii ut Cic. Verr. 4, 3. et Suet. Oct. 40. Gron. Habitus est species forma externa, aut cura corporis. Cf. Burm. ad Suet. Cæs. 44.

4. *Pestis ac belua inmanis, quales* (al. *qualem*) *fretum* cet. intell. Scylla et Charybdis. — *Pleminios fecit*, cf. ad Sil. 1, 345. et Gron. de pec. vet. 3, 17.

5. *nos ad patiendum sufficiamus*, v. ad 10, 18, 9. — *nec vobis operæ est audire*, v. ad 1, 24, 10. — *Communiter omnia amplectar*, Frob. et alii edidere *complectar* prob. Doer.

6. *et quum maxime patimur*, quam maxime, vel potius ut quum maxime. Cf. Duker. et Drak. ad h. l. ad 27, 4 pr. et 40, 13. inpr. Ernesti clav. Cic. v. *cummaxime*. — *inportunissimi tyranni*, v. ad 5, 2, 5.

CAP. 18.)—1. *exsolvere temp. religione*, v. ad 5, 23, 8.

2. *inter alia fœda, quæ propter fidem nostram erga vos in civitatem nostram facinora edidit* Pyrrhus, propter iram in Locrenses, qui præsidium ejus cum præfecto, a quibus multas passi fuerant injurias, obtruncaverant. v. Appian. Samnit. Exc. 12, 1. 2. et Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 58. — — *thesauros quoque Proserpinæ spoliavit*, v. Appian. et Heyne ll. ll. — *ipse terra est profectus*: immo leg. *Tarentum* pro *terra*; Jac. Gron. coll. Dionys. Hal. in Exc. Peiresc. p. 542. Appian. Samn. Exc. 8. et Plut. in Pyrrho. p. 399. " Id refellere conatus est Jasith. in Apolog. p. 35. Cui tantum non adsentior; nihil enim codd. mutant; et, si Pyrrhus iisdem navibus, in quas pecuniam sacram inposuit, profectus esset, ut Gron. credidisse videtur, vacaret h. l. pron. *ipse*, quod nunc innuit, alio eum itinere profectum esse." Drak.

3. *temere nocte ingressus Argos*, nulla receptus ratione habita. v. 31, 7, 3. et Polyb. fragm. Gramm. 14. A muliere, cujus filium necaverat, interfectus est, tegula e tecto missa. v. Justin. 25, 5. et Plut. Pyrrh.

4. *per, vos, fidem vestram* (pro: *vos per fidem vestram* sc. precor s. obtestor; v. ad 23, 9, 1.) ex emend. Gron. recepit Drak. Sed omnes MSS. et edd. antt. exhibent *per vos fidemque vestram*, prob. Duk. et Doer. Mox omnes MSS. præter Victorinum *Patres conscripti prius quam eo* vel *cogo* vel *eo go* vel *pro*, vel *rei gesseritis*, omissis omnibus verbis mediis: unde Gron. conj. *quibus* (cum quibus, quorum opera) *per, vos, fidem vestram, P. C., ne quam rem gesseritis*, non male suspicans, primam syll. vocis *prius* ex repetitione ultimæ verbi præc. *conscripti* ortam. Ei non adsentitur Crev. et judicium suspendit Drak.

5. *milites contactos sacrilegio*, v. ad 2, 5, 3.

6. *Immo ibi præsens maxime fuit*, v. ad 1, 12, 6.

7. *recreatus deinde legatus*; del. vox ultima; Gron. Abest a c. Victor. sed simplicitatis et perspicuitatis gratia easdem voces passim repeti, monet Drak.

8. *cruciatos trucidando occidit*, non tortos solum, sed omni sævitiæ genere, quod pati corpus humanum potest, truncatis artubus discerptos tandem occidit; Gron. Cf. ad 21, 13, 5. Cic. Manil. 3. Horat. A. P. 185. Valer. Max. 9, 2, 2. Sen. Suas. 6. Vulgatam vero omnium fere MSS. et vett. edd. lectionem *trucidatos cruciando occidit* recte forsan probant Crev. et Doer. Cf. ad Sil. 9, 99. et Cort. ad Sall. Jug. 26. 3.

9. *gravi Crotoniensium bello*, v. Justin. 20, 2 sq. Strab. 6. p. 400. Cic. N. D. 2, 2. et inpr. Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 55. 56. 184 sq. — *extra urbem templum est*, ἐν τῇ πόλει Dionys. Hal. in Exc. Peiresc. p. 542. Hoc non potest conciliari cum Livio, nisi ἐν de loco propinquo, ut sæpe solet, dictum credamus: quod mihi non probabile videtur; Duker.

CAP. 19.)—1. *in ea potestate* i. e. legati.

2. *excedere e templo*, v. ad 1, 6. 6. — — *natum eum ad conrumpendum* cet. ut 39, 1 pr. Cf. ad 5, 37, 6.

3. *P. Scipionem, quod de provincia sua*, Sicilia, *decessisset*, ob spem ipsi factam, Locros recipiendi. v. cap. 6. — *de imperio ejus abrogando*, v. ad 22, 25, 10.

4. *Perrogari eo die sententiæ* cet. v. ad 32, 23, 1. — *non Romanus modo, sed ne militaris quidem cultus*, habitus, vestitus, ne milite quidem, nedum Romano dignus, *jactabatur*, v. ad 1, 40, 1. et 2, 12, 7.

5. *cum pallio crepidisque*, Græcorum more, non cum toga calceisque, *inambulare eum* (forte *inambulantem*) *in gymnasio*; v. ad Tac. Ann. 2, 59, 6. 7. Gron. Obss. 4, 25. Casaub. ad Annal. eccles. Baron. Exerc. 9, 2. — *libellis*, contemtim de Græcorum libris et doctrina, quæ etiam in castris a Scipione tractabatur; Ern. *Libellos* adcipio commentarios philosophicos, quales secum portare solitos philosophos in Luciano legimus, vel ad alia studia liberalia pertinentes: nam neutrum genus studiorum ea tempestate apud Romanos in magno honore erat; Duk. Eo etiam *pallium*, sc. philosophorum, spectare putabat Doer. — *cohortem totam* prætoriam, comitatum magistratuum provincialium, *Gefolge, Suite*. Cf. ad Tac. Ann. 1, 29, 3.

6. *qualis Sucrone* cet. v. 28, 24 sq.

CAP. 20.)—1. *partim mixta veris eaque*, ideoque, *similia veris*. — *Qui enim convenire*, quomodo consentaneum justumque esse, sc. dicebat.

2. *spe destinaverit*, quem eum fore speraverit, qui Hannibalem ex Italia detrahat; Doer. Cf. ad 28, 14, 2. — *detracturum*, quidam MSS. *retracturum*. Cf. Drak. — *pudor*, verecundia adversus legatum; *quod*, an *quo*?

3. *cui Sicilia provincia sorte evenisset*: forte leg. cum Put. Flor. Voss. et Lov. 1. 2. 3. *sorti venisset*; vel cum Ber. et Gærtn. *sorti evenisset*. v. ad 4, 37, 5. et 9, 12, 1.

4. *quos* (legendos esse) *iis videretur*, v. ad 1, 29, 4. — *Tribunis plebei* non licebat egredi mœnia Urbis, aut saltem extra eam pernoctare, nisi aliquo reip. causa proficisci juberentur. Cf. ad 3, 20, 9. Appian. B. C. 2, 31. et Gell. 13, 12.

5. *ut ad exercitum*, inperator, *Scipio maneret*.

6. *iis ædilis plebis datus*, (forte leg. *additus*, et del. τὸ *iis*, quod ab optimis MSS. abest; Gron.) *quem tribuni juberent prendere*

(s. prehendere, jure tribunitio, de quo v. Gell. 13, 12.) scil. Scipionem, *ao jure* — — *reducerent*. Scabra oratio, et, ni fallor, corrupta. *prendere* optimi plurimique MSS. *comprehendere* edd. ante Drak. — *consilium erat*, constitutum erat.

CAP. 21.)—1. *in exsilium Neapolim euntem*. "Cur Metellus non concedendum putaverit Pleminio, quod licebat civibus Romanis, ut exsilii causa solum vertendo pœnam subterfugerent, exponit Heraldus de rer. judicat. auctorit. 1, 13, 4. Neapolim inter urbes fuisse, in quibus exsulibus Romanis esse licebat, e Polyb. 6, 12. docet Sigon. de ant. jur. Ital. 2, 14." Duker.

2. *Si quis miles aut in urbe restitisset*, sc. qui, quod suum non esset, haberet; Doer. qui etiam distinct. majorem post *esset* tollendam monet. — *quod suum non esset:* nihil horum in optimis MSS. unde Gron. conj. *aut non suum extulisset*. — *quod sui*, ut ap. Cic. Off. 1, 31 et al. *quod muri, præsidii, supplementi* cet. Drak. — *cognosset*, v. ad 3, 10, 1. — *prehenderet*, sibi vindicaret. — *si quid non compareret*, v. ad 6, 1, 6.

3. *non levi defunctorum pœna*, v. ad 2, 35, 2.

4. *Si qui Pleminium* cet. v. ad 6, 32, 3. — *publice queri*, nomine civitatis. Cf. ad 2, 41, 13.

5. *parum injuriis civitatis suæ doluerit*, eas curaverit et ægre tulisse videatur.

CAP. 22.)—1. *sed hos* (propr. *illos* aut *illum*, terrestrem exercitum) *decurrentes*, v. ad 3, 72, 3. et 23, 35, 3.

2. *quo die illum omnes centuriæ priorem consulem dixissent:* "ex Cic. Pis. 1. p. lege Manil. 1. et fragm. orat. in toga cand. certum est, *priorem consulem* et *ædilem* esse, qui ex duobus priore loco declaratus ac renuntiatus sit; *primum prætorem*, qui e pluribus, quam duobus, primo loco; non prætorem urbanum: nam Cicero, qui se non uno loco primum prætorem factum gloriatur, non fuit prætor urbanus. Nec verum esse credo, quod Marcil. ad Suet. Vesp. 2. putat, *in primis* factos dici omnes inter primum et postremum." Duker.

3. *jam senescente invidia*, v. ad 1, 22, 3. — *deformitas Pleminii*, v. cap. 9. — *memoriaque* et favor *absentis Scipionis*, cujus fuerat legatus, et a quo noxa erat liberatus. — *favorem ad vulgum* c. v. ad 23, 4, 1.

4. *Mortuus tamen prius in vinculis est* cet. κατὰ φυλακὴν τελευτῆσαι dicit Diodor. Exc. Peiresc. p. 286. et *teterrimo genere morbi consumtus est* Val. Max. 1, 1, 21. ubi quidam codd. pro *morbi* habent *mortis*, quod tamen verbo *consumtus est* minus convenire, quam quæstioni Clodii Licinii, monet Duk. ad 34, 44. — *Clodius Licinius*, forte *Licinus* leg. cum Periz. Anim. hist. c. 8. p. 349.) historicus, (cf. ad 6, 42, 4. Cic. Leg. 1, 2. Voss. de hist. lat 1, 8. Wasse ad fragm. hist. post Sallust. p. 235. Anton. Augustin. ad fragm. vet. hist.) *refert*, Pleminium *ludis votivis, quos Romæ* Scipio *Africanus iterum consul faciebat* — *SCto*, cf. 34, 44. extr. ubi Livium eadem, tamquam oblitum eorum, quæ h. l. dixerit, absque auctore prodere, jam animadvertit Glar. Cf. Periz. anim. hist. c. 8. p. 348.

5. *delegatum in Tullianum*, ut 34, 44 extr. et Sallust. Cat. 59. de eadem re: *in inferiorem demissum carcerem*. v. ad 1, 33, 11. Verbo *delegatum* forte usus fuit Clodius; Duk.

CAP. 23.)—1. *tuendæ Africæ momentum*, v. ad 1, 47, 7.

2. *de quo ante dictum est* cet. v. 28, 17, 18.

3. *ut rex duceret filiam Hasdrubalis*, Sophonisbam s. Sophonibam. Cf. 30, 12. 15. Polyb. 14, 7. et Schweigh. ad Appian. Pun. 27. ubi docet, eam Græcis auctoribus constanter Σοφονίβαν dici. Eamdem inscio patre a Pœnis Syphaci, et antea a patre Masinissæ desponsam, eamque causam fuisse præcipuam, quare hic a Pœnis desciverit, refert Appian. Hisp. 37. et Pun. 10.

4. *Ad eam rem consummandam*, v. ad 28, 17, 2.

5. *et sunt* (v. ad 23, 44, 4.) *ante omnes barbaros Numidæ effusi in Venerem*, ut *in Romanos* 42, 30, 2. *in amorem* ap. Tac. Ann. 1, 54. et inf. 30, 12, 4. *est genus Numidarum in Venerem præceps*. Quæ omnia spectant ad nimium temerariumque adfectum, cui indulgetur, et, quod 42, 30 additur, ad *immodicum favorem*. Cf. ad 1, 14, 7.

6. *inter aliam gratulationem*, lætitiam, læta auspicia. — *eosdem amicos inimicosque habituros* sc. se, Hasdrubalem et Syphacem.

7. *Optare primum*, alii *hortari* p. Illud in hac re modestius; Crev. Sed et verba præc. *per quos eum moneat* favere huic lectioni, et seqq. ei non repugnare, putat Doer.

8. *proque parente* sc. conjugis suæ.

CAP. 24.)—1. *magno momento rerum* cet. v. ad 1, 47, 7.

2. *timorque in exercitum incederet;* edd. Drak. et antt. ante Gron. *in exercitum incideret*. Optimi MSS. *in exercitu incederet;* quod recepit Gron. Nos edidimus, quod linguæ usuique loquendi convenientius videbatur. Cf. ad 2, 27, 10. attamen et Cæs. B. civ. 2, 29. 3, 13. — *Masinissam prius ipsum ad Lælium venisse* cet. v. cap. 4. — *idem admirantem*, immo *item:* quod jam Doer. monuisse video. Mox *paratis jam omnibus instructisque* edidit Jac. Gron. pro vulg. *jam satis omnibus instructis adparatisque*.

In c. Cantabr. *ratis jam o.*, et vox *adparatisque* in nullo fere MS. legitur.

3. *naves onerariæ comprehensæ*, v. ad 26, 7, 4.

4. *qui superabant* (v. ad 8, 10, 1.) *ex Cannensi exercitu, milites — posse*, v. ad 23, 25, 5. — *neque ullos æque veteres milites in exercitu Rom. esse*: "in quo exercitu? nam multi tum erant exercitus Romani; nec de Scipionis exercitu intellegi potest, qui cur solus *exercitus Romanus* dici debeat, causa non est. Forte leg. *ullo*." Duker. Non dubitat Doer., quin Scipio omnem, cui nunc ipse præfuerit, exercitum intellexerit.

5. *singulos milites inspexit*, nos dicimus: *er musterte sie Mann für Mann*; Doer.

CAP. 25.)—1. *inter auctores discrepat*, v. ad 1, 3, 4.

2. *XVI millia peditum, MDC equites* multi MSS. et Appian. Pun. 13. *XV millia p. MD. e.* edd. ante Gron.

3. *ipse eam sibi curam sumsit* sc. Scipio: (cf. ad Juvenal. 1, 62. et 5, 30.) nisi pro *sibi* leg. *Scipio*. — *continuit* in officio, coërcuit. cf. ad 22, 22, 9.

4. *Scaphas circummisit* Scipio, *ut* cet. v. ad 8, 19, 10. — *magistri navium*, nauarchi, aut præfecti sociorum navalium; Crev.

5. *in totidem dies, quot* cet. forte leg. *in quot*.

6. *cum XX rostratis* navibus *se* — *ab dextro cornu, lævum* cornu, scil. *totidem rostratas* cet. Multi codd. *ab lævo*. Sed illa orationis varietas longe elegantior; Gron.

7. *Emporia ut peterent*, v. ad 21, 60, 1. — *quod plerumque in uberi agro evenit*, v. ad 9, 13, 2.

CAP. 26.)—1. *si magnitudine classis* hæc Scipionis *æstimaretur, et bini consules cum binis exercitibus ante trajecerant*, scil. a. V. 496. L. Manlius Vulso et M. Atilius Regulus cum classe CCCXXX navium longarum tectarumque, et CXL millibus militum; a. V. 497. M. Æmilius et Ser. Fulvius cum CCCLXIV vel adeo CDLXIV navibus. Cf. Polyb. 1, 25. 26. 36. 37. (ad quæ loca v. Schweigh.) Eutrop. 2, 22. Oros. 4, 9.

2. *præter XL longas naves, CCCC ferme onerariis exercitum transvexit*, cf. ad 21, 17, 5. In lib. Sigon. *L longas naves*, ut 30, 41. in plerisque MSS. et edd. ante Drak. ut et ap. Appian. Pun. 13. ἐς Λιβύην ἀνήγετο ἐπὶ νεῶν μακρῶν μὲν δύο καὶ πεντήκοντα, φορτίδων δὲ τετρακοσίων. κέλητές τε καὶ λέμβοι πολλοὶ συνείποντο αὐτῷ. Hinc id receptum a Gron. et Crev. Sed cf. cap. 25.

3. *ingentis ad incrementa gloriæ celebratus*, forte *elatus*; Doer. An *elevatus*? Vocem *celebratus* delendam putabat Drak. aut ita transponendam: *fortuna quadam celebratus, ingentis ad i. g. c. a.* — *converterat animos*, v. ad 22, 51, 3. — *simul et mens*, consilium, cogitatio *ipsa trajiciendi* cet. Verborum seqq. *tentata quod ad Hannibalem de* nulla litera in optimis MSS. sed tantum *duci trahendum ex Sicilia*; et deinde in Put. *vulgaverat*, in aliis *vulgatum erat*. Hinc Gron. conj. *simul et mens ipsa trajiciendi nulli ante eo bello duci, trahendus Hannibal ex Italia — vulgata erant*, ut significet Livius, nullum antea ducem edidisse ac præ se tulisse eam mentem; hic quod præ se tulerit, tanto conspectiorem suam profectionem reddidisse. Sed optimas Livii membranas in lib. 29. et 30. multis laborare lacunis, et h. l. et passim monuit Drak.

4. *sed* etiam *legationum omnium* (v. ad 1, 40, 1.) — *ad prosequendum S. officii causa*, v. ad 6, 34, 6.

CAP. 27.)—1. *Divi Diveque*; al. *dii deæque*: sed illud olet magis antiquitatem, cui in hac precatione studuit Livius; Sigon. — *maria terrasque qui colitis*, v. ad 31, 30, 4. Jovi Neptunoque sacra a Scipione facta tradit Appian. Pun. 13. Cf. ad Sil. 17, 50. 51. et sup. ad 26, 41, 8.

2. *meam sectam*, factionem, partes in bello, (cf. 35, 49. 36, 1. 42, 31.) h. l. id. qd. *imperium*. — *bene verruncent* Put. (quo et adludit *vertuntent* in Pal. uno et *verrunque* in Flor.) id. qd. vulg. *vertant*, ut ap. Cic. Div. 1, 22. et Acc. ac Pacuv. ap. Non. c. 2. n. 895. Nota Gron. est hæc: "*Verrunco* est ab ἐρύκω præposito *V*, ut in ἔαρ, ἦρ *ver*, ἑστία *Vesta*, ἑσπέρα vespera, εἴδω *video*, emollito digammate Æolico, interjectoque *n*, ut in θησαυρὸς *thensaurus*, σκαπτηστύλη *scaptensula*, γλυκὺς *lucuns*. Ἐρύκω interdum est contineo et cohibeo, ne id, quod continetur, mali quid faciat vel patiatur. Quæ vero continentur hoc modo et servantur, salva manent et bonos habent eventus. Itaque *se bene verruncant*: nam hoc pronomen intellegitur, perinde ut quum *vertere* οὐδετέρως ponitur. Ut ab ἐρύκω ἀπερύκω et a *verto averto*, sic a *verrunco averrunco* et ab hoc *Averruncus*, ut a *promo promus*, *condo condus*, *carpo carpus*."

3. *in civitatem C. exempla edendi* pœnarum, παραδείγματα; vel, ut 38, 43. *omnia exempla belli*, genera malorum, *edita in se, cædibus, incendiis* cet.

4. *Secundum eas preces* (v. ad 1, 4, 1.) *cruda exta victimæ*, (*cruda exta, cæsa victima* edd. ante Drak.) *uti mos est, in mare porricit*; vox propria sacrorum. Cf. de ea et de *more* illo Macrob. Sat. 3, 2. et Intpp. Virg. A. 5, 238, 776, *projecit* omnes MSS. et edd. vett. ante Ascens. prob. Rhen. propter auctoritatem librorum, et quia sequitur verbum præteriti temporis: quod tamen perpetuum non esse monuit Gron. *Cruda exta* sunt non cocta: nam in aliis sacris coquebantur in olla, quam *aulam extaream* vocat Plautus; Duk. Cf. ad 25, 16, 2. et Casaub. ad Suet. Aug. 1. — *tubaque sig-*

scendi, v. Schel. ad Polyb. c. *ita multo post T. Posthumius* um libri vett.
romontorium s. Hermæum, (hod. *Cap Bon* et *Ras Adder*) oriente Carthaginis in sep- ujus pars aliqua (forte in- omontorium Herculis, de Travels in Tab. ad p. 148.) *ήριον*, (v. Polyb. 3, 22. 23.) io non *Pulcrum* sed *Pulcri* dicitur; unde suspicari ab Appio Pulcro ductum ibi cum classe fuerat. Ita Acad. T. 3. p. 47 sq. qui ꞉o in litore loca esse adpul- lonea sub Aquilariam. v. t inf. ad 30, 24, 3. — *jam*, t 2, 19 al. — *dare vela* sc. *um infra navibus adcessum pete-* Carthaginem.
ente nebula, coëunte et con- unde mox *ventus idem coor- cta;* Gron. "Idem tribus : primo profecti fuerant ementi, et a meridie nebula enior factus fuit: secundo to discussa et vento vis ad- meridie rursus nebula ex- cidit: tertio, eodem modo ventus coortus est. *Nebula* ic dicitur, ut 10, 32, 3. *vix uce et eam ipsam premente cali-*" Duker. *vento* quidam MSS. on *cadit*, sed discutitur flatu

nia Africæ litora: eumdem per noctem tenuerant, ver- sinum, in cujus recessu ; Heyne l. l. — *Pulcri*

Ægimurum, v. ad 30, 24, 4.

-1. *Neque enim hominum modo puerorumque agminibus inmix- es* a *mulieribus, pueris* et *agres-* videntur. Sed puto, *homines s*, et *mulierum puerorumque* n dici, hac sententia: *num turba, mulierum* scil. *puero-* i. e. mixta, (ut 26, 36. et io, sed multis diversis itine- *omnes passim compleverat vias.*"

Carthaginis prope ut captæ tu- 1, 29 pr. *tumultus urbis* pro *in* quidam MSS. et edd. antt. ukeri nota est: "In utra- est, quod obfendere possit. *Carthagini* tertius casus est, endi genus *urbi tumultus est;* ad 28, 26, 1.) dicendum *capta*, vel suppl. *urbis*, hoc *gini tumultus fuit, prope ut cap-* rope qualis captæ urbis esse solet, ut 1, 29. Sed hoc quoque supplementum hic durum et insolens est. Quod si verius est *Carthaginis*, non adparet, cur Livius maluerit dicere *precipue* quam *precipuus*." — *annis prope quinquaginta*, immo annis LIII. Forte leg. *a. prope LX*, aut *annis plus quam L.* nam displicet etiam repetitum *prope*. Anni tamen passim haud adcurate numerantur.

3. *excensiones in agros*, v. ad 8, 17, 5. — *major tum fuga pavorque in urbe fuit:* in his verbis *fugam* adcipio trepidationem in tota urbe cum pavore discurrentium, non multo aliter ac *fuga* et *fugere* de celeri cursu et profectione dicuntur: neque enim, qui in urbe erant, quum hostem prope ad portas esse sibi persuaderent, ex ea fugere volebant; Duker.

4. *regia tum etiam adfinitate*, v. cap. 23.

5. *Postero die D equites* cet. mille eq. ap. Appian. Pun. 14.

CAP. 29.)—1. *Scipio non agros modo circa vastarit*, (v. ad 1, 4, 11.) *sed urbem etiam proximam Afrorum satis opulentam cepit*, "forte Aquilariam, aut Carpos, aut Misuam, quæ in eodem tractu fuere: non Locham, Uticæ vicinam, (v. Appian. Pun. 15.) quæ serius capta;" Heyne l. l. ubi etiam docet, Livium cap. 29-34. omisisse monere, Scipionem exercitum duxisse terrestri itinere per mediam terram, ita ut Carthaginem a terra circumiret, classe interea præter eamdem urbem vecta; Appianum autem Pun. 14 sq. multo minus subtiliter in his versatum esse.

2. *quem quidam cum CC equitibus, plerique cum MM* cet. cf. ad c. 33. n. 6. — *excedere*, digredi a justo rerum narrandarum ordine, digressionem facere. Ad seqq. cf. Appian. Pun. 11 sq. — *Militanti pro C. in H. pater ei moritur* bene dedit Gron. pro vulg. *militante eo pro C. in H. pater ejus m.* Sed potius del. *τὸ ei*, vel post *militanti* ponendum; Doer.

3. *Regnum ad fratrem regis Œsalcem pervenit:* plerique MSS et edd. *Desalcem:* sed Flor. Voss. a m. sec. et omnes Gall. *Œsalcem*, et idem nomen est *Isalces* 23, 18. pr. et Sil. 5, 289. Gron. — *mos ita apud Numidas est*, v. Grot. de jure belli et pacis 2, 7, 24.

4. *Mezetulus nomine; Μεσότυλος* ap. Appian. Pun. 33. — *non alienus* quidem a *sanguine regibus*, regum, sed *familiæ*, ex familia cet. Sic *aliena sanguine vestro* (non propinqua, cognata, e genere vestro) ap. Ovid. Met. 9, 326. Sic et simpl. *alienus* obponitur *propinquo* a Cic. Dom. 27. et Ovid. Met. 10, 340. Mox cum Duk. forte leg. *qui id tum obtinebant.*

5. *gens Massylorum omnis*, v. ad 24, 48, 1.

6. *spe Carthaginiensium societatis:* ex h. l. et cap. seq. patet, Carthaginienses Lacumacis et Mezetuli causam contra Masinissam egisse; Crev. Fortasse ob hanc ip-

2 E

[redacted]

sam causam a Pœnis ad Romanos descivit Masinissa; Doer.

CAP. 30.)—1. *Lacumaci regulo*, regis filio, aut regiæ stirpis. v. ad 1, 39, 2. *Dememaci* quidam MSS. Idem forte Λακάμας dicitur Appiano Pun. 41. — *ad Thapsum*, opp. marit. Byzacii, non longe a Syrti minore et Lepti parva, hod. Demsas. Sed situm erat ultra Carthaginem versus orientem, et Syphax Masæsylique versus occidentem habitabant. Hinc *Thebestam* conj. Doujat. et *Tubusuptum*; at Drak. *Thalam* vel *Capsam*. Mox forte leg. *eam Masinissa* pro *urbem M.* Cf. ad 1, 3, 8.

2. *et ex receptis*, ex iis, quos in eum exercitum receperat. — *regis* Capsuæ. — *peditum equitumve*, quidam MSS. *equitumque* prob. Doer. — *Vicit tamen*, h. e. quamvis neququam tantum peditum equitumve habebat, tamen vicit. Cf. ad 1, 12, 1.

3. *cum fratre patruele* Lacumace. — *missis qui et — et* (missis aliis) *qui Mezetulo* cet. Vel prius *et* vel alterum *qui* delendum videtur aut pro *qui et* legendum *et qui*.

CAP. 31.)—1. *nisi orientem illum ignem oppressissent*, Masinissam juvenem, qui viribus auctis perniciem ipsis minaretur, *ingenti mox incendio arsuros*, cf. ad 10, 24, 9. et 21, 10.

2. *vixdum coalescens foventis regnum*, regnum, firmari demum et corroborari incipiens, vix adhuc moderari et tueri valentis; Doer. Cf. ad 1, 11, 2. — *Si quis arceat*, Syphacem arcere conetur ab agro illo.

3. *cum mapalibus*, v. ad Sil. 2, 85. 14, 7. 17, 88 sq. — *ea pecunia illis est*, opes et loco pecuniæ. Cf. Ovid. Fast. 5, 279 sq. — *persequuti*, propr. *persequutæ* sc. familiæ. Cf. ad c. 12. n. 3. *prosequuti* quidam MSS. et ex his Doer. Cf. ad 45, 6, 4.

4. *infesta omnia circa esse*, (v. ad 1, 7, 7.) *maxime juris Carthaginiensium ager*: ita quidam libri prob. Gron.

5. *adeo libenter eludebant*, ludibrio quasi habebant homines. — *reliquias belli*, v. ad 4, 27, 1.

CAP. 32.)—1 *inæstimabile gaudium*, v. ad 31, 34, 2.

2. *ut jam debellato*, v. ad 1, 41, 10. — *ut aliquanto majoribus, quam pro rel. b.* v. ad 7, 33, 2. et 8, 30, 7. Mox *cum haud amplius peditibus mille d. e.* ex optimis plurimisque MSS. recepi pro vulg. *cum quingentis haud a. p. d. e.*

3. *In conspectu* Boccharis et ceterorum *erant fugientes* Masinissa et IV equites; *ala equitum* CC, *dispersa toto campo, quibusdam* persequentium equitum, *ut* diversa fuga petentibus *obcurrerent, per obliqua tendentibus*, (v. ad 4, 19, 1.) *quinque hostes sequebatur*, Masinissam et IVcomites: qui quum amnem directo nisu tranare cuperent, *amnis fugientes excepit, raptique gurgite*, violentia ejus abrepti, (cf. ad 2, 56, 1.) *et in obliquum prælati*, (al. *relati* et *perlati*, sed optimi MSS. *prælati*; v. ad 1, 45, 7.) *aliquantum præter litus dati*; Gron. Idem monet, admodum notabilem esse casum magni postea virtute ac fortuna regis, eoque accuratius Livium narrando illum exsequi.

4. *tota Africa repleta famâ mortis Masinissæ* poëtice aut docte dictum pro: fama mortis M., qua tota Africa fuit repleta. — *ubi primum ducta cicatrix*, obducta: sed proprie dicitur vulnus s. ulcus *cicatricem ducere* vel *inducere* et *ad cicatricem perducere*; Schæf. cf. Rhodii Lex. Scribon. p. 361. et Matthiæ Lex. Celsian. p. 76. — *patique posse vias jactationem*, v. ad 21, 48, 5.

CAP. 33.)—1. *aperto itinere*, v. ad 10, 14, 6. — *quo pervenisse* sc. ad hostes. — *leni clivo*, v. ad 2, 50, 9. — *quo multo æquiore* loco, commodiore, obportuniore. Cf. extrema verba cap. 32. et ad 22, 16, 1.

2. *qua intenderat*, v. ad 3, 70, 2. et 4, 19, 1. — *duæ turmæ hæsere*, se non expedivetunt e periculo; Ern. — *pertinacior*, quædam edd. *altera pertinacior*. Sed v. ad 3, 37, 6.

3. *in alia atque alia* loca, partes, *flectendo itinera* Verminam *eludens*, v. ad 27, 18, 7. *itinere* c. Cantabr. probb. Jac. Gron. et Crev. Cf. ad 1, 53, 3.

4. *Ipse cum LX equitibus*, alii LXXX, et LXX et X. Mox *egregie sæpe repetiti* (ut 21, 40. *egregie vincere*, h. e. fortissime) conj. Doer. cui cur dictio *conscientia egregia* valde displiceat, vix adsequor.

5. *inter Punica Emporia*, v. ad 21, 60, 1. Mox verba *Garamantum omne tempus usque* absunt ab optimis MSS. unde Gron. conj. *inter P. Emporia Syrtimque* vel *Leptimque ad C. Lælii — consenuit*. Cf. 34, 62. et ad 1, 22, 3. sed et ad 21, 60, 1. et 29, 26, 3. Quum gens Garamantum non vicina fuerit Emporiis Punicis, Masinissam non in uno loco delituisse, sed modo huc, modo illuc, se conferendo remotiora quoque loca adiisse, cogitandum est; Doer. Mox pro *consumsit* Gron. conj. *consenuit*, et Drak. *concessit*. Sed aptius dicitur *omne tempus consumsit*.

6. *cum modico potius* cet. cf. ad c. 29. n. 2.

CAP. 34.)—1. *ala equitum c. p. a.* cf. c. 29 pr.

2. *Ad Uticam tum castra* cet cf. ad c. 29. n. 1.

3. *per conquisitionem*, v. ad 21, 11, 10. — *nec aliarum gentium adspernatus* sc. equites. At v. ad 22, 13, 6.

4. *Salecam nomine urbem*, non aliis scriptoribus memoratam, quam vel Λόχαν vel Θολοῦντα Appiani Pun. 15. et 18. esse pu-

In Put. Flor. et Gall. *Saleca*, et c. *laca*; in plerisque MSS. *Salecam*, cepi pro vulg. *Saleram*, quod subd. Ven. a. 1495. errore forsan ope- In paucis codd. *Saleta, Saletam, Sale-ilegam*.

tiva sub tectis equitatus sc. agit! In- tionem malebat Gron. "*equitatus* ? Quid audio? itane equites æsti- tectis? Præclarum ducem et uni- uctorem disciplinæ, qui hoc in-"

leret paullatim e plurimis MSS. re- rak. ut Livius more suo variaverit em, et suppleatur *jussit ut*. Cf. ad 8. Simplicior lectio, a Doer. resti- st *cedere p.* scil. Masinissam jubet — *se in tempore* (ἐν καιρῷ) *pugnæ* um, v. ad 2, 47, 4. et 21, 61, 1. *ti erant* tumuli, v. ad 25, 15, 5. *nditi sine ordine*, v. ad 21, 57, 11. *imo incaute se evehentes M. excipiebat*, 4, 3. *Primos* emend. Jac. Periz. n omnes simul egressi. Eo tamen ectat vulgata lectio, eique favent, uuntur, *mox* et *postremo*. — *æquare- tamen* pares numero, non viribus. *de exorti equites*, v. ad 9, 31, 6. *er tria millia passuum*: quidam MSS. *m. p.*, et optimi *per XXX m. p.* Id edibilem persequendi modum ex- videri, nec verosimile esse, Masi- portis obequitantem sensimque ce- , eos ad XXX millia passuum ab bstraxisse, jam monuere Duk., ; Drak.

35.)—1. *Duos eodem nomine C.* Hannones. v. cap. 29 pr. et 34. — *s auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1. — *ne bis relata eadem res*, v. ad 3, 8, 2. us Pun. 14. 15. alterum Hanno- terum Magonem vocat, illumque a Masinissa permutatumque cum jus tradit.

em ad cetera exsequenda, v. ad 4, 31, *Simul et navales socii*, v. ad 9, 38, 1. 3, 2. — *ab imminente* cet. v. ad 8, *l imminentem — tumulum* alii. *entissima conquisitione* (v. ad 21, 11, *fecisset*, conlegisset, coëgisset, ut 10, 11. 38, 14. et ap. Cic. l. Manil. 21. , 64, 3.

hax cum L millibus peditum cet. cf. 14, 1. qui et Hasdrubali tot, quot milites dat.

tamen momenti fecit, id effecit. v. ad . et 1, 47, 7.

tra hiberna in promontorio cet. Cf. 14, 6, 7. ubi Schweigh. notat, cas- c Cornelia s. Corneliana postea cta, et promontorium ad Uticæ n fuisse, τὴν ἄκραν τὴν πρὸς ἕω οὖσαν κης, (cf. Cellar. G. A. 4, 4.) at di- a tumulo s. colle inf. 30, 4, 6. et ap. Polyb. 14, 2, 3. qui magis versus meridiem Uticæ situs fuisse videatur. Cf. Drak. ad h. l. et Morus ad Cæs. B. C. 2, 24.

7. *et navalia castra*, stationem navium, ut 30, 9. et ap. Cæs. B. G. 5, 22. *et navalia et castra* Pet. prob. Gron. *et navalium castra* edd. ante Drak. τὸν ναύσταθμον dixit Appian. Pun. 24. — *subductæ naves*, v. ad 8, 26, 1. — *navalesque socii*, v. ad 9, 38, 1. *latus* multi MSS. bis pro *litus*.

CAP. 36.)—1. *mille ducentæ togæ*, forte *m. ducenta saga*; Ern. Sed v. ad cap. 3. n. 2. — *tumultuario prœlio*, v. ad 1, 37, 4. — *agminibus magis, quam acie, pugnatum*, v. ad 10, 45, 6.

2. *tumultu verius quam pugna*, v. ad 21, 16, 5. — *ad mille et ducenti*, v. ad 4, 59, 4.

3. *duo duces, duo exercitus*, v. ad 10, 25, 9.

4. *Pœno recens victoria* (in) *animo esset*, ille hujus memor esset. Ita optimi MSS. Sed aptior est vulgata lectio *animos fecerat*: neque illud eodem sensu videtur adcipi posse. Idem sentiebat Drak. at Gron. illud elegantius esse putabat, et Doer. dictum credit pro: *animo* sumendo, ad animum sumendum.

5. *Fortunæ Primigeniæ*, Πρωτογενείας, *ædem*, in colle Quirinali postea dedicatam. v. 34, 53. et 43, 13. Antiquiorem in Capitolio exstruxerat Servius Tullius. v. Plut. de fort. Rom. c. 17. p. 322. et Quæst. Rom. 106. p. 281. ubi varias cognominis illius causas adtulit. *Primigenia*, quæ primum natis adesse credebatur; Crev.

6. *judiciorum terrore Etruriam continet*, v. ad 22, 22, 9. — *norandi res*, v. ad 1, 52, 1. — *ambitiose*, v. ad 2, 27, 5.

7. *primo præsentes erant condemnati*; forte leg. *sunt* pro *erant*; Gron. — *conscientia* (v. ad 4, 19, 6. et 10, 18, 6.) *sibimet ipsi exsilium consciscentes* cet. puto eos designari, quorum crimen, quod non palam cum Magone de defectione ab Romanis egerant, occultius erat, quam ut certis indiciis adcusari et condemnari possent; Duk.

8. *pignerandæ pœnæ præbebant bona*, tamquam pignus ad pœnam a se exsolvendam relictum; Doer. Cf. Drak. ad 6, 35, 2. et Budæus ad l. 34. D. de pigneribus.

CAP. 37.)—1. *senatum recitaverunt*, et *princeps iterum lectus Fabius*, v. ad 27, 11, 8. — *notati*, v. ad 24, 18, 5.

2. *Sarta tecta acriter exegerunt*, v. ad 6, 4, 4. — *e foro Boario ad Veneris*, v. ad 1, 33, 6. et 10, 23, 10. — *circa foros publicos*, v. ad 1, 35, 8. et Argol. ad Panvin. de ludis circ. 1, 5. "Cur *fori* in Circo max. (v. 1, 35. et 56.) *publici* h. l. et 45, 1. dicti fuerint, exponunt Salmas. ad Solin. p. 646. et Græv. in Proleg. T. IX. Thes. Ant. Rom. Quæ fuerit *via circa foros publicos*, quam hi censores faciendam locaverunt, non do-

[redacted]

cent. Fortassis fuit illa, de qua 45. 1. scribit, *quum per circum reveheretur* Consul *ad foros publicos.*" Duk. — *locaverunt* (v. ad 5, 23, 6.) *ædem Matris Magnæ in Palatio faciendam*, quam a Scipione Nasica ædificatam tradit Aurel. Victor de viris inl. c. 46. Cf. Ovid Fast. 4, 37. ibique Heins. et Burm.

3. *Vec*[illegible]*gal etiam novum* primumque (nam Ancus Marc[illegible]s *salinas instituit*, v. 1, 33. et Plin. 31, 7. non [illegible]*ctigal* salis inposuit civibus) *ex salaria annon*[illegible] *statuerunt*: quod quantum fuerit, nusqua[illegible] memoratur. Salinæ autem, ex quibus vectig[illegible]l salis cogebatur, erant publicæ, vel Romæ vel in provinciis, et mancipes salinarum fere ii, qui damnati in eas detrudebantur, ut alii in metalla. v. Burm. de vectig. pop. Rom. c. 6. p. 90. 91. *Annona salaria* proventus et pretium salis, quod quotannis vendebatur. Cf. 35, 44 extr. — *Sextante sal et Romæ et per totam Italiam* ante hoc vectigal inventum *erat* sc. venale, ut passim *esse* pro *venale esse* aut *valere*, ut 39, 44, 2. ap. Cic. Verr. 3, 75. Off. 3, 23. et Rosc. Com. 12. Cf. Gron. de pec. vet. 4, 1. p. 261. et de *sextante* ibid. 4, 12. *Sal* autem h. l. pro certa mensura salis dici, ut *frumentum* pro *modio frumenti* 31, 4. conl. c. 50. et ap. Cic. Verr. 3, 83 sq., jam monuit Duker. — *Romæ pretio eodem*, veteri, sextante, *pluris in foris et conciliabulis*, v. ad 25, 5, 3. — *quod iniquo judicio quondam damnatus esset*, v. ad 22, 35, 3. — *et in pretio salis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat*, (quas fuisse omnes præter Mæciam, mox memoratur) *credebant*, verba difficilia, quæ nobis non magis lucent, quam Dukero, qui hæc notavit: " Facile intellegi potest, pretium salis, novo inposito vectigali, non idem, quod ante, esse potuisse. Sed quomodo fieri potuerit, ut aliæ tribus magis, aliæ minus, in eo oneratæ fuerint, ex his, quæ hic scribuntur, non perspicio, et ab iis, qui plus vident, discere cupio. Nam ex omnibus tribubus alii cives Romæ habitabant, alii per fora et conciliabula aliaque Italiæ loca sparsi erant; et, si sal *veteri pretio* Romæ præbitus fuit, qui ex XXXIV tribubus in Urbe degebant, in eo non magis onerati fuerunt, quam qui ex Mæcia; nec, qui ex Mæcia extra urbem in foris et conciliabulis aliisque Italiæ locis, minus quam illi." Adnotatio Doer. est: " *maxime oneratas tribus* sc. omnes præter Mæciam. Itaque omnes cives Romani, ne Mæcia quidem, ut videtur, tribu excepta, novi vectigalis onus senserunt. Difficultates, quas Dukerus sibi peperit, exortæ sunt inde, quod verba *pretio eodem* (h. e. pretio, quod semel per novum vectigal constitutum esset, uno eodemque s. æquali) pro vetere pretio, sextante, accepit." Non satis capio mentem viri docti.

4. *Lustrum conditum* (v. ad 1, 44, 3.) *serius, quia per provincias dimiserunt censores*, ut cet. v. ad 8, 19, 10. Nota Dukeri est: " Censuram post legem Mam. Æmilii annuam et semestrem fuisse, nemo nescit. *Lustrum conditum* a censoribus altero anno, quam erant creati, peractis omnibus, quæ muneris censorum erant, itidem constat ex 27, 11. 36. 34, 44. 35, 9. 37, 58. 38, 36. 41, 27. 42, 10. Quid ergo est, quod his censoribus *lustrum serius conditum* scribit Livius? An hoc significat, eos ultra tempus lege finitum censuram gessisse? Ita sane videtur ob causam, quam dicit: nam XVIII mensium vel pauciorum, si non statim inito magistratu *per provincias dimiserunt*, spatium angustius fuisse videtur, quam ut eo *numerus civium, qui in exercitibus erat*, iniri ac *referri* potuerit. Nam et hoc extraordinarium fuisse argumento est, quod numquam ante hoc tempus id factum prodit Livius, quodque superioribus lustris longe fuit minor civium censorum numerus. v. 27, 36. et 35, 9. Nec tamen ita censores hi aliter, quam ex auctoritate publica, ultra legitimum tempus in magistratu esse potuerunt. Quod etsi non tradit Livius, tamen et res ipsa docet, et ex 45, 15. conlegi potest. Pighius ad a. 635. et 684. eos hoc a senatu petiisse scribit. Hoc non dicit Livius, et non sine ratione dubitari potest, an ea potestas senatus fuerit. Potuerunt tamen hoc a senatu petere, sed ita, ut senatus cum tribunis ageret, ut de ea re ad populum ferrent." Forte, ut in prorogatione inperii solebat, ea de re ex SCto ad populum in comitiis agendum fuit, ct 45, 15. *Tremellius trib. pl. intercessit*, ne SCtum fieret; Drak. — *Censa cum iis CCXIV millia h.*, cf. ad 35, 9, 1.

5. *Duodecim deinde coloniarum*, quæ auxilia negaverant. v. 27, 9. et 29, 15. — *deferentibus ipsarum coloniarum censoribus*, v. ad cap. 15. n. 5. " De censoribus coloniarum et municipiorum agunt Sigon. de ant. jure Ital. 2, 4. et 8. et Spanhem. de pr. et usu num. diss. 10. c. 2. §. 2. 3. et in Orbe Rom. 1, 9. Lipsius de mil. Rom. 1. ex h. l. scribit *ipsos Romanos censores tandem censum in coloniis egisse*. Id neque hic, neque c. 15. dicit Livius." Duk.

6. *et ambo forte censores equum publicum habebant*: nota Dukeri est : " Equites Romanos magistratu capto equites esse desiisse, eosdemque a censoribus in senatum lectos *equum publicum* amisisse, contra Manut. de civ. Rom. p. 3. T. 1. Thes. Ant. Rom. disputant Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 3. et Grævius in Proleg. illius tomi. Nec juvari Manutium hoc loco Livii putant, eo quod facile evenire potuerit, ut hi censores *propter robur ætatis*, ut de iis loquitur Val. Max. 2, 7, 6. equum publicum retinuerint, et tamen senatores fuerint; aut utrique non lectione censorum, sed jure magistratus in senatum venerint.

il est, unde probari possit, vel hos, ionem Asiaticum, qui, quum a. V. nsul fuisset, a. V. 569. equum publ. t, (v. 39, 44.) jure magistratus, tione censorum, in senatum ve- r. ad 27, 34. Nec ulla ratio dici cur equites, qui a censoribus in n lecti erant, eo ipso equum publ. int; qui ab iis non lecti jure magi- in senatum venerant, eum retinere nt. Locus Varronis ap. Gell. 3, 18. riis senatoribus nihil ad hanc rem lerius esse puto, quod Gruchius (de om. 1, 4. in Thes. Græv. T. 1. p. :it, *nec vetabat quemquam senatorem esse, tamen centuriis* (equitum) numerari, *i causa institutæ fuerant*; et, quam- nihil definio, tamen conjicio, equi- e a censoribus in senatum lecti t, sive jure magistratus in eum ve- , equum publ. vel retinere, si per etatis, ut hi censores, militare pos- el reddere, quod Pompejum in pri- isulatu fecisse Plut. scribit, potuisse. l sententia non alio fundamento niti quam ordinem equestrem jam illo e in civitate Rom. medium inter rium ac plebem, et ab utroque di- m fuisse. Sed ante C. Gracchi et n post illum leges judiciarias duo i ordines civium, *senatus* et *populus*, et *plebs*, nominantur." Cf. ad 30, — *equum vendere jussit*, v. ad 24,

uum ad tribum Polliam ventum est cet. ut. de civ. Rom. p. 33. et alii VV. rgumento h. l. putant, *cives Romanos letas XXXV tribus non in centuriis, sed uemque tribu censos fuisse.* Sed Livius rbis non de censu civium, de quo erat, verum post eum, ut solet, (cf. . 34, 44. 38, 28. 39, 44. 41, 27. 45, e recognitione centuriarum eques- agit. (v. ad 9, 46, 20.) Nam quod *itum censum agere*, id 37, 28 *equitatum* , et 39, 44 *equitatum recognoscere* Itaque Manutii sententiæ, etiamsi eram esse ponamus, in h. l. non n præsidii est, quum neque de cen- um sermo sit, neque in eo idem, in recognitione equitum, factum necessario sequatur." Duker. *i tribum Arniensem*, v. ad 6, 5, 7. *d falsum adversus se testimonium dixisset*, 2, 35, 3. Mox *Neque fœdum certamen* MSS. unde Gron. bene conj. *Æque certamen* — *factum est exitu censuræ. in leges* cet. *xitu censuræ quum in leges jurasset C. us*: nam magistratum et inituri et uri *jurabant in leges*, et illi quidem, il contra leges facturos esse, hi vero, se nihil contra leges fecisse; et censores præterea, se nec gratia nec odio quidquam acturos esse et egisse, sed sincero animo et quæ e re publica essent. Cf. 31, 50. (*C. Valerius Flaccus, quem ædilem curulem crearant, quia Flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat: magistratum autem plus quinque dies, nisi qui jurasset in leges, non licebat gerere. Petente Flacco, ut legibus solveretur — datus qui juraret pro fratre L. Valerius Flaccus prætor — plebesque scivit, ut perinde esset, ac si ipse ædilis jurasset.*) Zonar. Ann. 7, 9. et intpp. Plin. Pan. 64. 65. — *in ærarium escendisset*, v. ad 2, 7, 7.

10. *quos ærarios relinquebat*, v. ad 4, 24, 5. Proprie censor magistratu abiturus relinquebat in ærario indicem seu album, in quo nomina ærariorum consignata erant. — *quatuor et triginta tribus*, omnes præter Mæciam; v. ad 23, 12, 9.

11. *castigatio inconstantiæ populi* cet. quæ verba duplicem admittunt interpretationem: vel *castigatio censoria inconstantiæ populi* fuit et *digna temporum illorum gravitate*: vel castigatio inc. pop. fuit digna qua censoria, qua temporum illorum gravitate; Gron. — *crescendi ex his*, v. ad 23, 48, 8.

12. *obnoxia populari auræ*, v. ad 3, 33, 2. 3, 39, 1.

CAP. 38.)—1. *Clampetia* et *Consentia* ad Romanos serius defecere. v. 30, 19. Sed prudens lector intellegit facile, his coss. inceptæ rei nescio quid inpedimenti intervenisse, ut alii quidem non valde volentes aliqua necessitate adacti deditionem suam ad consulem priorem miserint, alii majore studio denudare cœperint animos, res vero tota non nisi proximo anno perfecta ac rata fuerit; Gron. *Clampetia* Bruttiorum eadem, quæ Λαμπέτεια dicitur Steph. et Polyb. 13, 10, 2. ubi v. Schweigh. De *Consentia* etiam 25, 1. et 28, 11. varie scribit: et *vi* mutari vix potest, quia *voluntati* obponitur; Duk.

2. *C. Servilium Geminum*, ut 31, 4. *Cn.* omnes MSS et edd. ante Drak. Gemini non modo patricii fuere, sed etiam plebeji. Cf. Pigh. Ann. ad a. DL. et inpr. Periz. anim. hist. c. 2. p. 46. Mox *Cn. Cornelius Lentulus* h. l. et 30, 1. et 36. ex emend. Sigon. et Pigh. reposuere Gron. et Crev. Sed. v. Duk. ad 30, 36 pr.

3. *auguris et decemviri*, v. ad 27, 6, 8. — — *augur Ti. S. Gracchus admodum adolescens, quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat*, v. Noris. Cen. Pis. 2, 5 extr. Spanhem. de pr. et usu num. diss. 12. c. 4. § 5 Lips. ad Sen. Consol. ad Marciam 24.

4. *ludi Rom. biduum instaurati* cet. v. ad 2, 36, 1. — *Idem per biduum* cet., immo *item*; Sigon. et Doer.

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXX.

CAP. 1.)—1. *inter se compararent sortirenturve*, v. ad 3, 2, 1.

2. *bello quoque bonus habitus ad*, super, præter *cetera* illa, quæ viro principi necessaria sunt, præter ceteras laudes et ornamenta; Crev. et Drak. Sed ita Livius ad *congestis* adjecisset *in eo:* junge potius *congestis* (cumulate additis) *omnibus humanis a natura fortunaque bonis ad cetera* bona, h. e. virtutes; Doer. Quæ vero sunt *cetera* bona præter illa? — *seu in senatu* et *ad populum*, elegans asyndeton; Crev. — *consulatus* eum *compotem fecerat bellicæ laudis*, ejus consequendæ facultatem et occasionem ei dederat.

3. *provinciæ in sortem conjectæ*, v. ad 3, 2, 1. — *Juris dictionem urbanam* et peregrinam *Pætus*, v. ad 25, 41, 8.

4. *Sardiniam P. Lentulus*, v. ad 29, 38, 2. — *Ariminum*, v. ad 24, 44, 2. — *sub Lucretio*, v. ad 3, 1, 1.

CAP. 2.)—1. *In Siciliam* (male *in Sicilia* vulgo legitur) *tria millia militum sunt scripta, quia, quod roboris — fuerat; et, ne qua classis ex Africa* (in Siciliam) *trajiceret* cet. non male conj. Gron.

2. *Cn. Octavio, prætori item prioris anni.* Livium sui oblitum esse, ex 28, 38. et 29, 13. conlegit Periz. anim. hist. c. 8. p. 342. Cf. ad 30, 24, 2. — *quo missuri classem C. forent*, v. ad 6, 42, 7.

3. *incerta belli*, ut *i. casuum* c. 30. v. ad 4, 27, 1.

4. *Hispaniæ cum exercitibus — decretæ*, v. ad 28, 38, 4.

5. *centum sexaginta navibus longis*, v. ad 21, 17, 5. M. Pomponius adceperat XL naves, Cn. Octavius totidem, M. Marcius parem numerum, et Scipio XL. Cf. 29, 25. 26. 30, 41. 42. et Drak. — *res Romana eo anno gesta*, v. ad 2, 64, 3.

6. *ludos magnos, quos T. Manlius Torquatus* cet. v. ad 27, 33, 4. — *novas religiones* (v. ad 2, 5, 4.) *excitabant prodigia* cet. de quibus v. ad 1, 31, 1.

7. *fax ingens arsit*, v. ad 29, 14, 2. — *caput jocinoris defuit*, v. ad 8, 9, 1.

8. *editi a conlegio pont. dii*, v. ad 1, 18, 2

CAP. 3.)—1. *ibi summam rerum belliquo verti*, v. ad 3, 5, 6. et 3, 27, 6.

2. *Carthag. deduxerant naves*, v. ad 8, 26, 1.

3. *curam ex animo miserat*, ut ap. Virg. A. 6, 85. Similiter *mittere* (h. e. omittere) *ambages* 6, 16 pr. 34, 59. et *odium* 40, 46. *dimiserat* reposuit Rhen. et *amiserat* conj. Perizon. — *satias* (v. ad 25, 23, 9.) *amoris in uxore* (pro *uxorem*, quod et quidam libri habent; cf. ad 2, 14, 2. 6, 22, 1. et Drak. ad h. l.) *ex multa copia cepisset* eum. Cf. Polyb. 14, 1. οὐ γὰρ ἀπεγίνωσκε, καὶ τῆς παιδίσκης αὐτὸν ἤδη κόρον ἔχειν, δι' ἣν εἵλετο τὰ Καρχηδονίων, καὶ καθόλου τῆς πρὸς τοὺς Φοίνικας φιλίας διά τε τὴν φυσικὴν τῶν Νομάδων ἀψικορίαν, καὶ διὰ τὴν πρός τε τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀθεσίαν. — *quam*, si porro, diutius *bellaretur* cum Pœnis, aut bellum ei inferretur, *desciturum* eum a Pœnis.

4. *ita pars major auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 14, 1. et de Syphacis consilio Appian. Pun. 17. — *agitantibus rem conventuram* eam. Sed forte leg. *conventurum* cum Duk. — *Hibernacula Carthag.* — *habitabant*, v. Polyb. l. l. Sil. 17, 88 sq. et Schel. ad Hygin. p. 1110. — *temere*, v. ad 2, 46, 3. — *materia*, v. ad 6, 2, 6.

5. *Numidæ præcipue, pars maxima*, h. e. Numidarum plurimi (cf. 6, 24 et al.) in hibernaculis *arundine textis — quidam, ut sine imperio o. l.* v. ad 8, 30, 7. — *habitabant*, in castris degebant, ut c. 4. n. 2. *habere*; unde *tecta* cap. 6. n. 3. tabernacula vel casæ in castris; Doer.

CAP. 4.)—1 *primos ordines*, ut 44, 33. et 36, sex primorum ordinum ductores s. centuriones, duos primipilos, duos primos principes, duos primos hastatos; Gron. Cf. ad 2, 45, 14. Lips. Mil. Rom. 2, 8. et Morus ad Cæs. B. G. 5, 30. Rem turbat Veget. 2, 7. 8. Ὁ Πόπλιος ἀεί τινας μὲν τῶν πραγματικῶν, οὓς δὲ καὶ στρατιωτικῶν, ῥυπῶντας cet. Polyb. 14, 1, 13.

2. *qua Pœni, qua* (v. ad 3, 70, 2.) *Numidæ haberent* sc. tentoria, vel sc, h.e. essent,

[redacted]

vel potius habitarent: (v. ad c. 3. n. 5. Schmieder ad Plaut. Trin. 1, 2, 156. et Schelleri lex.) nisi leg. *haberentur*, i. e. essent, (ut sæpissime ap. Tacitum; v. ad Tac. Ann. 2, 58, 2.) vel ex aliis libris *quas Pœni, quas N. h.* vel cum viris doctis *tenderent*, aut *habitarent*.

3. *veritos se reverti ad imperatorem* cet. quo Scipio et otium præbebat officio, quod additum legatis erat, castra contemplandi, et speciem cupidi pacis præbebat; Gron. Idem et plura docet Polyb. 14, 2. — *ipsi staret sententia*, v. ad 4, 13, 6.

4. *quæ in rem erant*, v. ad 1, 27, 5. — — *iniquis* conditionibus *per occasionem adjectis*, ob pacis, quam Scipio præ se ferebat, cupiditatem; Doer.

5. *relaturum se ad consilium*, v. ad 8, 6, 6. et 26, 2, 3. — *se* (Scipione) *uno frustra tendente*, sc. ut pax conponeretur. Cf. ad 4, 7, 6. — *nulli alii* sc. legatorum aliorumque, qui in *consilio* adfuissent. — *libera fide*, ea liberatus, solutus. Cf. Polyb. 14, 2 extr.

6. *deductisque navibus* (v. ad 8, 26, 1.) cet. Cf. Polyb. 14, 2 pr. — *ad tumulum super Uticam mittit*, v. ad 29, 35, 6. et 31, 47, 3. τὸν ὑπὲρ τὴν πόλιν κείμενον λόφον. Polyb. 14, 2.

CAP. 5.)—1. *advocato consilio*, v. ad 8, 6, 6. — *edicere*, exponere, palam facere, dicere. Cf. ad 21, 63, 1. Gron. et Drak. ad h. l. Cort. ad Sall. B. C. 48. et Ern. clav. Cic.

2. *Tribunis edicit, ut ubi prætorio dimisso* (v. ad 21, 54, 3.) *signa concinuissent*, (v. ad 7, 40, 4.) *extemplo* cet. conf. ad Tac. Ann. 15, 30, 3. Polyb. 14, 3. Lips. Mil. Rom. 5, 2. Schel. ad Polyb. c. 2.

3. *efferri sunt cœpta* signa, v. ad 25, 41, 2.

4. *Ad primam ferme vigiliam* (v. ad 7, 35, 2.) ἄρτι ληγούσης τῆς πρώτης φυλακῆς, *media nocte*, περὶ τὴν τρίτην φυλακὴν λήγουσαν — *septem enim millia* (v. ad 9, 24, 2.) *itineris erant*, περὶ ἑξήκοντα σταδίους, Polyb. 14, 4. qui et conf. ad seqq. Tertia vigilia signum tuba datum dicit Appian. Pun. 21. — *modico gradu*, v. ad 8, 8, 6.

5. *proximis casis*, mapalibus, tentoriis Numidarum. Cf. ad 25, 39, 2. 29, 31, 3. et Sil. 17, 88. *proximis casis*, ut *proxima tecta* (tentoria Pœnorum) cap. 6. n. 3. Sed Gron. jam recte, opinor, monuit, esse leg. *primis casis*, tum ob seq. *proxima quæque*, tum ob verba Polyb. 14, 4. εἰς τὰς πρώτας σκηνάς. — *deinceps continua*, v. ad 1, 21, 8. et 4, 22, 4. — *quanta necesse erat*, forte *quantam*; Gron.

6. *notitia regiorum castrorum*, ob eam. Mox nullus meliorum MSS. adnoscit τὸ *Multos*, non inprob. Gron. ut sensus sit: qui in *cubilibus* marcebant, eos, ut erant *semisomni*, *hausit flamma*. Vulgatæ tamen lect. favet Polyb. 14, 4 extr. ad verbum expressus fere ubivis.

CAP. 6.)—1. *Relucentem flammam* in castris regiis s. Numidarum *vigiles Carthag.* in vicinis castris Hasdrubalis cet. cf. Polyb. 14, 5. — *confusus*, incertus, h. e. qui an ex *trepidatione*, quæ nocturnum incendium comitari solet, ortus *esset*, incertum erat; Crev. *cum trepid. noct. confusus* conj. Gron. Sed omnino cum Rhen. leg. *confusis*, hoc sensu: clamor — sublatus ceteris militibus, an ille ex trepid. noct. oriretur, incertis et ambigentibus *sensum veri adimebat*, ut *confusus atque incertus animi* 1, 7. et inf. cap. 15 pr. *confusus*, fluctuans et dubitans, quid faciat; Doer. Clamoris hujus nullam mentionem facit Polyb.; at Appian. Pun. 21. βοῇ δὲ τότε παμμιγεῖ καὶ σάλπιγξιν ἀθρόαις καὶ βυκανήμασιν ἐς κατάπληξιν χρώμενοι sc. Ῥωμαῖοι.

2. *pro se quisque inermes, ut quibus* cet. v. ad 1, 59, 3. et 8, 30, 7. — *quæ restinguendo igni forent*, v. ad 3, 35, 1. — *in agmen Romanum*, quod Scipio ipse castris admoverat Punicis s. Hasdrubalis, quæ sibi incendenda sumserat, quam primum ignem in regiis conspexisset castris. Hunc rerum ordinem invertit Appian. Pun. 21. 22.

3. *præterquam* quod ex *hostili odio* fieri solet, præter odium h., *etiam ne* cet., tum odio, tum eam ob causam ne cet. Cf. simill. loc. 10, 20. et ad 5, 14, 5. 22, 3, 8. — *in proxima tecta*, v. ad cap. 3. n. 5. et ad cap. 5. n. 5.

4. *dein per continua serpens*, v. ad 4, 22, 4. Paulo ante *sparso* (scil. *incendio*) optimi MSS. prob. Gron.

5. *duo millia peditum et D equites*, ut ap. Polyb. 14, 6. Equites D cum Hasdrubale effugisse tradit Appian. Pun. 24.

6. *Cæsa aut hausta flammis XL millia h.* cet. Polybius numerum non addit, et Appian. Pun. 23. alium. Dukeri nota est: "Si his addas 2500, quos effugisse dicit, sunt in universum 47500. Sed 29, 35. Hasdrubalem 30000 ped. 3000 equit., et Syphacem 50000 ped. 10000 eq. habuisse scribit, quæ sunt 93000. Et sic Polyb. 14, 1. Si jam perierunt 40000 et supra 5000 capti sunt, effugit paullo plus dimidia parte ex 93000. Polybius 14, 6. alio Hasdrubalem, alio Syphacem fugisse, et Hasdrubalem equites ad 500, pedites circiter 2000 secum habuisse. Hi ergo sunt, quos effugisse dicit Livius. Sed tamen, quum *ambos duces et ex tot millibus armatorum duo millia peditum et 500 equites* effugisse scribit, ita loquitur, ut lector facile putare possit, hos solos ex 93000 effugisse."

CAP. 7.)—1. *Afrorum urbem proximam*, Andam teste Appiano Pun. 24. qui solus urbis nomen memoravit. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 14, 6.

[redacted]

2. *octo millium* passuum *inde spatio, loco communito*, Abba. Cf. not. 6. et Polyb. 14, 6, 12.

3. *sufetes, consulare imperium*, v. ad 28, 37, 3. — *Ibi e tribus* (*una de pace — vicit:* hæc edidit Drak. ex emend. Gron. pro vulg. *Ibi tribus dictis sententiis, una de pace* cet. Optimi MSS. non habent τὰ *dictis sententiis*, et scitam hanc brevitatem sermonis firmavit multis exemplis Gron. ad h. l., ad Stat. Theb. 1, 112. et Obss. 4, 4. *e tribus* sc. sententiis, quod e seqq. intell., ut passim alia. v. ad 21, 43, 4.

4. *tertia Romanæ in a. r. constantiæ erat*, v. ad 3, 62, 5. Mox verbum *censebat* del. forte; Crev. et Drak.

5. *Hasdrubal præsens omnesque Barcinæ factionis*, v. ad 21, 2, 5. De Hasdrubale longe alia tradit Appian. Pun. 24. 29. 30. 36. 38.

6. *urbem nomine Abbam* e Polyb. 14, 6. 7. *Obbam* MSS. *Olbam* edd. vett. Vox *nomine* inportune ab aliquo videtur intrusa: nam *Abba* nota erat Syphaci, nec probabile est, legatos apud illum de ea, tamquam de illi ignota, loquutos esse; Duk. — *conquisitoribus*, v. ad 21, 11, 10.

CAP. 8.)—1. *Primo in tumulo — in Magnos campos* cet. cf. Polyb. 14, 7. 8. et intpp. Cic. de or. 3, 42. — *Romanus principes post hastatorum prima signa, in subsidiis* cet. cf. ad 8, 8. et 2, 20, 2. *post principes hast.* perperam omnes et MSS. et edd. ante Sigon. Cf. Lips. de mil. Rom. 4, 1.

2. *Syphax Hasdrubalque Numidicis* sc. equitibus; ita MSS. at *Numidis* edd. ante Gron. qui etiam mox ex optimis codd. malebat *Celtiberos, mediam aciem*, et pro *in adversa* conj. *adversa* vel *adversam* vel *adversos:* quorum tamen nihil satis aptum est. Forte leg. *Celtiberos in mediam aciem adversus signa legionum* (Rom.) *adcepere*. Eumdem vulgatæ lect. sensum eumque planum esse, non mihi persuasit Doer.

CAP. 9.)—1. *expeditisque militum*, v. ad 22, 30, 2.

2. *urbes circa, quæ omnes C. ditionis erant, — subegit*, v. ad 1, 4, 11. 3, 62, 5. 21, 30, 5. Cf. Polyb. 14, 9. — *Carthagini*, v. ad 28, 26, 1. — *circumferentem arma*, v. ad 9, 41, 3.

3. *quæ diutinæ obsidioni tolerandæ sunt*, v. ad 3, 35, 1. — *ex agris convehit* omnes MSS. et edd. ante Frob. qui reposuit *convehebat:* et videtur illud festinationem trepidantium magis exprimere, quam lentum hoc verbum; Gron.

4. *forsitan etiam navalia castra*, stationem navium, v. ad 29, 35, 7. Distingui tamen ea h. l. videntur, et forte leg. *vetera castra*, ut mox dicuntur, vel *hiemalia castra*, ut sint ea, de quibus v. ad 29, 35, 6.

5. *classi ut felicissime gerantur res*, v. ad 2, 38, 3. et 4, 12, 8. — *Deducta naves*, v. ad 8, 26, 1.

6. *in quo quisque cessasset, prodi ab se salutem omnium rebatur*, v. ad 2, 43, 5. Duker. suspicabatur, hoc sumtum esse a Thucyd. 2, 8. ἐν τούτῳ τε κεκωλῦσθαι ἐδόκει ἑκάστῳ τὰ πράγματα, ᾧ μή τις αὐτὸς παρέσται.

7. *vetera castra ad Uticam*, v. ad 29, 35, 6. et 7.

8. *occupat relictum fuga custodum Tuneta:* (ὁ Τύνης) *abest ab Carthagine* cet. cf. Polyb. 14, 10.

CAP. 10.)—1. *classis hostium* C navium. Cf. ad hæc et seqq. Appian. Pun. 24. 25. et Polyb. 14, 10.

2. *signaque raptim ferri*, v. ad 3, 54, 5. — *Qui* (quomodo) *enim restitissent agili et nautico instrumento aptæ classi* (Pœnorum) cet. v. ad 21, 22, 4. et 22, 14, 13.

3. *Itaque Scipio, contra quam* (ut c. 19. et *advorsum quam* ap. Plaut. Trin. 1, 2.) *in navali certamine* fieri *solet*, (in quo *rostratæ* a fronte, onerariæ a tergo conlocabantur) quum neque numero navium ad conferendum in aperto mari certamen par esset Pœnis, neque satis haberet temporis ad eas, quæ aderant, instruendas et educendas, *rostratas, quæ præsidio aliis esse poterant*, quæ primam impressionem in hostes facerent, si justum prœlium tentandum foret, quæ tegere alias et propugnaculum onerariarum esse deberent, *in postremam aciem recepit: onerarias* in fronte conlocavit, commodo inter ipsas relicto intervallo, conligatas injectis trabibus ac velut *ponte* stratas, sub quo *speculatoriæ procurrere* atque infestare obpugnantem hostem possent: unde rostratarum in prœlio pæne nullus usus fuit, nisi quod servatæ sunt, et fortassis inde longinqua tormentis tela missa; Gron. Cf. Polyb. et Appian. ll. ll., Schweigh. ad Polyb. T. 5. p. 40. et Schæffer. de mil. nav. 3, 5.

4. *pro muro adversus hostem obposuit*, ὡς ἀντὶ τείχους ᾗ Appian. — *malis antennisque de nave in navem trajectis* cet. cf. Polyb. 14, 10 extr. et Polyæn. Strat. 2, 22, 1. — *comprendit*, copulavit, conjunxit. — *tabulasque superinstravit*, tabulata, pontes, in quibus starent propugnatores, telaque in hostes mitterent. Cf. ad 22, 19, 4. — *ut ordinem* sc. quadruplicem onerariarum *pervium faceret*, ita inter se jungeret, ut per tabulas superinstratas de nave in navem iri posset; Doer.

5. *speculatoriæ naves*, v. ad 22, 19, 4. At τριήρεις ap. Appian. — *pro tempore*, v. ad 7, 33, 2. — *plus poterant*, v. ad 5, 33, 3.

6. *Rusucurona Afri vocant* ex emend. Jac. Gron. recepi pro vulg. *Ruscinona*. In MSS. *Rusucinona, Rusucinora, Rusicinona, Rusiamona, Rusuamona, Rusuemona;* in Put. Flor. et Pal. pr. *Rusuemona*. Cf. Holsten.

ad librum de patriarch. Rom. p. 94. et Hard. ad Plin. 5, 2. s. 1. *colonia Augusti Rusconiæ*. (in Antonini Itin. et Notit. Africæ *Rusguniæ*, ap. Ptol. 4, 2. mendose 'Ρουστόνιον pro 'Ρουσκόνιον, hod. Tadeles) *Rusucurium civitate honoratum a Claudio*. (Al. *Rusicorum*, *Rusuccurum*, *Rusucurrum*, *Ruscurium*: in Antonini Itin. et Notit. Afr. *Rusuccurum*, ap. Ptol. 4, 2. 'Ρουσουκόραι, nunc Carbona, non longe a Saldis, hod. Bugie in regno Algeriano.) Hinc suspicari licet *Rusconias* s. *Rusconium*, vel *Rusucurum* s. *Rusucurona*, ut fere in Put. Sed diversum esse Plinii *Rusucurrum* putabat Wessel. ad Anton. Itin. p. 17.

7. *utpote supino jactu*, ut solent esse tela, quæ sursum jaciuntur. — *gravior ac pondere ipso libratior superne ictus*, v. ad 7, 23, 4. Contrarium dicere videtur Gell. 9, 1. quæ Magius Misc. 2, 16. conciliare conatur; Duk.

8. *Speculatoriæ naves* — *sub constratis*, v. ad 22, 19, 4. — *ac levia ipsa navigia*, vox *ipsa* del. videbatur Crev. Potius omnes illæ quatuor voces; Doer. *Speculatoriæ naves*, *levia ipsæ navigia*, emend. Duker. quia Livius non de aliis levibus navigiis, quam de speculatoriis, et paullo ante loquutus sit, et nunc loquatur, quod pateat ex seqq. *propugnatoribus quoque inconmodæ* cet. — *sub constratis pontium*, sub c. pontibus. Cf. ad 9, 3, 1. 22, 30, 2. et Cerd. ad Virg. A. 1, 422. — *primo ipso tantum impetu*, primum solo t. i. *primo ipsæ tanto impetu* Put. et Flor. prob. Crev. ut *ipsæ* obponantur *propugnatoribus*, qui in navibus onerariis erant. *primo ipso adactæ* i. conj. Gron.

9. *asseres ferreo unco præfixi*, *harpagones*, v. ad 24, 34, 6. — *retro inhibita*, v. ad 26, 39, 8. — *seriem aliam*, reliquam. *seriemque* quidam MSS. et edd. Asyndeton probabat Gron.

10. *major quam pro re lætitia*, v. ad 7, 33, 2.

11. *cum eo*, *ut appareret* cet. v. ad 8, 14, 3.

CAP. 11.)—1. *Lælius et Masinissa* cet. cf. cap. 9 pr.

2. *Massyli*, (al. *Massylii*) *regnum paternum Masinissæ*, (per epexegesin, ut *Heraclienses regnum tyrannorum* ap. Justin. 16, 5 extr. ubi v. Gron.) *læti* ad Masinissam, *ut ad regem diu desideratum*, *concessere*, transiere. cf. 29, 29-33. ad 8, 30, 7. et 24, 48, 1. — *vetere regno* Masæsylorum. v. ad 24, 48, 1.

3. *inpotenti animo* (v. ad 3, 36, 2.) *spiritus pessent facere*, h. e. animum, audaciam et fiduciam, vel adrogantiam, ut passim *spiritus* alti et elati, aut *flatus*, *tumor*, *tumidior sermo*, (45, 23.) *verba tumidiora*, (45, 24 pr. φύσημα, φυσίωσις, ὄγκος, οἴδημα, πνοαί, οἰδαίνειν. — *arma*, *tela dividit*, v. ad 1 43, 4.

4. *ab Romanis centurionibus didicerat*, v. 24, 48. — *novo atque incondito*, v. ad 21, 57, 11.

5. *sincerum equestre prœlium*, merum, equitibus tantum pugnantibus, non admixtis peditibus.

6. *segnius permittere equos*, v. ad 2, 56, 1. Mox *propere turbari* optimi MSS. rectius, quia statim *cessisse* dicuntur; Jac. Gron. Insolenter dictum est; Doer. — *audentem*, audacem factum. *Pedites* h. l. sunt velites, quia obponuntur mox *signa legionum* seu legionarii; Ern. Sic et 33, 7. et 14.

CAP. 12.)—1. *si pudore*, experiens num forte sensu pudoris, quem exemplo suo militibus injiceret; Doer. Cf. ad 1, 57, 1.

2. *obportuna mœnium* loca, v. ad 1, 54, 4.

3. *Sophonisba*, *uxor Syphacis* cet. v. ad 29, 23, 3. — *Omnia quidem ut posses in nobis*, optimi MSS., ut in 5, 11, 9. et 26, 33, 8. v. ad 6, 22, 1. *Omnia quidem*, *inquit*, *ut posses in nos*, *Dii tibi dederunt*, edd. ante Drak. Sæpe *inquit*, *ait*, *dicit* a Livio omissa et a librariis adjecta. v. Drak. ad 23, 45. 6.

4. *genus Numidarum in Venerem præceps*, v. ad 1, 18, 5. et 29, 23, 4. — *Instituit deinde reputare*, v. ad 24, 26, 7. — *promissi fidem præstaret*, v. ad 25, 41, 3. — *ab amore mutuatur consilium*, nempe *proprii* consilii, ex re ducendi, inops, omni alio consilio destitutus; quasi interim inopiam expleturus; Bauer.

5. *utrius regum duorum fortunæ adcessio Sophonisba esset*, i. e. utrius fortunam, velut addita, adjuncta, ut capiti et principi materiæ, sequeretur condonata, ob Masinissam libera, an ob Syphacem, cum Syphace, captiva haberetur; Bauer.

6. *misso Syphace et captivis*, v. ad 3, 25, 4.

CAP. 13.)—1. *victoriam suam augendo*, *addebat*, i. e. unde augeretur victoria, augendæ victoriæ, quo inlustrior adnosceretur; volens augere victoriam: quasi inverse dictum pro *addendo augebat victoriam*; Bauer. *augendo* pro augens, vel ita ut simul augeret. v. ad 1, 8, 4. — *fama mortis et latebris*, v. 29, 32.

2. *Syphaci animum dederunt in adloquendo victore*, ad adloquendum, adloquendi, vel adloquenti; Bauer. Rectius forte: quum adloqueretur victorem. Cf. ad 1, 53, 3.

3. *exitum sui furoris fuisse*: post *exitum* excidisse *hunc*, vel *illum*, vel *istum*, suspicatur Bauer. Forte *eum*.

4. *Illis nuptialibus facibus regiam conflagrasse suam*, venuste pro: hoc matrimonio suum regnum in perniciem actum esse. Cf. Appian. Pun. 27.

5. *omnibus delenimentis* cet. v. ad 4, 51, 2.

6. *omnium hominum inimicissimi* sibi, Masinissæ.

CAP. 14.)—1. *amoris etiam stimulus*, ut κέντροις ἔρωτος ἐκπεπληγμένη et δμηθεῖσα ap. Eurip. Hippol. 38. 1317. et Herc. fur. 21. Oppian. Cyn. 2, 31. 32. Lucret. 4, 1208. al. Cf. ad hæc et seqq. Appian. Pun. 28. *Amor* h. l. invidia ex amore, Jalousie; Bauer.

2. *non mediocri cura Scipionis animum pepulit*, ut mox *ipsum juvenem nullius forma pepulerat captivæ*, h. e. commoverat, tetigerat, adfecerat. Nam *res pellere nos* et *inpellere* dicuntur, quæ vel sensuum instrumenta vel animum suaviter aut moleste adficiunt. Cf. Ernesti clav. Cic.

3. *raptæ prope inter arma nuptiæ*, v. ad 6, 23, 3.

4. *captam hostem*, Sophonisbam; nam Prisciani regula est V. *in is finita nomina, si ad homines proprie solos pertinent, communia sunt, et non faciunt ex se neutra, ut hic et hæc civis, hic et hæc hostis*; Gron. Cf. Duk. et Drak. ad h. l. et Burm. ad Ovid. Her. 6, 84. — *ad penates hostis*, v. ad 10, 23, 12. et 28, 18, 1. — *juvenem nullius forma pepulerat captivæ*, cf. not. 2.

5. *frequenti prætorio*, v. ad 21, 54, 3.— — *in Hispania ad jungendam m. a. venisse* sc. ad me: non *in Hispaniam*, ut in multis legitur libris. Quum in Hispania foret, eam cum Scipione firmavit; Drak.

6. *populi Romani auspiciis*, v. ad 5, 46, 10. Mox *videremus*, quia de *superstite* loquitur, Gisgonis filio Hasdrubale; Bauer.

CAP. 15.)—1. *se in potestate futurum imperatoris*, v. ad 2, 56, 16. — *fidei suæ temere obstrictæ*, datæ (ut 23, 9. et *obligata fide* 40, 57.) *consuleret*, eam præstaret, ejus exsolvendæ rationem haberet. — *confusus*, v. ad c. 6. n. 1. — *suspiritu* meliores MSS. non *suspirio*. Cf. Gron. ad h. l. et Colvius ad Apul. Met. 1. p. 9. — *quod facile* cet. ut illud, sc. suspirare et gemere: nisi pro *quod* leg. *qui*; Doer.

2. *fidum e servis*, ut ap. Tac. Ann. 14, 11. Suet. Aug. 67. et al. Gron. — *sub cujus custodia regio more ad incerta fortunæ* (v. ad 4, 27, 1.) *venenum erat*, cf. Lips. Manuduct. ad philos. Stoic. 3, 28. et Casaub. ad Strab. 3. p. 251.

3. *mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet* cet. cf. Appian. Pun. 8. qui tamen hoc venenum ab ipso Masinissa clam Sophonisbæ adlatum dicit.

4. *Non loquuta est ferocius, quam poculum— — inpavide hausit*; debebat: non *magis* loquuta est *ferociter* cet., quod et inverse intellegi convenit, ac si citra pleonasmum diceret: non *minus inpavide* hausit, quam *ferociter* loquuta est; Bauer.

5. *in tribunal escendit*, v. ad 2, 7, 7.

6. *Ibi Masinissam, primum regem adpellatum, aurea corona — donat*, cf. Dionys. Hal. 5, 35. et Tac. Ann. 4, 26 extr. Hæc aliaque a populo Rom. Masinissæ dono missa fuisse, tradit Appian. Pun. 32. qui confudit hunc locum et alium inf. cap. 17. — *aurea patera*, ut argentea phiala ap. Plut. in Æmil. p. 270. Cf. Polyb. 6, 39, 3. — *scipione eburneo*, sceptro. Cf. simil. loc. 31, 11. De *toga picta et palmata tunica, ornatu triumphantium*, v. ad 10, 7, 9. Mox forte leg. *Addit verborum honorem*. cf. ad 25, 17, 5.

CAP. 16.)—1. *more adulantium — procubuerunt — adulationi fuit*, v. ad 9, 18, 2. et cf. Polyb. 15, 1. — *ex ea regione, ex qua oriundi erant* Pœni, e Tyro. Sed totius fere Orientis ritus est. v. ad 9, 18, 2.

2. *inpotentiæque ejus fautores*, v. ad 3, 36, 2. *potentiæque* Put. Flor. et al. — *bis jam ante eversæ*, non vastatæ, dirutæ, excisæ, sed cujus potentia labefacta esset, et quæ fractis viribus non multum abesset ab interitu et eversione: sed vel ita mihi suspectum est *ante*, quod ex duabus postremis literis vocis præc. et prima sequentis oriri potuit, (nam eo tempore adhuc durabat bellum secundum, nec duo alia bella ante illud gesta) aut leg. *bis tantum non eversæ*; Duker. Sic et Crev. delendum putabat *ante*, et exponebat: quam cives sui jam bis, quantum in se esset, evertissent; vel quæ perire meruisset. Cf. 28, 34, 4. *bis jamteversæ* Put. et Flor. at plane *bis jam eversæ* Reg. Lov. 3. et Har. *bis jam pæne eversæ* conj. Doer. coll. Cic. Har. resp. 4.

3. *Leges pacis se has dicere* cet. cf. Appian. Pun. 31. 32. — *perfugas et fugitivos*, v. ad c. 43. n. 9. — *naves longas, præter XX*; ap. Eutrop. 3, 21. et Appian. *præter XXX*.

4. *parum convenit*, v. ad 1, 3, 4. — *quinque millia talentum*, ap. Appian. MDC. talenta. — *si* (h. e. an) *placeat pax* ex emend. Gron. pro vulg. *placeatne pax* recepi. *si placeant pax* Put. *si placet pax* Gud. Cf. ad 1, 57, 1.

CAP. 17.)—1. *Lælium retinendum* cet. sed cap. 21 extr. dimissum ait ante adventum legatorum: quapropter vel decretum mutatum est, vel lapsus memoria diversosve sequutus auctores Livius hæc scripsit; Glar. — *in rostra escendit*, v. ad 2, 7, 7. et 8, 14.

2. *agendique grates per totum diem*, forte *per IIII duum*, h. e. quatriduum; nam *supplicatio in quatriduum decreta* erat; Pigh. in Ann. ad a. 550. p. 224. Senatus quidem decreverat eam, sed prætor nondum edixerat; interim igitur, dum tempus commodum veniret, ut populo satis fieret, edixit, ut eo etiam die ædes sacræ tota urbe paterent; Drak. *Per totum diem* unoquoque quatuor dierum; Doer. *in Rostra escendit*, v. ad 2, 7, 7. et 8, 14.

3. *Id sibi amplum a. p. futurum*, v. ad 2, 9, 2.

4. *recte atque ordine videri fecisse*, v. ad 24, 31, 3. — *quod cordi foret Masinissæ, eo* cet. v. ad 6, 9, 1. et 33, 24, 4. — *cum fibulis*

[redacted]

ingulis et lato cum claro tunicis, v. ad 4. cum fibulis aureis et singulis l. c. t. 'igh. in Ann. ad a. 550. p. 224. et T. 6. Sed, quum Livius dicit tunicis, e præcedd.] repeti posse singulis, et gula saga purpurea singulas fibureas et singulas lato clavo tunicas esse; Duker. — Legatis in sinma ne minus cet. v. ad 28, 39, 7. 29, et 42, 1, 5.
l hoc ædes liberæ, locu, lautia, legatis de-'. ad 2, 23, 3. 24, 7, 3. 28, 39, 8. et 5.

'. 18.)—1. proque duobus cornibus, a. — nihil commovebant sc. hostem, suo movebant; (ut paulo post et 9, loer. Immo: milites hortatione sua. uratus, durior et firmior factus est, ostes contra timorem resistendo se arunt; Doer. — ne vertat in auda-'. ad 2, 3, 2. timor ne vertat in audaciam at Gron.
questrem procellam, v. ad 10, 5, 4.— 'us movere, v. ad 2, 10, 7. — prœlium, v. ad 2, 44, 6.
quites in hostem emitte, v. ad 2, 56, 1.— um vellet prætor sc. adcipere procon-, adcipiente, dicente, se paratum esse re. — cum filio, cui Marco prænomen nescio, cur tam notabile visum fuerit huic Marco prænomen fuisse, ut id ltati non invidendum putaverit: nam iebat utique cum filio Marco, et raro voce prænomen, qua et 6, 20 dedita abstinuisse videtur; Duker. Sic et . Drak. — Tumultum equestrem, v. ,5, 4. — stridorem, barritum, ut 44, 5. oboris majoris Romanus eques erat, mavim habebat, plus perficere poterat, tus hostium equitatui et elephantis. latum paventibus equis, abreptum (Gr. evov, Gall. emporté) a consternatis . Cf. ad Sil. 5, 633.
rœlium dubium excepisset, v. ad 4. 43, 4. set multi bonique MSS. et hinc Gron. 11, 25, 7.
Tum prima (f. primum; Duk.) conmota n acies, (cf. not. 1.) effusis (v. ad 1,) simul omnibus peditibus Romanis, ut s ab hastatis illis videre elephantos. Non aque, quod egere pro videre legas cum . — tenorem pugnæ servabant, pugi ardorem. — Inde, ex ea legione, et i militum cet.
equites inlustres, " i. e. clari, nobiles, genere sive opibus, sive virtute et facrtibus, sive quacumque alia re, quæ rater ceteros inlustres et claros feceadeoque h. l. quum alii, tum etiam ii, quum equum publicum haberent, vel ue censorum, vel jure magistratus in um venerant; quos equum publ. ree potuisse, probabile esse dixi ad 29, . Hi enim non minus inter equites merere potuerunt, quam sua voluntate milites facti sunt LXXX senatores cet. 22, 49. Alibi Livius viros inlustres vocat eos, qui gradu ac dignitate militari ante alios eminebant, ut 33, 36. forte et 33, 25." Duker. Cf. ad Tac. Ann. 1, 73, 1.

CAP. 19.)—1. per vulnus poterat, v. ad 5, 12, 6.
2. legati ab Carthagine, ut cap. extr. Cf. ad 10, 14, 2.
3. Non in eo sc. loco, statu, esse C. res, (f. rem) v. ad 2, 17, 2.
4. jactationem vulneris, v. ad 21, 48, 5.
5. quoniam eo quoque processerat, quidam MSS. et edd. ante Gron. nam eo q. p., non male: sed emendationem sapit. — patre C. Servilio et C. Lutatio Catulo ex servitute post XVI annum receptis, qui — capti fuerant a. V. 534. v. 21, 25. et ad c. 44 pr. Servilium fuisse prætorium et Lutatium consularem, docet Polyb. 3, 40, 9. ad vicum Tanetum, v. ad 21, 25, 9. Sed ibidem et 27, 21. extr. Livius, alios forte auctores sequutus, eos Mutina evocatos captosque dixit. In edd. ante Drak. post Lutatio additur patruo, et mox pro Catulo legitur patruo, adversantibus optimis MSS. Quorum consensus nisi obstaret, Catulum potuisse fratrem uterinum esse C. Servilii consulis, et ita recte patruum consulis dici, monet Duk. Idem pro qui ad vicum conj. quam ad v.
6. Latum ad populum est, ne C. Servilio fraudi esset, (v. ad 1, 24, 8.) quod patre, qui sella curuli sedisset, (cf. not. 6.) vivo, quum id ignoraret, tribunus plebis atque ædilis plebis fuisset, contra quam (v. ad cap. 10. n. 3.) sanctum legibus erat: de qua re hæc leguntur 27, 21 extr. Servilium negabant vulgo homines tum viventes jure aut tribunum plebis fuisse aut ædilem plebis nunc esse, quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium occisum a Bojis circa Mutinam esse opinio per decem annos fuerat, (v. ad 21, 25, 4.) vivere atque in hostium potestate esse, satis constabat, Dukeri nota est: " Legis, qua hoc prohibebatur, nusquam alibi fit mentio. Manutius de leg. Rom. c. 5. eam ad omnes magistratus pertinuisse existimat, et vetuisse magistratum ab illo capi, cujus pater in potestate hostium esset. Illius ferendæ hanc rationem addit, Romanos, sapientissimos viros judicasse, hominis non liberi filium rem publicam administrare nimis indecorum esse. Idem sensisse Franc. Hotomannum ex eo conlego, quod Obss. 3, 11. h. l. servo pro vivo legendum suspicatur. Gruchius de com. Rom. 2, 3. nihil aliud de hac lege adfert, quam cautum fuisse, ut hos magistratus, tribunatum scil. et ædilitatem plebis, gerere non possent, quorum pater, qui sella curuli sedisset, viveret. Pighius denique in Ann. ad a. V. 260. p. 94. putat, quo magis adversus po-

tentiam nobilium muniretur tribunicia potestas, cautum fuisse, ne filii, quorum patres curuli magistratu functi adhuc superstites essent, ad tribunatum ædilitatémve plebis admitterentur. Parentum enim jus in liberos potestatem quamvis infringere ac minuere posse, persuasum fuisse. Nam et (quod ad a. V. 521. p. 101 addit) Dionys. Hal. 2, 26. auctore, aliquando viros illustres, pro Rostris adversus senatum concionantes, nec plebe, nec tribunis intercedentibus, a patribus detractos et abductos fuisse. Auctorem legis ignorare se fatetur, sed occasionem ejus ferendæ fuisse suspicatur, quod C. Flaminius, ille qui ad Trasimenum cecidit, quum tribunus plebis legem de agro Picente et Gallico viritim dividendo ferret, a patre manu injecta de Rostris detractus est, ut narrant Cic. de Inv. 2, 17. et Val. Max. 5, 4, 5. — Non absurda est ratio, qua ductus Manutius putavit, ad nullos magistratus admissos fuisse eos, quorum patres non essent liberi. Sed primum apertum est ex verbis Livii, hac lege non prohibitos fuisse magistratum gerere eos, quorum patres *servirent*, sed quorum patres, et quidem *qui sella curuli sedissent*, *viverent;* hec ea cautum fuisse, ne hi ullum magistratum, sed ne *tribunatum et ædilitatem plebis* capere possent. Nam, si lex de omnibus magistratibus loquuta fuisset, omnino *ad populum ferendum* fuisset, *ne C. Servilio fraudi esset*, non modo *quod tribunus et ædilis plebis*, sed etiam *quod ædilis curulis et prætor* fuisset, (v. 27, 33, 36. et 28, 10.) ac tum *consul* esset. Deinde non major erat ratio ab omnibus magistratibus excludendi eos, quorum patres postquam sella curuli sederant, libertatem amiserant, quam quorum patres numquam illa sederant. Et hoc quoque infirmat conjecturam Hotomanni, præterquam quod ei adversantur libri omnes Livii. Pighii sententiæ obstat, quum quod non erat causa ædilitatem plebis ita muniendi adversus potentiam nobilium, ut tribuniciam potestatem, tum maxime illud, quod secundo loco Manutianæ opponi posse dixi: neque enim minor in liberos erat potestas patrum, qui sella curuli non sederant, quam qui ea sederant. Nec credo responderi posse, patres, qui sella curuli sederant, fortassis factioni optimatum addictiores existimatos, et ob id horum liberos ad hos magistratos non admissos fuisse: nam semper multi tam ex his, quam ex senatoribus populares erant, et contra multi ex plebe, qui numquam ad honores curules pervenerant, sectam optimatum sequebantur; quibus nullo negotio persuaderi potuisset, ut in filiis tribunis et ædilibus plebis patria potestate uterentur. Dixi, cur mihi, quæ de hac lege scripserunt viri docti, nondum satis faciant; nec dissimilo, me plane ignorare, cur ea tantum a duobus magistratibus plebis non omnes, quorum patres, sed quorum patres *curuli magistratu functi*, viverent, arcuerit. Quærant doctiores, et simul videant ICti, an hic aliquid sit, quod ad *jus postliminii* pertinere possit." — Meo qualicumque judicio h. l. non de lege aliqua singulari, sed de *legibus* sermo est, et quidem iis, quibus cautum erat, ut pater ab hostibus captus, et hinc quoque filius ejus, propter capitis diminutionem maximam, amitteret jus civitatis adeoque et honorum: quod recipiebat redemtione ex captivitate et jure postliminii. v. intpp. Cic. Top. 8. pro Cæcina 14. et p. Balbo 11. 12. Filius autem, *quum ignorasset*, patrem captivum vivumque esse, (nam sic recte legi, vel ex 27, 21 extr. patet) aut certe id ignorare similasset, et ambierat et adceperat honores; ex quibus h. l. non nisi primi memorantur: nam si eos rite ac jure consequutus erat, aditus etiam ei patebat ad reliquos et majores; et id tantum quærebatur, utrum omnino honores, etiam infimos, petere per leges ei licuerit nec ne. Id manifestum est ex 27, 21 extr. *Servilium negabant jure aut tribunum pl. fuisse, aut ædilem esse, quod patrem ejus vivere atque in hostium potestate esse satis constabat.* Unus, ni fallor, restat scrupulus, quem verba *qui sella curuli sedisset* nobis injicere possint. Hæc vero ad ipsum rei caput nihil pertinere arbitror: quare etiam sup. 27, 21. haud quidquam ejusmodi legitur. Vellem tamen per libros substituere liceret *qui bello captus fuisset* aut *consenuisset*. Ita plane hic locus cum altero 27, 21. congrueret, nec quidquam superesset, quod nos obfendere posset in alterutro.

7. *Consentia — Clampetia — defecere*, v. ad 29, 38, 1. — *Besidiæ*, forte Βέσιδια ap. Steph. et hod. *Bisigniano*. Cf. Cluver. Ital. 4. p. 1317. et Schweigh. ad Polyb. 13, 10, 1.

8. *senescere Punicum bellum*, v. ad 28, 36, 2.

9. *inpudenter ficta* a Valerio Antiate, omnia immodice augente; de quo v. 26, 49. 33, 10. 36, 38.

CAP. 20.)—1. *magis metu continebantur*, v. ad 22, 22, 9.

2. *respexisse sæpe Italiæ litora*, more eorum, qui inviti locum relinquunt. Cf. ad Sil. 8, 108. 12, 594. Mox τὸ *et* ante *Deos* cancellandum; Gron. — *in se ac suum caput exsecratum*, v. ad 1, 51, 1.

3. *ex diutina possessione Italiæ*, cf. c. 28 pr.

CAP. 21.)—1. *ducentum et L auri, octingentum pondo argenti* plerique MSS. et edd. ante Moguntinos, qui *ducenta* et *octoginta* reposuere. Cf. 22, 37, 1. 28, 45, 5. 42, 6. quibus aliisque locis Gron. de pec. vet. 1, 7. τὸ *pondo* semper contendit esse ablativum singularem, et intell. *librarum pondus*

seu *pondera* v. c. *ducentum* h. e. ducentarum. Sed cur ita τὸ *pondo* adjicitur? Cf. Schelleri Lex. lat.

2. *quos luctus incidisse*, fuisse. cf. ad 1, 46, 7. Verba *sese meminisse*, ut plane otiosa, Gron. et Crev. recidenda putabant. Sed bene illa seniorum de re præterita narrantium orationi convenire videntur: se bene adbuc habere in memoria, *quantum terroris* — *incidisse*, h. e. inciderit; quæ forma orationis obliquæ sæpius apud Nostrum obvia est; Doer.

3. *En umquam ille* cet. v. ad 4, 3, 6. — — *advenientem gratiam*, recentia, præsentia deorum beneficia.

4. *uti referret P. Ælius*, v. ad 26, 12, 3. — *circa omnia pulcinaria subplicaretur*, v. ad 5, 13, 5.

5. *hospitium in villa publica*, v. ad 4, 22, 5. — *senatus ad ædem Bellonæ datus*, v. ad 26, 21, 1.

CAP. 22.)—1. *si quis vere æstimet* rem s. id. v. ad 3, 19, 8.

2. *Quum, more tradito* a majoribus, *Patribus potestatem interrogandi* cet. cf. 8, 21. 37, 1. et 49.

3. *nec meminisse* sc. se *per ætatem*, v. ad 5, 12, 6. Illud *se* abest a plerisque MSS. sed adjectum est in edd. antt. et facile h. l. excidere potuit. Cf. tamen ad 24, 13, 2.

CAP. 23.)—1. *C. Servilium* Geminum *consulem, qui propior esset*, Etruriam sortitus, ut Cn. Servilius Cæpio Bruttios; Drak. — *quam quanta ea esset*, v. ad 26, 19, 2.

2. *verius existimare*, v. ad 3, 19, 8. et 4, 15, 1. — *M. Valerius Lævinus, qui bis consul f.*, v. ad 29, 11, 3.

3. *jubendosque Italia excedere* se. censebat.

4. *quamvis recentium*, quamvis recentia essent, et eo minus eorum oblivisci et possent et deberent.

5. *in Lævini sententiam discessum*, v. ad 1, 32, 13.

CAP. 24.)—1. *noscendisque singularum causis*, v. ad 27, 25, 3. — *Per induciarum tempus*, v. ad 2, 18, 1.

2. *Cn. Octavio* cum *ducentis onerariis* — *ex Sicilia trajicienti*; Dukeri nota est: "Aliquantum perplexa sunt, quæ de Cn. Octavio prodit Livius. A. V. 548 eum prætorem provinciam Sardiniam habuisse scribit 28, 38. Duobus annis seqq. 549. et 550. ei prorogato inperio oram Sardiniæ tuendam datam esse, ex 29, 11. 13. 26. et 30, 2. intellegitur: quo loco eum perperam *prætorem prioris anni*, i. e. a. V. 549., vocari, monuit Periz. anim. hist. c. 8. nam erat *proprætor* prorogato inperio, et recte *proprætor* dicitur 29, 36. Neque librarios, sed ipsum Livium, 30, 2. *prætori* scripsisse pro *proprætori*, indicio est vox *item* in his *Cn. Octavio prætori item* (sc. ut M. Pomponio, qui a. V. 549 prætor Siciliam provinciam habuerat) *prioris anni*. Deinde hoc quoque intricatum est, quod hic in rebus a. V. 550 scribit, Cn. Octavium *ex Sicilia* in Africam trajecisse. Nam hoc anno Siciliæ præerat P Villius, classi in Sicilia M. Pomponius, Cn. Octavius autem classi ad tuendam oram Sardiniæ. v. cap. 1. et 2. An eum ex Sardinia primum in Siciliam, ac deinde ex ea in Africam profectum credemus? Hoc parum probabile; et forte error est in voce *Sicilia*. Sed Cn. Octavium deinde a. V. 551 et seq. cum Scipione in Africa fuisse, constat ex cap. 36. 41. 44." Illud potius probabile esse, Liviumque omnibus sigillatim enarrandis vix inmorari potuisse, monet Doer.

3. *versus* (mutatus) *in Africum* ventum, ut ap. Cæs. B. C. 3, 26. — *naves disjecit*, v. ad 21, 49, 3.

4. *Apollinis prom. tenuit*, v. ad 1, 1, 8. Promontoria Apollinis et Mercurii, (Cap Zibeeb s. Zebibi et Cap Bon) *sinum* Tunitanum (le Golfe de Tunis) efficiunt, *in quo sita Carthago est*, cujusque os XI leucas patet inter duo hæc promontoria, quorum illud ab occidente, hoc ab oriente sinum claudit. Inter eadem promontoria, ex adverso Carthaginis, CCXXX ab urbe stadiis, erant duæ insulæ seu verius scopuli, sæpius pro una *insula* habiti, quæ olim dicebatur *Ægimurus* s. Ægimorus, (Αἰγίμουρος) Strab. 17. p. 834. al. 1191. Αἰγίμορος Steph.) et hodie Zowamoore s. Zimbra. Hæc et alia, quæ ad situm Carthaginis spectant, monuit Heyne Exc. 4. et 6. ad Virg. A. 1, 108 sq. et 159 sq. Cf. ad 26, 42, 7. 29, 27, 5. Polyb. 1, 73. 75. Plin. 5, 7. et Shawii Travels, p. 146 sq.

5. *ad Calidas Aquas*, cf. Strab. l. l. et Tab. Peut.

6. *necdum dies exierat induciarum*, v. ad 9, 34, 18. Eas a Pœnis petitas Livius c. 16., non vero a Scipione datas tradit, quod tamen ex h. l. et c. 24. 25. ac 37. patet.

7. *Hasdrubal Ægimurum trajiceret*; cf. ad hæc et seqq. Appian. Pun. 34. et Polyb. 15, 1 sq. — *ab Aquis* Calidis. Cf. n. 5.

CAP. 25.)—1. *spem pacis et fidem* — *violatam*, v. ad 1, 33, 7.

2. *ad Bagradam flumen*, hod. Magierda vel Megierda, Magiarda, Nagiarda, fluens in mare mediterr. prope Uticam et Carthaginem. Βαγράδας vocatur Græcis, Βαγάδρας Strab. l. l. Βάκαρα vel Μάκαρα Polyb. 1, 75, 5. et 15, 2, 8. ad quæ ll. v. Schweigh. et ad Appian. B. C. 2, 45. Cf. ad Sil. 6, 140 sq. et Bocharti Geogr. sacr. 2, 1, 24. p. 485.

3. *tres quadriremes*; tres triremes ap. Polyb. 15, 2. — *misso a Carthagine nuntio, uti fieret* hoc, v. ad 8, 19, 10. — *sine publica fraude*, ita ut sponte sua fidem induciarum violaverit. — *quinqueremem Rom.* su-

perantem prom. Apollinis. Cf. Appian. Pun. 34. Legati Rom. ad ostium Bagradæ fl. e duabus triremibus, inde Carthaginem reversis, in quinqueremem translati fuerant. Cf. Polyb. 15, 2.

4. *celeritate subterlabentem*, elabentem, effugientem; ὑποχωρούσης τῆς νεὼς Polyb.

5. *quoad tela subpeditarunt*, v. ad 6, 24, 1.

6. *multitudoque* (Romanorum) *a castris proximis in litus effusa*, et in oram pabulatum egressa. Cf. Polyb. — *potuisset*, Crev. malebat *poterat*, et Drak. *potuit*.

7. *cum legatis Carth. supervenerunt, quibus Scipio* cet. cf. Polyb. 15, 4. et Appian. Pun. 35. — *in iis facturum esse*, v. ad 6, 22, 1.

8. *escendere in malum*, v. ad 2, 7, 7. Ante *escendere* edd. præter Gron. inserunt *unus*, quod optimi MSS. ignorant. — *quam tenerent regionem*, v. ad 1, 1, 8.

9. *ad Leptim*, et quidem parvam, (hod. Lemta s. Susa) juxta Syrtim minorem et Adrumetum, ad quod oppidum classem adpulsam castraque posita tradunt Appian. Pun. 33. et Polyb. 15, 5. De utraque Lepti v. ad Sil. 3, 256.

CAP. 26.)—1. *excedunt in eum annum*, v. ad 21, 15, 3. et de *M. Servilio Gemino* Pigh. Ann. ad a. DLI.

2. *clivus Publicius*, v. ad 26, 10, 5.

3. *pace omnis Italia erat aperta*, libera frumenti conportatio ob pacem. Sic fere *Asiam Syriamque et omnia — regna imperio Rom. aperire* 36, 17, 7. *aperire armis orbem terrarum* 42, 52. *clausam* Britanniam *aperit principum maximus* Mela 3, 6. Cf. Broukh. ad Tibull. 1, 3, 36. Similiter fere maria, viæ, (ut 5, 13.) Alpes, (ut 27, 36.) ac rura *aperiri*, et hyeme, nive geluque *claudi*, invia reddi, dicuntur. Cf. ad Juvenal. 6, 154. — *quaternis æris*, assibus, in modios, (ut 31, 50 pr.) *vicatim* (v. ad 10, 4, 1.) *populo descripserunt*, diviserunt plebi. v. ad 31, 50, 1.

4. *augurem* per *LXII.* (al. XLII.) *annos fuisse* eum, Fabium. cf. Plin. 7, 48. et Valer. Max. 8, 13, 3. — *quod quidam auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1. — *dignus tanto cognomine, vel si novum ab eo inciperet*, v. ad 9, 46, 19. — *avus insignis Rullus*, (forte proavus) Q Fabius Maximus Rullianus; de quo v. Ind, — *omnia* bella et victorias avi.

5. *unum hominem* eum *nobis cunctando rem* (v. ad 1, 12, 3.) *restituisse, sicut Ennius ait*, cf. Cic. Off. 1, 24 — *Q Fabius Max. filius*, v. ad 28, 9, 1.

6. *nam duo sacerdotia habuit*, v. ad 27, 6, 8.

7. *Ludi Rom. — plebeji ter instaurati*, v. ad 2, 36, 1. — *res in Etruria t.* muneris officia; Doer. *quia eum in Etruria tenuerint quæstiones — habendæ* conj. Gron. — *incertum ut sit, diversi auctores faciunt*, cf. ad 22, 13, 6. Verba *ut sit* forte inculcata; Gron.

CAP. 27.)—1. *in sortem conjici*, v. ad 3, 2, 1.

2. *ita enim senatus decreverat*, videtur senatus, instantibus etiam post judicium populi consulibus, hoc tandem temperamento uti coactus esse, ut classis certe in Africam trajiceretur, et alterutri e consulibus par cum Scipione imperium decerneretur; Crev. *imperator* vox del. forte; Crev. Malim *imperatore*; Drak. Neutrum opus est; Doer.

3. *manere ad Urbem*, v. ad 10, 23, 12.

4. *Villius p. XX navibus longis*, v. ad 1, 14, 4.

5. *Cottæ urbana evenit* provincia (v. ad 2, 40, 9.) et simul peregrina v. ad 25, 41, 8.

6. *ludos, quos M. Claudio — facerent*, v. ad 27, 33, 4. *ut eos ludos consules facerent*, sc. decretum est. Cf. ad 2, 32, 6.

CAP. 28.)—1. *constare apud animum*, animos. v. Gron. ad 7, 33, 2. — *post XVI annum*, cf. ad c. 44 pr. et 28, 12, 2.

2. *vacuam possessionem ejus*, v. ad c. 20 extr. — *an magis*, potius. — *canere vatem*, v. ad 1, 7, 9.

3. *Statorius semilixa*, cf. ad 24, 48, 7. et ad 28, 28, 2. Oudend. ad Frontin. 1, 1, 3. Gron. Obss. 4, 7.

4. *tumultuariis exercitibus*, v. ad 1, 37, 4. — *senex vincendo factus*, v. ad cap. 30. n. 5.

5. *ab Alpibus ad fretum* Siculum, quod simpl. et κατ' ἐξοχὴν ita dicitur 26, 29. ap. Flor. 1. 26 f. Cæs. B. C. 1, 26. Cic. ad Att. 2, 1. Sic et πορθμὸς ap. Polyb. 5, 110, 2. Mox omnino leg. *duceret exercitum* cum Gron. vel *et duceret* vel *ducens*.

6. *exercitum æqualem stipendii suis*, v. ad 3, 57, 5. — *perfusum* sc. exercitum. — *exuvias portantem*, spolia.

7. *ad supremum certamen comparati duces*, destinati, creati; Ern. At v. ad 7, 33, 1.

CAP. 29.)—1. *Jam Adrumetum venerat Hannibal* cet. ad fin. cap. cf. Polyb. 15, 5. et Appian. Pun. 33. 39. *Adrumetum* s. *Adrumetus* et ὁ Ἀδρύμας munitum Byzacii caput navalibusque instructum, non longe a Lepti parva. Cf. Intpp. Nepot. Hann. 7. Berkel. ad Steph., Corte ad Sall. Jug. 19, 1. Cellar. Geogr. ant. 4, 4. p. 88. Bocharti Geogr. sacr. 2, 1, 24. p. 478.

2. *Zama* (h. Zamora in regione Constantina) *V dierum iter ab C. abest* occasum versus, Jubæ regia in Numidia mediterr. Cf. Polyb. l. l. et Cellar. Geogr. ant. 4, 5. p. 115. Mox forte leg. *speculatores tres* e Polyb. et deinde *tribuno militum* ex eodem et lib. vet. Sigon. et Hearn. D.

3. *per commodum*, non ut 5, 12, 6. sed ut 42, 18. et al. *suo commodo* et *ex commodo* pro commode, cum commoditate. Cf. ad 2, 38, 3. — *Masinissam cum sex millibus peditum, quatuor equitum*: sex equitum millia habet Polyb. quem tamen ex Livio correxit Schweigh.

ε *non de nihilo profecto concepta est;* *est:* est enim cogitatio Hannibalis, firmatio Livii; Gron. Sed quum ı sit *profecto*, ad Livium potius re-, ut dictum sit pro: concipi solet; — *si integer, quam si victus*, v. ad 3,

utrum cur adfirmem, habeo sc. ra- — *in acie sunt cæsa*, scil. secundum m, vel ut Valerius Antias tradit; Immo *sint;* Gron.

ud procul Naraggara: ita Put. Men. sed quidam *Nadagra, Nadagara,* , (ut Ptol.) et rectius forte *Nara-nde* ap. Polyb. Ναράγαρα pro Μάρ-ubstituit Schweigh. Cf. Ptolem. nini Itiner. ibique Wessel. p. 41. pro Naraggara memorat Appian. ı.

. 30.)—1. *Tum Hannibal prior* cet. *ib.* 15, 6. 7. ubi oratio brevior est. *primus bellum intuli populo Rom.* nota est: "In extrema oratione dicit *me cœptum est.* Non credo, Han-ı apud Scipionem voluisse fateri, ıam belli quæsivisse auctoremque ıisse, et rupto fœdere injusta intu-ma; etsi Scipio in hunc sensum eperit c. 31. *Vos lacessisse et tu ipse et Dii testes sunt.* Non facile enim ne illi quidem, qui sibi divini hu-e juris bello aliis inferendo violati sunt, id fateri; et Pœni sibi, nec s omnino temere persuadebant, se ue belli justissimas habuisse cau-21, 44. An ergo Hannibal dicit, se os nondum paratos bello prævenis-ue deliberantibus et cunctantibus ı armo intulisse? Ita quidem adci-unt illa *bellum a me cœptum est.* Sed lubito, an vox *primus* id patiatur. eg. *primus* (sc. exterorum) *bellum in ıtuli p. R.* Nam Pyrrhus non tam omanis inferendi, quam Tarentinos ıs eos defendendi causa in Italiam : videri volebat." — *te mihi sorte ım datum*, v. ad 6, 21, 2.

m in ultimis laudum, laudibus, (ut, *n ultimas* 28, 39. ubi v. Drak.) *hoc* ıt οὐκ ἐν ὑστάτοις εἶναι ap. Sophocl. 315.

oc quoque ludibrium casus ediderit For- ta Put., h. *e.* hunc quoque ludi-sum quasi jocata Fortuna ediderit; Sic *ludibrium casuum humanorum* 45, ræ et inopinatæ eorum vicissitu-et sic passim Fortuna *jocari* quasi ɛ dicitur, h. e. ludibrio habere ho-v. ad Tac. Ann. 3, 18, 6. et ad Ju-3, 40. 6, 608. — *cum eodem primum imp. signa contulerim:* non male ani-rtit Buchner. de commut. rat. dic. Hannibalem obfensionis et odii vi-ausa non dicere *quem vicerim;* Duk.

4. *signa armaque hostium vidistis;* "Immo *videretis* et mox *exaudiremus:* nam pendet ab illis *ut dimicaremus, nec solum — esset.* Mox pro *quorum et maxime interest* debebat *intersit*, inpr. ob seq. *sint*. Etiam initio cap. *intuli* et *habui* pro *intulissem* et *habuissem*." Bauer.

5. *quietis consiliis*, Germ. *kaltblütige, ruhige:* mox obp. *ferociora*, et *calidiora*, 22, 24. — *senem in patriam revertentem, unde puer profectus sum;* res aucta, ut cap. 28. n. 4. cf. ad 21, 3, 2. — *adolescentiam et p. felicitatem, ferociora utraque*, v. ad 44, 26, 1.— — *Non temere incerta casuum reputat*, v. ad 2, 61, 3. et 30, 2, 2.

6. *tot urbibus regni ejus — ereptis*, captis, vel quum nobis eripuisses, vel *regni* pro Dativo; Bauer. — *XVI. jam annum hærentem in possessione Italiæ*, v. ad 28, 12, 2. et 30, 20 extr. Mox τὸ *inquam* ex multis MSS. recepit Drak. suadente Heins. ad Vellej. 1, 17, 5. ubi docet, historicos aliosque scriptores orationi longius extensæ aut repetitiæ sive iisdem, sive aliis, sed similibus, verbis τὸ *inquam* interjicere, ut, quod dicitur, serio dictum adpareat; hæc autem referenda esse ad verba præc. *tuam et adolescentiam — metuo.* Sententiam supra positam *quem fortuna numquam decepit* ita cum vi repeti vel innui putat Doer. Contra *ambiguam* conj. Gron. Possis et *incertam*. Sed nil muto. — *Novi spiritus magis magnos, quam utiles*, homines, quorum audacia, fiducia et superbia ingens quidem, sed parum utilis fuit, v. c. Sempronium, Flaminium, Minucium, Varronem et alios.

7. *Ut* (v. ad 2, 38, 3.) *omnium oblivisearis aliorum* hominum ejus modi, *satis ego documenti* (f. *documento;* Doer.) *in o. c. sum*, v. ad Præf. n. 14. — *Quem modo signa inferentem ad mœnia Rom.* v. ad 8, 38, 2. et 22, 14, 12. Ita Drak. e plurimis codd. In quibusdam MSS. *signa inferentem ac prope scandentem mœnia Romana*, et in edd. antt. (omissis verbis *signa inf.*) *ac* (quod sic del. certe) *jam prope scandentem mœnia Romæ videras.* Sed hæc lacinia suspecta est, et τὸ *videras* subficit intellegi ex seqq. *hic cernis;* Gron.

8. *duobus fortissimis viris, fratribus, clarissimis imperatoribus, orbatum:* tres fratres amiserat Hannibal, Hasdrubalem, (v. 27, 49.) Magonem (30, 19.) *Hannonemque:* (29, 34.) quod autem hic duos dumtaxat numeret, quum oratorie sua augere incommoda vellet, in causa fuisse puto, vel quod Hanno inter duces nominari non debuerit, vel quod Livius hic alios auctores sit sequutus; Glar. Hannonem ideo forte inter duces non numeravit, quia exercitum duxisse non legitur, sed tantum in locum alterius Hannonis equitum præfectus fuit: (v. 29, 29. 34.) aut Magonem obiisse (v. 30, 29.) nondum audiverat

[redacted]

Hannibal; Drak. An leg. *III* pro *II.*, vel *tribus* pro *duobus?* — *quibus terrui* periculis.

9. *hæc in tua, illa in deorum manu est*, v. ad 3, 72, 3. Ita nunc loquitur vir, cui *nullus deorum metus, nulla religio* fuit. v. 21, 4. — *Martem belli communem*, v. ad 5, 12, 1. — *eventus respondent*, v. ad 9, 15, 2.

10. *gloriæ adjeceris, quantum ademeris* cet. quasi ante oculos habuisset illud Cic. de prov. cons. 14. *si timeret casum aliquem, qui illi tantum addere jam non potest, quantum auferre;* Gron.

11. *M. Atilius* Regulus cet. v. ad 28, 42, 1. Mox *τὸ tandem* a quibusdam MSS abest. In aliis legitur *tm.* h. e. *tamen*, prob. Crev.

12. *qui nobismet ipsi* (al. *ipsis*) *mulctam inrogemus:* hunc sensum ab Herodoto 9, 77. sumtum monet Gron.

13. *quoad ipsi invidere Dei*, v. ad 5, 21, 10. 10, 13, 5. et 23, 26, 1.

CAP. 31.)—1. *Adversus hæc imperator* cet. cf. Polyb. 15, 8. Verbum *respondit* deest in MS. Cantabr.

2. *de conditionibus superioribus pacis* cf. cap. 16.

3. *Mamertinorum sociorum p.;* v. ad 28, 28, 3. — *Vos lacessisse* nos bello, ut paullo ante: *priores fecisse bellum.*

4. *prope manu conserta restitantem*, v. ad 10, 19. 4. *consertum* plurimi MSS. prob. Doer. *Ex jure manu consertum* formula est veteris juris de vindicationibus in re præsenti, adhibita vi civili et festucaria. v. Ern. clav. Cic. et intpp. Gell. 20, 10.

5. *Proinde si quid ad ea, in quæ tum pax conventura videbatur*, (v. ad 1, 3, 4.) *quæ sit mulcta navium*, pœna ob naves *cum commeatu per inducias* (v. ad 2, 18, 1.) expugnatas, *adjicitur; est, quod referam ad consilium*, v. ad 8, 6, 6. et 26, 2, 3. *quæ sit mulcta navium* edidi, quia in MSS legitur *quæ si* vel *sint* et *sunt multa* vel *multas*, vel *quasi multas.* Possis et conjicere *quod* pro *quæ*, quoniam et *quæ* et *quod* referendum ad præc. *quid.* Sed v. ad 21, 10, 14. et 24, 42, 6. Vulgaris lectio est *videbatur*, (*quæ sint, nosti*) *mulctæ navium* cet. quam notavit Bauer his verbis: "Corruptus haud dubie, intricatus certe locus. Dativus *mulctæ* non habet, quo sat commode referatur, quum verbum *adjicitur* habeat jam suum regimen, *ad ea.* Dubium quoque est, post *nosti*, an post *violatorum*, parenthesis claudatur. Nec placet Gronovianum *quasi mulcta.* Neque enim pactis tam rigidis convenit particula *quasi.* Neque verba *quæ sint, nosti*, desiderari videntur posse, quum ante jactatas conditiones non repetat Scipio. Ego post *mulctæ* addiderim *nomine*, quod a voc. *navium* absorberi potuit." *Si quid mulctæ navium*, ob naves cet. exponit Doer.

6. *frustra verba jactata*, v. ad 2, 12, 7.

CAP. 32.)—1. *Arma expedirent milites animosque*, v. ad 38, 25, 5.

2. *supremo auxilio effuso*, ἐκκεχυμένῳ, frustra consumto. Mox *videbatur* forte del. et paullo ante pro *patebat* leg. *patere*, ut hæc conjungantur cum præc. oratione obliqua: certe inter alias adhortationes imperatorum hæ quoque tum ap. Polyb. 15, 10, 11. et Appian. Pun. 42., tum 21, 41. 43. 44. Thucyd. 7, 64. Curt. 4, 14, 7. (ubi cf. Freinsh.) referuntur; Duker. — — *Ad hoc discrimen*, v. ad 6, 17, 1.

3. *Anceps spes et metus miscebant animos*, simul turbabant, ut 35, 12, 2. (cf. Curt. ad Sall. Jug. 41.) vel in his miscebantur. — *hortando subjiciunt*, v. ad 1, 59, 7. et 29, 15, 1. Cf. Appian. Pun. 42. Orationes ipsas ducum ad milites v. ap. Polyb. 15, 10. 11. — *sedecim annorum in terra Italia*, v. ad 25, 7, 3. et 28, 12, 3.

4. *ad hoc* (v. ad 2, 23, 3.) *conloquium H.* — *liberum fingenti, qua* (f. *quo*) *velit, flectit*, comminiscitur pro lubitu Hannibalis dicta et indicia timoris. Cf. ad 9, 19, 3. et 26, 38, 8. *qua velit flecti* quidam MSS. prob. Crev. ut omnia a verbo *referebat* pendeant. *qua vult* et *quo vult* alii. — *Ominatur* verbum h. l. non satis aptum. Forte leg. *Ominatur, quum, quibus quondam auspiciis —portenderint Dii, adesse finem belli ac laboris.*

5. *portendisse Deos ea* auspicia, ostendisse, dedisse. "Verum Dii propr. non *portendunt auspicia*, sed *portendunt* futura *auspiciis*, ut 26, 41. Videtur sermo ellipticus esse, et ita supplendus: ea illis portendisse Deos, quæ quondam portendissent iis auspiciis, quibus patres eorum cet." Duk.

6. *Celsus hæc corpore — dicebat*, v. ad 7, 16, 2.

CAP. 33.)—1. *Non confertas autem cohortes* cet. cf. de hac Scipionis Hannibalisque acie Polyb. 15, 9. 11. Appian. Pun. 40. 41. Frontin. Strat. 2, 3, 16. (ubi Tennul. disputat adversus Salmas. de re mil. Rom. c. 2. p. 1301.) Guischardti Mémoires militaires T. 1. c. 12. Schel. ad Hygin. p. 1053. et Lips. mil. Rom. 4, 1. et Dial. 2. 3. ubi præter alia notavit hæc: "Scipio, quod Polybius docet, in hac pugna non servavit communem receptumque Romanorum morem in manipulis conlocandis, quo hastati scilicet primi e gravi armatura pugnabant, pulsique retrocedebant in intervalla ordinum sive *vias patentes inter manipulos antesignanorum*, (διαχώρους s. διαστήματα τῶν λόχων, in quibus claudendis et aperiendis, prout visum, ars omnis et arcanum militiæ Rom.) et Principes excipiebant. Neque enim manipulos ad intervalla et vias obposuit, sed ipsos sibi et a tergo *rectis ordinibus* adnexuit, ut viæ directæ per omnia genera sine obsta-

[redacted]

culo penetrarent. Cur ita? non ut equites per eas facilius transmitterentur, quod Appianus dicit, sed ut *elephantis hostium*, qui maxime timebantur, locus daretur per medias acies, hique sine confusione manipulorum agerentur ad extrema. Si enim manipuli sollemni more fuissent dispositi, incurrissent necessario in Principes objectos. Livius rem mirifice obscurat, nec videtur intellexisse Polybium; certe inplicate scribit. Tamen ea mens: *non instruxit confertas cohortes*, sed *quamque ante sua signa* in recto ordine. Nam in vulgari dispositione cohortes non sunt rectæ, nec signa signis respondent." Cf. mox not. 3.

2. *Lælium, cujus ante legati*, (quod ex h. l. discimus: nam præfectus classis dicitur 26, 42. 29, 25 et al.) *eo anno quæstoris extra sortem ex SCto opera utebatur*; "Catonem probabile est exacto anno quæsturæ Romam rediisse, (cf. 29, 25. et Nep. Cat. 1. qui eum a Scipione non pro sortis necessitudine vixisse, et ab eo perpetua dissensisse vita dicit) et Scipioni petenti Lælium, ei amicissimum, forte absentem, aut quæsturæ petendæ causa Romam profectum, quæstorem extra sortem datum: nam quemadmodum præsides provinciarum, sic etiam quæstores non semper provincias sorte, sed interdum lege aut SCto extra ordinem adceperunt;" Duker. coll. Sigon. de jur. prov. 2, 3. et Manut. ad Cic. ad div. 2, 19. — *Lælium ab sinistro cornu, Masinissam ab dextro:* ita et ap. Polyb. Uterque in dextro ap. Appian. Pun. 41. 44.

3. *velitibus: ea tunc levis armatura erat*; v. ad 21, 55, 2. et 26, 4, 6. — *post rectos refugerent ordines:* conf. not. Schweigh. ad Polyb. 11, 23, 2. 15, 9, 7. et 15, 15, 7. "Manipuli quique tres hastatorum, principum et triariorum, qui unam cohortem efficiebant, non jam, ut alias in acie Rom. moris erat, in quincuncem et per intervalla ordinum, sed una recta linea alii post alios locati erant ita, ut alter alteri responderet, (qui Polybio dicuntur *σημαῖαι* vel *σπεῖραι κατάλληλοι*, s. *ἄλλαι κατ' ἄλλας* s. *κατ' ἀλλήλας τεθεῖσαι*, et 11, 11, 7. *ἐπάλληλοι τάξεις*, Appiano Pun. 41. *ὄρθιοι λόχοι*, Livio *recti ordines*) utque inter duas quasque cohortes via recta per omnes manipulos pateret. — Per ipsam rationem, qua instruitur Romana acies, per interstitia illa, quæ sunt inter manipulos, fit, ut non facile rumpi dirimique acies eorum possit; quia, si vel maxime inruperint hostes per primos hastatorum manipulos, cædunt eos hi ipsi a latere, tum obcurrunt sequentes manipuli hastatorum in quincuncem dispositi, tum manipuli principum, manipuli triariorum. Quare etiam, quoniam militum vi non facile rumpi aciem Rom. posse (*δυσδιασπάστου οὔσης τῆς Ῥωμαίων τάξεως καὶ δυνάμεως*) noverat Hannibal, belluarum inpetu eam vel *ordines turbare* rumpereque, *συνταράξαι καὶ διασπάσαι*, conatus est. Sed et hoc periculum evitavit Scipio *ordines rectos* faciendo, non in quincuncem locando; quod ipsum facere potuit propter conmodum illud, quod habet Romanorum armatura et omnino acies Romana, quod et singuli manipuli et singuli milites in quamcumque partem sunt mobiles, et pugnare possunt· quod ipsum conmodum simul illam eis operam præstat, ut non facile rumpi atque turbari eorum acies, etiamsi per interstitia pervadant belluæ, vel perrumpant aliquatenus nonnulli hostium globi, possit: continuo enim et minima opera pristinum suum locum conmodamque suam formam recipit." — *in ancipitia tela*, v. ad 1, 25, 4.

4. *Macedonum legionem* memorat etiam Frontinus, non vero Polybius et Appianus. Cf. c. 42. et 31, 1 extr. — *non lingua, non mos, non lex* cet. ut 28, 12. et ap. Polyb. 11, 19, 4.

5. *præsens merces ostentatur*, v. ad 1, 12, 6. et 4, 30, 1.

6. *in spem victoriæ* (si vicissent, *im Falle des Siegs, auf den Fall*; Bauer.) *ostentantur*, cf. ad 4, 30, 1. et 6, 5, 1. — *inpotenti futuro dominatu*, v. ad 3, 36, 2.

7. *aliæ spes jactantur*, v. ad 2, 12, 7. — *nihil in spem medium ostentatur*, v. ad 2, 49, 6. et 4, 30, 1.

8. *duces suarum gentium*, Mauri Maurorum, Hispani Hispanorum, Galli Gallorum, Macedones Macedonum: quæ cohortes, manipuli, legiones quum non sinceræ omnino essent, sed permixtæ varia nationum conluvie, nonnulli duces ex his, quæ apud suos vernaculo sermone pronuntiabant, *per interpretes* ceteris indicabant; Gron. — *plerique* plurimi MSS. *pleraque*, non minus apte.

9. *tubæ cornuaque ab Romanis cecinerunt*, (v. ad 7, 40, 4.) et simul a Pœnis. v. Polyb. 15, 12. et Appian. Pun. 43. — *verterentur*; al. *verterent*. v. ad 2, 3, 2. De memorabili hac pugna cf. Polyb. 15, 12 sq. Appian. Pun. 43. et Guischardti Mémoires milit. T. 1. c. 12.

10. *in ancipites ad ictum utrimque* elephantos, ab ambobus lateribus infestatos, ab dextra lævaque telorum ictui expositos, anxios et, quo se verterent, nescios, (cf. not. 3. extr. et ad 1, 25, 4.) *conjiciebant hastas* velites, qui compleverant intervalla inter manipulos, et actis eodem elephantis locum dederant; Gron.

CAP. 34.)—1. *Ad hoc* (v. ad 2, 23, 3.) *dictu parva — res:* vox *res* abest ab omnibus fere MSS. et recte, opinor, eam delevere Gron. et Doer. ut *τὸ parva* referatur numero plur, ad omnia, quæ sequuntur,

[redacted]

ad *clamorem, voces, pugnam stabilem* cet. Cf. ad 24, 5, 2.

2. *congruens clamor — voces*, cf. ad 4, 37, 7. et Polyb. 15, 12, 9.

3. *pugna Rom. stabilis et suo et armorum pondere incumbentium in hostem — ala et umbonibus pulsantes*, cf. ad 4, 19, 4. 9, 41, 11. et Polyb. 15, 13 pr. Rem gladiis quidem cominus gestam a Romanis, sed pugna fere finita, tradit Appian. Pun. 45 extr.

4. *auxiliares cedentes*, Ligures, Gallos, Baliares Maurosque, qui in prima hostium acie erant.

5. *ne pavido fuga vulneribusque milite sincerum* (v. ad c. 11. n. 5.) *et* cet. MS. Reg. probb. Gron. et Drak. Recepi pro vulg. *ne pavidos f. v. milites in certam et* cet. — *tabem sanguinis*, v. ad 4, 30, 4.

6. *signa fluctuari*; al. *fluctuare*. v. ad 3, 60, 8. — *cernendo*, i. e. cernentium, more Livii in gerundio adhibendo; Bauer.

7. *receptui canere* tubicines s. signa *jussit hastatis*, horum causa, ut hi se reciperent. Cf. ad 7, 40, 4. et 42, 28, 1.

8. *novum de integro prœlium*, "synonyma juncta, quæ tamen differunt: *novum* aliud post prius prœlium, *de integro*, repetito conatu, renovatis viribus, quasi nondum pugnassent. Mox *ad veros hostes* Pœnos, dignos hostium nomine, bellicosos, peritos, fortes." Bauer.

CAP. 35.)—1. *In tempore*, v. ad 2, 47, 4.

2. *Carthaginiensium sociorumque cæsa — cecidere*, cf. Polyb. 15, 14. f. et Appian. Pun. 48. Hic et mira memorat cap. 45. 46. de singulari certamine, in quod Hannibal cum Scipione primum et deinde cum Masinissa descenderit.

3. *omnia et in prœlio et ante aciem et prius quam excederet pugna expertus*, vel potius *ante aciem, et in prœlio et p.* cet. conj. Duker. ut tria designentur tempora et *ante aciem* dictum sit pro: prius quam concurrerent acies. *omnia et ante aciem et in prœlio, prius quam* cet. emend. Drak. coll. Oros. 4, 19. — *Elephantos in prima fronte*, verba, ab *instruxisse* pendentia, ut et seqq. Cf. Polyb. 15, 15, 16.

4. *fatigarent* (sc. hostes) *ac si nihil aliud*: hæc ignorant MSS. tantum non omnes atque edd. ante Gryph. et exterantur sane; Gron. *excipientes alii missilibus, alii vulneribus* multi MSS. Sed vulgatum et Livianum esse, et auctoritate tum cod. Reg., tum Polyb. 15, 16, 3. firmari, monet Drak. *Si nihil aliud* sc. efficere possent, i. e. saltem, certe. v. Drak. *ubi omnis spes esset*, in quibus. — *incertos socii an hostes essent*: "verba hæc ita capi possent, ipsos Italicos incertos fuisse, utrum sibi expediret, esse Pœnorum sociis an hostibus. Potius tamen est, ut credamus, ipsum Hannibalem incertum fuisse, quo loco habendi forent. *Incertus* igitur passive dicitur, de quo alii sunt incerti, de quo dubitatur, ut 27, 37, 4. et 31, 12, 5. Cf. ad Sil. 2, 99. Id si cui minus placet, legat *incertum*. v. ad 8, 17, 6." Drak. *incertos* incertum facientes, de quibus incertum esset; Doer. et Ern.

5. *quum Adrumetum refugisset* biduo et duabus noctibus, etsi longe a Zama abest. v. Appian. Pun. 47. Nep. Hann. 6.

6. *XXXVI post anno, quam puer* cet. v. ad 21, 3, 2.

CAP. 36.)—1. *confestim a prœlio*, v. ad 1, 1, 5.

2. *P. Lentulum*, v. ad 29, 38, 2. — *misso Lælio Romam cum victoriæ nuntio*; Cf. Appian. Pun. 48. Τὸ *cum* forte del.; Jac. Gron.

3. *velata infulis ramisque oleæ C. navis — velamenta supplicum porrigentes* cet. v. ad 2, 54, 6. Cf. Appian. Pun. 49 sq.

4. *ab contemplato situ C.*; forte leg. *ab contemplando situ*; Gron. Cf. ad 1, 53, 3. — *deprimendi hostis*, animi ejus frangendi, vel spernendi. *Deprimere* obponitur τῷ *extollere* 37, 53, 3. et ap. Cic. Pis. 18.

5. *Pars exercitus cum omni equitatu*, v. ad 22, 37, 2. — *Saturnalibus primis*, v. ad 2, 21, 1. Est designatio temporis et diei, quo ea pugna pugnata: et circa id tempus post tot annos finitum iri bellum Punicum II., ejus rei omen datum paullo post principium 22, 1 extr. narratur; Gron.

6. *multo miserabilius, quam ante* cet. cf. cap. 16. et ad seqq. Polyb. 15, 17. et Appian. Pun. 49-53. — *ab recenti memoria perfidiæ*, v. cap. 25. et ad 1, 1, 5. — *In consilio militari.* v. ad 8, 6, 6.

CAP. 37.)—1. *conditiones pacis dictæ* cet. cf. Polyb. 15, 18. et Appian. Pun. 54. — *Ut liberi legibus s. v.*, v. ad 25, 16, 4.

2. *ante bellum tenuissent* in Africa. — *perfugas fugitivosque*, v. ad cap. 43. n. 9. — *Bellum neve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Rom. gererent*: non recte Livium verba Polyb. Latine reddidisse, sed horum sensum esse, Pœnis non permitti, ut alicui extra Africam bellum inferant, et, alicui in Africa, ita permitti, si consentiret populus Romanus; Livium vero hoc discrimen inter habitantem in Africa vel extra eam neglexisse, monet Drak. — *Decem millia talentorum argenti* (CC talenta Euboica ap. Appian.) *descripta* (dispartita) *pensionibus æquis in annos L. solverent*, i. e. singulis annis tantumdem pecuniæ, velut ratam partem totius summæ: quo sensu *æquis portionibus persolvere* dicitur 6, 35, 2. ubi *pensionibus* malebat Cujac. sed *pensiones* sunt *portiones* æquæ, plerumque certe, summæ universæ; Ern.

3. *Obsides centum*: ita et Polyb. sed CL Appian. quod firmari loco Liv. 32, 2. monet Sigon. Forte Livius h. l. Polybium, et 32, 2. alios scriptores sequutus est: Ap-

[redacted]

piani autem CL obsides huc pertinere nequeunt, quia de his addit γενομένων τῶν σπονδῶν, ἀπολήψεσθε τὰ ὅμηρα, Drak.

4. *per priores inducias*, v. ad 2, 18, 1.

5. *adreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco* (subgestu, loco oratoris, ἀπὸ τοῦ βήματος) *detraxit* cet. cf. Polyb. 15, 19. et Appian. Pun. 55. — *species* Germ. *Encheisung*, *Aufstrict*; Doer.

5. *Novem annorum* puer *a vobis profectus post XXXVI annum redii*; cf. ad 21, 3, 2. et Schweigh. ad Polyb. 15, 19, 3. cujus nota est: "Consentit numerorum ratio. Dixit hoc Hannibal exeunte anno ab V. c. 550. Completos autem IX annos habuerat initio a. 515. quo cum patre in Hispaniam est profectus. v. Polyb. 2, 1."

7. *quod ex navibus per inducias* (v. ad 2, 18, 1.) *captis nihil præter i. c. n.*, neque etiam quæ fuissent in navibus, quæque simul restituenda dixisset Scipio: — *adversantibus paci, qui arguerentur* sc. rapuisse et possidere *cetera, quæ absunt*. "Res varios possessores adceperant arcte tenentes complectentesque prædam; neque audebant quæstionem instituere ob potentiam eorum et pertinaciam: nam ut eam eluderent raptores tendendo contra pacem et incitando populum, totam remp. in majus discrimen daturos adparebat: hoc metu sublato, facilius in cetera consensuros. ergo hujus quoque mali medicinam invenerunt statuto, ut redderentur ipsæ naves captique homines, res ex ærario præstarentur;" Gron. — *homines* simul cum navibus captos. — *utique*, v. ad 2, 30, 1. et 6, 35, 4. — *atque ita*, ex Scipionis æstimatione, *pecuniæ luere* C. sc. hæc. Cf. Drak. et ad Tac. Ann. 13, 21, 1. *publica* pro *atque ita* conj. Gron.

CAP. 38.)—1. *ex publicis rationibus*, tabulis, *descripta* bona *quæstores profiteri jussi*, h. e. referre vel proponere, per zeugma; Doer. v. ad 1, 33, 7. Sed verbum *profiteri* etiam ad *quæstores* simpl. referri post. — *Pro ea summa pecuniæ*, sc. qua hæc bona æstimari possent, et tam a quæstoribus quam a dominis æstimata essent, quum retulissent ea in rationes. *Summa* esse omnia hæc bona, et voc *pecuniæ* delendam putat Doer. — *præsentia*, v. ad 1, 12, 6.

2. *per induciarum tempus*, v. ad 2, 18, 1.

3. *deducendaque classe*, v. ad 8, 26, 1.

4. *Cumis solis orbis minui* cet. v. ad 1, 31, 1.

6. *novendiali sacro*, v. ad 1, 31, 3. — *in religionem versa* (v. ad 2, 5, 4.) inundatio *Tiberis*, ut 35, 9. 21. et ap. Hor. Od. 1, 2.

6. *extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris*, v. ad 21, 10, 8. Nota Drak. est: "Fuit *ædes Erycinæ Veneris* in Capitolio. v. 22, 9. 10. 23, 30. 31. et Ryck. de Capit. c. 41. Sed h. l. memoratur alia extra vel ad portam Collinam. Cf. 40, 34. Ovid. Fast. 4, 871 sq. Strab. 6, 272. Appian. B. C. 1, 93. Donat. de urbe Rom. 3, 15. Nardin. Rom. vet. 4, 4. Sed hæc postea demum dedicata est. v. 40, 34. Vel itaque Livius erravit, vel per prolepsin ita locum vocavit, ubi postea ædes condita est. Ovidium etiam circa hanc ædem errasse, observat Neapolis ad Fast. 4, 875."

CAP. 39.)—1. *Lauretanumque*, forte *Falerianumque*, Doujat. *Scaprilanumque* conj. Cluver. It. ant. 2, 2. p. 476. — *Ilvam insulam* in mari Tusco et Etruriæ ora, Gr. Αἰθάλη s. Αἰθαλία, hod. Elba. — *superantem* (v. ad 2, 50, 4.) *Insanos montes* Sardiniæ, ab inmani altitudine sic dictos, τὰ Μαινόμενα ὄρη. Cf. ad Sil. 12, 317. Flor. 2, 6, 35. Cluver. Sardin. ant. c. 1. p. 496. — *disjecit classem*, v. ad 21, 49, 3.

2. *classis Carales tenuit*, v. ad 1, 1, 8. et 23, 40, 1.

3. *subductæ reficiuntur naves*, v. ad 8, 26, 1.

4. *dictatore dicto C. Servilio Gemino*: post quem usque ad Sullam dictatores in republica Rom. non fuisse, monet Pigh. in Ann. ad a. V. 551. p. 228.

5. *quum pridie Idus Martias* (v. ad 21, 63, 1.) *veteres magistratus abissent* sc. magistratu: nisi potius cum Gron. et Drak. leg. *veteres* (sc. magistratus curules; nominativis repetitis e seqq.) *magistratu abissent*, ut 2, 31. 3, 51. 64. 26, 23. — *sine curulibus magistratibus* sc. ordinariis: nam dictatura magistratus extraordinarius erat; Duk.

6. *ludi Rom. ter toti instaurati*, v. ad 2, 36, 1.

7. *scribæ viatoresque ædilitii*, v. ad 2, 56, 10. et 9, 46, 6. — *ædiles pl. vitio creati*, v. ad 5, 17, 4. et 10, 47, 1.

8. *Cerealia ludos*, v. ad 2, 21, 1.

CAP. 40.)—1. *senatus ad ædem Bellonæ habitus est*, v. ad 10, 23, 12. et 26, 21, 1. Mox ante *Carthaginiensibus* scripti et editi ante Froben. addunt *cum*, pro quo *et* conj. Gron. Hoc *cum* probat Dujat., Livium enim indicare voluisse, pugnam cum Hannibale fuisse postremam cum Pœnis, etsi non postremam cum hostibus in Africa; etenim cum Yermina dimicatum postea esse. Contra Crev. et Drak. illud *cum* ad fidem MS. Reg. delevere, ut sensus sit: pugna, quæ suprema, postrema fuit Pœnis, bello jam, non solum prœlio victis. An glossa est vel *cum Carthag.*, vel *cum Hannibale*?

2. *quæ parva bene gestæ rei*, finiti belli Punici, *adcessio erat*; quidam MSS. *quæ non parva*, quod contra sententiam Gron. prætulerim: nam res illa haud parvi momenti erat, (v. cap. 36.) et ejusmodi facta in rerum gestarum expositione extolli magis, quam elevari solent; Doer. Hæc autem

verba non Veturius dixisse, sed Livius adjecisse censendus est. — *facta gratulatione mutua*, postquam omnes sibi de lætissimo nuntio gratulati erant; nisi *gratulatio* est lætitia, (cf. Cic. Verr. 4, 34.) aut dies festus, ut sensus sit: quum hic dies factus esset festus, et quidem, quo diis gratiæ agerentur pro re læta, ut ap. Cic. ad div. 11, 18. *hac tam recenti gratulatione, quam diis ad omnia templa fecimus*; ex quo loco Gron. conj. *faciendæ gratulationi*, probb. Drak. et Doer. Cf. ad 3, 63, 2. Malim *edicta gratulatione*: quæ emendatio et minus violenta est, (nam litera *e* facile excidere potuit, quia est ultima vocis præc.) et non minus apta. v. ad 32, 1, 8.

3. *ut senatus sibi daretur*, v. ad 8, 5, 1.

4. *cui sors urbana evenit*, (v. ad 22, 35, 5.) et simul peregrina. v. ad 25, 41, 8.

5. *M. Valerius Falto Bruttios* cet. v. ad 25, 41, 8. Periodus aliquid confragosum habet, et forte leg. *Prætores M. Junius Pennus, urbanam, M. Valerius Falto — Siciliam sortiti, fuere;* Gron. Omnia bene fluunt et a verbo *creati* pendent, modo deleatur τὸ *est*.

6. *finiti tanti belli se consule gloriam petens*; immo *a se consule*: nam sane finitum fuit bellum illo consule; sed non satis erat hoc ambitioni hominis: volebat ipse ultimam manum inponere bello; Perizon. Cf. Appian. Pun. 56.

7. *M'. Acilius Glabrio*: male vulgo *M.* — *nequidquam tentatam ab Ti. Claudio*, v. cap. 27. et 39.

8. *Patres igitur jurati censuerunt*, v. ad 26, 33, 9. — *ita enim* id *convenerat* inter eos. Possis et cum Jac. Gron. conjicere *id e. c.* sed non opus est. Cf. ad 1, 3, 4. — *provincias inter se compararent s.*, v. ad 3, 2, 1.

CAP. 41.)—1. *in Etruria prorogatum i. e.* v. ad 26, 18, 3. — *Uti* ex emend. Pigh. pro vulg. *ut ii*.

2. *P. Scipio XL longas naves h.*, v. ad 29, 26, 2. et ad 30, 2, 4. — *sicut præfuisset* sc. ipse Scipio; aut, si intell. Octavius, adcipiendum non huic, sed propriæ classi; Drak. — *quibus consuli* Cn. Cornelio Lentulo *usus*, opus, *non esset*, v. Periz. ad Sanctii Min. 1, 15, 8.

3. *centum navibus longis res publica administraretur*, v. ad 2, 64, 3. et 21, 17, 5.

CAP. 42.)—1. *missi ad regem a Roma legati*, cf. c. 26. — *adcusantium quidem et socios*, debebat *et socios quidem*; Bauer.

2. *ante responsum tulerunt*, ante quam ea, quæ ad rem pertinerent, disertis verbis et sine ambagibus exponerent; Doer. Forte leg. *anceps r. t.*, Gron. Immo *tale*: non enim anceps adeo erat, et *triste* mox vocatur; Bauer. *acre* conj. Periz.

3. *recti atque ordine videri fecisse*, v. ad 24, 31, 3. — *capti sunt*, debebat *sint*, ut in oratione obliqua; Duk. Crev. Bauer. *e re publica f.*, v. ad 1, 27, 5.

4. *Hasdrubal Hædus*, Ἀσδρούβας ὁ Ἔριφος, qui etiam princeps fuerat legatorum ad Scipionem missorum. v. Appian. Pun. 34. 49 sq. — *factioni Barcinæ*, v. ad 21, 2, 5.

5. *tempore uti*, v. ad 3, 9, 4. — *tunc*; f. *nunc*. — *Raro simul hominibus* cet. hæc e Demosthene sumta esse, monet Victor. var. lect. 25, 3. — *si aliter facerent*, quidam *faceret*. Sed v. ad 1, 41, 1.

6. *Ex insolentia*, ob insolentiam bonæ fortunæ eos, (Pœnos) *quibus nova sit*, insolita, *bona fortuna*, *inpotentes lætitiæ insanire*, v. ad 3, 36, 2. et 23, 13, 6. Hæc desumta esse ex Thucyd. 4, 17. docet Victor. — *Populo Romano usitata gaudia esse*, *ac* — *imperium auxisse* sc. eum. v. ad 35, 14, 4. et cf. Virg. Æn. 6, 854 sq.

7. *Ex quantis opibus*, viribus, potentia. Cf. ad 1, 4, 1. et Drak. ad 2, 21, 5. — *fefellissent* Deos, v. ad 2, 45, 16. Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 8, 10. Heins. ad Ovid. Her. 2, 37.

CAP. 43.)—1. *cui classis provincia erat*, v. ad 2, 40, 9. — *SCto intercessit*, quin id fieret, inpedire conatus est. Cf. Appian. Pun. 57-65. Mox forte leg. *Vellent juberentve* aut *juberentque*, aut *v. juberent*, ut 31, 6 pr.

2. *De pace uti rogassent*, sc. tribuni pl. (ut 31, 8, 1. et 38, 53.) *omnes tribus jusserunt*; in aliis libris *uti rogatæ*, ut 33, 25. et Sigon. hoc et omnibus illis locis, ut et 6, 38. 10, 8. al. frustra Livio obtrudit. *uti rogas.* v. ad 4, 58, 10. Verba *de pace* etiam jungi possunt cum *jusserunt*. v. ad 9, 43, 1.

3. *ut sibi in Urbem introire liceret*; nam senatus iis extra Urbem datus erat in æde Bellonæ. cf. c. 40.

4. *Quibus conventis*, (concessis) ut fere mox *si pax convenisset*. v. ad 1, 3, 4. Minus apte Doer. exponit: postquam eos convenerant, ut *convento Valerio* et *Octavio* 42, 17. et 45, 28. Prius legatis petentibus responsum erat dandum; et iidem mox aliud petunt, neque alius iis senatus videtur datus.

5. *ut privos* (singuli singulos) *lapides silices privasque verbenas secum ferrent* fetiales; uti *prætor Romanus*, dux, Scipio, (v. ad 6, 42, 7.) *his imperaret*, *ut fœdus ferirent*, *illi prætorem sagmina poscerent*. *herbæ id genus ex arce sumtum d. f. s.*, v. ad 1, 24, 5, 6. et 14.

6. *quibus ante dictum est legibus* cap. 16. et 37. — *perfugas*, *fugitivos*, cf. not. 9.

7. *Q. Terentius Culleo senator*, cf. Ind. et Plut. in Apophthegm. T. 2. p. 196. Ab Orosio perperam confunditur cum Terentio comœdiarum scriptore.

8. *Quingentas fuisse omnis generis, quæ remis agerentur*: "has non fuisse omnes, quæ remis agerentur, quod putabat Salmas. Obss. ad jus Att. et Rom. c. 23. p. 703.,

igas illas seu rostratas, præter X tri- ,quas Romanis traditas scribit Livius recte putat Schæffer. de mil. nav. 2, 2. rba *quæ remis agerentur* videntur in- , fuisse etiam naves longas, quæ non agerentur: quod cujus modi sit, n intelligere fateor." Duker. *Naves generis, quæ remis agerentur* dici puto longas s. rostratas cujuscumque ge- h. e. triremes, quadriremes, quin· nes et aliæ. v. ad 21, 17, 5.

De perfugis gravius, quam de fugitivis, *um*, v. ad 26, 33, 2. et de perfuga- œnis cf. Iud. et P. Faber Semestr.

Perfugæ et *fugitivi* etiam distin- ur cap. 16. et 37. et illi sunt trans- ad hostes, hi milites Romani ex palati et a Pœnis intercepti; non, Ern. et Doer. monent, servi, qui a is Romanis confugerint ad Pœnos. de *capticis*, militibus bello captis, et us bellicis publicisque agitur; non privata, et quæ nihil pertinet ad n. Cur etiam de his servis minus er consultum dicamus? et quot a dominis Romanis ad *Pœnos* con- e putabimus? et belli potius, quam tempore?

P. 44.)—1. *Annis ante XL pax* — *bel- itum annis post XXIII* — *finitum est anno:* in his Livius annum primum aumve non numerat; at in illis 30, et 30, 28, 1. ambos extremos annos rat; Sigon. Cf. Drak. — *Q. Lutatio ne.* Alius C. Lutatius Catulus, con- ni præc.

Ti. Claudii primum cupiditatem finiendi (v. cap. 27. et 39.) *deinde Cn. Cornelii,* p. 40.) *fuisse in mora,* (v. ad 3, 24, 6. Appian. Pun. 56 extr.) *quo minus id cum exitio C. finiret,* ipse finivisset; ctum est pro *finiret se,* h. e. finiretur. 2, 3. 2. *exitium* quidam MSS. et *exitio retur* alii.

Carthagini — *exhaustis,* v. ad 1, 41, 3, 47, 1. Sed *Carthagini* est potius *Carthagine.* v. ad 28, 26, 1. *Carthagi- ni* edd. ante Drak. et *Carthagine* qui- MSS.

Abhorrentes lacrumæ, minus justæ ac s, profectæ quippe a studio rei pri- nimio, quum in publica jactura fuis- simus parum commotus; Ern. — *ne in vos odio vestro consultum ab Roma- dotis,* neque existimetis, ideo tam acerbe egisse vobiscum Romanos, ut suum in vos odium explerent; sed vestræ paci ac tranquillitati consuluere, et, quoniam *nulla magna civitas diu quiescere potest,* vobis vires ademere, ut quiescere cogeremini; Crev. Sed idem recte monet, hanc defensionem Romanæ in victos acerbitatis haud satis fortasse decere personam Hannibalis. *Necesse est, in vos odio vestro consultum ab Romanis credatis* conj. Drak. ut sensus sit: omnino existimare debetis, Romanos vobiscum egisse *odio vestro* h. e. pro magnitudine odii, quo vos semper prosequuti sunt: (v. ad 2, 61, 3.) norunt enim *magnam civitatem diu quiescere non posse,* et hinc interdicendo bellis externis, adimendo etiam illa, quibus alteri bellum inferre possetis, eventurum prævident, ut hostem, quem foris habere vel non poteritis, vel non audebitis, domi inventuri sitis. Eodem sensu possis etiam *non* inserere ante *consultum,* vel *ne* legere pro *nec.*

5. *si foris hostem non habet, domi invenit,* cf. ad Præf. n. 8. — *ab externis causis,* v. ad 22, 8, 3.

6. *destitui inter tot gentes A.,* v. ad 3, 38, 5. — *tamquam in p. funere comploratis,* universi ploratis. Cf. ad 3, 38, 3.

CAP. 45.)—1. *triumpho omnium clarissimo* cet. cf. Appian. Pun. 65. 66. et Polyb. 16, 23. ubi Schweigh. monet, hunc triumphum vix ante anni seq. initium agi potuisse. — *quadragenos æris:* immo *quadringenos,* quod jam alii monuere, quia majorem summam in minus claro triumpho, nec tanta pecunia in ærarium inlata, divisam legimus 8, 9. 28, 9. 31, 20. 33, 23. 27. et al.

2. *Tiburæ haud multo ante mortuus,* cf. Appian. Pun. 28. extr. — *conspecta mors ejus fuit,* (v. ad 2, 5, 8.) *quia publico funere est elatus,* v. ad Tac. Ann. 3, 5, 1.

3. *Hunc regem in triumpho ductum Polybius tradit,* sc. 16, 23. — *haud spernendus auctor,* v. ad 4, 20, 10. et 33, 10, 5.

4. *pileo capiti imposito* (v. ad 24, 16, 9.) *Q. Terentius Culleo* cet. v. ad c. 43. n. 7.

5. *popularis aura,* v. ad 3, 33, 2. *Magnum* etiam proprium Scipioni cognomen fuisse, docet Periz. anim. hist. c. 1. — *Felicis Sullæ* s. Fausti. v. ad Epit. Liv. 89, 2. — *Magnique Pompeji* cet. v. ad Epit. Liv. CIII. extr.

[redacted]

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXI.

CAP. 1.)—1. *in parte laboris ac p. fuerim*, ad 5, 21, 4.

2. *perscripturum* se *res omnes Rom.* v. ad Praef. n. 2.

3. *tot enim sunt a primo Punico*, quod ortum a. V. c. 488. *ad secundum bellum finitum* a. V. 551.

4. *aeque multa volumina*, sc. XV libros.

5. *quidquid progredior*, v. ad 7, 32, 3.

6. *vetustaeque fama gentis* Macedonum, pro *vetusta*: (v. ad 1, 1, 6.) quod vix tamen hic opus; nam et *vetusta gens* claritatis laudem habet; Bauer. *vetustaque* alii, etiam Drak. *Fama vetustae gentis* ut *claritas antiquorum regum*. — *decem ferme annis ante* pacem cum Pœnis — *triennio prius*, quam haec pax fieret. Cf. 24, 40. 29, 12.

7. *Vacuos pace Punica*, cum Pœnis, *Romanos*, solutos, expeditos ob pacem, per pacem, liberos ad aliud bellum suscipiendum et sine interpellatione gerendum; Bauer. Cf. ad 3, 40, 8. et 31, 29, 11.

8. *in urbem* Athenas *compulerat* Philippus, cet. Cf. c. 14. Polyb. 16, 27. et Appian. Maced. Exc. III.

CAP. 2.)—1. *ab Attalo rege et Rhodiis legati* cet. cf. Polyb. 16, 24. 27. et Appian. l. l. — *ad consules, qui tunc in provinciis erant* edidi ex emend. Ruben. pro vulg. *qui tunc in praelio cum Bojis erant*, quod ineptum esse jam monuit Gron. nam soli P. Ælio fuisse hanc provinciam, Lentulo Siciliam; et alienum ab h. l. esse nobile illud *praelium cum Bojis*, quum adversus eos nihil memorabile a consule gestum mox dicatur; praeterea in MSS legi *in praelio bojis* et *ngjis*.

2. *ad Ptolemaeum* V. seu Ephiphanem *Ægypti regem*, qui quadrimus puer Philopatori subcesserat patri a. V. 549. quo statim de ejus regno dividendo pactum inter se inierant Antiochus et Philippus. Cf. c. 14. 32, 33. Polyb. 3, 2, 15, 20. 16, 25. Justin. 30, 2. Appian. l. c. *Legatos* hos etiam ad Antiochum missos tradit Polyb. 16, 27. et 34. Cf. Justin. 30, 3. 31, 1. et Appian. l. l. Livius neque rerum, a Philippo hoc anno 551 gestarum, neque legatorum ad Antiochum missorum bellique ab eo adversus Ptolemaeum moti meminit, nisi paucis 32, 33. — *P. Sempronius Tuditanus*, forte non qui censor et consul fuit, (v. 27, 11. et 29, 11.) sed alius, aut leg. *C. Sempr. Tud.*, qui prior ille ante Lepidum praetorium memoratus fuisset, et trium legatorum tertius tum esse solebat homo nullo adhuc honore functus; Drak.

3. *legionibus subitariis tumultus ejus causa scriptis* — *tumultuaria manu*, v. ad 1, 37, 4. et 2, 26, 1.

4. *per Umbriam*, per illam Umbriae partem, Bojis vicinam, quae circa Sapim fl. (hod. Savio) est, et hinc Umbris tribus *Sapinia vocatur*. Cf. 33, 37. ad Sil. 8, 448. et Cluver. Ital. ant. 2, 6. p. 623. Gruchius de Com. Rom. 2, 1. et Panvin. de civ. Rom. c. 51. eam faciunt unam e tribubus Rom., et hic quidem extra numerum, ille exclusa Horatia. Sed v. Duker. ad h. l.

5. *aperto itinere*, v. ad 10, 14, 6. — *duxit*, v. ad 1, 23, 4. — *ad castrum*, castellum, *Mutilum*, hod. Medolo, inter Gabellum et Scultennam fluvios, supra Mutinam, versus Mutinam. Cf. ad 5, 35, 4. et 33, 37 pr.

6. *neque explorato circa*, v. ad 1, 41, 10.

CAP. 3.)—1. *quem videretur ei, mitteret*, v. ad 1, 29, 4.

2. *M. Valerius Laevinus* forte non summus ille vir et consularis, qui diu in Graecia bellum cum Philippo gessit, (nam etsi poterat causa esse, cur hic potissimum cum classe mitteretur, quod ei res Graecorum Macedonumque notissimae erant, tamen ex ejus dignitate non videtur fuisse, ut a consule pro praetore ad classem mitteretur) sed hujus filius, (v. cap. 5.) extra ordinem ex privato pro praetore, ut saepe alii, missus; Duker. — *circa Vibonem*, v. ad 21, 51, 4.

CAP. 4.)—1. *de agris veterum militum* cet. cf. cap. 49.

2. *M. Junius, praetor Urbis*, v. ad 25, 1, 7.

[redacted]

3. *quod ejus publicum populi R. e.* v. ad 5, 25, 5.

4. *P. Ælio consule comitia habente* ex emend. Gron. pro *consulum*, quod et aliorum magistratuum comitiis præfuit.

5. *Ludi Romani scenici* — (v. ad 1, 9, 4.) *adparati facti* — *biduum instauratum est* — *plebeji ludi ter toti instaurati*, v. ad 2, 36, 1. et 23, 4, 1. — *frumentique vim ingentem quaternis æris populo diviserunt*, v. ad 29, 37, 3. et 31, 50, 1.

CAP. 5.)—1. *Anno quingentesimo quinquagesimo:* numerus conruptus, ut et ap. Oros., Eutrop. et alios. *quadragesimo* plerique MSS et vett. edd. *quing. quinq. quarto* conj. Glar. et *quing. quinq. secundo* Dodwell. (in Chronol. subjuncta Dionys. Hal. p. 52.) Cler. et Crev. — *Omnium primum*, ut 3, 19.

2. *Sulpicius consul retulit* sc. ad senatum.

3. *precationem admisisse deos*, v. ad 1, 36, 3. *Respondere* verbum propr. de omnibus, iis, qui consuluntur. — *prolationem finium* cet. v. ad 26, 21, 1.

4. *tum respondere placere* sc. senatum vel consules, (cf. 35, 47. et Drak. ad 42, 25, 5.) nisi leg. *responderi;* Duk. et Crev.

CAP. 6.)—1. *Vellent, juberent* — *indici*, v. ad 1, 24, 11.

2. *Plancus urbanam* sc. provinciam. v. ad 2, 40, 9.

3. *antiquata est rogatio*, v. ad 4, 58, 10.

4. *bella ex bellis seri*, v. ad 2, 1, 6.

CAP. 7.)—1. *Consul in campo Martio comitiis habitis*, h. e. dum habeutur comitia: (cf. ad 5, 36, 3.) nam ea nondum peracta erant, sed incipiunt. At vox *habitis* ab omnibus MSS. abest, et forte est delenda. Tum *comitiis* dictum, ut *ludis* et alia. v. ad 2, 36, 1.

2. *si umquam ante alias*, ut 1, 28. 2, 9. 6, 42. 9, 39. 32, 5. " Scio, sic solere loqui omnes: sed hic postulare contextus videtur, ut *numquam* legamus. Nam *si umquam* notat exemplum e pluribus potissimum, *si numquam* unicum; quod hic ponitur, et voc. *certe* etiam indicatur;" Bauer.

3. *Mamertinis tulerant*, v. ad 28, 28, 3.

4. *quemadmodum ab Sagunto H.*, v. ad 21, 38, 1. — *Ne æquaveritis Hannibali Philippum* cet. v. ad 32, 21, 8. — *dico, quantum vel vir viro, vel gens genti præstat*, immo *præstet:* at dicam, docebo vos, quantum Philippus Pyrrho et Macedones Epirotis præstent, ex iis, quæ in comparatione ponuntur, liquet; Duker. Idem tamen monet, orationem abruptam, et locum forte non sine vitio esse. *Dii, quantum* cet. conj. Roëll.

5. *et hodie est*, leg. *hodieque*, (i. e. hodie quoque; sed cf. Duk. et Drak.) et mox *Nostra nunc comparate;* Gron. Sed in proxime antecedd. et consequ. non adloquitur *Quirites;* Bauer. Immo per totam orationem. — *morte Pyrrhi nobilitatos Argos*, v. ad 29, 18, 3.

6. *Lucanus et Bruttius et Samnis* ab aliis recte adcensentur *Græciæ Magnæ.* — *Hos*, hos, hos populos.

CAP. 8.)—1. *Ab hac oratione* (v. ad 1, 1, 5.) *in suffragium missi, uti rogarat* Sulpicius consul, *bellum jusserunt*, v. ad 30, 43, 2. — *Supplicatio in triduum* cet. v. ad 3, 63, 2.

2. *circa omnia pulvinaria*, v. ad 5, 13, 5.

3. *consultique fetiales* — *decreverunt*, v. ad 9, 9, 2.

4. *utrum ipsi utique nuntiari i.* v. ad 2, 30, 1.

5. *proximum præsidium*, v. ad 9, 31, 1. Ad rem cf. 36, 3. et 38, 46. Post voc. præc. *consulti* suppleto *sunt*, recte habet seq. *fetiales*, quod Gron. delendum putabat, nec male repetitum est, pluribus interjectis; Bauer.

6. *ut, quem videretur* — *mitteret*, v. ad 1, 29, 4.

7. *voluntarios, quos posset, duceret; invitum ne quem militem veterem ducendi jus esset*, quod 32, 2. multos legimus questos. *Voluntarii* et *veteres milites* h. l. non ii, qui legitima annorum XX stipendia confecerant, ut evocati, sed qui anno priore militaverant, quosque dimittere consules jubentur, ut iis aliquid laxamenti a continua militia detur; Duker. Cf. 10, 39. 32, 1. 8. al.

8. *minime multa stipendia haberet*, v. ad 3, 57, 5. Mox Gron. malebat *id præsidium Siciliæ p. esse* sc. *jussum.*

9. *M. Valerio Faltoni, qui prætor* cet. v. ad 25, 41, 8.

10. *qui eorum minime m. s. haberet*, immo *haberent;* Mur. — *contactis gentibus belli societate*, v. ad 2, 5, 3.

11. *iraque inde tumentibus*, ut 33, 11, 3. (ubi v. Gron.) *jam tumentes;* nisi cum Ern. leg. *ira tumentes.* Sic passim *tumere, tumescere, turgere, turgescere, tumidus, turgidus, tumor* de ira, et *inflati* 24, 32. ubi v. not. 2. Cf. ad Sil. 2, 626. ad Juvenal. 1, 45. et intpp. Hor. Sat. 1, 1, 21.

CAP. 9.)—1. *defendere liceat* per alia bella; Periz. si possit, si nihil inpediat; Duk. coll. Cic. Off. 1, 26. 2, 19. Sed forte leg. *libeat* cum Mur.

2. *supplicationibus habitis jam et obsecratione circa omnia pulvinaria facta*, v. ad 3, 63, 2.

3. *ex incerta pecunia vovere* debere (potius *voveri*, ut mox *reponi debere*) *si*, siquidem, *ea pecunia non posset in bellum usui esse:* nisi voveantur ludi ex pecunia ex ærario sumenda, et summa ejus statuta fuerit ac seposita, tota ærarii pecunia huic voti obligationi obnoxia videbitur, et ærarii usus in bellum nullus erit; Crev. Forte leg. *ex i. p. voveri deberi.* *Si* (etsi; v. ad 5, 51, 1.) *ea*

pecunia nunc posset in bellum uni esse, seponi statim debere cet.

4. *præeunte maximo pontifice*, v. ad 4, 21, 1.

5. *quinquennalia vota*, v. ad 27, 33, 4. — — *quantam tum, quum solveretur, senatus censuisset* sc. ad eas res, i. e. ad ludos donaque dandam: (cf. 25, 12. et 36, 2.) nisi leg. *quanta* sc. pecunia senatus tum, quum votum solveretur, ludos donaque facienda censuisset; Duk. Cf. 34, 44. et 42, 28.

CAP. 10.)—1. *Gallici tumultus fama*, v. ad 2, 26, 1.

2. *Salyis Ilvatibusque:* illi ab h. l. alieni sunt, (v. ad 5, 34, 7.) et hi nominis situsque obscuri, qui tamen memorantur etiam 32, 29. et 31. Pro *Salyis* MSS. et edd. antt. habent *Selanibus*, *Selinibus*, *Silemibus* et *Senilibus*. Cluverius Ital. ant. 1, 7. 10. p. 50. et 78. conj. *Statiellis* (sed v. 42, 8,) *Veliatibusque*; (cf. Plin. 7, 49. s. 50. ibique Hard.) J. Fr. Gron. *Salyis Celelatibusque*; Jac. Gron. *Sollinibus* (s. Solliniensibus, de quibus v. Cluver. Ital. ant. p. 67. et Holsten. ad Cluver. p. 87.) *Iriatibusque*, ita dictis ab Iria opp. ap. Ptol., Plin. et alios, hod. Voghera.

3. *de Hasdrubalis exercitu* ibi cæso. v. 27, 49.

4. *ut obsiderentur tamen* (v. ad 1, 12, 1.) *prius*, *q. e.* h. e. ut non ex inproviso caperentur, sed obsidione morarentur prius, et nuntios mitterent auxilia petitum; Gron.

5. *colonis laborantibus*, v. ad 3, 31, 1.

CAP. 11.)—1. *in Etruriam ad conveniendum diem edixerat*, v. ad 22, 12, 1. — *per commodum reip.*, v. ad 5, 12, 6.

2. *ad obprimendum Gallicum tumultum*, v. ad 2, 26, 1.

3. *Carthagini obversari*, v. ad 24, 23, 2. et 28, 26, 1.

4. *nuntiare prœterea jussi:* del. forte vox postrema; Gron. — *flagrante bello Italia*, vulg. *Italiæ*.

5. *distinendo copias*, v. ad 3, 23, 1. — — *Petere* sc. jussi: non legendum, ut vulg., *peterent*; Gron.

6. *toga purp.*, *palmata tunica* cet. cf. 27, 4. et 30, 15, 5. Mox leg. *si quid sibi ad firmandum* cet., Gron.

7. *Nominis ejus honorem pro magnis — consuesse*, v. Spanhem. de pr. et usu num. diss. 8. p. 476. Dukeri nota est: "Verbum *consuesse* indicat, id dudum ita factitatum. Sed non alia exempla habeo, quam 30, 15. et forte Polyb. 1, 16. de Masinissa et Hierone. Itaque suspicor, Livium magis ex posterioris, quam illius temporis consuetudine hoc senatui tribuere." — *liberum arbitrium eis populo Rom. permittente*, in multis MSS. et edd. antt. *ejus*, prob. Ruben. si et *permittenti* legatur, ut sensus sit: si liberum pacis dandæ arbitrium populo Rom. Vermina permittat. Id probabile fieri ex cap. 19 extr. et 28, 34. monet Gron.

CAP. 12.)—1. *Locris ex Proserpinæ thesauris*, cf. 29, 7. et 18.

2. *ne Pleminium quidem* cet. cf. 29, 7. 21. 22.

3. *eodem exemplo haberi, quo M. Pomponius* cet. cf. 29, 20 sq. et ad 24, 14, 3. Mox leg. *si quod minus* cet.

4. *sicut ante pontifices censuissent*, cf. 29, 20. 21. — *causa expiandæ violationis ejus templi*, v. ad Præf. n. 3. et ad 2, 31, 2. De *prodigiis* mox memoratis v. ad 1, 31, 1.

5. *Jam animalium obsceni fetus*, monstrosi et hinc male ominati, mala portendentes. Cf. Heyne ad Virg. Ge. 1, 470. et Æn. 12, 876. — *incertus infans natus, masculus an femina esset*, v. ad 27, 11, 5. et 30, 35, 4.

6. *sicut proxime C. Claudio — erat*, v. 27, 37.

7. *decemviros adire libros*, v. ad 3, 10, 6.

8. *secundum id prodigium factæ*, v. ad 1, 4, 1.

9. *carmen ab ter novenis virginibus cani per Urbem — sicut patrum memoria Livius*, v. ad 27, 37, 5.

CAP. 13.)—1. *privati, quibus ex pecunia, quam M. Valerio — eo anno*, cf. 26, 35. 36. et 29, 16. Alteram pensionem non memoravit Livius; unde eam nondum solutam, et nunc demum pro tertia solvi putabat Glar. Hinc et *ultima pensio* memorari demum videtur 33, 42.

2. *Senatus querentes eo non sustinuit*, v. ad 2, 44, 6. — *publicatam suam pecuniam fore*, v. ad 3, 31, 2.

3. *solvendo ære alieno resp. esset*, v. ad 2, 9, 5.

4. *Trientius Tabuliusque:* forte leg. *trientius tabulius* vel *trientabulus*, h. e. datus pro trientibus tabulis aut triente tertio tabularum, i. e. pro tertia parte ejus, quod tabulis publicis debebatur; Gron. ad h. l. et Obss. 4, 23.

CAP. 14.)—1. *secundum vota* cet. v. ad 1, 4, 1.

2. *eo maxime tempore Abydum obpugnabat* Philippus, (v. ad c. 17. n. 1.) *jam cum Rhodiis et Attalo navalibus certaminibus*, ad Chium et ad Laden ins., *neutro feliciter prœlio, vires expertus*, v. ad 32, 33, 5. et Polyb. 16, 14, 5. ubi cf. Schweigh.

3. *fœdus ictum cum Antiocho S. r. divisæque — imminebant*, v. ad c. 2. n. 2. et ad 3, 51, 3.

4. *per Initiorum dies*, v. ad 2, 18, 1. *Initia* mysteria, (Cereris) quoniam principia vitæ melioris fuere. Majora mysteria mense Boëdromione, in auctumno, age-

Cf. Wagner. ad Cic. Leg. 2, 14, aub. Exerc. adv. Baron. 16, 43. Eleus. c. 7. Scalig. de emend. p. 29. et 5. p. 318. — *inprudentes* , v. ad 4, 39, 4.
Piræeum — *trajecit*, v. ad Nep.
.
rdotes cum insignibus cet. cf. Polyb. 5-7. — *Dii prope ipsi exciti* s. s., ἐν τοὺς ναοὺς ἀνέῳξαν, ἐπὶ δὲ πᾶσι οῖς βωμοῖς παραστήσαντες ἠξίωσαν ται, Polyb.

15.)—1. *significationibus adclama-s multitudinis*, ut ἐπισημασία εὐνοϊκὴ ρατικὴ et simpl. ἐπισημασία favoris ue significatio, benevolentiæ tes-n ap. Polyb. 6, 6, 8. et 30, 1, 1. d 35, 43, 6. Schweigh. ad Po- 2, 6. Victor. ad Cic. ad Att.

s etiam Romanos haberent sc. socios. *missam occasionem quæsituros*, v. ad 9, 19, 5. 25, 38, 8.
ribu, quam Attalida adpellarent Athe-*ad decem veteres tribus addenda*, cf. 6, 25, 9. Pausan. 1, 5, 5. 1, 8 pr. yz. in Ἀτταλὶς et Βερενικίδαι. — *dum hæc*, v. ad 1, 4, 1.
dii Ciam insulam, Simonidis pa-uæ ab Ægina Rhodum navigan-n longe a Sunio prom. prima Cy- obcurrit, et vulgo Κέως, *Ceos*, *a*, aliis *Cea* et Κίος, hod. *Cia* vel tur. v. Intpp. Plin. 4, 12. s. 20 ab. 10. p. 486. et Schweigh. ad 6, 26, 10. et 16, 41. 7. MSS. h. l. forsan haud absurde) *coram*, *etiam* llus *Ceam* aut *Ciam*. — *per insulas* s.
alum Æginæ missi cet. cf. Polyb.

il agentem tenuere, cf. ad 2, 63, . Duk. conj. *sed neque illos excire* — *Rhodiique* quum, (ita V MSS.) *si t* cet.
gium liberatæ per se Græciæ titulum, gloriam. Cf. ad 34, 32, 4. 42, 52, 1.
ecia obportuna loca, v. ad 1, 54, 4. *cia* leg. *Thraciæ*, cujus sunt loca, x enarrantur; Gron.

16.)—1. *Philippus magis regio animo* cf. Polyb. 16, 28, 3. — *Philocle* at. cf. Ind. et Polyb. 16, 24. 23, 1. 3. Mox memorantur multa oppida, tum maritima, ut *Maro-ææ*, tum mediterranea.
us tradita Heraclidi, cf. c. 33. et ad

dentibus ipsis, v. ad 3, 47, 1.

17.)—1. *Abydeni primo*, *tormentis* le situ et memorabili expugnatione Abydi Polyb. 16, 29-35. *Abydus* urbs Troadis in Asia minore ad Hellespontum, objacens *Sesto* in Chersoneso Thraciæ, et a Philippo una cum Sesto (v. ad 32, 33, 8.) obpugnata ob portum præcipue ingentem, ut per eum in Asiam ingredi posset.
2. *legatos ab regem* — *miserunt*, cf. Polyb. 16, 30, 7.
3. *nihil pacati* — *respondisset*, ut 43, 18. — *ab indignatione s. ac d.*, v. ad 1, 1, 5.
4. *præeuntibus exsecrabile carmen sacerdotibus*, v. ad 1, 24, 9. et 4, 21, 1. — *Principes*, Glaucides et Theognetus, *quibus atrocior pars facinoris* — *mittunt*, cf. Polyb. 16, 33. — *cum infulis*, v. ad 2, 53, 6.

CAP. 18.)—1. *M. Æmilius* Lepidus, *Alexandriam missus* tum aliam ob causam, (v. cap. 2.) tum ut tutelam Ptolemæi Epiphanis pueri susciperet. v. Justin. 30, 3. et Valer. Max. 6, 6, 1.* Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 16, 34. — *trium* legatorum (v. cap. 2.) *consensu*, h. e. amborum conlegarum et suo; Gron.
2. *Num Abydeni quoque* cet. Polyb. 16, 34. τί δ' Ἀθηναῖοι; τί δὲ Κιανοί; τί δὲ νῦν Ἀβυδηνοί; καὶ τούτων τίς, ἔφη, σοὶ πρότερος ἐπέβαλε τὰς χεῖρας;
3. *repente proditos rati*, v. ad 2, 43, 5.
4. *per omnes vias leti*, v. ad 4, 48, 2.
5. *inposito Abydi præsidio*, ut 36, 12, 4. nisi ex IV MSS reponendum *Abydenis*; Jac. Gron. — *nuntii obcurrerunt* — *esse*, v. 8, 19, 10.

CAP. 19.)—1. *in Numidiam ad regem*, Masinissam. Ita omnes MSS. et edd. ante Froben. quæ *ad reges* (Masinissam et Verminam) substituit. Sed *ad Verminam tertia legatio* fuit.
2. *quum duo millia daret*, v. ad 3, 21, 3.

CAP. 20.)—1. *ut, qui neque dictator* cet. v. ad 26, 21, 1. et 28, 38, 4.
2. *Argenti tulit ex præda* cet. sc. in ærarium.

CAP. 21.)—1. *Jam exercitus consularis* cet. cf. cap. 10 pr. et 11 pr.
2. *Occasio egregie rei gerendæ fuit, si* — — *duxisset*, v. ad 1, 23, 4. et 28, 33, 2.
3. *Dextra ala in prima acie: in alas divisum socialem exercitum habebat* sc. Furius; nisi potius cum Lips. de mil. Rom. 2, 7. leg. *habebant*, ut studiose notet Livius morem, qui non suo ævo et diu ante, sed tunc obtinuerit, nec omnibus forsan fuerit notus. Nota Dukeri est: "Cur vero Livius, qui sæpe antea alas sociorum memoravit, demum h. l. tam studiose id, quod Lipsius putat, notare voluit? et cur h. l. tantum *una ala* sociorum in prima acie, et *duæ le-*

[redacted]

giones in subsidiis locatæ dicuntur? Hoc tum ideo factum credit Schel. ad Polyb. c. 12. quod Galli eo cursu in prœlium venerint, ut Romanis vix spatium fuerit ceteras copias instruendi. Mihi verosimilius videtur, sinistram sociorum alam non fuisse in exercitu prætoris, sed consulem in Etruria eam subsistere voluisse, et quidem SCto jussum. cf. c. 11. Nec objici potest, si tantum una ala in exercitu prætoris fuisset, non posse eam adpellari *dextram*; sed potius ex hoc etiam loco probabile fit, *dextram* et *sinistram alam* non a loco adpellatas fuisse, quem in acie tenuerint." Cf. ad 25, 21, 4. et 27, 14, 2.

4. *obire ad omnes h. s. conatus*, v. ad 10, 25, 9.

5. *ædemque deo Jovi vovit*: Sigon. conj. *ædesque duas J. vovit*, coll. 34, 53 extr. et 35, 41. Cf. ad 34, 53, 5.

6. *ut parte duarum legionum equites, altera* cet. v. ad 3, 37, 6. — *circumire eos aciem*, ut 9, 27. 36, 16. 37, 29. 42.

7. *Hamilcar dux Pœnus eo prœlio cecidit*, quem triennio post alio captum prœlio, et in triumpho ductum fuisse, alii auctores sunt. v. 32, 30. et 33, 23.

CAP. 22.)—1. *in quam primo impetu vis ingens hostium inlata est*: vox *ingens* exsulat a MS. Thuan. et Lov. 2. prob. Jac. Gron. et Duk. quia Livius ante dixit, hostes in unum hunc locum omni multitudine connisos fuisse. Cf. Duk. ad Flor. 4, 2, 72.

2. *Corcyræ subducta classis*, v. ad 8, 26, 1.

3. *sicut ante dictum est* cap. 14. — *per Megaram*, v. ad 24, 30, 6.

4. *non modo* non *Sunium superare*, (v. ad 1, 40, 1. et 2, 50, 4.) *sed nec*, etiam non, vel ne quidem, ut *neque* 33, 5, 6. nisi malis dicere post *sed* subplendum esse *etiam*, (v. ad 1, 40, 1.) et *nec* positum pro simpl. *non*, ut passim *nec* et *neque*, v. c. 1, 23. 2, 22. 3, 22 al. Cf. ad Tac. Ann. 1, 32, 7. In multis MSS. et edd. ante Ascens. *ne*, h. e. ne quidem, v. ad 33, 49, 1. — *extra fretum Euripi*, v. ad 28, 6, 3.

5. *Atticæ tres apertæ naves*, v. ad 22, 19, 4.

CAP. 23.)—1. *superato promontorio*, v. ad 2, 50, 4.

2. *Primis tenebris movit*, v. ad 2, 3, 2. — *tranquillo pervectus*, v. ad 24, 8, 6. — — *qua infrequentissima urbis sunt*, v. ad 3, 70, 2. et 10, 11, 3. — *paucis m.* v. ad 1, 14, 4.

3. *multitudinem armatorum adceperunt*, ceperunt.

4. *Statuis regis dejectis*, cf. ad 39, 7, 4. et ad Juvenal. 10, 58. Paulo ante *quos eo Philippus* cet. conj. Gron.

5. *Chalcis et Euripus*, v. ad 28, 5, 8. et 28, 6, 3.

CAP. 24.)—1. *nec quidquam aliud, quam ad* cet. v. ad 2, 8, 9.

2. *transgressus ponte Euripum*, v. ad 28, 6, 3.

3. *speculator*: *hemerodromos vocant Græci, ingens die uno cursu emetientes spatium*; proprie *speculatores* Græcis ἡμεροσκόποι et ἡμεροφύλακες dicebantur: sed iidem solebant esse ἡμεροδρόμοι et δρομοκήρυκες, (Eilboten) ut quam celerrime scitu necessaria, quæ signis indicari non possent, suis nuntiarent. Cf. Duker. ad h. l. Stephani Schediasm. 6. p. 280. (ubi græca legitur ἡμεροδρόμων descriptio) Herodot. 7, 192. Æneæ Poliorc. c. 6. ibique Casaub. Turneb. Advers. 27, 7.

4. *quæ Chalcidem — prodiderat*, v. ad 2, 43, 5.

5. *prætor Atheniensium* forte non Archon, quod Duker. suspicabatur, sed στρατηγός. Cf. ad 6, 42, 7.

6. *sustinuit signa*, v. ad 2, 44, 6. — *Ab Dipylo adcessit*, sc. ad urbem, *porta ea* cet. v. ad 8, 17, 5. et 24, 21, 3.

7. *et extra limes* (v. ad 2, 39, 3.) *mille ferme passus* longus, (sed potius cum Duk. leg. *passuum*, quia latitudo, non longitudo limitis significatur) ab Dipylo *in Academiæ gymnasium ferens*, v. Plin. 12, 1. s. 5. 31, 1. s. 3. Potteri Archæol. 1, 8. p. 88 sq. vers. Ramb., Voyage du jeune Anacharsis T. 2. c. 7. 8. Meursius in Ceramico gemino c. 20 sq. et in Athenis Atticis l. 2. c. 1 sq. Menag. ad Diog. Laërt. 3, 7.

8. *et diu optata cæde — expleturum se* sc. odium; vel *diu optata*, quæ jam diu optasset, se *expleturum*, confecturum, perfecturum, *cæde* hostium.

9. *Cynosarges* (*templum Herculis, lucus et gymnasium*, a quo dicti Κύνικοι) *et Lyceum* et Academia, tria gymnasia Athenarum celeberrima, extra urbis mœnia exstructa. v. Hesych. et Suid. v. Κυνόσαργες, (qui illud ita dictum tradunt, quod Didymus jussu oraculi eo loco *templum Herculi* struxerit, quo canis albus, κύων ἀργής, deposuerit carnes victimæ, a se mactatæ) et auctores in not. 7. laudati.

10. *sed etiam sepulcra*, quæ in Græcia extra urbium mœnia esse solebant. Cf. ad 25, 9, 11. Vales. ad Ammian. Marcell. 18, 7. Potteri Archæol. Gr. 4, 7. — *præ impotenti ira*, v. ad 3, 36, 2. et 6, 40, 1.

CAP. 25.)—1. *ab Ægina, Romanique ab Piræeo* cet. v. ad 8, 17, 5. — *inde Eleusinem profectus*, opp. Atticæ Megara versus in maris ora, ad dextram Cephisi ripam, celeberrimum initiis s. mysteriis Eleusiniis Cereris, *spe inproviso templi* Cereris *capiendi castellique, quod et imminet* (v. ad 3, 51, 3.) *et circumdatum est templo*, intra templi murum et περίβολον; quod castellum, templi propugnaculum, cujus et mentio fit in Scyla-

[redacted]

iplo, (Geogr. min. T. 1. p. 20.) ad- tum v. in ruinis illius templi, a roto delineatis et expressis in Allg. it. a. 1802. Vol. 3. pr.

egaram ac protenus Corinthum ducit, v. 3, 4. 22, 50, 3. et 24, 30, 6.

mslato imperio a Philopœmene ad Cy-; (forte *Cycliadam*, ut ap. Polyb.) idetur altera Philopœmenis fuisse a. cf. 32, 19. et Schweigh. ad Polyb. 1. 17, 1, 2. 18, 17, 4. De prima etura v. Polyb. 11, 10 sq. de tertia, r, inf. 35, 25-29. 36. de quarta 38, Polyb. 22, 23. 23, 1 sq. 24, 5 sq. de inf. 38, 33 pr. de octava inf. 39, 49, rudentia ejus et virtutibus inf. 34, 50. et Polyb. 2, 40. 67 sq. 10, 21-25. 2. 25, 9 de natalibus, forma, studiis s gestis, Pausan. 8, 49-52. et Plut. . p. 356-368.

gros sociorum populationibus prohibitu- ad 22, 14, 3.

. 26.)—1. *ex castello ab Eleusine*, v. 5. n. 1.

beundo muros et comminanda obpugna- . ad 21, 5, 5. — *nihilo ei Piræei* op- v. intpp. Cic. ad Att. 7, 3.) *quam is, facilior — obpugnatio fuit*: forte leg. *ior*, vel *expugnatio*: nam obpugnatio on admodum difficilis est, et Phi- expugnare Piræeum conabatur;

diruti muri, muri longi, (μακρὰ τείχη η) a Themistocle et Pericle exstruc- L stadia longi, qui tamquam *brachiis Piræeum Athenis* et tres Athenarum a natura factos, Piræeum, Phale- et Munychium, uno muro conclu- ter se *jungunt*; cf. Nep. Them. 6. 5, 63. 6, 116. 7, 76. 91. Pausan. 1, lor. 11, 41 sq. 14, 32. Thucyd. 1, '. 2, 13. 8, 90. Plut. in Cim., The- et Pericle, Meurs. Ath. Att. 3, 12. Archæol. 1, 8. p. 67 sq. vers. , Voyage du jeune Anacharsis T. 2. : Chandleri Itiner. c. 5.

mpla Deûm, quæ pagatim sacrata habe- henienses, (cf. cap. 30. n. 3.) *dirui li jussit*: quod furentis esse hominis olyb. 5, 11, 4. — *copia* ob copiam, *i marmoris*, Attici, inpr. Hymettii, v. Strab. 9. p. 399. Plin. 17, 1. 36, Hor. Od. 2, 18, 3.

d lapides quoque frangi jussit, ne integri ent ruinas, nec templa restitui pos- Cf. Polyb. 16, 1. qui Philippum modo in templa Pergami sæviisse. Pars historiarum ejus ad hoc cap. . pertinens deperdita.

, 27.)—1. *ad Apsum flumen* cet. cf. a Quinctio p. 370. — *Corrago et o et Orgesso castellis* non aliunde nisi sunt eadem, quæ Κρεώνιον, Γερεῦντα s. Γεροτοῦντα et Ὄργυσον vel Ὄργυσσον adpellat Polyb. 5, 108, 2. et 8. ubi id suspicatur Schweigh. et ubi *Antipatria* quoque memoratur. Κόρραγον in Æschin. orat. c. Ctesiph. p. 553. ed. Reisk. ducis nomen esse, jam alii monuere.

2. *Hic metus Codrionem, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit* pro: *Codrion ut dederetur*. Cf. ad 2, 57, 3. *Condrionem* quidam MSS. Χρυσονδίωνα vel Χρυσονδύωνα ap. Polyb. 5, 108, 2. esse forsan nomen ejusdem vel duorum oppidorum, nec tamen cum Jac. Gron. Κνίδον, Κοδρίονα, et mox in hoc cap. Liv. *Cnidus* pro *Ilion* legendum esse, ibi monet Schweigh. In MSS. quidem et antt. edd. *nidus*, *indus*, et *nudus* reperitur pro *Ilion*, et notissima *Cnidus* s. Gnidus urbs Doridis Asiaticæ in Caria, ubi Venus sanctissime colebatur; sed Cnidum Thessalicam s. Macedonicam nemo memoravit præter Steph. Byz. et Schol. Callim. H. in Cer. 25. ubi Cnidus Asiatica intell. v. ibi Intpp. et Wessel. ad Diodor. T. 1. p. 379. Ἴλιον inter Macedoniæ oppida idem recenset Steph. Byz.

3. *Athenagoras regius præfectus* (cf. Polyb. 18, 5, 2.) *in transitu fluminis* Apsi, ad quod consul castra habebat, (v. cap. pr.) *a novissimo agmine a.*, v. ad 8, 17, 5.

CAP. 28.)—1. *ex Dardanis* (cf. ad 26, 25, 4.) *Bato*, cujus nominis Dalmatiæ regem Dio, sed rectius Pannonium ducem memorat Suet. Tib. 20. Cf. ibi intpp. et ad Ovid. ex Ponto 2, 1, 46. — *Longari filius* VI MSS *Langari* prob. Drak. quia Λάγγαρος ὁ τῶν Ἀγριάνων βασιλεὺς ap. Arrian. de exped. Alex. M. 1, 5. ubi cf. Gron.

2. *Filium Persea puerum* cet. cf. Tac. Ann. 2, 44.

3. *ne gens inquieta fidem mutaret*, v. ad 26, 25, 6.

CAP. 29.)—1. *Concilium Ætolorum statuta die, quod Panætolium vocant*, Thermi esse quotannis auctumnali tempore, ibique tum nundinæ ludique agi, et populi magistratus creari solebant. v. 35, 32. Polyb. 5, 8. 28, 4, 1. Strab. 10. p. 463. Potteri Archæol. lib. 1. extr. Idem concilium *Thermaicum*, τὴν τῶν Θερμικῶν σύνοδον, adpellat Polyb. 18, 31, 5. ubi Schweigh., Palmerio (in Exerc. ad auct. Græc. p. 89.) et Dukero præeuntibus, jam recte notavit errorem Liv. 33, 35. qui verba Polybii cepit de *frequenti Græciæ conventu ad Thermopylas*, quem inde *Pylaicum adpellant*, τὴν σύνοδον Πυλαίαν vel τὴν Πυλαίαν, (v. Strab. 9. p. 490. Suid. et Hesych.) quoniam locus ille dicebatur propr. Πύλαι, (ut *Pylæ* 32, 4. 36, 15. et hinc *portæ* 36, 17, 2.) et deinde a vicinis aquis calidis Θερμοπύλαι. v. 36, 15. extr. Strab. 9. p. 428. Herodot. 7, 201. Appian. Syr. 17. et Pausan. 10, 8. qui etiam docet, ad Pylas convenisse ex pluribus

[redacted]

Græciæ populis XXX legatos, et in his duos tantum fuisse Ætolorum Πυλαγόρας. *Panætolium*, ut Παμβοιώτια, Πανελλήνια, Παναχαιὰ s. Παναχαϊκὰ, Πανιώνια, Παναθήναια. Ceterum Bauer notat, infra et alibi *Panætolicum* scribi, magis ex analogia, ut et *Pylaicum* et *Achaicum* consilium, sed et *Panætolium*, τὸ Παναιτώλιον, recte habe-e, et substant. esse.

2. *Huic ut obcurrerent* ut mox *ad id*. v. ad 1, 61, 1. — *nulla nova re* sc. oblata, quum nihil novi inciderit aut adcesserit: ablativi simpl. positi in adjectivo; Bauer.

3. *Messanæ ut auxilio essent*, (v. ad 28, 28, 3.) *primo in Siciliam conscenderunt*, h. e. naves conscenderunt, (ut 37, 11. 44, 23. 35. et Gr. ἐμβαίνειν) ut in Siciliam navigarent; Drak. *transcenderunt* (ut 34, 4.) conj. Crev. et *exscenderunt* Gron. Sed *exscensionem facere* eos dici, qui prædandi causa milites e navibus in terram exponant, eoque animo Romanos primo in Siciliam non trajecisse, monet Duk. — *ut Syracusas, obpressas a Carth.*, (v. 24, 27 sq.) *in libertatem eximerent*, eximerent servitio (ut 28, 39 extr.) et in libertatem restituerent.

4. *vectigalem provinciam* (v. ad 5, 10, 5.) *securibus et fascibus subjecerunt*, h. e. sævo imperio. Cf. seqq. *Fasces* designant jus animadvertendi summumque imperium; *secures* jus vitæ et necis. Cf. ad 2, 7, 7.

5. *sicut vos Naupacti* (v. ad 26, 26, 1.) *legibus vestris concilium habetis* cet. cf. 35, 12. et Polyb. 5, 103.

6. *Lilybæum indicitur concilium*, v. ad 4, 25, 4.

7. *Prætor Rom. conventus* (ἀγοραίους) *agit*, quod propr. dicitur de magistratu provinciali, diem indicente, quo jus dicturus sit in aliquo provinciæ oppido, quod hinc etiam ipsum *conventus* adpellatur.

8. *Capua sepulcrum ac monimentum Campani populi, elato — populo*, v. ad 24, 22, 11. — *prodigium relicta crudelius habitanda, quam si deleta foret*, ita continentibus verbis legendum, ut sensus sit, Capuam relictam sic habitandam esse prodigium crudelius, seu majus crudelitatis monstrum, quam foret deleta; Gron. Vulgatam distinct. probant Duk. et Periz. qui *prodigium* ad præcc. referunt, et *crudelius* adcipiunt adverbialiter. — *hæc tenuerint*, obtinuerint, passi sint.

9. *fidemque* (pro *et fidem*, ut duo *et* sint h. l., nisi *et* ante *nihil* del.) *hodie pacis pactæ desiderat*, post hoc verbum sustuli interr. signum: nam post *qui* intell. *tamen*, et verba *Philippi regnum* cet. non interrogantis, sed referentis, animo dici, magis est e more Livii, ut 33, 13. *libertati graves videri reges;* Bauer.

10. *socium Philippum quæretis*, v. ad 9, 19, 5. Mox post *leves* excidisse videatur *et;* Bauer.

11. *de Philippi pace*, de pace cum eo. Cf. ad c. 1. n. 7.

CAP. 30.)—1. *Secundum Macedonas*, v. ad 1, 4, 1.

2. *id se queri*, repetitio rhetorica et elegans; Duk. et Drak. — *cum infernis diis*, sc. sepulcris circa Athenas diruendis; *cum superis*, templis incendendis. Cf. c. 26.

3. *delubra sibi fuisse, quæ quondam pagatim*, κατὰ δήμους, vel, ut in Præf. Thucyd., κατὰ κώμας, *habitantes in parvis illis castellis vicisque consecrata* (v. Pausan. 1, 31. 32.) *ne in unam urbem quidem contributi*, contracti sc. a Theseo, (ut ἀπόκρινειν in procem. Thucyd. eadem de re; Bauer.) *majores sui deserta reliquerint*, v. ad 5, 5, 2. 25, 5, 3. 31, 26, 4. Multos Atticæ fuisse δήμους, et eam sparsim habitantes in unam urbem conductos, notum est; Duk. Romanis *tribus* et *pagi* dicebantur, nobis *Cantons*. Cf. Wolf. ad Leptin. p. 232. Valcken. ad Herodot. 3, 55. Potteri Archæol. 1, 9 extr. Ernesti clav. Cic. v. *paganus* et in Ind. Græco-Lat. v. δῆμοι.

4. *urbem colentes deos*, ut πολισσοῦχοι et πολιοῦχοι θεοί, Gron. Cf. ad 24, 38, 4. 29, 27, 1. ad Sil. 1, 27. et Spanhem. ad Callim. H. in Pall. 53.

5. *præsidem arcis Minervam*, v. ad 45, 28, 1.

CAP. 31.)—1. *orationis meæ formam — mutarunt*, i. e. fecerunt, ut ego mutarem, coëgerunt me mutare: metonymia effectus pro causa, ut 1, 28. *memor:* Bauer. — *ultro adcusando*, quia ipsi adcusarunt.

2. *Cianos, Abydenos* cet. cf. c. 16 sq. et ad 32, 21, 8. — *Æneos*, Αἰνείους, plerumque Ænios, Αἰνίους. Cf. ad 40, 4, 4. — *Thasios*, v. ad 33, 30, 2.

3. *Rhegium Pyrrhi bello legio — Rheginis reddidimus*, v. ad 28, 28, 1. — *possedit*, v. ad 24, 45, 6.

4. *Syracusanis obpressis ab externis tyrannis*, Epicyde et Hippocrate, fratribus Pœnisque, non a domesticis, *quo*, ut eo *indignius esset:* (*quod* conj. Sigon. sed nil interest; Bauer.) sed Hieronymus non minus crudelis fuit omniumque malorum auctor.

5. *stipendiarias ac vectigales*, v. ad 5, 10, 5.

6. *neque ipsi quidem*, leg. *ne i. q.;* Gron. et Bauer. — *bellum adversus Samnites per annos prope LXX* cet. v. ad 23, 42, 1. — *connubio atque inde cognationibus, postremo civitate*, v. ad 8, 14, 9.

7. *præsidio nostro fœde interfecto* cet. v. 23, 7.

8. *quis durius — statutum indignari posset*, " an *criminari?* Certe sic interpretandum. Nam *durius, quam pro merito, statutum*, recte quilibet *indignetur*. Sed *indignari* hic est cum indignatione queri, exprobrare, ut ἐπιμέμφεσθαι ap. Thucyd. Ita Noster 34, 6. *legem — abrogari est indignatus* i. e. con-

questus, reprehendit, inprobavit, noluit;" Bauer. Cf. ad 3, 3, 1. — *Plures sibimet ipsi conscientia* cet. v. 26, 13-16. — *Ceteris ita oppidum ademimus, ut — daremus*, v. ad 1, 17, 5.

9. *vos, quo propiores Macedoniæ estis*, eo s. hoc *melius nostis*, cf. ad 1, 23; 9. et 2, 45, 12.

10. *qui tum plus poterat*, v. ad 5, 33, 3.

CAP. 32.)—1. *præcipitata raptim consilia* (cf. ad 2, 45, 10.) *neque revocari*, reprehendi, ut denuo sint in potestate: (non sign. *widerrufen*, sed pressius *zurückgenommen werden*) ut ap. Hor. Ep. 1, 18, 71. *emissum volat inrevocabile verbum*, instar teli emissi; *neque in integrum restitui possint*, manere jus et copiam aliter de integro statuendi; Bauer.

2. *ne de pace bellove, nisi in Panætolico et Pylaico concilio, ageretur*, v. ad c. 29. n. 1.

3. *suspensa re*, v. ad 2, 32, 5.

CAP. 33.)—1. *Ad Lyncum*, v. ad 26, 25, 4. — *Bevus* fl. ad Bevam opp. Macedoniæ. v. Steph.

2. *quonam hostes iter intendissent*, v. ad 4, 19, 1. — *Idem error*, inscitia, ignorantia, quod ex præc. et seqq. patet. Cf. ad 27, 46, 5. *Movisse*, v. ad 2, 3, 2. — *ex diverso* itinere, e diversis locis, partibus.

3. *per transfugas cognitum est, quos levitas*, inconstantia, *ingeniorum præbet* idoneos, vel quorum operam usumque præbet *ad* cet.

CAP. 34.)—1. *ad caritatem suorum* cet. cf. Platonis Menexen. pr., Lucian. de amicit. pr. et Intpp. Hor. Od. 1, 28, 23 sq.

2. *Nihil* vero *tam incertum nec tam inæstimabile est*, quod tam parum æstimare ac prævidere possis, (quo confidere non licet, *worauf man nicht rechnen kann*; Ern. *quam animi multitudinis*; (cf. 24, 24. extr.) quippe, etenim *quod promtiores* cet. Similiter forsan *inæstimabile perjurium* 37, 57 extr. nisi potius ironice dictum pro prorsus egregio et singulari, (ut fere *inæstimabile gaudium* 29, 32.) aut cum Gron. leg. *inexpiabili*, aut *intestabili*, (v. ad Tac. Ann. 6, 40, 6.) aut *inexcusabili perjurio*, aut ex cod. N. *detestabili*. Sed cf. ibi not. 5.

3. *gladio Hispaniensi*, v. ad 7, 10, 1.

4. *paulo plus CC passus*, sed cap. seq. pr. *paulo plus D passus*. — *propinquum Athaco*, forte opp. Dassaretiorum.

5. *descripta suis quæque partibus, tum tendentium ordine* cet. v. ad 25, 6, 10. Lips. mil. Rom. 5, 1. Schel. ad Hygin. de castram. p. 1031. et 1041. Thes. Græv. T. X.

CAP. 35.)—1. *Tralles, Illyriorum* cet. v. ad 27, 32, 1.

2. *Ab Romanis autem*, forte *item*: quia rex periculo summam rerum committere noluit, sed electos ad tentandam prœlii fortunam in campum emisit, pariter Romani haud fere dispari numero equitum peditumque excretam manum iis obposuerunt; Gron.

3. *genus pugnæ, quo adsuerant*, (v. ad 21, 16, 6.) *fore, ut equites, in vicem insequentes refugientesque* cet. ut fere Parthorum equites, de quibus v. Justin. 42, 2. et Hor. Od. 1, 19, 11 sq. 2, 13, 17.

4. *pedes concursator et vagus*, (v. ad 27, 18, 6.) *et prope seminudus genere armorum*, v. ad 3, 19, 9.

CAP. 36.)—1. *cætratos, quos peltastas vocant*, v. ad 21, 21, 6. — *aperto prælio*, v. ad 10, 14, 6.

2. *Ubi latentem intra vallum sensit*, forte leg. *latere hostem*. — *subcessit* sc. vallum

3. *quia ex tam propinquis stativis parum tuta frumentatio erat*, "si ita scripsit Livius, subplendum est *hosti*: sed quia hoc aliquanto durius, forte leg, *quia hostium tam p. st.*, ut 23, 17." Duk. *Ex tam propinquis stativis* adcipio dictum pro: propter tam propinqua stativa, propter tantam propinquitatem stativorum sc. hostium. v. ad 7, 39, 4. Ita nil mutandum.

4. *ut cresceret simul et negligentia cum audacia hosti*, pro vulgari *simul et negligentia et audacia*, ut *consilium cum re, animus cum re*: sed forte del. *et*; Duk. Cf. ad 21, 60, 5. et 26, 43, 2.

CAP. 37.)—1. *qua quisque posset*, v. ad 3, 70, 2. — *opem ferre laborantibus*, v. ad 3, 31, 1. — *agmine quadrato*, v. ad 2, 6, 3.

2. *in summam belli profectum* v. ad 3, 61, 4.

3. *regem in equum subjecit*, v. ad 4, 19, 3.

CAP. 38.)—1. *exhausto circa agro*, v. ad 10, 44, 1.

2. *nec enim mansuros* cet. v. ad 5, 55, 2.

3. *sedentem Romanum debell.* v. ad 7, 37, 4.

4. *multis ignibus per castra rel.* v. ad 22, 41, 5.

CAP. 39.)—1. *et quid venisset*, v. ad 5, 51, 2. — *ad præcipiendum iter*, v. ad 3, 46, 5.

2. *Stuberam deinde petit*, opp. Pelagoniæ ad Erigonem fl. Cf. 43, 18. 20. Στύβεῤῥα Polyb. 28, 8, 8. Στύμβαρα Strab. 7, 7, 9. p. 327. Στόβηρα Suidæ dicitur. Mox pro *Pluvinam* al. *Pluinam*, et quædam edd. *Pellinam* ex emend. Sigon., quem gravissime hallucinatum esse docet Jac. Gron. ad Arrian. 1, 7.

3. *ad Bryanium*, cf. Steph. et Strab. l. l.

4. *transversis limitibus*, v. ad 2, 39, 3.

5. *Erigonum incolæ vocant*, cf. 39, 53 extr. et Strab. 7, 7, 8. et 9. p. 327. Hic et Arrianus 1, 5. Ἐρίγωνα dicunt, sed Ptol. Ἐρίγωνον. — *Eordæam*, Ἐορδαίαν et Ἑορδαίαν. cf. 45, 30. Arrian. 1, 7. Plin. 4, 10. et Schweigh. ad Polyb. 18, 6, 3.

[redacted]

6. *objectis per o. transitus operibus*, v. ad 21, 57, 7.

7. *prælongis hastis* (sarissis) *velut vallum ante clipeos objecit*, v. ad 9, 19, 2. et 36, 18, 6. — *Romphææ* s. *rhomphææ* et *rumpiæ* tela Thracum ap. Gell. 10, 25. Ῥομφαῖος ἀράκιον, ἀμυντήριον, μάχαιρα, ξίφος, ἢ ἀκόντιον μακρὸν, Hesych. Cf. Heins. ad Val. Fl. 6, 98. et Bocharti Hieroz. 1, 2, 8. p. 137.

8. *patentem vulneri equum*, *e.*, ut mox *nec aperti quidquam*. v. ad 22, 50, 3. et 25, 16, 12.

9. *vanum teli genus*, v. ad 10, 29, 1.

10. *testudine facta*, v. ad 5, 43, 2. — — *evasissent*, v. ad 2, 7, 7. — *difficili fuga*, quum fuga difficilis esset, ut *in locis impeditis*, v. ad 8, 30, 7. et 9, 43, 6.

CAP. 40.)—1. *in Elimeam se recepit* sc. consul: Ἐλίμεια regio et urbs Illyrici ap. Strab. 7, 7, 8. p. 326. et Steph. Ἔλιμα s. Ἔλυμα ap. Ptol. qui etiam rectius eam ad Aoum fl. ponit, quam Livius 42, 53. *ad Haliacmona*, qui fluvius longe abest, et mediam percurrit Macedoniam; (cf. Cellar. Geogr. ant. 2, 13.) cui Macedoniæ *Elimiotis* a Romanis demum *juncta* dicitur 45, 30. in divisione regni. Ἐλυμιῶτις ap. Arrian. 1, 7. *Elimeam* h. l. et 42, 53, 2. 43, 21, 3. regionem esse, ex adjunctis verbis et præpos. *in* probabile fit.

2. *in loca pacata*, v. ad 2, 59, 5.

3. *carpendo postremum agmen*, v. ad 3, 5, 1.

CAP. 41.)—1. *Cercinium obsidere* opp. Macedoniæ, cui forte vicina palus Cercinitis ap. Arrian. et Curt. 1, 3.

2. *Bœben paludem*, Βοίβη opp. et Βοιβιὰς lacus Thessaliæ (inter Sepiadem et Penei ostia) ap. Steph. Βοιβηῒς λίμνη ap. Hom. Il. 2, 711. Strab. 9, 436. et Plin. 4, 8. s. 15. Cf. Voss. ad Mel. 2, 3, 82. — *Cyretias* ap. Ptol. 3, 13. Χυρετίας.

3. *Phecado urbi*, forte quæ *Pheca* dicitur 32, 14. — *paulo plus quingentorum passuum*, immo *quingentos passus*; Crev. et Drak.

CAP. 42.)—1. *binis ternisve summum*, v. ad 21, 35, 7.

2. *per aversam portam castrorum*, v. ad 3, 5, 3. Mox forte leg. *in tumulum ad castra*, vel *ad tum. in castra*; Gron.

3. *per calles* (al. *colles*) *ignotos sequentibus eos hostibus*, si forte sequerentur; Gron. Cf. ad 5, 2, 7.

CAP. 43.)—1. *Dardanos — adeptus*, v. ad 2, 30, 7.

2. *sex millia peditum et equites*, forte *et M.* vel *et D equites*: quorum numerus sine dubio excidit; Gron.

3. *nunc belli, quod instaret*, v. ad 3, 6, 5. — *Hæc ea æstate — gesta erant*: ultima voce sic non uti solet Livius; Duk.

CAP. 44.)—1. *Malea superata*, v. ad 2, 50, 4. — *Scyllæum* prom. naufragiis celebre et opp. (hod. *Capo Schilli* s. *Scigilo*) in quod poëtæ Scyllam fabulantur mutatam, ad fretum Siculum inter Bruttios et Argolidem, cujus opp. *Hermion* s. *Hermione* non longe ab eo abest, ad sinum Hermionicum, partem Argolici, inter Maleam et Scyllæum promm. Σκύλλαιον τὸ ἐν τῇ Ἑρμιόνῃ dixit Strabo 8, 373. et τὸ Ἑρμιονικὸν ἀκρωτήριον τὸ Σκύλλαιον 10, 484. Cf. Eustath. ad Hom. Il. 2, 560. ad Dionys. Perieg. v. 420. Voss. ad Scylac. Peripl. p. 20. ed. Oxon.

2. *id omne in auxilii præsentis spem*, ob eam, illa freta, *effudit*, cf. ad 7, 39, 2. *linguæ promtæ*, propr. homines linguæ pr., *quod genus* hominum cet. Demagogos designari, monet H. Steph. in Dicæarchi Sympractore p. 65.

3. *nominaque earum*, inscriptiones, vel titulos Philippi statuis et imaginibus inscriptos; sed forte leg. *imagines omnes, item majorum — omnium nominaque earum* (Philippi et majorum ejus) *tollerentur*; Crev. Sed nota Duk. est: "Vox *earum* ab aliquo forte adsuta, (nam sublatis statuis imaginibusque etiam nomina earum tollebantur) et *nomina* ea, quæ aliis operibus adscripta erant: nam hoc quoque factum fuisse, patet ex verbis seqq. *locos, in quibus positum aliquid inscriptumve* cet. Ex his omnibus nomina Philippi eradi, quemadmodum statuas imaginesque tolli voluerunt; quod apud Romanos quoque non semel factum est. (cf. ad Tacit. Ann. 2, 32, 3. 6, 2, 2. ad Juvenal. 8, 18. 10, 58 sq.) De *diebus festis et sacris*, honoris regum principumque causa institutis, multa habet Spanhem. epist. V. ad Morellum."

4. *Postremo inclusum*, insertum, adjectum decreto, ut 45, 25. — *quæ adversus Pisistratidas*, Pisistratum ejusque filios, Atheniensium tyrannos, *decreta quondam erant*, cf. Justin. 2, 8. 9. Aristot. Polit. 5, 5. Meursii Pisistratus in Thes. Gron. Vol. 5. et Voyage du jeune Anacharsis T. 1. P. 2. sect. 1. — *literis verbisque, quibus solis valent* cet. quo nomine etiam Demosthenes eos notavit; Duk. Cf. Victor. var. lect. 9, 16.

CAP. 45.)—1. *æque immodicis ad* (κατὰ) *honores sociorum*, Attali Romanorumque, *ac quæ in ira adversus hostem fecerant* sc. Athenienses, scripsi ex emend. Gron. qui etiam conj. *atque in ira a. h. fuerant*, (quod recepit Drak.) et *ac quæ ira a. h. fecerat*. In edd. ante Drak. legitur *ac quæ in irqua a. h. fuerant*.

2. *navigant a Piræeo Andrum*, septentrionalem Cycladum insulam, quæ freto ab Eubœa australi, et alio angustiore a Teno insula dirimitur. Cf. 36, 20. — *Gaureleon*, multi MSS. *Gaureon*. Γαύρειον τῆς Ἀνδρίας χώρας memorari Xenoph. hist.

p. 440. monet Drak.
s in potestatis suæ esse, v. ad 3, 62, 5.
ecedentium muros, al. *muro*. v. ad 22,

elium Bœotiæ oppidulum, XXX sta-
› Aulide, ad mare, cum templo
iis, ad formam ejus, quod in Delo
erat, exstructo. v. 35, 51. pr. Pau-
20. Strab. 9. p. 368. 403. Herodot.
. Thucyd. 4, 76. Appian. Syr. 12.
l. ad Diodor. T. 2. p. 574. et Hol-
d Steph. Byz. v. Δήλιον. In medi-
is Bœotiæ oppidis recensetur a
ı. 3, 15.
acedonum fere omnibus, v. ad 24, 32,
ex faciles ad credendum malebat Gron.
b Andro Cythnum trajecerunt, insulam
Ceam Atticamque sub Eubœa. v.
10 extr. et Intpp. Tac. Hist. 2, 8.
ulæ Cyclades præsidiis Macedonum
ntur. v. cap. 15. — *Prasiæ, conti-
Atticæ locus*, v. Strab. 9, 399. Aliæ
Laconicæ in Argolico sinu. v. Du-
l Thucyd. 2, 56. — *Issa* insula et
m ejus, in mari Hadriatico, prope
n oramque Illyrici: unde *Issæi* s.
t *Issaici lembi* 32, 21. *Issenses naves*
Cf. Ind. et Schweigh. ad Polyb. 2,
l. 32, 18. — *Carystus* Eubœæ opp.
Capharenm et *Geræstum* (cui *Geræstus*
um portu subjacet) promontoria.
rus, (hod. Sciro) *Icus* et *Sciathus* in-
Cyclades in mari Ægæo. *Sciathus*
legitur in edd. recentt. 35, 43, 3.
inter Scyrum et Sciathum sitam
locet etiam Strabo l. 9. p. 436. —
es tranquillitas Boreæ, aut, ut 25, 27,

ide Cassandream (v. ad 28, 8, 8.) *pe-
rime ad Mendin tenuere*, v. ad 1, 1, 8.
- *inde*, v. ad 1, 3, 8. — *superato*, v.
0, 4.
ulectis in unum navibus, v. ad 27,

Canastræum Pallenes — *superato Toro-
naeterio*, v. ad 2, 50. 4. et 28, 7, 6.
athus opp. Macedoniæ, (hod. Erisso)
am Strymonicum vel Singiticum.
erodot. 7, 121 sq. et Marcianus
. p. 27. — *retro repetunt*, v. ad 2,

. 46.)—1 *sinum Maliacum* — *Hera-
r.* ad 28, 5, 6.
*hilippo circa Pergamum urente sacra
pro*, in his *templum Veneris* et *Nice-
i*, lucum juxta Pergamum ab Eu-
consitum, teste Strab. 13. p. 624.
33, 34. Polyb. 16, 1. 17, 2. et 6.
tis antea fuerat tentata, v. 28, 5 sq. et
5, 1. — *Rhodiæ naves, tectæ omnes*, v.
19, 4.
*Zelasium miserunt, Isthmiæ id super
edem*, ultra D. *est*, vel potius e regi-
metriadis in alto mari, (cf. ad 27,
32, 5. et 31, 47, 3.) *promontorium*; sed
Gron. emend. *ad Phalasiam miserunt, Istiææ
id* vel *Istiæotidos super D. p.* Non male.
Phalasia prom. Eubœæ, et Oreus olim
dicta *Istiæa* s. Histiæa s. Hestiæa, ut regio
illa Istiæotis s. Histiæotis. v. Strab. 10. p.
683 B. Pausan. 7, 26. Cellar. Geogr. ant. 2,
14. p. 811. 812.

5. *Heraclides præfectus regius classem* cet. v.
ad 32, 5, 5. — *diversi Romani et Attalus*, v.
ad 3, 60, 1.

6. *tela ingerentes et pondere ingenti saxa, et
cuniculis* cet. emend. Gron. verbo *jaciebant*
deleto, quod *cuniculis* non convenit. Ma-
lim: *tela ingerentes et pondere ingenti saxa.
agebant et cuniculos* cet. Vulgatam lect.
servari posse putabant Crev. et Drak. si
ad *cuniculos* suppleatur *agebant*. Sed quo-
modo hæc notio in præc. *jaciebant* latet?
Cf. ad 1, 33, 7.

7. *et castigationibus regis in admissa culpa*
cet. immo leg. *et castigationis regiæ* — *me-
mores*: nam quum peccassent antea, Phi-
lippus eos sermonibus ita castigavit, ut
partim minis, si culpam iterarent, partim
pollicitis, si fortiter facerent, ageret;
Gron. Cf. 28, 8. *præsentioribus animis ex
castigationibus* cet. conj. Doujat. Nihil vero
mutandum monent Duk. et Drak. sed
castigationibus adcipiendum pro *propter cas-
tigationes*.

8. *relictis, quot satis videbantur ad e. p.,
militibus*: vox ultima abest a multis MSS.
et edd. In plerisque vero edd. vett. ante
Gron. legitur *quod satis videbatur*. Illud
non inprobabat Drak., hoc Duker. ut *quod*
dictum sit pro *quod militum* vel *eorum*, h. e.
quantum, ut 24, 40, 6. Cf. Periz. ad Sanctii
Min. 3, 6, 1. 4, 4, 77. et Burm. ad Ovid.
Her. 8, 5.

9. *Larissam Cremasten* (pensilem) s. Pe-
lasgiam in Phthiotide Thessal., prope
Echinum, et XX stadia a mari. v. Strab. 9,
5, 13. p. 435. Polyb. 17, 3. 8. 18, 21. Ptol.
3, 13. Mox malim cum Crev. pro *timenti-
bus* legere *timentes* et jungere *Ægeleon timen-
tes*. v. ad 3, 47, 1. Pro *Ægeleon* forte leg.
Pteleon.

CAP. 47.)—1. *sinus Euboicus, quam Cœla
vocant*: nota Dukeri est: "Hic *sinus Eu-
boicus* vocatur etiam Oros. 6, 15. et κοιλὸς
Εὐβοίας μυχὸς Eurip. Troad. 84. de naufra-
gio Græcorum ad Capharea in reditu
a Troia: nam circa hunc proprie fuisse,
quæ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας et κοίλη Εὔβοια
dicebantur, patet ex Dion. Chrys. Orat.
VII. Tzetze ad Lycophr. v. 384. et Phi-
lostr. Heroic. 10, 11. et in vita Apollonii 1,
24. 3, 23. Strabo l. X. pr. auctor est,
Εὐβοίας τὰ κοῖλα vocari τὰ μεταξὺ Αὐλίδος
(Bœotiæ) et τῶν περὶ Γεραιστὸν (Eubœæ)
τόπων. nam latius productam fuisse hanc
adpellationem, intellegi potest ex Val.
Max. 1, 8, 10. Lucano 5, 195. 230 sq. et
Philostr. vita Apoll. 1, 24. ubi cf. Olear.

Malim tamen cum Casaub. ex Epit. Strab. legere Καφαρέως pro Αὐλίδος, quia, si Αὐλίδος scripsisset Strabo, *Capharea* potius, quam *Geræstum*, nominaturus fuisse videtur." Ceterum ad *sinum* maritimum translata, quæ de tractu terræ docent Geographi, Ptol. 3, 15. et Strab. 10. pr. sc. tractum Eubœæ a Geræsto prom. ad Aulidem sive Chalcidem dictum fuisse τὰ Κοῖλα (*die Höhlung*) τῆς Εὐβοίας propter situm, quoniam ibi κολποῦται ἡ παραλία, sinuatur ora maritima, et ab Chalcide κυρτοῦται πάλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, curvatur denuo in continentem. Cf. Oros. 6, 16. Lucan. 5, 231 sq. et Valer. Max. 1, 8, 9. Similiter Κοῖλα vocantur loca concava humilia et depressa, cavæ et profundæ valles seu convalles, v. c. *Cœla Thessaliæ* 32, 4. fauces ejus concavæ, *confragosa loca inplicatæque flexibus vallium viæ*; *Cœle Syria* 33, 19. 42, 29. (ubi etiam *Cœlen Syriam* edidit Drak. pro vulg. *Cœlesyriam*, quia in MS. et edd. antt. legitur *Cœlensyriam*; cf. ad 32, 5, 4.) 45, 11. ἡ Κοίλη Συρία, Cœlesyria, cava Syria, (*Hohlsyrien*) et simpl. *Cœle* ap. Mel. 1, 11. propr. planities s. valles inter Libanum et Antilibanum, deinde tractus Syriæ per totam Phœnicen et Palæstinam pertinens usque ad Raphiam finesque Ægypti; et τὰ Κοῖλα τῆς Ναυπακτίας, convalles agri Naupactii, ap. Polyb. 5, 103, 4.

2. *ante hiemales motus*, maris et fluctuum agitationem jactationemque, qualis hieme esse solet.

3. *super Maleam*, supra, ultra Maleam, (*Malea superata* 31, 44 pr.) ut 42, 56, 1. et Gr. ὑπὲρ τὴν Μαλέαν. Cf. ad 28, 8, 6. 30, 4, 6. 31, 46, 4. 43, 21, 4. Sall. Jug. 19. (22.) Virg. A. 6, 795. Duk. ad h. l. Victor. et Manut. ad Cic. ad fam. 4, 12.

4. *secundum Initia*, v. ad 1, 4, 1. et 31, 14, 4.

5. *Consul alter C. Aurelius ad* cet. v. cap. 22.

6. *Gallico triumpho inminens*, v. ad 3, 51, 3. Mox *eumque* scripsi pro vulg. *quem* suadente Gron. Ita Hearnii L. 1.

7. *senatum in æde Bellonæ h.* cet. v. ad 26, 21, 1.

CAP. 48.)—1. *negabant triumphum, et quod alieno exercitu rem* cet. v. ad 26, 21, 1. C. Aurelio consuli bellum erat mandatum. v. cap. 11.

2. *rapiendi per occasionem triumphi*, v. ad 6, 23, 3.

3. *verius de causa existimaturos*, v. ad 3, 19, 8. et 4, 15, 1. — *an in magistratu suisque auspiciis gessisset* res, v. ad 26, 21, 1. et 28, 38, 4. De rebus ab eo gestis v. cap. 21.

4. *Ex duabus coloniis*, Placentia et Cremona. — *quum una*, Placentia cet. v. cap. 10. et 21. — *velut claustra ad cohibendos* cet. v. 21, 25.

5. *subplicationes habitas* v. cap. 22 pr. et ad 3, 63, 2. — *Furiæ genti*, cf. 5, 49. 6, 42. et 7, 25 sq.

CAP. 49.)—1. *Ludi deinde a P. Cornelio Scipione, quos consul in Africa voverat*, cet. v. ad 28, 39, 1. et cf. Polyb. 16, 23, 7.

2. *bina jugera adciperet; eum agrum decemviri adsignarent*, cf. cap. 4. et ad 6, 36, 5.

3. *hi colonos Venusiam adscripserunt*, v. ad 4, 25, 4.

4. *ut veritas rerum gestarum — publice videretur*, palam et ab omnibus perspiceretur, cognosceretur.

5. *Comitiis deinde diem edixit*, MSS. optimi. *indixit* edd. ante Drak. Similiter *edicere senatum* 3, 38. *diem militibus, subplicationem populo, comitia* 22, 12. (ubi v. not. 1.) 22, 33. 24, 37. 32, 1. 33, 14. 40, 59. et *indicere concilio diem, comitia* cet. 27, 30. 36, 6. al. *edicere* et *indicere justitium* 3, 3. 4, 26. *edicere* et *indicere delectum* 2, 55. 3, 10. 5, 19. 25, 57. Cf. ad 21, 63, 1. et Drak. ad h. l. et 3, 38, 13.

CAP. 50.)—1. *Annona — pervilis fuit*, v. ad 2, 34, 10. — *populo diviserunt* "h. e. plebi, fæci populi, ut 30, 26. 31, 4. 33, 42. ap. Suet. Cæs. 41. et Aug. 40. 41. 42." Duk. Quæ loca omnia de largitionibus frumentariis agunt, ad quas tenuis tantum plebecula admittebatur. Similiter tribuni ad *populum*, h. e. plebem, rogationes tulisse dicuntur 3, 9. 7, 42. 10, 13 al. Cf. ad Epit. Liv. 115, 3.

2. *ludos Romanos — instaurarunt*, v. ad 2, 36, 1.

3. *ludi funebres — munus gladiatorium* cet. v. ad 23, 30, 9. — *M. Valerii Lævini causa a P. et M. filiis*, cf. quæ de iis Drak. disputavit adversus Pigh. in Ann. ad a. V. 563. 566. 576.

4. *C. Cornelius Cethegus absens creatus erat, quum Hispaniam obtineret provinciam*: Sigonius recte ex Livio ordinat successionem eorum, qui Hispaniis præfuere: qui a. V. 533. fuere P. et Cn. Cornelii Scipiones, (21, 17. 32.) a. 539. P. Scipio P. F. Africanus; a. 544. L. Lentulus et L. Manlius Acidinus; (28, 38.) a. 550. C. Cornelius Cethegus. (31, 20. 49. 50.) "Sed non tollit, quod in narratione Livii de L. Manlii Acidini et L. Cornelii Lentuli successoribus difficile et obscurum est. Hi P. Scipioni successerunt 28, 38. ubi quum quinque annos fuissent, de successione actum in senatu. 30, 41. Sexto anno Lentulus ex Hispania rediit, adcepto successore Cornelio Cethego, (31, 20. 49.) et relicto in provincia Acidino, qui anno post decessit, et successorem habuit L. Stertinium. 32, 50. 32, 7." Duk. Hæc parum adcurate traduntur a Livio: unde etiam mutilatum esse quadam parte hunc

librum, suspicati sunt Glar. et Pigh. ad a. 553. — *quia flamen Dialis erat, jurare in leges non poterat*, πότερον ὅτι βάσανός τις ἐλευθέρων ὁ ὅρκος ἐστὶ, δεῖ δὲ ἀβασάνιστον εἶναι καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἱερέως; ἢ ὅτι περὶ μικρῶν ἀπιστεῖσθαι τὸν τὰ θεῖα καὶ μέγιστα πεπιστευμένον οὐκ εἰκός ἐστιν; ἢ ὅτι πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας, κατάρα δὲ δύσφημον καὶ σκυθρωπόν; ἢ κοινὸς ὁ τῆς ἐπιορκίας κίνδυνος, ἂν ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ ἐπίορκος εὐχῶν κατάρχηται καὶ ἱερῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως; Plut. Quæst. Rom. 44. Opp. T. 2. p. 275. Temporibus tamen Imperatorum in acta eorum jurabant. v. Dio Cass. 59, 13. et Gell. 10, 15. *jurare in leges — magistratum autem* cet. v. ad 29, 37, 9.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXII.

CAP. 1.)—1. *L. Quinctio urbana*, (v. ad 2, 40, 9.) et simul peregrina. v. ad 25, 41, 8. — *Bæbio Ariminum*, v. ad 24, 44, 2.

2. *omnes milites exauctorati d. d.*, v. ad 8, 34, 8.

3. *Prorogato imperio — Cn. Sergio, ut militibus, qui in Hispania, Sicilia, Sardinia* cet. cf. 31, 4. et 49. unde suspicari possis, voc. *Africa* h. l. excidisse. Prorogato inperio *prætori prioris anni* (v. 31, 6.) *C. Sergio*, v. ad 27, 22, 2. — *agrum adsignandum curaret* sc. per mensores.

4. *Q. Minucio, ut in Bruttiis — curaret*, cf. 31, 12. 13.

5. *sacrilegii compertos*, v. ad 7, 4, 2.

6. *legati ab Ardea* (v. ad 10, 14, 2.) *questi, sibi Latinis in monte Albano* et epulis sollemnibus sacrisque (v. Dionys. Hal. lib. 4. p. 250 sq.) *carnem datam non esse;* cujus rei causa non memoratur, ut nec 37, 3. in simili re. — *Ab Suessa nuntiatum est*, forte *nuntiarunt*, ut melius conveniant seqq. *et Formiani legati, Ostienses, Veliterni* sc. nuntiarunt; Gron. Sic *ab Suessa* dictum pro *legati Suessani*.

7. *Apollinis et Sanci* (v. ad 8, 20, 10.) *ædes* sc. de cœlo tactas esse. — *et in Herculis æde capillum enatum*, obscurum prodigium. cf. Heyne Opusc. Acad. T. 3. p. 264. et Steger *von den Prodigien* p. 180. Forte tenuis plantæ fibra aut crinis e pariete seu pavimento, nescio quo casu, eminuit. Rob. Titius loc. controv. 18, 3. conj. e Plut. de Pythiæ orac. p. 397. *caprificum enatum*, (v. ad Juvenal. 10, 145.) vel potius *in Herculis æde* (natibus) *capillum enatum*, quem pilum referebat ad Herculem μελάμπυγον, (v. Suid. et Plut. de discr. amici et adulat.) putabatque, quum pili in statuis effingi minime consueverint, et Hercules iis ægre careret, ne πύγαργος et λευκόπυγος, h. e. mollis et effeminatus, existimaretur, eum voluisse hos ex illa sui parte erumpere, et maximum præbere prodigium.

8. *lauream in puppi enatam*, cf. 43, 13. Plin. 17, 38. s. 25. et Steger l. l. p. 178.— —*supplicatio edicta ad omnia pulvinaria* cet. v. ad 3, 63, 2. 5, 13, 5. et 31, 49, 5.

CAP. 2.)—1. *intertrimentum argenti*, quod decoquendo (ut etiam terendo et absumendo 34, 7, 5.) argento perierat; Ern.

2. *centum redditi obsides; de ceteris* cet. v. ad 30, 37, 3. — *Signiam*, forte leg. *Setiam* e cap. 26; Sigon. Sed potuit primo *concessum esse, ut Signiam transirent* obsides, et deinde pro Signia placuisse Setia, cujus mutatæ sententiæ Livius non dedita opera certiorem fecerit lectorem; Drak.

3. *Gaditanis petentibus remissum, ne præfectus Gades mitteretur*, (v. ad 9, 20, 2.) *adversus quod iis, in fidem populi Rom. venientibus*, (v. ad 7, 18, 1.) *cum L. Marcio Septimo convenisset*, v. ad 1, 3, 4. Dukeri nota est: « Dubitari potest, utrum his verbis significetur, Gaditanis *in fidem — convenisse*, ut præfectum Rom. adciperent; (quæ est sententia Sigon. de ant. jur. prov. 1, 5. nam *remitti* fere dicuntur, quæ jure exigi possunt) an, quum convenisset, ne adciperent, et inperatores Rom. in Hispania deinde, adversus quod iis cum Marcio convenerat, præfectos Gades mittere cœpissent, iis petentibus, ne hoc deinde adversus pacta cum Marcio fieret, concessum. Si quis ita adcipiendum putabit, *remissum*

erit id. qd. datum, concessum. (v. ad 35, 17, 2. 35, 45, 1. et Gron. Obss. 4, 2.) Non posset esse dubia sententia hujus loci, si de conditionibus, quibus Gaditani in fidem Romanorum venerunt, constaret. Sed de ea re nihil aliud proditum invenio, quam quod Livius 28, 37. scribit, *Gaditanos Romanis deditos*, et Cic. p. Balbo 15. *L. Marcium fœdus cum Gaditanis fecisse, quod magis fide illius populi et justitia Romanorum, quam aliquo publico vinculo religionis teneretur.* E quo loco videtur colligi posse, eos nec præfectum cum præsidio Rom., quod civitatem in fide contineret, nec præfectum, qui ibi ex legibus Rom. jus diceret, (v. ad 9, 20, 2.) adcepisse. Hoc quidem nequaquam probabile est, quoniam sua voluntate deditionem fecere, et alia quoque fœderata oppida suis legibus vivebant. Cf. Cic. p. Balbo 19." — *C. Cornelius Lentulus* non alibi memoratur; nec tamen propterea cum Periz. *Cn. Cornelium* ex 31, 50. substituendum monet Drak.

4. *ut colonorum numerus cogeretur*, ita MSS. et primæ edd. ante Froben. qui *augeretur* substituit, forte e 33, 24 extr. Sed illud oppido elegantius; nam *cogitur* numerus, qui conficitur, hic quidem partim, ut infra loquitur, cogendo redire in coloniam, qui alio dissipati erant, partim adscribendo novos, si quæ familiæ interierant: sic *cogere militem, pecuniam, stipendium* est cujusque rei definitum numerum conficere: sic *cogitur pecus*, ne quod exerret, et *cogitur agmen* ab iis, qui operam dant, ne quis resistat ac deficiat numerus; Gron. *Cogere* propr. est *coagere*, et hinc vel contrahere (v. c. *vim navium* 21, 26. et *agmen hominum* 42, 10.) s. coarctare, (ut *potestatem intra anni spatium* 9, 33, 4. et *saltus in arctas coactus fauces* 22, 15, 6.) vel congregare, (v. c. *senatum* 1, 48, 1. 3, 39, 5. *in senatum* 26, 12, 4. *feminas* 44, 32 extr. nisi potius ibi cum Drak. leg. *cocta cibaria*) vel conscribere, (*militiam*, de quo v. ad 4, 26, 2.) densare, (*agmen* 38, 18.) claudere (34, 28. 35, 27. 36, 44. 42, 64. 44, 4.) supplere, ut h. l. *numerum*. Cf. Drak. ad 4, 26, 3. 30, 4, 1. et Corte ad Sallust. Jug. 54. Ceterum de aucto colonorum numero cf. 31, 49. 33, 24. 37, 46. — *id Cosani petentes non impetraverunt*, cf. 33, 24 extr.

CAP. 3.)—1. *P. Villium — seditio — excepit*, v. ad 1, 53, 5.

2. *pro voluntariis transportati*, v. ad 2, 7, 4.

3. *seu injuncta, seu suscepta*, v. ad 2, 43, 2.

CAP. 4.)—1. *Thaumaci* in Phthiotide Thessal. a *Pylis* (v. ad 31, 29, 1.) *sinuque Maliaco* (v. ad 27, 30, 3.) *per Lamiam eunti loco alto siti sunt*, v. ad 1, 8, 5. — *ipsis faucibus imminentes, quas Cœla vocant*, v. ad 31, 47, 1. Alii *quas Cœlen vocant*, et *quam Cœlen v.* Hoc elegantius est; Gron. cf. ad 24, 42, 6. Sed ita malim *quæ Cœla vocant.* v. ad 31, 47, 1. *quas Cœla vocant. Thessaliæ quæ transeunti*, vel *quas Cœla vocant Thessaliæ. quæ transeunti* cet. conj. Drak. et posterius etiam Crev. Sed ille *jungebat quæ confragosa loca transeunti, quæ* (Thessalia) *panditur.*

2. *subjectos campos terminare oculis*, eorum terminos, fines videre, *übersehen, überschauen.* — *Ab eo miraculo Thaumaci adpellati:* a Thaumace conditore, Pœantis f., teste Steph. Byz. *Thaumaci* etiam 36, 14. 37, 7. Strab. 9, 434. et Steph. *Thaumacus* forte inf. c. 13. n. 7. *Thaumacia* s. *Thaumaciæ* Plin. 4, 9. s. 16.

3. *saxo undique absciso*, al. *abscisso*. v. ad 4, 19, 5.

CAP. 5.)—1. *animos corporaque remiserant*, ut *relaxare* vel mox *laxare*, et contra *intendere.* — *Philippum quantum*, quanto sc. magis (v. ad 1, 40, 1. et ad Tac. Ann. 6, 21, 4.) *ab adsiduis laboribus i. p. laxaverat* (v. ad 2, 34, 13.) *annus*, illa anni pars, qua cessatur ab armis, sc. tempus hibernum, ut Gr. ἐνιαυτὸς pro tempore anni, ὥρᾳ ἔτους, seu pro qualibet ejus parte; Gron. cujus nota est: "*annus* leg. pro vulg. *animum:* (al. *animi, animos*, et *animus*) nam remissus labor itinerum prœliorumque non tam animum reficit, quam membra, quæ exercitio illo et contentione fatigantur; et de corpore Philippi intellegi vult Livius, docens, alios membris simul animoque avide quietem sumsisse, regem, quantum corpore cessarit, tanto magis exercitam mentem habuisse."

2. *in universum eventum belli*, v. ad 1, 38, 2.

3. *juraturos* se *in verba Philippi*, v. ad 2, 32, 1.

4. *qui redderent Achæis Orchomenon et Heræam et Triphyliam, Eleis* (immo *Megalopolitis*) *Alipheram, contendentibus*, dictantibus, adseverantibus, *nunquam eam urbem fuisse e Triphylia, ejus partem, sed — ad condendam Megalopolim contributæ forent;* Gron. v. ad 28, 8, 3. *Heræan, Triphylian* et *Alipheram* multi codd. velle videntur; Drak. *Megalempolin* MS. Pet. unde Gron. conj. *Megalenpolin*, ut *Cœlen Syriam* 42, 29. et ἡ Μεγάλη πόλις Plut. Polyb. Steph. *Megalenpolin* Lov. 4. *Megalepolin, Megalopolim* et *Megalēpolin* multi MSS. Cf. Drak.

5. *Macedonum animos sibi conciliavit cum Heraclide*, præfecto classis, Tarentino, perdito homine et astuto, qui, postquam, Tarento Romanis prodita, profugerat ad Philippum, in familiaritatem ejus se insinuaverat, et auctor illi fuerat ministerque omnis crudelitatis. cf. 31, 16. 33.

6, 13. p. 251. (ed. Schweigh. 6; lyb. 13, 4. 5. 16, 15. Diodor. Eclog. Polyæni Strat. 5, 17, 2. Alius racliden Gyrtonius, Thessalico equi- Philippo præfectus. v. Polyb. 18, eruter aut tertius aliquis designa- , 46, 5. Verba *cum Heraclide* cor- sse, vix est quod moneam. Jacobs thol. Græc. Vol. 1. P. 2. p. 358. se emend. *Et eum Achæis quidem societatem firmabat. Macedonum ani- conciliavit. Nam Heracliden amicum ximæ invidiæ sibi esse cerneret* cet. saltem post *Macedonum* excidisse aut simile quid censendum est; et ata lect. nihil videtur esse, quod ere possit præter voc. *cum*. Cui si ueris *punito* vel aliud hujus generis o, τὰ *punito Heraclide* τοῖς *per hæc* et verba singulis præcedentibus ex- espondebunt. *causa Heraclidis* conj. Verba *sibi conciliavit* absunt ab as MSS. et edd. ante Ascens. a. unde alia eorum loco scripsisse Li- uspicari possis.

Chaoniam (quæ septemtrionalis pars fuit, ut *Thesprotia* mediterranea, *ssis* australis) *per Epirum ad occu- que ad Antigoneam*, Chaoniæ urbem, Cerauniis montibus, *fauces sunt*, *ocant Græci*) τὰ παρὰ τὴν Ἀντιγόνειαν ap. Polyb. 2, 5, 6. et 2, 6, 6. Cf. n Quinctio p. 370. et Palmer. Græc. 3. p. 251.

st paucis diebus, v. ad 2, 31, 2.

rxter amnem Aoum cet. v. ad 24, 40, l Apsum fl. cladem Philippi fuisse Plut. Flamin. p. 370. forte quia Aous ius non longe distant. Cf. Strab. 7, p. 316. et Palmer. Græc. Antt. 1, . et 2, 3.

us abscisæ rupes e., v. ad 3, 70, 2. et 5. — *statio p. armatorum tenebat*, v. 1, 4.

in conspecto maxime tumulo, v. ad 2,

. 6.)—1. *per Charopum Epiroten*, cf. l. Plut. in Quintio p. 370. et Polyb. 27, 13. cui constanter dicitur Cha- oisi quod 31, 8, 12. Χάροπον in om- legitur libris. Hinc cum Gron. scrib. *Charopem* h. l. et al. Fuit vir probus et amicus Romanis: at ejus Charops, Machatæ filius, qui sermonem literasque Romanorum rat, pessimus et sævissimus homo, m civilium auctor, et invisus tum ribus, tum Romanis factus. v. Po- , 13. 30, 10. 14. 31, 8. 32, 21. 22. r. T. 2. p. 578. Duk. ad Thucyd. 2, antzen. ad Aur. Victor. de viris ill. Mox pro *trajectus* plerique libri *tra- quidam transvectus*: unde forsan leg. *us*; Gron. *trajectus* active dictum pro *quum trajecisset*, ut c. 22. *juratus* pro *post- quam juraverat*; Drak. Cf. ad 26, 33, 9.

2. *ad hostem ducere pergit*, v. ad 27, 17, 6. — *cum expeditis*, v. ad 5, 16, 2. — *consi- lium habuit*, v. ad 8, 6, 6.

3. *sequutum vallem* esse, h. e. petiisse, adiisse, v. ad 4, 17, 8. — *integrumque bel- lum*, v. ad 2, 5, 1.

CAP. 7.)—1. *senatum sine ullius nota lege- runt*, v. ad 23, 22, 1. et 24, 16, 5. — *porto- ria venalium* rerum, solvenda pro invectione et evectione mercium, quæ promercii et negotiandi, non utendi, causa portubus inportabantur. Cf. ad 2, 9, 4. et Burm. de vectig. pop. Rom. c. 5. p. 55. — *Cas- trorum portorium*, vel ibi jam ante exactum, vel novum. v. Burm. ibid. p. 51. *Castra* forte castellum illud, de quo v. 25, 20. quo nunc *coloni adscripti*, sed colonia se- rius deducta; Drak. conl. 32, 29. et 34, 45.

2. *fruendum locarunt portorium*, v. ad 27, 3, 1.

3. *colonos eo trecentos adscripserunt*, v. ad 4, 25, 4. — *privatus Urbem ingrediens*, v. Gruch. c. 4. Refut. ad poster. Sigon. disp. et sup. ad 26, 21, 1. — *mille ducenta pondo* cet. suspecti numeri Dukero, quia Manlius multos annos cum Lentulo fuerit in Hispania, et multa fortiter ac feliciter gesserit, Lentulus autem 31, 20. multo plus in ærarium tulisse dicatur. *mille* abest a III MSS. quo suspicionem suam confir- mari putabat.

4 *provincia decedere prætorem jussit* consul ex auctoritate senatus. Cf. ad 39, 3, 2.

5. *T. Quinctium Flamininum consulatum ex quæstura* (v. ad 4, 31, 1.) *petere* cet. cf. Plut. in Quinctio T. 1. p. 369. ubi eum XXX nondum annos natum fuisse prodit. Cf. ad 25, 2, 4. Eidem Plut. *Flaminius* dicitur, quod gentis potius plebejæ nomen esse putatur, ut *Flamininus* cognomen Quinctiorum, gentis patriciæ. Quod si verum est, etiam inter honorum gradus, ab eo transscensos, idem Plut. male refert tribunatum plebis. Cf. Drak. ad 39, 59 pr. Duker. ad Flor. 2, 7, 10. Bongars. ad Justin. 30, 3, 6. Nostram quoque scrip- turam firmant lapides Capitol. Sed in optimis Græcorum Latinorumque aucto- rum exemplaribus cognomen Quinctiorum scribi *Flaminium*, talemque consensum vix ex librariorum errore profectum videri, monet Schweigh. ad Appian. Maced. Exc. VI.

6. *transcendendo media summa*, summos honores, *imis continuare*, (v. ad 4, 22, 4.) per saltum quasi adscendentes; ut *trans- scendere ordinem ætatis, naturæ, moris* 40, 9. et 11. — *campestri certamine*, v. ad 7, 1, 2.

7. *honorem, quem sibi capere per leges liceret*, (v. ad 5, 12, 6.) nondum latis legibus an-

nalibus, quæ magistratus ordine geri jusserunt; Duk. et Gruch. de com. Rom. 1, 3. Cf. ad 25, 2, 4. et Plut. l. l.

8. *in auctoritate Patrum f. t.* v. ad 2, 56, 16.

9. *M. Porcius Cato*, cf. Cic. de sen. 4. et ibi intpp.

CAP. 8.)—1. *compararent inter se s.* v. ad 3, 2, 1.

2. *L. Cornelius Merula urbanam*, v. ad 2, 40, 9. Mox forte leg. *nam, præter consules, prætores* cet. et deinde *Marcellus in Sic.* — — *Cato in Sard.*

3. *per Antiochum r. non liceret*, v. ad 5, 12, 6.

4. *id gratum senatui esse:* Gron. reposuit *fore*, ut sensus sit: ejus rei memorem fore senatum gratiis opera reque referendis, ut 4, 48, 6. *gratum id singulis* Patribus *fore* pro: eos gratiam relaturos. Sed ita dicendum fuisse *gratum senatum fore*, et *gratum esse alicui* tam h. l. quam 4, 48. non aliter adcipi posse, quam placere, voluptatem adferre, jam monuit Drak.

5. *Gratum eum facturum et senatui*, non Attalo tantum. Τὸ *et* delevere Gelen. et alii. *Gratum ei* (populo Rom.) *futurum* (ita MS. Buslid.) *et senatui* non male conj. Ruben., et *utenti populo Romano gratum eum facturum et senatui*, Gron.

CAP. 9.)—1. *properantem in provinciam*, propere profecturum, *prodigia Romæ tenuerunt*, v. ad 2, 63, 3.

2. *cælum ardere visum* cet. v. ad 1, 31, 1. — *terra Velitris trium jugerum spatio caverna ingenti desederat* in imum, in profundum ruerat; ut passim *sidere, desidere, subsidere*. Cf. Drak. ad h. l. nos ad Juvenal. 6, 411. ad Tac. Ann. 2, 47, 3. Cic. Div. 1, 35. et 43. — *Suessæ Auruncæ agnum cum d. c. natum* esse *nuntiabant* sc. homines, quidam, i. e. nuntiabatur. — *porcum humano capite*, forte *porcum cum h. c.*, Duk.

3. *Corcyram tenuit*, v. ad 1, 1, 8.

4. *recto itinere per castra hostium vim*, impetum, *facere*, ea vi perrumpere. Cf. 36, 16 pr. inpr. 37, 11, 4. et 44, 35. *viam* pro *vim* alii, non minus apte. *vi viam facere*, ut 4, 38. et ap. Virg. A. 2, 494. ex Plut. Flamin. p. 370. (Ἔγνω προσβαλὼν ἀνὰ κράτος διὰ τῶν ἄκρων βιάσασθαι τὴν πάροδον) conj. Duk. et Drak. — *per Dassaretios Lycumque*, v. ad 27, 32, 3.

5. *sine ullo effectu ætas extraheretur*, v. ad 4, 43, 6. — *satis expediebat*, exponebat, sc. consul. *expediebatur* vel *expediebant* emend. Gron.

CAP. 10.)—1. *Alexander magister equitum*, ἵππαρχος.

2. *redderet res, quæ comparerent;* (v. ad 6, 1, 6.) *ceterorum*, forte leg. *ceterarum*. — — *arbitrio, quo vellent, populorum:* lege *quorum vellent;* Gron. Vulgatum Drak. dictum putabat, ut similia 1, 29, 4. et 4, 39, 6. Duker, ut 31, 36. *quo auxilio* pro *quorum auxilio*.

3. *quid victo gravius imperares*, mihi, si jam victus essem. — *se ex conl. proripuit*, v. ad 2, 24, 6.

CAP. 11.)—1. *pastor quidam*, (pastores ap. Plut. in Quinctio p. 370. E.) *a Charopo* cet. v. ad cap. 6. n. 1. Cf. Appian. Maced. 4. — *oneratus castris*, forte *occupatus castris;* Duk.

2. *ita crederet, ut suæ potius omnia, quam illius, potestatis essent:* verba obscura, de quibus Gron. hæc notavit: "Potest sensus non unus dari: vel, huic homini ita fidat, ut ipsum potius in potestate suorum, quos cum illo erat missurus, habeat, quam suos ei secure committat atque in potestatem dedat; vel, quam mihi crederes, si ego me ducem fore promitterem, tam huic licet credas. Hoc videtur confirmare Plut. l. l. γνώστην δὲ τῆς πίστεως παρείχοντο καὶ βεβαιωτὴν Χάροπα τὸν Μαχάτα. Parum enim certum notorem vademque dedisset suæ fidei pastor, qui ultro moneret, ne nimium illi fideretur. Is vero sensus videtur requirere, ut legamus: *ut si suæ*. Nam quod Quinctius nihilominus eum vinctum tribuno tradidit, providentiam decuit ducis: non hoc prohibet tamen, quo minus suam pro illo fidem interposuerit Charops. Denique possunt et sic adcipi, ut videatur Charops non quidem diffidentia, sed spe certa eventus et voluntate pastoris, et quo major fides fieret Quinctio, ultro hominem offerre ad vincula et quamvis arctam custodiam, dum promissa præstaret."

3. *pugnam cœptam arbitrari posset*, immo *possent*, et mox *sumere;* Gron. Sed *posset* referendum ad tribunum militum, cui soli hoc *arbitrandi* jus datum; *sumeret* vero et *sumere* perinde est, et utrumvis tum auctoritate codd., tum exemplis Livianis defendi potest; Drak. — *si fides exstaret* pro vulg. *exstet* recepi ex quibusdam MSS. et omnibus edd. antt. ante Froben.

4. *eo intentius Romanus* dux, consul, (ut 4, 10, 3. 21, 59, 3. 26, 17, 3. 27, 17, 9. 27, 41. et 42. 32, 32, 2. 32, 40. 33, 29. et *Vejens* 4, 18, 2. cf. Cort. ad Sallust. Jug. 81.) *undique instat capi stationes*, urget milites, ut eorum opera capiantur stationes, et ex iis pellatur hostis, perstat jubendo et adigendo ad id militem, ut capiantur; Gron. Cf. ad 10, 27, 4.

CAP. 12.)—1. *verterat periculum in Rom.*, v. ad 2, 3, 2. — *loca iniqua* cet. τὰς ἀπηλπισμένας ἐν Ἠπείρῳ δυσχωρίας dixit Polyb. 18, 6, 4.

2. *Pars in fugam effusi sunt*, v. ad 1, 14, 7. et 1, 41, 1. Mox clarius erit, si legas: *si fugientem persequuti;* Gron.

fuse ac sine respectu fugit, v. ad 8,

. 13.)—1. *Castra Pyrrhi* alia lau- 35, 27. — *in Triphylia terræ Melo-* orte leg. *Stymphalium inter et Elimio-* nam Elis cum sua Triphylia hinc (et *Melotis* nemini memoratur) *in Tymphæa* vel *Stymphæa terræ Eli-* (ut *terra Erythræa* 36, 45.) conj. quia talem hic fuisse locum, non *aliam*, docuerit Palmer. Græc. Antiq. ui 45, 30. *Stymphæis* conj. pro *Stym-* putans librarios notissimum ob fa- de avibus Stymphalidibus et Her- men pro minus noto passim sub- e. Cf. etiam Cellar. G. A. 2, 13. p. inf. ad 45, 30, 5.

montem Lingon, non aliis, quod memoratum. *Lyncon* conj. Sigon. yncus fuit opp. Epiri, non mons. forte leg. cum Drak. coll. Strab. cujus descriptio in multis convenit, *Triccam* quoque Pindo vicinam innuit p. 437. Idem Drak. mox *orientem spectat et septemtrioni a Ma-* *objicitur*. In omnibus sane MSS. ante Froben. a. 1535. est *septemtri-* vulgatum videtur ineptum. — *us animo est*, v. ad 4, 24, 2.

reverti in Thessaliam posset, h. e. an auderet, an commode et sine mag- riculo reverteretur: nam verbum pe venustatis magis quam necessi- usa aliis jungitur, ut inf. cap. 40. *ri posset*, i. e. sciretur, cognoscere- 43, 10. *ne sustinere primam procellam* *is Romani possent*, h. e. ne sustine- nam potuissent utique, si ducem o nomine dignum habuissent, nisi ositi, longo agmine effusi, infre- venissent, et erat omnis ille ter- ius adversus vere æstimantes; sed utroque loco verbum *posse* pro- nsu capiendum videtur. Cf. ta- ios Drak. laudat, Barth. ad Calp. 41. Broukh. ad Tibull. 1, 11, 31. 1, 1, 15. Snakenb. ad Curt. 7, 1, m. ad Ovid. Her. 17, 209. ad 1, 15, 6. loco verbum *posse* proprio apiendum videtur.

linavit sententia, suum forte ritum; erte *suum* plane friget; Duk.) *in* *in agmen demittere*; nam Thessalia niæ subjecta, et stativa in monte Cf. ad 28, 25, 8. — *Tricca* opp. tidis, occidentalis partis Thessaliæ. *um quæ ab sociis patiebantur*: super- τὸ *quæ*, aut mutandum in *tum*; Sed quod hic legitur, idem est ac nihil crudelius, vel nihil ultra er, ab hoste pati potuerunt, *quam* ociis patiebantur; Duk. coll. 9, 13. 23, 7. 26, 30. al. vid. ad 35, 1; *Phacium*, *Iresiæ*, *Euhydrium*, *Eretria*, *Palepharus* oppida Hestiæotidis. Pro *Pa-lepharus* MSS. et edd. antt. *Pala Epharus*, ed. Paris. 1573 et seqq. *Palephatus*: sed cum Ortelio et Drak. videtur leg. *Pale-pharsalus*.

6. *circa Sperchias*: forte Sperchion, Doridis opp., Dujat. Cf. Plin. 4, 7. Σπερχεία Thessaliæ Phthiotidis urbs, non longe a Σπερχείου fl. ostio et Thebis Phthioticis, ap. Ptol. 3, 13. et Steph. Sed nondum *transgressi in Thessaliam* erant. *Sperchias* fuisse *circa Aoum* fl., parum probabilis est sententia Ortelii in Thes. Geogr. nam nemini persuadebit, Ætolos, audito prœlio, quod *circa Aoum* factum erat, in Macedoniam prius, et ita in Thessaliam profectos esse; Drak. — *Macra Come*, i. e. longus vicus. — *Cymines* et *Angeas* vel *Angeius* videntur esse genitivi more Græcorum formati; Drak. — *Acharras*, alii *Acharas* et *Achorras*. Omnia nomina ignota.

7. *in præsidium incidit, quod Thaumacum ducebatur*, v. ad cap. 4. n. 2. *Thaumacum* e MSS. Voss. et Victor. recepi. In aliis codd. *Taumacum*, *Athaumacum*, *Atheumacum*, *Atheumatum*, *Athaumatum*; in nullo *Athamanum*, quod in omnibus edd. legitur, et ab h. l. alienum est. *Thaumacos* conj. Ruben., et Gron. *Ithomen*, quam Strabo 9, 637. τῆς Μητροπολιτῶν εἶναι χώρας dicit.

CAP. 14.)—1. *oppidum nomine Phecam*, v. ad 31, 41, 3.

2. *eo demum metu* (sc. scalarum jam ad mœnia erectarum edidi pro vulg. *eodem metu* ex emend. certissima Periz. Vid. ejus anim. hist. c. 2. p. 65. et sup. ad 1, 5, 10. — *dedidere deinceps sese*, v. ad 1, 21, 8.

3. *castella juxta ignobilia*, v. ad 5, 6, 3. — — *in aliena victoria* sc. Romanorum ad Aoum fl. (c. 12.) qua territus Philippus redierat in Macedoniam. — *Thessalia a tribus simul exercitibus — vastatur*, sc. Philippi, quamvis *socii*, (v. cap. 13.) Athamanum, Ætolorumque.

4. *consul e faucibus, quas fuga hostium aperuerat*, monstraverat; Ern. (cf. ad 22, 19, 5.) Immo: pervias fecerat Romanis, per quas tutum iis transitum dederat. De *faucibus* his v. cap. 9-12.

5. *ab satisfaciendi cura*, ob curam studiumque gratiæ et veniæ ejus inpetrandæ. v. ad 1, 1, 5. — *habitu* animorum, cogitandi agendique ratione.

6. *Missis deinde nuntiis, ut* cet. v. ad 8, 19, 10. — *Ambracius sinus* inter Epirum et Acarnaniam, (hod. Golfe di Larta) sic dictus ab Ambracia, capite Epiri, Pyrrhique regia, ei adjacente. Cf. 38, 4. Strab. 7, 7, 5. 6. p. 324. 325. Plin. 4, 1. — *Cercetius mons* Thessaliæ, Κερκετήσιος Ptol. 3, 13. *Cerceti* mons Plin. 4, 8. s. 15. E Stephano in Παλλία *Cercetico* h. l. legendum putabat Sigon.

[redacted]

7. *Ab eodem consilio*, v. ad 1, 1, 5.

CAP. 15.)—1. *Primam urbium Thessaliæ*, h. e. ex urbibus T. primum *est adgressus Phaloriam*, quæ Φαλώρη et Φαλωρία dicitur Steph. Cf. 36, 13. et 39, 25.

2. *a Metropoli et Piera*, quæ 36, 14. *Pieria*, sed in uno tantum MS. vocatur; in reliquis et edd. vett. *Fieria*, *Gieria*, *Cieria*, *Cyeria*, *Egeria*, *Eieria*. Forte leg. *Pialia* cum Sigon. e Steph., vel potius cum Drak. *Cypæra*, quæ in his oris memoratur a Ptol. 3, 13. et inf. 36, 10 pr. cum *Metropoli* jungitur, ut *Pieria* h. l. et 36, 14. — *Æginium* opp. Hestiæotidis ad fines Epiri, ut 36, 13. Αἰγίνιον Τυμφαίων, (in Epiro) ὅμορον Αἰθικίᾳ καὶ Τρίκκῃ Strab. 7, 7, 9. p. 327. *In regione*, *quæ Pieria adpellatur a nemore*, (cf. 44, 43 pr.) *Æginium* Plin. 4, 10. s. 17. Illyrico tribuitur a Steph.

3. *explorato ante*, v. ad 1, 41, 10. — *utrum Leucadem tenuissent*, v. ad 1, 1, 8. et 26, 26, 1. De *sinu Ambracio* et *Ambracia* v. ad c. 14. n. 6.

4. *Inde Atracem* (ex emend. Gron. pro vulg. *ad Ragen* et *Rhagen*) *est profectus* — *ex Perrhæbia oriundi sunt*, (v. ad 3, 47, 1.) *sita est urbs super Peneum amnem*, v. Strab. 9. p. 440.

5. *locus ab hoste tentabatur*, v. ad 9, 35, 1.

CAP. 16.)—1. *in Epiri faucibus* cet. v. cap. 9-12.

2. *ad Zamam insulam*, a librariis haud dubie effictam. *Zacynthum* conj. Glar. et *Samen* Sigon. Sed illud voc. nimis differt a nostro, neutrumque satis aptum h. l., ubi non insula longe remota a *Malea* prom. Laconiæ, sed ei propinqua designari videtur. Præterea *Zacynthus* quidem est insula, (Cephalleniæ subjecta versus austrum et ex adverso Elidi sita, hod. Zante) *Same* vero vel oppidum Cephalleniæ, (v. 38, 28-30.) vel antiquius ejus nomen, (v. Strab. 10. p. 453. Eustath. ad Hom. Il. 1, 141. et Odyss. 1, 246. 4, 671. Palmer. Græc. Ant. 4, 24. et Intpp. Virg. A. 3, 271.) quam diversam ab ea et vicinam fuisse insulam, perperam ex Homeri locis collegisse videntur Mela 2, 7. et Plin. 4, 12. s. 19. *Câmam*, *Caniam* et *Gamam* quidam MSS. Forte leg. *Cranaën*, quæ insula præjacet Gythio, Laconicæ opp. v. Strab. 9. p. 612. Pausan. 3, 22. Intpp. Hom. Il. 3, 445. et Begeri Diss. de Cranaë insula Laconica, eadem et Helena dicta cet.

3. *trahendis remulco navibus*, v. ad 1, 53, 3. et 25, 30, 6. — *jussis ceteris*, *quantum maxime possent maturate*, *sequi*, multi MSS. et edd. vett. *maturare*, et Lov. 3. *maturarent sequi*. Alterutrum præferendum putabant Gron. et Drak. — *ipse* cum *tribus quinqueremibus* (v. ad 1, 14, 4.) *expeditis*, quarum iter non inpediebatur trahendis remulco navibus onerariis, (v. ad 5, 16, 2.) *Piræeum præcepit*, *portum Athenarum prius cepit*, pervehit. Cf. ad 3, 46, 5.

4. *viginti navium tectarum*, v. ad 22, 19, 4.

5. *jussitque*, *ut* — *Eubœam peterent*, v. ad 1, 17, 7.

6. *a Chalcide nuntios mittebat*, *se in tempus adfuturum*, v. ad 2, 47, 4. et 6, 19, 10.

7. *deinde in deditionem venit*, v. ad 8, 20, 7.

8. *plura*, *quam pro magnitudine* cet. v. ad 7, 33, 2.

CAP. 17.)—1. *Cenchreas Corinthiorum emporium*, v. ad 28, 8, 6. — *atrocioremque obpugnationem habuit* sc. Atracis. v. cap. 15 extr. Pro *atrocioremque* Gron. conj. *Atracis* vel *ad Atracem*. — *et ea* sc. parte.

2. *parte muri arietibus decussa*, v. ad 21, 12, 1.

3. *ad summam universi belli*, (v. ad 3, 5, 6.) *quod ex momentis parvarum p. rerum penderet*, v. ad 3, 27, 6.

4. *hastas ingentis longitudinis præ se Macedones objecissent*, non transversas, sed directas; Ern.

5. *quum turris per aggerem* cet. cf. Lips. Poliorc. 2, 4.

CAP. 18.)—1. *qui simul et omnes onerarias*, v. ad 25, 27, 5. et 26, 43, 2. — *Antityra in Phocide*, v. ad 26, 26, 1. et cf. Pausan. 7, 7 extr.

2. *Phocidis* — *Phanoteam*, v. ad 43, 21, 2. — *Ambrysus*, *Hyampolis* et *Daulis*, v. Strab. 9, 424. et Palmer. Græc. antt. 6, 12. 13. et 15.

3. *ut cum refugientibus in portam permixti inpetum Romani facerent*: "ex eo, quod sequitur, sex alia ignobilia castella in potestatem venisse, conligi quidem potest, Daulidem quoque captam fuisse; sed hæc verba incertum relinquunt, quo effectu inpetum Romani fecerint: nam multi inpetus sine effectu sunt. Suspicor, vel aliquid excidisse, vel leg. *inpetu eam Romani caperent*;" Duk.

4. *Elatia clausit portas*, (v. ad 28, 7, 3.) *nec, nisi vi cogerentur, recepturi mœnibus* cet. v. ad 3, 47, 1. Verba *aut ducem aut exercitum* glossam esse dubitantis, quo sensu *Romanum* dixisset Livius, non male suspicabatur Drak.

CAP. 19.)—1. *Cycliadam* — *expulerant* Achæi, et *Aristænus prætor erat*, cf. Polyb. 17, 1. ibique Schweigh.

2. *Corinthum iis contributuros se s. Romanos in antiquum gentis concilium*, adtributuros antiquo Achæorum fœderi sociali, cui simile postea Ætolorum erat obpositum, tota fere Græcia in duas partes societatesque divisa. Cf. 42, 37. et de utroque fœdere Achaico Ætolicoque Potteri Archæol. lib. 1. extr. et Polyb. 2, 37-42.

3. *Erat autem non admodum simplex*, *non*

amque, *habitus animorum inter Achæos,*
erti animis erant, et variis difficul-
inpediti nesciebant, quomodo se
est, quid optarent et facerent, ob
s in utramque vel multiplicem po-
tem permultas; Ern.
que ex iis, quæ tum ad tempus faceret,
tes cet. h. e. regem, qui colebat ip-
ı temporis et quædam iis oppida re-
ıt, non ex simulata ad tempus be-
te, sed ex insita crudelitate ac per-
stimantes, si victor foret, nihil ab
ıi exspectabant; Gron.
l etiam *ne ipsis quidem — quid vel-*
tis constabat, v. ad 1, 40, 1. 4, 13, 6.
uditi, fere atrocissime cet. leg. cum
vel cum Gron. *auditi sunt, fere atro-*
— *invecti. et illa* cet. Certe τὸ *ii* ab
› est.
b occasum solis, v. ad 1, 35, 1. —
etuis orationibus, v. ad 4, 6, 1.

. 20.)—1. *vix manibus temperabatis,* v.
3, 8.
ım referant magistratus, v. ad 26, 2, 3.
o bono atque utili fœdere defendendum:
ore *defendendum:* nam nulla fœderis
fit mentio, neque necessario illud
:reto erant juncturi; Periz.
n modo quemquam unum — sed ne fre-
uidem cet. v. ad 1, 40, 1. et 3, 55, 13.

. 21.)—1. *in commune consultum,* v.
, 7.
æ e re sua essent, ut mox *utilia esse.* v.
7, 5. — *societatis secum* initæ, junc-
· *secum stemus,* v. ad 8, 34, 1. — *in-*
armis, v. ad 3, 15, 8.
ıi nondum socii sunt, Romani, *plus pe-*
am socius, Philippus. — *Achæi por-*
ant fiduciam postulantibus, ad postu-
ı, Romanis, classem eamque victri-
:bentibus, *et demunt,* Philippo, non
l classem, *cujus nihil præter legatum*
; Sigon. Non satis facit hæc in-
atio, et sententia pro *Achæi portus* re-
Sui exercitus vel *Suæ vires* aut quid
Gron. Lenior medicina fuerit;
el *armati potius et dant fiduciam postu-*
societatem nostram Romanis, *et*
Philippo; quo sensu infra dicitur:
armis cessit, Achæi arma Romana susti-
, *quæ vos Macedones non sustinuistis?*
llicendo se adversus Nabidem cet. v.

levabat Romanum bellum, v. ad 3, 21,
prioris belli, de quo v. 27, 29 sq. 28,
), 12. Mox pro *tueatur* forte leg. *tue-*
ron.
chæi arma Rom. sustinebimus, v. ad
2. — *nec duce consulari, nec exercitu*
ıri, v. ad 10, 25, 9. Sed quia hoc
consules gerunt, non consulares,
ım Crev. leg. *nec duce consule, nec ex.*
i, vel *nec duce, nec ex. consulari.* Mox

etiam post maritimæ addunt MSS. et edd. antt. Delevit Gelen. Sed forte pro eo leg. *tantum;* Gron.

7. *intra viscera Italiæ,* v. ad 22, 38, 4. — — *Tertius jam consul s. vi gerit bellum,* T. Quinctius, post P. Sulpicium et P. Villium, a quo nihil memorabile actum; (v. cap. 6.) unde mox ejus mentio non fit.

8. *Ne sint vera, quæ Athenienses modo legati* cet. est concedentis, ut 31, 7, 4. *ne æquaveritis Hannibali Philippum* cet. pro: ut jam non æquetis, ut concedam non æquandum esse Hannibali Philippum, at certe Philippum Pyrrho æquandum esse non negabitis; Duk. — *Ciani Abydenique;* de his v. 31, 16 sq. *Cius* vero *Cianorum* et Bithyniæ urbs fuit, ad oram Propontidis et Cianum sinum, qui ex Propontide in continentem influit; expugnata ac delata a Philippo in gratiam Prusiæ, generi ejus et socii, ex quo forsan *Prusias ad mare* est adpellata. Cf. cap. 33 extr. et 34. (quibus locis in omnibus fere MSS et edd. etiam Drak. perperam *Chium,* ut h. l. *Cluvii,* legitur) Strab. 12. p. 563. Polyb. 15, 21-23. 16, 34. 17, 3-5. 18, 27. (ad quæ loca v. Schweigh.) Hard. ad Plin. 5, 32. s. 40. et 43. Wessel. ad Hierocl. p. 692. 694.

9. *cædes direptionesque bonorum Messenæ* cet. v. Plut. Arat. p. 1050 sq. Polyb. 3, 19. 7, 11. 12. 8, 10. 14. 9, 30. — *Cyparissia,* aut Cyparissa, Cyparissiæ, Cyparissæ et Cyparissæa, opp. Messeniæ, ad Cyparissium sinum et prom.

10. *Aratum patrem* (auctorem instaurati fœderis Achaici) *filiumque Sicyonios,* Cliniæ filium nepotemque et Achæorum prætores, a Philippo *interfectos, filii etiam uxorem libidinis causa in Macedoniam abportatam,* v. ad 27, 31, 4. Polyb. 8, 14. Pausan. 2, 8. 9. Plut. Arat. T. 1. p. 1050-1052. ex quo Plut. petet, indicari Aratum juniorem, filium ejus, quem miris laudibus ornat Strabo 1. 8. p. 382. 385. — *ne sint cum Philippo res,* forte *sit,* quia frequentius dicitur hoc sensu *mihi res cum illo est,* quam *sunt;* Duk. et Drak.

11. *cum Antigono* Dosone s. Euergete et Sotere, *mitissimo ac justissimo rege, et de nobis* Achæis *optime merito,* v. Polyb. 2, 47-54. et 70. Plut. Arat. p. 1045 sq. Pausan. 2, 8. 9. 7, 7. Nepos fuit Antigoni II. Gonatæ, qui duos habuit filios, Demetrium II. patrem Philippi, ac nothum Alcyoneum, patrem Antigoni Dosonis (qui mortuo Demetrio II. tutor ac vitricus Philippi patruelis simulque ante eum rex factus est) et Echecratis, cujus filius fuit Antigonus. Cf. 40, 54. Diog. Laërt. vit. philos. 4, 41. Pausan. 2, 8. 6, 16. 7, 7. 8, 8. Plut. Æmil. p. 258. et Pyrrh. p. 406. Justin. 28, 3. Polyb. 2, 45. 70. 4, 87. 20, 5.

12. *Peninsula est Peloponnesus, angustiis Isthmi* Corinthiaci s. Achaici *faucibus continenti* Græciæ s. Helladi *adhærens, nulli apertior neque obportunior, quam navali, bello,* v. ad 1,

[redacted]

54, 4. 25, 16, 12. et 45, 28, 3. — *tectæ naves et apertæ*, v. ad 22, 19, 4. — *Issaici lembi*, v. ad 31, 45, 7. — *expositas in ipsis litoribus urbes*, v. ad 25, 16, 12.

13. *in mediterraneas scilicet* cet. v. ad 4, 5, 2. — *hærente in visceribus uramur bello*, v. ad 10, 17, 1. et 22, 38, 4.

14. *egregie enim Dymas priore bello sumus tutati*, v. ad 27, 31, 4. *Prius bellum* est illud, quod Romani tempore belli Punici II. cum Philippo gesserunt, et quo Dymas a Romanis expugnatas esse, memorant et Livius, etsi non suo loco, sed demum hic et cap. seq. data occasione, et Pausan. 7, 17, 3. ubi ex Liv. 27, 31 sq. pro Οὐλυμπικὸς leg. Σουλπίκιος ; Drak.

15. *metu enim videlicet compulsi* cet. v. ad 4, 5, 2.

16. *Nam quod Cleomedon — præda victoris erimus*, cf. simil. loc. 35, 49 extr.

CAP. 22.)—1. *Secundum orationem prætoris*, v. ad 1, 4, 1.

2. *magistratus gentis* Achæorum *damiurgos* (alii *demiurgos*; v. ad 1, 34, 2.) *vocant: decem numero creantur*: qui δημιουργοὶ τῶν Ἀχαιῶν dicuntur Polyb. 24, 5, 16. et οἱ ἄρχοντες 23, 10. 12. 24, 5, 17. Δημιουργοὶ παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν οἱ ἄρχοντες, τὰ δημόσια πράττοντες, ὥσπερ Ἀθήνησιν οἱ Δήμαρχοι, λέγονται, Hesych. Cf. inf. 38, 30. ibique Drak. Athenis tres erant civium classes, εὐπατρίδαι, nobiles, γεωμόροι, agricolæ, et δημιουργοὶ seu Dor. δαμιουργοί, opifices, inpr. statuarii.

3. *relaturos se de societate Rom.*, v. ad 26, 2, 3.

4. *perrogarique sententias*, v. ad c. 23. n. 1. — *juratus se eum — interemturum*, v. ad c. 6. n. 1.

5. *Megalopolitanos, avorum memoria*, temporibus, *pulsos ab Lacedæmoniis*, a Cleomene, primo sævissimoque eorum tyranno, quum capta urbe Messenam se recepissent, *restituerat in patriam Antigonus* Doson, rex Macedoniæ, qui victo Cleomene Spartaque expugnata omnibus Græcis pacem restituit. v. Polyb. 2, 48-70. 4, 3. 5, 93. Plut. Cleom. c. 4. T. 1. p. 806. Pausan. 4, 29. 8, 27. Livium haud adcurate dixisse *avorum memoria*, Philippumque, Antigoni Dosonis patrui successorem, et eversam et restitutam Megalopolim vidisse, jam monuere Crev. et Drak.

6. *Macedonum reges ab se oriundos*, v. ad 27, 30, 7.

7. *ad Romanam societatem jubendam*, alii *ineundam*: sed phrasis e comitiis populi Rom. petita, quorum loco Græcis populis talia erant concilia; Gron. coll. 33, 2.

CAP. 23.)—1. *quum sententias* (ita omnes pæne MSS. at edd. vett. *sententiæ*, ut c. 22. n. 4. et 29, 19, 3.) *perrogarentur*, h. e. de sententiis omnes ordine interrogarentur; ut *rogatus* et *interrogatus sententiam* 22, 60, 3. 36, 7 pr. 37, 14. et *perrogare* pro: omnes ordine rogare, (v. ad 29, 19, 3. 32, 22, 4. Cort. ad Plin. Ep. 4, 22, 3.) ut *persalutare*, *perscribere*, (Præf. et 31, 1, 2.) et similia; nisi simpl. est *interrogare*, et hinc *ordine* adjicitur ap. Suet. Aug. 35. extr.

2. *Et hi quidem* scil. Achæi. — *ad Cenchreas*, v. ad 28, 8, 6. — *ab Lechæo*, v. ad 8, 17, 5.

3. *inperio justo patiebantur*, forte leg. *imperatorem justum p.*, et deinde *obpugnantibus* pro *pugnantibus*: Gron.

4. *Promontorium Junonis, quam vocant Acræam*, Ἀκραίαν, arcium præsidem. v. Strab. 8, 380. al. 692. et Pausan. 2, 17. 24. Sic et Τύχη Ἀκραία ap. Pausan. 2, 7, 5. et *Acræus Jupiter*, qui vel ταῖς ἄκραις urbium præesse, vel ἐπὶ τῶν ἄκρων τῶν ὀρῶν coli putabatur, inf. 38, 2, 2. et in numo Smyrnæo ap. Spon. Cf. Tristan. Comm. T. 1. p. 291. Cuper. Apoth. Hom. p. 16. Spanhem. ad Callim. H. in Jov. 82. in Del. 70. 104.

CAP. 24.)—1. *nihil esse in manu sua*, v. ad 5, 20, 1.

2. *scalas ad mœnia inferebant*, v. ad 8, 38, 2.

CAP. 25.)—1. *Mos erat, comitiorum die primo velut ominis causa prætores pronuntiare Jovem Apollinemque et Herculem*, de quo more haud quidquam vel ego legere memini, vel intpp. dixere. Suspicabar quondam, pro *prætores* legendum esse *præcones*, et hæc referenda ad sollemnem et initio comitiorum a præconibus recitandam formulam precum votorumque, quibus salus reipublicæ et felix consultationum rerumque gerendarum eventus a Diis exposci solebat; quod vel ex Demosth. et Voy. d. j. Anach. T. 2. ch. 14. p. 246. ed. Bipont. notum est. Sed ita Livius parum apte dixisset *pronuntiare Jovem* cet. — *Additum legi erat*: nam *more* fieri quoque dici potest, quod lege statutum ex ejus præscripto usu et observatione constanti viget et intermitti non potest, et *mores* atque *instituta* etiam pro legibus et juribus dicuntur: (cf. intpp. Virg. A. 1, 264. et Cic. p. Marcello c. 8. 9.) nisi h. l. *lege* scribendum; Duker.

2. *post pactam cum Romanis societatem*, quam quidam Argivorum, non omnes, repudiaverant. v. cap. 22. — *legitimum honorem usurpare*, facere, quod ante factitatum fuerat, et una cum nominibus Deorum nomen Philippi pronuntiare: quod ut fieret, ei honoris causa lege datum fuerat. Duk. *legitimum omen u.* conj. Gron. prob. Crev. qui exponit: morem sollemnem sequi in eo omine captando, quod legibus jussum erat. Enimvero Dii *ominis* causa Argivorum prætores pronuntiabantur, sed quod Philippo concessum erat, *honoris* ejus causa sancitum videtur; Drak. coll. cap. 34. ubi Achæos Philippo *omnes divinos hu-*

ērevisse legimus.
s arcem Argorum, collem,
vocant, cf. ad 34, 25, 1.
440. et Pausan. 2, 23, 9.
:. Geogr. ant. 2, 13. p.
s ibi præsidio, ut ap. Cæs. B.
ue conj. Crev.
præfecto cet. V. MSS. *Ad*
Ad hos orator; Gron. Crev.

quum tantummodo projecto
, *missus est a Philocle, qui*
pondit cet. Ita evolvenda
lisso a Philocle, qui quæreret,
i quærerent, quid sibi vellet?
vel *motus, quum projecto*
et sane in omnibus pæne
'atus, et *modo* pro *tantum-*

Cremonensibus Placentinis-
10. et 21. — *Obsides C.*

Africo bello, v. ad 1, 1, 5.

rationem quærendam, v. ad

-is sacramento rogatos arma
bat, v. ad 2, 24, 7. et 34,

:eris lautumiarum cet. v. ad
7, 2. — *circa nomen La-*
, 2. — *in privato* — *in*
24, 6.
– *in nulla alia* cet. v. ad

in fenere coërcendo, minu-
.
in cultum prætorum (mag-
socii facere soliti erant, c.
avaritia et libidine præ-
de quidem multis legibus
tamen umquam satis re-
uk. cf. ad 42, 1, 5. Cic.
et 13. Plut. Cat. maj. p.
nt. Jur. prov. 2, 5. Burm.
Rom. c. 2. Ernesti clav.

es C. Cornelium cet. v. ad

Hispaniam Sempronius cet.

uctoritate fore se, v. ad 2,

rorogarunt inperium Patres,
h. e. a populo prorogan-
ac decreverunt: nam in-
bat senatus, (v. 30, 2.)
lus, quod et ipsa vox *pro-*
et decretum senatus de
rio sequebatur rogatio ad
nperium ex decreto sena-
r. Sic intellegenda esse

omnia loca, quibus *inperia prorogata* dicuntur, nulla facta mentione plebisciti, (ut 8, 23. 10, 22. 27, 22. 29, 13. al.) quum ex re ipsa, tum ex eo apertum est, quod, quum 27, 7. scribat, *M. Claudio prorogatum in annum inperium*, deinde c. 21. id a populo factum dicat." Duker. Cf. ad 9, 42, 1.

4. *et quadringeni equites* pro *quadringenti* quædam edd. antt. probb. Crev. et Drak. Id recepi ob præc. *octona millia*, et quia in omnibus fere MSS. vel *quadrigeni* vel *quadrageni* legitur.

5. *Macedoniæ legatos* cet. v. ad 36, 1, 4.

CAP. 29.)—1. *prodigia procurari* cet. v. ad 1, 20, 11. et 1, 31, 1. — *Summani ædes* ad circum maximum. *Summanus* forte Pluto, Summus Manium, (v. Martian. Cap. 2.) vel alius deus. v. Intpp. Ovid. Fast. 6, 731. Plin. 2, 52. et Ernesti Clav. Cic. in Ind. hist. Mox verba *et quod* delenda putabat Gron.

2. *Frusinone inter noctem lux orta*, noctu. v. ad 29, 14, 2. — *Asculo*, Apulo? an Piceno? Leg. *Asculi.*

3. *non in urbem solum, sed* etiam; v. ad 1, 40, 1.

4. *C. Acilius tribunus pl. tulit*, v. ad 4, 58, 10. et de coloniis deductis 34, 45 pr.

5. *castrum Salerni* in Picentibus, hod. Salerno. Ἐπετείχισαν Σάλερνον Ῥωμαῖοι φρουρᾶς χάριν, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης, Strab. lib. 5. extr. — *trecenæ familiæ*, ut 34, 45. *treceni homines*, h. e. patres familiæ; Drak. Hæ coloniæ maxime deductæ videntur ad ea loca incolis frequentanda, quæ, quum ante tantum castra et præsidia fuissent, deinde oppidorum speciem ac nomen adcepere; Duk.

6. *rebusque aliis divinis humanisque, quæ* negotia *per ipsos agenda erant:* ita MSS. et antt. edd. non *agendæ*. Cf. Gron. Obss. 3, 2. — *Clastidium*, v. ad 21, 48, 7. — — *Litubium*, forte *Ritubium;* Cluver. Ital. ant. 1, 10. p. 78. Cf. Cellar. Geogr. ant. 2, 9.

CAP. 30.)—1. *Brixiamque, quod* cet. v. ad 24, 42, 6.

2. *Hæc ita convenisse*, v. ad 1, 3, 4. — — *labare fidem sociorum*, v. ad 2, 39, 9. — — *quum in aciem eduxissent*, (v. ad 1, 23, 4.) *neutrum iis cornu conmittere ausi*, non patiebantur, ut alterutrum cornu constituerent, quod Franci *former* dicunt; Ern.

3. *rem totam inclinarent*, v. ad 9, 12, 2. — *vovit ædem Sospitæ Junoni*, cf. ad 8, 14, 4. et 34, 53. — *Non tulerunt Insubres primum concursum*, sane duriuscule dictum, et forte leg. *obcursum;* Ern. Immo *concursus* est impetus, et similia passim obvia, v. c. *uno concursu maximam vim barbarorum prostravit* ap. Nep. Cim. 2.

4. *tumultum ancipitem injectum* esse Insu-

-bribus *auctores sunt quidem*, v. ad 1, 25, 4. 2, 58, 1. 21, 16, 5.

5. *Hamilcarem Pœnorum inp.* cet. v. ad 31, 21, 7.

6. *Oppida defectionem sequuta*, v. ad 26, 21, 7.

CAP. 31.)—1. *gerendi belli hosti*, cum hoste; quod præstitisset ob ὁμοιοτέλευτα. An leg. *hostes*? et mox *consul* vel *Minucius* pro inportuno *enim*?

2. *in Ligustinos Ilvates*, v. ad 31, 10, 2.

3. *Literæ consulum a Gallia* cet. pro *e Gallia*, nisi sic leg.

CAP. 32.)—1. *non quin cuperet* pro: *non quia non c.* "Sed hiat oratio; nam quum hanc removeat causam, aliam ponere debuit, quæ moverit Quinctium, ut difficulter permitteret conloquium. Immo ille facile concessisse videtur, et scripsisse Livius: *Id non gravate concessum regi est, quum cuperet Quinctius — aptum autem fore conloquium credebat* cet." Gron. — *summa vi ut tenderent*, v. ad 4, 7, 6. *obtinerent* edd. vett.

2. *In sinu Maliaco prope Nicæam* cet. cf. omnino Polyb. 17, 1. — *principes Macedonum*, Apollodorus et Demosthenes, scribæ regis, et ex Bœotia Brachylles. — — *Agesimbrotus*, Ἀκεσίμβροτος ὁ ναύαρχος. — *Phæneas princeps Ætolorum*, παρὰ δὲ τῶν Αἰτωλῶν Φαινέας ὁ στρατηγὸς, καὶ πλείους δ' ἕτεροι τῶν πολιτευομένων, unde et mox: *omnium minime Ætolis credo:* quæ tamen verba etiam apta h. l. sunt, etsi unius tantum Ætoli et quidem principis antea mentio sit facta. Cf. cap. 23. not. 10.

3. *Inter hos Romanus* inperator, (v. ad cap. 11. n. 4.) *Commodius, inquit, et ex propinquo dicamus audiamusque*: hæc bene jungi possunt, nec est, quod vel cum Sigon. legas *dicemus audiemusque*, (nam vulgatum venustius est) vel deleas copulam *et*, (quam edd. antt., non MSS. omittunt) vel denique post *commodius* subpleas *erit* aut *facies* cum Gron. qui quid sibi hac ratione voluerit, ne adsequutus quidem est Bauer, et tunc *ut* pro *et* legendum putavit. Enimvero Gron. haud dubie verba illa hoc sensu cepit: *Commodius* erit s. facies, *si in terram egrediaris, et* si *ex propinquo dicamus* cet. Ita tum copulam *et*, tum conjunctivum verbi modum aptiorem h. l. esse credidit.

4. *ut nulla fides sit* ex emend. Gelenii. *ut in nullo fides sit* MSS. et edd. antt. unde Gron. conj. *ut in dubio fides sit*. Polyb. dicit: ἴσον εἶναι πᾶσι τὸν κίνδυνον καὶ κοινὸν τὸν καιρόν.

CAP. 33.)—1. Conf. ad hoc caput Polyb. 17, 1-3. — *Simplicem orationem*, ἁπλοῦν τινα λόγον καὶ φαινόμενον. *Simplici* opponitur *perplexum* 34, 57.

2. *post pacem in Epiro factam*, v. 29. 12.

3. *Ptolemæo regi — occupasset*, v. ad 31, 2, 2.

4. *audiri postulata verum esse*, v. ad 2, 48, 2.

5. *ad Chium* (v. ad 36, 43, 6. male *Cium* ed. Grut. et seqq.) *navali prælio capta*, v. Polyb. 16, 2-8. 14. 17, 2. 31, 46, 2.

6. *Nicephorium Venerisque templum* (v. ad 31, 46, 2.) *pro inconruptis restitui*, quasi inconrupta, ac si non fuissent conrupta, in integrum, ita, ut erant, quum essent integra; Bauer.

7. *Peræa regio continentis*, Cariæ Rhodiis subjecta et *adversus insulam*, Rhodum. Cf. c. 35. Polyb. 17, 2, 3. Strab. 14, 651. 664. 677. — *Iassus*, *Bargyliæ* s. Bargylia, Bargylla et Bargylos, et *Euromus* seu Eurome, oppida Cariæ. Cf. ad 37, 17, 1.

8. *in Hellesponto Sesto et Abydo*, v. ad 31, 17, 1.

9. *Perinthum Byzantiis in antiqui formulam juris restitui*, v. ad 26, 24, 5. *Perinthum* (Thraciæ opp. ad Propontidem) auctore Sigon. ex 33, 30. et Polyb. 17, 2, 4. 18, 27, 4. reposui pro vulg. *Panopolim* (Ægypti opp.) pro quo MSS. habent *Penophum*, *Penopolum*, *Penepolum* cet. — *Asiæ emporia*, v. ad 21, 57, 7.

10. *juris ac ditionis* e MSS. Harl. recepit Drak. Vulgo legitur *aut*: sed illa duo verba semper per copulam junguntur; Duk. Cf. ad 35, 16, 4. — *excepit orationem ejus* (v. ad 4, 43, 4.) *princeps Ætolorum Alexander* cognomine Isius, *vir, ut inter Ætolos, facundus*; restringit *ut* et minuit: prout Ætolorum ingenium et cultura ferret, quantum Ætolus esse facundus posset, apud alios, v. c. Athenienses, minus eloquens futurus; Bauer. Cf. Drak. et ad 8, 30, 7. et de Alexandro Polyb. 17, 3. 4. 10. 18, 19-21. 22, 8. 9.

11. *In conloquiis insidiari et captare*, studere fallere, captionibus uti; Bauer. ἐνεδρεύειν καὶ παρατηρεῖν, Polyb. Cf. ad 22, 28, 1.

12. *Nam, de quorum possessione dimicetur, tollentem*, diruentem urbes, quæ victoris præmia possent esse. Τὸ δὲ, ἀναιροῦντα περὶ ὧν ὁ πόλεμός ἐστι, τὸν πόλεμον αὐτὸν (solum) καταλιπεῖν, μανίας ἔργον εἶναι.

13. *Lysimachiam*, (Thraciæ opp. in Isthmo Chersonesi Thracicæ) *pulso præsidio* cet. v. Polyb. 15, 23. 17, 3. inf. ad 33, 40, 6. — *Cium item suæ ditionis* cet. v. ad 32, 21, 8. Τὸ *eum* ante *Cium* ex hac voce ortum, et delendum putat Bauer.

14. *Eadem fraude habere eum Thebas Phthias*, v. 28, 7. et ibi n. 9. — *Echinum*, Thessaliæ opp. ad sinum Maliacum, captum a Philippo, v. Polyb. 9, 41. 17, 3. 18, 21. — *Larissam* Cremasten (v. ad 31, 46, 8.) *et Pharsalum*, oppida Phthiotidis in Thessalia, a Philippo erepta Ætolis, quos

[redacted]

iisse ea tradit Polyb. 17, 3. 8. 18,

4.)—1. *Orsum eum dicere violenter,* *maxime*, in Ætolicam et theatra-andri orationem cet. v. Polyb. . et de malo Ætolorum ingenio , 25, 6. Livius, qui ex Polybio capp. 32 et 33. ad verbum pæne it, in hoc cap. multa reddidit modo vel ordine, et nonnulla sit.

in verbis rem verti, v. ad 3, 27, 6. *ius parendum:* " si nominativus *liora*, sign. audire et admittere iditiones; si est *meliores*, sunt po- aut etiam æquiores, sapientio-iani haud dubie, qualibet condi-ibus hisce;" Bauer. Cf. ad 2, · *erat dicacior natura*, ita et Polyb. 'III MSS *deceret*.

nari inde cœpit cet. ad 3, 3, 1. et — *quibus finibus Græcia sit*, con- qui fines ei sint, quos fines ha- *Agræos*, (v. ad 38, 5, 5.) *Apodo-* eph. Byz. Palmer. Græc. autt. 4, ker. ad Thucyd. 3, 94.) *Amphilo-* um ager s. regio Amphilochia argos Amphilochium in Acarna-nes Epiri sinumque Ambracium n. v. 38, 3 sq. et 10. Thucyd. 2, b. 14. p. 691. 710. — *Græciam* ejus populos. Eosdem etiam vi nt Ætoli, qui præterea ne ipsi Græci erant, quorum agebant

is ego Cium expugnavi, v. ad 32,

Ætolis hæc sc. dicta sint et dixisse *'Αλλὰ δὴ πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς ἀρ- ταῦτ', ἔφη*.— *Peræam Rhodiis* cet.). 33. n. 7. — *qui conparebunt*, , 6.

phorium Venerisque t. cet. v. ad 31,

es divinos humanosque honores con- ita, (cf. cap. 5. et 25.) simulque Macedoniæ regibus habitos ab v. Polyb. — *atque ad ea* decreta *ens de exercitu* omni Achæorum ad m admovendo. v. cap. 23. *decre- e exercitu* conj. Crev. conl. Polyb. js *ἀποστάσεως ψήφισμα*.

35.)—1. *Parantibus Achæis* cet. cf. , 7. et 8. — *ad Nicæam venit* ite- *.w* Polyb.

lippus nullus usquam — veniebat ic. ad Att. 11, 24. et 14, 3.) pro *lippi* edidi ex emend. Dukeri, qui nj. *Philippi nihil usquam*, ut cap. ippi *præter legatum videmus nihil*. *ππος οὐ παρεγίγνετο* Polyb.

in servum tractam, v. ad 2, 61, 6. *ionem ipse adfirmavit*, v. ad 2, 12, 2.

4. *Rex cum duobus, quos pridie adhibuerat* ad conloquium, *Macedonum principibus*. v. ad c. 32. n. 2.

5. *Romanis eum cedere tota Illyrici ora*, ut mox *Achæis non Argis modo — cessurum*. v. ad 22, 25, 8.

6. *causas certaminum deponere*; f. *deferre*, Gron. Possis et *deponi*; Bauer.

CAP. 36.)—1. Cf. ad hoc caput Polyb. 17, 9. 10.

2. *hyeme instante*, v. ad 3, 6, 5.

3. *sine auctoritate senatus*, v. ad 1, 17, 6. — *quæ cum rege ipsi pepigissent:* " quia non valde probabile est, senatum eo tempore, quo sibi Græcos adjungere maxime cupiebat, non voluisse, illis licere quidquam sine sua auctoritate pacisci, vel, si non voluisset, id palam ostendisse; oratio hæc Quinctii non satis tempori conveniens, et alienandis, quam conciliandis, Græcorum animis aptior esse videtur. Hinc forte leg. *ipse pepigisset*, hac sententia: nihil ista dilatione hac tempestate anni amittitur; nam si quæ ipse vel vobis, vel Romanis pepigissem, tamen nihil eorum sine senatus auctoritate ratum foret." Duker.

4. *ut speciem legationi adjiceret*, v. ad 9, 17, 8. *legationi* ex emend. Gron. et MS. Harl. pro *legationis*. Cf. 9, 40 pr. et 34, 52 extr. Pro vulg. *utque* ex multis MSS legendum *ut*, et mox ante *Q. Fabium* copulam *et* inserendam docet Drak. Ad rem cf. Polyb. 17, 10, 7 sq. qui dicit, Amynandrum *ἐξέπεμπε παραχρῆμα*, et ceteros *μετὰ τοῦτον*, post hunc, nisi leg. *τούτου*.

CAP. 37.)—1. *Moverunt eo maxime senatum* cet. Recidendum *τὸ eo*; Gron. *vero* conj. Drak. Sed mox *demonstrando* quasi per adpositionem *τῷ eo* additum monet Periz.

2. *compedes eas Græciæ adpellare*, (urbes, quæ omnem Græciam in officio retinerent, Ern.) Demetriadem, Chalcidem et Corinthum, *πέδας τῆς 'Ελλάδος* seu *'Ελληνικὰς* et *ἐπιδέσμους*. Cf. Strab. 9. p. 428. Polyb. 17, 11, 5. 18, 28, 6. Appian. Maced. 6. Exc. 23. Victor. var. lect. 12, 9. et sup. ad 9, 32, 1. Teste Pausan. 7, 3, 3. Philippus Corinthum, Chalcidem et Magnesiam dixit *κλεῖς τῆς 'Ελλάδος*.

3. *mandati sibi de his nominatim quidquam* sc. esse. Sic *quidquam*, *nihil* cet. genitivis junguntur. v. Gron. et Drak.

4. *Quod ut satis adparuit*, v. ad 6, 8, 2. *Quo* conj. Gron.

CAP. 38.)—1. *regionis ab se diversæ*, v. ad 4, 22, 3.

2. *optimum ratus Nabidi eam* sc. urbem, Argivorum civitatem, (propr. *eos*, sc. Argos) *velut fiduciariam dare, ut eam victori sibi restitueret:* qualis *fiducia* erat in heredi-

tatibus venditionibusque imaginariis. Cf. Ernesti Clav. Cic.

3. *adjicit ad pignus futuræ regi cum tyranno amicitiæ* cet. ad primum hoc *pignus f. amicitiæ*, sc. traditionem Argorum, adjicit alterum, nuptias filiarum regis cum filiis tyranni: sed magis credo, delendum esse *ad*, et pignus dici ipsas has nuptias; Duk. *id pignus* Lov. 1. 6. et Voss. non inprob. Drak. qui tamen vulgatum etiam conmode servari posse existimabat.

4. *rogationem promulgavit unam* (nisi leg. *rogationes promulgavit, unam*) *de tabulis novis*, de remissione æris alieni vel universi vel ex parte, propter quam aliter scribi tabulæ adceptorum et expensorum debent; Ern. Cf. ad 42, 13, 7. et de Nabidis sævis inventis Polyb. 13, 7.

5. *duas faces novantibus res* cet. v. ad 8, 32, 9.

CAP. 39.)—1. *Postquam in potestate* sc. Nabidis, quam vocem quædam edd. adjiciunt, sed omnes fere MSS. omittunt.

2. *mittit ad Attalum, ut* cet. v. ad 8, 19, 10.

3. *Haud procul urbe* locus est, qui *Mycenica vocatur*. Scita brevitas, de qua v. ad 30, 7, 3. *Ycenica, Ytenica, Hyecenica, Hycenica, Itenica, Icenica* varr. lectt.

4. *progressus armatus cum satellitibus armatis*, ut 24, 5. 34, 37. ap. Xenoph. hist. Gr. 4. p. 527. οἱ δορυφόροι τὰ ὅπλα ἔχοντες, et similiter 32, 16. *stationes armatæ*, 40, 34. 42, 65. 45, 29. *præsidium armatum*, et 1, 49. *armati* pro satellitibus; Drak.

5. *inermes regi prætor Achæorum et unus e purpuratis latus cingebant*, v. ad 24, 5, 7. Mox τὸ *dixit* delevere Gron. et Crev.

CAP. 40.)—1. *ut id sciri posset*, cf. ad c. 13. n. 3.

2. *Hæc disceptatio sine exitu fuit*, al. sine effectu; Ern. — *Cretensibus*, auxiliis. — — *Romano*, v. ad c. 11. n. 4.

3. *Ibi* (Sicyone) *et civitas novis honoribus veteres regis honores* (v. ad 1, 3, 8.) *auxit*; *et rex ad id quod* (v. ad 2, 23, 3.) *sacrum Apollinis agrum* cet. cf. Polyb. 17, 16.

4. *firmato præsidio Argis*, v. ad 21, 57, 7. — *ad feminas spoliandas uxorem*, Apegam, *Argos remisit* cet. cf. Polyb. 13, 7. et 17, 17.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXIII.

CAP. 1.)—1. *Hæc per hyemem gesta* cet. Libri hujus capita 1-17. in edd. antt. desiderantur, et primum a. 1616. ex MS. Bambergensi Romæ sunt edita. Reliqua ejusdem libri pars in solo Mogunt. cod. reperta.

2. *cum unius signi militibus*, v. ad 25, 23, 9. — *jussis legionis hastatis* (*ea duo millia militum erant*) *sequi se*: sed in legione 4200 militum erant hastati 1200, totidemque principes et velites, triarii 600: et in legione 5200 peditum, qualis jam hoc tempore fuit, (v. 42, 31.) idem triariorum, et major quidem reliquorum numerus, non vero tantus, quantus h. l. fuisse dicitur. Cf. Lips. mil. Rom. 2, 1. et 5. Hinc vel in numero hastatorum vitium esse, vel in numero levis armaturæ post institutionem velitum proprie dictorum (v. ad 26, 4, 6.) aliquid mutatum fuisse, putabat Duk. *jussis legionum* (duarum Quinctii) *hastatis*, (quorum sic tertia pars militia unius anni periit, quod parum probabile est) vel *ii mille quingenti milites erant* (ut pro *ii* ∞ *I*Ↄ *mil. erant* scriptum fuerit *ea* ∞ ∞ *mil. erant*) conj. Drak. Mox pro *distantes* unicus MS. *distantis*. Forte leg. *distantibus* vel *distantem*: nec vero, si absit hæc vox, eam desideres; Gron. Vulgatum defendunt Cort. ad Sall. Jug. 33, 2. et Drak. Ille absoluta constructione intellegebat, ut ita *ipse* et *legionis hastati* distarent; hic *distantes* referebat ad *se*, eoque significari putabat Quinctium ejusque comites. Neutrum nobis satis facit.

3. *Oppidani, ante lictorem turba acta*; scribe *ante lictorum turba acti*; Gron. *Oppidani autem lictorum turba acti* emend. Drak. qui

ex Plut. Æmil. p. 256. docet, non consulibus proconsulibusque, sed propraetoribus duodecim lictores

! *hospitium imperatoris* Rom. v. ad 2,

xerunt tamen dolorem: voc. *tamen* non MS. Bamb. (unde delevit Drak.) letur id sensus requirere, et forte dio scriptum erat *texeretn*, h. e. *men*; Gron.

. 2.)—1. *segnior jam et infirmior*; puto Gron.

m regem auferunt perferuntque, forte *que* vel *reficiuntque*; Gron. An leg. *tque?* — *parte membrorum captum*, 3, 36, 7. Mox quoque exspiravit , de cujus ortu, familia, vita ac r. cap. 21. Strab. 13. p. 624. Polyb. 22, 3. Plut. Flamin. p. 372.

æ Achæis suaserat, v. 32, 20. 21.

lcipitur jubeturque rogatio; v. ad 32,

quando (al. *quoniam*) *tuta ea* cet. v. 5, 3.

. 3.)—1. *primo vere*, v. ad 1, 6, 1.

vones ab XVI annis m. s., natos XVI iisque majores.— *secundum vernum tium*, v. ad 1, 4, 1. et Dodwell. de 10, 91.

ercendo quotidie milite, cf. ad 1, 53, 3. te leg. *exercens q. militem* vel *exercendi q.* c. causa. Cf. ad 3, 56, 4. — *præter* (v. 11, 9.) *Thronium et Scarpheam*, oppido um Epicnemidiorum. *Scharpeum* amb. et edd. antt. *Scarphia* dicitur et Plin. 4, 7. s. 12. Σκάρφεια et Strab. 1, 3. p. 60. et 9, 4, 4. (ubi v. Tzschucke) Paus. 7, 15, . Syr. 19. Ptol. 3. 15. 4, 7. Plin. teph. et aliis.

i concilium Ætolorum, Heracleam in- (v. ad 4, 25, 4.) *tenuit*, fuit, (v. ad) vel potius detinuit eum, moratum ad 2, 63, 3.) *Tenuit* pro *tenuit eum*, 5. et 34, 39. nisi *eum* post *indictum* ; Duk.

Heraclea Xynias p., in confinio Ænia-essalorumque, v. ad 28, 5, 6. — *Phæ-s duo millia peditum*, Plut. Flaminin. D. ὑπὲρ ἑξακισχιλίους καὶ δισμυρίους ρατιώτας, ὧν Αἰτωλοὶ πεζοὺς ἑξακισ- καὶ ἱππεῖς τετρακοσίους παρεῖχον: *x millia* suspicari possis. Sed Livi-p. seq. referre, Romanis ferme *pa-erum* fuisse ac Philippo, equitum opiis Ætolorum adcessu Romanos ase; eoque indicari, plures aliquan-tes Philippo, non, quod Plut. tradit, is fuisse, adeoque Livium non in s Plutarcho consentire, monet

ice Cydante; qui *Cydas, æ*, dicitur Polyb. 23, 15, 1. et Cic. Phil. 5, 5. et 8, 9. non *Cydas, antis*, ut h. l. et 44, 13. 24. *Cydate* emend. Horrion, Gron. et Crev. decepti conrupta lectione ap. Polyb. — *summa rerum*, v. ad 3, 5, 6.

CAP. 4.)—1. *Adceptæ ad Aoum fl.* — *cladi*, (v. ad 32. 5, 8.) *territa Macedonum phalange*, (cf. 32, 12.) *ad Atracem vi pulsos Romanos obponebat*, h. e. cladem Romanorum ad Atracem, de qua v. 32, 15-18. Pro *territa* in MS. Bamb. est *terra*: unde Horrion conj. *terra a Macedonum p. ad A. vi p. Romanos*, (qui obsidione Atracis relicta Anticyram se contulere in Phocidem) et recte, opinor, Gron. *ter a Maced. ph. ad A.* cet. quia discesserint illi quidem, expugnatione sæpius tentata, non tamen a phalange terra pulsi, sed quod procul a mari et in evastatis belli cladibus locis hibernandi non fuerit copia. Cf. 32, 17. 18. unde etiam patet, Romanos a phalange Maced. aliquoties repulsos fuisse.

2. *insessas fauces Epiri*, v. ad 32, 5, 6.

3. *cætratorum, quos peltastas adpellant*, v. ad 21, 21, 6. — *Trallis nomen est genti*, cf. 27, 32. et 31, 35.

4. *equitum copiis tantum*, tantummodo, solummodo, *quod*, quoniam, *Ætoli*, CCCC equites eorum, (v. cap. 3.) *adcesserunt* ipsis, *superabant* copias hostium, earumve numerum.

CAP. 5.)—1. *per Timonem*, in edd. ante Gron. a 1665. *per Dimonem*. — *in tempore subvenissent*, v. ad 2, 47, 4.

2. *urbis quidem amplius tentandæ*, v. ad 9, 35, 1. — *nondum conperto*, v. ad 1, 41, 10.

3. *vallum* (vallos) *cædere et parare jubet*, cujus rei causa traditur cap. 6 pr. Cf. ad 3, 27, 4. — *Vallo et Macedones et Græci* cet. ad finem cap. expressa ad verbum e Polyb. 18, 1. Cf. Lips. Mil. Rom. 5, 11.

4. *facilis molitio eorum valli erat*, facile erat, vallos evellere; nec facile, *obmoliri*, in locum evulsorum alios reponere, lacunæ explendæ inruptionisque hostium inpediendæ causa. Cf. ad 6, 11, 5. et 37, 32, 3. — *quod recte manu caperetur*, facile, conmode, firmiter, cum eventu; Bauer.

5. *portæ instar patebat*, ad magnitudinem, *so gross, so weit*; Bauer. — *bifurcos plerosque*, δύο κεραίας (furcas, *palmas*, cornua) ἔχοντες. — *suspensis ab tergo armis*, scutis, manibus solas gestant hastas.

6. *et ita densos obfigunt* (obponunt fixos, *vorschlagen*; Bauer. sic MS. Bamb. non *adfigunt*) *implicantque ramos, ut neque, quæ cujusque stipitis sit palma*, (extremum rami vel furcæ velut ansa, unde prehendatur, *das Ende*; Bauer.) *pervideri*, penitus discerni, cognosci *possit*. Ex Polyb. (τιθέασι γὰρ εὐθέως ἐμπλέκοντες εἰς ἀλλήλους οὕτως, ὥστε μήτε τὰς κεραίας εὐχερῶς ἐπιγνῶναι, ποίας εἰσὶν ἐκφύσεως τῶν ἐν τῇ γῇ κατα-

[redacted]

φυγμένων, μήτε τὰς ἐκφύσεις, ποίων κεραιῶν) suspicari possis, inter verba *palmæ*, et *sit* excidisse hæc: *neque qui quarumque palmarum stipes*, vel, quod Crev. putabat, *neque quis cujusque palmæ stipes*; et mutilus quoque hic locus visus est Gron. Sed Livius forte brevius eamdem expressit sententiam, nec inperfecta est ea, modo τὸ *neque* eo sensu ceperis, quo capiendum dixi ad 31, 22, 4. Tum etiam non est, quod cum Bauero mox vel *relinquant* legas pro *relinquunt*, ut pendeat ab *ut neque*, cui alioquin nil respondere putat, vel vulgatam lect. per ἀνακόλουθον defendas. Ceterum in verbis Polybii ἐκφύσεις sunt ipsæ stirpes vel stipites, non, quos antea sic dixerat, rami ex stirpe enati.

7. *aliusque per alium inmissi radii*, vallorum seu stipitum rami ex parte relicti et conserti; Ern. Forte *rami* leg. pro *radii*. Iidem certe *κεραίαι* dicuntur Polyb.

8. *alium reponere* loco evulsi.

CAP. 6.)—1. *sex fermε millia* passuum *a Pheris* cet. cf. Polyb. 18, 2. et 3. — *ab Thebis* Phthioticis. — *quum expediti utrimque ad o. super urbem t. p.*, v. ad 1, 2, 3. et 5, 16, 2.

2. *non minimum*, magna ex parte, maxime; nisi cum Gron. leg. *non minima Ætolorum opera*, i. e. egregia. ἐκθύμως ap. Polyb. Cf. ad 4, 20, 10. et 21, 40, 1.

3. *ut in suburbanis locis*, v. ad 8, 30, 7.

4. *colles perpetuo jugo intererant*, v. ad 4, 6, 1.

5. *ad Melambium* cet. ita et Polyb. ubi Schweigh. conj. Μελάμπιον i. e. Μελάμποδος ἱερὸν, quale memorat Pausan. 1, 44. Μελάμβιος, σκοτεινὸς τὸν βίον ἢ μελανὸς Hesych. *Melandium* ed. Rom. De *Thetidio* v. Strab. 9, 431. Eurip. Androm. pr. et ibi Schol.

6. *Tertio die primo nimbus effusus, dein* (insequenti die sub ipsum mane ap. Polyb.) *caligo noctis simillima* (*nubibus in terram demissis* cap. 7. pr.) *Romanos tenuit*, v. ad 2, 63, 3.

CAP. 7.)—1. *nubibus in terram demissis*, cf. verba Polyb. mox laudanda not. 4. et Periz. in Curtio vind. p. 84. — *Supergressi tumulos* prope Scotusam, Pelasgiotidis opp., *qui* (forte *quæ*; Drak.) *Cynoscephalæ vocantur*, ob aliquam similitudinem capitis canini. Cf. Polyb. 18, 5. et Plut. Flamin. p. 373 A. χωρίον τι ἐν τῇ Σκοτούσῃ, Κυνὸς κεφαλαὶ καλούμενον, Strab. 9. p. 441.

2. *decem turmas e. et mille pedites*, forte *velites*: Gron. conl. Polyb. 18, 4 pr. Sed v. sup. ad 30, 11, 6. — *apertis locis*, v. ad 21, 32, 7.

3. *subsidiis tuentium pulsos*: in MS. *tuentium pliniis*: unde *utrimque missis* conj. Horrion conl. Plut. l. l.

4. *Macedones laborantes*, v. ad 3, 31, 1. — *effusam caliginem*, late diffusam s. sparsam, *obfusam* (sc. rebus oculisque videntium) ex emend. Gron. recepit Drak. Recte forsan, ut ap. Polyb. 18, 2. διὰ τὸν ἐφεστῶτα ζόφον, et πάντα τὸν ἀέρα ἐκ τῶν νεφῶν πεσεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. Cf. Gron. Obss. 4, 21. ad Sen. Ep. 82. et nat. quæst. 5, 3. Heins. ad Valer. Fl. 4, 482.

5. *jam juga montium detexerat nebula*: "at *nebulæ* non *detegunt*, sed *tegunt* omnia circa, ut 26, 17. nec solet ita in hac re loqui Livius, verum addere *nebulam dispulsam*, *disjectam*, *discussam*, *dilapsam fuisse*, ut 26, 17. 29, 27. 41, 2. De hac nebula Polyb. 17, 18. (18, 5.) dicit τῆς ὁμίχλης ἤδη διαφαινούσης, quod ex Liv. 41, 2. verti potest *perlucente jam inter* vel *per nebulam luce*. Idem sane dicere voluit Livius, sed ita satis obscure loquutus est." Duker. Non minus fere obscure Polyb. dixit διαφαινούσης, sc. active et elliptice, *nebula transmittente* nempe τὴν ἡμέραν vel τὸ φῶς τῆς ἡμέρας, nisi leg. τῆς ἡμέρας ἤδη διαφαινούσης, ut 18, 2, 5. Forte Livius scripsit *jam jugis montium* (ut mox *tumulum maxime editum*) *decesserat nebula*, aut *jam lux matutina disjecerat nebulam*.

6. *committendam rerum summam in discrimen*, v. ad 3, 5, 6. 6, 17, 1. et 28, 42, 11. — *equitatu Macedonum ac Thessalorum*: illi præfuit Leo, huic Heraclides Gyrtonius. Cf. Polyb. 18, 5.

7. *is longe tum optimus eques*, h. e. ii, Ætoli, optimi equites *in Græcia erant*, ἐν τοῖς κατὰ μέρος καὶ κατ' ἰδίαν κινδύνοις, *pedites inter finitimos vincebantur*, ἐν τοῖς πεζικοῖς ἐλλιπεῖς εἰσὶ καὶ τῷ καθοπλισμῷ καὶ τῇ συντάξει πρὸς τοὺς ὁλοσχερεῖς ἀγῶνας, Polyb. *pedite* emend. Gron. et Drak. Cf. ad c. 4. sed et ad 26, 4, 1. nisi et ibi cum Gron. leg. *pedite*.

CAP. 8.)—1. *Lætior res, quam pro successu pugnæ, nuntiata*, v. ad 7, 33, 2. Ad caput hoc et seqq. cf. Polyb. 18, 6-9. et Guischardti Mémoires milit. 1, 13.

2. *ad Epiri fauces* cet. v. ad 32, 5, 6. — *quos P. Sulpicii prius ductu* s. *Eordææ* a. v., v. 31, 39. 40. *Eordææ aditum* ex emend. Gron. pro vulg. *in eadem aditu*. Firmat id et res ipsa atque historia, et Polyb. 18, 6. — *Fama stetisse, non viribus, M. regnum*, v. ad 2, 29, 7.

3. *Philippus cum cætratis*, (v. ad 21, 21, 6.) *robore M. e., quam phalangem vocabant*, v. ad 24, 42, 6.

4. *cædebantur aversi*, sc. datis tergis; v. ad 3, 63, 1. — *nondum adæquata parte suorum*, passive, ut ap. Cic. Verr. 2, 73 extr. — *periculum summæ rerum facere*, v. ad 1, 38, 2. et 3, 5, 6.

5. *Cætratos et Macedonum phalangem, hastis positis — gladiis rem gerere jubet*: *simul* — — *dimidium de fronte demtum* cet. cf. Polyb. 18, 7 extr. ubi Reiskius eadem fere, quæ Crev. ad h. l. Livii, notavit; "Livius in

hec loco vertendo non semel lapsus est. Primum καταβαλοῦσι τὰς σαρίσσας ἐπάγειν (h. e. ut demissis sarissis hostem invadant) vertit: *hastis positis* (abjectis) — *gladiis rem gerere jubet.* Alia omnia. Phalanx Macedonica rem numquam *gladiis gerebat*, sed semper hastis, et quum nondum ad certamen admitteretur, sed prœlium exspectans in armis adstaret, gerebat hastas in humeris; quum pugnare juberetur, illas, ab humeris ablatas, coram se tenebat, seu coram se in directum hosti objiciebat. ante se projiciebat, protendebat: quod καταβάλλειν et μεταβάλλειν τὰς σαρίσσας dixit Polyb. 2, 69, 7. 5, 85, 9. 11, 15, 6. 11, 16, 1. 18, 7, 9. Ubi etiam aut quo ponerent hastas? quis ab iis adciperet? et, si posuerunt nunc, qui potuerunt in fine pugnæ (c. 10.) illas repente *erigere?* Deinde, *simul*, ait, *ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demtum introrsum porrectis ordinibus duplicat* cet. (quæ Crev. et Drak. per hypallagen dicta putabant pro *dimidio de fronte demto introrsus porrectos ordines duplicat.*) Verum nihil demtum est de fronte, sed additi sunt ordines duplo tot, quot ante erant; et, ut firmior esset acies neve nimis magnum locum inpleret, nimis laxa et distracta esset, inperatum est, ut coirent uniuscujusque ordinis milites inter se arctius, facto coëundi initio et motu a sinistra ad dextram: quæ congressio in angustum adpellatur, διπλασιάζειν τὸ βάθος καὶ πυκνοῦν ἐπὶ τὸ δεξιόν. Tandem illa τοῖς δ' εὐζώνοις κερᾶν, (h. e. in cornibus stare, cornua firmare) Livius plane omisit, quia verbum hoc, vix usquam alibi lectum, (v. Schweigh.) haud satis intellexit." Idem vitium 35, 35, 5. a Livio commissum recte suspicabatur Crev. eumque verbum καταβάλλειν, a Polyb. adhibitum, perperam reddidisse *ponere* hastas, quum debuisset *demittere* et ante se projicere, vel *præ se objicere*, ut 36, 18, 6.

CAP. 9.)—1. *quique tum maxime in prælium veniebant*, qui in eo adhuc erant, ut ad locum pugnæ venirent. — *sinistro* (non Quinctii, quod Schweigh. ad Polyb. putat, sed) regis cornu, *tum quum maxime* (v. ad 29, 17, 5.) *adpropinquante phalangis parte, quæ novissimi agminis fuerat* pars, (cf. ad 3, 62, 5.) *sine ullo ordine trepidabatur*, ab incertis consilii fluctuabatur et confuse festinabatur: (cf. ad 1, 14, 6. et 3, 49, 4.) *media acies* cet. cf. Polyb. 18, 8. qui docet, mediam Philippi aciem pugnantibus suis a tergo stetisse, longe remotam ab hoste; sinistram in vertices collium nunc demum evasisse, et nec ducem habuisse, qui signum daret, nec cogere se in unum corpus potuisse propriamque phalangis figuram constituere, quia tum difficultatibus locorum inpedita, tum, sequens vestigia pugnantium, in modum agminis procedentis, non instructæ aciei, disposita fuerit.

2. *phalanx, quæ venerat*, forte *quæ modo venerat*, nisi cum Gron. leg. *quæ læva erat*, h. e. altera phalangis pars, quæ sinistrum cornu constituere debebat; Crev. — *agmen magis, quam acies* cet. v. ad 10, 45, 6.

3. *quamquam pedem referentes in dextro cornu suos cernebat:* inmo leg. cum Gron. *in sinistro* vel *lævo cornu*, aut cum Periz. anim. hist. c. 8. p. 338. *in altero cornu.* Nam *rex vincebat dextro cornu* suo, cui obpositum erat sinistrum cornu Romanorum; qui itaque in eo pedem referebant. Vulgatam lect. defendit Duker. qui hæc adnotavit: "Quod Livius dicit, Quinctium *dextro cornu* præfuisse, caute adcipiendum est. Tenebat ille *sinistrum cornu* Romanorum, Polybio et Livio ipsis auctoribus. Sed quum hoc a dextro cornu Macedonum, in quo Philippus erat, multis occisis pelli videret, omnem spem salutis in dextro superesse ratus, ad id, relicto sinistro, advolavit. Ita Plut. in Quinctio et Polyb." Contra scribam errasse tanto confidentius statui posse monet Drak., quod hæc pars operis Liviani unius tantum codicis ope nobis servata sit. Cf. ad 7, 15, 2.

4. *partem profligatam cetera tracturam*, v. ad 9, 18, 14. — *aversi* (v. ad 3, 63, 1.) *terrore primo bestiarum*, forte *belluarum*, quia de prœlio agitur; Duk. Cf. intpp. Flor. 1, 18, 8. et 2, 6, 49.

5. *unus e tribunis militum, extemplo capto consilio, cum XX signorum militibus*, cum XX manipulis, (v. ad 25, 23, 9.) *relicta* cet. cf. Polyb. 18, 9. Pro *extemplo* forte leg. *ex tempore.* παρ' αὐτὸν τὸν τῆς χρείας καιρὸν συμφρονήσας, ὃ δέον εἴη ποιεῖν, Polyb. Idem et Dukero in mentem venisse video. Cf. Cort. ad Sall. Jug. 70.

6. *Nullam aciem ab tergo adortus* cet. "Significat eo deventum, ut nec ipsa salus ultra servare Macedonas valeret. Etenim nullam aciem tam firmam esse, quam sic ex inproviso ab tergo inpugnatam constare nec turbari contigisset. Præter autem illud periculum, quod alia quævis acies, non ad hunc casum ante instructa præparataque, subitura foret, hoc obportuniorem phalangem Macedonum fuisse, quod natura sua inmobilis esset, nec posset circumagi, quin dissolveretur. Denique absque hoc etiam foret, et quamvis salvis ordinibus phalanx se vertere potuisset, (quod non poterat) tamen ne id quidem licuisse propter novos animos recentemque inpetum illorum ex Romanis, qui in sinistro cornu *paullo ante pedem retulerant;*" Gron. De *phalange* ejusque et conmodis et inconmodis v. Polyb. 18, 12-16.

7. *Ad hoc loco etiam premebantur*, v. ad 2, 23, 3. et 3, 13, 1. — *per proclive pulsis*, cf. 5, 43.

CAP. 10.)—1. *tum et ipse acie excessit:*

[redacted]

inepte *tum* post *deinde*. Scribe *fulgere* (*rom.* h. e. *Romanis*,) *et ipse* cet.; Gron. Sed. v. ad 23, 34, 4.

2. *Macedonum tradentium sese*, aut transeuntium ad hostes. — *in animum habebat*, v. ad 2, 14, 2.

3. *Rex effuso cursu Tempe* cet. cf. Polyb. 18, 10.

4. *Cæsa eo die octo* cet. cf. Oros. 4, 20.

5. *Nos non minimo potissimum numero credidimus*, forte leg. *minimum numerum* hac sententia: ego minimum numerum retuli, non quod eum potissimum verum esse credam, sed Polybium sequutus; Duk. — *non incertum auctorem Polybium* cet. v. ad 4, 20, 10. et 30, 45, 3.

CAP. 11.)—1. *ad commentarios regios* cet. cf. Polyb. 18, 16.

2. *Caduceator eo regius venit*, tres legati, Demosthenes, Cycliades et Limnæus, ap. Polyb. 18, 17.

3. *jam tumentes* MS., *non timentes*. v. ad 31, 8, 11.

4. *Donis regiis inminere* (v. ad 3, 51, 3.) *credebant* cet. ab qua couruptela duces Rom. ante bella transmarina abhorruisse monet Polyb. 18, 17. 18.

5. *ob insatiabilem aviditatem* cet. v. ad 26, 25, 6. et cf. Plut. Flamin. c. 9. p. 373. — *quæ* adrogantia *vanitate sua* cet. nisi cum Gron. et Bauero malis *qua vanitate* — *obfendebant*.

CAP. 12.)—1. *Induciæ XV dierum* legatis Philippi petentibus *datæ* — *in consilium* (v. ad 1, 54, 1.) *advocavit socios* cet. cf. Polyb. 18, 16. 19. 20. et Appian. Maced. 7, 1. *advocatis sociis retulit* malebat Gron. Poterat sic Livius: sed voluit aliquando minutatim et carptim scribere; Bauer. *advocavit socios, ad quos* vel *et ad eos retulit*, vel *advocavit, et ad socios retulit* conj. Drak. Sed *retulit* h. l. dictum pro *retulit ad consilium*: quod tum ex præcc., (in consilium advocavit) tum ex seqq. intellegitur. v. ad 26, 2, 3. Hinc et patet, conjecturam Gron. ab h. l. alienam esse.

2. *satis potens tuendæ simul pacis libertatisque*, h. e. *simul libertatis*; ut passim. v. Gron. et Drak. — *qui, pauca præfati*, forte *profati*, sc. *sunt* vel dixerunt. *paucis* malebat Bauer. ob seq. infinit. Cur ita *autem* redundet post *falli*, quod idem monet. non adsequor. Hoc *autem* referendum ad *quidem* in superioribus omissum subplendumque: *Recte* quidem *atque ordine* (v. ad 24, 31, 3.) cet.

3. *falli autem eum tota re*, τοῖς δ' ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν καὶ παραπίπτειν αὐτὸν, Polyb. 18, 19, 6.

4. *Ætolos aut moris Romanorum memores* sc. esse. *memorem* — *sententiam* emend. Gron. Cf. ad 3, 36, 8. Bene et de more Nostri: necessarium tamen non est; Bauer.

5. *adversus victos mitissimum quemque* hominem *animum maximum habere*; nisi legere malis *haberi* et *mitissimum quemque animum* jungere, vel potius cum Duk. verba sic trajicere *maximum quemque mitissimum animum habere*, ut *mitissimus* animus obponatur *infesto*, et *victus* hostis *armato*. Conf. intpp. Ovid. Trist. 3, 5, 31. (*Quo quisque est major, magis est placabilis iræ*) et verba Polyb. 18, 20, 7. a Livio expressa; Πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι καὶ θυμικοὺς, ἡττωμένους δὲ γενναίους καὶ μεγαλόφρονας, νικῶντάς γε μὴν μετρίους καὶ πρᾳεῖς καὶ φιλανθρώπους. Vox *animum* non exstat in MS. probb. Horrione et Gron. Sed hic ex præc. membro eam repetendam, ille *haberi* reponendum putabat.

6. *Thracas, Illyrios, Gallos*: qui Galli h. l. retinendi vel ob 45, 30. nec pro iis substituendi *Triballi*; et hi Galli sunt Scordisci: nam qui Delphos obpugnaverant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerunt: unde per eadem vestigia, qua venerant, antiquam patriam repetivere: quod ex Liv. Epit. 63. et Justino 32, 3. notum; Gron. Cf. et Polyb. 18, 20.

7. *Non iis conditionibus inligabitur pax*; forte leg. *pacis* cum Gron. (cf. 36, 11. pr.) vel *illi dabitur pax* cum Rubenio.

CAP. 13.)—1. *ad fauces, quæ ferunt in Tempe*, πρὸς τὴν εἰσβολὴν τῶν Τεμπῶν, cet. cf. Polyb. 18, 21. 22. *datus erat locus*, forte *dictus*; Gron. Sed v. Duk. ad Flor. 3, 3, 14.

2. *sua potius voluntate omissis*, forte *remissis*; Duk. coll. 4, 43. 6, 17. 18. 35, 45. Sic et mox *omnia se concedere*, ut ap. Polyb. πάντα συγχωρεῖν καὶ ποιήσειν. — *imperata a Romanis*, ἐπιταττόμενα Polyb. Cf. 32, 35. — *de ceteris senatui permissurum*, v. ad 9, 43, 4. — *inimicissimis*; forte *iniquissimis*; Gron.

3. *disceptatio inter inperatorem Rom. et Ætolos orta est de Thebis* cet. hæc repugnant et verbis Quinctii mox laudatis fœderisque interpretationi, et perspicuæ Polybii (18, 21.) narrationi, in qua vertenda labi potuisse Livium mireris. Ex utraque patet, Thebas Phthioticas, easque solas, utpote vi captas, Ætolis a Quinctio concessas fuisse, non vero reliquas Thessaliæ civitates, quæ sua voluntate in ditionem Romanam venerint. De quo errore Livii et causa ejus v. Perizon. anim. hist. c. 9. p. 385 sq.

4. *eas populi Rom. jure belli factas esse*: cui adversari videtur sup. cap. 5. Captæ ergo Thebæ vi, vel certe metu coactæ in ditionem Rom. venisse videntur statim post victum jam regem: quod tamen, ut multa alia, Livius suo loco adnotare neglexit, vel ex hoc demum intellegi voluit; Periz.

5. *et ita in fædere primo cautum esse* cet. v. 26, 24. — *quæ rerum ferri agique possent*, v. ad 3, 37, 4.

6. *urbes captæ Ætolos sequerentur*, v. ad 28, 21, 4.

7. *Vos ipsi societatis istius leges rupistis* cet. quod Ætolis etiam objicitur 29, 12. 31, 29. 31. Sed in eo Romanorum potius culpam fuisse, patet ex 29, 12 pr.

8. *sed mox belli etiam causæ*, bellorum a Romanis adversus Ætolos et Antiochum gestorum. Cf. Polyb. 18, 22. *causa* malebat Crev. — *magnarumque ex eo cladium iis fuerunt*: "cur *iis*, quum jam sit *Ætolis*? Nempe quia clades et *aliis*, alteri parti, adcidere possent. Etiam, commate post *iis* posito, ut ad *cladium* referatur, minus redundet;" Bauer. Sed v. ad 1, 19, 1. — *Cum Philippo ita convenit*, v. ad 1, 3, 4. — *ducenta talenta*, ita non modo Appian. Maced. 7, 2. set et Polyb. 18, 22, 5. ex MS. Bavar.

9. *reddi Philippo receptum est*, v. ad 7, 14, 1.

10. *quam quod Antiochum* cet., quodque bello renovato a Philippo verebatur, ne consul alter adveniret et omne rerum gestarum decus ad se traheret. Cf. Polyb.

CAP. 14.)—1. *Eam urbem pro arce habiturus* cet. v. ad 4, 31, 8.

2. *quod* (quantum eorum) *jam ante ibi fuerat*: aut deest vox *præsidium*, aut scribendum *qui jam a. i. fuerant*; Gron. quem tamen similia in Obss. 3, 2. defendisse monet Duker. Forte leg. *quot jam a. i. fuerant.* Idem suspicabatur Drak. — *scutati omnes*, v. ad 8, 8, 3.

3. *nuntium occultum mittit, quo* cet. v. ad 8, 19, 10. — *ad Apelaurum, Stymphaliæ terræ locum*, τὸ Ἀπέλαυρον, mons inminens Stymphalo, Arcadiæ opp., memoratur Polyb. 4, 69, 1. — *ad diem edictam*, forte *dictam*; Drak.

4. *Erant autem cum eo — opperiebatur* edidi exemplo Crev. ex probabili emend. Jac. Periz. pro vulg. *quinque millia peditum, ex quibus armat. levis, et CCC equites, cum iis copiis dimissi — opperiebantur.* Numerus levis armaturæ militum excidisse videtur, et *cum copiis opperiebatur* dictum, ut ap. Sall. Jug. 91. ubi v. Cort. Audacior et minus apta est Gron. mutatio vulgatæ lect. *ex quibus armaturam levem et trecentos equites cum iis* (sc. militibus levium armorum) *dimissos — opperiebatur*; Gron.

CAP. 15.)—1. *ad Nemeam*, v. Strab. 8, 382. — *Ibi parte dimidia exercitus dimissa*, immo *secum retenta* vel quid simile; nam si Androsthenes partem exercitus dimidiam dimisisset, dimidiam trifariam divisam agros hostium populari jussisset, nullum castris præsidium relictum fuisset: sed contrarium ex seqq. patet; Crev. *considere jussa* conj. Drak. Ne sic quidem omnia satis plana sunt, nisi etiam scripseris *trifariam divisit et cum omnibus equitibus discurrere —jussit.* Sufficiunt autem hæc: *Ibi partem dimidiam exercitus, divisam trifariam, et omnes equites* cet. Reliqua et languent, et sensum turbant.

2. *altera clipeati, dein aliarum gentium* cet. sed nulla adhuc gens memorata est. *altera clipeati Achæorum, dein aliarum gentium*, sc. clipeati *exercitus robur erat* conj. Crev. et *altera clipeati, qd in* (h. e. *quod in*) *illarum gentium* (Græcorum et finitimarum civitatium, ad quas obcultum nuntium de mittendis armatis Nicostratum misisse, cap. præc. traditur) *exercitibus* (ita unicus MS.) *robur erat* Drak. — *Jam haud procul castris aberant* sc. Androsthenis, ad *Nemeam fl.* locatis. — *inpetum fecerunt*, forte *fecerant* ob præc. *aberant*, Crev. et Drak.

3. *ut qui hostes nusquam, nisi in collibus ante Sicyonem*, idque *raro, vidisset:* nisi leg. *raros*, et ob id non audentes descendere in campos; Duk. Sic cap. 1. *rara arma paucique milites* cet. — *super flumen* Nemeam *instruit aciem*, v. ad 1, 2, 3.

4. *clypeati cetratique — inpulsi*, v. ad 1, 14, 8. 21, 21, 6.

5. *magnam ubique cædem edidit*; lege *utrobique*: duo enim genera significat, in quibus sit cædes facta, alterum eorum, qui ex prœlio fugerant, alterum populatorum agri Sicyonii; Gron. — *passim sparserant*, forte *sparserunt*; Crev.

CAP. 16.)—1. *sed et principes et magistratus*: forte leg. *duo principes et m.*, Archelaus ac Bianor cum Zeuxida; Gron. — — *privatum decretum*, non totius Acarnanum gentis nomine latum, sed quorundam tantum populorum; Crev. — *ipsis*, iis ipsis. v. ad 5, 43, 5.

2. *obferre se multitudini*, quæ Leucade erat.

CAP. 17.)—1. *Leucade — id caput Acarn.* v. ad 26, 26, 1.

2. *ad legatum Flamininum*, L. Quinctium. — *Leucade* (al. *Leucadem*) *ad Heræum*, templum Junonis, non longe ab urbe remotum, ut Apollinis Leucadii et Veneris Æneadis; Drak. Cf. Palmer. Græc. antt. 3, 10. p. 412.

3. *Leucadia nunc insula* cet. v. ad 26, 26, 1. — *occidentis regione*, parte, quæ occidentem spectat; Drak.

4. *jacentia ad mare*, forte *patentia ad mare*, planities usque ad mare porrecta; Gron. Sed *jacentia* sunt vel humiliora, respectu reliquæ partis colli adplicatæ, (v. ad Sil. 6, 645. et 12, 132.) vel simpl. sita, posita; Drak.

5. *operique facilis*, v. ad 3, 70, 1. 5, 22, 7. 21, 57, 7. — *ariete decussi muri*, v. ad 21, 12, 1.

[redacted]

6. *ab arce milites adcepissent*, ab ea parte, qua arx erat; Ern. Cf. ad 8, 17, 5. *in arcem* conj. Drak., vel *Leucade habitantes in arce*, *m. a.*

7. *pars in medio cæsi* cet. v. ad 1, 41, 1.

8. *in deditionem legati* L. Quinctii *venerunt*, se ei dediderunt; Drak.

CAP. 18.)—1. *continentem regionem, Peræam vocant*, immo *continentis*; Duk. cf. 32, 33, 7. et ad 44, 28, 7. Tota Asia est regio continens. — *Pausistratum prætorem*, qui Παυσίμαχος dicitur Appiano Syr. 23. 24. et vitiose Ναυσίστρατος Polyæn. Strat. 5, 27. et Πασίστρατος Polyb. 21, 5, 1. et 5. ubi v. Schweigh. Cf. Drak. inf. ad 37, 9, 5.

2. *cum octingentis Achæis peditibus, mille et nongentis ferme armatis*; sed *pedites* quoque sunt *armati*: unde leg. *nongentis levi armatu*, (ut sup. cap. 3.. *haud dispari armatu*) vel *leviter armatis*, ut infra *equites levisque armaturæ quod erat*; Gron. Sed *armatos* simpl. milites, vel milites justis armis, non disparibus, ut plerumque auxiliares, instructos, dici putabat Duk., et Drak. vix verisimile videri monet, 1900 leviter armatos fuisse in tam parvo Rhodiorum exercitu. Nam mox legimus, adcessisse *mille Achæos pedites cum centum equitibus*, et Rhodiis *non plus tria millia peditum fuisse et centum ferme equites*. Quibus verbis si junxeris illa: *Rhodii Achæos dextro cornu, sinistro mercenarios milites, lectam peditum manum, habuere, medios mixta ex pluribus gentibus auxilia* cet., probabile fit, Livium h. l. scripsisse: *Pausistratum prætorem cum octingentis mercenariis peditibus, mille et ducentis fere armatis* cet. Ita, ni fallor, omnia egregie cohærent. In vulgata autem lect. et numerus militum haud congruit, et illud obfendit, quod vix major quam tertia totius exercitus (3000 peditum) pars in sinistro cornu, in media acie et in cornibus fuit, si 1800 Achæi dextrum tenuerunt cornu. In priorem nodum incidit etiam Gron. sed minus probabilis videtur ratio, qua eum solvit. v. not. 7.

3. *Galli et Nisuetæ et Pisuetæ*; scribendum *et Pisuetæ et Nisuetæ*: nam *Pisuetæ* non erant *ex Africa*, (at *Nisuetæ*, *Tamiani et Arei*, qui ita junguntur) Gron. Πισύη vel Πιτύη, πόλις Καρίας ap. Steph. Νίσουα opp. Africæ, inter Carain et Clypeam situm, ap. Ptol. 4, 3.

4. *Tendeba in Stratonicensi agro*, Τένδηβα, πόλις Καρίας, ap. Steph. *Tendeba* ex emend. Freinsh. pro vulg. *tendebat*. — *ignaris regiis, qui tenuerant*: "An credibile est, nullum in eo castello, tam obportuno, præsidium fuisse? et qua de causa deseruerunt, quod occupatum ab hostibus reciperare sunt adgressi? Nec habeo, quod subponam, nisi forte nimis audacter: *ignaris regiis, qui Stratoniceæ erant*. Felicius forte Rubenius: *qui Theræ erant*. Thera enim urbs Perææ regionis, Rhodo insulæ obposita ap. Ptol. et Steph." Gron.

5. *omnibusque ex præsidiis — devocatis*: "cogitabam *evocatis* ex Lucano 1, 394. sed nihil tentandum credo, quia mox dicit *contractos ex castellorum præsidiis*, et castella fere sunt in locis editioribus; Duk. cf. 4, 39. 6, 20. et intpp. Phædri 1, 20, 2. Paullo post *equites cornibus circumdat*. *Cretensium auxiliares Thraeumque Rhodia cohors dextro cornu* cet. male legebatur ante Cler. et Drak. Veram Livio lectionem restituit Jac. Periz. Cf. not. 2.

6. *majus aliquanto prœlium, quam pro numero*, v. ad 2, 39, 1. et 7, 33, 2. — *nec enim plus terna millia peditum fuere et centeni equites*, cf. not. 2.

7. *numero Achæi mille et ipsi quadringentos l. e.*, "immo *mille et ipsos octingentos*: significat enim, pari numero Achæos et Agrianos fuisse; Achæi autem 1800 erant: nam 800 habebat olim Pausistratus, et Theoxenus adduxerat alios mille. Nec mirandum supra ab Rhodiorum partibus 3700 conligi, dein dici, 3000 tantum pugnasse. Adcipio enim partem auxiliorum custodiæ castrorum et Tendeborum relictam." Gron. Mea qualicumque sententia legendum: *numero Achæi mille et ipsi Agrianas loco expulere*, Cf. not 2. ex qua probabile fit, non nisi mille Achæos pedites, a Theoxeno adductos, et Agrianibus numero pares, in Rhodiorum exercitu fuisse.

8. *Inclinat dein dextrum cornu*. "Atqui in eo stabant Macedones, de quibus dicturus est. Quomodo autem hi sunt *lævo latere nudati* altero cornu cæso? Nonne lævum illorum latus protegebat acies media? *Inclinato dein dextrum omnis cornu* ed. pr. Ald. Savet. et Frob. Scribe: *Inclinata dein omnis media acies. Dextrum cornu, Macedones, usque dum ordines* cet." Gron. Possis et: *Inclinat dein medium omne. Cornu Macedonum, usque dum* cet., vel *Inclinant dein sensim omnes Cares. Macedones* cet.

9. *per Antiochum non potuit recipi*, v. ad 5, 12, 6. Rem ita expedit Drak. "Victo Philippo Romanos Rhodiis dono dedisse Stratoniceam aliasque urbes Cariæ, quas Philippus tenuisset, Valerius Antias narravit. v. 33, 30. Verum aut erravit, aut res exitum sortita non est. Antiochus enim has aliasque Asiæ civitates a Philippo possessas, averso eo in Romanum bellum et fracto, per occasionem intercepit. 33, 34. 39. In Antiochi potestate substitere urbes, donec is a Romanis victus omni Asia cis Taurum cessit: quo tempore Rhodiis data est Lycia et Caria. 38, 39."

CAP. 19.)—1. *ab contemtu* (v. ad 1, 1, 5.) *concussi tum regni*, labefactati, graves jacturas cladesque passi. v. ad 22, 34, 1.

[redacted]

Hæc est certissima Periz. emendatio, a Crev. jam et Drak. recepta. In antt. edd. legitur *ab contentu concessit cum regni*, vel simpl. *regni*, deletis quatuor vocibus, quas pro supervacuis induxerat Gelen. *ab contemtu concessi tum* aut *velut regni* conj. Gron. ut sensus sit, Philippum, contrahendo undique militem in bellum adversus Romanos, obpositam Dardanis regni partem præsidio nudasse, atque eam velut in prædam, se ipsum contemtui, latrocinio gaudentium populorum exposuisse et concessisse.

2. *Stobos Pæoniæ* opp., ut 39, 53. 40, 21. 45, 29. unde non *Pelagoniæ* cum Glar. substituendum ex Ptol. 3, 13. Strabo in Exc. 19. libri 7. p. 331. dicit, οἱ Παίονες Πελαγόνες ἐκαλοῦντο, et a Plinio 4, 10. Pelagones numerantur in Pæoniæ gentibus.

3. *in tempore Punicum b. t.*, v. ad 2, 47, 4.

4. *quæ in Cœle Syria sunt*, (v. ad 31, 47, 1.) *civitatibus Ptolemæi* cet. v. Polyb. 5, 45 sq. 58-87. — *nihilo quietiores postea res habuit*, MS. et edd. vett. ante Frob. *n. q. res Pausistratus habuit*, quod vix recte emendatum videtur. — *filiis duobus Ardye ac Mithridate*, qui non alibi memorantur, nisi forte ex Polyb. 8, 25, 3. leg. *filiis duobus sororis*; Drak. Idem *Ardye* scripsit pro *Ardue*, quia illud nomen notum ex Polyb. 5, 53. 60. et Herodoto 1, 15.

4. *tectarum navium*, v. ad 22, 19, 4. — *ad hoc*, v. ad 2, 23, 3. — *cercuris*, v. ad 23, 34, 3.

6. *Cariæ tentaturus urbes*, v. ad 9, 35, 1.

CAP. 20.)—1. *miserunt Nephelida* ex emend. Glar. *miserunt nec Helicinas* edd. primæ. *miserunt, ne Helicinas* (*promontorium* cet.) *superaret. Si eo* cet. Frob. — *inclutum fœdere antiquo Athen.*, quod Cimon ab Artaxerxe Longimano expresserat; Dujat. v. Diodor. 12. p. 293. et Plut. Cimon. p. 486. Nescio tamen, unde patere possit, hoc fœdus ad Nephelida compositum esse; Drak. Certiora et nos scire cupimus. — *si eo* sc. promontorio, nisi leg. *si eo loco*; Duk. — *non ab odio ullo*, v. ad 1, 1, 5. — *impedimento esse* edd. ante Frob. *i. esset*, non minus apte.

2. *et Coryco et superato Anemurio* cet. forte leg. *et Coryco, supra Anemurium — Selinunte, omnibus his — adceptis*; Gron. — *in deditionem adceptis*, v. ad 8, 20, 7.

3. *ut renovarent vetusta jura*, f. *fœdera*; Ant. Periz.

4. *Caunus, Myndus, Halicarnassus* Cariæ oppida. *Cauniis* omnes ferre edd. ante Gron. qui substituit *Cauneis*, quod non minus recte dicitur, v. Ernesti clav. Cic. in Ind. geogr. et de Cauno opp. Wessel. ad Hierocl. Synecdemum p. 685. — *Non operæ est persequi*, v. ad 1, 24, 10. — *ad ea narranda vix sufficiam*, vires meæ sufficiant.

CAP. 21.)—1. *Eo tempore et Attalus rex — altero et septuag. anno moritur* cet. v. ad cap. 2. n. 2. ad Epit. XLIX. pr. et cf. inpr. Polyb. 18, 24.

2. *Victis deinde prœlio uno Gallis — regium adscivit nomen* primus Pergamenorum, ut vulgo putant. Cf. ad 42, 5, 4. Vales. ad Polyb. l. l. Strabo 13, 624. Pausan. 1, 8. 10, 15. Spanhem. de usu et pr. num. Diss. 8. p. 511. — *cujus magnitudini semper animum æquavit*: forte *magnitudinem animo*, i. e. magnitudini nominis regii parem habuit ac præstitit animum; Duker. coll. 35, 43. Virg. Ge. 4, 132. Flor. 2, 14. Burm. ad Virg. A. 1, 716. Sane poëticum illud videtur: sed multa sunt apud Livium poëtis, quam aliis scriptoribus usitatiora; Ern. Poëtis tamen metri tantum causa interdum illud placuisse putabat idem Duk.

3. *unicam fidem sociis præstitit*, v. ad 1, 21, 3.

4. *uxorem* (quæ aliis Ἀπολλωνία, aliis Ἀπολλωνὶς dicitur) *ac liberos quatuor* (male *duos* edd. antt.) *superstites habuit*, Eumenem, Attalum, Athenæum et Philetærum. v. inf. 42, 55. Strab. 13, 624. Appian. Syr. 5. Plut. de frat. amore p. 480. Suidas in Ἄτταλος et Polyb. 23, 18, 1. ubi cf. Schweigh. — *mitis ac munificus amicis*, aulicis, purpuratis, *fuit*, ex emend. Gron. pro vulg. *amicus*. διὰ τῆς εἰς τοὺς φίλους εὐεργεσίας καὶ χάριτος Polyb. 18, 24, 6. — *regnum adeo stabile* cet. cf. Polyb. 18, 24, 19. — *M. Helvius*, cf. 32, 27. 28. 34, 10. 45.

5. *Colcam et Luscinum* cet. v. ad 28, 13, 3. — *decem et septem oppida*; forte *XXVII opp.*; Sigon. coll. 28, 13.

6. *quæ nondum animos nudaverat*, aperuerat, manifestaverat, ut *nudare* 24, 27, 1. 34, 24, 2. 35, 32. 40, 24 pr. *denudare* 42, 13, 3. 44, 38 pr. *detegere cladem et nudare* 23, 5, 1. Male Aldus et alii *mutaverat*: sed requirit Latinitas *nudaverit*; Gron. At v. ad 3, 2, 1.

CAP. 22.)—1. *in æde Bellonæ s. h.*, v. ad 26, 21, 1.

2. *ob res prospere in bello gestas*, v. 32, 29-31.

3. *T. Juventium et C.* (al. *Cn.*) *Labeonem ejus fratrem*: qui aut uterini fuerunt, aut alter in adoptionem datus; Gron. *et Cneum Labeonis fratrem* Froben. et alii, existimantes, ut videtur, indicari alterius tribuni fratrem: quod magis placebat Drak.

4. *sine ullo pignere*, neque obsidibus adceptis, neque armis ademtis; Duk. conf. 28, 34. — *tenuerunt*, v. ad 2, 3, 6.

CAP. 23.)—1. *Placentini Cremonensesque* cet. cf. 31, 21. 32, 30.

2. *servitute exceptos*, liberatos, *exemtos* vel

[redacted]

e servitute ereptos malebant Gron. Duk. et Drak. — *in monte Albano se triumphaturum* cet. v. ad 26, 21, 4.

3. *Hamilcarem ducem Pœnorum* cet. v. ad 31, 21, 7. — *turba pileatorum* cet. v. ad 24, 16, 9.

4. *argenti bigati* cet. v. ad 22, 52, 3. — *duplex equiti, triplex centurioni*, immo *duplex centurioni, triplex equiti*; Duk. v. ad 10, 46, 8. Id eo quoque verisimillimum redditur, quod mox *milites, centuriones, equites* gradatim memorantur; Drak.

CAP. 24.)—1. *literæ venerunt* cet. v. ad 8, 19, 10.

2. *Brevi post legati et a T. Quinctio et ab rege* Philippo *venerunt* cet. cf. Polyb. 18, 25. qui rogationi de pace cum rege facienda nequidquam contradixisse dicit Marcellum, Macedoniæ provinciæ cupidum.

3. *in villam publicam*; (v. ad 4, 22, 5.) *ibique iis locus et lautia præbita*, v. ad 28, 39, 8.

4. *ad ædem Bellonæ senatus est habitus*, v. ad 10, 23, 12. et 26, 21, 1. — *quæcumque senatus censuisset, id*: immo *ea*, vel *quodcumque*; Gron. Voculam *id* ejiciendam putabat Jac. Perlz. Sed vulgatum defendit Drak. coll. 3, 10. *præda vendita, quibus domini non exstitere*; 2, 53. *Vejens, quibus*; 2, 60. *actæ prædæ, omnis militi data*; 30, 17. *quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Masinissæ, ea Patres comprobare*, 42, 8. *bonaque ut iis, quidquid ejus recuperari possit, reddantur.*

5. *colonorum numerus augeretur*, v. ad 32, 2, 4. — *dum ne*, dummodo non. v. ad 3, 21, 6.

CAP. 25.)—1. *Ludi Romani in circo scenaque ab ædilibus curul. facti — toti ter instaurati, plebeji septies*, v. ad 1, 9, 4. et 2, 36, 1.

2. *omnes XXXV tribus, uti rogatæ, jusserunt*, v. ad 1, 43, 22. et 30, 43, 2. — *C. Sempronium Tuditanum proconsulem*; immo *prætorem*; Duk. conl. 32, 27. 28. 33, 42. Sed videtur circa hæc tempora id præcipuum provinciæ Hispaniæ datum esse, ut prætoribus in eam missis daretur imperium proconsulare; unde quamvis prætores vel proprætores sæpius tamen *proconsules* dicti sunt; Drak. Cf. ad 28, 38, 4.

3. *illustres viros*, v. ad 30, 18, 7. — *latum* pro *elatum*, (cf. Heins. ad Ovid. Am. 2, 14, 39.) vel ita leg., Duk. Mox forte leg. *quatuor legiones novas scriberent, duas, quæ ad Urbem manerent*, (v. cap. 36.) *duas, quæ, quo senatus* cet. et deinde *eodemque exercitu*, nisi potius delenda sunt verba *cum duabus legionibus*; Drak.

4. *imperium ei prorogatum* cet. cf. 32, 28. Sed cur ita anno proximo ei prorogatur? v. cap. 43. Idem scire cupiebat Drak.

CAP. 26.)—1. *quas videretur, darent*, v. ad 1, 29, 4.

2. *Bellum in Hispania quinto anno exortum est, postquam simul cum Punico bello II.* (quod a. V. 551. confectum est; v. 30, 44.) *fuerat finitum*: nam post Punici quoque belli finem bellatum quidem fuerat in Hispania; (cf. 31, 49. et 32, 7.) sed non tantum fuerat bellum, ut jam novo eoque consulari exercitu ac duce opus esset. cf. c. 43. et 34, 8 sq.

3. *ad arma ierant* sc. Hispani. — *L. Julius Sequestris*, saltem *Sequester*. Sed neutrum fuit cognomen Juliæ gentis. "Cogitabam primo *L. Vibius Sequester*: sed ex cognomine scriptoris infimæ ætatis non potest probari, eum quidquam ad vetustiorem gentem Vibiam pertinuisse, aut in ea cognomen *Sequester* fuisse; et *Vibius* quidem prænomen Italicum fuit, (v. 23, 6. 26, 13. 27, 15.) at Vibiam gentem Romanam non ante extrema fere reipublicæ liberæ tempora nominari video. Forte leg. *L. Julius eques in S. proficiscens*;" Duker. Cf. ad 28, 9, 8.

4. *ædes Feroniæ in Capenate*, v. ad 1, 30, 4. et 8, 12, 11. — *ad Monetæ hastarum spicula arserant*, v. ad 1, 31, 1. 1, 33, 6. 10, 23, 12.

5. *Tusco vico atque Intemelio*; quædam edd. antt. *inde Melio*. Utrumque nomen ignotum. Sigonius emend. *Æquimelio*, et Jac. Gron. *inde Cœlio* sc. monte. *Æquimelium* non vicum, sed aream fuisse in vico Jugario, neque per eam iter fuisse e Tusco vico ad portam Capenam, monet Nardin. Rom. vet. 5, 10. Forte leg. *Intermontio*, quæ est pars Capitolini montis. Hic mons et *Tuscus vicus* in eadem (VIII.) regione Urbis erant, et *porta Capena* in prima.

CAP. 27.)—1. *ex SCto ovans Urbem est ingressus*, non triumphans, etsi spem triumphi tentasse videtur; quod probabile fit ex verbis seqq. *ne tentata quidem triumphi spe* a Stertinio. Cf. ad 26, 21, 1. 2. — — *denarios XXXIV millia, et quingentos quinquaginta*: judice Scaligero in libro de re num. neque proba est locutio, neque summa digna triumpho florentissimis Rom. rebus, sed leg. *denariûm trecenta quatuor millia*. At Gron. ad 39, 7 pr. notavit hæc: "In posteriori facile adsentior, non in priore: nam Livius τὸ *denarios* retulit ad minorem numerum cet." v. ad 39, 7, 1.

2. *ne tentata quidem triumphi spe*, cf. n. 1. et ad 10, 16, 1. — *duos fornices in foro Boario — fecit*; post *fornices* aut *Matutæ* excidisse *unum*, suspicabantur Pigh. et Grut. "Utrasque quidem has ædes, Fortunæ et Matris Matutæ, in foro Boario fuisse, ostendunt Donat. de urbe Rom. 2, 25. et Nardin. urb. Rom. 5, 10. Sed quum diversæ fuerint ædes, non facile intellegi potest, quomodo unus fornix ante duas ædes fieri potuerit: nec possum perspicere, cur viri docti vulgatam lect. necessa-

rio emendandam esse, nec tres fornices, sed vel quatuor vel duos factos crediderint." Duker.

3. *Hibernabat eo tempore Athenis Quinctius,* immo *Elatiæ*, ubi et hoc tempore hiemavit, (cf. 29. et 31.) et quam diu in Græcia fuit. v. 32, 32. 39. 33, 1. 2. 34, 25. 41. 48. 50. Idem firmat Polyb. 18, 26. qui et conf. ad seqq. Jam monuisse hæc Jac. Periz. video.

4. *perinde atque ipsi id a Quinctio et Romanis datum esset:* ita unicus codex Moguntinus. " Est quidem aliqua sententia hujus lectionis, scil. quasi gratia et reverentia Philippi id beneficium Bœotis tributum esset a Romanis, apud quem credibile est illos etiam tum exsulasse. (cf. ad 3, 58, 4.) Sed hanc exprimere Livium voluisse non existimo. Utcumque Philippi gratiæ datum hoc fuisset, tamen dantibus quoque, etsi propter alium dantibus, obligati erant: habet enim, propter quem datur, beneficii honorem; cui datur, utilitatem. At ipsæ particulæ *perinde atque* satis indicant, voluisse auctorem ponere rationem aliquam hujus rei recte faciundæ, aut quomodò juste potuerint Philippo tantum ab illis grates agi, Romani præteriri. Ea erat, si ab his non adcepissent, ab illo adcepissent; non autem, si in hujus gratiam quidem, ab illis tamen adcepissent. Ergo leg. *ipsis id non a Quinctio* cet. Causam vero, cur Bœoti magno suo malo Macedonibus obnoxii tum essent, habes ap. Polyb. 20, 5." Gron.

5. *Bœotarchen*, ut *Magnetarchen* 35, 31, 5. et al. Βοιωτάρχαι s. Βοιωταρχοῦντες videntur populorum, ex quibus res publica Bœotorum coaluit, legati fuisse ad commune concilium Thebas missi; Drak. ad 33, 2. Cf. Pausan. 9, 13. 34. Thucyd. 4, 91.) qui eos ad undecim usque dicit fuisse) Emmius in Græc. vet. in descr. reip. Theb., Potteri Archæol. T. 1. p. 430 sq. vers. Rambach. et Voy. du j. Anach. T. 4. c. 34. p. 64. — *Brachyllum*, de quo v. Polyb. 18, 26. 20, 5. et. 7. Plut. Flaminin. p. 372. ubi vulgo Βραχύλλελις mendose scribitur.

6. *quidnam se futurum esset*, v. ad 27, 16, 3.

CAP. 28.)—1. *tempore ad eam rem capto*, v. ad 3, 9, 4. — *in publico epulatus*, v. ad 2, 24, 6. — *mollibus viris*, pathicis, qui mox *semiviri* dicuntur.

2. *auctorem destinabant cædis animis*, v. ad 9, 24, 6. — *quæstionemque ex his haberi. Qui quæruntur*, v. ad 2, 29, 3. — *consimili animo;* " non video, quo verba hæc referri possint. Nam non potest esse, ut similiter ostenderet, sibi placere comprehendi eos, qui simul fuerant, quæstionemque ex iis haberi: ad hos enim nihil pertinere hanc cædem persuadere voluit. Locum conruptum aut mutilatum credo." Duker. — *argumentatus, quibus*, vel leg. *argumentatur*, vel del. *quibus:* quod jam monuere Gronovii.

3. *Torti post paullo*, v. ad 2, 31, 2.

4. *Literas ad Zeuxippum mittit*, ut cet. v. ad 8, 19, 10. Mox forte cum Gron, leg. *jussus Zeuxippo dare quamprimum, quia* cet. Codex Mogunt. ignorat τὸ *is*.

5. *Conscientia ictus*, v. ad 1, 16, 2.

6. *aliquæ quæstiones*, forte *aliquot;* Gron. *denique* conj. Heuman. et *aliisque* (cf. cap. 27 extr.) Jac. Gron.

CAP. 29.)—1. *id facinus conscisse* sc. putabant. Sed *efferaverat cædes* cod. Mogunt. et vulgatum debetur Gelenio. *Efferaverat Thebanos — Romanorum, Zeuxippum principem g. id f. conscisse*, vel *in principem g.*, Brachyllam, conj. Gron. et *Efferaverat ea res Thebanos — Zeuxippum in principem* cet. Jac. Periz. prob. Drak. ut postrema per adpositionem dicta sint.

2. *alios hospites — excipiebant*, v. ad 2, 4, 3. — *ad notas* sibi *latebras insidiantibus* Bœotis: nisi leg. *ab notas latebras insidentibus;* Crev. — *deversoria*, v. ad 1, 51, 2.

3. *negotiandi ferme causa argentum in zonis habentes*, v. ad Juvenal. 14, 297. et quos Drak. laudat. " De negotiatione militum in vetere militia Rom. nihil statutum invenio. Ea militibus interdictum fuit sub posterioribus Imperatoribus; et fortassis jam ante eos, quorum de hac re constitutiones in libris juris Rom. exstant: hoc enim verbis Pauli apost. 2 Tim. 2, 4. videtur indicari." Duk. — *in commeatibus erant*, v. ad 1, 57, 2. — *in hostico*, v. ad 6, 31, 3.

4. *Acræphiæ et Coroneæ*, oppidis Bœotiæ. Κορώνεια, unde *Coronæi* (f. *Coronei*) 42, 44. 63. 67. 43, 4. et *ager Coronæus* (f. *Coroneus*) et *Coronensis* 36, 20. Ali Κορώνεια Phthiotidis in Thessalia, et *Corone*, Κορώνη, Messeniæ. Cf. ad 36, 20, 3. — *qui testarentur sociis*, immo *socios;* Crev. et Drak. coll. 4, 53. — *justo pioque bello*, v. ad 1, 22, 6.

5. *omnia terrore ac fuga complessent:* Gron. malebat *terror*, et mox: *nam, ni impetrassent p. B., bellum simul gerere* (sc. adversus eosdem Bœotos) *decreverant. Per Achæos ergo Bœotis* cet.

6. *adloquendique Romanum*, v. ad 32, 11, 4.

CAP. 30.)—1. *pax data Philippo in has leges* cet. cf. Polyb. 18, 27. et Appian. Maced. Ecl. 7, 2. al. 24, 2. — *præsidia ex his Philippus deduceret; his, quæ in Asia essent, Euromo* cet. " saltem *et his, quæ in Asia essent.* Sed potius plane delenda hæc verba, quia Polyb. pannum istum non habet, et *Perinthus* in Thracia fuit, et *Myrina* in Lemno, Lemnus vero et *Thasus* insulæ maris Ægæi, Europæ litoribus adpositæ." Duker.

2. *Euromo, Pedasisque* cet. v. ad 32, 33, 7-9. — Myrina et Hephæstia (c. 35.) op-

[redacted]

pida Lemni insulæ, Vulcano sacrata; unde et dicta Hephæstia. — *Thaso* al. *Thasso.* ut et c. 35. 39. unde *Thasii* 31, 31. ἡ Θάσος s. Θάσσος opp. et insula maris Ægæi prope oram Thraciæ. Mox del. *quoque*, quod in Polybio non est, et omnem decreti sensum pervertit; Crev.

3. *Captivos transfugasque reddere Philippum* (forte *redderet Philippus R. et — traderet*) *et naves omnes tectas* (v. ad 22, 19, 4.) *tradere* cet. paulo aliter Polyb. et Appian. Cf. not. 4.

4. *quin et regiam unum* cet. " quam *regiam* adpellari puto, quod reges mole ac magnificentia navium regias opes ostentare solebant, quales erant naves regum Ægyptiorum et navis Hieronis ap. Athen. V. et *liburnicæ deceres* ap. Suet. Calig. 37. Sed ejus vix ullus usus in prœliis esse potuit; quare ea etiam Philippo a Romanis relicta videtur." Duker. — *inhabilis prope magnitudinis*, (v. ad 22, 46, 3.) *quam XVI versus remorum*, ordines remigum transtrorumve, (v. Fabretti ad columnam Trajanam c. 5. p. 119 sq. et inpr. Böttigeri Archæol. Museum Fasc. 1. p. 54 sq.) *agebant*, forte *agerent*. Sed v. ad 3, 2, 1. Navis hæc ἑξήρης dicitur Appiano, sed ἑκκαιδεκήρης Polyb., Plut. in Æmil. p. 271. et Suidæ in Περσεὺς. (Cf. ad 29, 9, 3.) Victo demum Perseo Romam est deducta. v. 45, 35. et Polyb. 36, 3, 9. Hinc non male Ursinus ex Polyb. conj. *naves omnes tectas tradere præter lembos quinque et regiam* cet. vel Pigh. et alii *præter quinque* sc. naves tectas ex Zonara 9, 16. et Appiano.

5. *plus quingentis armatorum*, v. ad 22, 30, 2. Hæc præteriere Polyb. et App. *plus quinque millibus* ex Zonara conj. Pigh.

6. *triginta quaterna millia* cet. turbata hæc, ut cuivis videre pronum, et forte leg. *præsens tricena quaterna millia et ducenta viginti pondo*; Gron. *triginta quatuor millia et ducenta viginti pondo* conj. Drak.

7. *In hæc obsides adcepti*, v. ad 21, 42, 2. Mox τὸ *datus* post *insulas* delendum videtur.

CAP. 31.)—1. *soli Ætoli id decretum clam mussantes* (v. ad 2, 45, 10. et 28, 40, 1.) *carpebant*, reprehendebant, (ut fere *perstringere*) *literas* cet. cf. Polyb. 18, 28. — — *literas inanes vana specie libertatis adumbratas*, compositas ad similationem dandæ libertatis; vel inverse dictum pro: libertatis speciem literis adumbratam, similatam, expressam; Bauer.

2. *Cur enim alias Romanis tradi urbes* cet. " Hoc intellegi non posset, nisi Polyb. docuisset, Philippum jussum fuisse urbes Græcorum, in quibus præsidia habebat, ante quam celebrarentur Isthmia, Romanis tradere, nec tamen eas nominatas fuisse. Horum prius tantum, de traditione scil. urbium, non item cetera, expressit Livius, cap. 30. qui tamen locus mihi videtur mendosus esse. Mox *longinquitate ipsa tutiores* non est in Polybio; sententiam autem hanc esse puto, Romanos libertatem reddidisse urbibus Græcis Asiæ, quod eas sibi propter longinquitatem parum utiles esse putarent ad id, quod parabant, ad compedes Græciæ injiciendas, quod Ætoli dicunt ap. Polyb." Duk. — — *quæ in Græcia sint, ne nominatæ intercipiantur* (v. ad 3, 72, 2.) sc. a Romanis, et ita hi loco Philippi *Chalcidem, Demetriadem, Corinthum*, compedes Græciæ, (v. 32, 37.) adcipiant, adeoque mutatio tantum fiat dominorum Græciæ, non vera ei libertas detur. Cum Gron. leg. *quæ in Græcia, non nominatæ i.*, vel *nec nominatæ* (ut *nec opinatus* pro *inopinatus* cet.) cum Bauero, qui monet, *ne* referri ad verbum *intercipiantur*, Ætolos autem criminatos esse, Romanos velle, *ut* interciperentur.

3. *ex vano criminatio erat*, v. ad 27, 26, 1. — *et Demetriade*, forsan *et de Dem.* Drak.

4. *ceteræ Græciæ atque Asiæ* sc. urbes, quod subpl. e seqq. v. ad 21, 43, 4. An leg. *cetera?* — *id e re publica fideque sua facere*, v. ad 22, 39, 1. — *quum primum ei res suæ placuissent*, adparatus et vires ad bellum gerendum satis magnæ et idoneæ fuissent visæ: quo sensu *ubi satis placuere vires* dicitur 39, 30, 4. et ap. Sen. Ep. 42. unde et h. l. *vires* pro *res* suspicari possis. *Quam primum* malebat Duk.

5. *Ab Elatia Anticyram — trajecit* sc. Quinctius: quæ dura est ellipsis, quia ille nondum hoc, neque præc. cap. nominatus est. Nomen ejus excidisse putabant Crev. et Duk. Sed forte leg. *trajicitur.* — *si verum caritatem, majestatem*: quoniam *vera majestas* ferri non potest, ante *majestatem* fortasse inserendum *si integram* vel *si inviolatam*; Crev. vel solum *si*, Roëll.

6. *a Philippo ad se imperium* sc. Græciæ.

7. *in Acrocorintho*, arce Corinthi munitissima, in monte edito, *duo diversa maria*, Ionium et Ægæum, prospectante. v. cap. 32. n. 2. Strab. 8. p. 379. Athen. 2, 5. Sponii Voyag. T. 2. p. 175. Wheeler's Journey T. 6. p. 440. — *Chalcidem ac D. retineri*, durius variata oratio, quum præcedat: ut *Corinthus redderetur*; Bauer.

CAP. 32.)—1. *Isthmiorum statum ludicrum aderat*, τῆς Ἰσθμίων πανηγύρεως ἐπελθούσης Polyb. 18, 29 pr. Ludi Isthmici in Isthmo Corinthio celebrabantur initio quinti vel potius tertii cujusvis anni. v. Potteri Archæol. Gr. lib. 2. c. 25.

2. *certamina omnis generis artium viriumque ac pernicitatis*, ἀγῶνες μουσικοὶ et γυμνικοί, s. πένταθλον, quinquertium, δρόμος, ἅλμα, δίσκος, ῥίψις s. τοξική, πυγμική et πάλη. — — *propter obportunitatem loci*, obportunum Corinthi situm, *per* (f. *inter*) *duo diversa maria*, cf. ad c. 31. n. 7.

[redacted]

3. *Sed exspectatione erecti,* (v. ad 2, 54, 12.) *qui* cet. postquam ostenderat, *semper alias frequens* fuisse ludicrum Isthmiorum, exspectari poterat, ut diceret, *tum* solito frequentius fuisse, quæ hic intercidisse suspicor; Duker. et Crev. Forte leg. *tum propter obportunitatem loci inter duo diversa maria. at nunc Græcorum undique conventus erat, cunctis exspectatione erectis, qui* cet. Ita Polyb. 18, 29. idemque exprimere voluisse videtur Livius. — *qui status,* v. ad. 6, 32, 3.

4. *sermonibus etiam serebant,* sermones serebant super his rebus. v. ad 3, 43, 2. Al. *ferebant.* Forte leg. *sed sermonibus varia serebant,* quæ memorat Polyb. l. l. Cf. ad 1, 40, 1.

5. *et præco cum tubicine,* audientiam faciente, *ut mos est, in mediam arenam* stadii, quo confluxerant Græci, *unde sollemni carmine* (v. ad 1, 24, 9.) *ludicrum — ita pronuntiat* cet. cf. Polyb. 18, 29. Plut. Flamin. p. 374. 375. Appian. Maced. 7, 2. Sic et Argivorum libertas Nemeorum die voce præconis promulgata. v. 34, 41. Quinctium vero imitatus est Nero, sed ipse præconis partes egit. v. Suet. Ner. 24. — *Senatus Rom. et T. Q.* ita Polyb. et Plut. *Senatus populusque Romanus et T. Q.* ex Val. Max. 4, 8, 5. et Appiano conj. Pigh. prob. Grut.

6. *liberos, inmunes, suis legibus esse,* ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις Polyb. — *Achæos Phthiotas* Livius h. l. et c. 34. 36, 15. exemplo Polybii 18, 29. et 30. eos Thessalos adpellat, qui aliis simpl. *Phthiotæ* dicuntur. Hinc et *Phthiotis Achaja* 41, 22. 42, 67. Prisci Achæi, ab Achæo Xuthi filio oriundi, tum Peloponnesi occuparunt oppida, Argos, Mycenas et Lacedæmonem, tum partes Helladis et Thessaliæ, in hac vero Magnesiam et Phthiam seu Phthiotidem, unde dicti sunt Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται, qui supererant adhuc Herodoti et Thucydidis ætate. v. Heyne ad Hom. Il. 2, 684. Quæ *Phthiotis Achaja* 41, 22. dicitur, 42, 40. vocatur *Maliensis ager,* qui forte hujus Phthiotidis pars fuit.

7. *Audita voce præconis, majus gaudium fuit* cet. cf. 39, 40. Polyb., Plut. et Appian. Il. Il. Æschyli Agam. v. 276. — *mirabundi,* v. ad 3, 47, 5. — *quod ad quemque pertineret,* verba vel recidenda vel inmutanda; Crev. et Duk.

8. *iterum pronuntiare* (h. e. *pronuntiavit,* nisi ita scripsit Livius) *eadem* reposui ex emend. Gron. pro vulg. *pronuntiaret;* etsi Bauer hæc notaverit: "Vix opus, ita legere. Factum enim latere potest in vocab. *revocatus.* Nec infinitivus satis hic commode poni videtur." Ceterum cf. auctores not. 5. laudati. — *Ab certo gaudio,* ex gaudio, ob gaudium, post gaudium: quia certum idem erat; Bauer. Cf. ad 1, 1, 5.

9. *unum gaudium præoccupaverat aliarum sensum voluptatum,* i. e. ademerat, inpedierat, quasi conditionem, locum, (Möglichkeit) aditum occuparat sentiendarum aliarum voluptatum, viam clauserat sentiendis aliis; Bauer.

CAP. 33.)—1. *Ludis vero dimissis, cursu* cet. cf. Polyb., Plut. et Appian. Il. Il. — — *coronas lemniscosque jacientium,* h. e. coronas lemniscatas; quarum aliarumque rerum injectione victores in ludis honorari solebant. *Lemnisci* fasciolæ aureæ vel purpureæ, seu vittæ, in deorum honoribus usitatæ, majorisque honoris causa coronis adligatæ et ex iis dependentes. v. Hard. ad Plin. 21, 3. s. 4. Salm. ad Capitol. Ver. 5. Ern. clav. Cic. Casaub. ad Suet. Ner. 25. Auson. ep. 20. Maffei Antiq. Gell. p. 7. Wessel. de Archont. Jud. p. 18. Intpp. Virg. A. 5, 269.

2. *haud procul periculo fuerit* vitæ. οὐκ ἂν ἐδόκει περιγενέσθαι Plut. παρ' ὀλίγον διέλυσαν τὸν ἄνθρωπον Polyb. l. l., si vera est lectio.

3. *nec hoc finitimis* tantum *præstet,* sed etiam *maria* cet. — *liberatas omnes Græciæ atque Asiæ urbes* sc. a Philippo possessas, ut c. 31.

CAP. 34.)—1. *Secundum ista* (v. ad 1, 4, 1.) *jam Quinctius* cet. cf. Polyb. 18, 30. — — *his,* ab his, *eadem, quæ fere Romæ erant* ab iis jactata, (cf. cap. 20.) *verba sine fide rerum jactata,* v. ad 2, 12, 7.

2. *abstineret liberas omnesque Græcas* sc. urbes, h. e. urbes Græcæ originis in Asia, a se occupatas. *sineret liberas omnes esse Græcas* conj. Gron. *has sineret liberas omnes omnesque Græcas* Lamb. Bos, (qui monet, ita dicere Diodor. XV. p. 484. ἀπάσας τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις ἐᾶν αὐτονόμους, et passim inter τὰς κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἑλληνίδας πόλεις et inter τοὺς ἄλλους Ἕλληνας distinguere: quæ tamen distinctio ab h. l. aliena est) *abstineret liberas omnes Græcas,* vel *ac sineret liberas omnes esse Græcas,* vel *ac sineret liberas omnes Græcas* Drak. (qui tamen nec vulgatum damnabat) *abstineret liberis omninoque Græcis* Bauer. Cf. ad 27, 19, 2. τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων τῶν μὲν αὐτονόμων ἀπέχεσθαι, καὶ πρὸς μηδένα πολεμεῖν· ὅσας δὲ νῦν παρείληφε τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον καὶ Φίλιππον ταττομένων, ἐκχωρεῖν dixit Polyb. 18, 30 pr.

3. *conventus gentium civitatiumque — quod decreta X legatorum* cet. hæc forte corrupta; certe non respondent verbis Polyb. εἰσεκαλοῦντο πάντας τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων παραγεγονότας, καὶ τὰ δόξαντα τῷ συνεδρίῳ διεσάφουν. *quod decreta X legatorum in civitates nominatim,* de singulis nominatim civitatibus, *pronuntiabantur* (solummodo, jam a legatis facta) conj. Crev. — *Achæi Phthiotæ dati,* in συμπολιτείαν, opinor, et in idem reip. corpus conciliumque contributi: nam libertas ex decreto senatus (v.

[redacted]

cap. 32.) iis data fuerat; Duk. et Crev. *προσένειμαν* Polyb. unde *additi* conj. Jac. Periz.

4. *Phocenses, Locrenses et quæ* cet. *τοὺς δὲ Φωκέας καὶ τοὺς Λοκροὺς συνεχώρησαν αὐτοῖς ἔχειν, καθάπερ εἶχον καὶ πρότερον ἐν τῇ συμπολιτείᾳ*, Polyb. unde Ursin. conj. *Phocenses Locrensesque, sicut ante fuerant adjecti*, h. e. ad eorum concilium et *συμπολιτείαν* pertinuerant. — *Carysto adjecto, καὶ σὺν ταύταις Κάρυστος* sc. *ἠλευθερώθη διὰ τῆς συγκλήτου*, Polyb.

5. *Pleurato Lycus et Parthini dati*, v. ad 22, 33, 3. 27, 32, 3. et 29, 12, 3. *Lychnidus et Parthus datæ: Illyriorum utraque gentis* cet. ex Polyb. conj. Duk. et sane Lycus, vel potius Lychnis s. Lychnidus, non *gens*, sed urbs Illyrici fuit. — *per belli tempus*, v. ad 2, 18, 1.

CAP. 35.)—1. *Dimisso conventu decem legati* cet. cf. Polyb. 18, 31. et Plut. Flamin. p. 375. — *L. Stertinius* ex Gelenii et Ursini conj. h. l. et ap. Polyb. legitur, at in vett. libris *L. Thermus*, *Στερέννιος*, *Στερενvίνος*. Plutarcho dicitur *Τιτίλλιος*, unde *L. Titinius* conj. Pigh. et Reisk. Cf. Duker. qui docet, dubitari quidem posse, nec tamen negari, Stertinium fuisse inter decem legatos senatus.

2. *Hephæstiam et Thasum*, v. ad c. 30. n. 2.

3. *captasse ad bellandum*, f. *rebellandum*; Glar.

4. *Cornelius Thermopylas, ubi frequens Græciæ statis diebus esse solet conventus Pylaicus*, v. ad 31, 29, 1. — *Ætolos præcipue monet*, *διὰ πλειόνων*, multis, Polyb. — *alii interquesti sunt*, *πῶν μὲν πρᾴως καὶ πολιτικῶς μεμψιμοιρούντων αὐτοῖς* Polyb. unde Crev. conj. *alii leniter questi sunt*.

5. *ne in altercationem excederet res*, v. ad 3, 41, 6.

CAP. 36.)—1. *inlustres viri aliquot* cet. v. ad 30, 18, 7. — *a prospera pugna*, v. ad 1, 1, 5.

2. *a tanto terrore animos militum reficeret*, v. ad 1, 1, 5. et 3, 10, 9. Illud *a* inseruit Gron. sed *ex* malebat Drak. quia bis eadem præpos. præcessit. — *ut est gens minime ad moræ tædium patiens* sc. belli in longum tempus ducti. Ita Cler. sed dura est ellipsis. *ob moræ tædium* reposuit Grut. *ob tædium moræ patiens* conj. Crev. et *minime moræ tædium patiens* (ut 4, 18. *procul ab domo militiam ægre patiens*) Drak.

3. *In ipso itinere prœlium committunt* legiones Rom., *et primo adeo acriter invaserunt* Galli Romanos, *ut antesignanos inpulerint*, v. ad 1, 14, 8. et 5, 13, 1. Livio sollemne esse, sic verba referre ad diversa subjecta, monet Drak. ad 1, 50, 9. Cf. ad 2, 56, 1. Sed vereor, ne Livio talia sæpius invito obtrudantur. — *Marcellus Pado c. trajecit legiones in agrum C. — habebant. In ipso i. p. commissum; et p. a. a. invaserunt* sc. Galli, conj. Gron. Post *legiones* asteriscum posuit Sigon. Forte vox *hostes* excidit ob comp. script. *leg. hostes*, et legendum: *ducit legiones. Hostes in ipso itinere prœlium committunt, et primo* cet. Verbum *ducit* primum quidem inseruit ed. Frob. a. 1535. sed præfuit ei Gelen. qui unicum inspexit codicem.

4. *quingenta septem signa militaria capta*, forte *quinquaginta septem*, etsi Valerius mirifice numerum augere solet; Gron. Sed etiam *supra quadraginta millia hominum* cecidisse refert; Drak.

5. *Claudius in Capitolio Jovi donum in æde* cet. forte del. *in æde*, aut. leg. *Claudius Capitolino* cet. Crev. — *Castra eo die Gallorum* cet. in edd. ante Frob. *Postero die G. castra.* — *in Bojos prius, an Insubres*, f. *an in Ins.* Drak.

CAP. 37.)—1. *Sub hæc — gesta*, v. ad 2, 55, 1.

2. *per tribum Sappiniam in Bojos*, v. ad 26, 9, 8. et 31, 2, 4. — *castro Mutilo*, v. ad 5, 35, 4. et 31, 2, 5.

3. *eadem via, qua adduxerat, reduxit* sc. legiones s. exercitum. v. ad 1, 23, 4. Alterutrum excidisse credebat Duk. — *per aperta loca*, (v. ad 10, 14, 6.) *eaque tuta*; al. *eoque*. v. ad 1, 11, 6.

4. *in deditionem venerunt*, v. ad 8, 20, 7.

5. *Lævos Libuosque*, v. ad 5, 35, 2. et 3. — *redeuntes inde Ligurum extremo fine*, v. ad 2, 49, 10.

6. *argenti bigati ducenta* cet. v. ad 22, 52, 3.

7. *In pedites singulos dati octingenti æris*; malim *octogeni*: (f. *octoginta*) neque enim credibile est, Marcellum plus largitum e præda Gallica, quam T. Quinctium e Macedonica, qui ducenos quinquagenos æris, aut L. Scipionem e Syriaca, qui quinos vicenosque denarios (æraria ratione, quadringenos æris) viritim distribuerunt; Gron. — *triplex equiti centurionique*, v. ad 10, 46, 8.

CAP. 38.)—1. *Antiochus rex, quum hibernasset Ephesi*, quam, post alias Asiæ minoris, inpr. Ciliciæ ac Lyciæ urbes, Ptolemæo eripuerat. Cf. Polyb. 18, 32. et Hieron. comm. ad Daniel. c. 11. — *in antiquam inperii formulam redigere*, v. ad 26, 24, 5.

2. *quasi tabe* ne illa velut pestis regni sui ad plures serperet; cf. ad 2, 23, 6.) ex emend. Gron. recepi. *quos metuebat* et *quos in Theba* inepte edd. rel. *quod metuebat* conj. Dujat.

3. *ad Smyrnam obsidendam misit* copias, e seqq.

4. *spem conabatur facere, brevi, quæ peterent*, libertatem, se *habituros*, *sed* tum demum, *quum satis — adpareret*, manifestum esset,

ab rege inpetratam cet., hanc libertatem non vi et rebellione partam, sed regium munus esse. *quam peterent* malebat Gron. — — *per occasionem*, v. ad 1, 11, 1.

5. *et jam opera admoventi*; f. *sed jam*, Gron. — *tum incolentes* voces otiosæ et inelegantes, in quibus vitium latet; Crev.

6. *Quam quum desertam* cet. cf. cap. 40 extr. Polyb. 17, 4. 18, 34. et Appian. Syr. 1.

7. *omni modo frequentare* urbem. v. ad 10, 11, 3.

CAP. 39.)—1. *L. Cornelius, missus ab senatu ad dirimenda* cet., diversus a Cn. Cornelio cap. 35. non idem, quod putabat Appian. Syr. 3. etsi non aliunde notus. Cf. Polyb. 18, 32. 33. et Appian. Syr. 2. 3. — — *Selymbria* Thraciæ opp. ad Propontidem; quam rectius Σηλυβρίαν (Σήλυος βρίαν, h. e. Selyis urbem) Thracum lingua dici monent Ptol. 3, 11. Strab. 7, 6, 1. p. 319. et Nicol. Damasc. in Exc. p. 494.

2. *et decem legatorum* (pro *e decem legatis*, ut ap. Polyb. τῶν δέκα) *P. Lentulus a Bargyliis, P. Villius et L. Terentius a Thaso* cet. ita et Polyb. 18, 33. Sed idem c. 31. et Livius sup. c. 35 pr. dixerant, L. Stertinium discessisse Thasum, P. Villium autem et L. Terentium ad Antiochum regem. Dukerus: " Non invenio, inquit, quomodo hoc expediri possit, nisi putandum est, Villium et Terentium, quum in itinere audissent, Antiochum ex Asia in Chersonesum trajecisse, omisso itinere, quod ad eum ingressi fuerant, Thasum venisse." Nota Schweigh. ad Polyb. est hæc: " Nos vero non tam miramur, quo pacto legati ad Antiochum missi, qui eum in Chersoneso versari ex legatis ejus (v. Polyb. 18, 30, 1-4.) cognoscere potuerant, *Thaso* in Thraciam advenerint; (quandoquidem consentaneum erat, primum cum eo conlega, qui ad liberandam Thasum missus est, Thasum, quæ prope Thraciam est, navigasse, et inde porro ad Antiochum profectos) quam quod eodem tempore, quo hi *Selymbriam* in Thraciam venerunt, advenerit etiam *P. Lentulus*, qui in partem obpositam longissimeque hinc remotam, *Bargylia* in Cariam, erat missus, ad Græcos ejus regionis a Philippi dominatu liberandos." Forte serius is lentiusve ceteris iter fecit in Cariam, et deinde, certior factus de Antiochi profectione in Thraciam, eo properavit.

3. *restituique Ptolemæo* cet. cf. Polyb. 18, 33. Appian. Syr. 3.

4. *per occasionem* — *intercepisset*, v. ad 1, 11, 1. et 3, 72, 2. — *Sed ut in Asiam* cet. v. ad 2, 38, 3. — *a bello aperto Romanis*: immo *cum Romanis*; Gron.

CAP. 40.)—1. *Ad ea res* cet. cf. Appian. Syr. 3. Polyb. 18, 34. et simil. loc. ej. 5, 67.

2. *ut brevi etiam adfinitas jungatur*, v. 35, 13.

3. *Nec* (immo *Ne* Drak. et Duk.) *ex Philippi quidem* — *aut adversus Romanos in Europam trajecisse. Chersonesum, quæ Lysimachi fuerit*, (*quo victo* cet. ita bene lacunam h. l. explet Ruben. ex Polyb. 18, 34. neque opus est plura supplere cum aliis: nam reliqua Polybii verba mox expressit Livius. *Seleucus* Nicator, qui post Alexandri M. mortem, victis Antigono et Lysimacho, regnis et illius (Syria et Cœlesyria) et hujus (Chersoneso Thraciaque) potitus est, (v. Polyb. 5, 67. 18, 34. 28, 17.) pater fuit Antiochi Soteris, avus Antiochi Dei, proavus Seleuci Callinici, abavus Seleuci Cerauni et Antiochi M., cujus filii fuere Seleucus Philopator, Antiochus Epiphanes et alii. Cf. Polyb. 2, 71. 4, 48. 5, 40. Duker. inf. ad 34, 58. ubi Crev. monet, *proavum* proprium et recte dici, quia Antiochus Soter et Antiochus Deus s. Theon fratres fuerint teste Appiano Syr. c. 65. Hunc Appiani locum etiam ab aliis ita intellectum esse, sed manifeste contrarium docere, ibi jam ostendit Schweigh.

4. *Occupatis majoribus rerum aliarum alia cura*: malim *aliarum aliis* vel *ex aliis cura*, (ut 7, 39. *alias ex aliis fingendo moras*) Gron.

5. *quæ indubitate Lysimachi fuerint*: vox *indubitate* suspecta est viris doctis. Cf. Drak. ad h. l. et Ruhnken. ad Vellej. 2, 60.

6. *Ad ea facienda*, redigenda, *in antiquum* statum, ad veterem eorum conditionem restituendam, *venisse* sc. Non bene expressa est hæc sententia: minus vero satis facit explicatio Ernesti, cujus nota est: " Manifeste data opera verbum *faciendi* sæpe repetitum est in oratione regis, in eaque repetitione sane mira elegantia est adnoscenda. *Antiquum* vero substantive adceptum, ut 5, 33 expr. et *pacatum, hosticum* cet., subintellecto *loco, solo, dominio, sinu, angulo* cet., (cf. ad 6, 31, 3. 8, 12, 11. al.) cum *venisse* conjungatur, ut sensus sit: Romanis inquirentibus et, quid mihi *faciendum* esset, et quid ego in Asia *facerem*, quæ jure belli *facta* erant Seleuci, sed postea a majoribus meis neglecta, ad ea *facienda*, nec negligenda, et usurpatoribus eripienda, *in antiquum* sc. dominium *veni*." Sic verba *ad ea facienda* male cohærent cum præcedd.; nam hæc ad ea tantum spectant, quæ alii fecerunt. *Ad ea redigenda in antiquum jus* vel *statum* conj. Gron. Sufficeret pro *facienda* substituisse *potiunda* aut *vindicanda*.

7. *Lysimachiam, deletam Thracum impetu* v. ad 32, 33, 13. et 33, 38, 6. Lysimachia primum, victo Lysimacho Thraciæ rege, occupata a Seleuco Nicatore, (v. Polyb. 5, 34. 18, 34.) deinde ab regibus Ægypti,

(cf. eadem loca) ab Ætolis, (Polyb. 15, 23. 17, 3.) a Philippo, (ibid. et 18, 34.) a Thracibus, (v. sup. ad c. 38. n. 6.) et postremo ab Antiocho M., qui urbem, *deletum Thracum inpetu, de integro condidit, ut Seleucus* Philopator *filius eam sedem regni haberet.* (cf. inf. 34, 58. 35, 15. et Polyb. 18, 34. 21, 12.)

CAP. 41.)—1. *rumor sine ullo satis certo auctore* cet. post *regis* excidisse videtur *effecit;* Gron. aut *fecit* Crev. Cf. Appian. Syr. 4.

2. *suam fore Ægyptum, si tum occasio esset,* forte leg. *si eam occasionem non amisisset,* aut *si tum non cessasset* Gron. *si tum occasioni non deesset* conj. Glar. *si tum occasione usus esset* Duk. *si usus occasione esset* Crev. Malim *si non occasioni deesset,* ut 22, 39 extr.

3. *legatis ad Quinctium missis* cet. cf. 34, 25. Pro *ad fidem* Gron. conj. *ibidem.* Sed ubi? Excidisse aliquid in hanc sententiam *ad fidem faciendam, regem nihil adversus Ægyptum tentaturum,* suspicabatur Duk. nam nulla eum re magis fidem facere potuisse Romanis, falsam esse illam suspicionem, quam societatem cum illis ineundo. Forte leg. *data fide* vel *mala fide,* vel *ad speciem.* — *oram Asiæ legens* (v. ad 21, 51, 6.) *pervenit in Lyciam, Patarisque cognito, vivere Ptolemæum, navigandi in A. omissum consilium est,* v. ad 36, 31, 4. *cognito,* v. ad 1, 41, 10. — *Cyprum tendens,* v. ad 4, 19, 1. et 10, 37, 1.

4. *Chelidonium promontorium* Lyciæ ad radices Tauri montis, hod. Capo Cameroso, objectum tribus insulis Chelidoniis vel Chelidoneis. v. Strab. 14. p. 666. Mel. 1, 15. 2, 7. Plin. 5, 27. et 31. s. 35.

5. *Sari fluminis,* quod e Cappadocia in Ciliciam, ibique in mare fluit. v. Strab. 12. p. 535. 536. Ptol. 5, 8. Plin. 5, 27. s. 22. 6, 3. et Steph. Cf. Appian. Syr. 4.

6. *multæ naves ejectæ,* v. ad 21, 49, 3.

7. *ut Cyprum tentaret,* v. ad 9, 35, 1.

8. *subduci navibus jussis,* v. ad 8, 26, 1. — — *jam enim et hiems instabat:* illud *et* recte inserunt ed. Mogunt. et proximæ, ut ita hæc altera classem subducendi causa detur, quod hiems instaret, quum prima foret, quod maxima navium pars naufragio amissa esset; Drak. — *In hoc statu regum erant res,* Philippi et Antiochi.

CAP. 42.)—1. *Romæ eo primum anno triumviri epulones* (v. ad 25, 2, 7.) *facti:* cur? v. Cic. Or. 3, 19. Postea septemviri epulones instituti. Cf. Gell. 1, 12.

2. *togæ prætextæ habendæ jus,* v. ad 27, 37, 7.

3. *ultimam pensionem pecuniæ* cet. v. ad 31, 13, 1. — *Quæstores ab auguribus* cet. nota Dukeri est: " Cur ab his solis, quum certamen esset cum omnibus sacerdotibus? An dicendum est, ceteros deinde ultro destitisse certamine, augures et pontifices, quod fortassis se jure majoris sacerdotii inmunes esse putarent, pertinacius in eo perseveravisse? Stewech. ad Veget. 3, 3. scribit, pontifices, augures reliquosque sacerdotes tum stipendium dare coactos, quamvis ante non dedissent; et Guther. de vet. jur. pontif. 1, 28. ab iis, ut ab aliis civibus, stipendium extortum esse. Crederem, si docuissent, iis lege inmunitatem concessam fuisse. Nam quod Dionys. 2, 21. tradit, Romulum sacerdotes negotiorum urbanorum inmunes fecisse, id de muneribus personalibus, non patrimonialibus, quæ vocant JCti, adcipi nil vetat. Verba Livii *omnium annorum, per quos non dederant, exactum est,* argumento sunt, eos, quum ante, ut alii cives, dedissent, ab aliquot annis inmunitatem usurpasse." — *per bellum non contulissent,* v. ad 2, 18, 1.

4. *L. Valerius* Flaccus *in locum Cethegi* pontifex, de cujus morte v. 40, 42. Diversus forte a L. Valerio Flacco, quem consulem creatum mox dicit Livius.

5. *tritici decies centum millia binis æris populo diviserunt,* v. ad 31, 50, 1. et 43, 6, 1.

6. *C. Scribonius Curio* ex emend. Drak. pro vulg. *C. Scribonius curio maximus;* nam is fuit alius, aut creatus certe a. V. 578. mortuo C. Mamilio Vitulo. Cf. 27, 8. et 41, 21. — *multos pecuarios ad populi* cet. v. ad 10, 23, 11.

7. *ædem Fauni fecerunt in Insula* Tiberina, inter campum Martium et Janiculum, de qua v. 2, 5. — *epulum* Jovis; quæ vox forte excidit.

CAP. 43.)—1. *consulari et duce et exercitu,* v. ad 10, 25, 9.

2. *conparare inter se aut sortiri,* v. ad 3, 2, 1.

3. *naves longas viginti ducere,* v. ad 21, 17, 5.

4. *fractis proximo anno Insubrium* cet. v. 32, 30. 31.

5. *P. Porcius Læca Pisas,* v. ad 2, 40, 9. — *ab tergo Liguribus* Apuanis. Cf. Jac. Gron., et Noris. ad Cenot. Pis. 1, 1. p. 8. — *adjutor consuli datur,* f. *datus,* ut paulo ante *sortiti;* Duk. — *ex Gallico exercitu,* quem Valerius cos. adversus Gallos ducturus erat; Glar.

CAP. 44.)—1. *ver sacrum* — *facere, quod* cet. v. ad 22, 9, 9. Dodwell. de cyclis diss. 10. §. 40. 41. erroris arguit Livium. Sed v. Duker. qui tamen negligentiæ adcusat Livium, quod *ludos magnos,* a senatu simul decretos, neque h. l. neque 34, 44. factos memoraverit. — *annis post uno et viginti;* tot consulum paria intersunt: unde patet, Livium neutrum annum, quo votum susceptum solutumque est, comprehendisse; Drak. qui et conf. ad 42, 10, 5.

a Minucio adlatæ cet. v. ad 8,

dventum utique (v. ad 2, 30, 1.) *orum*, de quibus v. cap. 24. 30.

aniore rumore orta cet. v. cap.

ingenio inquietam cet. v. ad 26,

iceribus Græciæ cet. v. ad 22,

ge, si nihil aliud sit, saltem *lon-*

.)—1. *audirent majores*, insolen- pro *majores natu* vel *seniores* Pa- in edd. vett. ante Frob. a. 1531. *lirentur*. Hinc bene emend. Jac. *ec quum tum ab gravibus auctoribus, ferrent, audirentur, major res, quod ium adtineret, maturanda magis*, et. Ita sensus est: *major* quidem *est*, (id ex seqq. revocandum) ntiochum adtineret, sed matu- *gis* cet. Verbis transpositis et ce *dilato* conj. Gron. *maturanda id Antiochum adtineret, quum rex set, dilato) de tyranno* cet. —*face- re publ. censeret esse, permiserunt*, 9, 1. *facere* malebat Gron. ut 34, mox (ut et 36, 34.) *summam rem p. Rom.* v. ad 3, 5, 6. Eidem ndior videbatur lectio cod. Mo- *rem rati maturatum dilatamve non id s. r. p. R. esse.* Sed v. Drak. , Livii lacteam ubertatem non dari, quam concisam rotundita- ocem *tam* ab omnibus fere edd. IS. additam esse, Livium vero *gni momenti* dixisse pro: non ad- ion valde magni momenti.

as quasdam numquam mitescere, pro *scunt*. — *marcescere otio situque*, gnitie, *civitatem*, v. ad 23, 45, 1. , 20. — *et inertia operis:* verba (etsi *inertia laboris* dicta sit Cic. . c. 8.) et forte inepta τοῦ *situque* ngeniose tamen pro *operis* tum Ruben., tum *torpere* Bauer. qui aptius monet esse voci *inertiæ*, sequenti verbo *excitari*.

i facto, quod mox memoratur,

.)—1. *eo maxime*, v. ad 1, 11, 6. *n ejus ordinis adversum* sibi, *idem*

s in tam inpotenti regno, v. ad 3, *non civiliter opibus utebantur*, v. . — *prætor factus Hannibal*, ut t. 50. *consul* ap. Justin. 31, 2, ap. Nep. Hann. 7. (ubi cf. pro sufete. Cf. ad 6, 42, 7. et

ro nihilo habuit edidi ex emend.

Periz. pro vulg. *Idem p. n. h.* Minus placebit Gronovianum *Id is*. — *ex quæstura in judices referebantur*, legebantur, sc. homines, h. e. quæstores.

4. *subductumque in concionem*, quia in loco forsan superiore statutus est: nisi leg. *productumque*; Gron. — *præ quorum superbia*, propter q. superbiam: sed vox *præ* abest ab edd. vett. ante Frob. a. 1531. neque necessaria videtur; Drak.

5. *ne quis biennium* cet., forte *neve* vel *neu*; Duk. et Bauer. Ille etiam mox malebat *obfenderat*.

6. *Vectigalia publica neglegentia dilabebantur* cet. v. ad 7, 29, 3. et cf. Nep. Hann. 7. — *divisui fuere*, v. ad 1, 54, 6.

7. *suo quoque anno*, lego *quæque*; Gron. Cf. ad 3, 22, 5.

CAP. 47.)—1. *ordinarii reip. usus*, perpetuæ, annuæ, sollemnes ejus necessitates. — *quantum peculatus averteret*, v. ad 1, 7, 6. *Peculatus* furtum s. interceptio pecuniæ, inpr. publicæ vel sacræ; qui mox *publicus peculatus* dicitur. Cf. Gron. Obss. 4, 5.

2. *omnibus residuis pecuniis*, nondum solutis et in tabulas relatis, vel datis ex ærario magistratibus, ut in usum publicum consumerentur, ab his autem oppressis et in rem suam conversis.

3. *Scipione Africano, quia parum* cet. forte *qui parum*; Crev. — *subscribere odiis adcusationibusque Hannibalis*, adjuvare adversarios adcusatoresque H., (v. ad 10, 22, 4.) et inhonestas horum partes simul agere: ad cujus rei indignitatem adumbrandam pertinent etiam verba *velut adcusatores calumniam in eum jurare*, (h. e. jus jurandum de calumnia, se non calumniæ vel rei vexandi causa eum adcusasse; de quo v. ad Tac. A. 14, 41, 4. Sigon. de judic. 2, 10. Ernesti clav. Cic.) *ac nomen ejus deferre*; v. ad 9, 26, 5. "Illud elegantissime dictum, quum proprie, quia *primo* loco et præcipui Hannibalem alii adcusabant domi, ut jam subscriptores seu *secundarii* actores fierent Romani, tum contemtim, quasi famulaturi essent Pœnis Hannibali inimicis, et velut in jure, ad tribunal, prodituri adcusatores. Nil opus legere cum Gron. *adcusatorum Hannibalis* vel *adcusantium Hannibalem*. Quis enim hæc mutasset? Non idem certe sunt *odia et adcusationes*;" Bauer. *Adcusationes Hannibalis* passive dici, quæ ei intententur, monet Drak. —*factionibus C inserere publicam auctoritatem*, v. ad 6, 38, 4. — *nec satis habere bello vicisse H., nisi jurarent* cet. v. ad 6, 14, 10.

4. *Legati tres missi* cet. cf. Justin. 31, 2. qui non nisi unum eumque *Cn. Servilium* nominat.

5. *ita pacem C. datam esse, ut* — *maneret*, v. ad 1, 17, 5.

6. *obversatus eo die in foro*, v. ad 24. 23.

2. Cf. Justin. l. l. et Nep. Hann. 7. — *vestitu forensi*, quo *in foro* usus erat, et quo summi magistratus ibi solent uti. *Vestes forenses* Romanis dicebantur, quibus vel *in foro* vel *foras* uti solebant, togæ: iisque obponuntur *domesticæ*, tunicæ, v. c. ap. Suet. Aug. 73. ut forensis exercitatio domesticæ in præf. Colum. lib. 12.

CAP. 48.)—1. *quo in loco jussi erant* ex ed. Vascos. In Mog. *quo in loco fuerunt;* in Frob. a. 1535. *fueranto.* — *nocte via cita regionem quamdam agri Vocani* prorsus ignoti. *Volani* conj. Doujat. et *Vaccani* Drak. *Vol* locus in Africa propria non procul Tunete ap. Ptol. 4, 3. *Vacca* opp. inter Carthaginem turrimque Hannibalis situm, sed forte longius a Carthagine remotum, quam ut vespera inde profectus proxima nocte ejus agrum transgrederetur. Cf. Hirt. b. Afr. c. 74. *via cita* ex ed. Frob. a. 1531. *visa cita* Mog. *vi accita* Ald. " *Via cita* quid est? *Itinere cito* feram. Poëticum certe illud est, aut leg. *occulta*, aut *recta;*" Bauer. Possis et suspicari *nocte illa cito regionem* cet. — *inter Achollam* (al. *Acollam*, *Acyllam*, *Acillam*, *Ancillam*) *et Thapsum ad suum turrim*, a se denominatam, ad Turrim Hannibalis. Cf. Justin. 31, 2. et Plin. 2, 71. *Turris*, ut Gr. πύργος, est arx, castellum, palatium, (Germ. *ein Schloss*) amplum magnificumque ædificium, prospectus caussa altius exstructum in vineis, villis, hortis, ut turris Timonis (v. Pausan. 1, 30. et Luciani Timon.) et Mæcenatiana. v. Duker ad h. l. Ernesti ad Suet. Ner. 38. Schleusneri Lex. in N. T. v. πύργος, Broukh. et Heyne ad Tibull. 1, 7, (8.) 19. *Acholla* opp. vicinum Thapso Syrtique minori. v. Strab. 16, 834. Schweigh. ad Appian. Pun. 94. Steph. et Ptol.

2. *suorum eventus:* leg. *suos* cum Gron. aut *suarum rerum* cum Bauero. aut *suorum eventuum miseratus* s. *miseritus* cum Drak.

3. *vela cum antennis ex navibus corrogari*, colligi, peti, ut, iis super cœnantes expansis, *umbra* cet.; sed re vera, ut *aptandis armamentis absumerent* aliquantum temporis. Cf. seqq. *ex navibus* recte legi in edd. vett. ante postremam Gruteri, quæ operarum errore, in edd. seqq. propagato, *et navibus* reposuerit, verboque *corrogare* usum esse Livium et 39, 22. 43, 9. ac Cic. or. in Ant. 3, 8. et ad Herenn. 4, 51., monet Drak. *et malis collocari* conj. Gron.

4. *in serum noctis conv. prod.* v. ad 2, 61, 6.

5. *id quod serum erat*, immo *id quod quæsitum;* Gron. Non male; sed et vulgatum servari potest, ut indicetur, sero demum et multa jam luce surrexisse eos, quia convivium multo vino in serum noctis productum fuerat; Drak. Idem mox *velis* conj. pro *remis*, et deinde *Carthagine ut multitudinis* — *et non comparare* cet. certe pro *et ut* solum *ut* legitur in edd. ante Ald. — *domum H. frequentare*, celebrare, inplere, frequentem reddere, non simpl. visere; Bauer. — *foventium et factionibus* edd. ante Ald. *plena* vel *distracta* post *et* excidisse, putabat Crev.

CAP. 49.)—1. *ne his debere inpune esse:* hoc *ne* pro *ne quidem* dictum credebat Drak. ut 44, 36. (cf. ad 31, 22, 4. Duk. ad Flor. 2, 8, 12. et 3, 17, 2. Burm. ad Suet. Aug. 35. Bentl. ad Hor. Sat. 2, 3, 262.) et seq. *si* pro *etsi* (v. ad 5, 51, 1.) Ita vero difficultas h. l. non tollitur. Conjiciebam olim *nec his*, vel, quod aliis etiam in mentem venit, *nec id.* At ita non congruunt proxima, nisi pro *si vellent* scripseris *nisi possent*, saltem *nisi* pro *si.* Præstiterit: *sed his* aut *sed id debere inpune esse, si satis facere C. P. R. vellent:* quod *vellent* ita humanius dictum quam *possent.* Sustuli autem majorem distinct. post *concisset* et *factum esse.* — *si satis facere* — *vellent, nihil* — *factum esse*, v. ad 24, 47, 3.

2. *a conditoribus Carthaginis*, Tyriis. v. ad Sil. 1, 21 sq. et Heyne Exc. I. ad Virg. Æn. IV.

3. *filium ejus sollemne ludorum celebrantem ad Daphnen*, vicum ad Orontem fl. XL stadiis ab *Antiochia* distantem, de quo v. Strab. 16, 749 sq. et Hard. ad Plin 5, 21. s. 18. *convenit*, et ex conject. Jac. Gron., quæ et mihi in mentem venit, reposui pro vulg. *convenisset;* quod tamen et servari potest, si ante *filium* cum aliis inserueris copulam *et*, quæ post *audisset* facile excidere potuit.

4. *Ephesi regem est consequutus* cet. cf. Appian. Syr. 4. qui primum congressum in annum præc. rejicit.

5. *ad Quinctium rejecit*, forte *rejecisset* vel *rejecerat;* Bauer. Cf. ad 2, 22, 4.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXIV.

CAP. 1.)—1. *in magnum certamen excesserit*, v. ad 3, 41, 6.

2. *de Oppia lege abroganda*, v. ad 4, 58, 10. et 10, 33, 5. Cf. Valer. Max. 9, 1, 3. Tac. Ann. 3, 33. 34. et Jo. Gul. Hoffmanni Diss. de lege Oppia. Frf. ad Viadr. 1736. Ceterum hæc lex et certamen de ea ortum (cap. 1-8.) docet, quantopere jam mores hujus ævi declinaverint a prisca simplicitate. Eodem spectant leges sumtuariæ his temporibus latæ, Metella a. V. 534., (v. Plin. 35, 17.) Orchia a. 573, (v. Macrob. Sat. 2, 13.) et aliæ. v. Gell. 2, 24.

3. *Ne aliqua mulier plus* quam *semunciam auri haberet*, al. *plus semuncia*. Cf. 26, 36. *neu vestimento versicolori uteretur*, quod *purpureum* dicitur cap. 7. (adeoque fuco tinctum s. infectum) sed *varii coloris* Valer. l. l. Nota Dukeri est; "Hoc esse Gr. ἀνθινὸν ἱμάτιον, varium, i. e. varios colores simul intextos habens, monet Salmas. ad Vopisc. Aurel. c. 46. cf. Terent. Eun. 4, 4, 16. et Casaub. ad Athen. 7, 6. ubi scribit, versicolores vestes olim luxuriosis et inpudicis proprias fuisse, atque ideo lege Oppia vetitas. Sane apud Græcos quosdam non nisi meretrices ἀνθινὰ gestasse, ex Athen. 12, 4. Suida in v. Ἑταιρῶν, et Ζάλευκος aliisque ostendit Petit. leg. Att. 6, 5. p. 476. Sed Oppio hæc videtur causa fuisse mulieribus hac veste interdicendi, ne mulieres in miseria et inopia civitatis, per quam omnium privatorum pecuniæ in usum publicum, quod Valerius c. 6. dicit, vertendæ erant, pecuniam in vestes, quæ aliis pretiosiores erant, effunderent. Nam si Romani omnino versicolaria honestis feminis non convenire existimassent, nec matronæ sibi usum eorum reddi petiissent, nec tribunos pl. adjutores ad eum recuperandum nactæ fuissent, nec Cato hoc argumento ad inpugnandam legem, qua Oppia abrogabatur, uti neglexisset."

4. *neu juncto* equis *vehiculo* (ut 42, 65. cf. Gron. diatr. Stat. c. 9.) *in urbe oppidove, aut propius inde* quam *mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur*, v. ad 5, 25, 6. — *M. et P. Junii Bruti*, ut ap. Cic. Verr. 1, 50. Pro *P.* Duk. conj. *D.* quod illud prænomen a gente Junia alienum videatur.

5. *viros descendentes ad forum*, v. ad 2, 54, 13.

6. *ex oppidis conciliabulisque*, v. ad 25, 5, 3.

7. *minime exorabilem alterum utique*, v. ad 2, 30, 1.) *consulem M. Porcium Catonem*, virum et eloquentissimum et luxui moribusque Græcis et Asiaticis inimicissimum, notissimumque severitate et morum et censuræ, qui priscam simplicitatem in omnibus et in eo etiam servabat, ut intonsus esset atque hirsutus: unde *priscus* et *censorius* dicebatur. Cf. c. 4 sq. 18. 38, 54. 39, 40 sq. Plut. Cat.

8. *pro lege, quæ abrogabatur*, abroganda censebatur; quæ ut abrogaretur multi suadebant. v. ad 3, 21, 3.

CAP. 2.)—1. *retinere instituisset*, voluisset, studuisset, curasset, e Gr. ἐπιτηδεύειν, *darüber gehalten hätte;* Bauer. — *inpotentia muliebri*, mulierum insolentia, inmoderata cupiditate, luxuria et dominandi cupidine, (v. ad 3, 36, 2.) *libertas nostra*, virorum, *obteritur et calcatur*, v. ad 23, 43, 6. et cf. mox not. 4. *fabulam ducebam esse*, (quod *esse* forte del., quia mox repetitur) *virorum omne genus in aliqua insula*, Lemno, *conjuratione muliebri ab stirpe sublatum esse;* v. Valer. Fl. 2, 82-331. Apollon. 1, 609. ibique Schol., Hygin. fab. 15. 254. et Apollodor, 1, 9, 17. ubi cf. Heyne. — *Ab nullo genere non*, ab omni sexu, non modo virili, sed etiam muliebri; Drak. qui et post *non* delevit inportunum *æque*. Baueri nota est: "Si verba *ab nullo æque genere* suppleri desiderant *atque a mulieribus;* profecto *non* redundat. Alioquin intelligi potest: ab nullo genere hominum omnino, ergo et a muliebri. Sed illud aptius. Forte et in *non* conruptum latet voc. *hominum*." Ut verba præcedd. melius cum his cohæreant, legendum videtur: *Sed ab nullo utique genere non summum periculum est* cet.

2. *num utrum e republica sit* (v. ad 1, 27, 5.) *id, quod* (lex, quæ) *ad vos fertur, vestra existimatio est*, v. ad 4, 15, 1.

3. *Hæc consternatio muliebris*, v. ad 2, 47, 3. et 28, 25, 3. — *pertinens*: Gron. malebat *pertinet*, *nescio vobis — magis deformis*; Duk. et Drak. *pertinet et*. Mox pro otioso *jam* Bauer conj. *huc*; sed eo deleto Duk. *muliebres seditiones* (ut cap. 3. et 7.) *adduxistis*.

4. *ut plebis quondam secessione*, (v. 2, 32 sq. et 3, 50 sq.) *sic nunc mulierum secessione*: et hæc et alia esse *verba magna et invidiosa*, *quæ rei augendæ causa conquirantur ab oratore non solum gravi*, *sed interdum etiam truci*, monuit jam Valerius inf. cap. 5. et 7 extr. — *majestatis* matronarum, de qua v. Casaub. ad Trebell. Poll. Gallien. 14.

5. *conpellatæ a consule*, v. ad 22, 12, 12. — *qui mos*, v. ad 6, 32, 3.

6. *viros alienos adpellandi*, v. ad 2, 27, 2. et 24, 5, 6. — *An blandiores in publico, quam in privato*, (v. ad 2, 24, 6.) et in *alienis*, *quam vestris*, viris, *estis*, pro *alienos* et *vestros*, (v. ad 2, 14, 2.) vel *in* est pro *qua*, apud, si cum alienis res est; Bauer.

7. *majores nostri nullam, ne privatam quidem, rem voluerunt agere feminas sine auctore*, tutore, (curatore, rem acturo, ratam facturo, periculum præstituro, *Anwalt*; Bauer.) ut ap. Cic. Cæcin. 25. et parentibus, viris cognatisque; unde mox *in manu* (v. ad 5, 20, 1.) *parentum* cet. v. ad 39, 19, 4. Super h. l. multa disputavit Otto in Diss. de perpet. fem. tut. et in præf. T. IV. Thes. Jur. civ. — *si Diis placet*, v. ad 4, 3, 4. Mox forte del. *faciunt*. v. ad 2, 8, 9.

8. *inpotenti naturæ et indomito a.* (v. ad 3, 36, 2.) *date frenos*, laxate, remittite, ut passim eques vel auriga *frenos* s. *habenas dare*, *inmittere*, *largiri*, et equus *adcipere* dicitur. Sic et Gr. *ἐνδιδοῦναι τὸν χαλινὸν*, et Eurip. *δοῦναι χαλινοὺς γυναικί*. Cf. Drak. ad h. l. Schæffer. de re vehic. 1, 13. p. 176. Cerda ad Virg. A. 1, 63. — *et sperate εἰρωνικῶς* dictum.

CAP. 3.)—1. *muliebria jura*, leges, spectantes ad mulieres, (jura, quæ non habent mulieres, sed quibus coërcentur, jura de iis, in eas instituta; Bauer) *quibus licentiam earum* sc. mulierum. v. ad 5, 49, 5. — *carpere singula*, v. ad 3, 5, 1. et 33, 31, 1. — *ne quid novum*, f. *novi*, ex usu linguæ; qui tamen et in hoc subinde fallat; Bauer.

2. *hanc et abrogetis* sc. postulant, petunt; quod ex *deprecantur* intell. v. ad 22, 12, 8.

3. *in quos latæ sunt*, f. *sint*; Bauer. Nil opus ita legere, et sic verba *sint*, *possint*, aures magnopere obfenderent. — *consternatæ p. in publicum*, v. ad 2, 24, 6. et 2, 47, 3.

4. *Ut purpura fulgeamus, inquit*; ita scripti et editi ante Ascens., non *inquiunt*. v. ad 6, 40, 3. — *ut carpentis festis profestisque* cet. v. ad 5, 25, 6. — *ne luxuriæ sit* pro vulg. *nec l. s.* dedit Drak. ex emendat. Jac. Gron. prob. Bauero.

CAP. 4.)—1. *Sæpe me querentem* cet. cf. ad c. 1. n. 7. Mox *τὸ de* ante *privatorum* delendum videtur Bauero.

2. *civitatem laborare vitiis*, v. ad 3, 31, 1.

3. *quo melior lætiorque in dies fortuna reip. est, inperiumque* quo magis *crescit*; quæ particulæ subaudiendæ ex præc. *quo melior lætiorque*, quod est id qd *quo magis bona lætaque*; Gron. v. ad 1, 25, 11. — *regias etiam* Philippi Antiochique *adtrectamus gazas*, v. ad 28, 24, 7.

4. *ne illæ magis res nos ceperint*, (jam ceperint, non nunc demum capiant) h. e. vicerint, *quam nos illas*; ut fere *Græcia capta ferum victorem cepit* ap. Horat. Epist. 2, 1, 156. Verba *illæ res* majoris perspicuitatis causa et in fervore orationis adjectæ videntur primæ periodi voci *Hæc*.

5. *Infesta, mihi credite, signa ab Syracusis inlata sunt huic urbi*: " nil auctius hac ambiguitate aut gravius, qua et *inpetum* velut hostilem, et *statuas* invectas notet. *Statuæ* infestæ moribus, et tamen quasi *signa*, *vexilla* hostium inpugnantium mores et virtutem Rom." Bauer.

6. *Corinthi et Athenarum ornamenta*, mox Romam deportanda, captis his urbibus, quarum expugnationem jam augurabantur Romani, libertate vix iis data. Notissimum quoque est, bello Achaico ab ipsis conflato, Mummium confecisse illud a. V. 608. capta Corintho, et pretiosa signa, tabulas vasaque, ab eo inde Romam devecta, ad mores civium suorum mutandos plurimum valuisse.

7. *antefixa fictilia deorum* (fastigia templorum, forte et simulacra in summo: immo magis, quum et *fictilia* magis iis congruat, et mox dicat *hos Deos*, sc. fictilibus simulacris expressos; Bauer. cf. ad 26, 23, 2.) *ridentes*: *ego hos malo propitios deos* cet. cf. similia loca Juvenal. 6, 342 sq. 11, 100 sq. 111-116. Plin. 34, 7. s. 16. 35, 12. s. 45. 46. Senec. Consol. ad Helv. c. 10. et Epist. 31 extr. (qui præter alia dicit: *tunc per fictiles deos religiose jurabatur*; et *cogita deos, quum propitii essent, fictiles fuisse*) et Tibull. 1, 10, 19 sq.

8. *per legatum Cineam Pyrrhus* cet. cf. Plut. Pyrrh. p. 394. — *tentavit*, v. ad 9, 35, 1. — *tamen nulla* mulier *adcepit* dona illa: tantum earum abstinentia fuit. Cf. Varr. lib. 2. de vit. pop. Rom.

9. *legem Liciniam de D jugeribus*, v. ad 6. 35, 3.

10. *cupido agros continuandi*, v. ad 1, 44, 8.

11. *legem Cinciam de donis et muneribus*, v. ad Tac. Ann. 11, 5, 3. et 13, 42, 2. — — *vectigalis et stipendiaria plebes* cet. tropice dicitur. v. ad 5, 10, 5. et Brummer ad leg. Cinc. c. 2. §. 15.

12 *ne causam quidem aut rationem iniri*, ed. Mogunt. *invenire*, non inprob. Duk. quia causa *inveniri* dicitur, non *iniri*, ratio

[redacted]

iniri et inveniri. Sed idem non damnat vulgatum. v. ad 1, 33, 7. — *ut aliquid fortasse naturalis,* " non mirandi, non insoliti, ex natura rei oriundi, (pæne ut nos utimur Germanico *natürlich*) *pudoris aut indignationis habeat,* sit in eo, quod efficiat pudorem, indignationem, cujus te pudeat, quo indignere; id sit, tale sit, cujus te pudeat: *sic æquato omnium cultu;* delendum videtur *sic:* nam præc. *ut,* conjunctivo seq., non sign. *quomodo,* sed *quamvis;*" Bauer. Forte sensus h. l, est, *ut habeat,* ut s. quemadmodum habere possit et videatur — — *sic* non video, quid sit, quod vereatur cet.; aut jungenda *sic æquato,* ut *sic* sit hoc modo, hac lege: aut pro *sic* leg. *nunc* vel *tn,* h. e. tamen. — *utrumque* sc. pudorem tam parcimoniæ quam paupertatis.

13. *quod habere non possunt,* potius *possint;* Bauer. — *certamen uxoribus injicere* (v. ad 21, 54, 6.) *ut pauperes — supra vires se,* sumtus, *extendant,* cf. ad Juvenal. 3, 180 sq. et 6, 352 sq. — *simul,* simul ac, *pudere, quod non oportet, cœperit, quod oportet, non pudebit,* h. l. *quod* pro *cujus,* vel pro *quoad,* quatenus, ubi; Bauer.

14. *quæ non poterit, virum rogabit* cet. cf. ad Juvenal. 6, 149 sq. — *Simul lex,* simul ac lex.

15. *ipsis vinculis, sicut feræ bestiæ* cet. ita pro vulg. *fera bestia* MSS. in quibus etiam *irritatæ* et *emissæ,* quod durius est: sed nihil inpedit, quo minus luxuria cum feris recte comparetur; Gron. Cf. 35, 18, 4.

16. *Ego nullo modo abrogandam — velim,* sollemnis finiendæ suasionis formula. Cf. 6, 41, 11. et 10, 8, 11.

CAP. 5.)—1. *et quidem:* forte *ita* excidit, aut in *et* latet; Bauer.

2. *in quos jecit hoc,* (al. *hæc*) v. ad 2, 45, 6. — *in publico,* v. ad 2, 24, 6. — *per bellum,* v. ad 2, 18, 1.

3. *Tuas Origines revolvam:* historiæ Rom. libros VII. quorum argumenta memorat Nepos Cat. 3. Idem tradit, eum senem demum historias scribere instituisse, et Cicero, iis ultimam ab illo manum paucis ante mortem diebus fuisse inpositam. Livius itaque hujus inmemor fuisse videtur, suoque ingenio, ut solet, orationem Valerii, ut et Catonis, apte ad rem et personas effinxisse; aut per prolepsin et e ratione sui temporis hæc dixisse. Cf. ad 4, 54, 7. Voss. de hist. lat. 1, 5. Reines. var. lect. 1, 25. et Noris. Cenot. Pis. 1, 1. p. 4. qui huc etiam refert Liv. 45, 25, 2. Sed ibi Livius laudat librum hunc, qui eo tempore, quo illa scribebat, dudum compositus ac vulgatus erat. — *Capitolio ab Sabinis capto* cet. v. 1, 11-13.

4. *Coriolano Marcio* (v. ad 3, 1, 1.) *duce* cet. v. 2, 39. 40. — *agmen, quo obruta hæc urbs esset,* cf. ad Juvenal. 10, 142. et 15, 6.

5. *aurum matronæ consensu* cet. v. 5, 50.

6. *Proximo bello — viduarum pecuniæ adjuverunt ærarium,* v. 24, 18. Forte leg. *Punico bello:* nam *proximum* bellum fuit Macedonicum.

7. *ad matrem Idæam adcipiendam,* v. 29, 14. — *inquit:* Drak. reposuit *inquis.* At v. ad 6, 40, 3. — *nihil novi factum* esse, *purgare,* v. ad 24, 47, 3. et 27, 20, 6. — *me dius fidius,* v. ad 2, 31, 5. — *superbas aures,* v. ad 24, 5, 2.

CAP. 6.)—1. *legem ullam abrogari est indignatus,* v. ad 3, 3, 1. et 31, 31, 8. — *Et illa communis pro legibus oratio,* qua pro omnibus est loquutus, nullamque omnino abrogandam censuit, *visa est* ei *consularis, severissimis moribus* ejus. Cf. ad c. 1. n. 7. — *ne quis error,* v. ad 6, 32, 3.

2. *in æternum latæ* leges, quales sunt leges omnes naturæ; i. e. dei: ceteræ omnes tam diu durant, quam diu reip. statui expedit: Gruter. conl. Sophocl. Œd. Tyr. 880. — *quam usus coarguit,* ἐλέγχει, inutilem, noxiam, incongruam esse ostendit; Bauer.

3. *plerumque bellum abrogat* leges cet. v. ad 7, 16, 6. — *alia in secundam — tempestatem usui sunt* ex Mogunt. recepit Gron. pro *in secunda tempestate.*

4. *lex esse videtur, quam abrogamus,* v. ad 3, 21, 3. et 7, 16, 6. — *vetus regia lex* non, quod JCti putant, (certe id ex his verbis effici haud potest) lex de regio inperio lata, qua populus Romulo supremam omnemque suam potestatem detulerit, sed vetus aliqua lex ex iis, quæ olim a regibus latæ propter æquitatem utilitatemque in usu manserant; Duk. et Drak. Cf. 6, 1. et Sigon. de jur. civ. 1, 5. — *Sine qua quum majores* cet. excidisse videtur *an:* nova enim legum classis et commendatio ponitur, non ex antiquitate, sed ex utilitate ac necessitate; Bauer.

5. *cur sit autem lata, ipsum indicavit tempus;* immo *indicabit:* nam si jam *indicavit,* non opus te dicere; Gron.

6. *non socios navales ad classem tuendam,* v. ad 9, 38, 1. " Sententiam non puto esse, non habebamus socios navales, qui classem tuerentur, sed non poteramus tueri classem, quia socios navales non habebamus; quod narrat Liv. 24, 11. 26, 35. 36. Nam alibi non socii navales, sed res publica *classem* et exercitus navales *tueri* dicitur, quum curat, et de publico præbet tum alia ad eam instruendam et ornandam necessaria, tum remiges et socios navales, omniaque, sine quibus classis haberi et usui esse non potest." Duker. coll. 23, 38. 48. 28, 41. Justin. 16, 3. ubi *tutela classis* sic dicitur. — *servi, quibus arma darentur* cet. v. 22, 57. — *in eamdem diem pecuniæ,* h. e. diem solutionis ex ærario fa-

ciendæ, ut JCtis *diem esse, venire, cedere;* Gron. Cf. ad 36, 4, 3. et de re 23, 48. 49. — *præbenda publicani se conducturos professi erant*, cf. 23, 48. 49. et ad 5, 23, 6. et 23, 48, 4.

7. *servos ad remum dabamus*, i. e. qui remiges essent, ut ap. Suet. Aug. 16. quod ibi non recte quidam de pœna adcipiunt: nam *ad* sæpe notat ministerium; Duk. Cf. ad 7, 5, 4. Scalig. ad Catull. 10. Passerat. ad Prop. 4, 8. p. 662. Similiter 22, 61. *servos ad militiam emere* dicitur; Drak. — *cum stipendio nostro dabamus*, ita, ut et stipendium iis de nostro præberemus; Bauer. — *in publicum conferebamus*, v. 26, 35. 36. et ad 26, 36, 3.

8. *viduæ et pupilli* cet. v. 24, 18. — *ne plus auri et argenti facti;* de ære facto nihil cautum fuerat: cujus rei causam Periz. in diss. de ære gravi §. 18. exponit; Duk. — *Tali tempore in luxuria et ornatu* (in luxurioso ornatu; Drak.) *matronæ* cet. hoc potius cum interrogatione, quam per ironiam dictum videtur; Duk. — *ad eam coërcendam* sc. luxuriam. Forte leg. *ad ea coërcenda*. — *quia Cereris sacrificium* cet. v. ad 22, 56, 4.

9. *inopiam et miseriam civitatis — istam legem scripsisse*, h. e. causam fuisse, cur lex scriberetur. Quidam MSS. et edd. *ob inopiam — legem scriptam:* sed illud multo elegantius esse docet Gron. coll. 8, 12, 12. Plin. Ep. 8, 18. et exemplis Græcis, Hyperidis ap. Longin. *τοῦτο τὸ ψήφισμα οὐχ ὁ ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ' ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη*, Aurelii ap. Plut. in Sull. p. 472. *Οἴμοι τάλας, διώκει μὲ τὸ ἐν Ἀλβανῷ χωρίον*, et Libanii *τῆς ψήφου δὲ τεθείσης, ἣν τὸ κράνος καὶ ὁ θώρηξ ἤθελεν*. Cf. sup. ad 5, 39, 3. et 7, 16, 6.

10. *publica* opera *præsenti pecunia locamus*, v. ad 1, 12, 6. et 5, 23, 6. Haec et reliqua spectant ad præcc.

CAP. 7.)—1. *prætextati in magistratibus — prætextis purpura togis utentur*, v. ad 22, 57, 10. — *magistratibus in coloniis m.* cet., non additur *sacerdotibus*, quibus etiam in municipiis datam esse prætextam, Otto de ædil. colon. c. 12. perperam ex h. l. probare conatur; Drak.

2. *infimo generi* magistratuum, *magistris vicorum*, qui etiam *vicomagistri* et *viocuri* dicebantur. — *jus permittemus*, pleonasmi genus; Bauer.

3. *ut cum eo crementur mortui:* nam vestimenta cum mortuis cremari, et hi togis operiri solebant. Cf. Suet. Cæs. 84. Virg. A. 6, 221. ad Juvenal. 3, 172. Lips. Elect. 1, 6. Kirchman. de fun. 1, 10. Otto de ædil. col. c. 12.

4. *in veste stragula*, qua lecti sternuntur, peripetasmate, peristromate. Cf. ad 39, 6, 8. — *equus tuus speciosius instratus erit:* nam equi magistratuum eorumque, qui in inperio erant, stratis ex auro et purpura ornabantur: v. Lips. de mil. Rom. 3, 7. ubi et notat eos, qui *lectus* pro *equus* legebant; Duk. Cf. ad 28, 14, 1.

5. *in quo* auro *præter manus pretium* (quod etiam *manupretium* et *munipretium* dicitur, Germ. *Macherlohn*, merces artifici pro labore data, *ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque artis ducitur*, Ascon. ad Cic. Verr. 1, 56.) *nihil intertrimenti fit*, v. ad 32, 2, 1. et cf. Drak.

6. *se pedibus sequi*, sane non ut sequantur pedibus carpento vectas; quippe per se vadebant, suum iter persequentes; sed indignitati dedit, quasi pedisequæ viderentur, illis deteriores, aut etiam subjectæ ut dominabus; Bauer. *Sequi* pro lentius procedere: potest tamen et proprie dictum videri. — *Virorum animos vulnerare*, angere, cruciare, ut *vulnus* mentis dicitur dolor et ægritudo. — *mundum muliebrem* et *munditias* modo laxiore, modo arctiore significatione dixere scriptores veteres; Duk.

7. *in luctu purpuram et aurum deponunt*, v. ad 9, 7, 5. — *quum eluxerunt*, lugere et uti veste lugubri desierunt. Cf. Noris. ad cenot. Pis. diss. 3, 2. p. 368. — *gratulationibus supplicationibusque*, v. ad 3, 63, 2.

8. *Scilicet* (v. ad 4, 5, 2.) *si legem Oppiam — erunt*, argumentum Catonis, quod mox refellitur.

9. *quibusdam in manu erunt*, (v. ad. 5, 20, 8.) sc. parentibus, fratribus, viris. Cf. cap. 2. — *salvis suis*, cognatis, necessariis, sc. patre, marito, avo, socero, fratribus. — "*servitus muliebris* et *libertas* feminarum non proprie, sed oratoria *αὐξήσει* et eodem modo dicitur, quo maritus *dominus uxoris*, et quo *servire* ap. Virg. A. 4, 103. Nam mulieres, quæ in manum viri convenerant, in mancipio viri erant, (quod Serv. ad Virg. l. l. dicit *sustinere conditionem liberalis servitutis*) nec tamen illius mancipia; et hoc vult Livius, illas, dum in manu ac potestate virorum et patrum sunt, nihil, nisi ex eorum arbitrio, posse gerere; viduas et orbas factas magis sui juris et arbitrii esse." Duker.

10. *Id enim periculum est* cet. *εἰρωνικῶς* dicta.

11. *huic infirmitati*, infirmo mulierum generi.

CAP. 8.)—1. *ad Lunæ portum*, v. ad Sil. 8, 480 sq. et Strab. 5, 2, 5. p. 222. Luna urbs Etruriæ trans Macram fl. (hod Magra; cf. 39, 32. 40, 41.) qui et Lunam portumque ejus capacissimum, et Etruriam Liguriamque interfluit. — *eodem*, ad eumdem portum.

2. *Inde Rhodam ventum*, opp. Indigetum in Hispania prope Pyrenæum, hod. Roses. De *Rhoda et Emporiis* v. P. de Marca in Marca Hispan. 2, 18.

CAP. 9.)—1. *Jam tunc Emporiæ duo oppida — a Phocæa, unde et Massilienses, oriundì* cet. v. ad 21, 60, 1.

2. *Tertium genus* incolarum, hominum. v. ad 1, 18, 5. — *in corpus unum confusi omnes* incolæ, ex diversis regionibus oriundi. Cf. ad 1, 17, 2.

3. *Miraretur, qui tum cerneret* cet. sua respicit tempora Livius, quibus id non cernebatur; Gron.

4. *disciplina erat custos infirmitatis*, tuebatur Græcos, infirmiores Hispanis, *quam* disciplinam — *continet*, servat, haud negligi patitur.

5. *cujus adsiduus custos semper aliquis ex magistratibus erat*, vocem *semper* ex Mogunt. cod. addidit Aldus, eamque tum τῷ *adsiduus* a Cic. Rosc. Am. 18. et Ovid. Fast. 4, 686. tum similibus vocabulis a Liv. 5, 42. 35, 16. et aliis per pleonasmum adjici monet Duker. qui etiam verba nostra ita adcipi posse dicit, semper servatum fuisse, ut unus e magistratibus custos portæ esset, eaque custodia per vices in orbem iret, ita ut is, cujus vices erant, adsiduus ibi adesset, nec usquam a custodia discederet. — *neque moris tantum aut legis causa, sed etiam cura* tanta, *quanta* cet. — *servabant vigilias*, ut *præsidia* 28, 22, 4. et *custodias* 33, 4. Gr. τηρεῖν et φυλάττειν φυλακὰς. v. Drak.

6. *Hispani, inprudentes maris*, (v. ad 4, 39, 4.) *volebant*, cupiebant, gestiebant, *et mercari ipsi ea, quæ externa*, e regionibus externis, *navibus* Græcorum *inveherentur*, *et agrorum* suorum *fructus exigere*, exportare ope Græcorum in exteras regiones, vel vendere Græcis. " Sic *mercibus exactis*, h. e. venditis traditisque et distractis, dixit Colum. 10, 317. *venales extrudere merces* Horat. epist. 2, 2, 11. *mercis exactum* Quintil. in Decl. 11. h. e. forum, nundinæ, locus et occasio mercis exigendæ et magno cum lucro venum dandæ. Græcis quoque recepta *ἐξάγειν σῖτον* pro exportare, *ἐξαγωγὴ σίτου*, unde Plautus *facere exagogam* et *τὰ ἐξαγώγιμα* merces, quæ exportantur." Gron.

7. *sicut minoribus viribus*, ita *pari c. f.* v. ad 9, 17, 2.

8. *ut frumentum in areis haberent*, in quibus teri s. tribulari solebat. — *redemtoribus*, v. ad 5, 23, 6.

CAP. 10.)—1. *et signati* argenti *bigatorum*, v. ad 22, 52, 3.

2. *Oscensis argenti* sc. nummos, Oscæ signatos, ut c. 46 pr. Sic et 45, 43, 3. *centum viginti millia Illyrii argenti*, h. e. nummorum argenteorum, in Illyrico cusorum, quos *Victoriatos* fuisse dictos monet Doujat, quia primos Victoriatos ex Illyrico advectos tradat Plin. 33, 3. Duæ autem *Oscæ* fuerunt in Hispania, altera in Tarrac. s. citeriore, Vescitanorum urbs ad fines Ilergetum, hod. Huesca, (v. Ptol. 2, 6. Plut. Sertor. p. 575. et intpp. Velleji 2, 30.) altera in Bætica. v. Ptol. 2, 4. Ab illa argentum Oscense dictum suspicabatur Marca in Marca Hisp. 2, 28. In horum Oscensium ditione celebres fuisse credendum argentifodinas, quibus Hispania abundavit; Donat. Cf. ad Sil. 1, 155. 228 sq. 3, 401.

3. *quod alieno auspicio* cet. cf. n. 4. et ad 26, 21, 1. — *biennio post redierat* sc. quam provinciam sortitus fuerat, vel in eam venerat; Duk. Cf. 32, 28.

4. *provincia successori Q. Minucio tradita:* Helvius quidem Hispaniam ulteriorem, Minucius citeriorem erat sortitus; (v. 32, 28. et 33, 26.) sed Helvius, ex sua provincia decedens, in *aliena* rem bene gesserat, i. e. in citeriore; et quia hanc citeriorem obtinuerat Minucius, idcirco *successor* Helvii adpellatur: quare nihil mutandum est, contra atque Glar. censet; Sigon. Hæc mihi non satis faciunt, et miror Pighium ac Periz. qui studiose consectantur ea, in quibus negligentia aliqua Livii adcusari potest, hoc intactum præteriisse, quod mihi inexplicabile videtur; Duker.

CAP. 11.)—1. *nisi præsidium Romani misissent;* Gelen. e cod. Mogunt. *nisi præsidio Romanus miles esset*, quod restituit Drak. Displicuit forte, quod *misissent* dictum pro *mitterent*. Sed hoc neque nostro, neque purgatissimis aliis scriptoribus insolens esse, docent Gron. et Drak. Cf. ad 6, 3, 3.

2. *in rebus tam trepidis*, v. ad 5, 11, 3.

CAP. 12.)—1. *spem pro re ostentandam;* nam spes valet pro re, quia animis omnes ea præcipiunt, quæ cupiunt, ut loquitur Dio Cass. 52, 13. hoc est, spes nihil putat futurum, cuncta habet præsentia; Gruter. Pro *spem* etiam suspicari possis *speciem*, quæ sæpe *rei* obponitur, ut mox *vana veris*. Cf. ad 6, 14, 2. et 22, 3, 4. ad Tac. 3, 30, 7. Huic conjecturæ favent prima verba cap. 13. *ubi satis, quod in speciem fuit, ostentatum est.*

2. *Sæpe vana pro veris — valuisse* cet. quia inplent animos modo spe, modo formidine; Grut. Cf. ad 27, 45, 1. Curt. 4, 13, 5. et Cæs. B. C. 2, 4.

3. *comiter habendo*, tractando.

CAP. 13.)—1. *quod in speciem fuit, ostentatum est*, v. ad 4, 30, 1. et 6, 14, 2. — — *quum jam id tempus anni adpeteret*, (v. ad 5, 19, 2.) *quo* cet. unde vix *hibernis* locus est, et τὸ *hiberna* expungerem, si codices faverent; Drak. Cato, qui in Hispaniam venit, quum Hispani frumentum in areis haberent, (v. cap. 9.) ab eo tempore usque ad id, quo castra hiberna ad Emporias posuit, nihil rerum gessisse videtur, nisi

[redacted]

quod agros hostium vastavit, fortassis quod propter calores Hispaniæ ibi per æstatem res geri non poterant; Duk. Cf. 35, 7.— — *Nocte ferme proficiscebantur* præter morem. v. Schel. ad Polyb. c. 9. — *satis admodum*, forte *satis ad hunc modum*; Duk. Sed illud *admodum* videtur τῷ *satis* ita adjectum esse, ut alibi numeris, quum diligenter, non crassiori modo significantur; Ern.

2. *convocari tribunos præfectosque* sociorum, qui tribunis pares, *et equites omnes et centuriones*; sed cur *equites omnes*? nam consilium est, non concio. Lipsius mil. Rom. 21, 8. conj. *præfectosque equitum omnes*, ut sint decuriones, merito vocati, ubi omnes centuriones. Sed ita in hoc consilio non dari locum præfectis sociorum, qui fere cives Rom. non infimi loci, et decurionibus equitum dignitate longe superiores fuerint, monet Duker. *equites omnes centuriones* emend. Grut. qui tamen centuriones primorum ordinum equis militasse dicit, non probat. Latet mendum, etsi haud variant libri.

3. *urbium opes exhaurire*, v. ad 10, 44, 1.

CAP. 14.)—1. *Nocte media quum auspicio*, auspiciis capiendis, *operam dedisset*, v. ad 8, 23, 12. — *circumducit*, v. ad 1, 23, 4. — — *discurrere ipsi*, forte *et ipsi*, quod amat Livius; Duk.

2. *Sub hæc* verba *cohortes* cet. v. ad 2, 55, 1.

3. *trepidant acie instruenda*, v. ad 3, 49, 4.

4. *manu ipse reprehenderit*, (v. ad 2, 10, 2.) *verteritque in hostem*; ita MSS. et edd. antt. *et adversos in hostem verterit* ex cod. Mogunt. recepere Aldus et alii. Scribendum saltem *aversos* sc. ab hoste et fugam quærentes; Gron. — *restabat*, v. ad 4, 58, 5.

5. *emissis soliferreis* sc. telis s. jaculis, quæ tota erant ferrea, sine hastili, e ferro *solo* vel solido; nisi potius leg. *solliferreis*, quia *sollus* Oscis dicebatur *totus*. v. Fest. v. *Sollo*. De *falaricis* v. 21, 8.

6. *cæcis ictibus*, qui fiunt *procul ex inproviso*, quorumque auctor incertus est et ignotus, ut *ictus* et *tela fallentia*, *tacita*, *occulta*, et passim *cæca* passive dicuntur occultata, ἀόρατα, obscura, latentia, ignota, ut *mutus*, *surdus* et alia. v. ad Sil. 3, 579. 5, 3. 6, 75. 11, 386. et inf. ad c. 39. n. 3. ubi *tela ex propinquo inlata* obponuntur *cæcis ictibus*. *Cæcum crimen*, incertum, dubium, *in Achæis erat, nullis eorum literis inventis*, quibus ejusdem criminis convinci possent, 45, 31, 5.

CAP. 15.)—1. *hostes acri inpetu, velut cuneo, perculerunt*, v. ad 40, 40, 2. — *in subsidio posita*, v. ad 2, 20, 2.

2. *plenoque gradu*, v. ad 4, 32, 6. — *sparo percutit*, telo. v. ad Sil. 3, 388. Cort. ad Sall. *Cat*. 56. intpp. Virg. A. 11, 682. Du Cange Glossar. med. Latin. — *infensius hostes pro vallo pugnabant*, Duk. malebat *inpensius*, et Periz. *intentius*, quia non facile quisquam, nisi infenso animo, in hostem pugnet aut ei repugnet. Sed similiter sæpe dicitur *hostis infensus*, de quo v. ad 4, 10, 3. et ap. Sall. Jug. 57. (ubi v. Corte) *infensi intentique manent*; Drak.

3. *in arcto hærentes* (v. ad 5, 38, 4.) *cæduntur in portis* cet. cf. Hom. Il. 12, 122 sq. et Virg. Æn. 11, 879 sqq.

4. *Cato ipse multos cæsos ait* sc. in Originibus. v. ad c. 5. n. 2. — *detractator* pro vulg. *detrectator* edidit Drak. et Voss. et Lov. 5. In aliis MSS. est *detractor*, quod vel nec ipsum spernendum, vel corruptum. v. ad 3, 60, 5.

CAP. 16.)—1. *ubi spem* non *nisi in virtute haberent:* quod *non* vel excidit, vel subplendum est. Illud putabat Gron., hoc Drak. Cf. Duk. ad Flor. 1, 12, 8. Cort. ad Sall. Jug. 54, 5. Burm. ad Ovid. A. A. 2, 694. — *pleno gradu*, v. ad 4, 32, 6.

2. *ut sparsis hostibus fuga*, v. ad 8, 30, 7.

3. *Emporitanos Hispanos*, v. cap. 9 pr.

4. *Bergistanorum civitatis*, gentis, (populi, rei publicæ) ut Cæsari *civitas Helvetiorum* et *Æduorum* dicitur; Gron. Cf. ad 3, 47, 1. Drak. ad Epit. LXV. Cort. ad Sall. Cat. 40. — *deducto exercitu*, sc. in civitatem Bergistanorum. *educto* malebat Gron. et *inducto* Crev.

5. *sub corona veniere*, v. ad 2, 17, 3.

CAP. 17.)—1. *Turduli conducunt*, vulgo Turdetani.

2. *rebellione Bergistanorum ictus*, v. ad 1, 16, 2.

3. *ut multi mortem sibimet ipsi conscisceren*t cet. more eorum, qui non tam *feroces*, quam natura timidi sunt et melancholici, malisque adflicti facile animum despondent; unde Hispani ad αὐτοχειρίαν admodum proclives et olim fuere et etiam nunc sunt. ut Turcæ. Cf. Justin. 44, 2. et Sil. 1, 225 sq. — *ferox genus rati*, v. ad 1, 18, 3. et 1, 41, 1.

4. *Segesticam tantum* opp. Celtiberorum, idem forte quod Σεγήδη et Σεγίδη aliis dicitur. v. Schweigh. ad Appian. Hisp. 44. — *gravem civitatem*, validam, vel potentem opibus, (*wichtige*) βαρεῖαν πόλιν, Ern. et Schæffer. coll. Duker. ad Flor. 1, 3. et Wessel. ad Diodor. T. 1. p. 306. T. 2. p. 630.

CAP. 18.)—1. *in tempore subventum*, v. ad 2, 47, 4. — *sustentaturi* absolute ut ap. Cæs. B. G. 2, 14. Drak. *sustenturi* conj. Jac. Periz. cf. Oudend. ad Cæs. B. G. 2, 25.

2. *quæ in rem essent*, v. ad 1, 27, 5.

3. *parcimonia et vigiliis* cet. v. ad c. 1. n. 7.

CAP. 19.)—1. *duplex stipendium, quam quantum* cet. v. ad 35, 1, 1. — *publica fide adcepta*, v. ad 23, 19, 10.

2. *Quum incertum, bellum* cet. in MSS. *quum incerta bellum an pax c. C. essent* prob. Gron. Idem monet verborum seqq. sententiam esse, primum quidem ex hostico Romanos sine metu et injuria cujusquam pabulatos et frumentatos, deinde, quod majoris discriminis est, aucta securitate etiam intra præsidia Celtiberorum venisse. Sed quia oratio suspenditur per particip. *ingredientes*, idque nihil habet, quo referri debeat, pro *dein* vel *deinde* (quod in multis MSS. et in edd. vett. ante Frob. a. 1535. legitur) Sigon. non male conj. *perinde*, i. e. non minus sæpe, quam in pace; Drak. — *privatis induciis*, v. ad 2, 18, 7.

CAP. 20.)—1. *tum conscientia depopulatorum sociorum*, memoria populationum, quas in Suessetanorum aliorumque sociorum, merito ipsis propterea infensorum, agris fecissent.

2. *ad oppidum eorum*, nescio quod.

3. *ad ulteriorem partem urbis*, remotiorem: etenim nullo flumine dirimebatur, sed erat in longitudinem valde porrecta; Ern. — — *in agro eorum inpune persultassent*, vagati essent populabundi. Cf. ad Tac. Ann. 11, 9, 1. 11, 28, 2.

4. *atque eas adreptas*, raptim motas, *effusis omnibus* Lacetanis ex oppido, *qua* parte, eo ubi *silentium ac solitudo erat*, scil. *in urbem inducit*.

5. *in deditionem adcepit*, v. ad 8, 20, 7.

CAP. 21.)—1. *ad Vergium castrum*, v. ad 21, 19, 5.

2. *anceps terror, hinc muros* cet. v. ad 1, 25, 4.

CAP. 22.)—1. *propter Litanam sylvam*, v. ad 21, 27, 6. et 23, 24, 4. — (per) *reliquum æstatis*, v. ad 22, 15, 3.

2. *causas belli habuerunt: f. bellandi*; Gron.

3. *Refero enim ad vos* cet. v. ad 26, 2, 3.

4. *Romanos nihil contingit*, v. ad 22, 10, 10.

5. *staturus eo, quod* cet. v. ad 3, 36, 11.

CAP. 23.)—1. *inploratos auxilium adversus Philippum tulisse, opem non rogatos ultro a. t. N. obferre; indignatusque esset* cet. conj. Gron.

2. *hæc tanta merita — carpi*, v. ad 33, 31, 1.

3. *communem causam prodentes*, v. ad 2, 43, 5.

4. *et Corinthum recepisse* cet. v. 33, 34.

5. *vano titulo l. ostentato*, v. ad 4, 30, 1.

6. *objicere semper soliti sint* pro vulg. *sunt* recepi ex MS. Mead. 2. et emend. Perizoniorum. — *Demetrias Chalcisque et Corinthus*, v. ad 32, 37, 2. — *postremo quia*, multi MSS. *qui* probb. Periz. Gron. et Crev. Contra vel *quia* retinendum, vel ex ed. Frob. a. 1535. leg. *postremo* (sc. *quod*) *manendi* cet. putabat Drak. quod duplicis fraudis insimilentur Romani. Ita tamen τὸ *postremo* vix aptum.

7. *aut conditionibus* MSS. plerique. Cf. Drak. ad h. l. et ad 23, 7, 1. *conditione* quidam codd. et edd. ante Frob. a. 1535. prob. Gron. quia *conditio* non modo unum caput transactionis s. pactionis, sed eam totam multis capitibus constantem interdum significet. Cf. Ernesti clav. Cic.

CAP. 24.)—1. *Juno regina* deorum, *cujus in tutela Argi sunt*; unde Ἀργεία, *Argiva* dicebatur. Cf. Hom. Il. 4, 51 sq. et Spanh. ad Callim. H. in Del. 74.

2. *referre se* v. ad 26, 2, 3. — *reddere* Nabis. — *ut nudaret animos*, deprehenderet mentem eorum, rariori significatu, nisi leg. *nudarent* i. e. patefacerent; Burm. ad Phædr. Prol. 3, 47. Cf. ad 24, 27, 1. et 33, 21, 6.

CAP. 25.)—1. *duas habent Argi arces*: unius nomen fuit Larissa, (v. Strab. 8. p. 569.) alterius ignotum est. Cf. ad 32, 25, 3. — *loca alia, quæ aut obportuna erant*, v. ad 1, 54, 4.

2. *ad externum terrorem*, v. ad 1, 57, 7. — *Damocles*, al. *Democles*, ut *Damaratus* et *Demaratus* aliaque. v. Drak.

3. *hortatusque conjuratos* sc. est, nisi leg. *hortaturque* ex Lov. 2. et 6. aut mox del. *atque ita*; Drak.

CAP. 26.)—1. *circa Cylarabin gymnasium*. quod Κυλαράβης s. Κυλλαράβης, Stheneli filius Argivorumque rex, exstruxit: unde *Cylarabis* (immo *Cylarabæ*) *gymnasium* emend. Casaub. ad Strab. 3, 153. Sed τὴν Κυλαράβιν etiam dixisse Plut. Pyrrh. p. 404. monet Jac. Gron. Cf. Pausan. 2, 18. 22. ibique Sylburg., Hesych. et Græv. ad Lucian. merc. conduct. p. 972.

2. *inde potissimum ordiundi bellum* vel *belli* MSS. et edd. antt. Nec est quod cum Gelen. reponas *ordiundum* obfendarisque illa compositione *principum sententia ordiundi bellum*, h. e. sententia et principum, qui censent, et belli ordiendi, quod censent; Gron. *ordiendi belli* non inprobant Crev. et Periz. ad Sanct. Min. 2, 3, 15. ubi pluribus docet, duos genitivos ab uno nomine pendere. Id quidem nemo vel negat vel ignorat; sed an casta Latinitas permittat, ut uni nomini jungatur et genitivus et gerundium in *di* cum casu verbi, in genitivum mutato, dubitant Duk. et Drak.

3. *expeditas cohortes*, v. ad 5, 16, 2. — — *ad Caryas* opp. Arcadiæ, at 35, 27. Laconices. Utrumque memorat Pausan., illud 8, 13. 14. 15. hoc 3, 10. — *Macedones a P. mille quingenti* ex ed. Frob. a. 1535. sed in edd. primis exstat Macedones [illegible]

[redacted]

duo millia et septingenti, quo et multorum codd. vestigia nos ducunt, et quod forte mutatum, quia displicuit *Macedones* pro *Macedonum*; Drak. Cf. ad 39, 7, 1.

4. *decem et octo tectæ naves*, v. ad 22, 19, 4.

5. *Lacedæmoniorum exsules permulti* cet. v. ad 36, 35, 4. — *jam per aliquot ætates*, " de annis non ita multis dicit: nam Cleomenes, quem primum tyrannum Lacedæmoniorum fuisse ait, vix XL annis ante hoc tempus regnum inierat; et, si quis ad id tempus referendum putet, quo, Agide ac Leonida Spartæ regnantibus, primum turbari cœpit res publica Lacedæmoniorum, tamen vix L anni sunt." Duk. Cf. Petav. ration. temp. 4, 4. — *Princeps erat exsulum Agesipolis*, filius Agesipolidis, Cleombroti nepos, puer admodum rex creatus Spartæ *post mortem Cleomenis, qui* optimus primum rex et deinde *primus* sævissimusque *tyrannus Lacedæmone fuit.* Sed mox una cum Cleomene, tutore et patruo, Cleombroti filio, pulsus est *ab Lycurgo*, qui Ephororum corruptione imperium adeptus est, quamvis non esset e stirpe regia. Postea Agesipolis, legatus Romam missus, a piratis captus est et interfectus. v. Polyb. 2, 47. 69. 4, 2. 35. 81. 5, 34-39. 9, 23. 24, 11. Pausan. 1, 13. 3, 5. 6. Meurs. regn. Lacon. c. 14. Plut Cleom. et Diodor.

CAP. 27.)—1. *tantum belli circumstaret tyrannum*, v. ad 27, 40, 4. — *vere æstimanti vires*, v. ad 3, 19, 8. — *cum castellanis agrestibus*, cf. not. 4. — *metu et acerbitate pœnarum tenebat animos*, Jac. Periz. conj. *terrebat*. Sed v. ad 7, 25, 3. et 22, 22, 9.

2. *Dromon ipsi vocant campum* extra Spartam, ἔνθα τοῖς νέοις δρόμου μελέτη καθέστηκεν. v. Pausan. 3, 14. Reines. var. lect. 2, 3. et Meurs. Att. lect. 1, 24. qui verba sic ordinare malebat: *eductis in campum* (*Dromon ipsi vocant*) *omnibus copiis.*

3. *Sub hæc* verba *citari nomina*, v. ad 2, 55, 1.

4. *Ilotarum deinde quidam: hi sunt jam inde antiquitus castellani*, (v. ad 5, 5, 2.) *agreste genus:* servi publici Lacedæmoniorum, quorum magna multitudo agros eorum colebat: (v. Nep. Paus. 3.) *Ilotæ*, sed rectius *Helotæ* (Εἵλωτες) dicti ab oppido Laconico Ἕλος, cujus expugnati incolæ Spartam traducti sunt in servitutem tristissimam, ut deinde Messenii aliique, quibus idem datum est nomen. v. Pausan. 3, 20. Schol. ad Thucyd. 1, 101. 4, 80. Strab. 8. p. 363. 365. Schlægeri diss. de Helotibus Helmst. 1733. Recherches sur l'hist. des Ilotes par Capperonnier in Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. 23. p. 271 sq. Meurs. Misc. Lacon. 2, 6. Crag. de rep. Laced. 1, 11. Voy. du j. Anach. T. 5. p. 42. Potteri Archæol. l. 1. c. 10. et Manso's Sparta.

5. *hoc terrore obstupuerant m. animi* et deterriti fuerant *ab omni conatu* cet. Similia passim obvia; neque necesse est cum Duk. legi *obtorpuerant ad omnem conatum.*

6. *suspensis et incertis animis*, v. ad 2, 32, 5.

CAP. 28.)—1. *ad Sellasiam* (Σελλασίαν et Σελασίαν Græci adpellant) opp. Laconicæ *super* (v. ad 1, 2, 3.) *Œnunta fluvium*, (ὁ Οἰνοῦς, Sellasia Spartam fluens inter Evam et Olympum colles) *quo in loco Antigonus* Doson, *Macedonum rex, cum Cleomene — dicebatur* sc. Olymp. 138, 4. a. V. c. 530. Cf. 50, 54. Polyb. 2, 65 sq. 4, 69. 5, 24. 16, 16. Pausan. 2, 9. 3, 10. 4, 29. 7, 7. 8, 49. Mox pro *adscensum* quidam MSS. *accessum*, alii, ut et Mogunt., *descensum:* unde *escensum* edidit Gron.

2. *patenti limite* (v. ad 2, 39, 3.) *ad Eurotam amnem, sub ipsis prope fluentem mœnibus* Lacedæmonis. v. ad Sil. 4, 364. 6, 311 sq. — *cum equitibus atque expeditis* sc. peditibus, quod excidisse suspicabatur Duk. Mox *pedites* simpl. dicuntur distinguunturque a *legionibus*, gravi armatura. Cf. ad 5, 16, 2. et 22, 16, 2.

3. *sub ipsas Menelaji montis radices*, cf. Polyb. 5, 18. 21. 22. ubi Schweigh. nota est hæc: " Τὸ Μενελάϊον Livio est mons Spartæ proximus, Polybio locus in monte vel juxta montem positus, templum puta cum vico vel oppido. Sic et Steph. in Μενέλαος· ἔστι καὶ χωρίον Σπάρτης, Μενελάϊον. Ac videtur idem locus esse, cujus nom. propr. *Therapne* prodit Pausan. 3, 19. in quo templum fuisse *Menelai* ait et sepulcrum Menelai et Helenæ. Facile tamen credas, ab eo loco et totum montem nomen *Menelaji* obtinuisse. Ceterum de situ Spartæ et circumjacentis regionis v. Polyb. 5, 22. et duas tabulas, quæ pertinent ad Voy. du j. Anach. T. 5. c. 41."

4. *equites agmen cogebant*, v. ad 32, 2, 4.

5. (cum) *eodem quo pridie eruperant tumultu — erumpunt:* videtur insiticium τὸ *eruperant;* Gron. Sed cf. ad 1, 3, 8. — — *minus infida ac trepida fuga*, verba *infida ac* in omnibus fere MSS. et edd. ante Frob. a. 1535. desunt, et *fuga* non *fida* et *infida*, sed *tuta* et *intuta* dici solet; Duk., Crev. (qui conj. *effusa*) et Drak.

6. *nullo jam hostium porta excedente;* multi MSS. et edd. ante Ald. *portam.* v. ad 2, 37, 5. Repetitum *inde* non satis h. l. placet. — *Taygetus* mons a mari per totam procurrens Laconicam, ad cujus radices sita est Sparta.

CAP. 29.)—1. *Gythium* s. *Gytheum oppidum*, Γύθιον et Γύθειον, portus et navale Lacedæmoniorum, aut certe ei vicinum. v. Strab. 8. p. 363. al. 559. Pausan. 1, 27, 6. 3, 21. Polyb. 5, 19, 6. ibique Schweigh., et Meurs. Misc. Lacon. 4, 6.

2. *In tempore*, v. ad 2, 47, 4. — *nov-*

[redacted]

lium sociorum, v. ad 9, 38, 1. — *testudinibus a. m. s.*, v. ad 5, 5, 3.

3. *distenderent ab apertiore loco hostes*, v. ad 3, 23, 1. et 21, 32, 7.

4. *qua intenderant*, v. ad 3, 70, 2. et 4, 19, 1.

5. *Dexagoridas miserat ad legatum Rom., traditurum se urbem*, v. ad 8, 19, 10. — *tempus et ratio convenisset*, v. ad 1, 3, 4. — *et difficilior facta obpugnatio erat, ni T. Quinctius supervenisset*, v. ad 2, 50, 10.

6. *supercilio h. p. distantis tumuli*, v. ad 27, 18, 5. — *ab operibus suis* (v. ad 5, 22, 7.) *instaret* oppido.

7. *Timocrati Pellenensi*, cf. Polyb. 17, 17, 1.

CAP. 30.) — 1. *omnibus circa hostibus*; Gron. conj. *hostium* vel *hostilibus*, illudque edidit. Sed vulgatum per ellipsin participii verbi substant. exponendum: quod omnes, qui circa erant, hostes forent; Drak. Mox *interclusum* non habet, quo commode referatur, et forte leg. *atque ab terra — nihil spei esse, a mari quoque toto se interclusum* esse, sc. *audivit*: vel cum Drak. *audivit, et*, (vel *audivit esse, et*) *quum ab terra — interclusum*, sc. audivit, vel *interclusum videret, cedendum* cet.

2. *Consilio advocato*; al. *concilio*. v. ad 10, 17, 1.

3. *in statione conspecta*, v. ad 2, 5, 8.

CAP. 31.)—1. *Ibi permisso, ut* cet. hoc *ut* del., Duk. et Crev.

2. *Quum me ipse respexi*; f. *respicio*.

3. *societas mihi vobiscum convenit*, v. ad 1, 3, 4. Mox forte leg. *Ita, hercle, in ea controversia* cet.

4. *facta me premunt*, v. ad 3, 13, 1.

5. *servis liberandis*, v. ad 1, 53, 3.

6. *a censu equitem — legitis*, ut cap. 51 extr. et *ex censu* 26, 35. Res ipsa ex 1, 42 sq. nota.

7. *Noster legum lator* Lycurgus *non in paucorum manu remp. esse voluit, quem vos senatum adpellatis*: loquitur ex sententia multorum Græcorum et regum, qui sibi persuadebant, rem publicam Romanam in manu senatus et plane aristocraticam esse; Duker. cf. Polyb. 6, 11. et ex eo aliisque Spanhem. de usu et pr. num. Diss. 3. p. 140. — *sed per æquationem fortunæ*, bonorum, *ac dignitatis* cet. cf. Polyb. 6, 46 sq. Justin. 3, 2. 3. Xenoph. et Cragius de rep. Laced., Plut. in Lycurgo et instit. Lacon., Voyage du j. Anach. c. 43-51. Aristotelis et Platonis libri politicorum et de rep., Manso's Sparta.

8. *Pluribus me peregisse*, dixisse hæc vel sententiam meam, loquutum esse. v. ad 1, 18, 10. *me ipse egisse* plurimi MSS. non minus recte. — *quam pro patriæ sermone brevitatis*, v. ad 7, 33, 2. Sed insolenter hoc dictum et forte leg. *quam pro patrii sermonis brevitate*, quod et Roëllio in mentem venisse video. Nota autem breviloquentia Laconica, ὁ λακωνισμὸς ap. Cic. ad Div. 11, 25. Cf. Plut. Lycurg. p. 51. 52. — *cur ejus*, v. ad 5, 46, 5. An potius leg. *cujus*?

CAP. 32.)—1. *cum Pelope, rege Lacedæm.*, filio Lycurgi, (v. ad c. 26. n. 5.) ὃν Νάβις ὁ τύραννος τῶν Λακεδαιμονίων ἀνεῖλε, παῖδα τὴν ἡλικίαν ὄντα· εὐλαβεῖτο γάρ, μήποτε ὁ παῖς παραγενόμενος εἰς ἡλικίαν ἀποκαταστήσῃ τῇ πατρίδι ἐλευθερίαν, πεφρονηματισμένος διὰ τὴν εὐγένειαν, Diodor. Exc. l. 26. p. 285. Sed de alio Pelope loqui Livium, vel potius nomen Pelopis hic vitiosum esse, ex toto h. l. probabile fit, inpr. ex eo quod *rex justus et legitimus* adpellatur, quodque Romani post societatem cum eo initam *Punica Gallicaque bella* gessisse, et *tyranni per vim tenuisse Lacedæmone imperium* dicuntur. Hæc et alia jam monuere Duk., Crev. et Drak.

2. *Nam quid minus conveniret, quam nos* cet. multi MSS. *quam eos*, quod recepere Crev. et Drak. probavitque etiam Gron. qui hoc dictum monet, ut 32, 21, 6. *Achæi arma Rom. sustinebimus*. Quod tamen exemplum ab h. l. alienum est. *Achæi* pro *nos Achæi* dixit prætor Achæorum, nomine eorum loquens.

3. *et tyranno, quam qui umquam, sævissimo*: scita brevitas intellecto casu patrio *omnium*, pro vulg. *et cum tyranno quam sævissimo omnium, qui umquam fuerunt*; nisi pro *quam* legere malis *omnium*; Gron. *quam qui umquam fuit, sævissimo* MS. Mogunt. *sævissimo* pro *sæviore* dictum putat Voss. Gramm. 7, 17. sed durius esse profitetur, si superlativus non tantum vim comparativi adsciscat, sed ei quoque adjungatur casus, quem comparativus requirat. Ita quidem loquutum esse Livium 2, 30, 1. suspicabatur Drak. sed vide, quæ ibi notavimus. Forte Livius h. l. scripsit *et tyranno, quam qui umquam*, (sc. fuerunt) *sæviore et violentiore in suos*, et glossator margini adscripsit *sævissimo et violentissimo*.

4. *titulum nobis liberatæ Græciæ, servientes*, tuæ nunc tyrannidi subjectæ, *deforment*, v. ad 31, 15, 7.

5. *Remittimus hoc tibi, ne nostram vicem irascaris*, v. ad 25, 38, 2. Pro *ne* forte leg. *ut* hoc sensu: non postulamus, ut pro nobis id ulciscaris et punias; non est, quod nostra vice propterea irascaris.

6. *tam, hercle*, (sc. compertum id habemus) *quam* (sc. compertum habemus) *in te tuoque præsidio — nihil esse publico c. a.*, v. 32, 38. Illud *esse* ex quibusdam edd. antt. recepi pro vulg. *sit*. "Nam vel *est* leg. vel *esse*, quoniam hæc Latina sunt: *habeo compertum, tam hoc esse, quam illud est*, et *habeo compertum, tam hoc esse, quam illud quoque esse* scil. compertum habeo." Gron. — *tamen quum ceteram liberaverimus Græciam*. "immo leg. *tamen quum nos cum cetera libera-*

[redacted]

verimus Græcia, quid cet., vel *tamen* (eos) *cum cetera liberavimus* (ita plerique MSS. et edd. ante Ald. unde *liberarimus* conj. Gron.) *Græcia. Quid tandem* cet. nam Quinctius non argumentatur a libertate toti Græciæ, sed tantum Thessalis cet. reddita, qui cum Philippo senserant;" Crev.

7. *dominationis inpotentissimæ*, v. ad 3, 36, 2.

8. *quam cædem Argis Pythagoras* cet. v. cap. 25. — *quam tu ipse*, forte *quam tu uxorque*. v. 32, 40.

9. *quos in concione comprehensos* cet. v. cap. 27.

10. *At enim ut* (etsi) *jam ita sint hæc, quid ad vos ea* pertinent, Romani? sententia Nabidis, quæ mox refellitur. *At enim* cod. Mog. *Etenim* Lov. 3. et 5. cum edd. vett. ante Ascens. a. 1513. *Enim* plerique MSS. prob. Gron. Cf. ad 23, 45, 6.

11. *Messenen — sociam nobis urbem vi atque armis cepisti*, v. Pausan. 4, 29. 8, 50. Plut. Philop. p. 362 sq. Polyb. 16, 13. ubi cf. Schweigh.

12. *bellum adversum nos gerens* cet. " sc. durante adhuc bello Macedonico, quo Philippum a Nabide his rebus adjutum dicit Quinctius. Est ergo *bellum gerens* quasi bellum gerens eo tempore, quo tibi amicitiam cum Romanis fuisse jactas. Nam Nabidi, postquam, pace inter Romanos et Philippum facta, apertum adversus Romanos bellum susceperat, hæc omnia jure belli licebat facere. Forte tamen leg. *et ut bellum.*" Duk.

13. *Proinde parce, sis*, v. ad 23, 47, 2. — *omissa populari oratione*, v. ad 2, 8, 1. et 2, 24, 2.

CAP. 33.)—1. *Sub hæc* verba. v. ad 2, 55, 1.

2. *nox prope diremit colloquium*, i. e. propemodum: sed re vera illud diremtum fuisse, indicant seqq. *postero die* cet. unde forsan leg. *nox propinqua*; Duk. *quoque* pro *prope* MS. Harl. et quædam edd. vett. *nox prope* sc. existens; Drak.

3. *et ipsum velut conprobata* cet. his et seqq. duplex redditur causa, cur satius multo fuisset, non moveri bellum, quam omitti motum: quare ante *et ipsum* cet. supplendum *nam*, quod sæpe omittitur; Drak.

4. *illa tacita suberat cura*; forte leg. *subibat* vel *subiit* sc. animum ejus, ut 35, 20. 40, 8. al. — *belli victoria*, v. ad 6, 8, 5.

CAP. 34.)—1. *Bene vertat*, v. ad 1, 28, 1. — *Illud modo ne fallat ceterum* vos, sciatis oportet et expendatis. *Illud ceterum*, ut *ad ceteram fidem* 34, 36. vel *cetera insectatio et deprecatio* 42, 12. et 48. et sententia quæ illius 2, 29. *ne prædictum negetis*; Gron.

2. *ad comportandum ex l. d.* v. ad 35, 45, 2.

3. *malignitatem conferendi ex privato*, v. ad 2, 9, 4. et 3, 63, 2. — *facere, quod e re publica populi Rom. sociorumque esse* (ut 8, 4. et 45, 14, 3. cf. ad 1, 27, 5.) *crederet, imperatori permiserunt*, v. ad 33, 45, 1.

CAP. 35.)—1. *adhibitis legatis tantum* cet. scil. in concilium militare. v. ad 5, 25, 5. et 8, 6, 6. — *ut pax ex auctoritate senatus confirmaretur*, τὸ *ex* delendum, et ex præc. *pax* ortum; Duk. *ẽt* (etiam) Lov. 3. 4.

2. *dominis recte restituerentur*, sine dolo, ut 38, 38, 3. Cf. Drak.

3. *quæ comparerent q. d. c.* v. ad 6, 1, 6. — *Exsulibus quoque Lacedæmoniis liberos* cet. v. ad 36, 35, 4. — Ante *liberos* excidisse *bona* suspicabatur Crev. coll. cap. seq. — — *cum ullo Cretensium* sc. populo s. dynasta; Drak.

4. *in præsenti* sc. tempore, nunc.

CAP. 36.)—1. *omnes fama ferebant*, v. ad 4, 5, 3.

2. *pretia militiæ casura*, intercasura.

CAP. 37.)—1. *Hæc in circulis*, conventibus hominum privatis, (v. ad 7, 12, 6. 34, 61. et 44, 22.) *serentes*, v. ad 3, 43, 2.

2. *fortes fortunam adjuvare*, cf. Virg. A. 10, 284.

3. *per intermissa mœnia*, v. ad 7, 36, 1.

CAP. 38.)—1. *Fuerat quondam sine muro Sparta* ex instituto Lycurgi, qui virtutem civium loco muri et munitionis esse voluerat: *tyranni nuper — objecerant murum* cet. cf. 38, 34. 39, 37. Xenoph. Ages. 2, 24. Plut. T. 1. p. 52. 613. T. 2. p. 210. Justin. 14, 5. Pausan. 7, 8, 9. 8, 51.

2. *corona obpugnandum ratus*, v. ad 2, 17, 3.

3. *parte una a Phœbeo* cet. v. ad 8, 17, 5. *Phœbeum* ap. Pausan. 3, 14. et 20. Φοιβαῖον (ita et ap. Herodot. 6, 61.) et 'Εφηβαῖον in MSS. sed rectius 'Εφηβεῖον: unde et h. l. leg. *Phœbeo*, aut potius *ab Ephebeo*, gymnasio s. palæstra juvenum, vel sacrarium, ubi οἱ ἔφηβοι τῷ 'Ενυαλίῳ θύουσι. v. Pausan. — *Dictynneo*, ἐπὶ τῷ πέρατι 'Αφεταΐδος, ἐγγύτατα ἤδη τοῦ τείχους Lacedæmonis, Δικτύννης ἐστὶν ἱερὸν καὶ βασίλειοι τάφοι cet. Pausan. 3, 12, 7.

4. *maxime laboraret locus*, v. ad 3, 31, 1.

5. *dicere, quod in rem esset*, v. ad 1, 27, 5.

CAP. 39.)—1. *alii vani — ictus*, v. ad 10, 29, 1.

2. *non modo* non *ad emittenda* cet. v. ad 1, 40, 1.

3. *ut non modo* non *ad cæcos ictus, sed ne quidem ad inferendum ex propinquo telum, ut inferre alicui vulnera* 38, 21. Cf. sup. ad c. 14. n. 6. *ad inserendum* (sc. inter scuta illa continuata in corpora militum sub testu-

ıtitantium) quidam MSS. et edd. on inprob. Drak.
tudine facta; v. ad 5, 5, 3. et 5, 43, 2.

'. 40.)—1. *nunc operibus* (v. ad 5, 22, l, 57, 7.) *intersepiendo quædam,* ut *in- vallo, muro, munimento.* Cf. Drak.), 3. 24, 23. 31, 46.
ihil proficerent, potius *proficeret* sc. ; Gron. — *pecuniaque et obsides ad-* f. ad 36, 35, 4.
ia clementer præfuerat sc. præsidio.

'. 41.)—1. *ludicrum Nemeorum* cet. 7, 30, 6. — *præfecerunt ludis ipsum rem,* præsidere, προεδρεύειν, hono- no loco sedere voluerunt: qui ho- . Suet. Inperatoribus habitus dici- iis, qui suis sumtibus ludos ede- Eru. Cf. Plut. Flamin. p. 375.
npertam a Pythagora conjurat. v. cap.

tata quoque ipso Nemeorum die cet. v. 32, 5. — *restituti Argi in c. A. c.* cf. — *eam rem lacerare,* ut *proscindere ringere.* Cf. 29, 19. 31, 6. 32, 2. 12, 3. 22. 43, 4. et Bentl. ad Hor. 1, 85.
gem autem legitimum, qui in Romanis (forte *fuerit;* sed v. ad 3, 2, 1.) v. cap. 26 extr.
ibidis dominantis satellitem, ministrum torem potentiæ ejus, (v. ad 23, 12, *um populum Romanum,* qui tueatur rannidem, et sua auctoritate per confirmaverit; Duk. et Periz. conl. . *si omitteretur motum adversus Nabin eum, velut comprobata dominatione, fir- futurum, auctore injusti imperii ad- pulo Rom.* Ex emend. Gelen. nunc *populum Rom.* in edd. primis *tribu- litum.* Non placebat Gron. *satelles* et *inperatorem Romanum* malebat. *Titum Romuleum* omnes fere MSS. uben. conj. *Titum* vel *Titum Roma-* Quinctius prænomine fere solo a Polyb. et Plut., adpellatur; non Romanis.
oppido proficiscentem bellum gessisse ty- bis eruptione ex oppido facta Na- ı Romanis pugnasse tradit Livius, ante conscriptas conditiones pacis einde post eas Spartam relatas et udine repudiatas c. 37. de poste- ter scripserunt alii; Duk.

42.)—1. *circa Litanam silvam* cet. 22. n. 1.
num jus eo anno a Ferentinatibus tenta- Latini, qui in coloniam Rom. nomina (v. ad 1, 11, 3.) *cives Romani essent:* keri est: " Ex hoc et aliis quum m aliorum scriptorum locis dis- igon. de ant. jur. Ital. 2, 3. 3, 1. hem. in Orbe Rom. Exerc. 1. c. 8. 9., colonias civium Romanorum tan- tum habuisse privatum jus Quiritium, non publicum, cujus præcipuæ partes erant jus subfragii et honorum petitio: in quo verius videntur sentire, quam Manu- tius aliique. Sed locus noster alia, eaque non una, obscuritate laborat. *Ferentinates* cum Cluver. Ital. ant. 3, 6. p. 984. puto designari eos, quos inter populos Herni- corum memorat Livius 9, 42. 43. Hanc jam tum coloniam Rom. fuisse, ex h. l. adparet. Nam si tum primum deducta fuisset, non poterat dubitari, quin Livius eam quoque inter colonias, quas hoc anno deductas c. 45. narrat, nominaturus fuerit. Nec tamen vel ipse, vel alii, quod sciam, quo tempore deducta fuerit, prodiderunt. Quæ fortassis causa fuit, cur eam in indice coloniarum ante bellum Italicum deduc- tarum prætermiserit Sigonius. cf. ad 27, 9, 3. Sed hoc levius est, et idem de Sa- ticula colonia 27, 10. observavit Sigon. Aliquanto difficilius dictu est, quid sit, quod Latini in coloniam, quæ jam ante colonia Rom. erat, nomina dedisse, et quod ejusdem coloniæ coloni diverso jure usi fuisse dicuntur. Prius credo intelle- gendum esse de subplemento colonorum, quod eorum numerus inminutus fuisset. Nam hoc sæpe factum, ut, quum coloni ad numerum non essent, novi adscriberen- tur ex SCto: eorum enim numerum, haud secus ac quum novæ coloniæ deduceban- tur, pro modo agrorum majorem mino- remve finiebat senatus; cui injussu illius nec adjici, nec demi quidquam poterat. v. 2, 21. 4, 11. 31, 49. 32, 2. 33, 24. 34, 42. 37, 46. 47. Ad posterius quod adtinet, etsi pluribus testimoniis nunc probare non possum, ejusdem coloniæ colonos diverso jure, alios Quiritium, alios Latii, fuisse, tamen id ex h. l. satis patere arbitror. Nam et aliorum oppidorum, quæ coloniæ non erant, incolæ alii alio jure utebantur, v. 8, 14, 8. Illud quidem constat ex 3, 1, et 4, 2. in eamdem coloniam interdum diversi generis colonos, ut Romanos et Volscos, item Romanos et Latinos scrip- tos fuisse."

3. *Puteolos, Salernum et Buxentum adscripti coloni,* v. ad 4, 25, 4. et cf. 32, 29. et 34, 45.

CAP. 43.)—1. *in æde Apollinis senatus da- tus,* v. ad 26, 21, 1. — *pax convenisset,* v. ad 1, 3, 4. — *relatum,* v. ad 26, 2, 3.

2. *Ætoli haud dubie hostes;* f. *dubii;* Gron.

3. *duas urbanas eas legiones scribere* MS. Mead. 2. recte, non *eo,* quod reliqui MSS. et edd. ante Crev. habent. Nam urbanæ legiones ad custodiam Urbis scribebantur, et hæ manserunt ibi. Cf. cap. 56.

CAP. 44.)—1. *Ver sacrum factum* cet. v. ad 22, 9, 9. — *P. Licinius pontifex* sc. maximus, ut 28, 11. Cf. ad 1, 32, 4.

2. *ludosque magnos, qui una voti essent* cet.

[redacted]

c. f. ad 33, 44, 1. *l. m. una, qui voti essent* conj. Pigh. in Annal. ad a. 559. et *qui quinquennio ante voti essent* ex 31, 9. Drak. non connumerans annos, quibus voti factique sunt. — *Ver sacrum videri pecus* cet. v. ad 22, 9, 9.

3. *principem senatus* cet. v. 27, 11. et ibi n. 8.

4. *tres senatores præterierunt*, v. ad 27, 11, 11.

5. *Ludis Romanis* (ut c. 54. in quo Valerium Antiatem, quod ex Ascon. in Cic. Cornel. 1. intellegitur, sequutus est; at Megalensibus, quos primos ab iisdem ædilibus curulibus factos c. 54. legimus, ap. Cic. de harusp. resp. c. 12. et Val. Max. 2, 4, 3., Duk.) *ut loca senatoria secernerent a populo*, a locis s. sedibus plebis : *nam antea in promiscuo*, promiscue, sine discrimine ordinum, (ut generis 39, 13, 6.) *spectabant* ludos, ut et in circo usque ad Claudii Inp. tempora, de quo v. ad Tac. A. 15, 32, 1.

6. *Equitibus perpaucis ademti equi*, v. ad 24, 18, 4.

7. *Atrium Libertatis*, v. ad 24, 16, 10. — — *Villa publica*, v. ad 4, 22, 5. — *Ver sacrum* (v. ad 22, 9, 9.) *ludique votivi, quos voverat Ser.* (immo *P.*) *Sulpicius Galba cos.* (v. 31, 9.) *facti*, sc. a consulibus, non censoribus. Cf. 29, 22. et 33, 44.

8. *Q. Pleminius, qui* cet. v. 29, 21. et 22. ibique n. 4.

9. *in inferiorem carcerem*, v. ad 1, 33, 11. et 29, 22, 5.

CAP. 45.) — 1. *treceni homines in singulas*, v. ad 32, 29, 5. — *coloniæ civium Rom. deductæ sunt:* eadem verba repetita, quæ glossatori forte debentur. De re ipsa v. omnino 32, 29. ubi cf. n. 5. et Vellej. 1, 15. ibique Intpp., ut de colonia *Puteolos* deducta Duker. ad h. l.

2. *deduxere triumviri*, et quidem quinque illas colonias; iisque magistratus, quem jam per triennium habuerant, prorogatus videtur. Utrumque ex 32, 29. conligit Drak. — *Ager divisus est, qui Campanorum fuerat*, non in ipsa tantum Campania, sed etiam in Picentinis et Lucanis finitimis : nam Salernum fuit opp. Picentinorum, et Buxentum Lucanorum, et Campani etiam in his agros habere potuerunt; Duk. Ita non est, quod hæc verba suadente Crev. ante *item Salernum* ponantur.

3. *Tempsanus ager de Bruttiis captus erat*, quod Livius nusquam tradidit; nisi forte Tempsa inter *ignobiles Bruttiorum civitates* fuit, de quibus v. 29, 38 pr. Cf. Schweigh. ad Polyb. T. 5. p. 39. — *Crotonem Græci habebant:* quibus itaque urbs a Bruttiis reddita videtur. Cf. 24, 3.

4. *L. Cornelius Merula et C. Salonius:* excidit nomen tertii triumviri. — *et comitio*, v. ad 1, 36, 6.

5. *sanguinis guttæ visæ* cet. v. ad 1, 31, 1.

6. *Nare amni*, (hod. Nera) qui inter Sabinos et Umbros in Tiberim defluit. v. Intpp. Virg. A. 7, 517. *Interamnæ* edd. ante Drak. et *Narteam, Narneam, Narceam* MSS. unde *Nare amni* fecit Jac. Gron. — — *pueros ingenuos*, ut alibi *ex ancillis natos*, nam et hoc in prodigiis notari, monet Drak. coll. 21, 62. 37, 3. et Jul. Obseq. de prod. c. 84. 100. 104. 112. 113.

7. *sacrificium novemdiale* cet. v. ad 1, 31, 3.

CAP. 46.)—1. *bigati* — *Oscensis* sc. argenti *quingenta quadraginta* millia nummum, v. ad 22, 52, 3. et 34, 10, 2. Mox ante *triplex equiti* videtur excidisse *duplex centurioni;* Gron. Cf. ad 10, 46, 8.

2. *locis apertis*, v. ad 21, 32, 7. *l. idoneis* e cod. Mog. ed. Frob. a. 1535. et aliæ; minus apte : non enim is solet dici castra *locis idoneis* posuisse, qui, fidens militi suo et dimicaturus, campum æquum planumque deligit castris, commodumque explicandis ordinibus, sed potius, qui inpeditis se tenet confragosisque, unde nec invitus expelli, nec hostis facile adcedere potest; Jac. Gron.

3. *nihil aliud, quam steterunt*, v. ad 2, 8, 9.

4. *primi pili centurio*, v. ad 2, 27, 7.

CAP. 47.)—1. *ex aversa parte* (al. *ab adversa parte*) *castrorum*, ubi *porta quæstoria* seu decumana. v. ad 3, 5, 3. et 10, 32, 3. Quæstorium et ante et post Polybii tempora ad portam decumanam, nec ante ea prætorio vicinum fuisse, adversus Lips. de mil. Rom. 5, 3. ostendit Schel. ad Polyb. extr.

2. *cohors extraordinaria*, v. ad 3, 5, 3. et 42, 58, 5.

3. *mollia et fluida corpora Gallorum* cet. v. ad 5, 44, 4. 7, 29, 8. et 38, 17. *Mollia* corpora sunt non patientia laboris, ut contra *dura* dicuntur, *fluida* non patientia æstus eoque statim in sudorem euntia, qualia 10, 28. 22, 2. 37, 17. Gallis tribuuntur; Duk. Idem mox conj. *excedere pugna;* Drak. autem putat, *decedere pugna* forsan inlustrari posse ex illis, quæ de locutionibus *decedere jure, officio, fide, præsidio, agro, provincia, Thracia, finibus* dixerit ad 3, 34, 10. 4, 29, 5. 42, 25.

CAP. 48.)—1. *quo in hiberna reduxerat c.*, MS. Mog. *ex quo.*

2. *hærentem visceribus n. c.* ex 32, 21. 33, 44. et multis locis Cic. suspicari possis *hærentem, in v.*, sed *hærere* etiam tam tertio, quam sexto casui jungi, ex Cic. Rosc. Am. 6. Justin. 29, 4. Virg. A. 1, 476. 4, 73. Ovid Met. 6, 290. probat Duk. Cf. ad 22, 38, 4. et 23, 9, 5.

'. 49.)—1. *ruina gravissima civitatis,*
isque MSS. *gravissimæ*, probb. Jac.
Crev. et Cler. quia eadem Lacedæ-
obilissima civitas dicitur c. 48 extr. et
. Sed *graves urbes* sunt validæ, po-
, (v. ad Flor. 1, 3.) quod eo tem-
'ix conveniebat in civitatem a ty-
obpressam: nec tam illa erat causa
ıdi ei, quod validissima erat, quam
'uina ejus involutura erat innoxioε
quibus parci æquum esse, præ se
t Q..intius; Duker. — *vindicta li-*
, v. ad 2, 5, 14.
rmonibus distulerint, passim vulgave-
(Germ. *austragen.*) v. ad Tac. Ann. 1,
:t inf. ad 44, 34, 2.
imiam et aliis gravem, et ipsis, qui ha-
esse, immo *effrenatam et præcipitem*
isi distinguere malis *nimiam, et aliis*
, *et ipsis, qui habeant*, h. e. nimiam ac
, quæ et aliis — gravis sit, *effrena-*
p. e.; nam vix Latine *effrenatus* cum
ertio dici puto: *nimia* autem *libertas*
ua non modice utuntur, qui eam
t, quæ *licentia* et *effrenata libertas*
: 5, 29. 23, 1., *præceps*, quæ in
n impellit ac præcipitat eos, qui illa
ntur; Duker. Cf. ad Præf Liv.

xterno potius, peregrino, qui *civi* obpo-
; (mox *alienis armis* et *externa fide*) al.
Cf. ad 1, 57, 7.
unus suum bene positum, inpensum, vel
bene meritos, ut *bene conlocare benefi-*
pud aliquem, et *bene ponere sumtus,*
um, tempus, metaphora desumta a
ia feneri posita.

P. 50.)—1. *confunderent dicentem*, v.
34, 7. — *fremitus adprobantium dicta*,
46. 42, 53 pr. et *murmur cum adsensu*
. Cf. inpr. 45, 1. et Virg. Æn. 10,
et 11, 296 sq. ubi v. intpp.
uod Polybius scribit, loco deperdito,
itis habuit: jam Priscianus in libello
nderibus p. 1348. ex h. l. conlegit,
um habere sex millia denariorum.
sirum quingenties mille ducenta ef-
t 600000. Ergo C talenta 600000
iorum. Hæc autem XXIV sestertium
. Ergo talentum sex millia dena-
XX sestertia. Ergo et denarius
ma: nam talentum est sex millia
marum;" Gron. Cf. ad c. 52. n. 5.
38, 38, 10. Ceterum *talentum* simpl.
n semper est Atticum, 6000 denari-
Contra *Euboicum talentum* (v. ad
, 6.) *nummo Græco* 7500 *cistophororum*
. ad 37, 46, 1.) *Romano* 4000 *denari-*
Fest. Cf. Eisenschmid. de pond. 1,
, et de variis talentis Gron. de sest.
3, 3. et 4. p. 101. 133. 141. Idem
l. docet, recte Livium dixisse, si
1200 captivos habuerint, et *quin-*
denarios pretium in capita statuerint,
eam rem illis *centum talentis* stetisse. — *stetisse*, v. ad 2, 36, 4.

3. *ut onerarias — contraheret*, v. ad 25, 27, 5.

CAP. 51.)—1. *et licentia regia turbati erant* sc. Thessali; (propr. forma civitatium) nisi leg. *turbata* sc. civitates — *sed inquieto etiam ingenio gentis* — *traducentes* Thessali; nisi leg. e. MS. Voss. *traducentis* sc. gentis. *Comitia* totius gentis, *conventus* hominum forte casu confluentium, vel audiendi litigandive causa, ut *concilium* (al. *consilium*; v. ad 1, 54, 1.) deliberandi gratia.

2. *A censu senatum et i. legit*, (cf. ad c. 31. n. 5.) *potentioremque eam partem — expediebat*, v. ad 1, 43, 19.

CAP. 52.)—1. *percensuisset Thessaliam*, civitates ejus ex censu in meliorem formam redegisset; vel peragrasset Th. *ita* ordinato civitatium statu. — *Oricum*, v. ad 24, 40, 1.

2. *senatus extra Urbem Quinctio ad res g. e. datus est* cet. v. ad 8, 5, 1. et 26, 21, 1. — — *transtulit*, per Urbem in ærarium deportavit. *Sic transferre* et *traducere in triumpho* 37, 58. 39, 42. 45, 39. vel simpl. *ducere* et *ferre*, (h. e. ferendum curare) ut 39, 42. et *transferre in triumphum* 45, 43. ut *ducere in triumphum* pro vulg. *in triumpho* 45, 39. et ap. Suet. Cæs. 80. nisi illo loco 45, 43. cum aliis leg. *triumpho*. Cf. ad 2, 38, 4. Mox τὸ *quæ* post *quam* delendum putabat Gron. Sed ita quoque cap. 49. et multis aliis locis inducendum esse monet Duk.

3. *Infecti argenti fuit XVIII millia pondo*, forte *XLIII m. p.*, et mox *septingenta tredecim* pro *s. quatuordecim*, e. Plut. Flamin. p. 377. — *ducenta septuaginta facti* argenti parvum pondus, et nimium fortasse, si addas *millia*; Crev.

4. *clypea argentea decem*, v. ad 25, 39, 7.

5. *Signati argenti LXXXIV millia fuere Atticorum* nummorum, quos *tetradrachma* (al. *tetradrachmum*, h. e. IV drachmæ s. denarii) *vocant: trium fere denariorum* cet. "Sic jam legit Priscianus in libello de ponderibus, et hinc conlegit, denarium illo tempore fuisse XXIV siliquarum, h. e. drachmæ et trientis pondere: quod minime convenit rationi Liv. sup. cap. *Vide*, inquit, *quod quatuor drachmæ sunt LXXII siliquæ: diximus autem sæpius, quod tres scrupuli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciunt; tres autem denarii item habebant LXXII siliquas.* Sed Livius, nisi secum et cum omnibus antiquis pugnare voluit, scripsit non *III.*, sed *IIII. fere denariorum*;" Gron. Cf. ej. liber de Sestert. 2, 6. 3, 3. et 4. Græv. ad Cic. ad div. 12, 13. Periz. anim. hist. c. 10. p. 431. et, qui ei adversantur, Hotom. de re num. p. 154. Manut.

[redacted]

ad Cic. l. l. et Ald. Quæsit. per epist. 2, 7. quos laudavit Duk. — *Philippei nummi aurei XIV millia quingenti quatuordecim*, v. ad 39, 7, 1.

6. *Armenes, Nabidis t. filius*, 'Αρμένας ap. Polyb. 20, 13.

7. *Præbuerant speciem triumpho capitibus rasis sequuti* cet. v. ad 9, 17, 8. et 24, 16, 9. παραῖχον ὄψιν cet. Plut.

CAP. 53.)—1. *in Thurinum agrum Cn. Manlius* scet. cf. 35, 9. — *ea bina comitia*, his creandis triumviris habenda.

2. *una Junonis Sospitæ in foro o., vota locataque* cet. v. ad 5, 23, 6. et 32, 30, 3. *Sospitæ* h. l. viri docti reposuere ex 32, 30. pro *Matutæ*, quod in omnibus MSS. et antt. edd. legitur. Sed non facile decerni posse, utrum h. l. *Sospitæ*, an 32, 30. *Matutæ* scribendum sit, jam docuit Duker. Illud tamen, ni fallor, probabilius est. Nam in regione quidem XI Urbis, in qua forum olitorium fuit, et P. Victor templum *Junonis Matutæ*, et Sex. Rufus ædem *Matutæ* memorant; sed ex hoc forte Livii loco: certe *Matuta* multis Mater, nemini autem *Juno* dicitur.

3. *altera Fauni: ædiles* cet. cf. 33, 42. ibique n. 6.

4. *ædem Fortunæ Primigeniæ* cet. v. ad 29, 36, 5. et 43, 13. — *duumvir ad id ipsum creatus*, v. ad 1, 55, 3. et 23, 30, 8. — — *voverat eam decem annis ante P. Sempronius Sophus; locaverat idem censor*, v. 29, 36, 5. Pro *censor* leg. *consul*, (CONS. pro CENS. nam censorem eum jam quinquennio ante fuisse, patet ex 27, 11.) et cognomen *Sophus* delendum, aut scribendum *consul* vel *Tuditanus*; nisi ei, ut multis Romanorum, duplex fuit cognomen, et utrumque illud genti Semproniæ. Cf. Pigh. in Annal. ad a. 549. T. 2. p. 216. Crev. et Drak. ad h. l.

5. *Et in Insula* Tiberina *Jovis ædem C. Servilius duumvir dedicavit*, cf. not. 4. — — *vota erat sex annis ante* in *Gallico bello ab L. Furio* cet. v. ad 31, 21, 5. ubi Drak. hæc notavit: "Verisimile est, Furium in prætura vovisse duas ædes Jovi, sive ambas voverit in hoc prœlio, et tum legerem cum Sigon. *ædes duas Jovi vovit*, (quot dedicatas legimus 34, 53. et 35, 41.) sive potius unam earum alia occasione Jovi promiserit: nam eumdem inperatorem eidem deo in eodem prœlio duas vovisse ædes, aliud exemplum non observavi." Hoc probabilius: nam Furius Gallico bello unam prætor, alteram consul vovit. v. 35, 41. Ex annalium veterum discrepantia ortum censet Periz. anim. hist. c. 8. p. 355. quod Livius ædem, quam Furium prætorem in prœlio contra Gallos Jovi vovisse dixit 31, 21., bis dedicatam memoravit, et quidem diversis annis, diversis Urbis locis, et a diversis triumviris h. l. et 35, 41.

CAP. 54.)—1. *ad consules subrogandos*, v. ad 2, 8, 4.

2. *Megalesia, ludos scenicos* cet v. ad 2, 21, 1. et 29, 14, 9. unde constat, *Megalesia*, quæ aliis *Megalensia* dicuntur, jam ante decennium facta fuisse: quod non adversatur iis, quæ h. l. tradit Livius. "Nam hic non dicit, hos ædiles tum primos Megalesia fecisse, sed *primos Megalesia ludos scenicos fecisse*, i. e. addidisse iis ludos scenicos, sine quibus antea agebantur: quod Valerium Antiatem triennio post in dedicatione ædis Matris Magnæ Idææ factum prodidisse, Livius 36, 36. refert. Ceterum errorem Gyraldi et Goveani, qui *Megalesia* et *ludos Romanos* eosdem esse putabant, jam castigarunt Voss. et Mur." Duker. Cf. idem ad 36, 36. et Wessel. Obss. 1. 25. — *C. Atilius Serranus:* prænomen primus addidit Frob. a 1535. *A. Atilius S.* conj. Drak. ut indicetur A. Atilius, qui cum eodem Scribonio Libone prætor fuit, (v. 35, 10.) non C. Atilius, qui 39, 23 memoratur, et sic novem demum annis post ædilitatem curulem obtinuisset præturam. De Atilia gente ejusque cognomine *Serranus* v. ad Sil. 6, 62. et Periz. anim. hist. c. 1. p. 24. et 33. — *senatus a populo secretus*, v. ad cap. 44. n. 4.

3. *præbuitque sermones* (v. ad 26, 29, 2.) sc. senatus, vel potius *novitas* e. seqq. Cf. ad 21, 43, 4.

4. *libertatis æque minuendæ esse*, v. ad 3, 24, 1.

5. *Ad quingentesimum quinq.* (vox a Glar. addita) *octavum* (*sextum* conj. Sigon.) *annum*, cf. Val. Max. 2, 4, 3. — *immisceri sibi in cavea* cet. v. ad 24, 39, 2.

6. *adeo nihil motum* (f. *moveri*) *ex antiquo*, (v. ad 25, 16, 3.) *probabile est:* (v. ad 2, 13, 6.) *veteribus* institutis moribusque, *nisi quæ usus e. arguit*, quasi reprehendit, damnat, h. e. quæ mala noxiaque esse docet, *stari malunt* homines. v. ad 3, 36, 11. Hoc est præjudicium antiquitatis, quod scholis præcipue nocuit.

CAP. 55.)—1. *decemviris adire libros jussis*, v. ad 3, 10, 6.

2. *coronati ad omnia pulvinaria supplicaverunt* homines, Romani. v. ad 5, 13, 5. et 23, 11, 7.

3. *sortiti sunt* forte additamentum correctoris, qui non videbat, proxime præcessisse *sortiti*, vel non intellegebat, omnia seqq. posse ab hoc verbo pendere, aut illud positum esse pro *sortiti sunt*. Easdem ob causas in cod. Mogunt. legitur *Cornelio Gallia, Minucio Ligures evenerunt*. Cf. Gron. et Drak.

CAP. 56.)—1. *viginti millia a.* — *depopulatos* et *transgressos*, v. ad 27, 16, 2. — — *per omnia conciliabula*, v. ad 25, 5, 3.

2. *in Rostra ascendit*, f. *escendit*. v. ad 2, 7, 7. Sed nil interest. — *item scilicet*

ni, *magistratibus* plerique MSS.
t. *sociis et Latini nominis* cod.
Sociorum et Latini nominis MS.
is *Latini nominis magistratibus* vel
ibus etiam legi posse monet
qui milites dare debebant: "Sigon.
r. Ital. 1, 21. scribit, se his
i ad opinandum, non omnes
buisse dare Romanis milites.
quod puto, sententia Lipsii de
l, 7. non omni anno omnibus
tes inperatos, sed in orbem
:, maxime si paucæ legiones
essent, locus de iis adcipi po-
uperioribus aliquot annis mi-
præbuerant, ut anno priore,
ı octo legiones Rom. fuerunt c.
non verisimile est, socios sine
issione continua stipendia fa-
os fuisse. Livius sæpe veteres
imissos dicit, quo nomine non
etiam socios comprehendi. Et
paullo post ab Africano et Sem-
issos scribit, hoc anno mili-
fuissent, nisi tumultus, quem
ntervenisset." Duker.
ndecim millia — descripsit, ut al.
ed ita ut significetur simul,
s cuique civitati pro ratione et
sint sistendi vel a magistrati-
mero juniorum cujusque civitatis,
is dura est) conscribendi, quem-
similibus formulis, *describere*
ummas pecuniarum, *vectigal* cet.,
titutum fuisse innuitur, quan-
ue civitas daret. Cf. Gron. et
h. l. et Ernesti clav. Cic. *Ex*
ale quidam MSS. et editi. —
mero cujusque juniorum; quem
notescere potuisse ex tabulis
putabat Lips. mil. Rom. 1, 7.
omæ quoque fuisse, conligebat
et 37. His vero locis non de
ociis, sed de duodecim tantum
i, monet Duk.
erita stipendia cet. v. ad 4, 26, 7.
tum esse decrevit senatus cet. v. ad
— *ad edictum convenirent* sc.
ites: quod latet in præc. *causas*
Cf. ad 5, 49, 5. *conveniretur* cod.
c. a scriptis militibus. In illo
gis Romanum adnoscebat Gron.
onitur et *ut*, (v. ad 22, 11, 2.)
nam in edictis omnia planius
que definienda sunt. An utrum-
tori tribuendum?
idis agrisque, qua iturus esset, si
quos ei videretur, (v. ad 1, 29, 4.)
eret: idem factum legimus 32,
mentione SCti; sine quo tamen
r fieri potuisse; Duk.

.)—1. *quæ cum decem legatis* cet.
]. — *Hæ legationes a C. Scribonio*
, 4, 2.

2. *Menippus et Hegesianax* et Lysias ap. Appian. Syr. 6. — *quidnam perplexi*, cf. ad 32, 33, 1.

3. *mirari se, quod*, potius *quid* vel *qui:* Gron. Sed etiam *mirari quod* recte dici, docent Drak. ad 2, 54, 8. et 38, 10, 1. et Periz. ad Sanct. Min. 3, 14. p. 501.

CAP. 58.)—1. *quæ Seleucus proavus* (propr. *abavus*) *ejus*, *Lysimacho — ædificaverit*, v. ad 4, 48, 3. 33, 40, 3. et 6. Proprie h. l. dicendum erat: *quas Seleucus — partas — possessas — desertas — stratæ;* et ita leg. suspicari mallm, aut *oppidis* pro *urbibus*, quam cum Gron. *quæ Seleucus — recepisse Antiochum — frequentasse — ædificasse.* Sed nil forte mutandum, et brevius *quæ* cet. in fervore orationis et adfectu dictum pro: arceri omnibus iis, quæ cet. Verba *et locis* post *urbibus* excidisse suspicabatur Crev. Similis vero anomaliæ exempla laudavit Drak. — *parta reliquerit* sc. heredibus regni sui. Ita Gron., Drak. et Ern. coll. Virg. Ge. 4, 127. (ubi cf. Burm. sed et Heyne.) Enimvero non reliquit ea heredibus, sed possessionem eorum mox Ptolemæo cedere coactus est. Itaque expone: per summum decus pepererit, etsi mox neglexerit, omiserit, tueri omiserit, (ut *facinus audacter cæptum timide relinquere* 42, 16, 3. et al.) sc. occupatus rerum aliarum majorumque cura et bello cum Ptolemæo. Cf. mox not. 4. (ubi singula verba, etiam *deserere patrocinium*, id firmant) et sup. 33, 40. ibique not. 4. 5. et 6.

2. *Quid igitur simile esse*, v. ad 5, 51, 2.

3. *honesta pensamus*, consideramus, exigimus, respicimus. — *decet pensari principi*, a principe *s. t. populo;* Drak.

4. *quas urbes proavus belli jure habuerit, avus paterque numquam usurpaverint pro suis — et* (forte *ut* vel *contra*) *populus Rom., susceptum patrocinium l. G. non deserere* cet. cf. not. 1.

5. *Neque enim in Æoliam Ioniamque*, Asiam minorem, a Græcis *coloniæ in servitutem regiam missæ sunt*, ut ei obnoxiæ fierent. De his coloniis v. Strab. l. 13. p. 872 sq. l. 14. p. 938 sq. 965 sq. Herod. 1, 142 sq. Paus. 7, 2 sq. Larcheri Chronol. Herod. c. 14. Mannerti Geogr. V. VI. P. III. et multi historiæ, quæ vulgo universalis dicitur, auctores.

CAP. 59.)—1. *honestiorem causam libertatis quam servitutis prætexi titulo*, in titulum, ut sit titulus, prætextus; nisi potius del. *titulo*, vel leg. *honestiorem libertatis q. s. p. titulum.* — *Quin mittimus ambages*, v. ad 27, 49, 5. et 30, 3, 3.

2. *diserte a Quinctio datæ;* scribe *latæ:* ita enim loquebantur Livius et alii; Gron. probb. Crev. et Drak. Sed scriptores et variant orationem.

[redacted]

3. *Menippus deprecari — institit*, v. ad 24, 26, 7.

4. *pacis causa consensurum*, quidam MSS. *concessurum* prob. Crev. — *legatos mitti ad regem eosdem, qui Lysimachiæ apud eum fuerant, P. Sulpicium, P. Villium, P. Ælium:* Nota Dukeri est: "Quod inter hos *Sulpicium* et *Ælium* numerat, non satis liquidum est. P. Sulpicius fuerat inter decem legatos, ex quorum consilio Quintius Philippo pacem dedit. 32, 24. Ex his deinde *P. Villius* et *L. Terentius* ad Antiochum profecti sunt, et cum P. Lentulo et L. Cornelio *Lysimachiæ* cum Antiocho in conloquium venerunt. 33, 35, 39. Polyb. 18, 31-35. Si verba *eosdem, qui Lysimachiæ apud eum fuerunt*, non adscripta sunt ab aliquo, qui legatos Rom. Lysimachiæ cum Antiocho conloquutos fuisse meminerat, sed locum Liv. 33, 39. non inspexerat, non video, quid dici possit, quo minus hoc quoque inter exempla negligentiæ Livianæ referatur. Alter scrupulus est in eo, quod *P. Ælium* una cum Sulpicio ac Villio ad regem missum dicit. Nam 35, 13-15. tantum Sulpicium et Villium memorat. Forte librarii, quum in quibusdam libris pro *P. Villium* perperam scriptum esset *P. Ælium*, ex uno legato duos fecerunt." *P. Ælium* ignorat Hearnii L. 1. et multi MSS. pro *P. Villium* habent *P. Julium*.

CAP. 60.)—1. *sicut ante dictum est* sup. 33, 49.

2. *centum tectas naves*, (v. ad 22, 19, 4.) *et decem* (ita MS. Mog. non *sedecim*. ut reliqui) *millia* cet. cf. Justin. 31, 3. et Appian. Syr. 7.

3. *Regem cum ceteris omnibus;* f. *viribus*. — *neque*, et non *trajicientem, et paratum trajicere*. Haud apte *at* pro *et* conj. Benedict. in Obss. ad quædam Livii loca, Torgav. 1804. quem libellum mihi non nisi ex ephemeridibus literariis innotuisse doleo.

CAP. 61.)—1. *Aristonem quemdam Tyrium*, qui fuit unus ex Hannibalis comitibus, vel potius negotiator, specie negotiationis missus, ut mercator quidam, a Pelopida ad Sphodriam ablegatus. Cf. Justin. 31, 4. pr. ibique Bernecc. Appian. Syr. 8. ubi v. Toll. et Plut. Pelop. p. 285. A. B. — — *nactus* (v. ad 5, 45, 1.) cod. Mogunt. Reliqui *natum*.

2. *quibus conventis opus esset*, quos convenire, adire deberet, ut cum iis ageret de mandatis. Cf. ad 30, 43, 4.

3. *instruit etiam secretis notis* cet. "Has Casaub. ad Æneam, Tact. c. 31. esse dicit *συνθήματα καὶ γράμματα*, a quibus nec epistolas excludit; et Ernestius ad Valer. Prob. de notis Rom. c. 1. occultam rationem scribendi per notas, de qua v. Suet. Cæs. 56. et Aug. 63. Sed literas Aristoni non datas fuisse, et Appian. l. l. tradit et mox Livius. Crediderim potius, Aristonem ab Hannibale adcepisse quædam, secretis conloquiis inter ipsum, quum adhuc Carthagine esset, et ejusdem factionis homines de re publica et bello adversus Romanos tractata; quæ iis ab Aristone relata notæ et certissima argumenta essent, quibus ea, quæ Aristo dicturus erat, mandata Hannibalis esse adnoscerent, eo quod illa nemini præter Hannibalem nota esse sciebant. Hoc sensu *nota* sæpe dicitur pro signo, indicio et argumento, quod fidem facit, ut *nota amoris, benevolentiæ* et *humanitatis* ap. Cic. et alios." Duker.

4. *Carthagine obversantem*, v. ad 24, 23, 2. — *in circulis celebrata*, v. ad 1, 4, 13. et 34, 37, 1. — *et in occulto conloqui* forte glossa: certe verba a præcc. nil differunt.

5. *sedem quotidianam magistratuum*, qui mox dicuntur *Sufetes*, v. ad 28,37, 3. *magistratus* male quidam libri. — *quum Sufetes ad jus dicendum consedissent*, v. ad 3, 46, 6. et 28, 37, 3.

6. *Aristonem privatim ad neminem* cet. minus verosimile est, quod Justin. 31, 4. scribit, eum in senatu interrogatum, ad quem missus esset, ita respondisse; Duk. — *ad seniores: ita senatum vocabant*, v. ad 1, 8, 9.

CAP. 62.)—1. *Masinissa, postquam et infames* cet. conf. ad totum hoc cap. Polyb. 32, 2. — *Emporia vocant regionem* cet., v. ad 21, 60, 1. — *regionem totam infestam effecerat* armis. v. ad 1, 7, 7.

2. *ad purgandu crimina*, v. ad 3, 19, 7. 10, 13, 13. — *illa* crimina *onerarent suspicionibus*, ut mox *ea suspicio crimen urgebat*, et al. *premere*. v. ad 4, 12, 3. et 21, 26, 9.

3. *quum Aphiem* (*Anthirem* cod. Mogunt.) *profugum ex regno suo* cet. cf. Polyb. 32, 2, 7. qui Ἀφθήρατον adpellat hominem illum, qui a Masinissa defecerat, traditque Masinissæ a Pœnis negatum fuisse iter per agrum illum, a Romanis vero hunc omnem adjudicatum. — *precario ab se iter — petisset*, v. ad 3, 47, 4. — *tamquam haud dubie C. juris;* malim *dubii;* Gron. Nil interest.

4. *de terminatione Scipionis*, v. ad 1, 55, 3. — *arguebant*, insimilabant; vel dicebant: quæ certe verbi notio ad seqq. inde referenda. Cf. ad 8, 2, 3. — *exigere*, v. ad 6, 4, 4.

5. *Advenis, quantum secto bovis tergo — Byrsam sedem* cet., fabulosa hæc est et satis nota narratio illa de origine Carthaginis, commentum Græcorum, qui *Byrsam*, arcem Carthaginis, a *βοείᾳ βύρσῃ*, bovina pelle, dictam fingebant; quum potius nomen et arcis et urbis ex Orientalium linguis repetendum fuisset. בָּצְרָה, *Bosra* s. *Byrsa*, et *κακοφωνίας* vitandæ causa

Byrsa, dicitur *munimentum*, locus munitus, arx; et קרתא חדתא Syris et Chald. (*Καρχηδὼν, Carthago*) *urbs nova*. Cf. ad Sil. 1, 24 sq. Intpp. Justin. 9, 2. 18, 4. 6. et Velleji 1, 6. Heyne ad Virg. A. 1, 365 sq. et in Exc. 1. ad Æn. IV., Schweigh. ad Appian. Pun. 1, 2. et 95. Valckenæri diss. de Byrsa, Franeq. 1737. Obss. Misc. Bat. 1, 3. 306 sq. — *quidquid*, v. ad 7, 32, 3. — *Neque eum* sc. agrum.

6. *qui plus armis potuisset*, v. ad 5, 33, 3.

7. *in re præsenti disceptarent*, in ipso loco, ut in Gruteri inscr. CCIV. et inf. 40, 17 pr. et 42, 23 pr. Hinc 37, 56 pr. *quæ præsentis disceptationis essent*, quæ facile in ipso loco judicari possent et componi. — *suspensa omnia reliquerunt*, ut al. *in suspenso relinquere*. v. ad 2, 32, 5. et 39, 29, 1.

8. *integro certamine eos relinqui*, Duk. malebat *certamini*, (ita Lov. 3.) ut 26, 2. et ap. Ovid. Met. 2, 186. — *vel notitia rei*: malim *notione*. v. ad 27, 25, 3. — *nutu*, non multis verbis vel adeo precibus, sed sola voluntate et vel levissima ejus significatione, s. mandato. Magnifice, de tanto viro. Finge tibi nutum, qualis tribuitur dominis et Jovi.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXV.

CAP. 1.)—1. *vix dimidium militum, quam quod acceperat*: τὸ *quod* abest a MS. Voss. et Harl. prob. Gron. Alii delent *quam*, et alii pro *quam quod* legendum putant *quot*. Mea qualicumque sententia nihil mutandum, et brevius illud dictum pro: *vix dimidio tantum militum, (um die Hälfte so viel) quam* id *quod*, h. e. quantum *acceperat*. Sic et 45, 18 extr. et similiter 34, 19, 1. *duplex stipendium*, duplo tantum, (*noch einmal so viel*) *quam quantum pepigissent*. Cf. ad 32, 13, 5. et 34, 52, 2. Vulgatum quoque a Benedicto (v. ad 34, 60, 3.) pluribus Livii aliorumque locis firmatum esse, ex ephemeridibus literariis cognovi.

2. *non minus* quam *quinquag, oppida*, v. ad 3, 64, 5. — *Idem pro prætore Lusitanos* cet. nota Duk. est: "Recte Sigon. quod est prorogato ultra præturam prætorio inperio; idemque dicendum est de L. Valerio, Cn. Domitio, P. Cornelio et M. Bæbio, quorum illos 34, 46. 36, 36. 37, 2. *proconsules*, hunc 36, 8. *proprætorem* vocat, et de aliis, quos alibi, prætermissa mentione prorogati inperii, *proconsulum* et *proprætorum* nominibus adpellat. Etenim provinciæ et exercitus sine inperio haberi non poterant; inperium autem cum magistratu finiebatur: quare omnibus, quorum annus magistratus exierat, ut pro consulibus vel pro prætoribus rem gerere possent, prorogatio inperii necessaria erat. Sed quum Livius sæpe tradat, inperia quibusdam in provinciis, quibus præerant, vel ut aliis præessent, in annum prorogata fuisse, quæri potest, quid de his dicendum sit, qui anno priore in provinciis cum inperio fuerant, et exacto anno magistratus successores, qui provincias illas sortiti fuerant, sed plerumque multis rebus inpediebantur, ne statim sortitione facta in eas proficisci possent, nondum adceperant. Livius quidem satis raram inperii his, quoad successores in provincias venissent, prorogati mentionem facit: sed tamen ex iis, quæ 40, 36. de P. Cornelio et M. Bæbio, 41, 11, 21. de Ti. Sempronio et L. Cornelio, et 42, 1. de M. Atilio prætoribus scribit, satis intellegitur, his quoque, post relationem ad senatum de provinciis et post sortitionem provinciarum, inperia prorogata fuisse. Nec admodum vero dissimile est, id eadem lege, qua novis magistratibus inperium annuum in provinciis dabatur, factum esse."

3. *ulteriori provincia*, n. Hispania. Cf. ad 28, 38, 4.

4. *acie frequenti armatis*, v. ad 10, 11, 3.

5. *opulentum prædæ*, non *præda*, (ut 4, 34.) omnes MSS. et edd. vett. ante Ascens. Dictio Græca et doctior.

6. *res cognoscendi*, v. ad 3, 10, 1. — — *cetera vendenda quæstori data*: *quod inde*

[redacted]

refectum est, militi divisum, v. ad 1, 53, 3. et 10, 17, 5.

CAP. 2.)—1. *C. Flaminius*, cf. 34, 55. 56. — *tam adversæ res*, a Digitio, *quam secundæ*, a Scipione gestæ, *magnis sermonibus celebrabantur*, v. ad 4, 34, 4.

2. *militem ab se ipso scriptum*, v. 34, 56.— — *sex millia et D pedites et eq. CCC.* numerus admodum variat in libris. Cf. Duk. et Drak.

3. *Si tumultus in Hispania esset*, v. ad 2, 26, 1. — *tumultuarios milites*, v. ad 1, 37, 4.

4. *sacramento rogasse milites*, v. ad 2, 24, 7.

CAP. 3.)—1. *adfluente quotidie multitudine*, v. ad 21, 38, 3.

2. *die, quem dixerat ad conveniendum militibus*, ut 33, 13. 36, 8. 45, 12. al. *edixerat* ed. Ald. et cett. ante Drak. — *duxit*, v. ad 1, 23, 4. — *trans fluvium*, Arnum vel Auserem; inter quos Pisas dicit sitas Plin. 3, 5. Mox voc. *consul* forte delendum.

3. *agrum sociorum* Pisanorum, qui et c. 6. *socii* dicuntur: unde Noris. cenot. Pis. 1, 1. Pisas urbem fœderatam fuisse conligit; Duk.

4. *de summa rerum decernere*, v. ad 3, 5, 6. 21, 41, 2.

CAP. 4.)—1. *bellum Ligustinum constitisset*, v. ad 21, 49, 1.

2. *agmine incauto, ut inter pacatos, ducebat*, v. ad 1, 23, 4, et 8, 30, 7. — *multa nocte*, v. ad 22, 52, 1.

3. *apertas esse insidias* suas, non amplius obcultas.

CAP. 5.)—1. *sinistra sociorum ala et extraordinarii*, v. ad 3, 5, 3. et 25, 21, 4. Omnes MSS, præter Voss., et edd. vett. post *sociorum* addunt *equitum:* sed solos ibi pedites fuisse, e seqq. patere jam monuit Lips. mil. Rom. 2, 7. Cf. et Schel. ad Polyb. c. 12.

2. *inpetum ex aperto* loco (quem modo *patentem* dixerat) ut *facerent* sc. jussit. Mutata constructio; nisi cum Gron. leg. *facere* sc. *jussit*.

3. *minime patientia æstus corpora Gallorum*, v. ad 5, 44, 4. — *alariis equitibus* et *legionariis*, v. ad 25, 21, 4. — *hastilibus cædentes*, petentes et ferientes, sc. punctim, non cæsim; Ern.

4. *Consul obtestabatur milites* cet. forte leg. *Consul obtestatus m.* — *dimicaturos, inferre* cet. Gron. Possis et: *Ut inferre vexillarios jussit signa, omnes* cet. Drak. De *vexillariis* v. ad Tac. A. 1, 17, 2.

CAP. 6.)—1. *Comitia suæ sortis esse*, (ut mox *negotium suæ sortis*) eorum habendorum potestatem ac jus sibi sorte evenisse: (v. *ad 10, 26, 4.*) nam consules initio jam magistratus inter se conparabant nonnumquam sortiebanturve, uter comitiis ejus anni præesset. Cf. ad c. 20. n. 2. ad 39, 6 pr. 39, 32. Hæc vero et seqq. verba sunt Q. Minucii.

2. *profligatum bellum*, v. ad 3, 50, 5.

3. *sed etiam atque etiam viderent*, prospicerent, caverent, curarent, *ne magis e re publica esset* cet. v. ad 1, 27, 5. Imperativus etiam et conjunctivus verbi *videre* seq. *ne* (*vide ne, videant ne*, ut et *videndum est ne*) ponitur pro *vereor;* quæ est elegans ratio, sub specie dubitationis modestæ et judicium alteri relinquendi, suam sententiam dicendi; Ern. in clave Cic. Cf. ad 2, 40, 3. et 28, 44, 6. et Duk. ad h. l.

4. *ad magistratus subrogandos*, v. ad 2, 8, 4.

5. *plerisque senatoribus — scripserat*, v. ad 10, 13, 12.

CAP. 7.)—1. *ad frequentiores*, ad frequentiorem senatum. Metellus cap. 8 dicit, eo dilatam esse consultationem, ut præsentibus auctoribus earum literarum disceptaretur; Duk.

2. *via fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenerentur iis legibus* cet. v. ad 7, 16, 1. — *libero fenere*, legibus non circumscripto, quod pro arbitrio postulabatur a creditoribus, quibus licebat exigere, quantum vellent. — *coërcendi ratio;* al. *cernendi*, prob. Ern. ut sit inspiciendi. Verum non ideo præcipue socii jussi sunt profiteri pecunias, quas civibus Rom. ex Feralibus proximis credidissent, ut earum magnitudo nosceretur, sed ut ratio iniretur liberandi cives fenere, quo a creditoribus obruebantur; Drak. v. ad 6, 27, 4.

3. *diem finiri* (v. ad 10, 13, 13.) *placuit Feralia;* dies festus et parentalis, vel, ut alii putant, dies festi, placandis Manibus sacri, a. d. VIII aut IX Cal. Mart. v. Intpp. Cic. Ep. ad Att. 9, 1. pr. et Ovid. Fast. 2, 543-570. Plut. Quæst. Rom. c. 34. Alex. ab Alex, dier. gen. 5, 26. Mox junge *pecuniæ creditæ jus diceretur*.

4. *Toletum oppidum* Carpetanorum in Hisp. Tarrac., hod. Toledo. — *Vettonibusque*, populo Lusitaniæ circa Tagum, inter Durium et Anam. *Vectonibusque* præstantiores MSS. et edd. Livii, Cæsaris, Plinii aliorumque. Sed Οὐέττονες dicuntur Græcis, et *Vettones* in Gruteri Inscr. p. 383. et 591. Cf. ad Sil. 3, 378.

CAP. 8.)—1. *comitiorum adpetebat dies*, v. ad 5, 19, 2.

2. *eoque dilatam esse consult.*, v. ad 1, 11, 6.

3. *quum etiam verius esset*, (v. ad 2, 48, 2.) *Ti. Sempronio inperium habenti tradi exercitum, quam legato*, v. ad 29, 6, 6. "Ergo legati inperium non habebant? Atqui Scipionis legatus consularis erat, æque ac Marcellus. Sed responderi potest, Sem-

pronio, qui priore consul fuerat, prorogatum esse inperium. Itaque et proconsul et legatus Corn. Merulæ erat." Vales. "Quam sententiam etsi veram esse puto, tamen non magis intellego, quomodo, qui ipse inperium habebat, consuli inperium habenti, cui itaque parere debebat, legatus esse potuerit, quam quomodo Pleminius, si inperium extraord. a populo adceperat, quod Pigh. putabat, (v. ad 29, 6, 6.) legatus Scipionis fuerit." Duker.

4. *præsens diceret aut argueret coram*, præsens probaret, aut ejus insimilaret consulem, *et si quid vani adferret, posset argui*, id probari, vel ipse vanitatis insimulari, adcusari, vituperari.

5. *Quum pergeret n. s. referre*, v. ad 26, 2, 3.

CAP. 9.)—1. *Cornelius lustrum condidit*, v. ad 1, 44, 3. — *censa sunt civium capita CXLIII millia* cet. v. ad 39, 7, 1. *ducenta* pro *centum* conj. Pigh. in Ann. ad a. 559. p. 268. quia ante decennium multo major numerus referatur 29, 37, 4. isque successu temporis cum inperio crescere soleat. "Hoc quidem rationem habet; sed dubitatio oriri potest, an ibi potius corrupti sint numeri, quam h. l. Nam 27, 36. tantum CXXXVIII millia eduntur, nec valde verisimile est, durante adhuc bello Punico civium numerum quinque annis prope ad 80000 auctum fuisse. Verum nihil vitii in numero esse credo 29, 37. quia Livius in illa censura quasi extraordinarium memorat, quod censores per provincias diniserunt, ut civium Rom. in exercitibus numerus referretur. Dubitationem Pighii confirmat, quod sequente lustro 258000 censi sunt. 38, 36. Si Livius 32, 7. numerum civium, qui ante quinquennium censi fuerant, retulisset, certius aliquid de hac re statui posset." Duk.

2. *Aquæ ingentes eo anno* cet. v. ad 24, 9, 4.

3. *decemviri libros adire jussi*, v. ad 3, 10, 6. — *novemdiale sacrum*, v. ad 1, 31, 3. — *Urbs lustrata*, v. ad 1, 28, 2. — *Victoriæ Virginis*, cf. Sex. Rufus et P. Victor. *Vict. Victricis* conj. Ursin. ex denariis gentis Porciæ. Neutrum cognomen alibi obvium.

4. *coloniam Latinam in agrum Thurinum — ducebatur*, cf. 34, 53. *Thurinum* ex emendat. certissima Sigon. pro antiqua lect. *Trentinum* et *Ferentinum*. Cf. Cluver. Ital. ant. 3, 6. Pro *agrum* plerique MSS. et edd. vet. *castrum*, non inprob. Gron. et Duk. ut idem sit *pagus Thurinus* ap. Suet. Oct. 2. et similiter dictum Cic. ad Att. 8, 12. *castrum Truentinum*.

5. *quo novos colonos adscribere p.*, v. ad 4, 23, 4.

CAP. 10.)—1. *in unum locum*, ejusdem honoris (v. ad 4, 16, 5.) obtinendi causa, (nam alter consulum utique ex plebe creandus erat, v. ad 6, 35, 4.) *petebant*, ut initio cap. *multi et potentes petebant* sc. suffragia s. consulatum. (Sic et inf. cap. 24. n. 1. 37, 47, 3. et al.) Durius certe *in unum* dictum pro *unum*. Suspicarer *hi* pro *in*, nisi eadem dictio repeteretur inf. cap. 24.

2. *fratres candidatorum*, T. Quinctius Flamininus et P. Cornelius Scipio Africanus; qui tamen illius Scipionis non *frater* germanus, sed patruelis erat. Cf. not 4. Ita passim *frater* dicitur. Cf. Drak. ad h. l. Intpp. Justini 17, 3. Gron. Obss. 2, 6. Periz. anim. hist. c. 3. p. 106. Mox alii *major gloria Scipionis*, et *eo propior invidiæ*. Cf. ad 2, 48, 5.

3. *consul iterum* cet. ante *consul* excidisse videtur *et*; forteque leg. *hominum*, (*quæ res — facit*) *et consul — fuerat*.

4. *pro fratre germano, non patruele — Africanus frater* patruelis; cf. not 2. — *frater ducebat*, ed. Grut. ult. et seqq. *deducebat*. Nil interest. Cf. ad 6, 34, 6. Romæ autem candidati die comitiorum a cognatis aut amicis, populo gratiosis, in campum Martium *deduci* solebant, ut facilius votorum fierent conpotes, et ab illis conmendarentur adjuvarenturve. Hinc mox *quem tantum præjudicium* (v. ad 3, 40, 10.) *senatus* sc. ducebat, h. e. conmendabat s. adjuvabat, (cf. Val. Max. 4, 5, 3. et sup. ad 1, 33, 7.) *virum e civitate*, civibus, *optimum — adciperet*; v. sup. 29, 14. — *Matrem Idæam Pessinunte venientem*, v. ad 29, 10, 6.

5. *L. Valerius Tappo* Drak. pro. vulg. *Tappus*, quod tamen 37, 57. et 38, 36. retinuit. — *Multos pecuarios damnarunt*, v. ad 10, 23, 11. *damnarunt* vero pro: effecerunt adcusatione, ut in judicio populi damnarentur, quod patet ex 33, 42. Sic et 38, 35, 4. et 5. Cf. ad 7, 16, 6. — *clypea inaurata*, v. ad 25, 39, 7.

6. *Porticum unam — emporio — a porta Fontinali ad Martis aram* in *Campo* Martio. Cf. 40, 45. Donat. Urb. Rom. 1, 21. 3, 13. Nardin. Rom. vet. 1, 9. 6, 7. 7, 9.

CAP. 11.)—1. *redire instituit consul*, v. ad 24, 26, 7. Post *consul* excidit *sed*, aut potius more Livii per ἀσύνδετον omissum. Illud suspicabatur Gron., hoc Bauer. — *memoria non animis modo, sed etiam imago prope oculis obversabatur*, sc. similitudine rei præsentis, ut memoria quasi imago esset; Bauer.

2. *discinctus eques*, veste laxiore aut fluente utens, more Afrorum molliumque hominum. Cf. ad Sil. 2, 56. 3, 236. et de toto h. l. Lips. mil. Rom. 3, 8. — *equi sine frenis:* quos virga regunt etiam nunc Mauri. v. ad Sil. 1, 215. — *rigida cervice*, sc. *capite* ad terram demisso et extento,

[redacted]

protento. Contra et *rigida cervix* dicitur, quæ nimis in tergum reclinata est. v. Ernesti ad Suet. Tib. 68. et clav. Cic. v. *obstipus*.

3. *Hunc contemtum de industria augentes labi ex equis*. inverse dictum pro *augere* s. auxerunt *labendo*, aut *augentes* pro *aucturi*, ut augerent, quia volebant augere; Bauer. Forte leg. *Hunc contemtum ut de i. augerent, et labi* cet.

4. *propius saltum paulatim evehi;* at jam ipsi in saltu erant, quem consul cum exercitu Rom. ingressus erat: unde puto, *saltum* esse fauces saltus ab Liguribus insessas et angustias aditus, ut *saltus Thermopylarum* 36, 15. quem locum c. 16. *portas* vocat; Duk. — *equi invitos efferrent*, ut 3, 5, 61. 4, 29. *auferrent* conj. Gron. non inprob. Drak. Cf. ad 30, 18, 4. — *inter medias stationes hostium erupere*, ut 3, 26. 5, 46. al. *per medias* edd. ante Drak. *per intermissas st. h.* conj. Oudend. ad Frontin. Strat. 1, 5, 16. prob. Duk.

5. *quo intenderat* iter, pervenire, *pervenit*, v. ad 4, 19, 1.

CAP. 12.)—1. *tam inimice infesti* omnes fere MSS. forte et Mog. probb. Gron., Duk. et Cort. ad Sallust. Cat. 19, 1. Hinc illud recepi pro vulg. *tam inimici infestique;* quod tamen firmari potest coll. 22, 39. et 28, 29. — *agitandum aliquid*, turbandum, *miscendumque*, v. ad 30, 32, 3. Cort. ad Sallust. Cat. 38, 3. et Jug. 41, 10. — *ne cunctando senescerent consilia*, (v. ad 1, 22, 3.) *concilium Naupactum ind.* v. ad 4, 25, 4.

2. *inhonoratissimo*, minimis, tenuissimis, nullis admodum præmiis ornati; Bauer. Cf. ad 37, 54, 3. — *circa reges legatos mittendos*, v. ad 1, 4, 11. — *suis quemque stimulis moverent*, rationibus cuique aptis, conditioni cujusque adcommodatis, congruis. — *Dicæarchus frater prætoris* (Thoantis) cet. v. ad c. 32. n. 2. ad 36, 28, 2. Polyb. 17, 10, 9. 20, 10, 5. 22, 14, 13.

3. *Numquam habiturum recuperandi sua occasionem:* Gron. conj. *n. h. suam occ.* deleto voc *recuperandi*, quod a Voss. MS. abest, et interpositum videri potest ex verbis extremis hujus cap. Cf. ad 1, 56, 10. Idem Gron., nec non Duk. et Crev. mox τὸ *propter* ante *Gythium* delendum putabant. Forte leg. *nec profecto Gythium* cet. Similiter c. 17. *parvas et vix dictu dignas belli causas tanto regi eas civitates esse.*

4. *Et tutum vel incepto vel eventu*, forte *inceptu:* ut in Præf. *fœdum inceptu, fœdum exitu;* Ant. Periz. et Bauer.

5. *plures quam quot superessent*, redundat *quot*.

6. *libero mendacio abutebatur*, v. ad 24, 22, 1. et 27, 46, 6.

CAP. 13.)—1. *fœderis eum Romani*, h. e. cum Romanis.

2. *Raphia in Phœnice*, cui etiam tribuitur a Strab. 16. p. 759. etsi ab aliis Palæstinæ vel, cujus nomine ea quoque comprehenditur, Cœlesyriæ: qui etiam docent, Raphiam s. Rhaphæam (ita ap. Plin. 5, 13. s. 14.) primam esse urbem, quæ proficiscentibus ex Ægypto in Cœlesyriam obcurrat, parique intervallo XXII mill. pass. distare a Gaza et Rhinocorura vel potius *Rhinocolura*, (v. 45, 11.) extremo opp. Ægypti versus Cœlesyriam, quod Strabo l. l. Palæstinæ, et Diodorus 1, 60. Ægypto adsignant, et a naribus mutilatis latronum dicunt ita adpellatum. Cf. intpp. Steph. Byz. et Itiner. Anton. p. 151 sq. Schweigh. ad Polyb. 5, 80, 3. 5, 82, 85, 86. Noris. Epoch. Syro-Mac. 5, 4, 2. p. 518. Relandi Palæst. 3. p. 967, 970. Hard. ad Plin. 5, 13.

3. *ad Pisidas, qui circa Sidam incolunt*, opp. in confinibus Pamphyliæ et Pisidiæ situm; unde etiam a Polyb. 5, 73. Pisidiæ tribuitur, sed a Strab. 12, 569. et aliis Pamphyliæ. *Sindam* emend. Jac. Gron. putans, hoc esse opp. Pisidiæ, ab illo diversum, et inde dictos *Sindensium agros* 38, 15. (ubi *Sidensium* edd. vett.) et *Selgam*, quæ haud dubie Pisidarum est, Gelen. et Sigon. *Sicam* et *Sitam* MSS. Cf. 35, 48. 37, 23. Strab. 14. p. 667. Schweigh. ad Polyb. 5, 73, 3. ad Appian. Pun. 123. et Hard. ad Plin. 5, 26.

4. *sicut ante dictum est* 34, 59. — *inde Pergamum escenderunt* ex emend. Gron. cf. ad 34, 28, 1. Plurimi MSS. et edd. antt. *descenderunt:* quidam *adscenderunt*, prob. Gelen. quia ad mediterranea adscendatur. Pro *ibi* quidam MSS. et edd. ante Ald. *ubi*. Utrumque ab aliquo adsutum videtur, qui ignorabat, *regias* etiam 44, 46. Flor. 2, 9. et al. urbes dici, in quibus sedes regum sunt; Duk.

5. *si quid adversi casurum foret*, v. ad 6, 42, 7.

CAP. 14.)—1. *si qua posset* sc. ratione, ut 42, 46 extr. et al. — *actum nihil est: sequutum tamen sua sponte est:* alterum *est* dele; Gron. Forte et leg. *effectum tamen.*

2. *Claudius, sequutos Græcos Acilianos libros* cet. v. ad 25, 39, 6. "Livius non alium hujus historiæ auctorem habuisse videtur: de qua etsi judicium suum non interponit, tamen fictam ei visam fuisse, conligi potest ex 34, 59. 62. conl. 35, 10. 20. et 12." Duk. ad Epit. Saltem inde patet, Africanum longe prius Romam rediisse, quam legatos ad Antiochum in Asiam missos. — *Et sermonem etiam unum refert* cet. idem conloquium Scipionis cum Hannibale refert Appian. Syr. 10. et suo more exornavit Lucian. dial. mort. XII. — *peragrasset*, ut 45, 9. *victoriis peragrasset* conj. Crev. coll. cap. 12.

3. *castra metari primum docuisse*, exemplo

[redacted]

suo Pyrrhum Romanos cet. cf. Donat. in Terent. Eun. 4, 13. et Plut. Pyrrh. p. 387. — *neminem eleguntius*, prudentius, scitius, aptius, cum meliori judicio, (cf. cap. 31 f. et 37, 1. coll. Cic. Sen. 5. Verr. 3, 60. al.) *loca cepisse*, ut ap. Tac. Agric. 22. *non alium ducem opportunitates locorum sapientius legisse.* — *præsidia disposuisse:* malim *et aciem d.* — *Exsequenti*, v. ad 5, 15, 8.

4. *Tum risum obortum Scipioni et subjecisse* (v. ad 29, 15, 1.) sc. eum. Ita passim casum pronominis, præcedente alio casu, subplendum esse, docent Duk. et Drak. Cf. ad 28, 43, 6. (ubi genus loquendi nimis abruptum et lectio mutanda videbatur Gron.) et 30, 42, 6. *Tum risu oborto Scipionem subjecisse* Lov. 2. et edd. Sigon.

CAP. 15.)—1. *eo et Antiochus — obcurrit*, v. ad 21, 61, 1.

2. *eum instare senectuti suæ*, v. ad 3, 6, 5. et ad Juvenal. 14, 248. — *per spadones quosdam talium* cet. cf. ad Tac. Ann. 6, 31, 7. 12, 66. Intpp. Curt. 3, 12, 17. 4, 10, 19.

3. *Seleuco filio Lysimachiam d.*, v. ad 33, 40, 6.

4. *ut procul ab se honore eum quoque ablegaret*, vetus lectio, quam defendit Gron. Obss. 4, 16. *per honorem* emend. Gelen. et Sigon. Ad structuram nil intererit; et *honoris specie* vel *per honoris speciem* frequentius est: sed et c. 17. (ubi v. not. 2.) *per jus* est id. qd. *per juris speciem;* Bauer.

5. *incommodus obversaretur*, v. ad 24, 23, 2. — *per luctum regia clausa*, v. ad 2, 18, 1. et 5, 12, 6.

6. *mœrore recenti confuso*, v. ad 6, 34, 7.

CAP. 16.)—1. *Jam convaluerat Sulpicius: itaque ambo* legati Rom., Sulpicius Villiusque, E. v., cf. cap. 14. pr.

2. *aliud Antiocho juris statuistis:* sane, quum sequatur *utimini*, neque res præterita, sed futura, et agenda etiam nunc, indicetur, rectius foret, ut Gron. legit, *statuitis:* nisi illud elapsum Livio dixeris; Bauer.

3. *stipendiarias ac vectigales*, v. ad 5, 10, 5.

4. *in antiquum jus*, statum, vel ditionem, *repetit*, revocat, revocare vult; ut *in jus ditionemque* 21, 61, 5. 32, 33, 10. 40, 35, 7. et *in jus judiciumque* 36, 39, 3. 39, 24, 3. 41, 22.

5. *ut ii populi — fœdus mutaverunt* recepi pro vulg. *mutaverint* ex MS. Gærtn. et emend. Duk. qui jam monuit, *ut* hic esse pro quemadmodum, eique respondere *sic.*

6. *quod a Philippo liberavimus Græciam:* malim *liberavimus:* sed enim plurima sic mutanda sunt, ut paullo ante *ut semel venerint*, et c. 17. extr. *quum petierint* vel *peterent;* Bauer. Talia centies obvia in oratione obliqua.

CAP. 17.)—1. *suo id adcessurum regno ducebat*, putabat, sperabat. — *nunc querelas, nunc postulationes inserit:* Baueri nota est: "Cui ergo orationi? At neque nominata hæc, etsi per διάνοιαν subpleri hoc voc. e re ipsa possit: neque inserebantur ista orationi, sed eam constituebant. Legere possis *ingerit*, sc. regi ejusve legato, ut 3, 68. Aut perturbatior brevitate oratio, explicanda, ac si foret: querelas postulationibus, postulationes querelis *inserit*, i. e. miscet. *expostulationes* legit Drak. et mox *et æqua iniquis miscent* pro vulg. *æqua iniquis miscentes.* Illud certe non placet: nam et *expostulationes* idem significant, quod *querelæ*, et in seqq. *neque remissa ulla re, neque inpetrata*, prius manifesto *querelas*, posterius, etsi per chiasmum, respicit *postulationes.*" Recte, opinor: sed ad *inserit* e seqq. intell. *disceptationi;* ut et mox *ibi alius alio ferocius* sc. *loquutus est* e seqq. Cf. ad 21, 43, 4. Minus placet interpunctio Drak. *Ibi alius alio ferocius* (*quia — major erat*) *alius superbiam* cet. ut vox *alius* ante *superbiam* vel delenda sit, vel propter hyperbaton sive alia interposita perspicuitatis causa repetita.

2. *Nabidi tamen dominationem — remissam*, v. ad 32, 2, 3.

3. *parvas* quidem *et vix dictu dignas — sed initium semper a parvis injusta inperandi fieri* ex emendat. probabili Rubenii, Gron. et Drak. probata, pro vulg. *sed i. s. per jus injusta inpetrandi.* Bauer hæc notavit: "De voc. *inperandi* probo; aptius enim videtur: certe Liv. *petendi* vel *postulandi* scripsisset. Nam ut *inpetres*, ab alterius partis facilitate et patientia pendet. Sed voc. *injusta* utique poscere oppositum *jus* videtur, i. e. juris speciem; nisi contextus is sit, qui *parvarum rerum* mentionem faciat. Nam et præcedit *parvas belli causas*, et Persicæ postulationis similitudo *parva* commemorat. Euphonia quoque hanc lectionem commendat: sed contextus major vis est."

4. *nisi crederent, Persas*, Xerxem, *quum aquam terramque ab Laced. petierunt*, (cf. ad c. 16. n. 5.) *gleba terræ et haustu aquæ eguisse*, nec potius hac formula indicasse omnia, quæ terra marique continerentur, vel deditionem totius regionis: (cf. de more Persarum, γῆν καὶ ὕδωρ poscendi, loca Herodoti aliorumque laudata ab Intpp. Curt. 3, 10, 8. et Brisson. de regno Pers. III. p. 330. et de form.) et similiter Romanorum postulata eo tantum spectare, ut duas illas civitates, nec potius, earum libertate, quod sperarent, denegata, plures liberarent et Antiocho eriperent.

5. *Per similem tentationem* a *Romanis* (ut paullo ante *Antiocho inperata* pro *ab A. i.* cf. ad 24, 39, 8.) *de duabus civitatibus agi; et* (forte *at* vel *sed;* vid. tamen ad 23, 44, 4.)

[redacted]

alias civitates cet. Mox forte leg. *Etsi non libertas* cet.

CAP. 18.)—1. *adceptus erat:* del. *erat;* Duk. et Bauer.

2. *Ætolos, qui umbilicum Græciæ incolerent,* ὄμφαλον, h. c. τὸ μέσον, medium, centrum. Vulgo Græci opinabantur, Delphos esse umbilicum non Græciæ tantum, sed totius etiam orbis terrarum. Cf. 38, 48. 41, 23. et de origine commenti Strab. 9, 3, 6. p. 419, 420. Schol. et Gedike ad Pind. Pyth. 4, 7. 6, 3. Claudian. de cons. Mall. Theod. prolog. 11 sq. et Intpp. Sophocl. Œd. Tyr. 480. et Eurip. Orest. 301, 592. et Ion. 223. 462. Eamdem Judæorum veterumque Christianorum opinionem fuisse de Hierosolymis aut Golgatha, (ut Atheniensium de Athenis et Paphiorum de Papho) eamque perversam esse, quia globus æqualem ubique superficiem habeat, et in terra quoque habitabili non facile punctum finiri possit, in quo undique deductæ pares lineæ concurrant, docet Cellar. Geogr. ant. l. 1. c. 4. Cf. Siebelis in notis ad Ἑλληνικὰ p. 153 sq.

3. *antesignanos ad asperrima* cet. v. ad 2, 20, 3. — *cornibus Græciæ,* extremis partibus Peloponnesi et Helladis.

4. *bellicum cani,* v. ad 7, 40, 4. — *spiritus ejus,* v. ad 30, 11, 3. — *ferarum modo, quæ claustris* cet. cf. ad 34, 4, 15. 36, 7, 6. 42, 59, 1.

5. *in eo victoriam verti,* v. ad 3, 27, 6. — *ad distringendos Romanos,* distrahendos, ut 44, 35. (*Diversion machen.*)

CAP. 19.)—1. *tempore apto,* v. ad 3, 9, 4. — *Pater Hamilcar parvum admodum me, quum sacrificaret* cet. v. ad 21, 1, 4.

2. *hoc* sacramentum *me in pace patria mea* carissima invitum *expulit;* male ed. Grut. *extulit,* quem tamen operarum errorem plures edd. adscivere. — *hoc* sacramento *duce* ποιητικώτερον alicui posset videri, et malim *hoc ducente;* Gron. Sed cf. Drak. ad h. l. et 39, 1, 4. Jensii lect. Lucian. 1, 8. — *huc venium,* eo, illuc.

3. *meis criminibus apud te crescere,* v. ad 3, 19, 7. et 23, 48, 8. Mox τὸ *quam* ante *ex me* recte omisit Drak. ante enim Livius dixit *meis criminibus;* Bauer.

CAP. 20.)—1. *destinabant sermonibus hostem A.* cf. ad 9, 16, 11.

2. *inter se compararent sortirenturve* (v. ad 3, 2, 1.) jam nunc, *uter comitiis ejus,* hujus, *anni* consularibus prætoriisque *præesset.* Cf. mox not. 3. et ad c. 6. n. 1.

3. *ex eodem exercitu quindecim millia et equites quingenti,* omnes edd. ante Drak. *pedites* inserunt ante *quindecim millia,* quam locutionem non damnant Duk. et Drak. et Periz. ad Sanct. Min. 4, 8. p. 709. Hic multis Livii locis docet, familiare ei esse, pro genitivo, qui vulgo partitionis dicitur, adhibere illum ipsum casum, quo numerus rei numeratæ exprimatur, vel genitivum subintellegi hoc modo *pedites quindecim millia hominum.* Illi subplent *numero* vel *ad* quindecim millia *hominum,* (sic et Gron. de pec. vet. 1, 7.) vel *quod adtinet ad* pedites. Huc refert Duk. verba Livii, quæ laudavi ad 3, 5, 9. 21, 55, 5. 28, 2, 2. et 35, 23, 2. Cf. tamen notas ad hæc loca, et ad 27, 16, 2. et 39, 7, 1. *peditum* emend. Gron. sed Drak. vocem *pedites* delevit, quam in nullo MS. præter Lov. 5. invenit.

4. *Gallia et comitia habenda,* cf. not. 2.

5. *exercitus terrestris navalisque,* v. ad 27, 1, 7.

CAP. 21.)—1. *prodigiorum causa* cet., v. ad 1, 31, 1.

2. *Amiterni terra pluisse:* al. *terram.* v. ad 3, 10, 4.

3. *infestiore quam priore impetu,* proximo, anni prioris s. proximi, de quo v. cap. 9. *quam prius* emend. Gron. prob. Duk. *anno* post *priore* inserebat Faber. — *duo pontes,* v. ad 3, 62, 4.

4. *ex agro Pisano in Ligures* Apuanos. Cf. 39, 32. 40, 41.

CAP. 22.)—1. *ab regibus,* Antiocho et Eumene. v. cap. 13.

2. *Duo consulum agmina diversa* cet. v. ad 3, 60, 1. Nota Glar. est: "Quæ Livius hic de consulum in Bojos profectione narrat, eadem, etsi paullo diversius, refert c. 40. Porro quæ de M. Fulvio Nobiliore, ulterioris Hispaniæ prætore, c. 7. narravit, hic prope eadem repetit, sc. de Toleto ac Vettonibus. Non est mihi dubium, tanta rerum gestarum mole ingentique scriptorum multitudine Livii memoriam obrutam: nec id mirandum, præsertim in homine sene." Similium in Livio repetitionum exempla v. ad 36, 21, 4. 45, 15, 8. et ap. Periz. anim. hist. c. 4. p. 173.

3. *ad mille quingenti,* v. ad 4, 59, 4. — — *M. Fulvius proconsul,* qui anno priore prætor fuerat. v. ad 28, 38, 4.

4. *oppidum Litabrum* Ortel. in Thes. Geogr. docet, Moralem legere *Britablum,* qui locus est juxta Segoviam. — *M. Fulvius proconsul,* immo *proprætor,* ut 36, 2. nam ex 34, 55. et 35, 20. patet, eum prætorem obtinuisse Hispaniam ulteriorem, et imperium ei anno seq. prorogatum fuisse; Duk. Sed v. ad 28, 38, 4.

5. *Vesceliam Holonemque,* in multis MSS. *Holonemque;* unde Jac. Gron. emend. *Belonemque,* de quo Bæticæ maritimæ oppido v. Voss. ad Mel. 2, 6. et Hard. ad Plin. 3, 1. Illud nimium distare ab *Oretanis,* monet Crev. De *Toleto* et *Vettonibus* v. ad cap. 7. n. 4.

[redacted]

CAP. 23.)—1. *ad tuendos sociorum animos*, alendos, sustentandos: nisi potius leg. *tenendos* (in fide); Gron. probb. Duk. et Gron. Cf. ad 22, 22, 9. — *legatos*, v. ad 36, 1, 4. — *classem navium viginti* e MS. Mogunt. et multis aliis h. l. et cap. 24. pro vulg. *c. n. triginta* recepi, mirorque idem haud fecisse Drak., qui tamen hanc lect. ex 36, 2. probabilem fieri monet, et ubivis fere codicem Mog. sequitur.

2. *tumultuariorum militum* (v. ad 1, 37, 4.) *ad duodecim millia et CCCC equites*: post *millia* in plerisque ante Drak. additur *pedites;* sed saltem scribendum esse *peditum*, viderique illud additamentum eorum, qui nescierint, *milites*, si cum equitibus jungantur, dici *pedites*, jam monuit Gron. v. ad 22, 37, 2. Vocem illam expunxit Drak. quia in omnibus MSS. et edd. Rom. a. 1472. deest. Cf. ad cap. 20. n. 3.

3. *Ætolos ita se parare, ut* cet. cf. ad 3, 40, 12.

4. *ædes liberæ, locus, lautia decreta*, v. ad 24, 7, 3. et 28, 39, 8. — *equestria arma*, v. ad 9, 40, 12.

CAP. 24.)—1. *in unum locum petierunt*, v. ad 35, 10, 1.

2. *qui priore anno repulsam tulerat*, v. cap. 10.

3. *transire in Epirum est jussus, et circa Apolloniam copias continere*, "sc. eo progredi jussus ex Epiro: nam *Apollonia* in Illyride Græca erat. Pro *Epiro* 36, 1. *Macedonia* nominatur: quæ forte permutantur, quod jam olim partes quædam Epiri Macedoniæ adjectæ fuerant, (v. 45, 30. et Strab. 7, 434) vel, postquam illæ in potestatem Romanorum venerant, Epirus provincia Macedonia continebatur; quod ex Cic. Pis. 40. conligit Manut. ad Cic. Ep. fam. 13, 18. Quidquid est, constat, jam ætate Livii adpellationem Macedoniæ late patuisse, adeo ut ea etiam Illyricum et Epirum comprehendisse videatur." Duker. Cf. Intpp. Suet. Cæs. 35.

CAP. 25.)—1. *non antea ausi cap. bellum, quam*, immo *ante;* Duk.

2. *Prætor tum erat* Philopœmen cet. v. ad 31, 25, 3. — *et prudentia*, quidam MSS. *et providentia.* — *Bene conparatum apud Achæos esse* edidi pro vulg. *apud Ætolos*, quod jam recte damnavit Gron. his verbis: "Non Ætolorum erat ille mos præcipuus, sed omnium fere liberorum populorum. Sic Romæ neque consul in curia dicebat, neque prætor in foro ferebat sententiam. Sed nec *Ætolorum* consuetudo poterat liberare Philopœmenem ab officio fungendo; nisi obfensam civium, in causa gravissima non patriam, sed gentis Achæis invisissimæ rationem imitando, indubitatam contrahere vellet, præsertim quum exspectaretur, et oculos omnium in se convertisset. Quid enim propius, quam ut responsaretur, quid illi cum Ætolis? prætorem *Achæorum* esse; agere patrio more debere."

3. *naves Achæorum deduxit*, v. ad 8, 26, 1.

CAP. 26.)—1. *tres tectas naves*, v. ad 22, 19, 4. — *pristesque*, naves majores lembis (v. Polyb. 17, 1, 1.) et valde veloces, quia longæ erant et parum latæ, sic dictæ ἀπὸ τοῦ πρίζειν τὰ κύματα, a secando mari, vel, si Nonio fides habenda, a forma *pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti*, quæque maximæ Indici maris belluæ *pistres, pristes* et *pistrices* dicebantur. Cf. 44, 28 pr. Plin 9, 3. Schweigh. ad Polyb. 16, 2, 9. Gron. Obss. 1, 18. Intpp. Virg. Æn. 3, 427. 5, 116. et Valer. Fl. 2, 531.

2. *Arcas, mediterraneus homo*, Philopœmen Megalopolitanus, nobilissimo Arcadiæ genere ortus. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 2, 40. 10, 25. Plut. Philop. p. 356 sq. et Pausan. 8, 49 sq. — *quod in Creta præfectus aux. m.* v. Plut. Philop. p. 359, 363. et Pausan. l. l.

3. *Navis erat quadriremis vetus, capta annis octoginta ante* cet., *octo* edd. ante Ald. *quadraginta* conj. Sigon. e Plut. Philop. p. 364. Si *octoginta* recte legitur, *Craterus* foret Demetrii Poliorcetæ filius, Antigoni Gonatæ frater, cujus Prologus 26. historr. Trogi Pompeji et Phlegon Trallianus περὶ θαυμασίων c. 32. meminerunt, et a cujus ætate ad hæc tempora facile tot annos colligas; Gron. Nota Dukeri est: "De Cratero, Alexandri M. duce, et Nicæa, Antipatri filia, intellegi non potest; nam interjecti sunt anni ferme CXXX. et Nicæam illam non Cratero, sed Perdiccæ, nupsisse, auctor est Diodor. 18, 640. Si hic Craterus est Antigoni Gonatæ frater, de cujus uxore Nicæa nihil alibi proditum inveni, vix mendo vacare potest numerus ap. Plut. l. l. Gonatas enim jam L. annis ante hoc tempus diem obierat."

4. *in levi speculatoria nave*, v. ad 22, 19, 4. *piscatoria* omnes codd. præter Mog. et edd. ante Ald. Sed naves piscatoriæ non solent esse in classibus iisque locis, quibus prœlium navale committitur; Duk. — — *ventum est* e cod. Victor. et Lov. 6. recepit Drak. pro *v. sit.*

5. *si in re navali — offendisset*, v. ad 28, 43, 6. — *eo plus in ea — spei nactus*, v. ad 21, 57, 8.

CAP. 27.)—1. *ad Plejas posuit castra*, opp. Laconicæ ignotum. Cum Meurs. in Miscell. Lacon. 4, 1, et 5. leg. *Bœas*, quod opp. *Leucis et Acriis* vicinum. v. Polyb. 5, 19, 8. (ubi cf. Schweigh.) Pausan. 3, 21-23. et Strab. 8. p. 363, 364. e quibus locis etiam patet, *Acriis* recte a Drak. repositum pro vulg. *Acris.* — *Eminuisset*, v. ad 3, 51, 3.

[redacted]

2. *in conspectum hosti veniret* P., *nec opinantem eum* cet. ita omnes et MSS. præter Mog. et edd. ante Ald. pro vulg. *hostium*, unde recepi, prob. Duk. qui hæc notavit: "Singulari *hostis* recte adponitur adjectivum et pron. plur., ut omnibus collectivis. cf. ad 24, 31, 2. et 26, 4, 5. Sed exempla diversi generis, ut hic *hostium*, *eum*, mihi non subcurrunt. Ad *Nabis* in princ. cap. non puto, tam multis interjectis, referri posse *eum*." — *cætratos*, v. ad 21, 21, 6.

3. *Inde litora legens*, v. ad 21, 51, 6.

4. *ancipiti peste*, v. ad 1, 25, 4. et 2, 44, 5.

5. *Tripolim Laconici agri*, τὴν Τρίπολιν, *qui proximus finem* (v. ad 2, 48, 5. et 2, 49, 10.) *Megalopolitarum est*, πρὸς τὴν Μεγαλόπολιν. cf. Strab. 8. p. 386. et Polyb. 4, 81, 7. ubi v. Schweigh. — *duxit*, v. ad 1, 23, 4.

6. *concilioque eodem* — *indicto*, v. ad 4, 25, 4.

7. *a pudore maritimæ ignominiæ*, v. ad 1, 5, 5.

8. *ad Lacedæmonem ducere*, v. ad 1, 23, 4. et 8, 1, 1. — *Ad Caryas*, v. ad 34, 26, 3.

9. *Pyrrhi quæ vocant castra*, v. ad 32, 13, 1.

10. *cogebatur agmen ab equitibus* (v. ad 32, 2, 4.) *et maxime a parte auxiliorum*, immo *et maxima parte a.*, nam in hac re nemo umquam magis aut minus statuit: Jac. Periz. prob. Crev. Cf. 42, 64.

CAP. 28.)—1. *Erat autem Philopœmen præcipuæ* cet. v. ad 21, 4, 12. et 31, 25, 3. Pausan. 8, 49 sq.

2. *inconditum agmen*, v. ad 21, 57, 11.— — *aptum viæ; debebat viæ aptum*: nam *viæ* hic præcipua notio et ratio est; Bauer. Hæc forte nimis subtilia.

3. *quærendo exsequebatur*, v. ad 5, 15, 8. — *usurus* sc. *esset*, quod durius hic omissum videtur Bauero. Mihi potius displiceret repetitio verbi. — *an eam viam, qua venisset, repetere* ex emend. Gron. pro *an ea*.

4. *quos Tarentinos vocabant, equites* leves. Cf. Suidas v. Ἱππική, Schweigh. ad Polyb. 4, 77, 7. 11, 12 sq. Arcer. ad Æliani Tact. p. 15. Lips. de mil. Rom. 3, 8. Victor. var. lect. 9, 3. Græv. ad Cic. ad Att. 5, 19.

5. *calonum turbam conjectam eo*, ut paullo ante *quo turbam inermem rejiceret*, et 36, 12. *in legationem conjecti*; Gron. *conlectam* c. Mog. et quædam edd.

6. *qualia in propinquis castris solent*, mallem abesset *in*; Duk. Deest in Lov. 6. Cf. 23, 17. — *cætratorum*, v. ad 21, 21, 6.

CAP. 29.)—1. *Telemnastus Cretensis* ex emend. Vales. Cf. Polyb. 29, 3. et 33, 15. *Letemnastus* primæ edd. *Latemnastus* ed. Gron. et seqq. — *Lycortas Meg.* v. ad 38, 32, 2. — *Cretenses et hostium auxiliares*, v. ad 2, 42, 7. *Et* exponi potest *etiam*: certe *Cretenses* et *hostium auxiliares* eosdem esse, liquet ex verbis seqq. *eodem ex parte utraque hominum genere et armis paribus*.

2. *instructi sederant* in insidiis; unde mox *consurgunt*. — *integri et recentes*, quibus obponuntur *vulneribus et labore fessi*, ut *instructis inordinati*. Cf. ad 3, 7, 1.

3. *ipsis adfluit mœnibus* sc. Lacedæmonis.

CAP. 30.)—1. *sequi suorum agmen* — *insistunt*, v. ad 24, 26, 7. — *in castra impetum faciunt et diripiunt*; forte *et ea diripiunt*: sed hæ duæ voces, additæ e Mogunt., del.; Gron.

2. *pleræque adversæ cadentes* "hastæ, cuspide in hostes conversa. Sed quomodo fieri potuit, ut hastæ, temere abjectæ, pleræque adversæ ceciderint? Suspicor *transversæ*, ut hastæ, a fugientibus abjectæ, pleræque transversæ ceciderint, atque ea re via, velut vallo quodam objecto, septa et iter inpeditum fuerit." Duk. Sed non ita *vallum* effectum esset: et potius *adversæ ceciderunt* cuspide terræ obversa, ut defigerentur; Ern. *Hasta adversa* est ita sita, ut ferrum obvertat, adeoque *adversæ cadentes hastæ*, quæ directo in terram ferro cadunt: ex iis autem sic temere in terram fortuito casu infixis effecta est imago illa cujusdam quasi valli, quo *iter inpediebatur*; Crev.

3. *quæ Pheras, quæque Barbosthenem ferunt*, montem, de quo v. cap. 27. Pro *Pheras* vett. edd. *Phecas*, et MSS. *Phoras*, *Phagas*, *Phachas*, sed Buslid. *Pharas Pheræ* vel *Pharæ*, αἱ Φαραί et Dor. Φαραί, opp. Messeniæ, quæ olim pars Laconicæ fuit; nisi Phara seu Pharæ Messeniæ et Laconicæ diversæ fuerunt urbes. v. Schweigh. ad Polyb. 16, 16, 8. Pausan. 4, 16. dicit πόλιν τῆς Λακωνικῆς, τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα καὶ ἐν Ὁμήρου καταλόγῳ Φᾶριν, ὑπὸ δὲ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ προσοίκων καλουμένην Φαράς. Cf. id. 3, 20. 4, 30. Eustath. et alii intpp. Homer. Il. 2, 582. Meurs. Misc. Lacon. 4, 8. Cellar. Geogr. ant. 2, 3. p. 765.

4. *Primo vespere*, v. ad 1, 6, 1. — *exceptis* (v. ad 2, 4, 3.) *ab hoste insidente* patentes vias.

CAP. 31.)—1. *ne Ætoli p. a. animos ad Antiochum avertissent*, v. ad 3, 63, 1. — — *Demetriadem iter direxere* omnes MSS. præter Mog. et edd. ante Ald. unde recepi pro vulg. *flexere*, quod servavit Drak. quoniam *dirigere iter* aut raro admodum, aut numquam apud Livium obcurrit. Sed eo probabilius est, τὸ *flexere* glossatoribus deberi, et *direxere* in illud mutatum esse: locutio autem illa sæpius ap. Cic. et Cæs. obcurrit.

2. *totique Antiochi erant*, v. ad 3, 36, 4.

3. *omnia novari*, v. ad 1, 52, 1. — *qui*

incisa, v. ad 3, 10, 9. — *in quo plus ad omnia momenti*, v. ad 1, 47, 7.

4. *obnoxium Romanis esse*, v. ad 3, 39, 1.

5. *Magnetarchen summum magistratum* (v. ad 33, 27, 5.) sc. Magnetum *vocant*, (v. ad 2, 18, 4.) vel *vocant* sc. Magnetes.

6. *inconsultius evectus* (v. ad 22, 43, 1.) *projecit*, temere dixit; de verbis, quæ alicui temere excidunt. Germ. *hinwerfen*. — *Sub hanc vocem* (v. ad 2, 55, 1.) *fremitus multitudinis fuit variantis*, alternantis, inter se confundentis *adsensum* et *indignationem*, quod *dicere id ausus* esset; Gron. *adsentientium* et *indignantium* edd. autt. et ex MSS. Lov. 2. 5. Harl. Victor. prob. Doujat. Sed cf. Drak.

7. *ob eleganter actam vitam*, v. ad c. 14. n. 3.

8. *Romanorum partis fuerat*, v. ad 3, 36, 4. 24, 42, 4.

CAP. 32.)—1. *defectionem nudabunt*, v. ad 33, 21, 6.

2. *Thoas, princeps gentis*, (ut c. 45.) *quem miserant ad Antiochum*, ita et 36, 26. et ap. Appian. Syr. 12. ex quo Sigon. conj. *princeps legationis*. “Supra c. 12. Dicæarchum, fratrem Thoantis, ad Antiochum fuisse missum, quo anno Thoas prætor Ætolorum fuerat; hic vero Thoantem ab Antiocho reversum legationem renuntiasse, et inf. c. 42. et 36, 7. eum legatum Ætolorum apud Antiochum fuisse scribit Livius. Hæc non sunt contraria, sed sic intellegenda, eum, quum prætura annua gentis Ætolorum perfunctus esset, post Dicæarchi profectionem ipsum quoque ad Antiochum missum fuisse: haud dubie quod Ætoli sibi persuadebant, in eo, qui et princeps gentis, et Romanis inimicissimus erat, plus momenti futurum ad Antiochum ad bellum adversus Romanos incitandum, quam in Dicæarcho.” Duker. Hæc tamen paucis certe verbis a Livio erant referenda.

3. *ex India elephantos*, h. e. Indicos, ut ap. Ovid. Am. 2, 6, 1. *psittacus ab Indis*, scil. venire; Gron. Cf. ad 42, 20, 5. 45, 39, 2. 45, 43, 4. Sic et *a* pro *ex* ponitur. v. ad 27, 5, 4. *adcitos* e cod. Mog. adjecere Aldus et reliqui ante Gron. — *ante omnia*, præcipue, ut ap. Suet. Cal. 21. ex c. Mog. restituit Drak. Reliqui MSS. exhibent *ad omnia* sc. incepta felicius perficienda; nisi potius cum Gron. *ad* dictum adcipias pro *super* aut *præter*. cf. ad 2, 23, 3. et 3. 42, 3.

4. *abscisa res erat*, al. *abscissa*. v. ad 4, 19, 5. “Malim *abscisa spes*, ut 4, 10. 24, 30. 35, 45. Sic et *spem incidere* 2, 15. 3, 58. 6, 39. 35, 31. et *præcidere* 4, 3. 24, 31. 29, 15. Si *res* retinendum est, in eo tamen non alia sententia esse potest, quam, etsi res eo redierant, ut prope abscisa esset spes animos Ætolorum ab societate Romanorum alienatos reconciliandi.” Duk. — *non ab re esse*, ei consentaneum, aut utile esse. Cf. ad 1, 27, 5.

5. *ad Panætolicum concilium*, v. ad 31, 29, 1.

6. *integris rebus Philippi potuisse intervenire Antiochum*, adcedere, ut passim, vel subcurrere, ut 40, 9.

7. *Consilia calida*, al. *callida*. Cf. Drak. et Duk. nosque ad 22, 24, 2. — *integra omnia*, v. ad 2, 5, 1.

CAP. 33.)—1. *Multitudo, avida novandi res, Antiochi tota erat*, v. ad 1, 52, 1. 3, 36, 4. et 3, 62, 5.

2. *ab iis fides motu fœderis*, v. ad 25, 16, 3. — *de quibus ambigeretur*, dubitaretur, vel certaretur. v. ad 21, 31, 6.

3. *lanistis Ætolis*, h. e. committentibus, subornantibus in certamen; (auctoribus, incitantibus) Gron. Cf. Cic. Philipp. 13, 19. et Rosc. Am. 40. Male *admixtis* vel *immissis* plerique libri.

4. *quo arcesseretur Antiochus ad liberandam Græciam disceptatumque* (supin.) *inter* cet. ita MSS., non, ut edd. antt., *disceptandumque*; Gron. Cf ad 1, 50, 5. et 5, 19, 3.

5. *decretum posceret eum Quinctius*, v. ad 1, [illegible], 6. — *insturet*, v. ad 3, 6, 5. — — *prævertendum*, v. ad 2, 21, 3.

CAP. 34.)—1. *Quinctius legatique*, v. ad 3, 25, 4. — *ut quæque de Antiocho, nihil per se ipsi moti, et sedentes exspectare adventum* (V. MSS. *motum*) *viderentur regis* cet. obscuriorem hunc locum sic explicabam: Ætolos, ne Romanis prius consilia eorum quam facta innotescerent, postea *concilium gentis nullum habuisse*, ita ut *quæque*, omnia, ut quamcumque spem haberent, viderentur exspectare de Antiocho, nihil ipsi pro ea laborantes, utque viderentur sedentes exspectare sive adventum sive motum regis; Gron. *quieti de Antiocho* conj. Faber. et *moturi* pro *moti* non male Jac. Periz. et *adventu* pro *adventum* Benedict. qui tamen non dicit, quo sensu hæc verba ceperit. Excidisse nomen Ætolorum, vel aliud, e quo intelligatur, hæc de iis dici, bene suspicatur Duk. — *sedentes*, v. ad 7, 37, 4.

2. *per apocletos: ita vocant sanctius consilium*; quod *ex delectis constat viris*; cf. 35, 46. 36, 28. 38, 1, 3. Suid. voc. Ἀπόκλητοι, et Polyb. 4, 5, 9. 20, 1, 1. 20, 10, 3. cui iidem ἄρχοντες dicuntur 21, 2, 7. conl. 21, 3, 2. *Apocleti* delecti ordinum proceres ad concilium, *der enge Ausschuss*; Bauer. Pro *consilium* alii *concilium*, a quo illud h. l. distinguitur. Cf. ad 1, 54, 1. et 38, 1, 3. — *res novarentur*, v. ad 1, 52, 1.

3. *principes, optimum quemque, Romanæ societatis esse*, (v. ad 3, 36, 4.) *et præsenti statu gaudere, multitudinem — omnia novare velle*, v. ad 36, 6, 2. Ante *optimum* recte

forsan *et* inseruit MS. Mog. Cf. tamen ad 1, 7, 6. *Principes* sunt nobilissimi ordinis senatorii, (v. Wessel. Obss. 1, 8.) et *optimus quisque*, qui optimatium partibus favebant, qui rei publicæ utilitati consulebant; qui non semper principes, sed interdum ex plebe erant; Drak. *novari* malebant Sigon. Sed ipsi etiam auctores rerum novarum esse cupiebant.

4. *Eurylochus, de cujus fuga* cet. v. cap. 31, 32.

5. *cum sordida veste*, v. ad 2, 54, 5. — — *tenentes velamenta subplicum*, v. ad 2, 54, 6. — *consenescere*, v. ad 1, 22, 3.

CAP. 35.)—1. *Lacedæmone*, plerique MSS. *Lacedæmoni*, v. ad 28, 26, 1. — *qui occupasset occidere*, v. ad 1, 14, 3. Sensus h. l. est: licet Romani Nabin oppidis maritimis spoliarint, ejusque copias intra urbem Achæi compulerint, nihilominus ei uni Lacedæmonios universum sublatæ tyrannidis beneficium adceptum relaturos, qui tyrannum non fregisset, sed interfecisset; Drak. *potius gratiam rei* (sc. quam odium et pœnam) omnes MSS. præter Mog.

2. *Iis a prætore* cet., cod. Victor. et Gærtn. *His*, sc. XXX equitibus, prob. Crev. — *opinione præcipere*, v. ad 7, 26, 5.

3. *terras, maria, armis, viris conpleturum*: verba *armis, viris*, fortasse etiam referri possunt ad *maria*, quæ tamen magis *navibus* et *classibus* conpleri dicuntur: unde alterutrum post *viris* forte excidit; Duk.

4. *sub tectis marcescere otio*, v. ad 23, 45, 1. — *in armis decurrere*, v. ad 23, 35, 3.

5. *suum consilium meo interponet*, v. ad 3, 45, 2.

6. *Ponere hastas equites A. jubet*, non abjicere, (nam *jacentem equites confodiunt*) sed reclinare et invadendi causa pectori obponere, ne scil. erectæ hastæ conspectum sui equitibus interciperent, quos se intueri imitarique jubebat, tamquam quid ipse facturus esset ignaros: quemadmodum 1, 27. Tullus Hostilius suos erigere hastas jussit, ne focios Albanos fugientes viderent; Sigon. Cf. ad 33, 8, 5. — *animum confusum* cet. v. ad 6, 34, 7. Ad seqq. cf. Pausan. 8, 50 extra.

CAP. 36.)—1. *si extemplo positis armis* — — et si *frequentes inde retenti* fuissent *in armis Ætoli* cet. h. e. si ipse sine insignibus belli, ut decet, in concionem processisset, libertatis illorum vindicandæ ergo patratum excusans, simul autem retinuisset ad signa Ætolos in patentibus urbis locis stationem servantes, nemine privatorum violato: sic enim futurum erat, ut quiescerent et boni, quibus nulla fieret injuria, et mali metu multitudinis armatæ et intentæ ad coërcendum; Gron.

2. *Laconicus ejus stirpis* cet. forte *Laonicus*; Gron.

3. *circa Chalciœcon, Minervæ templum æreum*, unde ipsa Minerva ἡ Χαλκίοικος sc. Ἀθηνᾶ. Cf. Pausan. 3, 17. 10, 5. Polyb. 4, 22. et 35. Thucyd. 1, 134. Diodor. 11, 45. Suidas et Intpp. Corn. Nep. Paus. 5. Meurs. Misc. Lacon. 1, 3. Periz. ad Æliani V. H. 9, 41. Leopard. Emend. 15, 8.

4. *sub corona venierunt*, v. ad 2, 17, 3.

CAP. 37.)—1. *societati Achæorum Lacedæmonios adjunxit Philopœmen*, cf. Plut. Philop. p. 364 sq. et Pausan. 8, 51. Polybiana hujus rei narratio intercidit.

2. *T. Quinctii legatorumque*, v. ad 3, 25, 4.

3. *onerarias leves*, v. ad 25, 27, 5.

4. *Aulidi atque Euripo*, cf. 45, 27. et ad 28, 6, 3.

CAP. 38.)—1. *Mictio* cod. Mog. Alii MSS. et vett. edd. *Micion*, (quod probat Victor. var. lect. 1, 7. et notum est Græcorum nomen, de quo v. Drak. ad 43, 7. ubi *Micion* est in ed. pr.) *Mittylo, Mittilio, Mictilo* cet. et Appian. Syr. 12. Μικυθίων, ut videatur verum nomen esse *Micythio*: nam *Micythus* nomen notum est ejus, qui Anaxilai Rhegini tyranni liberorum tutor fuit: (v. Holsten. ad Steph. v. Πυξοῦς, et de alio Nep. Epam. 4. de alio Ptolem. Hephæst. 4.) unde Μικυθίων, ut *Eurytus, Eurytion*; Gron. Cf. Schweigh. ad Appian. l. l.

2. *consilio tali animum adjecerunt*, Bened. conj. *objecerunt*. Sed τὸ *tali* refer ad seqq., quæ vulgato favent.

3. *Amarynthis Diana*, seu *Amarynthia* et *Amarysia*, sic dicta (ut et certamina ac festum) ab Amaryntho, Eubœæ vico, eoque nomine et ibi, et Athenis, Eretriæ, atque Carysti culta. v. Pausan. 1, 31. Strab. 10, 448. Schol. Pind. Olymp. 13, 159. Montfauc. Ant. expl. T. 1. p. 150. Meurs. Græc. fer. lib. 1. Hesych. et Steph. Byz. — *ne sinerent*, forte *neu s.*, Duk.

4. *Splendidiore catena*, speciosiore servitute. — *sed multo graviore*, al. *et m. g.*, v. ad 23, 44, 4.

CAP. 39.)—1. *in Chalcidis Euripo*, v. ad 28, 6, 3.

2. *ad ostium portus*, quod non intravit, jussus *abstinere portu*; unde Curio et alii τὸ *ad* male deleverunt; Gron.

3. *Magnetarches Eurylochus*, v. ad c. 31. n. 5.

4. *nuntio ad prætorem misso, ut* cet. v. ad 8, 19, 10.

CAP. 40.)—1. *Abstulerunt me velut de spatio*, effecerunt, ut quasi de spatio et curriculo deflecterem in circo.

2. *inde namque deverteram*, v. ad 1, 51, 2.

3. *Quinctius in Ligures, Domitius adversus Bojos* cet. a quibus non discrepant, quæ c. 22. leguntur, utrumque consulem in Bojos

[redacted]

e, et late agrum hostium pervas- sed hinc intelligimus, Quinctium mum rem gessisse in Liguria, inde deo penetrasse, ut ad conlegam in pervenerit: hinc Bojos Domitio, ea provincia erat, se dedidisse, inde i id, postquam jam castris viciuis finio provinciarum coiissent con- Gron. Sed cap. 22. diserte Livius , ambos consules in provincias pro- cap. 24. Quinctium ex provincia tum esse, ut novorum consulum a haberet: hic vero tradit, L. Quinc- et Cn. Domitium consules in pro- profectos esse, consulibus desig- Crev.

uplex equiti omnes MSS. præter Mog. . ante Ald. qui dedit *equitibus*. — *ra movit* se, muta est, ut 40, 59. Cf. , 2.

lle non pavor vanus, ed. Ascens. et al. *o ille*. Sed elegantius *ille* et *hic* pro mni, docet Gron.

'. 41.)—1. *cujus ea sors esset*, provin- rte adcepta, sc. bellum adversus bum. Cf. ad 10, 26, 4.

ima ut sors duæ provinciæ essent, vel ontineret, urbanam et peregrinam am. Cf. ad 10, 26, 4. 25, 3, 1. 25,

verat L. Furius cet. v. ad 34, 53, 5. *cavit Q. Marcius R. duumvir*, v. ad 1, et 23, 30, 8.

cella Jovis supra fastigium ædiculæ, v. 19, 11. *Ædicula* Lipsio videbatur a templi cella; Ryckio de capit. c. or cella s. ædicula, (capellam vul- nt) quales in ipsa cella aut in cellæ rint, in quibus minora deorum si- a ponerentur; (in qua ædicula hic ata consecratam fuisse putabat Vic- auream, ab Hierone missam, de 22, 37.) Crev. capsula aliqua, quæ signum Jovis aut sacra incluserit. *n cella Jovis et supra f. æd. duod. cl.*, *itæ supra fastigium æd. et in cella Jovis* . conj. Drak. — *clypea inaurata*, v. 39, 7.

ter lignarius, loco sic dicto ab ejus- opificibus lignariis, (ita Crev. et n. in topograph. 4, 1.) vel potius toribus ejus generis, ut *inter falca-* . Cic. Sull. 18. et Catil. 1, 4. Ita i in clav. Cic. v. *falcarius*.

'. 42.—1. *Alexandria Troas*, Ἀλεξάν- ἐπὶ Τρωάδος ap. auctorem Chron. p. 171. ἡ Τρωὰς Ἀλεξάνδρεια ap. 5, 78. 111. 21, 10. 11. quæ etiam *Troas* et *Antogonia Troas* dicebatur. t. var. lect. 1, 12. Cuper. monum. et Harpocr. p. 210. et Spanhem. ad . H. in Cer. 135. — *naves apertæ*, 2, 19, 4.

2. *movere sententiam*, v. ad 25, 16, 3.

3. *adcipientem prægravatura*, ei incommoda et noxia futura; Ern. *Prægravare* proprie dicitur onus nimis grave, deinde numerus nimis crescens, ut 5, 34. et 38, 25.

CAP. 43.)—1. *Ilium a mari* (v. ad 8, 17, 5.) *adscendit, ut Minervæ sacrificaret*, cui præsidi arcis inclytum in ea fuit templum. Cf. 37, 9. et 37. ad 45, 28, 1. Heyne Exc. 9. ad Virg. A. 2, 293 sq. Appian. b. Mithrid. 53. Aurel. Vict. de viris ill. 70. Strab. 13. p. 591. 593. 597. unde etiam patebit, Ilium recentius a prisco diversum et *mari* propius fuisse. *adscendit Ilium*, ut 37, 9. 37. et ap. Herodot. 7, 43. ἐς τὸ τοῦ Πριάμου Πέργαμον ἀνέβη, Drak. *descendit* multi MSS. unde *escendit* conj. Jac. Gron.

2. *XL tectis navibus, apertis LX*, v. ad 22, 19, 4.

3. *Imbrum insulam tenuit*, v. ad 1, 1, 8. — — *Sciathum*, v. ad 31, 45, 7. — *Pteleum primum* opp. *continentis* vel primam terram continentem. cf. 42, 67. — *Magnetarches*, v. ad c. 31. n. 5.

4. *Græciam nudam*, solam; vel inermem, sine copiis et auxiliis, ut 36, 5, 4. et *nudus Antonius* ap. Cic. ad Div. 10, 11.

5. *Phalara in sinum Maliacum p.*, v. ad 27, 30, 3.

6. *exceptus ingenti favore multitudinis cum plausibus clamoribusque et quibus aliis lætitia effusa vulgi significatur*, v. ad 31, 15, 1.

CAP. 44.)—1. *a Phænea prætore principibusque*, v. ad 3, 25, 4. Mox verba *inde et rex* suspecta Drak.

2. *inpensæ voluntatis*, magnæ, valde propensæ.

3. *exspectatio destituta*, v. ad 1, 51, 4. — — *simul primum*, v. ad 6, 1, 4.

4. *copia frumenti et annona tolerabilis rerum aliarum* (cf. ad 29, 37, 3.) *subpeditetur*, in MS. Gærtn. *suppeditet* probb. Duk. et Drak. Cf. ad 6, 24, 1.

CAP. 45.)—1. *Multa homines, ne bellare* cet. omnes MSS. præter Mogunt. *ne bellarent* non inprob. Gron. Cf. ad 37, 17, 4. — — *voluntate remittere*, v. ad 32, 2, 3.

2. *et Romani tempus habeant ad comparandum* sc. se, vel necessaria ad bellum. Ita hoc verbum absolute dici, intellecto ex proximis quid comparetur, jam monuit Gron. ad 36, 3, 1. (ubi voc. *classem* ab indocto quodam adpositum putabat) et 38, 12, 2. (ubi τὸ *copias*, post *comparandum* ab editoribus nonnullis adjectum, a MSS. abesse monet). Cf. ad 42, 52, 4. Nepot. Thrasyb. 2. sup. 34, 34, 2. ubi *ad comparandum* simili modo dicitur, Ern. clav. Cic.

3. *satis expertum esse*, v. ad 2, 29, 1.

4. *inperatoremque regem adpellandum*: Spanhem. ad Juliani orat. 1. p. 150. et in diss.

7. de usu et pr. num. p. 443. *inperatorem* hic esse putat, quem Græci *στρατηγὸν αὐτοκράτορα* dicunt, imperatorem, qui administrationem belli cum summo inperio ac potestate habet, ita ut ad alios referre non cogatur, ut *βασιλεῖς αὐτοκράτορες* et *πρέσβεις αὐτοκράτορες*, qui plenam et liberam omnia agendi et de omnibus tractandi potestatem habent. Hoc eo confirmari videtur, quod Livius dicit, *XXX principes delectos fuisse, cum quibus rex, si qua vellet, consultaret*; Duker.

CAP. 46.)—1. *cum apocletis eorum*, cf. ad c. 34. n. 2. et Polyb. 20, 1.

2. *ab Ætolis tentatam Chalcidem*, v. ad 9, 35, 1.

3. *decem constratis navibus*, v. ad 22, 19, 4.

4. *fœdere iniquo adligata*; Gron. conj. *inligata* conl. 41, 24. 42, 23. 45, 25. al. Sed *adligari* etiam hoc sensu adhiberi 34, 3. et 37, 26. monet Drak. Spanhemius in Orbe Rom. 2, 10. p. 303. scribit, Chalcidenses quidem hoc verbis præ se ferre, sed tamen *inpar* seu *iniquum* eorum aliorumque Græcorum cum Romanis fœdus fuisse, eo quod *nullam pacisci societatem, nisi ex auctoritate Romanorum*, et quod nulla bella injussu Romanorum suscipere potuerint; quod conligit ex iis, quæ cap. 50 pr. de Achæis leguntur. "Forte vera hæc sententia, sed certioribus argumentis confirmanda. Nam qui dicit, certum est mihi hoc non facere, non statim dicit, non possum hoc facere; nec, qui c. 50 pr. dicuntur *eosdem hostes et amicos, quos populus Rom.* sibi hostes et amicos esse *censuisset, judicaturi*, dicuntur injussu Romanorum bellum suscipere non potuisse. Jus et natura fœderis non patiebatur, ut socii Romanorum cum hostibus eorum arma conjungerent. Nec tamen ideo hoc fœdus *magis inpar* seu *iniquum* Chalcidensibus et Achæis, quam Romanis, qui non minus legibus illius inligabantur. Nec verosimile est, eo tempore vel Græcos iniquas societatis conditiones adcepturos fuisse, vel Romanos eas hominibus liberis proponendas judicasse, quorum favorem tum omnibus rebus captabant." Duker.

5. *id eos pro amicis facturos*, v. ad 2, 7, 4.

CAP. 47.)—1. *Placuit, Achæos et Amynandrum, regem Athamanum tentare*, v. ad 9, 35, 1. Ante *Achæos* excidit *Bœotos*: nam de tribus his in seqq. distincte agitur; Jac. Periz.

2. *Apamiam, filiam Alexandri* cet. cf. Appian. Syr. 13. ex quo forte cum Sigon. leg. *Apamam*. Cf. ad 38, 13, 5. — *ferens*, v. ad 4, 45, 5.

3. *quod is vere regum s. e.*, potius *quasi is*, Gron. Si hoc ita intelligatur, Antiochum et Ætolos aluisse vanitatem ingenii illius, quod dicerent, eum vere regiæ stirpis esse, retineri potest *quod*; Duk. et Crev.

CAP. 48.)—1. *Ægii datum concilium*, v. ad 27, 30, 8. — *quam Ætoli*, forte *Ætolorum*; Glar. Cf. ad c. 49. n. 1.

2. *maria terrasque inani sonitu verborum conplevit* sc. navibus copiisque. Cf. ad c. 49. n. 2. — *loricatos, quos cataphractos vocant*, Gall. *Cuirassiers*. v. ad Tac. Ann. 3, 43, 6. et Spanhem. ad Julian. Orat. 1. p. 243. *vocent* conj. Bauer. Sed forte Livii verba sunt *quos c. vocant*, parenthesi includenda. Cf. 37, 40. — *a quo*, ab qua re. Spectant hæc ad seqq. nec est quod legas *a quis* s. *queis*.

3. *Dahas, Medos* cet., male *Dacas* vett. edd. v. ad Sil. 13, 764. et Intpp. Virg. A. 8, 728. *Dahæ* Nomades et Scythæ, ultra Hyrcaniam et mare Caspium. *Elymæi*, Ἐλυμαῖοι et Ἐλεμῖται, in Elymaide, a meridie Mediæ, parte australi ejus regionis, quæ nunc Chusistan dicitur; et *Caddusii*, rectius forte *Cadusi*, in ora Mediæ montana. Cf. Strab. 11. p. 508. 542. Ptol. 6, 2. Polyb. 5, 44. Hard. ad Plin. 6, 13. et 27. s. 15. et 31.

4. *ex Pamphylia Sidetas*, v. ad c. 13. n. 3.

5. *medios deceat amicos*, v. ad 1, 32, 5. — *bello se non interponant*, immisceant, ut c. 49, et 42, 58.

6. *Provectus est in maledicta Romanorum*, in Romanos. v. ad 41, 20, 4. — *proprie ipsius Quinctii*, solius, in solum, *persönlich, individuell*; Bauer.

CAP. 49.)—1. *Coram quibus*, sc. Quinctio et legatis Antiochi, casu præsentibus et tantum audientibus, *magis, quam apud quos* sc. Achæos, judices, arbitros et disceptatores, ad rem non tam audiendam, quam disceptandam, vocatos: nam Achæi legatis coram Quinctio (cf. cap. 48 pr.) dederant concilium, in quo Archidamus Quinctium prosciderat maledictis, et jactaverat ea, quorum veritas legatis quidem regis, non vero Achæis, haud satis perspecta esse poterat. — *legatis regis*, forte *legato*, quia cap. præc. non nisi *legatus Antiochi* memoratur: sed licet plures legati sint missi, unius tamen tantum interdum mentio fit, quia is legationis princeps est: quo et referri potest, quod Livius modo *scirent*, modo *eum* dicat, et cap. 48 pr. *Ætoli*, h. e. legati Ætolorum, licet unus tantum memoretur legatus Archidamus; Drak. *dum ii ab se* cet. in MS. Lov. 6. et Gærtn. *dum hi*, rectius forte, judice etiam Crev. quamvis *ii* non alii esse possunt, quam legati Ætolorum.

2. *suam sectam esse sequuturos*; (v. ad 29, 27, 2.) *rex contra*, propr. regis legatus, *peditum equitumque nubes jactat*, inmensam multitudinem, (inpr. avium, instar atræ nubis aërem secantium, tenebrisque quasi

involventium, ut locustarum 42, 10. hinc et *telorum* 38, 26. v. ad Sil. 1, 311. 2, 433. 6, 336. 7, 84.) *et consternit maria suis classibus*, cf. ad c. 48. n. 2. " Nota h. l. adcusativum cum infinit. in rectam orationem elapsum: *inflasse*, *inflatos esse; dum narrant — rex contra — jactat.* Hæc tamen pro conjunctivis adceperis, nisi insertum sit *quæ audiebatis*. Recta ergo oratio incipit, suspensa tamen ab obliqua, paullo durius. Ita pergit: *Est autem* — et tamen deinde: *Hoc dici posse.*" Bauer. Cf. ad 1, 13, 4. et 35, 16, 5.

3. *Est autem res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei* cet. cf. Plut. Flamin. p. 378. et apophthegm. p. 197. Erasmi Adag. tit. *Arrogantia* p. m. 159. et, qui ex h. l. colligebat, acutum Quinctio ingenium lepidumque fuisse. Victor. var. lect. 17, 10. Hoc exemplo hospitis duo reprehendit in Antiochi legato, et quod ex una gente multas faciat, et quod ex mansuetis inbellibusque feroces ac truces, quemadmodum ex uno porco hospes multam variamque venationem, et ex mansueto speciem ferinæ carnis fecisse visus erat; Glar. Oratio autem obliqua in rectam mutata, ut passim, v. ad 1, 13, 4.

4. *solstitiali tempore*, media æstate: nam antiquis duo tantum solstitia fuisse, nec nisi mediam æstatem dici *solstitium*, mediam hyemem *brumam*, Victor. ad Varr. R. R. 1, 46. docet; Drak. — *tam multa et varia venatio*, v. ad 25, 9, 9. — *non, quam isti sunt, gloriosus*, v. ad 2, 56, 8. — *Dahas et Medos et Cadusios et Elymæos Syros omnes esse*, v. ad c. 48. n. 3. *Syri* latiore sensu dicti.

5. *legiuncularum instar*, v. ad 28, 17, 1. — *quod militi admetiatur* tenuiter, parce, *kümmerlich, nothdürftig*; Bauer.

6. *nihil aliud quam Aulide et Euripo spectatis*, postquam nil egisset, quam quod vel ut spectaret; Bauer. v. ad 2, 8, 9. — *expertæ toties spectatæque R. f.*; alii, etiam Drak., *potius*; quod languere videtur: at *toties* excitat orationem et firmat: ac sane sæpius jam cognorant Achæi fidem Romanorum, utut in uno bello Philippi; Bauer. *potius* codd. Mog. Victor. et Lov. 6. *toties* reliqui MSS. et edd. ante Ald.

7. *Nam quod optimum esse dicunt*, (id recepi ex MS. Lov. 3. pro vulg. *dicant*, suadentibus Crev. et Bauero: nam vere dixerant) *non interponi vos bello.* (v. ad c. 48. n. 5.) — *præmium victoris eritis*, v. ad 32, 21, 16. *interponendi* plerique MSS. et edd. ante Mogunt. non inprob. Gron., si intellegatur *consilium* aut tale quid. Idem monet, similiter inf. 37, 16 extr. in MSS. primisque edd. legi *omisso Patara amplius tentandi*, et in recentt. demum edd. *omisso conatu P. a. t.* et *omissa P. a. t. spe.* Cf. ad Tac. Ann. 2, 43, 10. — *nihil immo*, contra, potius. Inter has voces in cod. Harl. et Sigon. insertum *tam vanum* ab iis, qui nesciebant, τὸ *immo* alii voc. postponi, ut 38, 43. et 39, 40.

CAP. 50.) — 1. *adversus utrosque*, utrisque.

2. *qui Romanæ partis erant*, v. ad 3, 36, 4. 3, 62, 5. et 24, 42. 4. *Romanorum partis* recte, puto, emend. Duk. quia *pars* genitivo plur. jungi solet. Cf. tamen et ad c. 51. n. 3. — *Bœoti nihil certi responderunt* cet. cf. Polyb. 20, 2. — *et Eumenem regem misisse* sc. auxilia.

3. *transgressi Euripum* cet. v. ad 28, 6, 3.

4. *obsessas ab hostibus fauces* cet. v. ad 28, 6, 3.

CAP. 51.) — 1. *Templum est Apollinis Delium* (an *Delii?*) *inminens mari* cet. v. ad 3, 51, 3. et 31, 45, 5. — *mari trajectus*: nam insula etiam adiri potest ex continenti, quia angustiæ maris inter Bœotiam et Eubœam adeo arctæ sunt, ut Euripus ille ponte stratus fuerit, quo insula continenti adnexa est; Drak. Cf. Plin. 4, 12. et Strab. 9, 401. 403.

2. *in fano lucoque ea religione eoque jure sancto, quo sunt templa, quæ asyla Græci adpellant*, v. ad 1, 8, 6. — *sanguinem usquam factum*, v. ad 2, 30, 8. — *ad spectaculum*, spectationem, *templi*, ut 39, 43. et 45, 27, 4. — *eos cecidit*, vox *eos* exsulat a Lov. 5. et edd. ante Frob. a. 1535. In ea latere numerum cæsorum, suspicabatur Crev.

3. *Qui Romanæ partis erant*, v. ad c. 50. n. 2. — *Achæorum et Eumenis milites Salganea tenebant* cet. Quum Chalcis et Salganeus, illa in Euboea, hæc in Bœotia, ad Euripum sitæ fuerint, milites Achæorum et Eumenis Chalcide discedentes navibus Salganea, ante quam urbem ad Hermæum Menippus castra habebat, trajicere Euripo potuerunt; Drak.

4. *quod caput erat Eubœæ*, Chalcidem.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXVI.

CAP. 1.)—1. *hostiis perlitatum est*, v. ad 5, 38, 1.

2. *vellent juberentne cum Antiocho rege, quique sectam ejus sequuti essent, bellum iniri*, v. ad 29, 27, 2. ét 38, 48, 5.

3. *ex auctoritate senatus scripsisset* e civibus *inperassetve* sociis, (cf. cap. 3 extr.) *ut eum exercitum* cet. hoc *ut* πλεονάζει, ut passim: v. ad 22, 11, 2. sed e quibusdam libris recte forsan ejectum. Quin et proxime præcedens *ut* abesse poterat.

4. *L. Quinctium — legari ad id bellum:* sic T. Quinctio in Macedonia bellum gerenti legati ex SCto additi 32, 28 extr. et sæpe aliis inperatoribus: nec tamen L. Quinctii deinde ulla in hoc bello mentio est; Duker. Cf. 35, 23. ad 36, 17, 1. et 37, 1, 6. Lips. de mil. Rom. 2, 10.

5. *cum Bojis jussus bellum gerere — alterum ut mitteret Romam* cet. v. ad 40, 30, 2.

CAP. 2.)—1. *His ita in senatu ad*, ob, *id, quæ cujus* cet. forte leg. *cujusque*, vel cum Bened. *quæ et cujus.*

2. *Certa deinde sorte* cet. posteaquam sorte, sortitione, decretum est; Ern. An leg. *ducta d. sorte?*

3. *utque M'. Acilius consul ludos magnos Jovi voveret, et dona ad omnia pulvinaria*, v. ad 5, 13, 5. et 27, 33, 4.

4. *donaque data recte sunto*, v. ad 22, 10, 2.

5. *Bruto juris dictio utraque evenit*, v. ad 25, 41, 8.

6. *A. Cornelio novi milites* cet. cf. 35, 41.

7. *ut duas decumas frumenti exigeret*, dandas ex agro decumano, in Sicilia a publicanis redemto. Cf. 37, 2 extr. Mox pro *id* forte leg. *et*, vel *et id.*

8. *socios navales libertinos*, v. ad 9, 38, 1.

CAP. 3.)—1. *Qui senatores essent quibusque in senatu sententiam dicere liceret*, v. ad 22, 49, 13. — *ne quis eorum longius ab urbe Roma abiret — abessent*, cf. ad 43, 11, 3. — — *in conparando inpigre classem* MSS. *in conparanda* i. *classe* quædam edd. Cf. ad 35, 45, 2.

2. *vacationem rei navalis his colonis non esse*, v. ad 27, 38, 2. et 3. — *ad conlegium fetialium* cet. v. ad 1, 24, 5. et 9, 9, 2. — *ex ad præsidium nuntiaretur*, v. ad 31, 8, 5. et 38, 46, 5.

3. *societas eis et amicitia renuntianda*, v. ad 25, 18, 5.

4. *Jam ante sese, quum de Philippo — nuntiaretur*, v. ad 31, 8, 4. 5. — *toties repetentibus res, nec reddi, nec satis fieri* cet. v. ad 1, 22, 5.

5. *uti omnes Brundisium* cet. v. ad 22, 11, 2. — *ante diem quintum Nonas M. paludatus V. e.*, v. ad 1, 26, 1. et 6, 1, 9.

CAP. 4.)—1. *si M'. Acilio cos. non defuisset*, v. ad 3, 46, 3.

2. *tritici modium mille:* summam tritici mendosam esse, ex ea summa, quam mox a Masinissa, quamque 43, 6. ab eodem et a Pœnis oblatam legimus, nec non ex 22, 37. et 26, 47. jam collegerunt Sigon. et Drak. Hic ex 43, 6. conj. *tritici X. C. M.* h. e. decies centena millia, ut librarii non adsequuti sint notas, vel ex Pal. 2. *tritici modium centena millia* et ex Lov. 3. *hordei quinquaginta millia.* — *classem suorum suo sumtu c.* vox *suorum* forte tollenda, et orta ex seq. *suo* et prima syll. voc. *sumtu;* Duk.

3. *nullam ante diem*, fœderis legibus definitam, *adcepturos* se pecuniam. Cf. 30, 37. et ad 34, 6, 6.

CAP. 5.)—1. *Quum hæc Romæ agebantur;* non dubito, quin ex iis, quæ ad 1, 40. adnotata sunt, h. l. et cap. 15 pr. legendum sit *agerentur;* Duk. Possis et *dum agebantur.* — *ne cessaret per hibernorum tempus*, v. ad 2, 18, 1. Illud *per* abest a MS. Barber. non inprob. Gron. ut vel intellegatur, vel sensus sit: ne tempus h. otiosum transmitteretur. Idem mox delendum monet *τὸ venerunt.* Gesta vero hæc esse τοῦ χειμῶνος καταρχομένου tradit Polyb. 20, 3. quem confer ad seqq.

2. *volebant cum eo, ut caverent*, v. ad 8, 14, 3. — *ne quid offenderent Romanos*, v. ad 3, 21, 2.

3. *præsidere Epiro*, v. ad 10, 17, 3. Mox *omnibus* e MSS. recepi pro vulg. *omnes*, suadente Gron.

[redacted]

4. *nudos atque inermes*, v. ad 3, 19, 9. et 35, 43, 4.

5. *apud exercitus Romanos;* vox media delenda; Gron.

6. *longinque auxilio*, quod e longinquo veniret, ut μακρὰ βοήθεια seu ἐπιβοήθεια et παραβοήθεια in Æneæ Poliorc. c. 16. Xenoph. Cyrop. 5, 4, 47. et Polyb. 2, 5, 2. ubi cf. Schweigh.

CAP. 6.)—1. *causas in speciem iræ* (v. ad 6, 14, 2.) *adversus Romanos eas, quas ante dixi* cet. v. 33, 27-29. et 34, 47. Ad seqq. cf. Polyb. 20, 4-7. qui singula fusius tradit.

2. *publice privatimque labante egregia quondam disciplina gentis*, (v. ad Præf. n. 13.) *et multorum eo statu* præsente hominum atque in primis domi nobilium, *qui diuturnus esse sine mutatione rerum non posset*, h. e. multis ita ævum agentibus eumque privatarum rerum statum obtinentibus, ut perdita re publica illis opus esset, ut, nisi rem publicam turbarent et moverent, et sic judicia ac legum minas effugerent, suum statum propediem motum et eversum viderent: quales describit Sallust. in bello Catil. et Cicero in Catil. II., qualesque pingunt instigatores facesque civilis belli Cæsar, Sallustius, Lucanus, Petronius; Gron. coll. 35, 34, 3. 42, 30. Suet. Cæs. 27. et inpr. loco egregio Polyb. 20, 6. de perdito reip. Bœotorum statu. Idem conj. *labantem egregiam q. disciplinam gentis et multorum eum statum* sc. causas belli habentem. Immo *multorum eo statu* sc. exsistente; Drak.

3. *neminem, quid ageretur, fallebat* non bene referri potest ad *exorsus*. Melius flueret oratio, si legeretur: *exorsus est, qua — postularet. Neminem quidem, quid ageretur, fallebat*, i. e. latebat; Duk.

4. *cum quibus de summa rerum* (v. ad 3, 5, 6.) *deliberaret*, cf. 35, 45 extr. — *et alii legatos*, del *et*; Duk.

CAP. 7.)—1. *Hannibal, interrogatus sententiam*, (v. ad 32, 23, 1.) — *tali oratione* cet. cf. Justin. 31, 5. et Appian. Syr. 11. — *avertit* a Thessalorum gente; Drak. Cf. ad 3, 63, 1.

2. *simul ac Romanum*, forte *ac*, *simul R.* cet. Gron.

3. *si semel in causam* nostram *descenderit*, ad partes nostras transierit. Sic *dissentientes in causam deducere* 42, 38.

4. *absit verbo invidia*, v. ad 9, 19, 7.

5. *ut meam utramque fortunam taceam*, secundam et adversam. "Non adsequor sententiam horum verborum. Dum secundis rebus utebatur Hannibal, populus Rom. ei inpar erat: sed hoc dici non potest, postquam conversa fortuna cum adversis conflictari cœpit. In extrema oratione quidem dicit, se cum Romanis bellare *bonis suis malisque didicisse:* sed ex eo non efficitur, Romanos malis illius rebus bellum cum eo gerentes ei inpares fuisse;" Duker. Illa modeste puto dicta esse hoc sensu: ut jam de me nihil dicam, qui initio secunda semper fortuna, et postremo quidem adversa usus sum, sed non mea culpa. Cf. omnino 28, 12. et 30, 35. — — *Epirotarum regi*, Pyrrho. Ad seqq. cf. Victor. var. lect. 20, 1. qui ea cum locis Demosth. ex orat. pro Ctesiph. conparat.

6. *Vester enim legatus hic Thoas* cet. v. ad 35, 32, 2. — *Ille quidem feræ bestiæ vinctæ* cet. idem de Philippo dixit Alexander Acarnan 35, 18. An itaque pro *ille* legendum *alius?* Sed eadem conparatio pluribus potuit in mentem venire, vel Livio res exornanti tribuenda, qui ea utitur passim. v. ad 35, 18, 4.

7. *ut erumpere diu coërcitam iram* (ita MSS. non. ut edd. antt., *coërcita ira*) *in hostes possit*, h. e. effundere. Cf. Gron. et Drak. ad h. l. et Ernesti clav. Cic. v. *erumpere*.

8. *pro inopia commeatuum*, v. ad 7, 33, 2.

9. *in Byllinum agrum*, Byllidis s. Bullidis, oppidi maritimi Macedoniæ s. Illyrici: unde *Bullini*, (hinc 44, 30. pro *Bullianorum* Drak. edidit *Bullinorum*, at Sigon. *Bulinorum* e Steph.) *Buliones*, *Bullienses*, *Bullidenses*, *Byllidenses*, *Bulliones*. v. Drak. ad h. l. et 44, 30. Palmer. Græc. ant. 1, 30. Ernesti clav. Cic. in Ind. geogr. v. *Byllis*. — *Græciæ præsidebis*, v. ad 10, 17, 3. — *ut*, quamvis, *non omnis belli*, cum omnibus populis, et terra marique gerendi: cui *Romanum* obponitur.

CAP. 8.)—1. *quam laudarunt magis* cet. cf. Justin. 31, 6. et Appian. Syr. 14. — — *Ætolis Amynandroque dies dictus est ad conveniendum exercitui* (cum exercitu Antiochi) *Pheras:* ita voces cohærere puto, ne duplex dativus ad *dictus* referatur; Drak. Cf. ad 22, 12, 1. *ab Ætolis* emend. Jac. Gron. (sed credibilius esse, ab Antiocho, quem imperatorem fecerint, 35, 45. diem illam fuisse dictam, ut c. 15., quam ab Ætolis et Amynandro, jam monuit Duk.) *cum exercitu* Gron., et *sunt missi ab Ætolis Amynandroque.* — *dies ad c. exercitui P. e. d.* Bened.

2. *ad legenda* sepeliendaque *ossa Macedonum circa Cynoscephalas, ubi debellatum erat cum Philippo* a Romanis, *misit* cet. cf. Appian. Syr. 16. (ubi Antiochum ipsum magnifice sepelivisse milites tradit) Plut. Flamin. c. 9. Alcæi carmen 22. in Brunck. Anal. T. 1. p. 492. Jacobs ad Anthol. Gr. T. 1. P. 2. p. 365.

3. *quod insepultos milites reliquisset*, v. ad 1, 49, 1.

4. *fortunam in consilio habiturus*, transiturus in eas partes, quibus fortuna belli adspiraret. Cf. Appian. l. l. — *Ad M. Bæbium p. misit* cet. v. ad 8, 19, 10.

CAP. 9.)—1. *ut in causa pari*, v. ad 8,

30, 7. — *quæ pro Chalcidensibus in conloquio* cet. v. 35, 46.

2. *nec ibi mora deditionis est facta*, forte *deditioni*, ut 3, 2. 4, 13. 6, 31. 28, 7. 42, 7. nam *mora deditionis* recte quidem dicitur, ut ap. Sall. Jug. 29. verum alio sensu; Duk. "Forte *mora deditionis* non tantum active dici potest mora, quam infert deditio, sed etiam passive mora, quæ infertur deditioni, ut *facere moram dimicandi et concurrendi* 7, 27. 21, 32. 24, 15. 31, 33. *subplicii moram adferre*, et *moram mortis adsequi* ap. Cic. Verr. 5, 64. *redimere moram belli* ap. Sall. Jug. 29." Drak.

3. *quod eam rem magni momenti futuram rex* cet. forte leg. *magno momento*, certe del. *τὸ rex*, vel paullo ante *ab rege;* Gron.

CAP. 10.)—1. *beneficio* (ob beneficium) *præsidii dimissi* (cf. cap. 9.) *non ultra* — *munsuros*, v. ad 3, 47, 1. — *fluctuarentur*, v. ad 4, 24, 2. — *inter metum præsentem* (ut 42, 53.) *hostium*, Mur. malebat *præsentium*, haud dubie propter seqq. *absentium*. Sed orationem a Livio variari solere, monet Drak. — *Pellinæum*, rectius forte e nummis *Pelinæum* seu *Pelinnæum*, et ap. Steph. Πέλινα pro Πέλιννα, quoniam oppidum a Pelino conditore sic dictum tradit. Cf. Duk. et Drak. ad h. l. Spanhem. de usu et pr. num. diss. IX. p. 902. ed. Amst. 1671. Intpp. Strab. 9, 437. Salmas. ad Solin. p. 607.

2. *agrum Tripolitanum*, v. 42, 53.

3. *urbis sitæ in plano*, (v. ad 21, 32, 7.) *apertæ*, (quam facile quivis intrare posset; Crev.) *campestri undique*, per loca plana et campestria, *aditu*, ut 40, 22, 5. et sic *campestris urbs, ager, vicus*, seu *campestre oppidum*, in campo et plano situm, 23, 45, 7. 27, 39. 38, 18. 40, 53. 58. Cf. ad 10, 2, 3.) Sic et *campestre iter* ap. Cæs. B. C. 1, 66. et Curt. 5, 3, 16. Hanc lect. e MSS. et antt. edd. restituere Crev. et Drak. pro vulg. *a parte campestri undique facilis* (quod in nullo MS. exstat) *aditu*. Sed cum Duk. pro *apertæ* forsan leg. *aperto et*, ut *apertus aditus* dictus est, ut *apertus campus, apertum* et *aperta loca*, h. e. patentia, ubi non est locus insidiis, *purus et patens campus, ubi nullus insidiarum metus* 24, 14. nam Larissa tota in plano sita, (v. Strab. 9, 440.) at *mœnibus* cincta, *operibus et machinis obpugnata*; unde non bene dici potest *aperta*, non munita. Hæc et alia monuit Duk.

4. *legati a Pharsalo*, v. ad 10, 14, 2.

5. *latius, quam pro copiis*, v. ad 7, 33, 2. — *plures, quam* — *ignes adcendisset*, v. ad 22, 41, 5.

6. *hyemem instare causatus;* Duk. ad h. l. docet, *instare* (ut fere Gr. ἐνστῆναι) primum dici, quæ nondum quidem inchoata, sed vel mox futura sint, ut 29, 35. 33, 41. 37, 39. vel interjecto longiore temporis spatio, ut 21, 21. deinde quæ jam cœpta ac præsentia sint, ut 2, 48. 3, 6. denique quæ, postquam inchoata sint et præsentia esse cœperint, maneant, durent et urgeant, ut 5, 6. 28, 38. et forte h. l. de hyeme, quæ jam ferme media fuerit; (v. cap. 6. et 11.) nisi leg. sit *hyemem obstare*, utpote nulli bellicæ rei, minime obpugnationi et obsidioni urbium, aptam, quod quidam in consiliis dicebant. Cf. sup. ad 3, 6, 5. et 5, 6, 5.

7. *confirmandos in reliquum*, v. ad 23, 20, 4. — *descendit Larissam:* cur *descendit?* cf. not. 3.

CAP. 11.)—1. *amore captus virginis Chalcidensis* cet. cf. Appian. Syr. 16. et 20. Polyb. 20, 8. (vel Athen. 10, 54.)

2. *primo adlegando*, cum eo per amicos agendo. Ernesti in clav. Cic. "Publice, inquit, *legantur* homines, qui inde *legati* dicuntur; privatim *adlegantur*, h. e. submittuntur ad aliquos, qui cum iis agant: unde *adlegati*, quos vulgo *deputatos* vocant." Cf. Gron. ad h. l. — *fatigasset*, v. ad 27, 50, 2. — *se g. f. conditioni indignantem*, v. ad ad 33, 12, 6.

3. *ad Bœotiam maxime*, forte *ac Bœotiæ m.* Gron. — *per Phocidem Chæroneam*, Bœotiæ opp., *veniset* Chalcide Eubœæ, ubi hibernaverat, *per Phocidem in Acarnaniam* ex cap. 12. et Appiani Syr. 16. conj. Sigon. Sed Crev. et Drak. docent ex Strab. 9, 416. 424. et Palmer. Græc. ant. 6, 1. antiquitus Phocidem non tantum ab altera parte sinum Corinthiacum, sed etiam ab altera sinum Maliacum et mare Euboicum adtigisse; adeoque non necesse fuisse Bœotiam intrare trajecturo ab Eubœa in Phocidem, quemadmodum etiam cap. seq. Antiochus *per Ætoliæ et Phocidis urbes Chalcidem redierit* non facta Bœotiæ mentione.

4. *præter Calydonem et Lysimachiam*, oppida Ætoliæ. *præter Chalcidem* edd. fere omnes ante Drak. Χαλκὶς s. Χάλκεια nomen duorum Ætoliæ oppidorum, ad Euenum et Acheloum fl. v. Strab. 10. p. 459 sq. et 447 C. et Schweigh. ad Polyb. 5, 94, 8. — *ad Stratum*, v. ad 8, 1, 1. *Stratus* metropolis olim Acarnaniæ, ad Acheloum fl., postea imperio Ætolorum subjecta. Cf. Palmer. Græc. ant. 3, 5. et Cellar. Geogr. ant. 2, 13. p. 707. — *Mnesilochus p. A.*, v. ad 37, 45, 8.

5. *Leucadios, Acarnaniæ caput*, v. ad 26, 26, 1.

6. *ad Medionem et Thyrium* oppida Acarnaniæ. *Medeonem* al. non minus recte. Nam Μεδίων et Μεδεὼν nominatur hæc urbs, sita in extrema Acarnania, versus Epirum, non longe a sinu Ambracico; ab qua diversa est illa sive Medeon sive Meteon Labeatidis in Illyrico, (Μεδεὼν τῆς Ἠπείρου πόλις καὶ Κώμη Steph.) inf. 44, 23, 32. et Polyb. 29, 2, 5. memorata. v.

Drak. ad 44, 23. et Schweigh. ad Polyb. 2, 2, 5. Pro *Thyrium* alii mendose *Tyrrheum*, ut et c. 12. et 38, 9. Græcis dicitur Θύριον, Θύρεον, et Θούριον, civesque Θουριεῖς v. Drak. ad h. l. et 38, 9. Schweigh. ad Polyb. 4, 6, 2. 22, 12, 4. et 28, 5, 1,

7. *pro obsidibus futuri*, v. ad 2, 7, 4.

CAP. 12.)—1. *media visa est C. sententia*, v. ad 2, 30, 1. — *eoque adcepta*, v. ad 1, 11, 6. Post *adcepta* ed. Mog. et seqq. adjecere *est*, quod ad omnibus MSS. præter Mog. et ab edd. ante Mog. abest. Delevi suadente Duk.

2. *In eam legationem — conjecti*, v. ad 35, 28, 5.

3. *nisi ex auctoritate Romanorum inperatorum*, Acilii, Livii, Quinctii: nisi del. τὸ *inperatorum;* Gron. — *ab A. Postumio, qui ab Atilio legato* cet. sed Atilius prætor fuit, cui classis et Macedonia erat decreta. v. 35, 20. 21. 37. Cum Jac. Periz. leg. *legatus*, ut Postumius fuerit Atilii legatus.

4. *præsidio Medione inposito*, v. ad 31, 18, 5.

CAP. 13.)—1. *Cyretias hinc et Eritium*, al. *Chyretias* et pro *Eritium* ex emend. Sigon. *Phricium*, mons Locridis, (v. Strab. 13, 583. et 621.) ab h. l. alienus.

2. *Æginium*, *Ericinium*, al. Ericinum.

CAP. 14.)—1. *cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum;* alterum *millibus* delendum, et *viginti* leg. pro vulg. *decem*, vel XX pro X, ex Appiani Syr. 17. et quia Acilius duas legiones, primam et tertiam, (v. sup. cap. 3. et inf. 37, 2.) habuit præter socios, peditum numerum æquantes, equitum præbentes duplicatum; Gron. e MS. Victor. recepi *viginti* exemplo Crev. et probb. Drak. (qui putabat, scriptum fuisse *XX peditum*, et librarium adcepisse alteram denarii numeri notam pro nota millenarii) et Duk. qui tamen simul monet, Livium in tradendo numero militum Acilii non satis adcuratum esse: nam quum 35, 41 retulerit, consuli, cui sors esset bellum cum Antiocho, quatuor millia peditum et CCC equites cum 6400 sociis decreta fuisse, deinde Acilio duas legiones civium Rom. tribui 36, 1. et 37, 2. nec tamen quidquam de aucto ei numero militum moneri.

2. *ab Pieria et Metropoli*, v. ad 32, 15, 2.

3. *mille volentes Philippo tradit*, v. ad 21, 39, 4. — *Proërnam*, ut ap. Strab. 9, 434. Πρόαρνα πόλις Μηλιέων Steph. — *in sinum Maliacum*, v. ad 28, 5, 6. Eo prius venit, quam Hypatam, quod obfendit Glar. et Sigon. inf. 37, 6., non h. l. — *Adpropinquante* sc. eo, ut *progredientibus* 38 15 pr,

CAP. 15.)—1. *Quum hæc agebantur*, v. ad c. 5. n. 1.

2. *ut, omni contracta juventute, convenirent Lamiam: et ipse eo* cet. recepi ex emend. Duk. quia inepte vulgo legitur *convenirent*. *Jam et ipse eo* cet. Nomen loci excidisse tum ex his verbis, tum ex seqq. *quo quum aliquanto pauciores* cet. patet, ut ex seqq. et cap. 16. hunc locum Thermopylis propinquum fuisse. Talis fuit Lamia, Ætolorum in potestatem tum redacta. Cf. 35, 43. 36, 25. 29. 37, 4. — *expleta* cod. Mog. *et Creta*.

3. *intra saltum Thermopylarum* (v. ad 35, 11, 4.) — *id jugum*, (Œtæ et Pindo continuum) *sicut* — *Hoc jugum, ab Leucate* cet. cf. Herodot. 7, 176. Appian. Syr. 17. Strab. 9. p. 428. Plut. Cat. maj. p. 343. Plin. 4, 7.

4. *et Phthiotæ Achæi*, v. ad 33, 32, 6. — — *excurrente in altum*, v. ad 22, 20, 8.

5. *ut non modo* non *exercitus* cet. v. ad 1, 40, 1.

6. *Callidromon adpellatur* cet. cf. scriptores laudati not. 3. — *Hæc una militaris via est, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint*, adeoque lata ac strata, qua exercitus in provincias aut ad mare ducuntur. Cf. 44, 43 pr. Hotom. ad Cic. prov. cons. 2. et inpr. Bergierius de viis Rom. publicis 3, 54. — *Ideo Pylæ — adpellatur*, v. ad 31, 29, 1.

7. *nobilis Lacedæmoniorum*, quibus Leonidas præerat, *adversus Persas* cet. res nota vel ex Justino 2, 11. Herodoto 7, 219. 224. Frontin. Strat. 2, 2, 13.

CAP. 16.)—1. *saltum inpediebat*, v. ad 9, 43, 6. — *et muro etiam* duplici. Cf. Appian. Syr. 18.

2. *ea* parte *vim Romanum facturum*, v. ad 32, 9, 4. — *ante ipsas fauces*, ἐν τοῖς περὶ Θερμοπύλας στενοῖς Strab. 1. p. 10.

3. *in ipsis faucibus prope fontes c. a.* v. ad 31, 29, 1. — *Ætolorum utræque* (malim *utraque;* Gron.) *manus* in *Heracleam sese incluserunt*, forte *Heracleæ*, ut c. 17. aut *Heraclea* ex Harl. et Lov. 4. — *per imminentia juga calles* cet. inpr. Atropon. Cf. Appian. et Strab. ll. cc.

4. *nuntium Heracleam ad Ætolos mittit, ut* (v. ad 8, 19, 10.) *hanc saltem — ut* cet. posterius *ut* e cod. suo addidere Moguntini: alterum vero haud dubie redundat; Gron. At Drak. ad 1, 17, 2. docet, Livium, si ratio locutionis exigat, ut vocula *ut* bis adhibeatur, eam interdum alterutro loco omisisse, interdum iterasse.

5. *Callidromum et Rhoduntia et Tichius, cacumina* Œtæ montis. Cf. Strab. 9. p. 428. Steph. Byz. et Appian. Syr. 18. qui duo tantum cacumina memorat, millenis occupata militibus Ætolorum.

[redacted]

CAP. 17.)—1. *M. Porcium Catonem et L. Valerium Flaccum*, (qui olim una consules fuerant; v. 33, 42. 43.) *consulares legatos*, ut ap. Phleg. Trall. de mirab. c. 3. Cf. ad 36, 1, 4. et 37, 1, 6. Tribunos autem militum eos faciunt Appian. Syr. 18. Frontin. Strat. 2, 4, 4. Aurel. Vict. de vir. ill. 47. Plut. Cat. p. 342. et Cic. de sen. 10. nec negari potest, tum consulares, tum prætorios, nonnumquam tribunos militum factos esse. v. ad 37, 1, 6. 42, 49, 6. 43, 5. 44, 1. 37.

2. *saltus ad amnem Aoum* cet. cf. 32, 5. 10. 13. — *portæ sunt hæ* cet. v. ad 31, 29, 1. — *inter duo maria*, cf. cap. 15.

3. *ex domo privata — uxorem duxit*, v. cap. 11. — *obscuri etiam inter populares generis* more oratorum augendæ turpitudinis causa dictum: nam Polyb. 20, 8. Cleoptolemum, patrem puellæ, *ἕνα τῶν ἐπιφανῶν* fuisse dicit; Duk.

4. *gente vanissima* cet. v. ad 26, 25, 6.

5. *castra in aperto ponere*, v. ad 21, 32, 7.

6. *provisum atque præcautum* cod. Mog. et Gærtn. *anteque præcautum* reliqui MSS. et edd. ante Mog. Forte rectius, quia facilius illud, quam hoc a librariis substitui poterat. Cf. ad 9, 23, 1.

7. *regna imperio Romano vos aperturos*, v. ad 30, 26, 3. *aperturis* conj. Gron. ut referatur ad præcc. *in præmium vestrum cessura*. — *acie decernamus*, v. ad 21, 41, 2.

CAP. 18.)—1. *arma telaque parant*, v. ad 1, 43, 4. Ad seqq. cf. Appian. Syr. 18. qui in dextro quidem regis cornu jaculatores, in sinistro elephantos dicit positos. Sed ibi Schweigh. suspicatur, verba *ἐν ἀριστερᾷ* iniquo loco inserta, et pro præcedd. *ἐπὶ δεξιὰ*, quæ haud dubie inducenda sint, substituenda esse. Idem monet, consuli, e Thessalia ad Thermopylas advenienti, ad dextram montes, ad sinistram mare fuisse, Antiocho autem, Chalcide venienti, montes ad sinistram, mare ad dextram.

2. *instruit aciem consul arcta fronte* cet. *τὴν στρατιὰν ἐς λόχους ὀρθίους διῃρημένην. ὧδε γὰρ μόνως ἐν στενοῖς ἐδύνατο*, Appian. — *in primo locavit*, v. ad 2, 20, 3.

3. *Macedonum robur, quos sarissophoros adpellabant*, v. ad 9, 19, 2. *sarissophorus* plures MSS. v. ad 44, 28, 5. Sed unde in exercitu Antiochi Macedones, quorum rex Philippus hoc tempore favebat Romanis? cf. cap. 4. 8. 13. 14. Glareanus putabat, eos vel exsules fuisse, vel Macedonas, quos Livius 38, 17. Plin. 5, 29. 30. et Ptol. in Syria memorent; et Crev. eos fuisse Syro-Macedonas, posteros eorum, qui sub Alexandro M. ac deinde Seleuco militaverint. Sed verius videtur, quod jam Duk. monuit, sub regibus Asiæ et Ægypti, Alexandri M. successoribus, robur peditum, retenta vetusta adpellatione, ut *phalangem* et *phalangitas*, ita etiam Macedonas vocatum fuisse; non quod totum hoc corpus ex Macedonibus constaret, sed quod, ut ante, robur exercitus esset, et eamdem armaturam haberet. Cf. ad 37, 40 pr. Appian. Syr. 18. 19. Polyb. 5, 79. 82. et ad Sil. 13. 878.

4. *circa ipsas munitiones*, cf. cap. 16 pr. — *ab dextro Macedonibus*: possumus carere tertia voce; Gron.

5. *tentantes ab omni parte aditus*, v. ad 9, 35, 1.

6. *subductis ordinibus* ex acie, pedem referre jussis, ut 27, 48. 40, 30. 44, 37. — *hastis præ se objectis — ni M. Porcius* cet. cf. Appian. Syr. 19. et sup. ad 33, 8, 5. *Prælongis hastis velut vallum ante clipeos objecit*, 31, 39.

CAP. 19.)—1. *ad Tichiunta et R.* cf. c. 16 extr. et 17 pr.

2. *Aliquantum temporis et direptio castrorum tenuit*, v. ad 2, 3, 6. et 2, 63, 3. — *Scarphiam*, v. ad 33, 3, 3.

3. *quæ tentata eo die — fuerant*, v. ad 9, 35, 1.

4. *Aliquantum viæ præceperat rex*, v. ad 2, 39, 1. et 3, 46, 5. — *sed magnam partem agminis* cet. illud *sed* eleganter, ut passim, abest a MSS. et antt. edd., Gron.

5. *nec præter quingentos* equites cet. cf. Appian. Syr. 20. — *ex decem millibus* cet. cf. 35, 43.

6. *in ipso certamine pugnæ*, cf. 10, 22. 28, 19. 37, 53. 54. — *ab incursu Ætolorum*, Heracleam obtinentium præsidio, in castra Romana; de quo v. sup.

CAP. 20.)—1. *per Phocidem et Bœotiam*: a Thermopylis Græciam ingresso priorem obcurrere Bœotiam, monet Doujat. "Sed sciendum est, Phocidem olim latius, quam postea, patuisse, et a maris Ionii sinu Corinthiaco usque ad Ægæi sinum Euboicum vel Opuntium vel Maliacum pertinuisse: quibus finibus circumscripta Phocis transeunda erat a Thermopylis Bœotiam adeunti, ut et Agesilao ap. Plut. p. 605." Drak. — *cum velamentis* cet. v. ad 2, 54, 6.

2. *sine vexatione ullius rei* recepi e MSS. et edd. ante Ald. quæ ex cod. Mogunt. substituit *violatione*, quod emendationem redolet. Cf. ad 7, 10, 8.

3. *in agrum Coronæum*, (v. ad 33, 29, 4.) ubi *templum Minervæ Itoniæ*, in quo Παμβοιώτια celebrari solebant. Minervæ Ἰτωνία aut Ἰτωνὶς et Ἰτωνιὰς dicta vel ab Itone s. Itono, Thessaliæ opp., vel ab Itono, Amphictyonis filio, heroë aut sacerdote et conditore oppidi illius templique. v. Strab. 9. p. 411. 435. al. 665. Pausan. 1, 13. 3, 9. 5, 1. 9, 1. et 34. Plut. Pyrrh. c. 26. et Ages. c. 19. Schol. Apollon. 1, 551. 721. Spanhem. ad Callim. H. in Pall.

er. 75. Berkel. et Holsten. ad , et Schweigh. ad Polyb. 4, 25, 2.
rret *fuga regem*, tropo sumto a , qua *deferuntur* navigantes v. los; Ern.
ad Andrum insulam, v. ad 31, *novissimæ agminis erant*, alii *no-* . Crev.

)—1. *Tenum primo tenuit*, v. ad enus inter Cycladas est in eo od ab Eubœa Ephesum ducit; *dum* alii.
dubio auctore, forte *h. dubium* ron. et Crev. — *Creusa, Thes-porium*, Κρέουσα s. Κρεουσία, Κρευσὶς, ἐπίνειον τῶν Θεσπιέων 32. et Strab. 9. p. 627. C. rreia, opp. Bœotiæ. v. Pausan. 5. 27. 31.
niæ litora legit, v. ad 21, 51, 6. *untum Italiæ trajecit* oppidum, iæ, quod Hydrus s. Hydruntur, hod. Otranto; ubi Ionium il ab Hadriatico, et brevissi- transitum in Græciam et olloniatarum oppidum ex ad- , dicit Plin. 3, 11. s. 16. Ple- amen a Dyrrhachio Græciæ ndisium in Italiam trajici sole- ransitus longior quidem, sed etiam ac tutior erat. v. Strab. p. 281-284. al. 433. Ceterum rundisium et Tarentum trans- it Plut. in Cat. — Mox *is senatum vocavit* VII MSS. prob.

dem dies et M. Fulvius — *viginti* em et iisdem verbis repetuntur unde ea ed. Frob. a. 1531. et l Curion. prorsus, sed temere, Cf. ad 35, 22, 2. Pigh. in 562. p. 283. et Periz. anim. 173. qui hæc e diversis auc- scripta putat; quam tamen , quod jam Duk. monuit, eo it, quod cap. 39. ex h. l. et e eosdem numeros recipiendos , quos ibi habent reliqui MSS. tt., *decem millia pondo* et *auri ti ser.* — *argenti bigati* cet. v. ad — *extra numeratum*, signatum,

.)—1. *ad Ætolos præmisit, ut nc) saltem* cet. v. ad 8, 19, 10. *emisissent*, al. *ab off. d.*, et Gron. *emisissent*. v. ad 27, 10. 1.
Heraclea cet. v. ad 28, 5, 6.
ine Thessaliæ *Asopo*, quod in s oritur, et influit in sinum v. Strab. 9. p. 382. 428.
extra muros, quæ cet. " Sem- sus intentos tenere milites, dum aliæ tres pugnarent acies, signumque exspectare: quo dato ab sua parte primus oppidum cepit. (v. cap. 24 pr.) Si vero ab arce obpugnabat, eam haud dubie cepit. Quo igitur pacto Ætoli postea in arcem fugere poterant? (v. cap. 24.) Nisi quis dicat, aut locos interea mutatos, aut duas ejus oppidi fuisse arces, aut pro *arce* leg. *suburbium*," Glar. Recte: sed quatuor illa verba non leguntur in MSS. et edd. antt. ante Mogunt., at mox *in urbe* pro *urbs*; unde leg. *partem, qua extra muros frequentius prope, quam in urbe, habitabatur;* Gron. probb. Duk. Crev. et Drak. Emendationi favent verba cap. 24. *pars una* (ipsius urbis, at suburbium) *in qua ædificia extra urbem* cet. Sed ex eodem cap. mihi potius leviori mutatione legendum videtur *arcem extra muros, qua* (parte) *frequentius prope, quam in urbe, habitabatur.*
5. *a sinu Maliaco*, ab ea parte, qua urbs sinum Maliacum respicit, ei obvertitur; Drak. Cf. ad 8, 17, 5.
6. *deserta, quæ* (ex emend. Gron. pro *desertaque*) *in vestibulo urbis erant, tecta*, v. ad 21, 30, 6.

CAP. 23.)—1. *Ætoli contra armis se tuebantur:* post *armis* Gron. excidisse putabat *magis quam mœnibus*, et mox *erumpebant* post *armati frequentes*. Cf. 37, 5 extr. Sed nil forte mutandum præter voc. *armati*, pro quo reposuerim *tormenta*. — *laqueis, ut solet*, (*ut solent*, scil. qui obpugnantur, plerique MSS. non inprobb. Crev. et Drak. v. ad 23, 14, 3.) *exceptos declinabant ictus* arietis. *Alii laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt, et cum ipsis testudinibus evertunt*, Veget. 4, 23. Cf. inf. ad 42, 63, 3. Casaub. ad Æneam, Tact. c. 32. Lips. Poliorc. 5, 8. et de ignibus in aggeres conjectis ibid. dial. 6. — *aggeribus*, v. ad 5, 7, 1.
2. *fornices quoque in muro* forte arcuati exitus per murum, per quos in hostem erumperetur, ut fortasse 44, 11. fornices in muro Cassandreæ; Drak.
3. *adsiduo labore urente Ætolos*, v. ad 10, 17, 1.

CAP. 24.)—1. *Ætoli pars* (alii) *sopiti adfecta* (v. ad 5, 10, 6.) — *corpora ex somno moliebantur*, v. ad 6, 11, 5.
2. *ad opem ferendam obcurrunt*, v. ad 21, 61, 1. *concurrunt* cod. Mog. quod magis placebat Drak.
3. *Pars una, in qua ædificia* cet. cf. ad c. 22. n. 4. Τὸ *in* delendum putabant Crev. et Drak. — *partim per semiruta*, muros semirutos, quæ supra *ruinæ jacentis muri* dicuntur; Drak. Alii *p. per erutos;* unde malim *partim prorutos*, (ad quos scalis non opus erat) Gron. — *transcendere* sc. Sempronius et milites ejus obpugnare jussi,

— *Simul*, v. ad 3, 62, 4. — *ab ira et odio*, v. ad 1, 1, 5. — *miles coërcitus*, retentus a prædandi licentia; Ern. Cf. 39, 32. — — *receptis*, forte *ereptis*; Drak.

4. *ab urbe escensurus*, al. *ascensurus*. v. ad 2, 7. 7.

5. *Damocritus, qui principio* cet. v. 35, 33. — *traditus fuit* (sc. Damocritus) ex emend. Freinsh. et primis edd. pro *traditum fuit*.

CAP. 25.)—1. *Inde diversi — profecti*, v. ad 3, 60, 1.

2. *et quia Lamia quum posita* cet. e plerisque MSS. et edd. autt. restitui auctore Benedicto in Obss. ad Livium Torg. 1804. Gelenius, Gron. Crev. et Drak. e cod. Mog. edidere: *et quia Lamia quum posita — ea maxime despectat oppidum, qua — sunt; quum enise* cet. Ex qua lectione Sigon. quidem sensum, sed ipsa obscuriorem, et Gron. hunc elicit: hoc difficultatem adtulisse Macedonibus, quod unde maxime tentari urbs poterat, nempe qua parte brevissimum erat intervallum s. spatium inter collem, cui erat inposita, et plana, in quibus tendebat Philippus, ea regio omnis oppidanis erat sub certissimo oculorum ictu, ut nihil movere posset, quin animadverterent obcurrerentque obsessi, atque eo compelleretur dolis subterraneis agere, non supra terram moliri. Sententia hæc apta quidem, sed durius expressa; quod pluribus docuit Duk. Idem et Drak., quæ hic leguntur, mutila et corrupta esse credebant; nec tamen ea emendare conati sunt. A nobis quoque nondum perspicua ac vera lectio restituta; et forte leg. *oppidis qua breve* (VII mill. pass.) *intervallum panditur*, (inter Lamiam Heracleamque) *et*, etiam, *mœnia in conspectu sunt* sc. Lamiæ Heracleensibus, et Heracleæ Lamianis. Sic omnia referenda sunt ad situm et propinquitatem urbium, cujus descriptioni etiam præsentia verborum tempora maxime conveniunt.

3. *in obsidione liberanda*, v. ad 26, 8, 4.

4. *nuntius venit, ut o. a.*, v. ad 8, 19, 10.

5. *et propinquæ clade urbis* Heracleæ, quoniam expugnata est Heraclea, prius quam Lamiani ad deditionem adigerentur, *ipsi*, incolæ Lamiæ, (cf. ad 3, 47, 1.) *ne quid simile paterentur, effugerunt*, evaserunt simile excidium, sc. hoc anno: nam Lamia anno demum sequenti (v. 37, 4.) a Romanis capta est; Drak. Sed rem ægerrime tulit Philippus. v. 39, 23. et 28.

CAP. 26.)—1. *concilio Hypatam coacto*, v. ad 32, 2, 4.

2. *id quum ad dignitatem ejus* cet. v. ad 6, 8, 2.

CAP. 27.)—1. *alia sibi prævertenda*, v. ad 2, 24, 3. Mox post *jussit* excidisse videtur *et*. Ad totum vero hoc cap. conf. Polyb. 20, 9. exemplo H. Stephani in Schediasm. 4, 10-12. in Gruteri Thes. Crit. T. 5. Suppl. p. 136 sq.

2. *His parantibus antiqua fœderum ordiri*, i. e. antiqua fœdera, quasi antiquitates fœderum obsoletas, *den alten Kram*; Bauer. In aliis libris legitur *parantibus iis*. et e cod. Mog. post *antiqua* additur *jura*: sed hoc abest a MSS. et vett. edd., poëticaque amat Livius. Cf. Drak. ad 7, 21, 8. Quo etiam pertinet τὸ *ordiri*; (cf. ad Sil. 1, 1.) quod tamen cum *parantibus* junctum non satis fortasse placebit. Ablativi, quamvis *jussit* sequatur, nos minus obfendunt, quam Bauerum: sunt enim sic dicti ablat. conseq. — *in causa ipsorum*, in bonitate, æquitate et justitia causæ, quæ 26, 23. *dura causa* dicitur; Duk. coll. cap. 35. et 37, 1.

3. *se subpliciter a. iis adfuturum*, v. ad 3, 14, 6.

4. *ut in fidem se permitterent Rom.* v. ad c. 28. n. 1. — *Ita enim cum illis violandi subplices verecundiam se inposituros*, v. ad 3, 62, 8. Victor non superbiet, sed imitabitur potius animalia generosa: *non nocet leo jacenti; restitantibus nocet*; Gruter. — *ipsos nihilominus suæ potestatis fore*, v. ad 3, 62, 5.

CAP. 28.)—1. *se suaque fidei p. R. permittere*, ut mox *non in servitutem, sed in fidem tuam nos tradidimus*, cf. Polyb. 20, 9. 10. qui jam monuit, Ætolos ignorasse, quæ huic formulæ, de qua v. ad 7, 18, 1., vis inesset, deceptosque fuisse voce *fidei*, quasi spes certa clementiæ ea contineretur, quum potius *fidei alicujus se permittere* Romani dicant pro *victoris arbitrio se permittere*. "Idem tamen, quod Ætoli, sentiebant Galli 39, 54. *dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem populi Rom.* et senatus ipse 42, 8. gravissime tulit, Ligures, qui *se in fidem populi Rom.* dediderant, a Popilio cos. ipsos bonaque eorum venditos ac deletos esse. Pariter populus Rom. eam ob causam omnem iram in Faliscos placida mente deposuit ap. Val. Max. 6, 5, 1. Ceterum *in fidem populi Rom. venire* non semper eadem significatione dici, docui ad 8, 1." Duker.

2. *Dicæarchum civem vestrum* (v. ad 35, 12, 2.) *et Menestam Epirotam* cet. cf. Polyb. 20, 10. *Menetam* et *Menestem* quidam MSS. et edd. h. l. et 38, 10 extr. Μενεστᾶς dicitur Polyb. 22, 14, 13. at Μενέστρατος 20, 10, 5. ubi Schweigh. notavit, eadem ratione dici Ἀλεξᾶς et Ἀλέξανδρος, Ἀμυνᾶς et Ἀμύνανδρος, Φιλᾶς et Φίλανδρος, Ἀπολλᾶς et Ἀπολλόδωρος aliaque talia. Cf. Duker.

3. *certum habeo*, ut al. *persuasum habeo*. v. Drak.

4. *imperium inhibeam in deditos*, v. ad 3,

38, 2. et 28, 34, 3. quo loco et rem et phrasin inlustrari monet Gron.

5. *Petente Flacco pro Ætolis* scil. *inducias:* neque enim *petere pro aliquo* simpl. dicunt Latini, sed *deprecari, intercedere;* Bauer. Idem mox *censuerunt* adcuratius fore notat, quam *censebant.* — *in consilio delectorum, quos Apocletas vocant,* v. ad 1, 54, 1. et 35, 34, 2. Cf. Polyb. 20, 10. *Apocletus* unus codex pluresque edd. vett. v. ad 44, 28, 5.

CAP. 29.)—1. *si in pace fuissent,* etiam *si in p. f.* Intellege: nedum, multo magis, quum in bello etiam tunc agerent; Bauer. Cf. ad 5, 51, 1.

2. *Phalara in sinu Maliaco tenuit,* v. ad 1, 1, 8. et 27, 30, 3. — *cum expeditis,* v. ad 5, 16, 2. Cf. Polyb. 20, 10. 11.

3. *adcumbere eum epularique jussum,* at non cum rege. v. Polyb. 20, 11. — *de se timere quidquam vetuit;* metuebat enim iram Philippi, socii Romanorum, aut ne his dederetur. Sed Philippus Romanis minus jam favebat. Cf. ad c. 26 f.

4. *in tutum eum prosequerentur,* v. ad 5, 38, 4.

CAP. 30.)—1. *Pyram, ubi mortale corpus* Herculis *crematum,* v. ad Sil. 3, 43. 6, 453. Heyne ad Apollod. 2, 7, 7. Spanhem. ad Callim H. in Dian. 159. Hemsterh. ad Luciani Timon. c. 6.

2. *ad Coracem, montem* Ætoliæ orientalis, Œtæ conterminum, *inter Callipolin et Naupactum* cet. cf. Appian. Syr. 21. et Polyb. 20, 11, 11. vel Steph. v. Κόραξ, Strab. 9. et 10. p. 287. et 310. al. 417. et 450. *Callipolis* forte idem opp., quod Κάλλιον dicitur Paus. 10, 22, 4. Cf. Palmer. Græc. ant. 4, 22. et Cellar. geogr. ant. 2, 13. p. 713.

3. *tam impeditum saltum,* v. ad 9, 2, 5.— — *Tum quoque,* licet nullus obstaret hostis, *vexato exercitu;* Jac. Periz. *Tam* conj. Gron. minus apte; ut et lectio edd. antt. *Tum ergo v.*

CAP. 31.)—1. *duæ civitates, Messene et Elis, extra concilium* (corpus, fœderatam rem publicam, σύστημα) *Achaicum erant; cum Ætolis sentiebant,* cf. 39, 48 sq. et Polyb. 16, 13, 3. ubi Vales monet, causas, cur Messenii ab Achæis desciverint, referre Pausan. 4, 29. inter Ætolos vero et Eleos cognationem intercessisse: Oxylum enim, ex posteris Ætoli, auctoris Ætolorum, Heraclidas in occupanda Peloponneso adjuvisse, et ab iis adcepisse Elidem. Cf. Pausan. 8, 49. et Strab. 8. p. 354. 357. de Messeniis autem et Dinocrate, qui eos ab Achæorum societate abstraxit, inf. 39, 48. 49. Plut. Philop. p. 366. Polyb. 24, 5. et 12.

2. *trepidique rerum suarum,* v. ad 5, 11, 3.

3. *Auditis legatis, extemplo profectus Quinctius* Chalcide, *a Megalopoli,* quum eo pervenisset ex itinere, in castra prope Messenen *ad Diophanem* cet. Gron. De *Diophane* cf. 37, 20. 21. 38, 32. inpr. Polyb. 21, 7. 23, 3. 10. 25, 1. 29, 8. Appian. Syr. 26. Plut. in Philop. p. 364. in Quintio p. 378. — *reducere,* forte *deducere;* Duk. — *Andaniam* Arcadiæ opp. ap. Strab. 8, 339. sed Messeniæ ap. Steph. et regia olim Messeniorum ap. Pausan. 4, 1. 3. 14. 17. 26. et 33.

4. *Quinctio obcurrit, et, quum* cet. forte leg. *qui quum* cet. Sed Livius etiam alibi, ut 33, 41, 3., copulativis ad jungendam diversæ structuræ orationem utitur, qua non satis apte verba nonnumquam adnecti videntur; Duk. Cf. ad 2, 56, 1. et 28, 12, 8.

5. *in posterum caveri sibi,* ut 3, 52, 55. Alii *cavere sibi:* sed ita *recusare* supervacuum videri potest; nam utique etiam de iis sibi *cavere* volebant, quæ recusaturi erant; Duk. Cf. ad 7, 41, 1. et 24, 2, 3.

6. *concilium Achæorum sibi præbere,* v. ad 8, 5, 1.

7. *postea per bellum,* v. ad 2, 18, 1.

CAP. 32.)—1. *non M'. Acilium Diophani et Achæis pugnasse,* h. e. pro iis, in eorum gratiam commodumque.

2. *sicut testudinem* cet. cf. Plut. in Quinct. p. 378. et apophth. p. 197. — *conlecta in suum tegumen,* dorsum, testam, chelyon, quo tegitur. — *obnoxium,* v. ad 3, 39, 1.

CAP. 33.)—1. *ab omni spe,* forte *ope,* et mox *infestiorum;* Jac. Gron. — *Turba incondita* (v. ad 21, 57, 11.) *regiorum,* militum Antiochi. — *delati* suppl. *eo,* vel aliud rei conveniens: sed non habeo exemplum; Duk.

2. *Dolopia et Aperantia* Thessaliæ urbes, illa in finibus Pæoniæ aut Epiri, hæc Ætoliæ. Cf. Polyb. 20, 11. et Drak. ad h. l. et 43, 22 extr.

CAP. 34.)—1. *quod* (f. *quos;* Gron.) *solos obtrectasse* cet. v. 33, 31. — *tum maxime,* eo maxime tempore: immo leg. *cum maxime,* i. e. hoc maxime tempore; Drak. Cf. ad 29, 17, 6.

2. *manu tamen abnuit,* nutu gestuque manus significavit haud *quidquam opis in se esse.*

3. *quum satis pervideas;* al. *provideas.* Cf. ad Tac. Ann. 11, 7, 2. — *nihil id magnopere ad summam pertinere,* v. ad 3, 5, 6. et 33, 45, 1. — *erexerat exspectatione c.,* v. ad 2, 54, 12. — *Quin expromis,* v. ad 27, 49, 5. et 32, 32, 1.

4. *nondum duas urbes, Philippum et gentes:* quædam edd. *nondum tot urbes, quot Philippum gentes,* prob. Gron. Sed adversantur MSS. et *duæ urbes* sunt Heraclea expugnata, ac Naupactus obsessa; Drak.

CAP. 35.)—1. *sed pudor — obcurrebat*, v. ad 5, 54, 2.

2. *sorte quadam nutriendæ Græciæ datus*, v. ad 2, 1, 8. 4, 52, 2. et 6, 21, 1. — *inducias tanti temporis* (ut *inducias temporis ejus, quod petebant* 37, 7. et similia 4, 30, 37, 7. et al.) pro vulg. *i. tantum t.* recepi ex MS. Lov. 3. et emend. Duk. qui jam monuit, *tantum* non posse adverbium esse pro *solum*, quia omnes induciæ tantum temporis sint, nec bene pro *in tantum* dici posse. — *per quos senatui de vobis permittatis*, v. ad 9, 43, 4.

3. *legatio renuntiari ab Roma*, v. ad 23, 6, 2.

4. *Consul cum T. Quinctio ad Achaicum concilium Ægium* (v. ad 27, 30, 8.) *trajecit*, soluta Naupacti obsidione, et trajecto sinu Corinthiaco, *ubi de Eleis et de exsulibus Lacedæmoniorum restituendis actum* cet. cf. Polyb. 20, 12. ibique notæ Schweigh. quæ sunt. " Legationem a Lacedæmoniis Romam missam silentio præterit Livius. Polybius scribit, rediisse eam hoc tempore, et senatum Rom. respondisse, se de iis rebus, quas petiissent Lacedæmonii, mandata daturum legatis Romanis in Græciam missis. In horum vero numero T. Quinctius erat. v. Liv. 35, 23. Igitur consentaneum erat, ut in concilio Achæorum, cui tunc intererat Quinctius, eisdem de rebus ageretur, præsertim quum et Lacedæmonii recens tunc, occiso ab Ætolis Nabide, societati Achæorum essent adjuncti, (v. Liv. 35, 35. 37.) et ea, quæ postulaverant Lacedæmonii, ad Achæos nonnihil pertinerent. Polybius autem docet, missos fuisse legatos Lacedæmoniorum, ut peterent de *obsidibus*, de *pagis* s. vicis vel oppidis, (nam κώμη etiam est oppidum non munitum) et de *exsulibus* Lacedæmoniorum restituendis. De omnibus his rebus haud dubie actum in eodem concilio Achæorum, quamquam non nisi posteriorem memorat Livius, qui in Græciæ rebus Polybium quidem presse sequutus, sed non omnes res ad Græcos pertinentes ita minutatim, ut a græco scriptore factum, persequutus est. *Obsides* sunt hi, qui in pace a Quinctio Nabidi data huic imperati erant, (v. Liv. 34, 35. 40.) quorumque redditio nec ab Achæorum concilio, nec a Quinctio peti poterat, sed ad senatum Rom. pertinebat: quem et remisisse Spartanis obsides, excepto Nabidis filio, tradit Polyb. 20, 13. *Vici* et *oppida* Lacedæmoniorum sunt ea, quæ Quinctius Nabidi ademta in fidem tutelamque Achæorum tradiderat, quibusque Lacedæmonios abstinere jusserat ex fœdere. v. Liv. 34, 29. Eam conditionem pacis præterierat quidem Livius 34, 35. sed ex 38, 30. 31. res satis adparet. Receperat quidem Nabis interim Gythium, sed a Philopœmene rursus inde pulsus erat. Liv. 35, 25-30. Eodem vero etiam anno Lacedæmonii quidem societati Achæorum se adjunxerant; (Liv. 35, 35-37.) at vici et castella eis non sunt reddita, et in illo quoque Achæorum concilio nihil de iis novi decretum est, sed manserunt in tutela Achæorum, magnam partem habitata ab exsulibus Spartanis, ægre id patientibus ceteris Lacedæmoniis. Liv. 38, 30 sq. *Exsules* hi, quorum præter Livium et Polyb. mentionem quoque faciunt Plut. in Philop. p. 366. et Pausan. 8, 51., erant cives Spartani, qui a Nabide et partim etiam ab eis, qui ante hunc tyrannidem Lacedæmone occupaverant, in exsilium fuerant pulsi. v. Polyb. 13, 6, 3. et Liv. 34, 26. 27. In pace a Quinctio data Nabidi illorum in urbem restituendorum nulla fuerat mentio facta; (Liv. 34, 36.) modo mandatum Nabidi, ut liberos et conjuges, quæcumque voluissent, exsulibus remitteret. (ibid. c. 35.) Nunc, liberata Lacedæmone a Nabidis tyrannide, et societati Achæorum adjuncta, spem redeundi in patriam ceperant hi exsules, non invitis Achæis, sed quam maxime invitis ipsis Lacedæmoniis, ut satis adparet ex Liv. 38, 34. Spartani legati de exsulibus ad senatum Rom. retulisse videntur; et quid is responderit, perspicue docet Polyb. 20, 12. In concilio deinde Achæorum, de quo Livius h. l. (36, 35.) loquitur, ab Achæis postulatum, ut exsules in patriam restituerent: sed res tunc non perfecta est, non quod id nollent Achæi, sed quod ita rem factam vellent, ut non Romani, sed ut ipsi gratiam beneficii ferrent. Itaque dilata res est, et demum anno 563. decreto Tegeæ in concilio communi Achæorum facto restituti in patriam exsules sunt a prætore Achæorum Philopœmene. v. Liv. 38, 30-34."

5. *reservari eam*, forte *hanc* vel *illam*, Duk. prob. Drak. — *Achaico contribui concilio*, cf. cap. 31.

6. *Philippi quoque filius* cet. cf. Polyb. 20, 13. et 21, 9. qui etiam ei, ob operam Romanis in bello Antiochico præstitam, remissum dicit tributum, (cf. inf. 37, 25, 4.) et complures urbes redditas.

CAP. 36.)—1. *quos proprætor in Hispania inter ipsum discrimen pugnæ* (v. ad 4, 18, 2. 6, 17, 1.) *voverat*, cf. 35, 1. ex quo loco *proprætor* pro vulg. *prætor* primus substituit Glar. Cf. tamen ad 6, 42, 7. — *Novum atque iniquum postulare est visus* cet. " Ex Livio constat, imperatores ludos, quos in prœliis allove discrimine publico voverant, non potuisse facere, nisi ex SCto, et senatum iis pecuniam ad illos decrevisse. v. 28, 38. 39, 5. 22. 40, 44. 52. Sed nusquam alibi prodidit, senatum cuiquam petenti sumtum ad eos faciendos negasse:

[redacted]

nec alii magis, quam Nasica, senatum ante consulere potuerunt, an vovere illos liceret. Itaque causa hæc frivola videtur esse; et suspicor, hanc calumniam Catonis et aliorum ejusdem factionis Scipionibus inimicorum fuisse." Duker. — — *de manubiis* cet. v. ad 10, 46, 7.

3. *Matris Magnæ Idææ*, alii *Deæ*; sed neutrum exstat in c. Lov. 6. prob. Drak. quoniam hæc quidem dea Suet. Tib. 2. *Mater Deum Idæa*, et in inscriptt. *Mater Magna Deum Idæa*, (v. Burm. ad Suet. l. l.) sed Livio non nisi *Mater Idæa*, vel *Mater Deum*, vel *Mater Magna* dicatur. Cf. Oudend. ad Jul. Obs. c. 6.

3. *in Palatium a mari detulerat*, v. ad 29, 14, 8. — *Locaverant ædem faciendam* cet. v. ad 5, 23. 6.

4. *quos primos scenicos fuisse, Antias Valerius est auctor*, (v. ad 2, 58, 1. et 3, 1, 1.) *Megalesia adpellatos*, v. ad 2, 21, 1. 29, 14, 9. et inpr. 34, 54, 2. — *Juventatis ædem* — *Lucullus duumvir dedicavit*, v. ad 1, 55, 3. et 4. ad 23, 30, 8. — *et eo*, ideo, *omnia cum majore* cet.

CAP. 37.)—1. *lapidibus pluisse*, cet. v. ad 1, 31, 1.

2. *Jejunium instituendum Cereri* cet. v. Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 6. et 12. et Morin. diss. 2. T. 5. Memor. Acad. reg. inscr. Hag. 1724. — *novemdiale sacrum*, v. ad 1, 31, 3. — ut *coronati subplicarent*, v. ad 23, 11, 7.

CAP. 38.)—1. [illegible]*sacrata coacto exercitu*, v. ad 4, 26, 2.

2. *inter* (præter) *cetera etiam vigiliis o.*, ut 42, 49, 5.

3. *Duodetriginta millia hostium cæsa Antias Valerius* (v. ad 3, 1, 1.) *scribit* — *in augendo* numero *non alius intemperantior est*; sed v. ad cap. 40. n. 3. — *Ubi ut* (quamvis) *in numero scriptori parum fidei sit, magnam tamen victoriam fuisse adparet*: quod *tamen* adjicit MS. Mog. Sed v. ad 7, 19, 3.

CAP. 39.)—1. *Per eosdem dies M. Fulvius* — *septem pondo*: v. ad cap. 21. n. 4. — — *agri parte fere dimidia eos* Bojos *mulctavit*: hæc est postrema apud Livium mentio Bojorum, ad Padum incolentium, qui deinde prorsus ex Italia pulsi ad Istrum fl. commigrarunt. v. Strab. 5. p. 213.

2. *senatu in ædem Bellonæ* cet. v. ad 26, 21, 1.

3. *cogantur in jus judiciumque p. R.* MSS. et vett. edd., non *ditionemque*. Cf. 39, 24. 41, 22. et ad 35, 16, 4.

4. *multorum exemplo, qui in mag istratu non triumphaverunt*, v. ad 3, 2, 1. 26, 21, 1. 28, 38, 4.

CAP. 40.)—1. *adceperit in deditionem*, v. ad 8, 20, 7.

2. *quod cum tot millibus*, MS. Buslid. *qui cum millibus*; unde Ruben. et Gron. conj. *quot cum millibus*, prob. Crev. Id legitur in Lov. 3. et *quod cum millibus* in Lov. 1. Indicat ita Cornelius, tot se Gallos prœlio interfecisse, quot cum Gallis, certe Gallis Bojis, nemo ante pugnarat; Drak.

3. *plus* quam *partem dimidiam ex L millibus hominum cæsam*, v. ad 4, 52, 6. *plus parte dimidia cæsum* malebat Gron. Sed vel sic præstiterit *plus partem dimidiam cæsum*, quod loquendi genus ipse Gron. ad 31, 34, 7. ex h. l. inlustrat; Drak. Gravius est, quod Duker notavit: " Si verum est, consulem ipsum in senatu hunc numerum cæsorum hostium retulisse, non video, quomodo Livio cap. 38. suspecta esse potuerit fides Valerii Antiatis, qui *XXVIII. millia Bojorum* cecidisse scripserat. Sin autem ipse, quo justiorem causam triumphi petendi videretur habuisse Scipio, hoc de suo ei largitus est, ut sæpe historici in orationibus, quas aliis tribuunt, multa exaggerant, Valerius Antias non videtur eo nomine notandus fuisse."

3. *sine detrectatione prioris periculi laborisque*, ut 38, 49. *detrectare virtutes*, deterere, imminuere, propr. de iis aliquid detrahere: unde forsan leg. *detractatio* et *detractare*. Cf. ad 3, 60, 5.

5. *sibi gloriæ* — *illo die satis quæsitum esse*, (v. ad 2, 43, 7.) *quo se virum optimum* — — *senatus*, v. 29, 14.

6. *Hoc titulo, etsi nec consulatus nec triumphus adjicitur*, (forte *adjiciatur*, vel ex plerisque edd. *addatur*) *satis honestam honoratamque* (ut 3, 58. et *honore honestatos* ap. Sall. Cat. 35. ubi v. intpp. vel *et honestus et honoratus* ap. Cic. Brut. 81.) *Scipionis imaginem fore*, statuam, titulo in basi ornatam, *oneratamque* MS. Voss. *ornatamque* c. Gærtn. non inprob. Gron.

7. *spolia omnis generis transvexit* — *traduxit* — *transtulit*: forte duo verba sunt glossatoris.

8. *centenos vicenos quinos asses* recepi ex omnibus MSS (præter Mogunt. in quo corrupte legitur *militibus divisit, qui currum sequuti sunt, viginti quinque asses divisit*) et edd. ante Froben. a 1535. quæ prima *trecenos v. q. a.* substituit. Nostram lectionem tum auctoritate librorum firmari, tum eo quod vel sic Scipio Nasica inter milites diviserit dimidium ferme ejus, quod Quinctius et Scipio Asiaticus post ditissimam victoriam et ex tanto majore præda divisisse dicuntur 34, 52 et 37, 59., jam monuit Drak. a quo veriora non restituta esse miror.

9. *tribuni bello alieno se inligantis*, postulantis, ut in aliena, Q. Minucii, provincia cum Liguribus bellum gerat. v. cap. 40. — *exauctoratos*, v. ad 8, 34, 8.

[redacted]

CAP. 41.)—1. *vel maxima*, ut 2, 50. II MSS. et ed. Camp. *ut m.* al.

2. *neque enim mari minus* cet. immo *etiam* pro *enim;* nam tres deinceps ponit Hannibal rationes, cur miretur magis, Romanos nondum in Asia esse, quam venturos dubitet: prima est ob exiguum trajectum, secunda ob causam, tertia, quæ in his verbis est, ob potentiam navalem: quare τὸ *enim* primæ potius rationi apponendum erat, non huic tertiæ; Jac. Gron.

3. *Chersonesum petit* cet. cf. Appian. Syr. 21. — *classem parare et deducere*, v. ad 8, 26, 1.

4. *speculatorias navés*, v. ad 22, 19, 4.

CAP. 42.)—1. *navibus tectis* et — *apertis*, v. ad 22, 19, 4. Mox post *missas adcepisset* (audisset) excidit forte *et*.

2. *Samen* (v. ad 32, 16, 2.) *Zacynthumque, quia partis Ætolorum maluerant esse*, (v. ad 3, 36, 4. et 3, 62, 5.) *protenus depopulatus* Livius, ignarus forte, Zacynthum ab Achæis populo Rom. concessam esse; Glar. et Sigon. coll. c. 31. 32. "Sed quo tempore id factum est, non modo nondum tradita erat Romanis, verum ne parebat quidem Achæis, sed erat adhuc in potestate Amynandri regis Athamanum, cujus nomine ei præerat Hierocles Agrigentinus; qui *post fugam* demum *ab Thermopylis Antiochi* insulam Achæis tradidit. c. 32. Livius omnia ordine, sed per partes, narrat, primo res ab Acilio cos. nunc res a C. Livio præfecto classis gestas. Ceterum *partis Ætolorum* dicitur, quia ipse Amynander Ætolis adhærebat, qui concitores hujus belli erant, et in eo præcipuas partes obtinuerunt: unde et bellum hoc *magis Ætolicum quam regium* fuisse dicit Liv. 37, 58. et de Ætolis triumphatum esse 37, 46." Drak. — *Ad Scyllæum*, quod naviganti a Malea Piræeum in medio est; Glar. v. ad 31, 44, 1.

3. *Livius LXXXI rostratis navibus* cet.: atqui præter has etiam aliæ rostratæ in classe Livii fuerunt. Apertum est, LXXXI has naves opponi minoribus tamquam majores, verum discrimen inter illas non in eo poni, quod majores rostratæ, minores sine rostris, sed quod hæ *apertæ*, illæ non apertæ, i. e. tectæ, essent. Et hoc verum est. Nam Livius cum L tectis navibus ab Italia profectus fuerat, eique Atilius XXV tectas tradiderat. His si VI Punicas auxiliares addas, quas itidem tectas fuisse probabile est, sunt LXXXI naves tectæ. Hinc leg. *constratis navibus*: quod et confirmat Appian. Syr. 22. *Tectæ* naves et *constratæ* eædem sunt; iisque, quod majores erant, recte obponuntur *apertæ* et *speculatoriæ*, utpote minores." Duker. De his navium generibus v. ad 22, 19, 4. Ceterum illis LXXXI navibus Livii Eumenes cap. 43. XXIV adjecisse dicitur: unde in fine ejusdem cap. pro *CL tectis navibus* Jac. Gron et Jac. Periz. jam recte emend. *CV. t. n.*

CAP. 43.)—1. *est ventosissima regio inter Cycladas* cet., quas ambit mare Ægæum, quod et procellosissimum est ob aquilones sæviores, in eo flautes, et ob vada, scopulos ac promontoria periculosissimum. Cf. ad Sil. 1,468 sq. 4, 244 sq. Heyne ad Virg. A. 12, 366. et Mitscherl. ad Horat. Od. 1, 1, 15, et 1, 14, 19. 20.

2. *Polyxenidas negabat*, dicebat *non cessandum, et* cet. Ad hoc et seqq. capp. cf. Appiani Syr. 22.

3. *tertio die centum navibus*, Sigon. conj. *ducentis* ex Appiano. Sed hic potius vel alios sequutus est auctores, vel ex Livio emendandus est, quia Polyxenidas supra dixit, classem suam navium *numero non ferme inparem* esse Romanæ, de qua v. not. 3. Sigon. Nisi hic ex Livio emendandus. — *quarum LXX tectæ, c. apertæ*, v. ad 22, 19, 4. — *minoris omnes formæ*, ut *majoris formæ naves* 37, 23. et 30. Editt. antt. *minores o. ferme;* unde Gron. conj. *moneres o. ferme*. Cf. ad 38, 38, 4. — *Phocæam*, Φώκαιαν, non Φωκίδα, quod vulgo ap. Appian. legitur. v. ad 5, 34, 7.

4. *Magnesiam, quæ ad Sipylum* est, montem Lydiæ: nam alia fuit super s. ad Mæandrum, Ioniæ fl. (v. 37, 45. Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῆς ἐν Θετταλίᾳ, καὶ Κρητῶν, Strab. 14. p. 636. Plin. 5, 29. s. 31.) et tertia in Magnesia, parte Thessaliæ, (42, 54. 44, 11.) sub Pelio monte. Nostra Magnesia dicitur M. ἀπὸ Σιπύλου, et πρὸς Σιπύλῳ et ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, ut forte *Magnesia sub Sipylo* 37, 44, 2. leg. cum Gron. quia ibi in MS. Voss. est *ab Sipylo*, in edd. antt. *et ab Sip.* v. ad Tac. Ann. 2, 47, 5.

5. *ab Cyssuntem portum Erythræorum* in Ionia, cujus urbs maritima, Erythræ, Sibyllæ patria fuisse dicitur. Portus forte idem quoque nomen, quod urbs, habuit. v. Strab. 14, 644.

6. *aquilones per aliquot dies tenuerant*, v. ad 2, 3, 6. — *ab Delo Phanas, portum* et promont. *Chiorum*, in quo templum fuit Apollinis Phanæi. cf. 44, 28. et Strab. 14, 645. *Chius* insula maris Icarii, (hod. Chio s. Scio) inter Samum Lesbumque, ex adverso Erythrææ, nobilitata marmore vinoque Chio et Ariusio.

7. *cum XXIV navibus tectis, apertis* (v. ad 22, 19, 4.) *pluribus paullo, a Phocæa ad Romanos — rediit*: ita vulgo legitur interpungiturque. Verum recte Duker. hæc adnotavit: "Paucis ante verbis Eumenem Elæam ad suam classem profectum fuisse, hic eum a Phocæa ad Romanos, qui eo e Chiorum portu trajecerant, rediisse scribit. Si a Phocæa ad Romanos rediit, relinqui-

tur intellegendum, eum primum ab Elæa Phocæam trajecisse, et, quum ibi classem Rom. non invenisset, eum cum suis navibus a Phocæa sequutum fuisse. Sed mihi sermo, in quo hæc omnia subplenda sunt, nimis quam obscurus et perplexus esse videtur, et leg. *Phocæam ad Romanos rediit* i. e. venit." Difficultatem distinctione non post *paullo*, sed post *pluribus* posita tollere conati sunt Ascens. et Drak. Huic tamen emendatio illa verisimillima videbatur. *ad Phocæam* conj. Crev. et Jac. Periz. Sed ita præpos. *ad* quater h. l. posita est. — *Inde CL tectis navibus*, v. ad cap. 42. n. 3. — *ad Corycum* promont. Tejorum et *portum*, qui etiam Casystc dictus est. Cf. 37, 12. et Strab. 14, 644.

CAP. 44.)—1. *vela contrahit, malos inclinat, et armamenta componit*, ut mox *demere*; quod faciunt, qui ad pugnam navalem se expediunt. Cf. ad 21, 49, 7. Quum itaque majora vela essent contracta, malique inclinati non tam facile erigi et vela illa in his expandi possent, magna autem opus esset celeritate, mox Romani *dolonibus erectis altum petere intendunt*. (cf. ad 4, 19, 1.) Hinc et Polyxenidas cap. 45 pr. et inf. 37, 30. *sublatis dolonibus effuse fugere intendit*, ut ap. Diodor. 20, 61. *ἡ γὰρ ναῦς, φοροῦ πνεύματος ἐπιλαβομένη, τοῦ δόλωνος ἀρθέντος, ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον*, et *μιᾶς νηὸς ἐπαραμένης τὸν δόλωνα* (sc. quo celerius profugere posset) ap. Polyb. 16, 15, 2. ubi Schweigh. jam monuit, *dolonem*, *δόλωνα*, esse anterius, in prora, velum, minimumque ex tribus, quibus vulgo veteres, Græci certe, usi sint, (v. Pollux 1, 91. Hesych. et Suid.) et, ex navali pugna si fuga proripere se navis velit, dolonem erigi, quum quod id citius fieri possit, tum ne, majori velo expanso, nimis et conspicua sit hostibus omnibus fuga, et turpior simul videatur. Tria Græcorum vela erant, *δόλων*, minimum in prora, *ἐπίδρομος* majus in puppi, et *ἀκάτιον* maximum in media nave.

2. *Eumenes agmen cogebat*, v. ad 32, 2, 4.

3. *Jam omnibus in conspectu erant* MS. Lov. 5. et edd. ante Ald. *omnes*, quod multo melius: nam noluit Romanorum imperator prœlium committere ante quam omnes, etiam ultimæ naves, in conspectu essent; Jac. Periz. — *duæ Punicæ naves* cet. cf. Appian. Syr. 22. qui utramque captam tradit.

4. *ab utroque latere remos detergunt*, v. ad 28, 30, 7.

5. *una, quæ compari Marte concurrerat*, h. e. cum una nave hostili. *una cum pari* multi MSS. *una compari* Lov. 2. *una quæ pari* Lov. 5. et primæ edd. *una, quum pari. Marte concurreret* conj. Drak. Possis et *una compari M. concurrerat, et, postquam* cet.

6. *in naves ferreas manus injicere*, v. ad 24, 34, 6. — *similem fecisset* Livius; nisi cum Gron. leg. *fecissent* sc. remiges.

CAP. 45.)—1. *sublatis dolonibus e. f. i.*, v. ad c. 44. n. 1.

2. *quoad subficere remiges potuerunt*, satis virium habuere ad celeriter remigandum hostemque consequendum. v. ad 10, 18, 9. Cf. Appian. Syr. 22.

3. *hostem persequi intenderunt*, v. ad 4, 19, 1. — *XXV tectæ* (v. ad 22, 19, 4.) *Rhodiæ naves:* XXVII ap. Appian. l. l. — *cum Pausistrato*, v. ad 33, 18, 1.

4. *Phœnicuntem portum Erythrææ terræ* in Ionia, *ὑπὸ τῷ Μίμαντι*, Thucyd. 8, 34. Cf. ad c. 43. n. 5. et ad 37, 16, 3.

5. *ad Canas*, s. Canam, promont. et opp. Æolidis. v. Steph. et Strab. 13, 615. Plin. 5, 30. s. 35. Mel. 1, 18. — *hyems adpeteret*, v. ad 5, 19, 2. — *naves subductæ*, v. ad 8, 26, 1.

6. *creati sunt consules L. Corn. Scipio et C. Lælius, intuentibus cunctis ad finiendum cum A. bellum*, v. ad 1, 2, 3. *intentis* conj. Gron. *C. Lælius Africanus* vel *C. Lælius. Africanum intuentibus*, vel *Africanus legitur annuentibus* vel *ruentibus* vel *imminentibus cunctis*, MSS. et edd. ante Mogunt. Sed vocem *Africanus* a glossatore vel ex 37, 1. et ex eo quod postea demum factum est, vel ex permutatione hujus Scipionis cum Africano, vel denique ex Cassiod. et Mariano Scoto, qui non modo Scipioni, sed etiam Lælio, individuo ejus comiti, cognomen *Africani* tribuunt, insertam suspicatur Drak.

COMMENTARIUS
IN
LIVII LIBRUM XXXVII.

CAP. 1.)—1. *secundum religiones*, v. ad 1, 4, 1. 21, 63, 10. Ad seqq. de *Ætolis* cf. Polyb. 21, 1.

2. *benefactis pensantes maleficia*, v. ad 26, 37, 2. — *interrogationibus senatorum* cet. v. ad 30, 22, 2.

3. *Duæ conditiones iis latæ* cet. cf. Polyb. 21, 1.

4. *aut sortiri aut comparare inter se provincias*, v. ad 3, 2, 1. — *elegantius facturos*, v. ad 35, 14, 3.

5. *exspectatione c. s. erexisset*, v. ad 2, 54, 12.

6. *se legatum iturum*, σύμβουλον ap. Appian. Syr. 21. f. 30 pr. qui tamen eum a senatu fratri adjunctum dicit. Cf. Schweigh. ad Polyb. 6, 35, 4. ubi præter alia notavit hæc: " Συμβουλοὶ et πρεσβευταὶ h. l., ut ap. Diodor. T. 2. p. 607. ed. Wessel., synon. dicuntur legati militares, qui imperatores comitabantur, sive ab ipsis lecti, sive a senatu iis adjuncti, ut et consiliis suis eos juvarent, et, ubi opus esset, parti copiarum præessent. De munere horum legatorum nihil legi apud Polybium, mireris. Sive, quod de eo dixit, a compilatore horum Excerptorum prætermissum est, sive Polybii ætate nondum fuit more receptum, ut cuique imperatori *semper* adjuncti essent *legati*, et ut cuique legioni, ut vulgo putant, legatus præesset, qui dignitate et imperio inter imperatorem et tribunos militum fuerit medius. Apud Polyb. certe nullum ejus rei vestigium occurrit. Ordinarii consiliarii imperatorum Tribuni militum erant; et ex his, quicumque vel prudentia et peritia rei militaris, vel virtute, vel fide et gratia præ ceteris apud imperatorem valebant, ii vice legatorum fungebantur. Hinc et tribuni militum Liv. 36, 17 pr. *consulares legati* vocantur. Extra ordinem vero, his quidem temporibus, factum interdum videtur, ut alii legati imperatoribus adjungerentur." Cf. ad 36, 1, 4. *se ei legatum iturum* (ut 38, 58. et in Epit. XI.) conj. Duk.

CAP. 2.)—1. *provincias sortiti — urbanam*, v. ad 2, 40, 9.

2. *si e re publica v. esse*, v. ad 1, 27, 5.

3. *confectam provinciam scripserat*, v. ad 2, 40, 9.

4. *quo victos bello mulctaverat Bojos* sc. P. Cornelius, (v. 36, 39.) non Minucius: unde *hic* ante *victos* excidisse putabat Duk. — *deductæ urbanæ legiones*, MSS. *deducendæ*. " Legiones videntur esse duæ illæ, quas Cn. Domitius *anno priore* quidem, sed belli gerendi causa, non ut *urbanæ legiones* essent, *conscripsit*, (35, 20.) quasque senatus hoc anno *urbanas legiones* esse voluit. v. 36, 1. et 37. Quomodo autem eædem *urbanæ legiones* hoc anno in Boiis esse potuerunt? Dicendum, quum P. Nasica victis Bojis exercitum suum dimisisset, (36, 39. 40.) duas has *urbanas legiones*, quæ paratæ esse debebant, quo senatus censuisset, (36, 1.) in Bojos missas fuisse, quæ gentem modo subactam continerent, ne aliquid rerum novarum moliretur." Duk.

5. *naves longas et socios navales*, v. ad 9, 38, 1. et 21, 17, 5. — *decumas frumenti i.*, v. ad 36, 2, 6.

CAP. 3.)—1. *prodigia per pontifices procurari*, v. ad 1, 20, 11. et 24, 44, 5. — *liberos homines e.* v. ad 34, 45, 6.

2. *Latinæque instauratæ*, (v. ad 1, 45, 2.) *quod Laurentibus carnis*, (ἀρχαϊκῶς pro *care*; cf. Prisc. 6, 684.) *quæ dari debet, data non fuerat*, v. ad 32, 1, 6.

3. *Subplicatio quoque earum religionum causa fuit diis, quibus ut fieret* subplicatio, *decemviri ex libris ediderunt*, v. ad 1, 18, 2. 2, 5, 4. et 3, 10, 6. Ordo verborum a librariis forte perturbatus est, et post *fuit* inserendum *et*, aut major distinctio restituenda. Τὸ *ut* primus omisit Grut. et ante *fieret* MS. Harl. et quædam edd. antt. adjecerunt *sacra*, forsan ex glossa, quæ verbum *fieri* eo sensu capiendum significavit, de quo v. ad 10, 42, 9. Eo etiam referri possunt verba seqq. *ad id sacrificium*, quæ tamen Drak. eo spectare monet, quod nulla fuerit subplicatio sine sacrificio. — *lucentibus rem div. fec.*, v. ad 27, 4, 6.

4. *fornicem in Capitolio — cum signis septem auratis et duobus equis*, v. ad 22, 36, 10. — *labra*, vasa balnearia.

5. *principes Ætolorum XLIII* cet. v. ad cap. 46. n. 2.
6. *in Lautumias conjecti sunt*, v. ad 26, 27, 2.
7. *ab Ptolemæo et Cleopatra regibus A.* v. ad 27, 4, 5.

CAP. 4.)—1. *et nomina dederunt*, v. ad 1, 11, 3.
2. *ludis Apollinaribus ante d. V. Idus Quinctiles*, cf. ad 6, 1, 9. " Hi ludi hoc tempore per plures dies edebantur, a III Non. Quinct. in tertium Idus ejusdem mensis. Cf. ad 27, 23, 4. Noris. ad Cenot. Pis. diss. 2. c. 6. p. 137. Dodwell. de cyclis diss. 4. s. 16. et in Adp. ad Præl. Cambd. p. 757 sq. Alia quæstio est, utrum eclipsis illa solis, quæ mox memoratur, in illum diem hoc anno inciderit; de quo v. Dodwell. ll. ll. et Ism. Bullialdi diss. ad calcem Livii Gron." Drak.
3. *cui natalis provincia evenerat*, v. ad 2, 40, 9.
4. *corona mœnia est adgressus*, v. ad 2, 17, 3.

CAP. 5.)—1. *prætorium dimitteret*, v. ad 21, 54, 3.
2. *tale machinationis genus*, v. ad 24, 34, 4.

CAP. 6.)—1. *cum XIII millibus peditum* ex emend. Sigon. cf. cap. 2. et 4. *cum III m. p.* omnes MSS. et edd. vett. — *in sinum Maliacum* cet. v. ad 27, 30, 3. 28, 5, 6. et 36, 14, 3. — *fratre Africano* Scipione. Cf. c. 1. extr.
2. *Consul sex millia ferme passuum* cet. cf. Polyb. 21, 2. Ex eo *septem* vel *octo millia f. p.* conjicere possis : nam dixit ἐν ξ' σταδίοις, LX stadia. " Quod Casaub. non male reddidit *octo ferme passuum millia*. Nam Polyb. pro mille passibus numerare solet octo stadia et duo jugera, sive tertiam stadii partem. (v. Strab. 7, 322. et Schweigh. ad Polyb. 3, 39, 8. 34, 12, 5.) Sexaginta igitur stadia efficiunt 7200 passus, ac stadium continet CXX passus. At sex millia passuum efficiunt L stadia: neque tamen dici potest, Livium legisse ἐν ν' σταδίοις : ita enim non addidisset voculam *ferme*, quæ tum usurpatur, quum numerus vel paullo minor, vel, ut hic, paullo major sit, quam qui editur. v. ad 1, 40, 3." Drak. — *P. Scipionem* Africanum, fratrem consulis. — *Asiam et Antiochum spectabat*, v. ad 1, 9, 3. et 1, 34, 5.
3. *in fidem suam venisse*, v. ad 7, 18, 1. et 36, 28, 1.
4. *idem illud responsum, quo fugati*, Urbe et Italia excedere jussi, *ab senatu f.*, (v. cap. 1.) *retulit*, iterum dedit, iteravit, repetiit. Ita Duk. et Crev. conl. 3, 35. 24, 45. 26, 19. *reddidit* conj. Gron. — *icti*, v. ad 1, 16, 2.

CAP. 7.)—1. *unde mille talentum daretur*, et *permisso* senatui Rom. *libero arbitrio* de Ætolis. Alterutrum postulaverat senatus ab Ætolis pacem petentibus. v. cap. 1. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 21, 2. et 3.
2. *dare vere pacem, non tantum ostendere*, v. ad 4, 30, 1. — *permissionem* in liberum arbitrium fidemque senatus *extra civium corpora fieri*, ea conditione, ne in ea sæviretur ; τῆς ἐπιτροπῆς ἐκτὸς ποιῆσαι τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας Polyb.
3. *prius P. Scipione convento*, v. ad 34, 61, 2.
4. *si is destituat* euallage numeri, nisi leg. *destituit*, ut *si fidus est* ; Duk.

CAP. 8.)—1. *navalem ad Corycum pugnam*, v. 36, 43 sq.
2. *Subcurrebat, superatum se*, v. ad 5, 54, 2.
3. *Bellicosiores eo temp. erant* sc. Gallogræci. v. ad 3, 47, 1. De *Gallogræcis* s. Galatis et Gallis v. 38, 16.
4. *illinc a Pergamo, hinc a Phocæa E.*, v. ad 8, 17, 5.
5. *ad Canas hibernabat*, v. 36, 45.
6. *ingentem prædam — averterunt*, v. ad 1, 7, 6.

CAP. 9.)—1. *Inter hæc Phocææ seditio* cet. cf. Polyb. 21, 4.
2. *ad transitum exercitus* consularis, L. Scipionis. *In portum, quem vocant Achæorum*, ad ostia Simoëntis : qui λιμὴν 'Αχαιῶν dictus est ab Achæis s. Græcis, qui Trojam obsessuri eo adpulere. v. Strab. 13. p. 595. Plin. 4, 12. s. 26. et 5, 30. s. 33. Ciac. con. ad Mel. 1, 18. Appian. Syr. 23. et 6. Mithrid. 77. et b. civ. 5, 137 sq. — *Ilium adscendit, sacrificioque Minervæ facto*, v. ad 35, 43, 1. — *Rhœteum*, 'Ροίτειον et minus recte 'Ροίτιον. Cf. Drak. ad h. l. Wasse ad Thucyd. 4, 52. 8, 101. Hard. ad Plin. 8, 29. — *Hellesponti fauces, Abydum et Sestum*, v. ad 31, 17, 1.
3. *fanatici Galli — matris Deum famuli*, sacerdotes Cybeles, quorum furor satis notus. Huc spectat frag. Polyb. (T. 5. p. 41. ed. Schweigh. ap. Suid. v. προστηθίδιον) 'Εξελθόντες μὲν Γάλλοι δύο μετὰ τύπων καὶ προστηθιδίων (cum figuris et imagunculis a pectore suspensis) ἐδέοντο μηδὲν ἀνήκεστον βουλεύεσθαι περὶ τῆς πόλεως. De illo Gallorum habitu cf. Dionys. Hal. 2, 19. et in simili narratione Polyb. 22, 20, 4 sq. ubi v. Schweigh.

CAP. 10.)—1. *Polyxenidas — exsul Rhodius* cet. Cf. ad hoc et seq. cap. Appian. Syr. 24. — *certamine animi*, ut 2, 59. 4, 56. 5, 24. 6, 24. *unum* pro *animi* conj. Gron. obfensus forte repetitione voc. *animi*. Cf. ad 1, 3, 8. — *si liceat*, si operam dare velit Pausistratus, ut merces petita concedatur, vel *si liceat* sc. per Pausistratum, si sinat Pausistratus ; Crev. et Drak. *si li-*

[redacted]

beat conj. Tan. Faber.. — *Tum internuntius* sc. dixit, ut 41, 3, 1. *nuntius* sc. venit. *aperit* addidit Mog.

2. *Panormum Samiæ terræ*, in Samiorum agro, sed in litore Ephesiorum; Glar. cf. Strab. 14, 639.

3. *Eo vero pignere velut auctoratum*, v. ad 8, 34, 8.

4. *socios navales*, v. ad 9, 38, 1. — *subducturum naves*, v. ad 8, 26, 1. — *objecturus certamini foret;* mutatio orationis: (v. ad 1, 13, 4.) nisi leg. *objecturum c. fore.* v. ad 6, 42, 7.

5. *partem Samum ad urbem misit* cet. hæc parum cohærere monet Crev. quum enim ex seqq. constet, Pausistratum Panormi mansisse, dici non posse, eum partem navium Samum misisse, ut paratus esset: immo Livium observare, Pausistratum partem classis Halicarnassum, partem Samum ablegare, ut notet ejus neglegentiam. Hinc suspicatur, ante verba *ut paratus esset* excidisse *ipse Panormi substitit* aut similia.

CAP. 11.)—1. *Magnesiam ad Sipylum*, v. ad 36, 43, 4. Hanc urbem plus æquo abesse, et in hac narratione Magnesiam bis simpl. memorari, adeoque verba *ad Sipylum* pro glossemate habenda esse, non male monuit Crev. *Magnesium* (ad Mæandrum) *ac Sipylum* (opp. vicinum Smyrnæ ap. Strab. ac Plin. 5, 29.) conj. Doujat. *Magnesiam missum, ad Sipylum perpaucas naves subductas esse* recepit Ald. ex cod. Mog. — — *et navalia tegi*, ex cap. præc. *refici* conj. Drak.

2. *profectus LXX navibus tectis*, v. ad 1, 14, 4. et 22, 19, 4. — *Pygela portum tenuit*, v. ad 1, 1, 8. *Pygela* seu *Phygela* (hod. Figela) urbs Ioniæ, sic dicta, quoniam vel socii Agamemnonis, morbo τῶν πυγῶν laborantes, ibi manserunt, vel eam condiderunt fugitivi, φυγάδες. v. Strab. 14. p. 639. Harpocrat. v. Πύγελα ibique intp. Mela 1, 17. Plin. 5, 29. s. 31. Steph. Byz. et Suidas. Inde οἶνος φυγελίτης ap. Dioscor. 5, 12. — *quinque navibus;* al. *cum quinque n.* v. ad 1, 14, 4.

3. *ad promontoria, quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt;* quæ *cornua* aliis *brachia* et *latera* dicuntur. Cf. ad Juvenal. 12, 75 sq. et Heyne ad Virg. A. 1, 159 sq. —*facile telis ancipitibus*, v. ad 1, 25, 4. *facile ex ancipitibus* omnes MSS. præter Mog. et edd. ante Ascens. a. 1513. non improb. Drak. ut *ancipitia* sint fauces portus, in quas ex utroque cornu vel promontorio jacula emitti possint. Cf. ad 30, 33, 9.

4. *vim facere*, v. ad 32, 9, 4. *viam f.* male edd. vett. — *conscendisse*, v. ad 31, 29, 3.

5. *remis ad ostium portus tendit*, v. ad 4, 19, 1.

6. *dum moliuntur a terra*, v. ad 6, 11, 5.

7. *Quinque tantum Rhodiæ naves* cet. septem ap. Appian. Syr. 24. Sed nil interest, nisi quod hic Coas naves non distinxit a Rhodiis; Duk. Recte, puto; sed si cuiquam id displiceat, addere potest, eum alios annales sequutum esse: certe classis Rhodiorum ap. Liv. est XXXVI navium, ap. Appian. XXVII. ex quibus VII effugerunt, XX captæ sunt; Drak.

8. *contis enim binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ se portabant*, quod strategema præter alia commentus erat Pausistratus. Cf. c. 30. Appian. Syr. 24. et, qui rem copiosius exponit, Polyb. 21, 5. *Trulla*, quæ Polyb. dicitur κημὸς, machina s. vas, quo ignis recipitur, et ex uno loco in alium transfertur, μηχανικόν τι πυρφόρον μηχάνημα ap. Suid. πυρφόρα ἀγγεῖα σιδήρεα ap. Appian. Multa, sed parum apte, ut solet, ad h. l. disputat Marc. Donatus.

9. *ad Romanos cursum averterunt*, v. ad 3, 63, 2.

CAP. 12.)—1. *successu tantæ rei elatus* ed. Ald. et seqq. ex cod. Mog. *inflatus* reliqui MSS. et primæ edd. — *naves, subductas Canis, deduxit*, v. ad 8, 26, 1.

2. *fraude capti a cive suo*, v. cap. 10 pr. — *præfecto omnium Eudamo*, qui a Rhodiis sufiectus est Pausistrato, et sub cujus imperio fuisse Pamphilidam, (v. 37, 22.) probabile fit ex 37, 23. et 24. Hunc vero Pamphilidam subcessorem Pausistrato datum dicit Polyb. 21, 5. ubi ejus ingenium et audacia laudantur. Ceterum *Eudamus* Dorice dicitur, qui Εὔδημος Polyb. 21, 5. 8. et Εὔδωρος, corrupte forsan, Appian. Syr. 27. — *in Erythræam* (ut 44, 28.) sc. terram, ut 36, 45. τὴν Ἐρυθραίαν ap. Strab. 13, 644.

3. *Corycum Tejorum prom. tenuerunt*, v. ad 1, 1, 8.

4. *in incertam tempestatem miserunt* sc. classem s. se. — *aquilone in septemtrionem verso:* nam *septemtriones venti*, ut ap. Cic. ad Att. 9, 6., sunt thrascias, aparctias, aquilo: at *septemtrio* ventus, ut sup. 26, 45, 4., κατ' ἐξοχὴν aparctias, interjectus inter thrasciam et aquilonem, Gell. 2, 22. *septemtrionarius;* Gron. Cf. Sen. nat. quæst. 5, 16. (*A septemtrionali latere summus est aquilo, medius septemtrio, imus thrascias*) et Vitruv. 1, 6.

CAP. 13.)—1. *ad Macrin insulam*, Icariam, Cycladem, quam nautæ *Macrin* adpellavere. Cf. cap. 28. et Eustath. ad Dionys. v. 520.

2. *portum Samiæ desertum tenuerunt*, v. ad 1, 1, 8. *Samiæ* sc. terræ, nisi leg. *Sami.*

3. *ad Æthaliam* ins., quæ a Steph. et Eustath. inter Cycladas, a Mela et aliis inter Sporadas recensetur. Eam a Chio diversam fuisse, etsi hanc prisco nomine

Æthaliam adpellatam tradant Plin. 5, 31. s. 38. et Steph., docet Duker.

4. *utrum extemplo decernerent*, v. ad 21, 41, 2.

5. *Andronicus Macedo* cet. Nicander ap. Appian. Syr. 25.

6. *cum præfecto Epicrate Rhodiorum* cet. immo *Epicrate Rhodio*, ut. c. 15. nam Eudamus, non Epicrates Rhodiorum erat præfectus : (v. cap. 12. et 15.) sed duas Italicas duasque Rhodias triremes misit prætor, iisque præfecit hominem Rhodium ; Jac. Periz.

CAP. 14.)—1. *apertæ Atheniensium naves*, v. ad 22, 19, 4. — *Ægæo mari trajecit*, ante vel post *trajecit* excidit *Chium ;* Duk. et Crev.

2. *nocte intempesta venit*, v. ad 25, 9, 8.

3. *sacrificio, ut adsolet, rite facto*, v. ad 23, 14, 3.

4. *est primus rogatus sententiam*, v. ad 32, 23, 1.

CAP. 15.)—1. *ubi demersis navibus frenassent*, coërcuissent, h. e. obstruxissent, *claustra maris*, portum, per quem in mare possit veniri ; quo sensu portus, urbes, montesque alti dicuntur *claustra*. v. ad 9, 32, 1. et ad Tac. Ann. 2, 59, 12. At cap. 14 extr. *claustra* sunt naves submersæ, quibus *clauditur* seu obstruitur portus, ejusque ostium s. fauces, et via in portum vel mare ; unde mox *claudi portum*.

2. *quid adtinere*, v. ad 2, 41, 4.

3. *in adsidua statione* navium ante portum.

4. *contra insulam suam*, e regione ejus, ut 24, 41. 37, 13. 38, 4. Drak.

CAP. 16.)—1. *duabus apertis Smyrnæis*, v. ad 22, 19, 4.

2. *fluctibus dubiis volvi mare*, v. ad Tac. Ann. 2, 23, 4. — *ante hostium portus ;* immo *a. ostium p.* nam ante unius urbis Patarorum portum stabat Romana classis, eaque urbs unico tantum portu instructa fuisse videtur : certe cap. seq. Livius Patarorum *portum* num. sing. memorat ; Drak.

3. *Prætervecti mœnia*, Patara, *portum Phœnicunta, minus duum millium* passuum *spatio inde distantem, petiere*, adeoque portum Lyciæ, diversum ab eo, qui 36, 45, 4. memoratur. *Phœnicunta* ex cod. Mog. edidit Aldus. In reliquis MSS. et edd. antt. *petitum, Penicum, Pœnicum, Phœnicum, Phœnichum.* Nota Jac. Gron. est : " Cur græcissante terminatione ? nec *Phœnicuntem*, ut 36, 45. ? Olympo Lyciæ opp. adjacere montem cognominem, qui et *Phœnicus* dicatur, docet Strabo 14, 666. Sed quanta distantia a Livio adscribitur ? Forte leg. *Phellum*. Scylax : Ποταμὸς Ξάνθος, δι' οὗ ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν, καὶ λιμένα ἔχει. Φέλλος πόλις καὶ λιμήν. Similia testatur Strabo." Non male : nam Strabo quidem l. l. dicit ἐν τῇ μεσογαίᾳ Φέλλος καὶ Ἀντίφελλος, sed Ptol. 5, 3. Phellum mediterraneam, Antiphellum maritimam urbem fuisse ; Drak.

4. *lacessebatur magis*, movebatur, *quam conserebatur, pugna*, v. ad Sil. 1, 680. et Heyne ad Virg. Æn. 10, 10.

5. *in Telmissicum sinum*, al. *Telmessicum*, ad maritimum Cariæ vel extremum Lyciæ oppidum, quod *Telmessus* dicitur, Τελμησσὸς Plin. 5, 27. s. 29. Cic. Div. 1, 11. 41. 42. Mel. 1, 15. et Ptol. 5, 3. sed Τελμισσὸς Strab. 14. p. 665. Polyb. 22, 27, 8. 10. et Plin. 5, 29. ubi Hard. conj. *Telmisus*, ut *Telmessus* sit Lyciæ et *Telmisus* Cariæ opp. Cf. ad 38, 15, 2. Huschke Anal. crit. p. 209. et Spanhem. de usu et pr. num. 9. 563. qui ubivis *Termessus* scribendum contendit, quam tamen Pisidiæ vel Pamphyliæ urbem a Telmisso diversam fuisse putabat Drak.

6. *Patara tentandi spe*, v. ad 9, 35, 1. et 35, 49, 7.

CAP. 17.)—1. *in Bargylietico* seu Iassio, *ad Iassum*, opp. Cariæ, ut et *al* Βαργυλίαι seu τὰ Βάργυλα et ἡ vel τὰ Βαργύλια, unde ὁ Βαργυλιήτικος s. Ἰάσσιος κόλπος, et Βαργυλιῆται. Cf. Strab. 14. p. 654. 658. Plin. 5. 29. Mel. 1, 16. Ptol 5, 2. Polyb. 16, 12. et 24. 17, 2. et 8. 18, 27. 31. 33. Berkel. ad Steph., Duk. et Drak. ad h. l.

2. *ad urbem obpugnandam ducit*, v. ad 1, 23, 4.

3. *Rhodios orare instituerunt*, v. ad 24, 26, 7.

4. *ut servitutem regiam effugerent* docte pro *effugere vellent*, (quod e cod. Mog. Aldus et alii recepere, ut 23, 19. *importaret*, 25, 33. *retinerent*, 35, 45. *bellarent*, 38, 11. *recepissent*, quibus locis male quidam *importare vellet* cet., Gron. Cf. ad 3, 21, 3.

5. *Eumene etiam rege adsumto*, secum juncto, tamquam deprecatore. — *suas necessitudines*, ut paulo ante *urbem cognatam*. Cf. Polyb. 16, 12. 17, 2. 8. 18, 27.

6. *quum oram Asiæ legerent*, v. ad 21, 51, 6.

7. *ab Epheso, ab suo bello*, v. ad 25, 35, 2.

CAP. 18.)—1. *Seleucus Antiochi filius*, v. ad 25, 35, 1. Mox pro *dum obpugnaret* forte leg. *quum o.* vel *dum obpugnat ;* Drak.

2. *infestis signis adcessit*, v. ad 1, 13, 2.

3. *ad caput arcemque regni Pergumum ducit o.* v. ad 1, 23, 4. 3, 45, 9. 4, 31, 8.

4. *in Gallorum mercede* cet. v. ad cap. 51. n. 5. — *summæ rei discrimen haud dubie detrectante*, v. ad 1, 9, 3. 3, 5, 6. 6, 17, 1.

5. *Quos ubi exposuisse copias Eleæ* cet. cf. Polyb. 21, 8.

6. *erant autem sex millia equitum*, cod. Mog. *septem millia.* Parum interest, siquidem Polyb. ἱππεῖς πλείους ὄντας ἑξα-

κισχιλίων memoret; Drak. — *misso caduceatore, velle se* cet. v. ad 8, 19, 10.

CAP. 19.)—1. *Æmilius, Eumene a Pergamo adcito — Rhodii haud adspernari pacem: Eumenes* cet. cf. Polyb. 21, 8.

2. *nec exitum rei imponi posse*, γίγνεσθαι τὴν ἔκβασιν scil. ἐκ τοῦ πολέμου, exitum belli, Polyb. ut 3, 7, 2. — *obsessi velut:* nam Antiochus cum equitatu in campos sub ipsa Elææ mœnia descenderat. v. cap. 18 extr.

3. *aut cui rata ista pax erit, quam sine consule* cet. recte: nam consul hoc anno fuit L. Scipio. Hinc. pro ἀνθύπατον proconsulem, ap. Polyb. 21, 8, 11. Schweigh. conj. ὕπατον vel αὐθύπατον, nomine eadem ratione formato ut αὐτοκράτωρ.

4. *instauremus novum de integro b.*, v. ad 10, 29, 1.

5. *agrum opulentum, quem vocant Thebes campum*, εἰς τὸ Θήβης καλούμενον πεδίον, Polyb. 21, 8, 13. et 16, 1, 7. ubi Vales. monet, Livium verba *carmine Homeri nobilitatum* de suo ac perperam addidisse, et Homerum quidem Thebes oppidi Il. 1, 366. et campi in H. in Apoll. 228. meminisse, sed de agro Thebano, in Græcia sito, loqui, neque hunc campum, post Trojana demum tempora ita cognominatum, (v. Strab. 13. p. 612. al. 910 B.) memorare potuisse. Cf. Voss. ad Mel. 1, 18. *nobilitatum* pro *nobilitatæ* dictum putabat Jac. Gron. (v. ad 1, 1, 6.) sed forte leg. *nobilitatæ* e cod. Lov. 1. cum J. Fr. Gron. et Drak. Mox vocem *Adramytteum* glossam olere monent Duk. et Crev. Omisit eam Sigon.

CAP. 20.)—1. *Elæam ex Achaja* cet. cf. Polyb. 21, 7. et Appian. Syr. 26.

2. *regii subcedebant*, Antiochi milites Cf. c. 18 f.

3. *non stratos* ephippiis, *non infrenatos — — equos*, cf. not. 7. et ad 21, 44, 1. — — *somno etiam strati*, v. ad 7, 36, 1.

4. *hostium stationem tentare*, v. ad 9, 35, 1. Mox *Ægre id permittere Attalus* edd. ante Ald. non inprob. Gron. cujus nota est: "Non abruptius ideo quod sequitur: *porta egressus*. Hujusmodi orationes defectæ velut ad rei caput properantium et multum ingenio lectoris confidentium mire decent historicos, et per sunt amatæ Livio: quod qui non caperent, ingentem farraginem particularum et relativorum pron. auctori nostro adleverunt." Cf. ad 2, 56, 1. 25, 35, 3. 43, 15, 2.

5. *insuper etiam eludentes paucitatem*, v. ad 1, 36, 4.

6. *dilapsos ab ordinibus hostes*, v. ad 22, 2, 4.

7. *non sternere* ephippiis, *non infrenare*, cf. not. 3.

8. *majorem, quam pro numero e., t.* v. ad 7, 33, 2.

CAP. 21.)—1. *regii* (Antiochi milites) *signis conlatis abire*, agminibus ordinibusve conjunctis seu densatis: (cf. Cæs. B. G. 2, 25. 7, 2.) nisi leg. *conversis* vel cum Ern. *convulsis*.

2. *Peræam inde, coloniam Mitylenæorum*; forsan caput Peræas regionis, de qua v. ad 32, 33, 7. πολίχνιον ap. Steph. *Phoræam* multi codd. et edd. ante Frob. a. 1535. *Prohæream, Feream, et Peream, et Feream, et Ferream* reliqui MSS. *Euspatriam* conj. Jac. Gron. quod est opp. Lydiæ ap. Steph. unde Εὐπατρίδες in numma Vespas. ap. Goltz. Thes. p. 214. An leg. *Perperenam*, (v. Plin. 5, 32. et Strab. p. 607.) vel *Ceramum*? (v. Plin. 5, 29. et Strab. p. 656.) Mox pro *Crene* plerique MSS. et edd. vett. *Prime, Prine, Prinne, Priene, Prienna*.

3. *insula, quam Bachium* (al. *Bacchium* et *Bechium*) *vocant, imminet* Phocææ, v. ad 3, 51, 3. *Bachina juxta Smyrnam* ap. Plin. 5, 13. s. 38.

4. *nihil aliud quam depopulato agro*, v. ad 2, 8, 9.

CAP. 22.)—1. *cum Pamphilida præfecto*, v. ad c. 12. n. 2.

2. *Dædala et quædam alia parva castella*: pro *parva* multi MSS. *per ea*, et Thuan. *perrea*; unde Jac. Gron. non male conj. *Peræa*, quam regionem *Cariæ* continentem fuisse monet. "Si quid mutandum, nihil hac conjectura verius videtur: nam *Peræa* erat illa regio, quam Rhodii in continenti insulæ suæ obposita possidebant, ἀρχὴ δὲ τὰ Δαίδαλα τῆς Ῥοδίας χωρίον, teste Strab. 14, 651. quem et vide p. 664." Drak. — *sex apertæ naves*, v. ad 22, 19, 4.

3. *ad portum, quem Megisten vocant*: Megista insula et opp. Lyciæ, cui haud dubie etiam portus fuit. v. Ptol. 5, 3. Scylax p. 37. Plin. 5, 31. s. 35. et Steph.

CAP. 23.)—1. *In confinio Lyciæ et Pamphyliæ Phaselis* cet. cf. Strab. 14. p. 666. et Hard. ad Plin. 2, 106. s. 110. et 5, 27. s. 26. — *Eo maxime*, v. ad 1, 11, 6.

2. *et loco gravi, et tempore anni*, v. ad 3, 6, 2. — *ad hoc insolito odore*, v. ad 2, 23, 3.

3. *ad Sidam jam hostes esse*, v. ad 35, 13, 3.

4. *adverso tempore Etesiarum, quod velut statum* tempus post caniculæ ortum *Favoniis ventis esset*; de quibus Aquilonibus statis v. ad Tac. Ann. 6, 33, 6. Apollon. 2, 527. 531. ubi cf. Schol., Schweigh. ad Polyb. 4, 44, 6. et Heyne Exc. 2. ad Virg. Æn. 3.

5. *Rhodiorum XXXII quadriremes et IV triremes fuere*; ex cap. præc. colligitur summa XXVIII navium: sed quia hic nulla quinqueremis in classe Rhodia memoratur, credi potest, ex ea duas quinqueremes, Coam et Gnidiam, detractas,

et aliquo, incertum ob quam causam, missas fuisse; Duk.

6. *in quibus tres hepteres et quatuor hexeres habebat*, v. ad 29, 9, 3. Verbum *habebat* adsutum videri pannum, moneat Gron., Duk. et Crev. Cf. ad 1, 56, 7. — *et hi*, sc. regii: nam ad *regiam classem* cum respectu ad sensum referri potest; Jac. Periz.

7. *ab Side prominet in altum*, v. ad 22, 20, 8.

8. *ab regiis sinistro cornu*, h. e. regiorum sinistro cornu, vel *ab regiis* pro a parte regiorum, ut c. 30. *ab Romanis LXXX naves pugnabant*; Drak. Cf. ad 27, 5, 4.

CAP. 24.)—1. *et navium virtus, et usus rei maritimæ*; Clericus art. crit. 3, 1, 12, 8. emend. *navalium* sc. sociorum, quod nemo navibus virtutem et usum rei mari tributurus sit. Sed *nautica*, non *navales*, ἐλλειπτικῶς pro sociis navalibus dicuntur; et multis rebus inanimis tribuitur *virtus*, quæ est omnis illa vis, omne illud, quo res hæ valent et aptæ sunt ad usum, ad quem vel natura vel arte factæ et comparatæ sunt: verba autem *et usus rei mar.* ad Rhodios pertinent, non ad naves; Duker.

2. *aut remos detergebat*, v. ad 28, 30, 7.

3. *dextrum cornu hostium*, Rhodiorum, cui Eudamus præerat, (ut sinistro Charilitus, et dextro classis Antiocheæ Apollonius, sinistro Hannibal) *in fugam inclinabat*: et tamen mox Livius dicit, ei *omnes, quæ in dextro cornu vicerant naves*, opem tulisse. Hinc Periz. anim. hist. c. 8. p. 336. et Drak. putabant, legendum esse *quæ in altero cornu vicerant*, vel *quæ dextrum cornu vicerant*; posse etiam verba *in dextro cornu* ex margine in contextum invecta videri; sed potius Livium cornua confudisse. Cf. ad 7, 15, 2.

4. *hostes, claudas mutilatasque naves apertis navibus remulco trahentes*, v. ad 1, 3, 8. 22, 19, 4. et 25, 30, 6. De *claudis navibus* v. ad Tac. Ann. 2, 24, 6.

5. *e turri*, propugnaculo, *prætoriæ navis*, v. ad 6, 42, 7. Naves *turribus atque tabulatis adlevatas* memorat Flor. 4, 11, 5. Cf. Schæffer. de re vehic. 3, 1.

6. *multis ictibus vulnerata navis*, ut c. 30. et sic τραυματισθεισῶν τῶν νεῶν passim fit mentio ap. Thucyd. Cf. Burm. ad Valer. Fl. 1, 480. et intpp. Polluc. 1, 9. §. 125.

7. *quum potuisset* sc. submergi aut capi omnis classis. *potuissent* alii. — *ictus uno prœlio adverso*, fractus. v. ad 1, 16, 2. *victus* c. Mog. Sed sic Livius non addidisset *adverso*, Drak. — *ne tum quidem p. L. audebat*, verba absurda et corrupta, quasi clades adcepta Hannibali animos facere debuisset ad peragendum inceptum; Crev.

CAP. 25.)—1. *vacuus eos* ab hac cura, s. hostibus. v. ad 3, 40, 8. — *cum quatuor navibus tectis*, v. ad 22, 19, 4.

2. *ad Prusiam, Bithyniæ regem* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 21, 9. — *se tertium peti*, v. ad 26, 7, 2.

3. *Philippum et Nabin*, quamvis *hostes* cet.

4. *Philippo quidem anno priore etiam stipendium remissum*, immo hoc anno, quod jam Duk. monuit, a Scipionibus per Macedoniam transeuntibus in Asiam. v. Polyb. 20, 13. 21, 9. et Appian. Syr. 23. Livius hujus rei primam nunc mentionem facit. — *filium obsidem redditum*, v. ad 36, 35, 6.

CAP. 26.)—1. *magis quia terrestribus copiis* cet cf. Polyb. 21, 9. extr. cujus verba sunt minus obscura, nec bene a Livio expressa.

2. *Erat tamen momentum spei*, v. ad 1, 47, 7.

3. *classis Rhodia, ad Samum* cet. cf. cap. 10, 11.

4. *ad Notium ducit, oppidum Colophonium* in Ionia, a Colophoniis habitatum, *quod abest a vetere Colophone* cet. cf. 38, 39. cum Polyb. 22, 27, 4. Thucyd. 3, 34. ibique Wasse et Cellar. orb. ant. 3, 3. p. 78 sq. — *muri imminens*, v. ad 3, 51, 3.

5. *operibus oppugnare urbem*, v. ad 5, 22, 7. — *et testudinibus arietes admovit*, v. ad 5, 5, 3.

CAP. 27.)—1. *missæ onerariæ*, v. ad 25, 27, 5.

2. *Circumvecti ab urbe ad aversa insulæ, (objecta aquiloni ad Chium et Erythras sunt)* v. ad 28, 8, 4. Nota Gron. est: "Adcipimus urbem, certe stationem navium, in insula Samo fuisse ad partem versam in meridiem. Βλέπει δὲ πρὸς νότον καὶ αὐτὴ καὶ ὁ λιμὴν ἔχων ναύσταθμον, Strab. 14. p. 636. Unde profecti, ut Chium tenderent, necessario circumibant insulam, et cursum habebant *ad aversa* (quasi insulæ tergum: nam frontem imaginamur, ubi urbs est) *insulæ, aquiloni objecta*, quæ *ad*, contra, *Chium et Erythras* (insulas, ab austro objectam Samum habentes) *sunt*, spectant."

3. *volentibus iis usurus commeatu*, v. ad 21, 39, 4.

4. *institit sequi*, v. ad 24, 26, 7. — *celoces*, v. ad 21, 17, 2. — *ad id fabrefactis*, v. ad 1, 34, 5.

5. *in acutum cacumen — fastigatus* ex ed. Rom. 1472. et 44, 9. ex unico MS. et ed. pr. recepit. Drak. pro *fastigiatus*. Cf. ad Sil. 5, 50. 12, 356. Gron. ad Liv. 1, 38. Duk. ad 44, 9. Periz. ad Mel. 1, 4. — — *superpendentia saxa*: nam quæ altissima sunt, videntur pendere. Cf. ad Sil. 1, 1, 128. 6, 645. ad Juvenal. 6, 650. 7, 46.

CAP. 28.)—1. *oratores cum infulis et velamentis ad Romanum miserunt*, v. ad 2, 54, 6. 3, 2, 3. et 32, 11, 4.

2. *purgantibus civitatem* (v. ad 10, 13,

13.) *omnis facti dictique* causa, ἕνεκα, de eo.—*revocaturum se* sc. dixit. v. ad 1, 33, 7.

3. *Eo forte die Polyxenidas* cet. Vocem *die* inserui ex VII MSS. Polyxenidam non puto profectum esse *eo*, i. e. versus eam regionem, in qua tum Romani erant, neque a Colophone eo consilio movisse, ut Myonnesum aut Teum peteret, sed ut Romanos sequeretur, et cum iis prœlium committeret; Crev. Hinc. *tempore* excidisse suspicabatur.

4. *in insula*, quam *Macrin nautici vocant*, v. ad cap. 13. n. 1. — *Rhodiam classem ad Samum* cet. cf. c. 10. 11.

5. *sicut ad Panormum fecerat*, v. cap. 10. 11. — *non vanum ei consilium fuisset*, v. ad 1, 8, 3. et 10, 29, 1.

CAP. 29.)—1. *in frontem instruxisset*, ut c. 13. et *in frontem dirigere* bis c. 23. *in fronte* c. Mog. et Gærtn. — *coactum agmen*, v. ad 32, 2, 4.

2. *Quod ubi Eudamus vidit, non posse æquare ordinem Romanos*, v. ad 3, 62, 6, et 6, 8, 2.

CAP. 30.)—1. *Ab Romanis*, a parte Romanorum, (v. ad cap. 23. n. 8. et ad 27, 5, 4.) *LXXX naves pugnabant* cet. ad fin. cap. cf. Appian. Syr. 27. qui in numero navium et in tota pugnæ descriptione (ut et in illa pugnæ Rom. cum Antiocho icf. c. 39 sq. coll. Appian. Syr. 31 sq. et sæpe in aliis rebus) passim a Livio discrepat, alios sequutus auctores.

2. *maximæ formæ naves tres hexeres*, v. ad c. 23. n. 5. Voc. *naves* insiticium videtur; Gron.

3. *quæ ignes præ se portabant* cet. cf. cap. 11. et ibi not. 7. — *momentum* cet. v. ad 1, 47, 7. et 3, 27, 6. — *adversi*, forte *adversas*, sc. Rhodias, ignem portantes; Gron. Possis et ex MS. Voss. legere *adversæ*, obviæ, obcurrentes, vel *aversæ*, quæ declinarant, ne prora concurrerent; Drak. qui tamen vulgatum non improbabat. — *obliquas se ipsæ ad ictus præbebant*, ἐς τὰς ἐπωτίδας ἐνέπιπτον (h. e. percutiebantur rostris hostilium navium ab utroque proræ latere, unde ἐπώτιδες, trabes tabulæve crassiores aurium instar prominebant ad eludendos rostrorum ictus) Appian. l. l. ubi v. Schweigh.

4. *sublatis raptim dolonibus* cet. v. ad 36, 44, 1.

5. *XLII navibus in ea pugna amissis*, XXIX ap. Appian. Syr. 27. — *quarum XIII captæ*, ita et ap. Appian., sed LXII inf. 40, 52 extr. ubi itaque leg. *captæ XIII*, nisi malis *XLII*, ut *captæ* dicantur omnes naves, hostibus ereptæ: nam magis ad laudem Æmilii pertinebat, majorem harum, quam minorem illarum numerum in triumphali tabella memorari. — *vulneratæ aliquot*, v. ad cap. 24. not. 6.

6. *velut manu ferrea injecta*, v. ad 24, 34, 6.

7. *inhiberent Rhodii*, prohiberent. Cf. ad 26, 39, 8. — *tractum ancorale, et implicitum remis, latus alterum detersit*, v. ad 28, 30, 7. *Ancorale*, ut 22, 19, 6. scil. vinculum s. strophium, ut ap. Apul. Met. 11. p. 263. ed. Elmenh. Sensum h. l. jam bene exposuit Gron. "Ancorale, (sc. retinaculum, h. e. funis ancoralis, ut *hastile* sc. lignum) excussa ancora in navem hosticam Sidoniam, quum in puppem remigarent Rhodii, tractum ab ancora inde religata, et, dum præpropere et tumultuose evolvitur, magna parte delabsum in mare ab latere uno navis, atque ita *implicitum remis* ejusdem, id ipsum *latus detersit*, claudamque navem fecit."

CAP. 31.)—1. *extrahendo tempus*, v. ad 2, 61, 6. 4, 43, 6.

2. *quocumque aliopoterat* sc. mittere legatos.

3. *Regillus Æmilius*, v. ad 3, 1, 1. — *confessionem concessi maris* (imperii maris) cet. v. ad 10, 24, 10. et 21, 40, 2.

4. *Rhodii inpigre prævertere*, prævenere naves Scauri, vel ad Hellespontum.

5. *in altum*, mare, *lingua excurrens*, v. ad 22, 20, 8. *Lingua*, ut 44, 11. (*Erdzunge*) quæ tribuitur promontoriis, ut *labia* fluviis, *brachia* mari, (sed et flumini 44, 35 extr.) *supercilia* montibus. Cf. ad 27, 18, 5. Intpp. Ovid. Met. 13, 724. Gron. Diatr. Stat. c. 27. et Ernesti Glossar. Ammian. v. *lingua*.

6. *ab re portum adpellant Naustathmon*, τὸν vel τὸ ναύσταθμον, navale, navium stationem. Cf. Duk. ad Thucyd. 3, 6.

CAP. 32.)—1. *magistratuum animos tentarent*, v. ad 9, 35, 1. — *infrequens ædificiis*, v. ad 10, 11, 3.

2. *obcurreret ad defendendum*, v. ad 21, 61, 1.

3. *ad munienda et obmolienda* cet. v. ad 33, 5, 4.

4. *potestatem iis dare* (forte *dari*; Jac. Periz.) *eadem conditione, qua prius C. Livii* cet. de hoc nihil diserte scriptum est lib. 36. nisi quod eos anno superiore Romanorum partis fuisse e cap. 45. liquet; Duk.

5. *Ab hac voce* cet. v. ad 1, 1, 5.

6. *quæ ipsius potestatis fuerunt*, v. ad 3, 62, 5. — *fides constitit p.*, v. ad 2, 13, 5. — *hyems adpetebat*, v. ad 5, 19, 2.

CAP. 33.)—1. *Id multo, quam nuntiatum de navali victoria*, quod ex præcc. *nuntiatur*, *victam* cet. intellegendum monet Drak. Hic aliquid esse corrupti suspicabatur Crev.

2. *concessum sibi transire* MSS. *transitum* ed. Audr. et al. Sed passim infinitivi docte pro substantivis ponuntur. Cf. ad 1, 54, 5. 40, 47, 4. et ad Sil. Vol. 2. in Adpend. p. 180.

3. *dies forte, quibus ancilia moventur*, (v. ad 1, 20, 7.) *religiosi ad iter inciderant*, (v. ad 6, 1, 7.) — *quia Salius* et adhuc in

[redacted]

Europa erat: nam Saliis non licebat, his diebus discedere ex loco, in quo erant. v. Polyb. 21, 10. et sup. ad 1, 20, 6. et 7.

CAP. 34.)—1. *Byzantius Heraclides* cet. cf. Polyb. 21, 10.

2. *quod filius ejus* Scipionis Africani *captus in potestate regis erat* cet. cf. Polyb. 21, 12. Appian. Syr. 29. (qui tamen perperam dicit, hunc fuisse eum, qui Carthaginem everterit, Æmilii Pauli filium, a Scipione majore adoptatum) Dio Cass. p. 29. n. 69. ed. Reim. et ibi Fabric. Ceterum hic fuit *L.* seu *Cn. Cornelius Scipio*, homo nequam, patri remissus (v. cap. 37.) et in prætura motus senatu. v. 41, 21. 27. Valer. Max. 3, 5, 1. 4, 5, 3. Alter Africani majoris filius, P. Scipio, summi fuit ingenii, sed infirmæ valetudinis, et pater adoptivus Africani minoris. v. 40, 42. 44, 44. Cic. Off. 1, 33. Brut. 19. et de sen. 11.

CAP. 35.)—1. *Advocato frequenti consilio* cet. Cf. Polyb. 21, 11. et Appian. Syr. 29. — *Smyrnam et Lampsacum et Alexandriam Troadem*, v. ad 35, 42, 1. "Antiochus has tres urbes neque vi expugnare, neque conditionibus in amicitiam perlicere potuerat. v. 33, 38. et 35, 42. Duas posteriores tamen deinde in potestatem ejus venisse, solosque Smyrnæos mansisse in fide erga Romanos, ex cap. 54. et Polyb. 22, 5. probabile fit." Duker. — — *jactatas in illis disc. esse*, v. ad 2, 12, 7. 3, 10, 2.

2. *alienam*, aliorum fortunam, *ne urgerent*, vexarent, aut accelerarent, v. ad Sil. 4, 731. 7, 224.

3. *deduci debere præsidia regia;* verbum *debere* non comparet in MS. Harl. prob. Drak. ut omnis oratio pendeat ex præc. *æquum censebant*, quemadmodum ap. Polyb. 21, 11, 7. 8. ex δίκαιόν ἐστι.

CAP. 36.)—1. *P. Scipionis tentare animum*, v. ad 9, 35, 1. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 21, 12. et Appian. Syr. 29.

2. *non solum frenis, sed etiam jugo adcepto*, proverbialis dictio comparatioque regis cum equo, frena jugumque sibi inponi patienter ferente. Cf. Polyb., Appian. et Plut. apophthegm. T. 2. p. 196. qui pro *jugo* habent τὸν ἀναβάτην, *sessorem*. Conon Narrat. 42. auctor est, Stesichorum hanc fabulam narrasse Himeræis adversus Gelonem, et Aristot. Rhet. 2, 20. adversus Phalaridem; Duk. Cf. intp. Phædri 4, 3.

3. *publice nec habeo q.* cet. v. ad 4, 48, 6.

4. *nuntiis meis verbis*, v. ad 9, 36, 7.

5. *tutam fore belli aleam*, v. ad 1, 23, 10.

CAP. 37.)—1. *in arcem quum escendisset*, (al. *ascendisset;* v. ad 2, 7, 7.) *sacrificarit Minervæ præsidi arcis* Ilii, v. ad 35, 43, 1. — *Iliensibus in omni rerum verborumque honore* (v. ad 25, 17, 5.) *ab se oriundos Romanos præferentibus*, v. ad 3, 12, 6. et ad Tac. Ann. 2, 53, 8. et 12, 58. Τὸ *in* elegantius abfuturum, ut 25, 17, 5. et 28, 4, 1., monent Duk. et Crev.

2. *P. Scipionem ægrum* cet. cf. Appian. Syr. 30. Eo, quod Antiochus filium captum Scipioni remittit, non tam venerationem patris et insigne moderationis animi exemplum, quam spem, meliores pacis conditiones ita inpetrari posse, prodidisse videtur.

3. *quam ut in castra* cet. τὸ *ut* pro *ubi* vel *postquam* dictum putabat Jac. Periz. sed delere malebant Gron., Crev. et Oudend. ad Front. 1, 1, 4. Forsitan eodem modo dici potest, quo *prius*, *citius* et *potius quam ut* 6, 28. 9, 4. 26, 26. 33, 13. 35, 31. in quibus *ut* æque superfluum est, et non raro, v. c. 4, 2. 5, 24. 7, 18. 24, 3., omittitur; Duker.

4. *transgressus Phrygium, amnem* Ioniæ, qui primum Hyllus est dictus, et in Hermum delabitur. v. Herod. 1, 80. Strab. 13. p. 626. al. 928. C. Heyne ad Hom. Il. 20, 392.

5. *si* (al. *dum*) *extrahere tempus vellet*, v. ad 4, 43, 6. — *munimenta Romani tentarent*, v. ad 9, 35, 1.

CAP. 38.)—1. *Hyrcanum campum* in Lydia inter Thyatira et Caici amnis caput. *Hyrcanum* et *Hyrcaneum* quidam MSS. *Hyrcanium* conj. Drak. ut Ὑρκάνιον πεδίον ap. Strab. 13, 629. et Steph. Cf. Schelleri Lex. maj.

2. *quum longius certamen fieret, Romanorum* cet. post *fieret* excidisse videtur *et;* Duk.

3. *duo millia et D passus* cet. cf. Appian. Syr. 30.

CAP. 39.)—1. *in consilium advocavit* legatos, tribunos et primipilum, deliberaturus, *quid* cet. cf. ad 1, 54, 1. et 8, 6, 6. Ad cap. 39-44. conf. Appian. Syr. 30-36. quem a Livio sæpius discrepare videbis.

2. *sub pellibus habendas milites*, v. ad 5, 2, 5.

3. *Romana acies unius prope formæ fuit* cet. cf. Appian. Syr. 31. ubi Schweigh. bene suspicatur, Domitium præfuisse mediæ Rom. aciei, Eumenem dextro cornu, et consulem, belli inperitum, lævo, quod firmissimum erat tutissimumque. Appianus omnia permutavit, et Livius hæc silentio prætermisit.

4. *duæ legiones Romanæ, duæ socium:* Crev. conj. *duæ alæ socium*, prob. Drak. quia *legiones* quidem aliarum gentium, non vero *sociorum Latini nominis* memorentur. — *quina millia et quadringenos* sc. pedites, quod ex aciei dispositione intellegitur. Sed ita pro *quadringenos* legendum videtur *ducenos*, quod jam Duk. monuit coll. 40, 1. 18. 36.

inpr. 42, 31. Non male idem et Drak. suspicabantur, partem sociorum in præsidiis urbium vel alia de causa ab exercitu abfuisse: nam sociorum longe major, quam Romanorum, numerus in exercitibus Rom. esse solet. Parem vero numerum memorat etiam Appian. Syr. 31. — — *cætratis* (v. ad 21, 21, 6.) *inmixtos auxiliares Eumenis*, Pergamenos, quos Eumenes Romanis adversus Antiochum auxilio adtulit; Drak. Cf. ad 38, 26, 3.

5. *magnitudine longe enim illi præstant* Indici elephanti Africis. v. ad Juvenal. 10, 150. 11, 123 sq.

CAP. 40.)—1. *decem et sex millia peditum* quot in phalange Maced. erant; v. 33, 4. *more Macedonum armati, phalangitæ*, cf. ad 36, 18, 3. et Appian. Syr. 18. 19. — — *Partes eas interpositis binis elephantis distinguebat* quis? *interpositi bini elephanti distinguebant* conj. Crev. Lenior medicina: *partes eæ interpositis binis e. distinguebantur.*

2. *perinde — magnum terrorem p.* v. ad 4, 37, 4.

3. *equitum loricatorum; cataphractos ipsi adpellant;* v. ad 35, 48, 2. — *Agema*, ἄγημα, Macedonibus vocabantur delecti milites, plerumque equites, eorumque robur, (quasi ἀγητὸν, ἀπὸ τοῦ ἀγᾶσθαι, ab *admiratione* adpellatum, quod innuit Appianus Syr. 32. traditque Eustath. ap. Henr. Steph. in Thes. vel, quod Arrianus, a vi et vehementia, quæ Gr. ἄγημα dicitur) nonnumquam et pedites, diversi numeri. *Agemata* validissimum fuisse equitum corpus, docet Polyb. 31, 3. (ex Athen. 5, 22.) et tria fere hominum millia, forte peditum, sed diversorum a cætratis et phalange, idem 5, 25. 65. 84. At inf. 42, 51. legimus *delecta et viribus et robore ætatis ex omni cætratorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant.* His verbis significari putabat Duk., Macedonas, forte per bella cum Romanis gesta, nomen *legionis* a Romanis sumtum huic militum corpori inposuisse, et id λεγεῶνα adpellasse: de quo tamen nihil ab aliis proditum reperitur. Hinc *ita* post *agemata* excidisse suspicatur Drak., ut innuatur, hanc legionem proprio nomine a Macedonibus *agema* vocari. Ceterum de *agemate* cf. et 42, 58. Curt. 4, 13, 26. 5, 4, 21. Leopard. Emendat. 1, 23. in Gruteri Thes. crit. T. 3. p. 19. Arrian. 3, 2. et 11. Wessel. ad Diodor. T. 2. p. 204. 338 sq. et Suid.

4. *regia cohors*, diversa ab ea, quæ mox *regia ala* dicitur: (v. not. 6.) et forte *cohors regia* eorum, *quos Nicatoras adpellant* 43, 19, 4. h. e. victores; unde etiam Seleucus, primus Syriæ rex, cognominatus *Nicator*, Νικάτωρ. *Argyraspides a genere armorum adpellabantur*, Ἀργυράσπιδες, gravis armaturæ milites, quorum clypei laminis argenteis ornati erant et inducti, τὸ τῶν Ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα, διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ, Diodor. 17, 57. ubi v. Wessel. ἱππεῖς Ἀργυράσπιδες ap. Appian. Syr. 32. Cf. Polyb. 5, 79, 4. Justin. 12, 7, 6. et Intpp. Curt. 4, 13, 27. (ubi male *Argyraspides* dicuntur, qui Arriano 3, 2. ὑπασπιστῶν ἄγημα) et 8, 5, 4.

5. *Cyrtæi funditores: qui Cyrtæi forte* sunt iidem, qui *Cyrtii* dicuntur 42, 58 extr. (ubi Drak. suspicatur, ex hac gente, quæ proprie ad regnum Antiochi Syriacum pertinuerit, Eumenem transfugas quosdam stipendio conductos Romanis auxilio adduxisse) et Κύρτιοι s. Κύρτιοι, in Media λῃστρικὸν ἔθνος et σφενδονῆται egregii, Strab. 11. p. 523. et 15. p. 727. Polyb. 5, 52, 5. ubi Schweigh. suspicatur, eorum nomen superesse in *Curdorum* nomine.

6. *Inde auxiliares mixti duo millia et septingenti*, v. ad 39, 7, 1. — *tria millia cataphractorum equitum*, (v. not. 3.) *et mille alii equites, regia ala* cet., forte eadem quæ *sacra ala* dicebatur vel *sacræ alæ equitum*, regis corpus tuentes, 42, 58. 66. 44, 42 pr. Appiano Syr. 32. 57. ἵππος ἑταιρική, Arriano 1, 19 et 3, 11. τῶν ἑταίρων ἡ βασιλικὴ ἴλη, et τῶν ἱππέων οἱ ἑταῖροι, equites amici seu ala amicorum. Alia *cohors regia* fuit n. 4.

7. *et cameli, quos adpellant dromadas*, κάμηλοι δρομάδες, ἱππάστριαι. De his eorumque usu in bellis v. Bocharti Hieroz. 1, 2, 2. et 4. Schel. ad Hygin. p. 1096. Spanhem. de usu et pr. num. Diss. IV. p. 184. Diodor. XIX. p. 683. et T. 2. p. 347. ubi v. Wessel.

8. *Neocretes mille*, Νεοκρῆτες ap. Polyb. 5, 3, 1. 5, 65, 7. 5, 79, 10. Sunt, puto, νεήλυδες vel νεοσύλλογοι Κρῆτες, tirones Cretenses, vel Cretenses (qui mercede militare solebant) recens ad militiam conducti; Schweigh. ad Polyb. — *et eodem armatu* sc. Cretensium πλῆθος Κρητῶν τε καὶ Τραλλιανῶν (f. Τράλλεων) καὶ Κιλίκων ἐς τὸν Κρητῶν τρόπον ἐσκευασμένων ap. Appian. Syr. 32. — *cætratorum*, v. ad 21, 21, 6.

CAP. 41.)—1. *Rex ipse in dextero* cet. ita et ap. Appian. Syr. 33. Hannibal omissus est, quem Livius 38, 58. et Gell. 5, 5. adfuisse fatentur; Glar. — *in lævo præposuit* sc. militibus, duces constituit: τοῖς δ' ἐπὶ θάτερα ἐφειστήκει Σέλευκος ap. Appian. — *Minio* Μένδις dicitur Appiano. *Zeuxis* Lydiæ satrapa, nomine Antiochi. v. Polyb. 16, 1. 24. 21, 13. 14. 22, 7. Joseph. Antt. 12, 3.

2. *toto fere gravi armatu*, quum omnes fere milites graviter essent armati, v. ad 21, 55, 2.

3. *humor arcus fundasque et jaculorum*

[redacted]

amenta (v. ad Sil. 1, 318. et 4, 15.) *emollierat*, sed, ut modo dixit Livius, *nihil gladios aut pila hebetabat* Romanorum, graviter fere armatorum. Sic et tela jaculatorum Polyb. 3, 73, 3. conrupta et inutilia dicit facta humiditate, διὰ τὴν συνέχειαν τῆς νοτίδος, quia et pinnæ et amenta rigorem elateremque amiserant: quod ibi jam notavit Schweigh. Cf. Frontin. Strat. 4, 7, 30.

4. *Falcatæ quadrigæ — armatæ* (v. ad 9, 40, 12.) *in hunc maxime modum erant* cet. cf. Curt. 4, 9, 4 sq. (ubi v. Freinsh. et Schmieder) Xenoph. Cyrop. 6, 1, 30, et Anabas. 1, 8. Periz. in Curtio vind. p. 163 sq. Stewech. ad Veget. 3, 24. Diodor. 17, 53. et Schæffer. de re vehic. 2, 15.

5. *cuspides circa temonem ab jugo X cubita exstantes:* verba *X cubita* jungi non possunt, quum sit enorme nec rei conveniens. Hinc Schæffer. l. l. emend. *cubito*, non male; sed vox *decem* ita prius fuisset posita. *II cubita*, (duo s. bina) vel *cuspides circa temonem et ab jugo decem cubita e.*, h. e. quamque decem cuspidum exstantem unum cubitum, conj. Drak.

6. *ab axibus rotarum utrimque binæ falces eodem modo diversæ d.*, in modum earum, quæ in jugis erant, ita ut ab axibus promineret altera falx æquata axi, altera inferior in terram devexa.

7. *Cretenses sagittarios funditoresque et jaculatores equitum*, ex equitibus eos, qui jaculatores essent; nisi leg. *et jaculatores cum aliquot turmis equitum:* nam et infra quatuor diversa genera distinguuntur eorum, qui quadrigas illas expulerunt, *levis armatura, expediti funditores, velox Cretensis*, et *eques*.

CAP. 42.)—1. *cataphractos equites*, v. ad c. 40. n. 3. Mox delenda forte verba *pars eorum*, certe *pars*, et deinde alterutrum *sunt;* Crev. et Gron.

2. *Ibi simul* ac *perturbati ordines* sunt. — — *prælongarum hastarum, sarissarum*, v. ad 9, 19, 2.

3. *circumito a flumine cornu*, v. ad 8, 17, 5.

CAP. 43.)—1. *Minæ exinde erant*, minabatur.

2. *ancipiti coacti metu*, v. ad 1, 25, 4,

3. *in tempore cum ducentis e. a.* v. ad 2, 47, 4.

4. *ab ira graviorem e. c.* v. ad 1, 1, 5.

CAP. 44.)—1. *Ad L millia peditum* cet. alium numerum edit Appian. Syr. 36. alium Justin. 31, 8. eumdem Eutrop. 4, 2. — *equitum IV millia* ex c. Mog. recepit Aldus. sed reliqui MSS. et primæ edd. et Eutrop. l. l. adversantur. — *XV cum rectoribus elephanti* capti, ceterique interfecti. v. Appian. — *de Eumenis exercitu XXV*, forte *XV* ex Appiano.

2. *a Magnesia ad Sipylum*, v. ad 36, 43, 4.

3. *cum conjuge ac filia*, cf. 36, 11.

CAP. 45.)—1. *ab Trallibus et a Magnesia, quæ super Mæandrum est*, v. ad 27, 32, 1. et 36, 43, 4.

2. *caduceator ab Antiocho*, v. ad 27, 5, 4. Ad seqq. conf. Polyb. 21, 13. — *Antipater fratris* Antiochi *filius*, cf. Polyb. 5, 79. 82. 87. 16, 18. 21, 13. 14. 22, 7. — *placatiore eo et sua et regis spe*, quam ipsi et Antiochus speraverant. — *Nam tam quid ipsi dicamus, habemus* cet. aliquid scabri in oratione esse videtur, et nescio utrum placere possit *non tam habemus, quid dicamus, quam ut quæramus;* Drak. Forte leg. *jam* pro *tam*.

3. *respondere* P. Scipionem *Africanum placuit:* is cet. cf. Polyb. 21, 14. et Appian. Syr. 38.

4. *Animos, qui nostræ mentis sunt*, cogitandi agendique rationem, quæ non tam a divina, quam a nostra *mente*, intellegentia ac deliberatione, pendet; vel adfectiones sensusque, qui nostræ *menti*, animo, proprii sunt et consentanei, *eosdem in omni fortuna gessimus*, æquabiles sibique constantes, quos *neque secundæ res extulerunt, nec adversæ minuerunt*. Cf. 30, 42. ad 27, 14, 1. et Horat. Od. 2, 3, 1. Ernesti conferebat ex 9, 9. *dii vobis mentem ademerunt* et *si sana mens fuisset*, aut legendum putabat *nostri moris*, conl. c. 36. pr. *ignarus et animi Scipionis et moris Romani*. Nihil horum satis aptum videtur.

5. *communis Mars et i. b. e.*, v. ad 5, 12, 1.

6. *quindecim millia talentum Euboicorum*, (v. ad 34, 50, 2.) extemplo 500, tum 2500 post confirmatam a senatu Rom. pacem, (v. cap. 55.) deinde 12000 *per XII annos*, quod præter Polyb. et Appian. etiam tradit Diodor. Legat. 9. ubi Wessel. Opp. T. 2. p. 621. frustra sollicitat verba Appiani. Hinc etiam inf. 38, 38. non nisi reliqua XII millia postulantur; et Eumenis nomine non CCCC, ut h. l., sed CCCL. unde probabile fit, huic etiam partem summæ (L talenta) statim vel mox solutam fuisse. Sed cur h. l. *Euboica talenta* memorantur, et inf. 38, 38? v. ibi not. 10.

7. *millia deinde talentûm* (ex emend. Grut.) singula, seu mille talenta quovis anno, *per* s. intra *XII annos;* v. ad 29, 15. 5. et cf. Polyb. *mille* edd. vett. A MSS. fere omnibus vox abest. *millena talenta* conj. Budæus de asse 3, 303.

8. *Thoantem quoque Ætolum, concitorem Ætolici belli, qui et illorum* Ætolorum *fiducia* cet. cf. 35, 12. 32. 36, 7. 26. Polyb. 22, 14, 13. — *Mnasilochum*. Dor. pro *Mnesilochum*) pro vulg. *Mnasimachum* reposui h. l. et 38, 38. præeunte Crev. et prob. Drak. quia *Mnesilochus* nominatur 36, 11. 12. et Μνασίλοχος Polyb. 21, 14, 7. et 22, 26, 11. — *Chalcidenses Philonem et Eubulidam;* ita et Polyb. iisdem locis.

[redacted]

9. *Consul in hiberna exercitum Magnesiam — divisit*, "ut 2, 14. 6, 3. 9, 27. 28, 2, 8. 45, 26. et οἱ Ῥωμαῖοι διεῖλον τὰς δυνάμεις ap. Polyb. 21, 14, 10. *dimisit* c. Voss. ut 28, 4. 42, 67. 43, 23. 45, 9." Drak. Verba *in hiberna* ignorat Polyb. 21, 14, 10. ubi Schweigh. hæc notavit: "Mirum est sane, mense Aprili exeunte (nam per totum mensem Martium in Europa remanserat Scipio, et deinde jam ante pugnam ad exercitum advenerat, ut docet Polyb. 21, 10, 11. et 21, 11, 1.) *hiberna* commemorare; nisi aut valde turbatum tunc temporis calendarium Rom. statuamus, aut dicamus, *hiberna* a Livio generaliori quadam notione usurpari pro *stativis* vel *mansione sub tectis*, quam vernaculo sermone *cantonnement* vocamus."

CAP. 46.)—1. *Acilio magno consensu decretus triumphus*, in cujus memoriam Acilius tabulam fixit, Saturninis versibus descriptam, e quibus unum nobis servavit Atil. Fortunat in Putschii Gramm. antt. p. 2680. — *signati tetradrachmorum Atticorum CXIII millia*, (v. ad 34, 52, 5.) *cistophororum ducenta quadraginta octo* sc. millia. Cf. c. 58. et 39, 7 pr. *Cistophorus* numus Asiaticus, pondere et pretio tetradrachmi, sic dictus, quod in altera ejus parte κιστοφόροι essent expressi cum mystica Bacchi cista, ut in altera fere cetera Orgiorum Baccharumque instrumenta. v. Ernesti clav. Cic., Eckhel. doctr. num. T. 4. c. 18. p. 352 sq. Cuperi Obss. 4, 16. Goez. epist. de re num. p. 30. et Raschii Lex. r. num. T. 1. P. post. p. 552 sq. — *vasa argentea cælata*, v. ad 9, 40, 1.

2. *captivos nobiles, Ætolos et regios duces, XXXVI duxit: Damocritus* cet. sed *principes Ætolorum XLIII., inter quos Damocritus et frater ejus erant, Romam deducti* sup. cap. 3. ubi Drak. hæc adnotavit: "Licet Livius c. 46. unius tantum Damocriti, tamquam præcipui, meminerit, qui nocte effugerit e carcere, potuerunt tamen et alii cum eo evasisse, qui vel non retracti sunt, vel pariter se interemerunt. Potuerunt etiam quidam eorum, qui Romam deducti sunt, vel ex vulnere, vel ex morbo ante triumphum obiisse. Potuit etiam Livius, sui oblitus, alios annales utroque loco sequutus esse; quod et ex diversa captivorum descriptione verisimile redditur. Numerorum notas invitis MSS. erroris suspectas habet Pigh. in Ann. ad a. 563."

3. *in Vastetanis; al. Vacetanis. Vastetani* forte iidem qui *Bastetani* s. *Bastitani* a *Bastis* opp. (hod. Baza) dicuntur, in Hispania Bætica ad fines Tarraconensis, finitimi Bastulis. v. Ptol. 2, 7. Strab. 3, 4. p. 141. 156. 162. 163. Plin. 3, 2. et 3. — *L. Æmilii proconsulis*, ut ap. Oros. 4, 20. v. ad 28, 38, 4.

4. *prætor in senatum introduxit*, v. ad 3, 4, 2.

CAP. 47.)—1. *comitiorum adpeteret tempus*, v. ad 5, 19, 2. — *in agrum, qui Bojorum fuisset* cet. h. e. Bononiam. Cf. c. 57.

2. *L. Æmilii* Regilli *prætoris literæ* cet. cf. c. 29 sq.

3. *M. Æmilius Lepidus petebat* (v. ad 35, 10, 1.) *adversa* cet. Forsitan festinavit Romam redire, quod se potentes et gratiosos competitores habiturum videbat: quæ sine dubio causa fuit, cur vel integro anno ante comitia relinqueret provinciam, non exspectato successore, (cf. 36, 2. et 37, 2.) petitionemque adornaret; Duker.

4. *quum ceteri centurias non explessent*, v. ad 3, 64, 3. — *Lepido dejecto*, v. ad 3, 35, 10. — *Messalla tacuit*, sponte destitit a petitione. — *collegam dixit* Manlium Fulvius, v. ad 7, 24, 6.

5. *duo Q. Fabii Labeo et Pictor*, ut c. 50. 51. et 45, 44. quibus locis *N. Fabii* emend. Spanhem. de usu et pr. num. Diss. 10. p. 26. al. 514. Sed copiose et docte adversus eum disputavit Duker.

CAP. 48.)—1. *Valerius Antias auctor est*, v. ad 2, 58, 1.

2. *recipiendi Scipionis adol. c.* cf. cap. 34. et 37.

3. *Subtexit deinde fabulæ huic;* c. Mog. *subjecit*, ut *addere* et *adjicere fabulæ* 1, 11. et 5, 22. Sed *texere* ejusque conposita eleganter ad ingenii opera transferuntur. v. Broukhus. ad Tibull. 4, 1, 211.

CAP. 49.)—1. *fortuna hortaretur, ut — peterent;* in Voss. Lov. 2. et Gærtn. *hortaretur petere*, quod dictum, ut *edixerunt descendere* 40, 38, 3. *petere se posse uti* 44, 14. *pactum trajicere* 31, 7. et similia, Græcorum more dicta, quæ notavi ad Tac. Ann. 11, 1, 4. Cf. Drak. et de verbo *hortari* juncto cum infin. Intpp. Nep. Phoc. 1. et Val. Max. 3, 3. pr. Τὸ *ut* in solo MS. Lov. 5. exstat.

2. *Interrogati ab uno senatore*, v. ad 30, 22, 2.

3. *egredi templo jussi sunt*, v. ad 1, 6, 6. — *totos adhuc Antiochi Ætolos esse*, v. ad 3, 36, 4.

CAP. 50.)—1. *sortiri eos Ætoliam* cet. v. ad 3, 2, 1.

2. *naves quoque idem consul — ornare*, v. ad 9, 40, 12.

3. *per commodum rei publicæ*, v. ad 30, 29, 3.

4. *ad comitiorum tempus occurrere*, v. ad 21, 61, 1.

5. *Postumius Albinus urbanam et inter peregrinos* sc. provinciam. v. ad 2, 40, 9. et 24, 44, 1. Sed altera prætura mox Q. Fabio decernitur, v. cap. 51, n. 3.

CAP. 51.)—1. *certamen inter P. Licinium — P. Licinius tenuit*, v. Epit. 19. et ad 24, 8, 4.

2. *imperia inhibita ultro citroque*, (v. ad 3, 38, 2.) *et pignera capta*, v. ad 3, 38, 11.

3. *Ira provinciæ erepta*, v. ad 1, 5, 5. — — *ut jus inter* cives et *peregrinos diceret;* cf. ad c. 50. n. 5.

4. *quæ non tantum gaudium ab recenti metu* (v. ad 1, 1, 5.) *adtulerunt*, (*desierant enim* Romani Antiochum *victum in Ætolia metuere*) *quam averterunt famam;* forte cum Ruben. et Gron. leg. *quam a vetere fama, quod ineuntibus* cet. Præterea suspicor *victum cum Ætolis* pro *victum Ætolia:* nam non *in Ætolia* victus Antiochus, sed ad Thermopylas in Locride, a M'. Acilio Glabrione cos. vid. 36, 15-19. et inf. cap. 58 extr.

5. *ne cum Gallis foret bellandum*, cum Gallogræcis, qui Antiochum auxiliis juverant, v. cap. 18. 40. 60. 38, 12. et 15 sqq. Appian. Syr. 32.

CAP. 52.)—1. *Eumeni senatus datus est*, v. ad 8, 5, 1. Ad hæc et seqq. conf. Polyb. 22, 1. — *quod obsidione se ac fratrem* Attalum *exemissent*, v. sup. cap. 18.

2. *quæ cis Taurum montem est*, v. ad 3, 2, 1.

3. *omissa in id verecundia*, hac de re, qua illam causam, in ea re, hactenus; Bauer. — *si quo possit*, — *senatum facturum*, v. ad 26, 9, 5. — *prout ejus merita sint*, quum tanta ejus merita sint: nisi potius leg. *quam ejus merita sint;* Crev. — *si*, etiam tum si *ab aliis sibi optio p. deferretur* — nunc ergo *multo magis;* Bauer. Cf. ad 5, 51, 1. et 36, 29, 1.

4. *inmoderate cupisse, aut petisse parum modeste:* moderatio est cupiditatum, modestia orationis; Bauer. — *ipsorum arbitrii debere esse*, v. ad 3, 62, 5.

5. *inter permittentes in vicem*, v. ad 9, 43, 4.

6. *inexplicabili facilitate*, v. ad 3, 70, 1. *inexplicabili*, cujus ratio haud facile inveniri posset, (*mit unerklärbarer Gefälligkeit*) aut potius perpetua, finem non habitura, ut forte *inexplicabile odium*, quod 39, 51. legitur in multis MSS. et edd. ante Ascens. et Ald. quæ ex c. Mog. recepere *inexpiabile*. v. ad Tac. Ann. 3, 73, 2. " *Inexplicabili*, cujus exitus, finis, non reperiretur; qua nihil omnino perficeretur, quia neutra pars alteri cederet;" Bauer.

7. *Eumenes templo excessit*, v. ad 1, 6, 6. — *ut absurdum esse diceret*, forte *et a. e. dicere;* Jac. Gron.

CAP. 53.)—1. *Reductus a prætore in templum* (v. ad 1, 6, 6. et 3, 4, 2.) *rex et dicere jussus* cet. cf. Polyb. 22, 2-4.

2. *verbo socios, re vera subjectos inperio, et obnoxios*, v. ad 3, 39, 1. et 22, 13, 9. — *si Diis placet*, v. ad 4, 3, 4.

3. *nimium deprimatis — extollatis*, v. ad 30, 36, 4.

4. *cessisse intra finem juris*, v. ad 2, 49, 10. — *pertinaciter in obtinendo eo tetendisse*, v. ad 4, 7, 6.

5. *in ipsa concione intermortuus haud multo post exspiravit*, v. 33, 2. et 21. Primum obmutuerat et conciderat, parte membrorum captus: unde *intermortuus* est ita adfectus, ut mori videretur; nam cui hoc adcidit, *vivit et est vitæ nescius ipse suæ;* Duker. Cf. Manut. ad Cic. Mil. 5. *Intermortuus* est conlapsus, deliquio victus, pæne mortuus; Bauer.

6. *inpensis officiorum*, rarum genus loquendi: puto autem ita dici vel operam, curas et labores, quæ inpendenda ac sustinenda sunt iis, qui in præstatione multorum ac magnorum officiorum adsidui esse volunt, (cf. Cujac. Obss. 10, 36.) vel inpensas et sumtus, sine quibus officia, quæ se Romanis tribuisse jactat, præstari non poterant; Duk. Forte dictum pro inpensis officiis, ut *tarda nomina* ac similia, ad 7, 21, 8. memorata; Drak. Cf. Virg. A, 11, 228. — *mihi dabat, restituebat*, v. ad 3, 21, 3. et 21, 36, 4.

7. *Pedestribus navalibusque copiis*, v. ad 22, 31, 4. — *me æquiparare*, æquare, ut ap. Cic. Tusc. Qu. 5, 17.

8. *relictis rebus meis:* postremam vocem delevit Drak. suadente Gron. Is sensum ita ampliorem effici putabat; sed obscuriorem Bauer. Exsulat tamen vox a Lov. 1. et 6. ac modo præcessit.

9. *dicere utique volentibus*, ut dicam. Cf. ad c. 49. n. 1.

CAP. 54.)—1. *Grata oratio regis Patribus fuit* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 22, 5, 6. — *Interposita* inter legationem orationemque Eumenis et Rhodiorum. Μετὰ δὲ τοῦτον (Eumenem) ἐβούλοντο μὲν εἰσάγειν Ῥοδίους. ἀφυστεροῦντος δέ τινος τῶν πρεσβευτῶν, εἰσεκαλέσαντο τοὺς Σμυρναίους, Polyb. unde mox puto leg. *quia non aderat quidam R.*

2. *in tota nostra actione*, oratione.

3. *socio atque amico regi:* socius est plus, et idem amicus, societasque singularis honos, non omnibus tributus; Ern. — — *inhonoratum dimitteretis*, sine præmiis. Cf. ad 35, 12, 2.

4. *quæque circumjacent Europæ*, pars Europæ, quæ circumjacet regionibus Asiæ memoratis, (τα προσοροῦντα ταῦτα τῆς Εὐρώπης Polyb.) sc. Ænus et Maronea, (v. cap. 60.) Chersonesus in Europa, et Lysimachia; (v. 38, 39.) Drak. — *multiplicare regnum Eumenis*, v. ad 22, 7, 2. Mox suspicari possis *quem titulum prætenderitis bello* pro *belli:* sed et 39, 13. *meriti gratiam retulisset* pro *merito;* Bauer. v. ad 3, 45, 1.

5. *nescio an tueri difficilius sit*, v. ad 2, 2,

[redacted]

3. — *Gentis vetustissimæ* cet scil. Græcorum. Mox voc. *gentis* post *universæ* abest a MSS. prob. Gron. Facile illud suppleveris ex priori: saltem *genti* malim, quia *universæ* dativus videtur, a *præstare* pendens: unde etiam magis carere possis voce *gentis*; Bauer.

6. *certare pio certamine*, justo et honesto — *cum parentibus et conditoribus suis*; prius a posteriori explicatur: sed vicissim *conditor* inproprie dici solet; Ern. v. ad 5, 24, 7. Urbes ratione coloniarum a se deductarum vocantur earum *parentes* et *metropoles*; Drak. Cf. Duk. ad Flor. 1, 3, 9. et Spanhem. de usu et pr. num. Diss. IX. p. 575. — *ausi sumus quæque civitas*, v. ad 1, 41, 1. et 3, 47, 1. — *Asiæ urbes plerique*, immo *plerasque*.

7. *medium umbilicum Græciæ*, v. ad 35, 18, 2. Vox *medium* glossam redolet. — *nihil longinquum*, non l. Cf. ad 3, 20, 3.

8. *Carthago libera cum suis legibus*, v. ad 25, 16, 4. — *huic vestro exemplo quantum debeatis*, quam sanctum illud vobis debeat esse, quidque vobis injungat officii, (quid facere vos oporteat, illo exemplo edito, a vobismet proposito, ne ab eo deficiatis, neve parum vobis constetis; Bauer) *videte*, expendite, *P. C.*, et seu ita *inducetis* in *animum* cet. — *quod justissimæ iræ vestræ* in Pœnos *negastis*, scil. libertatem Carthagini adimendam.

CAP. 55.)—1. *Post Rhodios Antiochi* cet. cf. Polyb. 22, 7.

2. *Decem legatos more majorum* cet. v. 38, 37. 38.

3. *ea civitatis Rhodiorum essent*, v. ad 21, 30, 5.

4. *Decem legatos hos decreverunt* cet. cf. Duk. et Drak. qui monent, ex his tres priores fuisse consulares, quartum, sextum, septimum et octavum (*L. Æmilium Paullum* non M. F. sed L. F.) prætorios, omnes secundum honoris gradum ac seriem temporis enumeratos; trium vero, *Cn. Cornelii Merulæ*, *P. Cornelii Lentuli* et *P. Ælii Tuberonis*, nullos alicubi honores memorari, sed pro *Cn. Cornelio Merula* substituendum esse *L. Cornelium Merulam* consularem, (v. 34, 54.) vel potius *Cn. Cornelium Merendam* prætorium. v. 34, 42. 43.

CAP. 56.)—1. *quæ præsentis disceptationis essent*, v. ad 34, 62, 7. — *et Mysiam et Lydiæ Ioniæque* sc. oppida, e seqq. (v. ad 21, 43, 4.) aut leg. *Lydiam Ioniamque*; Crev. Aut vox *oppida* post *Ioniæque* ponenda. *Mysiam*, ut 38, 39., e c. Mog. *Mysias* ceteri fere MSS. Μυσοὺς ap. Polyb. *Mysia* vero h. l. est Mysia minor, quæ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ fuit, (v. Ptol. 5, 2.) et Strab. 12, 571. συνεχὴς τῇ Βιθυνίᾳ dicitur; Drak. Idem putabat, verba *Lycaoniam*, *Phrygiam*, *Mysiam* — *hæc omnia regi Eumeni jussa dari* dicta esse pro κατὰ *Lycaoniam* cet., aut leg. *jussere dari* sc. senatus s. Patres, vel *jussi dare* sc. X legati. Sed potius ἀνακόλουθον esse videtur, quod etiam credebat Duk. Cf. ad 6, 24, 4. — *cum rege Antiocho pugnatum est*, forte *esset*. — *et Cariam*, Cariæ partem, (ut mox *ea pars Cariæ*) vel potius Cariam urbem, *quæ Hydrela adpellatur*, Ὕδρηλα τῆς Καρίας Steph. Ὕδρηλος Strab. 14, 650. unde *Hydrelitæ* ap. Plin. 5, 29. — *vicosque trans Mæandrum* pro vulg. *v. ad M.* recepi e cod. Mog. cujus lectionem et Drak. probabat, quoniam ibi sita *Telmissus*. Cf. ad cap. 16. n. 5. Sed forte leg. *vicosque usque ad M.* ex Polyb. 22, 7. et 27.

2. *qui Ptolemæi Telmissii fuisset*: qualis viri? et cur ejus ager excipitur? Interpretes tacent. Puto leg. *Ptolemæo Telmissi?* In plerisque MSS. legitur *Telmessi* vel *Telmessi*. Agri hujus castrorumque illorum nullam mentionem fecit Polyb.

3. *Rhodiis Lycia data extra eumdem Telmissum*, v. ad 37, 16, 5. et 38, 39, 8. — *hæc et ab Eumene, et ab Rhodiis excepta*, neutris data, adtributa, numero terrarum, horum inperio subjectarum, exemta. Sed modo dixerat Livius, *Telmissum et castra Telmissium, præter agrum, qui Ptolemæi Telmissii fuisset, regi Eumeni data esse*. Cf. et 38, 39. Strab. 13, 665. et Polyb. ll. ll. Aquam sibi hic hærere testantur Duk. et Drak. Videtur autem omnino leg. *hic et ab Eumene et ab Rhodiis exceptus* sc. ager ille isque solus. — *Ea quoque his pars data Cariæ, quæ propior Rhodum ins. trans Mæandrum* (sc. respectu Phrygiæ) *est*: Cariæ enim longe quidem maxima pars inter Mæandrum et mare erat sita: et hæc Rhodiis data: alia pars ultra Mæandrum, Phrygiam et Lydiam versus; Schweigh. ad Polyb. 22, 27, 8. Cf. Cellar. G. A. 3, 3. p. 99.

4. *Rhodii de Solis urbe, quæ in Cilicia est, egerunt* cet. cf. Polyb. 22, 7. — *et illos* Solenses. v. ad 3, 47, 1. — *ab ea germanitate*, ob hanc communem originem, v. ad 1, 1, 5.

5. *quantopere tenderet legatus*, v. ad 4, 7, 6.

CAP. 57.)—1. *Fusi fugatique sunt hostes* cet. alia tradit Plut. Æmil. p. 257. — *Bononiam Latinam coloniam* cet. ut iidem anno superiore Placentiam et Cremonam. v. cap. 46. extr. et ad cap. 47. n. 1. — *L. Valerius Tappus*, v. ad 35, 10, 5.

2. *quod multa congiaria habuerat, quibus magnam partem hominum obligarat*; (ita omnes MSS. præter Mog. et Lov. 3. in quibus est *obligaverat*) oratio haud satis tersa. Forte leg. *congiaria dederat* vel *exhibuerat, quibus m. p. h. obligaret*, etsi malim *congiaria dilargitus magnam p. h. obligarat*. Quando et ob quam causam congiaria sint data ab Acilio, non constat; forte paulo ante comitia, ut suffragia et favorem plebis consequeretur. Cf. ad 25, 2, 6. Du-

[redacted]

keri nota est: " Gruchius de com. 1, 3 extr. refert hoc ad congiaria populo ab Acilio data in triumpho, de quo v. cap. 46. Non subpetunt exempla hujus moris, nisi ex posterioribus temporibus ap. Plin. 14, 14. et alios. Congiariorum inter populum divisionem hac ætate nondum valde frequentem fuisse credo; sed tamen exemplum est 25, 2. Eodem referri possunt viscerationes et epulæ, in funeribus et ludis funebribus datæ 8, 22. 39, 46. et 41, 28. Intellegebam olim locum de præmiis militaribus, quibus milites interdum per ambitionem ducum levissimis de causis donatos fuisse indicat Gell. 6, 5. Sed ea *congiaria* vocari non invenio, nec eum, qui illa dat, illa *habere* dici posse puto."

3. *novum sibi hominem* in *tantum præferri*, v. ad 1, 34, 8. Hoc vult Livius: quum viderent nobiles, tanto majorem esse gratiam hominis novi, ut solus videretur certo futurus, quum ipsi satagerent, dubiamque fiduciam haberent; subornarunt duos tribunos plebis, qui diem ei dicerent, nec vexare hominem desisterent prius, quam ille petitioni renuntiaret; Gron. — *neque in ærarium retulisset* e cod. Mog. recepit Drak. pro *detulisset*, v. ad 26, 2, 3.

4. *Cato ante alios testes conspiciebatur*, v. ad 2, 5, 8. — *toga candida elevabat*, minuebat id, quod ipse conpetitor esset. v. ad 3, 21, 5. et 4, 25, 7.

5. *quando*, quoniam, *quod taciti indignarentur nobiles homines*, sc. se hominem novum tot nobilibus præferri, *id conpetitor*, *qui æque novus* homo esset, *inæstimabili perjurio incesseret*, inpugnaret. *Inæstimabile perjurium*, cui satis digna mulcta dici non potest, deterius omni distributione pecuniæ, quæ æstimari poterat, quum perjurium, quo Cato caput suum obstringebat, ejusmodi pretium censuræ esset, quod æstimari non poterat; Crev. Cf. ad 31, 34, 2. *incesseret*, censuram peteret, ut 26, 10. 36, 18. 38, 29. *incessere lapidibus*, *telis* cet.

CAP. 58.)—1. *mulcta inrogata erat* Acilio a tribunis. — *M. Claudius Marcellus* quinquies consulis filius. Cf. Fasti Capit. et Plut. Quint. p. 379.

2. *extra Urbem in æde Apollinis quum senatus datus esset Æmilio*, v. ad 8, 5, 1. et 26, 21, 1.

3. *pecunia nequaquam tanta pro specie regii triumphi*, v. ad 7, 33, 2. et 9, 17, 8. Voc. *tanta* dele; Gron. Crev. et Drak. — *tetradrachma Attica XXXIV millia septingenta*, *cistophori CXXXI millia trecenti*, v. ad 34, 52, 5. 37, 46, 1. Non est quod legas *tetradrachmûm Atticûm* et *cistophorûm*, v. ad 39, 7, 1.

4. *prospere rem publicam gessisset*, v. ad 2, 64, 3.

5. *ne cognomini fratris cederet*, III MSS. cum ed. Ald. et seqq. *ne cognomine fratri c.* vid. ad 4, 11, 1. — *Asiaticum se adpellari voluit*, aut *Asiagenem*, Græca vocis forma, quæ in MSS. legitur 39, 44 pr. v. Gron. Obss. 4, 25. Spanhem. de pr. et usu num. Diss. 10. p. 64 sq. et Hard. ad Plin. 33, 9. s. 53.

6. *gloriamque ejus victoriæ præfloratam*, præreptam, vel potius inminutam, (cf. intpp. Plin. Pan. 58. et Gell. 14, 1 extr.) *ad Thermopylas esse*, victoria M'. Acilii Glabrionis, ibi ab Antiocho reportata, quæ jam vires ejus fregisset. *defloratam* alii, quo verbo sequior ætas usa; Gron. — *Ætolicum magis ad Thermopylas* cet. cf. 36, 15-19.

7. *ab ultimi Orientis partibus*; al. *ultimis*, prob. Gron. Vox *partibus* in nullo MS. præter Lov. 5. reperta. *ab ultimo o.* MS. Harl. *ab ultimis o.* Mog. et alii. Neutrum displicebat Drak.

CAP. 59.)—1. *pridie Cal. Martias*, cf. verba extr. cap. *anno fere post, quam consulatu abiit*; qui tum temporis Idibus Mart. iniebatur.

2. *oppidorum simulacra CXXXIV*, v. ad 5, 30, 4. — *tetradrachmorum* — *cistophororum*, v. ad c. 58. n. 3.

3. *nummos aureos Philippeos* ad *CXL millia*; nisi cum Gron. leg. *nummorum aureorum Philippeorum*. Cf. tamen Periz. ad Sanctii Min. 4, 8. p. 711. — *vasorum argenteorum* cet. cf. Plin. 33, 9. s. 53. ubi numerus in codd. omnem fidem excedere videtur, et in ed. Hard. vasis aureis plus tribuit ponderis, quam argenteis; Drak. Cf. Pigh. ad a. 564.

4. *Militibus quini viceni denarii* cet. hæc est prima mentio *denariorum*, militibus ab inperatoribus triumphantibus divisorum; quod deinde fere semper sic factum est: ante hoc tempus iis certus numerus *æris* vel *assium* datus dicitur. Ita Periz. de ære gravi § 19. — *stipendium militare et frumentum duplex*, v. ad 39, 7, 2.

CAP. 60.)—1. *cum Gallis belli materia*, v. ad c. 51. n. 5. — *Cogitantique Fabio* omnes MSS. præter Mog. ex quo *Cogitanti Q. Fabio* recepit Drak. *Cogitanti itaque F.* conj. Sigon. v. ad 1, 39, 7.

2. *in Cretam insulam trajicere*, ubi sæpe intestinæ erant discordiæ, et *Gortynii Gnossiique* modo societate inita ad dominatum in tota insula adspirabant, modo vel inter se, vel cum aliis insulæ civitatibus, bella gerebant. v. Polyb. 4, 53-55. 7, 12. 23, 15. 27, 16. 28, 13. 31, 1. *Gnossiique*, ut Γνώσσιοι et Γνώσιοι in numis ap. Harduin. Sed plerumque dicuntur Gr. Κνώσσιοι et Κνώσιοι, (quæ vetustissima forte scriptura) ut urbs Κνωσσὸς et Κνωσὸς.

3. *navalis triumphi inpetrandi*, v. ad 38, 34, 4.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXVIII.

CAP. 1.)—1. *Athamania, pulso Amynandro* a Philippo, quum Antiocho se junxisset, *sub præfectis Philippi* cet. v. 36, 9. et 14.

2. *remissique nuntii*, literæ per nuntios — *se venturum*, (v. ad 8, 19, 10.) ita c. Mog. *remissique ab eo* (qui literas adtulerant) *nuntiant principibus* reliqui MSS. et edd. antt. prob. Gron. Sed ita dicendum erat *eum venturum;* Drak. — *perspectos haberet*, sc. Amynander. Alii *haberent* sc. principes Athamanum.

3. *cum delectis Ætolorum*, apocletis, *quod consilium* (MSS. et edd. antt. *concilium*) *esset gentis* sc. Ætolorum, v. ad 1, 54, 1. et 35, 34, 2. Hæc verba Drak. exponit: *ut consilium essent gentis* Athamanum, i. e. ut Athamanes in defectione ab Philippo et in bello, quod ei inferre meditabantur, illorum consilio uterentur. Apocletos igitur Ætolorum hic dicit eodem fere modo vocari *consilium* Athamanum, quo legatos et tribunos militum *consilium imperatorum*, judices adsessoresque *consilium prætorum*, consiliarios aulicos *consilium regum* adpellatos esse, docuerit Gron. inf. ad 44, 2, 5. — — *Quatuor conjurati* primum *senos*, quisque sex, *sibi adjutores adsumserunt*, deinde iidem quatuor *parem priori numerum, adjecerunt*, adeoque iterum senos, et *ita LII facti*.

4. *in foro obversarentur*, v. ad 24, 23, 2.

4. *literæque passim dimissæ, ut* cet. v. ad 8, 19, 10.

6. *ab inpotenti dominatione*, v. ad 3, 36, 2. — *in patrium regnum*, paternum, ut c. 3 pr. Cf. ad 8, 7, 2. *et restituerent* sese *in patrium ac legitimum regnum*, ad patrium et justum regem: nam habent populi sub rege viventes instar libertatis, rege cive et non alienigena, tum legitimo et regiæ stirpis, non insiticio, uti; Gron. coll. Herodoto, 1, 126. 129. 3, 82. Sall. Jug. 56. Sed non credo facile ostendi posse, eos, qui regibus civibus, et jam inde a majoribus stirpis regiæ, parent, dici *sub regno patrio esse* seu *vivere*, et populos, si reges suos ab externis pulsos restituant, *sese in patrium regnum restituere:* nam *regnum paternum, patrium* et *avitum* dicuntur non respectu ad cives, sed ad reges habito, qui a patribus et avis regnum adceperunt; Duk. *in pristinum* (ubi Amynander olim regnasset) *ac leg. regnum* MS. Gærtn, non inprob. Drak. *Amynandrum* quidam MSS. et vett. edd. inserunt post *restituerent*, et sane utrumque epitheton *patrium* ac *legitimum* ad eum pertinet. Forte leg. *restituerent patrium* (indigenam) *ac legitimum regem.* Facile *regnum* in *regem* mutari, et deinde τὸ *in* addi potuit, vel lectio vulg. oriri ex glossa *in regnum*, verbo *restituerent* adscripta. Possit et *jam* reponi pro *in*.

CAP. 2.)—1. *ad tanta itinera subfecissent* c. Mog. quod forte glossema est τοῦ *subficerent*, quod in reliquis MSS. et edd. antt. legitur. v. ad 2, 50, 10. — *proximis tentatis locis*, v. ad 9, 35, 1.

2. *circa templum Jovis Acraei*, ex emend. Modii et Gron. v. ad 32, 23, 4. *Acrei* Mog. *sacra* vel *sacrum* reliqui MSS. et edd. antt. Possis etiam suspicari *Arei* et *Hercei*. Διὸς Ἀρείου meminit Pausan. 5, 14. Ἑρκείου 4, 17. 5, 14. Suid. et Hesych — *intendit*, v. ad 4, 19, 1.

3. *raptim evadere angustias*, v. ad 21, 32, 8.

4. *postero die per inducias* (v. ad 2, 18, 1.) *sepeliendi cæsos p. f. est*, hæc Aldus ex c. Mog. recepit *postea per inducias* cet. reliqui MSS. et edd. antt. Mirum sane, si hoc ita evenerit, aut evenire potuerit, ut eodem die per Gomphos in Macedoniam ad regem fugerint aliqui, ita ut sequente statim redierint in locum pugnæ: Jac. Gron. "Lectionem nostram si quis tueri velit, statuendum erit, posteriorem hanc cladem narrari quidem post regis Philippi in Macedoniam discessum, sed tamen tempore priorem fuisse, et Livium ordinem invertisse, ne narrationem rerum Philippi abrumpere opus haberet: Philippum itaque, quum in fugam conjectus flumen trajecisset, haud longe inde castra munivisse, ut suorum, quos in Athamania reliquerat, exitum videret: quibus itidem cæsis, quum fuga elapsos conlegisset, et ad interfectos sepeliendos inducias composuisset, tum demum Gomphos et inde in

Macedoniam rediisse : non verisimile enim videri, Philippum, nemine insequente, in regnum usque aufugisse, et inconsulta hac fuga suos, in Athamania relictos, hostibus prodidisse. Si quis tamen *postea* malit, non adversabor." Drak.

CAP. 3.)—1. *Ephesi post magnum* cet. cf. 37, 45 extr. et ad hæc et seqq. Polyb. 22, 8. — *Ætoli ex Athamania* cet. obportunum tempus id esse rati ad recuperanda olim amissa. — *Amphilochia recepta : nam fuerat quondam Ætolorum*, v. ad 3, 36, 4. et 32, 34, 3. — *in deditionem venit*, v. ad 3, 47, 1. et 8, 20, 7.

2. *Dolopes n. Ætolorum fuerant*, v. ad 3, 36, 4.

3. *legati ab Roma rediere* cet. v. 37, 49. et 50.

4. *ad tentandum ultimam spem*, e cod. Mog. pro *tentandam*. v. ad 9, 35, 1. et 26, 43, 1. *ne bellum haberent* cum Romanis, multum potentiore populo, atque quocumque modo inpetrarent pacem. — *prius præmeditati*, v. ad 9, 23, 1.

5. *cum Epirotarum principibus* cet. cf. Polyb. 22, 9.

6. *Arethontem, navigabilem amnem ;* unde Ἀρέθοντα pro mendoso Ἄρατον vel Ἄραθον edidit Ursin. ap. Polyb. 22, 9, 4. at recte forsan conj. Ἄραχθον, qui est unus e quatuor nobilissimis Epiri fluviis, et Ambraciam præterfluit ; sed idem videtur fluvius esse, et utrumque habuisse nomen. Cf. Strab. 7, 7, 6. p. 325. (ubi tamen ante Xylandrum legebatur Ἄρατθος, ut ap. Dicæarch. p. 42. ed. Steph.) Plin. 4, 1. Ptol. 3, 14. et inf. 43, 21. Mox cap. 4. pr. forte leg. *Arethon*, aut h. l. *Arethonem*.

CAP. 4.)—1. *Ambracia — sinum Ambracium*, v. ad 32, 14, 6. et cf. Strab. 7, 7, 6. p. 325. — *Amnis Aretho* cet. v. ad c. 3. n. 7. — *Athamania* ex emend. Palmer. Græcia ant. 2, 7. p. 306. 319. pro vulg. *Acarnania*. Cf. Drak.

2. *bina a campo castra*, v. ad 8, 17, 5. — *unum castellum* (v. ad 5, 5, 2.) *loco edito contra objecit*, arci, vel e regione arcis, ex adverso ejus. Cf. ad 37, 15, 4.

3. *commissa inter se munimenta*, conjuncta, cohærentia, sc. castellum et bina castra vallo ac fossa jungenda. Sic c. 7. *commissis operibus*. Cf. 39, 2 extr.

4. *ne qua sentirent R.* v. ad 2, 3, 6. 6, 14, 9. et 35, 14, 1. — *regressus in tutum* locum *non esset* Ald. recepit ex Mog. *in tuto* (h. e. tutus) *non esset* reliqui MSS. non minus apte.

CAP. 5.)—1. *Tria* opera *paribus intervallis* cet. cf. Polyb. 22, 10. — *Pyrrheum*, τὸ Πύῤῥειον ap. Polyb., forte regia domus Pyrrhi, qui certe ibi regiam habuit. v. cap. 9 extr. Polyb. 22, 13, 9. Strab. 7, 325. Est vel præcipuum aliquod ædificium, ut templum aut sacellum, vel pars urbis Ambraciæ, ex nomine Pyrrhi adpellata ; Drak. Nota Duk. est : " *Pyrrheum* fanum templumve Pyrrhi Epirotæ, aut Pyrrhi Achillis filii, (cujus ossa ibi sepulta fuisse, Hygin. f. 122. non obscure indicat) et *Æsculapium* (Ἀσκληπιεῖον ap. Polyb.) Æsculapii esse puto, ut *Dianium* 1, 48. *Minervium* in Varr. L. L. 4, 14. *Didymeum* et *Mausoleum* ap. Suet. Cal. 21. et Aug. 100. Palmerius Græc. ant. 2, 7. Pyrrheum hic adcipit monimentum Pyrrhi regis, Epirotæ, quod in direptione Ambraciæ violatum fuisse docere dicit Ovid. in Ibi v. 305. Sed Ambraciam non direptam fuisse, auctor est Livius inf. c. 9. et quod quis dicat, monimentum Pyrrhi fortassis extra mœnia urbis fuisse, id nihil nisi hariolari est. Deinde ne satis quidem certum est, ossa Pyrrhi Epirotæ sepulta fuisse Ambraciæ. Antigonum quidem filio illius Heleno ossa patris *in patriam portanda* dedisse, scribunt Val. Max. 5, 1, 4. ext. et Justin. 25, 5, sed Pausan. 1, 13. et 2, 21. Argis Cereri ex oraculo fanum, quo loco Pyrrhus ceciderat, factum, in eoque ossa illius condita fuisse refert. Quæ non aliter conciliari possunt, quam ut conjiciamus, fieri potuisse, ut eodem oraculo, quod Argivis redditum Paus. dicit, filius Pyrrhi ossa patris Argos remittere juberetur."

2. *asseribus falcatis detergebat pinnas*, τῶν δορυδρεπάνων ἀποσυρόντων τὰς ἐπάλξεις Polyb. Cf. sup. ad 24, 34, 6. et 28, 30, 7. — *in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant*. τοῖς μὲν κριοῖς διὰ κεραιῶν ἐνιέντες σηκώματα μολύβδινα καὶ λίθους καὶ στύπη δρύϊνα, Polyb. v. ad 24, 34, 6. et 42, 63, 3. — *falces, ancoris ferreis* cet. τοῖς δὲ δρεπάνοις σιδηρᾶς περιτιθέντες ἀγκύρας, καὶ κατασχόντες ταῦτα ἔσω τοῦ τείχους, ὥστε, ἐπὶ τὴν ἔπαλξιν συντριβέντος τοῦ δόρατος, ἐγκρατεῖς γίγνεσθαι τῶν δρεπάνων Polyb. ubi pro κατασχόντες cum Schweigh. forte leg. κατασπῶντες.

3. *ancipiti tumultu*, v. ad 1, 25, 4. — *intempesta nocte*, v. ad 9, 25, 8. — *superato brachio*, v. ad 4, 9, 8. et 5, 8, 4.

CAP. 6.)—1. *stuppam picemque et malleolos*, manipulos sparteos pice inductos, quibus sagitta inserta, (unde *malleoli* figura) ut projiciantur in hostilia munimenta, opera, tecta, incendii excitandi causa, [*Pechkränze, Brandpfeile*] Ern. clav. Cic. Cf. Vitruv. 10, 22. Veget. de re mil. 4, 18. Ammian. 23, 3. (10) Lips. Poliorc. 5, 5. Casaub. ad Æneam Tact. p. 1801 et Drak. ad h. l. *Malleoli stuppæ inliti pice* dicuntur 42, 64.

2. *destituti segnius instare*, v. ad 3, 38, 5.

CAP. 7.)—1. *Amphilochiam excessit*, v. ad 2, 37, 5.

2. *Romani ad Ambraciam* cet. cf. Polyb. 22,

[redacted]

11. Polyæni Strat. 6, 17. et Zonar. Ann. 9, 20.

3. *cuniculum occultum* (epitheti pleonasmum notat Bauer) *vineis ante contecto loco*, ut mox *operis, quod vineis contectum erat*; στοὰ dicitur Polyb. et *porticus* Cæs. B. C. 2. 2. h. e. longior series vinearum, unum in ordinem juncta. Cf. Lips. Poliorc. 1, 7. et Schweigh. ad Polyb. 1, 48, 2.

4. *aure admota sonitum fodientium captabant*, aucupabantur. Eos præterea alteri fossæ lateri prope murum adposuisse vasa ænea, ad exteriorem sonum resonantia, memorant Polyb. et Polyæn. ll. ll. Similia de Apolloniatibus et Barcæis referunt Vitruv. 10, 22. Æneas Poliorc. c. 37. et Herodot. 4, 200.

5. *suspenso furculis* (v. ad 1, 35, 6.) *ab hostibus muro*, διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ μόνον ἀφῖχθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεστυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους ἐφ' ἑκάτερον τὸ μέρος τοῦ ὀρύγματος, Polyb. Cf. idem 5, 4, 6 - 8. (ubi synon. dicuntur διαστυλοῦν et κρεμᾶν τὰ τεῖχος, h. e. sublicis inferne fulcire murum cuniculis subfossum) Schweigh. Lex. Polyb. et ad Appian. b. Mithrid. c. 36, 75. 84. b. civ. c. 112. Veget. de re mil. 4, 24. *fulturis* c. Mog. qua voce Vitruv. 10, 22. in hac re utitur; Drak.

6. *commissis operibus*, cuniculo et fossa conjunctis, (cf. ad c. 4. n. 3. et Drak. ad h. l.) via ex hac in illum patente. "*Commissis* junctis ex adverso, inter se congruentibus, *da die Minen zusammen trafen, gingen*;" Bauer.

7. *sub terram ediderunt pugnam*, alii *terra*. Cf. ad 3, 28, 7. — *nunc ciliciis prætentis* cet. e Polyb. suspicari possis *nunc clipeis p*, *nunc cratibus r. o.* Cf. ad 44, 9, 7. De *ciliciis* sc. textis s. velis v. Lips. Poliorc. 5, 9. et Stewech. ad Veget. 4, 6.

8. *Dolium a fundo pertusum* cet. cf. omnino Polyb. 22, 11. cujus narratio et copiosior est et dilucidior.

2. *ore in cuniculum verso*, ea dolii parte, cui impositum erat operculum ferreum, Romanis obversa: non altera, cui fistula erat inserta.

10. *Per operculi foramina — eminebant*: ad latera dolii exsertas dicit Polyb. qui et τρήματα δύο habet. Hinc Jac. Gron. suspicabatur, post *foramina* excidisse *bina* vel *bina*. Sed Schweigh. ad Polyb. vocem δύο incommodam esse putat, quia ad inpediendos hostes, ne ad dolium adcederent, pluribus, quam duabus sarissis prominentibus opus fuisse videatur. — *prælongæ hastæ, sarissæ*, v. ad 9, 19, 2.

CAP. 8.)—1. *Ætolos principes*, prior vox ab interprete profecta; Gron. Neque h. l. neque simili 36, 27. me obfendit; Duk.

2. *e re Ætolorum fideque sua*, v. ad 22, 39, 1.

CAP. 9.)—1. *suorum animos indomitos ac mutabiles*, v. ad 26, 25, 6. *inmutabiles* alii. Sed inmutabiles quidem censeas Ætolos fuisse in cupidine prædandi et inpatientia otii; at cetera non homines, sed chamæleontes; Gron. Si animi Ætolorum, qui legatos miserant cum liberis mandatis, inmutabiles essent, non erat, quod formidarent pacem, quibus poterant, conditionibus conponere legati: sed ideo id facere verebantur, quia suorum *animos*, tamquam *indomitos*, jugum Romanum haud facile subituros, et hinc sententiam, quæ modo placuerat, mutaturos noverant; Drak. — *quibuscum bellum erat*: hæc verba post *Acarnanum* ponenda videntur; Crev.

2. *Thyrium custod. deducuntur*, v. ad 36, 11, 6.

3. *Quum jam Atheniensium* cet cf. Polyb. 22, 12.

4. *fide adcepta* cet. v. ad 23, 19, 10.

5. *Id quum per conloquia principum, subcedens murum, parum proficeret*, v. ad 6, 8, 2. et 22, 28, 7.

6. *Lævini filius, qui cum ea gente* cet. v. 26, 24.

7. *dein Ætoli*, Ætolorum legati, scil. *pacti* sunt cum Romanis, *ut D Euboica talenta* (v. ad 34, 50, 2.) *darent* cet. cf. Polyb. 22, 13. Vocem *Ætoli* addendam esse recte docuit Periz. nisi plura exciderunt verba. Cf. Polyb.

8. *urbem ne quam formulæ sui juris facerent*, sibi contribuerent et ad formulam legum Ætolicarum adligarent; Crev. qui respici credit ad urbes Thessaliæ Pharsalum, Echinum, Leucadem, quas sibi redditas non fuisse adeo indignati sunt Ætoli, ut hac ira maxime Antiochum in Græciam evocarint. v. 33, 13. 34. 34, 23. Ad Œniadas et Nasum (v. 26, 24. 25.) referebat hæc Barbeyr. Suppl. corp. diplom. 1, 1. p. 365. πόλιν δὲ μηδεμίαν ἔχειν ἐν τῇ συμπολιτείᾳ Polyb. Cf. ad 3, 62, 5. et 26, 24, 5. — *extra jus fœderis*, ut c. 11. *extra pacis leges*. — *Hæc quamquam spe i. a. l. erant*, tamen (v. ad 7, 19, 3.) *petentibus Ætolis*, eorum legatis, *ut ad concilium* Ætolorum s. gentis *suæ referrent* ea, *p. est.*

9. *Parva disceptatio de urbibus* in concilio illo *tenuit*, v. ad 1, 4, 9. et 2, 63, 3. — *sui juris fuissent*, v. ad 3, 62, 5. — *avelli* sc. eas a *corpore suo*, v. ad 1, 17, 2.

10. *Ambracia; regia ibi Pyrrhi f.* v. ad cap. 5. n. 1.

CAP. 10.)—1. *Argos Amphilochium* cet. cf. ad 32, 34, 3. et Polyb. 22, 13. — *mirante consule, quod*, potius *quid*; Gron. v. ad 34, 57, 3. — *jussis proficisci Romam* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 22. 14. — *criminibus Philippi*, v. ad 3, 19, 7. — *ereptas*, quasi dixisset *Dolopiam Amphilochiam et A.*, nisi leg. *ereptos* vel *ereptam*, ut Livius respexerit ad dignius vel propius; Gron.

Ithaniensis legatus Leon, Icesiæ filius, ὁ Κιχησίων MSS. et edd. vett. Poro quo Ursinus edidit ὁ Ἰκεσίου et, righ. ὁ Ἰκησίου. In MSS. Polyb. 28, Ἰκέσιος, nisi leg. Ἰκέσιος vel Ἰκεσίας εσίας. Utrum autem verum hujus nomen Leon, isque idem fuerit, qui . memoratur, nemo facile dicat.

ulgata similitudine cet. v. ad 28, 27, 7. um in fide cet. immo dum; Gron. Ita ἔως ap. Polyb.

hoas et Dicæarchus cet. v. Ind. Hi s concitarunt, ut venti mare concilent; adeoque soli poenam merenion Ætoli, cives eorum. Quando vel quomodo Menestas Ætolos ad a Romanis inferendum concitarit, n non retulisse quidem suo loco, o tamen, data obportuna occasione, , 28., jam monuit Drak. Mos iste satis notus. Cf. ad 10, 33, 5.

d scopulum intulisset, v. ad 8, 38, 2.

P. 11.)—1. Diu jactati Ætoli, vexati, i, anxii, vel jactati quasi tempestate (quo spectant verba præc.) vel potiolorum legati ab uno loco ad alium, citroque, et in custodiam quoque, Cf. cap. 8. 9. 10.

t conditiones pacis convenirent, v. ad 1, — Fuerunt autem hæ cet. cf. Polyb.

nperium majestatemque populi Rom. gens nservato sine dolo malo: quod in forfœderum caveri solebat. v. loc. class. . Balbo. 16. sine dolo malo, ut ἀδόλως lyb, comiter ap. Cic. 1. 1. Quæ quoiuter se differant, exponunt Herald. . judic. auctor. 2, 16. et Brisson. de , 4, 361. Cf. ad 25, 12, 7.

atra præsidia Rom. esse, id. qd in parcastris, auxiliis esse, in præsidiis et s alicujus esse, sectam ejus sequi, arma quoferre; Duker. Cf. ad 25, 24, 10. , 5. 43, 7, 2. μετὰ Ῥωμαίων συνεπολέolyb. — Corcyræorum magistratibus, τῷ ι (præfecto Rom.) τῷ ἐν Κερκύρᾳ, . Cf. ad 26, 24, 8.

si non comparebunt, ἐὰν δέ μὴ εὑρεθῶσι Polyb. v. ad 6, 1, 6. Pro tradantur dantur suspicari possis traduntor et tor; Gron.

uod cum consule convenerat, cf. c. 9. et 3, 4.

Pro argento si aurum dare mallent, ap. . pro tertia parte argenti. — dum pro eis decem numis aureus unus valeret, τα μνῶν ἀργυρίου χρυσίου μνᾶν διδόντες . unde Hotom. de re num. p. 353. dum pro a. d. auri libra una valeret. . Gron. de pec. vet. 2. 8. ubi præter ocet, Græcis et Romanis minas auel argentum numeratum signatumon infectum, dici: in pretio autem m esse differentiam inter nummum aureum didrachmum et nummum argenteum didrachmum, quæ sit inter minam auri et minam argenti; et quidem auri proportionem ad argentum decuplam fuisse. — qui homines Ætolorum juris fuerunt, v. ad 3, 62, 5.

8. T. Quinctio, Cn. Domitio consulibus, cf. Perizon. anim. hist. c. 1. ubi præter alia et hæc recte monuit: "Quod T. Quinctio collegam Livius dedit Cn. Domitium, in eo sequitur ἁμάρτημα μνημονικὸν Polybii, (22, 15, 3.) quem in his rebus memoriæ prodendis sine ulla pæne variatione, quod ad rem ipsam, more suo transtulit: — quique annum quo T. Quinctius in Græciam trajecit, ipsorum Consulum istius anni mentione videtur significare voluisse; sed, dum id facit, ex memoria T. Quinctio Flaminino, qui cum Sex Ælio, nono abhinc anno, consul fuerat, (v. 32, 7.) collegam dedisse Cn. Domitium; haud dubie, quod is animo ejus magis obversarctur, quia tribus solummodo annis ante cum Quinctio item Flaminino, verum Lucio, Titi fratre, (v. 35, 10. 20.) non Tito ipso, consulatum gesserat." Hinc etiam intellegitur, emendatione Glar. et Sigon. L. Quinctio errorem memoriæ non tolli, sed mutari. Cf. c. 9.

9. Ætoli recepisse velint, id. qd præcisum recipiant vel recipiunto, sed blandius esse vulgo creditur, certe aptius est, quam vulg. recepissent, quod Gron. probat et exponit per reciperent: nam quæ hoc cap. directa oratione præcedunt, vel imperativo, vel subjunctivo præsentis concepta sunt, quorum alterutrum hic pariter requiritur; Drak. Cf. ad 37, 17, 4. — Œniadæ cet. v. ad 26, 24, 11.

CAP. 12.)—1. bellum nunc ordiri pergam, v. ad Sil. 1, 1.

2. qui et auxiliis, ope, vel militibus auxiliariis, Antiochum juvissent, v. 37, 40. et 38, 48. — emotus, ut 30, 23. 37, 53. 38, 47. 48. 53. 41, 21. 42, 42. 45, 15. Sic fere evolvere 6, 15, 4. amotus c. Mog.

3. ad comparandum dimittit, v. ad 35, 45, 2.

4. Transgressi Mæandrum pervenerunt ad Hieran Comen, Ἱερὰν κώμην, opp. Lydiæ, (δῆμος Καρίας ap. Steph.) non longe a Thyatiris, quod posteriores scriptores Hierocæsaream nominasse videntur. Cf. Schweigh. ad Polyb. 16, 1, 8. Cum his verbis initium forte novi capitis faciendum.

CAP. 13.)—1. Fanum ibi augustum Apollinis, ut et Dianæ, a Prusia spoliatum. v. Polyb. 32, 25. 11. — sortes versibus haud inconditis dare, v. ad 1, 56, 5. et 4, 20, 1. — Harpasus fl., Ἅρπασος ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος· εἴρεται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ, ὡς ἱστόρει Ἀπολλώνιος ἐν Καρικοῖς, Etymol. M.

2. legati ab Alab. venerunt, ut — cogeret sc. consul jura antiqua pati, v. ad 8, 19, 10,

3. *via digressus* quidam MS. et edd. antt. *degressus.*

4. *ad Antiochiam super Mæandrum* aut *Mæandri* in Caria. Cf. Strab. 12. p. 630. et Plin. 5, 29.

5. *Celænæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit — novæque urbi Apameæ* s. *Apamiæ nomen inditum ab Apamea* cet. v. ad Sil. 8, 503. ad Tac. Ann. 12, 58, 9. Plin. 5, 29. (ubi cf. Hard.) Appian. Syr. 39, Cellar. G. A. 3, 4. p. 156 sq. Xenoph. Ἀναβ. 1, 2. 7. Strab. 12, 577. 578. et 16, 749. qui Apameam ab Antiocho Sotere conditam dicit et adpellatam de nomine matris *Apamæ*, non Apameæ, Artabazi filiæ et *Seleuci* Nicatoris s. Nicanoris non *sorore*, sed conjuge; quod et Appian. Syr. 57. aliique tradunt. Hinc Salmas. ad Solin. p. 580. non male emend. *ab Apama* s. *Apame uxore Seleuci.* Sic et *Apamæ* dicebantur aliæ mulieres, nulla, quod sciam, Ἀπάμεια, Duk. Cf. ad 35, 47, 2. Pausan. 1, 7. Plut. in Demetrio p. 903. in Eumene p. 583. Apocr. lib. Esdræ 4, 29. Appian. Syr. 13. Steph. v. Μύρλεια. Livius et Strabo Celænas ab Apamea distinguunt, non Plin. l. l. De aliis *Apameis* v. ad Tac. l. l.

6. *Famaque ita tenet,* (v. ad 1, 4, 9.) *Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cantu certasse,* v. ad Sil. 8, 502 sq. et ad Juvenal. 9, 2. Strab. l. l. Herodot. 7, 26. — *in sinum maris editur,* ut 39, 53 extr. h. e. inlabitur: supra *cadit.*

7. *dimisso tribuno* sc. per legiones et corpora exercitus; Gron. *misso* V MSS. et edd. ante Ald. probb. Duk. et Crev. quia plures ita *dimitti* dicantur, sed unus *mitti.* — *Gordiutichos* Γορδίου τεῖχος, (v. ad 44, 28, 5. unde in editt., a Frob. ad Grut. et a Gron. ad Ern., rectius legitur *quod vocant,* quam in aliis et in multis MSS. *quos v.*) πόλις Μίδου κτισθεῖσα ἀπὸ τοῦ παιδὸς Γορδίου, Steph. Eadem Bithyniæ urbs dicta *Gordiu Come,* Γορδίου κώμη, et postea Ἰουλιόπολις. Cf. Strab. 12. p. 574. Ptol. 5, 1. Plin. 5. 32. s. 40. et. inf. ad c. 18. n. 8.

8. *ad Tabas* cet. v. Strab. 12, 576. et Wessel. ad Hierocl. in Synecd. p. 689. Aliud forte Lydiæ opp. ap. Steph. — *in ea parte* Pisidiæ, *quæ vergit ad Pamphylium mare,* id neutiquam intelligo; Glar. Forte leg. *quæ vergit ad Pamphyliam. Hæc integris* cet. vel *Pace integris viribus,* i. e. quum diutina pace vires essent integræ, ut sup. 6, 7. Mox *equites* (Tabensium) *agmen Romanum eruptione facta,* — *turbavere* legere malebat Gron. Sed *turbare,* ut sæpe ap. Plaut., absolute adcipi potest pro *turbas edere;* Drak.

CAP. 14.)—1. *ad Chaüm amnem* ignotum. *Cahum* et *Casum* alii. — *Erizam urbem* Cariæ. v. Hierocl. l. l. Hard. ad Plin. 5, 30. s. 32. Cellar. Geogr. ant. 3, 4. p. 99. — *Thabusion castellum imminens* (v. ad 3, 51, 3.) *flumini Indo* s. Calbi, (si hic idem est) de quo v. Strab. 14. p. 651. Ptol. 5, 2. Plin. 5, 28. s. 29. Cellar. geogr. ant. 3, 3. p. 59. — *cui fecerat nomen Indus,* h. e. rector elephanti, ab Indico, i. e. optimo maximoque, elephantorum genere (v. ad Juvenal, 10, 150. 11, 123 sq.) sic dictus, licet Indus non esset. Similiter *Achæi* pro funditoribus, propr. ex Achaja oriundis, inf. c. 38. *Baliares* cet. Cf. Cuper. Exerc. de eleph. 1, 11. Bochart. Hieroz. 1, 2, 27. Freinsh. in Ind. Curt. — *dejectus* in bellis inter Romanos et Syriæ reges; Cuper. l. l. Sed illos in hæc loca venisse non constat; Duk. — *Cibyra* magna, Κιβύρα μεγάλη, Phrygiæ magnæ opp. maxime meridionale. v. Strab. 13. p. 630. Ptol. et Plin. ll. ll. Cibyra parva opp. Pamphyliæ vel Ciliciæ asperæ. v. Strab. p. 677. et Ptol.

2. *a Moagete, tyranno civitatis* Cibyratarum. v. Strab. 13. p. 631. et Polyb. 22, 17. — — *infido atque inportuno,* v. ad 5, 2, 6.

3. *coronam auream XV talentorum adferebant,* cf. Polyb. 22, 17. Quidam MSS. addunt *munus;* at plerique et edd. princc. præferunt *in corona aurea XV talenta a.* Illud probabat Oudend. ad Front. 2, 11, 5. hoc Jac. Gron. *in coronam auream XV talenta a.* legendum putabat Gelen. incertum an ex c. Mog. Non necessario intellegendam esse coronam factam, sed *coronam,* ut στέφανος et στεφανόω, etiam munus dici posse vel pecuniæ summam, muneris aut officii honorisque causa loco coronæ oblatam, (cf. Cic. Agr. 1. 4, et Pis. 34. Lips. de magn. Rom. 2, 9. Casaub, ad mon. Ancyr.) docuit Duk. Cf. ad 3, 21, 3. 38, 15, 6. et Schweigh. ad Athen. 5, 35. p. 127. et ad similia loca Polyb. 13, 9, 5. 22, 17, 4. 22, 19, 4 et 28, 18, 3.

4. *vestitus comitatusque* cet. κατά τε τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην προστασίαν λιτὸς καὶ ταπεινὸς Polyb. 22, 17, 10. Προστασία splendor, magnificentia, pompa, comitatus, ut et ap. Polyb. 5, 43, 3. et 16, 25, 5.

5. *Erant autem sub eo,* v. ad 24, 30, 7. — *Syleum,* Σύλειον πόλις Φρυγίας τινὲς δὲ Παμφυλίας, Steph. Σύλλιον ap. Arrian. 1, 27. et Polyb. 22, 17, 11. — *Alemne quæ adpellatur,* ἡ ἐν Τεμένει πόλις (pro mendosis ἐντεμένῃ et ἐν τέμνῃ, et emendatione Ursini Ἀλίνδῃ) ap. Polyb. l. l. ubi v. Schweigh. qui. conj. *Atimne,* et designari putat Τεμένειαν Steph. Idem docet, adjectam vocem πόλιν (ut ap. Liv verba *quæ adpellatur*) significare nomen aliquod oppidi, quod vel sua origine adpellativum fuerit, non proprium, (ut τὴν Ἄγκυραν πόλιν Polyb. 22, 1. et al.) vel in plurali numero usurpatum, ut Κύρμασα πόλιν 22, 19, 1. et ap. Liv. 38, 15, 4. *Cormasa urbem* e melioribus MSS. pro vulg. *Cormasam urbem.*

6. *ex his, ut se suosque spoliaret,* (v. ad 5, 15, 7.) *XXV talenta* cet. immo, ni fallor,

XV. *talenta*, quæ et Polybius memorat, et legati Moagetis antea promiserant, *exspoliaret* (h. e. ita spoliaret, ut nihil superesset) Voss. Lov. 3. et Gærtn. non improb. Drak. Cf. Burm. ad Phædr. 2, 2, 1. et Græv. ad Cic. Ep. ad Att. 10, 4. — *se confecturum*, v. ad 3, 64, 3. et 29, 35, 3.

7. *inliberali adjectione*, quæ dicitur de ementibus, quum parce nimis et per gradus quasi minutos adsurgunt ad pretium rei conparandæ destinandum, in quo adquiescere venditor possit; Ern.

8. *decem millia medimnorum*, ut ap. Polyb. *modiûm* c. Mog. Harl. et Gærtn. ut et c. 15. Modius sexta pars medimni. Cf. Schweigh. ad Polyb. 2, 15, 1. et Tzschucke ad Nep. Att. 2. extr.

CAP. 15.)—1. *per agros Sindensium*, v. ad 35, 13, 3. — *Cauluris amnis* in Pamphylia. — *Caralitis palus* in Lycaonia, Κώραλις s. Κάραλις ap. Strab. 12, 568. *Carallis* opp. Isauriæ ap. Steph. *Caralia* opp. Pamphyliæ in actis concilii Ephes. et ap. Hierocl. in Synecd. p. 682. ubi v. Wessel. — *Mandropolim* (Phrygiæ opp. ap. Steph.) ex emend. Gelen. et Sigon. *Madamprum*, *Madanprum*, *Manandrum*, *Mandrupyum*, *Mandropum*, *Mandaprum* MSS. et edd. autt. *Mordiæum* conj. Jac. Gron. quod est opp. Pisidiæ, magis h. l. aptum, ap. Steph. in Ἀπολλωνία et Athenæum. Semel dicendum, in hoc Manlii itinere plura occurrere, quæ apud alios scriptores non memorantur: his autem ignotis notiora substituere, anceps videtur inceptum; Drak. — *Inde progredientibus*, v. ad 36, 14, 3. *progredientes* conj. Gron.

2. *Inde ab Lysis fluminis fonte*, alii *Lisis*; et Glar. emend. *Lyci*, qui notus in hac regione fluvius est. Sed cf. not. 1. *ad Lysis fl. fontem* ed. Frob. et reliquæ ad Gruter. forte rectius. — *Cobulatum amnem*, Κολοβάτον ap. Polyb. 22, 18. *Crobialum* vel *Cobialum* conj. Heins. ad Val. Fl. 5, 103. ubi cf. intpp. Sed Paphlagonia et Pontus longe abest a Pisidiæ et Pamphyliæ finibus; Drak. — *Termessenses*, MSS. et edd. vett. *Telmenses*, *Elmenses* cet. Apud Polyb. 1. 1. Τερμησσεῖς edidit Schweigh., alii vero Τερμησεῖς et Τελμισεῖς pro mendosis Μεσεῖς et Τελμεῖς. *Termessus* (non *Termissus*) opp. mediterraneum Pisidiæ aut Pamphyliæ, non longe a Cibyra. v. Cellar. G. A. 3. 4. p. 195 sq. Eckhel. doctr. num. T. 3. p. 27. Huschke in Anal. Crit. p. 209. 210. De *Telmesso* s. *Telmisso* Lyciæ vel Cariæ v. ad 37, 16, 5. — *Isiondensium*, ut Ἰσιονδεῖς et Ἰσιόνδα opp. (Pisidiæ, ut videtur) ap. Polyb. 22, 18, 1. et 5. *Isindensium*, emend. Ursin. et Berkel. ex Steph. Ἴσινδος vel Ἴσινδα πόλις Ἰωνίας, quæ tamen h. l. minus convenit.

3. *Volenti consuli* (v. ad 21, 39, 4.) *causa in Pamphyliam devertendi* cet. v. ad 1, 51, 2.

4. *ad Xylinen comen* c. Mog. In aliis *Silenen*, *Silenem*, *Sylenen*, *Silenu*, (v. ad 44, 28, 5.) *Sillenem*, *Silinen*. Ξυλίνη Cappadociæ opp. maritimum ap. Ptol. 5, 6. ad pontum Euxinum: sed ab eo longissime nunc aberat Manlius, in Pisidia degens; Drak. — *ad Cormasa urbem* cet. cf. Polyb. 22, 19. ubi Κύρμασα. At Κόρμασα etiam Ptolem. 5, 5. Cf. ad c. 14. n. 5. — *Lysinoë*, Λυσινία ap. Ptol. Δυηνόη et Λιηνόη in codd. Polyb. l. l.

5. *in agrum Sagalassenum*, Σαγάλασσος πόλις Πισιδίας· τὸ ἐθνικὸν Σαγαλασσεὺς καὶ Σαγαλασσηνός, Steph. Cf. etiam Strab. 12, 569. Plin. 5, 27. et, qui de Sagalassensibus eadem, quæ Livius, prædicat, Arrian. 1, 29. Σαγαλασσέων Polyb. Lyciæ opp. ap. Ptol. — *longe optimi bello*, v. ad 2, 51, 3.

6. *nulla legatio ad finem præsto fuerat*, v. ad 2, 49, 10. — *ferri agique res suas*, v. ad 3, 37, 4. — *quinquaginta talentis*, L. talentorum coronam ap. Polyb. Cf. ad c. 14. n. 3.

7. *ad Obrimæ fontes* ex emend. Glar. In MSS. et edd. autt. *Rotrinos*, *Rhotrinos*, *Rothrinos*, *Rothinos*, *Rhotinos*, *Rhocrinos*, v. Plin. 5, 29. et ad Tac. Ann. 12, 58, 9. — *Aporidos comen* e c. Mog. primus edidit Aldus. *Aporides* primæ edd. et quidam MSS. *Aporidios*, *Apridos*; *Adprodios* alii codd. *Acaridos comen* conj. Jac. Gron. quia *Acaris* opp. Phrygiæ est ap. Steph. et ei adjacens aliquis ex pagis ita dictus videri potest; ut Leidæ vicus. *Adonidos comen* emend. Wessel. ad Hieroclis Synecd. p. 669.

8. *Metropolitanum campum*, Μητρόπολις urbs magnæ Phrygiæ ἀπὸ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν sic dicta. v. Steph. Alia Metropolis in Phrygia fuit. v. Ptol. 5, 2. Strab. 12. p. 576. Hard. ad Plin. 5, 29. et 31. Wessel. ad Hierocl. p. 660. — *Dinias* plerique MSS. *Dymas* vel *Dimas* Lov. 3. 5. 6. et edd. ante Frob. a. 1535. — *Synnadu*, Σύνναδα, ap. Græcos recentt. Σύναδα, opp. Phrygiæ majoris, cujus marmor celeberrimum fuit. v. Tristan. Comm. T. 2. p. 202. Holsten. ad Steph. et Cellar. geogr. ant. 3, 3. p. 90.

9. *Beudos vetus*, Βεῦδος παλαιὸν ap. Ptol. 5, 5. — *Anabura* Pisidiæ opp. ap. Strab. XII. — *Alandri* ex emend. Sigon. pro *Alexandri*. — *Abbassum*, alii *Abasum*, *Abbasum*, *Abbasium*, *Abassium*, *Babusum*, *Alcasum*.

CAP. 16.)—1. *Galli, magna hominum vis* cet. descriptio transitus Gallorum s. Celtarum primum in Italiam circa a. V. c. 475.; et deinde a. 476. in Asiam minorem, ubi partem Phrygiæ et Paphlagoniæ occuparunt, quæ *Galatia* et a Græca gente Gallis mixta *Gallogræcia* est dicta, ut ipsi *Galatæ* et *Gallogræci*. Cf. Strab. 4. p. 286 sq. et 12. p. 566 sq. Plin. 5, 32. s. 42. Flor. 2, 11. Justin. 24, 4. 25, 1. Pausan. 1. 3. 4. 7, 6. inpr. 10, 15. et 19 - 23. Cellar. G. A. 3, 4. Schweigh. ad Appiani Hisp. c. 1. Gottl. Wernsdorf de republ. Galatarum liber

[redacted]

singul. Nor. 1743. 4. Ritter in d. Weltgesch. von Guthrie und Gray T. 5. P. 3. p. 457. et Anleit. zur Kenntniss der allg. Weltgesch. v. Beck. T. 2. p. 46 sq.

2. *Brenno duce in Dardanos* (hod. Serviam) *pervenerunt* ex Pannonia et Illyrico, ubi Scordisci, Boji et Taurisci, Galliarum populi, jam antea consederant.

3. *cum Leonorio ac Lutario regulis* et Comontorio, (v. Memnon. comm. de Heracl. Pont. c. 20.) *secessione facta a Brenno, in Thraciam iter averterunt*, in quam antea jam inruperant duce primum Cambaule, deinde Cerethrio. *Lonnorio* et *Lonorio* MSS. *Λεονόριος* dicitur Strab. 1. 1. *Λεωννόριος* Memnoni ap. Phot. p. 374. et *Lutarius* eidem *Λουτούρια*, Cæsari B. G. 7, 5 sq. *Luterius*, Agathiæ 1. p. 12. *Λευθάριος* et *Λεύθαρις*: utrumque vero nomen Germanis etiam nunc in usu, *Leonhartus* et *Lutarius* vel *Luderus*; Gron. Idem *Αυτάριος* conj. pro *Αὐτάριτος* ap. Polyb. 1, 77 - 80. 85. 86. sed Reiskius *Αὐτάρικος*, ut sit nomen id. qd Odericus et Odalricus. Ceterum *Brennus* tum Macedoniam, Illyricum et Thessaliam vastabat, sed deinde diripiendi templi Delphici consilio capto, a Græcis victus sibi ipse manus intulit: etsi quidam, etiam Livius 38, 48, 3. tradunt, templum ab eo spoliatum fuisse. Neminem potius e Gallis evasisse, narrant Diodor. 22, 13. Justin. 24, 8. Pausan. 1, 4. 10, 23. Polyb. 1, 6, 5. 4, 46, 1. alii, permultos spoliantes Delphos tempestate peremtos fuisse. v. ad 40, 58, 3. et Pausan. 1. 1. — *cum resistentibus pugnando* — *inponendo* — *quum pervenissent* pro *pugnantes et inponentes*, quum interim in via pugnassent; Bauer. Cf. ad 1, 8, 4.

4. *Cupido inde eos in Asiam transeundi* cet. quod iter ingressi sunt ducibus iisdem, Leonorio ac Lutario. Comontorius mansit in Thracia, eique subcesserunt Cavarus, Clyarus et alii. v. Polyb. 4, 45 sq. 51 sq. 5, 77 sq. 111. 8, 24.

5. *et auxilia Nicomedi dant* (ut 3, 23. et ap. Justin. 38, 5. Duk.) *adversus Zibœtam* e membranis Mogunt. recepi. *Zybœum* et *Zybœtam* alii. *Ζιποίτης* dicitur Memnoni in Phot. Bibl. p. 373, et *Ζιβύτης* Diodoro et Suidæ, ut *Ῥοιμετάλκης* et *Ῥυμετάλκης*, Gron. *Τιβοίτης* vel *Τιβίτης* Polyb. 4, 50. Cf. Scalig. ad Hieron. Chron. p. 78. et intpp. Trogi Prol. 1. 27.

6. *pariter ultimæ propinquis*, quam propinquæ.

7. *Tolistoboji, Trocmi, Tectosagi*, quarum gentium cuilibet quatuor et postea tres Tetrarchæ præerant, donec post mortem Cæsaris Dejotarus et deinde Amyntas omnes XII tetrarchias omnemve Galatiam inperio suo subjecit, tandemque Octavianus, Amynta mortuo, Galatiam, Pisidiam Lycaoniamque in provinciarum Rom. formulas redegit. v. Strab. 12. p. 567. al. 852 sq. et Dio Cass. 47, 24. 49, 32. 48, 33. 51, 2, 53, 26. De nominibus harum gentium v. Hard. ad Plin. 5, 32. s. 42. *Tolistobogi* Gr. *Τολιστόβοιοι*, *Τολιστόβιοι*, *Τολιστοβώγοι*, *Τολιστοβώγιοι*, *Τολιστοβόγιοι*, *Τολιστόβογοι*. v. Schweigh. ad Appian. Syr. 42. Harduin. 1. 1. Berkel. ad Steph. *Tectosagi* aliis *Tectosages* et *Tectosagæ* dicuntur. — *qua*, quatenus.

8. *Sedem autem ipsi* Tectosagi *sibi circa Halyn fl. ceperunt*, iisque *Syriæ quoque reges stipendium dare non abnuerunt*; quod tamen non gratuito ab his factum, sed intercedente pacto de subpeditandis sibi, ut Antiocho, copiis auxiliaribus, suspicatur Schweigh. ad Polyb. 5, 53, 3.

9. *Primus Asiam incolentium abnuit Attalus* I. cet. cf. Polyæn. 4, 20. et Frontin. Strat. 2, 13.

10. *Eædem opes* — *manserunt* iis. *Eisdem* al.

CAP. 17.)—1. *maxime in hunc modum*, " fere, *ungefähr*, quo sensu alias *maxime* postponi solet. Mox *omnium gentium Gallos præstare fama belli* quasi per Græcismum *διαφέρειν*, Bauer. — *ferox natio, pervagata bello prope orbem terrarum*, cf. Ruhnken. ad Vellej. 2, 98.

2. *Procera corpora*, v. ad 5, 44, 4. — *promissæ et rutilatæ comæ*; (ut ap. Tac. Hist. 4, 61.) immo *rutilæ*: nam natura hunc colorem habebant; Bauer. Enimvero Gallis, æque ac Germanis, crinis non modo a natura, sed etiam ab arte rutilus erat; et *comæ* eorum tam *promissæ*, quam *rutilatæ*, eo spectabant, ut terribiles essent adspectu, vel, ut mox dicitur, erant *de industria compositæ ad terrorem*. Οἱ Γαλάται ταῖς κόμαις οὐ μόνον ἐκ φύσεως ξανθοί, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς κατασκευῆς ἐπιτηδεύουσιν αὔξειν τὴν φυσικὴν τῆς χρόας ἰδιότητα. Τιτάνου γὰρ ἀποπλύματι σμῶντες τὰς τρίχας συνεχῶς, ἵνα διαφανεῖς ὦσι, καὶ ἀπὸ τῶν μετώπων ἐπὶ τὴν κορυφὴν καὶ τοὺς τένοντας ἀνασπῶσιν, ὥστε τὴν πρόσοψιν αὐτῶν φαίνεσθαι Σατύροις καὶ Πᾶσιν ἐοικυῖαν cet. Diodor. 5, 28. Τῶν ἐθνῶν οἱ Κελτοὶ καὶ οἱ Σκύθαι κομῶσιν, ἀλλ' ου κοσμοῦνται. ἔχει τὶ φοβερὸν τὸ εὔτριχον τοῦ βαρβάρου, καὶ τὸ ξανθὸν αὐτοῦ πόλεμον ἀπειλεῖ συγγενές τι χρῶμα τῷ αἵματι. Clemens Pæd. 3, 3. p. 98. *Prodest et sapo. Galliarum hoc inventum rutilandis capillis. Fit ex sevo et cinere* cet. Plin. 28, 12. s. 51. Cf. ibi Hard., et Lips. ad Tac. Germ. 4. — *vasta scuta, prælongi gladii*, v. ad 22, 46, 2. et 3. — *ad hoc cantus ineuntium prœlium, et ululatus et tripudia et quatientium scuta* — *crepitus*, v. ad 2, 23, 3. et 10, 26, 8.

3. *Romanis, Gallici tumultus adsuetis*, v. ad 4, 9, 4. et 21, 16, 5. Possis etiam jungere: *Romanis notæ sunt vanitates tumultus Gallici, ut*, quippe *adsuetis* ei; Bauer. et Doujat. Sed inordinata hæc verborum confusio omnibus displicebit; Drak. —

[redacted]

es sc. tumultus. — *Semel primo con-* *ad Alliam olim fuderunt majores nostros:* *tempore* — *consternatos* Gallos *cædunt* *que*, quinam ? *majores nostri?* Sed ita i dixisset *ceciderunt fugaruntque*; nec ita transmutantur subjecta, Forte *consternati cadunt fugiuntque*, vel potius *nati cæduntur fuganturque*. Syllaba *tur* etiam sola litera *t* uncinata de-*tur*; et, hoc compendio scripturæ *aut* non animadverso aut parum cto, docta indoctave manus scripsit *natos*, ne prorsus inepta prodiret sen-. *ad Alliam eos olim fuderunt majores* *nostri* c. Mog. Voss. et Lov. 1. unde is non male conj. *eos olim fugerunt* *nostri*, (ut *fugere aliquem* 10, 27. et l.) non inprob. Drak. Sed ita quo-ox dicendum erat *ceciderunt fugarunt-* . majores nostri.

am usu hoc cognitum est, experientia, 36. 7, 38. 42, 59. Drak.) *si primum* *n*, *quem fervido ingenio et cæca ira effun-* *ustinueris, fluunt sudore* — *prosternunt*, 5, 44, 4. 7, 29, 3. et 10, 28, 3. — *ent arma*, minus firmiter retinentur, ius effluunt; Bauer. — *ut*, quam-*rrum* cet.

um haud dubiis Gallis, veris, germanis, egeneribus, quales sunt Gallogræci. *llogræci vere*, cf. ad c. 16. n. 1. et ad ., 1. — *terræ proprietas cælique*, pro-natura, singularis indoles, diversa arum regionum natura.

Massilia inter Gallos sita, sed Græcæ is v. ad 5, 34, 7. — *Tarentinis Spar-* rigo. v. ad 25, 9, 10. Mox *quidque* *uidquid* cum Gron. legendum, aut construendum; *quidquid generosius* *nitur*, illud *insitum* — *degenerat*; . Sed *quidquid* pro *quidque* poni, ex . Cluent. 19. probat Crev.

'obis, mehercule, Martis viris, immo *viris*, ut ἄνδρες Ἀρήϊοι et sim.; quod uk. et alii monuere. Cf. ad 10, 27, 7. *ntes antiquum specimen animorum*, ılum s. notam, indolem. Cf. ad 28,

?. 18.)—1. *missisque ad Eposognatum* *osognatum*) *legatis* cet. cf. Polyb. 22, – *legati Oroandensium*, alii *Orondensium* *ndensium*, ut et cap. 19 pr. ubi Gron. .tuit *Œnoandensium*. Forte leg. *Œanden-* ım Glar. ex Plin. 5, 32. s. 42. ut sint Tolistobojorum in Galatia ad *Alan-* *l*. Minus h. l. conveniunt vel *Œno-* pp. Lyciæ ap. Ptol., vel *Oroanda* urbs e inf. c. 37, 39. (ubi alii *Œnoanda* et *la*) unde *Oroandicus Pisidiæ tractus* i, 27. s. 24. Ὀρόνδικοι Ptol. 5, 4. et *εῖς* aut rectius Ὀροανδεῖς Polyb. 22, cf. Cellar. G. A. 3, 4. p. 114. al. 188 – *ad Alyattos*, Ἀλυαττὰ χωρίον Βιθυ- teph.

2. *legati cum illis* (ex emend. Gron. pro *l. Compulsi*; nisi et del. *cum illis*, quæ verba in plerisque MSS. desunt) *reguli* Eposognati, *orantes*, *ne Tectosagis bellum inferret*: immo *Tolistobojis*, quod jam monuit Perizon. anim. hist. c. 9. p. 394. 395. Id probabile fit tum ex Polyb. 22, 20. tum ex postremis hujus cap. et primis cap. 19. verbis, unde patet, *gentem*, *in quam iverit* Eposognatus, et quæ *Olympum montem ceperit*, fuisse *Tolistobojos*.

3. *Ad Cuballum*, alii *Coballum*, *Cubalum* et *Euballum*. Urbem, quæ Κύβελλα Φρυγίας Steph. Byz. in voc. Κυβελεία vocatur, intellegi, monet ibi Berkel. quod refellere conatur Hemsterh. ad Luciani judic. vocal. §. 7. Cf. Wernsdorf. res publ. Galatarum c. 5. p. 217. — *cum cura coacto agmine*, adcurate densatis ordinibus; Drak. Cf. ad 32, 2, 4.

4. *Sangarius* (s. *Sagaris*) *ex Adoreo monte per Phrygiam fluens*, *miscetur ad Bithyniam Thymbreti* (al. *Thymbri*) *fluvio* cet. cf. Strab. 12. p. 543. et Plin. 6, 1. ibique Hard. Thymbres Plinio dicitur *Tembrogium*, et alius est Θύμβριος ap. Strab. 13. p. 598. Trojanus amnis, in Scamandrum influens. Cf. Drak.

5. *in Propontidem sese effundit*, immo in Pontum Euxinum; quod ex Arriano 1, 30. Orph. Argon. 714. et Eustath. in Dionys. jam docuere Sigon. et Cellar. geogr. ant. 3, 3. et 8. — *non magnitudine memorabilis*, sed τῷ θερινῷ καταστήματι ξηρὸς ὁρᾶται πολλάκις et hinc Ξηραβάτης dictus est, (v. Plut. de flum.) *piscium adcolis ingentem vim præbet*, ut Timbretes s. Τέμβριος ἰχθυόεις, (Orph. Arg. 713.) Drak.

6. *Galli Matris Magnæ* Deum *obcurrere cum insignibus suis*, ἔχοντες προστηθίδια καὶ τύπους, Polyb. 22, 20, 4. (ex Suida v. Γάλλος) quæ προστηθίδια Schweigh. non cum Suida interpretatur εἰκόνας μέχρι στήθους, imagines pectore tenus, sed πρὸ τῶν στηθέων, ante pectus gestatas a Gallis, quod Dionys. Hal. 2, 19. dicat τύπους περικείμενοι τοῖς στήθεσι.

7. *viam belli et victoriam*, v. ad 4, 48, 2. — *Adcipere se omen*, v. ad 1, 7, 11. — — *Gordium*, Γόρδιον s. Γορδιεῖον, Phrygiæ opp. ad Sangarium fl., caput quondam Galatiæ, (v. Plin. 5, 32. s. 42.) regiaque Midæ, sic dicta a patre ejus Gordio, cujus nodum Alexander solvisse traditur. Cf. Arrian. 2, 3. Justin. 11, 7. Curt. 3, 1, 12, sq.

8. *Tria maria pari ferme distantia intervallo habet*, *Hellespontum*, *ad Sinopen*, *et alterius oræ litora* cet. cf. Intpp. Curt. l. l. *Pontum* ante *ad Sinopen* excidisse suspicabatur Freinsh. ad Curt., sed *ad Hellespontum* cum edd. vett. ante Frob. a. 1535. legendum putabat Gron. eamque vocem adcipiendam non pro mari, sed pro regione terrarum, ut intell. mare unum ad Hellespontum, alterum ad Sino-

[redacted]

pen, tertium ad litora Cilicum. *Hellespontium* emend. Jac. Periz. *Hellespontium* vel *ad Hellespontum, ad Sinopen, ad alterius* malebat Drak. Curtius urbem dicit *pari intervallo Pontico et Cilicio mari distare*, multum errans, judice Schmiedero, sed præeunte Livio. Contra Raderus monet, Gordium esse id. qd Gordiutichos, (v. sup. ad cap. 13. n. 7.) et hoc Phrygiæ minoris oppidum juste medio intervallo abesse a tribus maribus, Hellespontico, Euxino et Cilicio.

9. *ex campestribus vicis*, v. ad 36, 10, 3.

10. *quæ ferre atque agere possint*, v. ad 3, 37, 4.

11. *Olympum montem* Galatiæ. Cf. Polyb. 22, 20, 9. et Appian. Syr. 42. Hic intellegit *Olympum Mysium* h. e. Mysiæ montem, qui et tutum semper receptaculum fuit prædonum propter densas sylvas. v. Strab. 12. p. 574. Herodot. 1, 36. Ptol. 5, 1. et Plin. 5, 32. s. 40. Sed a Galatia nimis remotus videtur, et sylvarum ejus cap. 20. in descriptione montis nulla fit mentio.

CAP. 19.)—1. *qui Magaba dicatur*, ex emend. Freinsh. ad Flor. 2, 11. *Magana, Magava, Magnana* et *Magnava* MSS. et edd. vett. *Magaba* etiam memoratur in Sex. Rufi Breviar. c. 11.

2. *Ortiagon*, de quo v. Polyb. 22, 21. et intpp. Aur. Vict. de viris ill. c. 55. Val. Max, 6, 1. ext. 2. Flor. 2, 11, 6. et Suidæ. — *Combolomarus*, alii *Cobolomarus* et *Cumbolocrus*. — *Gaulotus*, al. *Gaudotus* et *Gundotus*.

CAP. 20.)—1. *futuram præceperat animo*, v. ad 7, 26, 5.

2. *velitarium hastarum*, v. ad 24, 34, 3.— — *ad Olympum montem ducit*, (v. ad 1, 23, 4.) *et a quinque ferme millibus* (v. ad 9. 24, 2.) *locat castra*, i. e. quinque millia ab hostibus, quasi in quinto milliario, inde a quinto milliario, locare incipit; Bauer. Quinque millium intervallo ab hostibus, ut 42, 58 pr. et Gr. ἀπὸ v. c. ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε in evang. Joannis 11, 18. Cf. Kypke Obss. sacr. T. 1. p. 390. et Schæffer ad Longi Pastor. p. 329.

3. *arduas et rectas prope rupes*, v. ad 21, 35, 9.

4. *quum primis hostiis litasset*, v. ad 5, 38, 1.

5. *obliquo monte ad se declinare*, v. ad 2, 39, 3.

CAP. 21.)—1. *Galli duobus a lateribus invia esse* loca, omnia, *satis fidentes*; vel *satis fidentes lateribus duobus*, propterea quod essent *invia*, ut invia; Bauer. (qui de eo usu infinitivi plura notavit in Philol. Thucyd. Paull. p. 93.) Posterior ratio durissima: multo lenior altera; Schæf. Sed neque hæc satis faciet omnibus, et forte *itinera* excidit ante aut post *invia*.

2. *Ante signa modico intervallo velites erant*: cf. Lips. de mil. Rom. 4, 2. et Schel. ad Hygin. p. 1052. ubi disputat adv. Salmas. de re mil. Rom. c. 17. qui *velites* et *antesignanos* eosdem esse contendit, et Livium inconstantiæ arguit, ut qui eos interdum distinguat; Duk. — *ab Attalo Cretenses sagittarii* cet. v. ad 27, 5, 4. — *ut per arduum*, v. ad 8, 30, 7. — *leni gradu*, placido, lento. v. Drak.

3. *Scuta longa, ceterum — Gallos*, v. ad 22, 46, 2. Mox τὸ *alia* post *tela* omittunt alii, et sane abesse possit; Bauer. Sed primus omisit Gruterus in ed. postuma.

4. *deprensi genere pugnæ*, v. ad 9, 23, 3.

5. *fusa corpora*, mollia, carnosa, suci plena, multa carne, ut ipse explicat; Bauer. Sed v. ad 7, 29, 3.

6. *aculeus sagittæ aut glandis*, Syllepsis figura est, ex voc. *sagittæ*, cui aptus sit *aculeus*, non *glandis* vocabulo, ubi *aculeum* intellige vim, dolorem, ictum pungentem; Bauer. Cf. ad 1, 33, 7. — *scrutantes*, scrutaturos, scrutari volentes, (actus pro conatu, de quo v. ad 3, 21, 3.) *quæ*, qualia, aculeumne sagittæ, an glandem, *vellant*, (sed potius *qua* parte *evellant* leg. cum Periz., aut *qui*, quomodo, *evellant*) *telum*, cuspis teli et glans, *non sequitur*, ab iis extrahi non potest; quo sensu *ensis, restis, cera sequi* et *duci* dicuntur. Cf. ad Juvenal. 10, 58. Baueri nota est: "*qua* malit Gron. et sane aptius foret, etsi *quæ* intelligas, ut ea vellant: sed sequitur *telum*; ut *quod* etiam legi possit. (At præcedunt *aculeus sagittæ* et *glans*.) Ceterum et tempora confudit Livius: *sequitur, prosternunt, procumberent*: quo ultimo imperfecto voluit rem universe expositam ad præsentem narrationem convertere. Sic et seqq. *fuerunt, tegant, excipiant*. Forte dederit Livius aut voluerit: *sicut tum passim procubuerunt*. Alioquin sic redundanter dederit: *prosternunt, ut procumberent*; nisi hoc brevius dictum pro: sicut et tum procubuerunt, vel, ut tum quoque fecere, ut procumberent. Miscuit *universam* rationem et infinitam narrationi *finitæ*." — — *in rabiem et pudorem tam parvæ perimentis pestis*, v. ad 1, 5, 5. et 2, 44, 5.

7. *Hic miles* (velites) *tripedalem parmam habet, et in dextra hastas* cet. v. ad 24, 34, 3. et 26, 4, 3. — *gladio Hispaniensi est cinctus*, v. ad 7, 10, 3.

CAP. 22.)—1. *colles obliqui*, v. ad 2, 39, 3. — *escendissent*, v. ad 2, 7, 7. Mox forte del. *iter* post *flexere*; Duk. — *Subsidia*, v. ad 2, 20, 2. — *integri pugnam excipiant*, v. ad 4, 43, 4.

2. *corpora Gallorum ostentat, et* sc. dixit, v. ad 30, 12, 3. — *levis armatura*, v. ad 21, 55, 2. — *ab justis armis*, v. ad 1, 4, 5.

3. *segne tempus consumserat*, segnis, segniter.

4. *Hi vero non* modo *vulnerabantur, sed* etiam (v. ad 1, 40, 1.) *transverberatis scutis plerique inter se conserti hærebant*, stantes in arcto et velut testudine facta structis ante se et conjunctis scutis, quorum plura uno ictu telorum erant transfixa; Duk. Cf. Cæs. B. G. 1, 25. et Lips. mil. Rom. 3, 4.

CAP. 23.)—1. *prædaque abstinet militem*, v. ad 2, 22, 3.

2. *Numerus interfectorum* cet. cf. Appian. Syr. 42.

3. *in profundæ altitudinis c.* v. ad Tac. Ann. 2, 61, 5.

4. *prædam aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat, aut cum cura — per milites divisit*, v. ad 2, 9, 4. 5, 25, 5. et 10, 17, 5. Captivos finitimis barbaris divenditos tradit Appian. l. l.

CAP. 24.)—1. *bellum integrum cum Tectosagis*, quorum maxima pars non Olympum, sed Magaba montem insederat. Cf. cap. 19 pr. — *Ancyram pervenit, nobilem urbem* Tectosagorum in Galatia, (hod. Angora) ubi repertum monimentum Ancyranum. Cf. Strab. 12. p. 567. et Hard. ad Plin. 5, 32. s. 42.

2. *Ortiagontis reguli* (v. ad c. 19. n. 2.) *uxor* Chiomara, cujus *memorabile facinus* retulit etiam Plut. in Γυναικῶν Ἀρεταῖς c. 43. Opp. T. 2. p. 258. præeunte Polybio, quem cum hac muliere conloquutum esse Sardibus dicit, miratumque prudentiam ejus et animi magnitudinem. Vernaculum reguli nomen fuisse *Ortwin*, uxoris *Widmara*, monet Periz. — *inter plures captivos*, forte *captivas* e cod. Victor. Lov. 6. et Plut. μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν. — *centurio*, ταξίαρχος Plut. quod idem est.

3. *corpori, quod servum* s. servile *fortuna erat, vim fecit*, facere conatus est seu voluit: actus pro conatu, (v. ad 3, 21, 3.) quo etiam postrema hujus cap. verba referenda videntur. Certe Plut. tradit, eam marito dixisse: ἀλλὰ κάλλιον, ἕνα μόνον ζῆν ἐμοὶ συγγεγενημένον. *corpus, quod s. f. fecerat, vim; deinde — mulieri fecit* conj. Gron. — *ut amans* contrarii causam notat, hoc sensu: quod tamen, ut amans, facere debuisset: quod exspectari tamen ab amante conveniret; Bauer. — *pactus* hanc spem. — *duo, ne plus; alii nec plus*, perperam. Aut *ne plus*, aut *nec plures*, legendum; Bauer. In locutionibus *ne plus, ne minus, ne minores, ne amplius* ponitur *ne* pro *non*. v. Drak. et cf. 28, 39. 32, 26. 34, 6.

4. *mulier lingua sua — imperavit*, ἡ μὲν ἀπὸ νεύματος προσέταξεν ἑνὶ cet. Plut. l. l.

5. *aliaque, ut traditur, sanctitate*, Burm. et Drak. conj. *reliquaque*. Sed v. ad 4, 10, 2.

CAP. 25.)—1. *Ad Ancyram* cet. cf. Polyb. 22, 22.

2. *religione objecta*, v. ad 2, 5, 4. et 5, 15, 6. Σκήψεις τινὰς λέγοντες Polyb.

3. *jactæ sunt pacis conditiones*, v. ad 2, 12, 7.

4. *quibus periclitari nolebant*, cum quibus periculum adire n.; Ern. Cf. ad 40, 15, 8. — *deinde quod ipsi consuli — insidiabantur:* τὸ *quod* non est Livii, qui persæpe causam sine causali particula explicat; Gron. quem vide ad 1, 40. Abesse quidem, sed et retineri posse, monent Duk. et Drak. coll. 34, 39 pr. Mihi vero latinitas postulare videtur: *Frustatio Gallorum eo spectabat, primum ut tererent tempus — deinde ut ipsi consuli — insidiarentur.*

5. *et successisset fraudi, ni pro jure gentium stetisset fortuna*, v. ad 8, 25, 6. et 8, 34, 1. — *consulis præsidium*, D equites.

6. *Constituit agmen*, v. ad 27, 16, 4. — — *expedire tela animosque*, ad pugnam magno animo ineundam se adcingere, ut 30, 32, 1. — *initium pugnæ adcepit*, ut mox n. 7. Cf. ad 1, 60, 1. *excepit* malebat Periz. et *eques jussus* Gron. at Drak. *equitibus* dictum putabat pro *cum equitibus*. — *prægravaret multitudo*, v. ad 35, 42, 3.

7. *integri profligatam pugnam adceperunt*, v. ad 1, 60, 1. 3, 50, 5. et 4, 43, 4. — — *per fidem violati conloquii* pro *violatam*; Ern. Cf. ad 1, 1, 6. *perfide violati c.* Voss. et Lov. 3. prob. Periz. Sed eodem sensu dici 1, 9. et 42, 47 pr. *per fas ac fidem decepti*, 5, 29. *fide publica decipi*, et ap. Terent. Phorm. 3, 1, 5. *propter tuam fidem decepta*, monet Duk. Cf. Davis. ad Cæs. B. G. 1, 46. et Cort. ad Sall. fragm. hist. 1. p. 950.

CAP. 26.)—1. *natura montis*, Magaborum, (cf. cap. 19 pr.) *exploranda*, alii *naturam explorando*, et *ad naturam explorandam*. Cf. ad 1, 53, 3. — *duas ut medio monte duceret*, in mediam montis partem: nam expeditius erat iter unum medio monte, duo difficilia ab lateribus ejus. Cf. cap. 20 med.

2. *ad pedes deductum equitatum*, v. ad 3, 62, 9.

3. *Ariarathis Cappadoces* (forte *Cappadocis*, h. e. regis Cappadociæ) *et Morzi*, regis Paphlagoniæ (Μορζίου ap. Polyb. 26, 6, 9. et Μορζέους ap. Strab. 12. p. 562. cujus regia fuit Gangra. v. Strab. et Wessel. ad Hierocl. p. 695.) *auxiliares*, auxilia ab eo adducta. Cf. ad 37, 39, 4.

4. *ab re secunda auctos*, v. ad 1, 1, 5.

5. *Velut nubes levium telorum*, v. ad 35, 49, 2.

6. *velut destinatum* h. e. scopum *petentibus*, ut *destinata ferire* ap. Curt. 7, 5, 41. et Aur. Vict. Epit. de Cæs. c. 47. ad quæ loca cf. intpp. Hinc forsan inf. cap. 29. *quem locum destinassent oris* pro: designas-

sent seu fecissent scopum, quem ferirent; nisi exponere malis: destinassent scil. vulnerare. Sed manca h. l. videtur oratio. Forte leg. *telis ut destinatum petentibus*, aut *velut destinatum Rom.* (Romanis) *petentibus:* nisi *ab* ante *destinatum* inserendum esse recte suspicatus est Gron. qui etiam monuit jam, frigere explicationem Schelii ad Polyb. c. 14. ut destinatum erat petentibus. — *versuros in fugam* sc. se. v. ad 2, 3, 2. — *alia turba*, v. ad 4, 10, 2.

CAP. 27.)—1. *dextra læveque prælati*, prætergressi castra, v. ad 2, 14, 3.

2. *nec sequebatur quisquam* ultra hostes.

3. *magna pars saucii*, v. ad 1, 41, 1.

CAP. 28.)—1. *senatum perlegerunt. princeps in senatu* s. senatus *tertium lectus* cet. v. ad 27, 11, 8. et 10. — *Quatuor soli præteriti sunt*, v. ad 27, 11, 11. — *in equitatu recensendo*, in recensione s. recensu Equitum, de quo v. ad 9, 46, 20. et ad Tac. Ann. 2, 83, 10.

2. *Substructionem* (v. ad 6, 4, 7.) *super Æquimelium*, Æquimelio, *in Capitolio*, h. e. sub C., ut Gr. ἐν de loco vicino, (v. Periz. ad Ælian. V. H. 2, 25.) nisi cum Ryck. de Capit. c. 25. leg. *et in Capitolio*: Duk. Cf. ad 4, 16, 1. — *viam silice sternendam a porta Capena ad Martis locaverunt*, v. ad 1, 33, 6. 5, 23, 6. et cf. 7, 23. 10, 23. et 47.

3. *Aquæ ingentes eo anno fuerunt*, ut 24, 9. — *misit percunctatum*, v. ad 8, 19, 10.

4. *Nesiotæ*, *Cranii*, (*Cranonii* et *Graunii* edd. vett.) *Palenses* (al. *Pullenses*) *et Samæi* quatuor populi et civitates *Cephalleniæ*, maximæ Græcorum in Ionio mari insulæ, inter Ithacam et Zacynthum sitæ, hod. Cefalonia s. Cefalogna. Ea dicta credebatur a Cephalo, (v. Pausan. 1, 38. unde et *Cephalenia* a quibusdam scribitur, sed *Cephallenia* in optimis Græcorum Romanorumque scriptorum exemplaribus) et ab hujus filiis IV oppida ejus. Τετράπολις ἡ Κεφαλληνία ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, (s. Πρόνου) Σάμου, Πηλέως, Κρανίου. τὸ ἐθνικὸν Κρανaεῖς, Steph. Byz. Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα, Παλλῆς, (al. Παλλεῖς et Παλεῖς, at Παλαιεῖς ap. Polyb. 5, 3. 5. 16. 17. 10. ut Παλοῦς opp. 5, 5, 10. al. *Palle* et Πάλη ap. Schol. Thucyd. 1, 27.) Κράναοι, Σαμαῖοι, (quorum opp. Σάμη, *Same*) Πρόναιοι, (al. Πρόνναιοι et Πρώναιοι) Thucyd. 2, 30. Cf. ibi Intpp., Etymol. M. v. Κεφαλληνία, Tzetz. ad Lycophr. Cassandr. 791. Strab. 10. p. 455 sq. al. 700. Hard. ad Plin. 4, 12. s. 19. Eustath. ad Hom. Il. 2. p. 232. ed. Bas. et ad Dionys. Perieg. 531. Livio *Nesiotæ* dicuntur, qui Thucyd. Πρόναιοι, horumque opp. οἱ Πρόννοι. Polyb. 5, 3, 3. Πρόνησος Strab. et Steph. Prius nomen est commune insulanorum; alterum significare videtur oppidum adjacentis insulæ parvæ seu peninsulæ. Sed forte cum Drak. leg. *Pronæi*, *Cranii*, *Palenses et Samæi*. Pro *Nesiotæ* in omnibus MSS. et edd. ante Frob. a. 1535. *autem*.

5. *una civitas*, *Samæi*, *desciverunt* — *opportuno loco urbis posita*, Same. v. ad 1, 41, 1. et 3, 47, 1.

6. *quietem exuerint*, v. ad Tac. Ann. 14, 52, 6. — *jactata sermonibus res*, v. ad 2, 12, 7. et 3, 10, 2.

7. *miserat enim sub muros consul ad tentandam* cet. v. ad 8, 19, 10. et 9, 35, 1. *Mox habebat* sc. consul.

CAP. 29.)—1. *funda mare apertum incessentes*, saxa super in illud jacientes. — — *eo telo*, v. ad 3, 50, 1.

2. *et est non simplicis habenæ*, lori, funda, non ex simplici habena constat, *ut Balearica — funda*, *sed triplex scutale*, media ejus pars, cui globus trajiciendus imponitur, ex triplici loro coriaceo seu tela funiculove constabat ad scuti formam, i. e. orbicularem et in longum protensam; Donat. Lipsius Poliorc. 4, 3. monet, fundam h. l. Achaicam describi, (Ἀχαϊκὸν βέλος τῶν ἐξ Ἀχαΐας σφενδονητῶν, πάντων ἐπιτηδειότατον πρὸς πολιορκίαν, Suid.) eamque *non fuisse simplicis habenæ*, non ex uno simplicique fune, amento aut colo, (κῶλα τὰ τῆς σφενδόνης ἑκάτερα μέρη Suid.) sed *triplici scutali*, habena, sive distincte triplici, sive junctim et conserte ad robur. Nota Dukeri est: "*Scutale* omnino est habena fundæ i. e. lorum s. funis. Nam quum Livius primum dicat, fundas has *non simplicis habenæ* esse, verbis his, quæ statim addit, *sed triplex scutale* declarare videtur, quod dixerat, eos *non simplicis habenæ* esse, i. e. non unum modo funem, ut alias, sed tres, sive singulos separatos ac distinctos, sive inter se consertos ac triplicatos habere. Hoc significare voluisse Livium, etiam ex eo quodammodo colligitur, quod funda tali *velut nervo missam sagittam* excuti dicit: nam vix intellegi potest comparatio *scutalis triplicis* fundæ cum *nervo arcus*, si aliud est *habena*, aliud *scutale fundæ*. Salmas. ad Spartiani Pescenn. Nigr. 10. *scutale* vult esse sinum fundæ, in quo lapides conlocabantur: sed hæc interpretatio non explicat, quid sit *habena non simplex fundæ*, nec quomodo medium sive sinus imus fundæ *nervo* comparetur, cui parem firmitatem et εὐτονίαν, certe majorem, quam habena *simplex*, habet *triplex et crebris suturis durata* habena." Cf. ad hæc et seqq. not. 4. ad 7, 23. — *coronas modici circuli* modica foramina rotunda; Drak.

3. *quem locum destinassent oris*, v. ad c. 26. n. 6. — *ut procurrentur ex muris Achæis*, v. ad c. 14. n 1.

iqui earum caderent, Samæorum. v. 47, 1. — qui superarent, superes- . ad 8, 10, 1. supererant c. Mog. et

b corona omnes venierunt, v. ad 2,

. 30.)—1. Ægium a principio Achaici semper conventus gentis indicti, v. ad 4. et 27, 30, 8. De Achæorum emoniorumque certaminibus, v. ad , 4.

emiurgis civitatium cet. v. ad 32, 22, evocantibus concilium, indicentibus itum gentis. — Philopœmen tum v. ad 31, 25, 3.

ollicitam eam civitatem exsules maxime t, quorum cet. v. ad 36, 35, 4.

ue omnis adempta erat Nabidi a Quinc- t Achæis tradita. Forte leg. quæ . erant; Drak. v. ad 36, 35, 4. — aliqua parte aut via. v. ad 3, 70, 2. s maritimus Las, v. Pausan. 3, 24. 8, 364. Ptol. 3, 16. Meurs. Misc. . 4, 7.

. 31.)—1. Philopœmen prætor, v. ad , 3.

sum in fidem Achæorum cet. v. ad 36, — T. Quinctius et Romani, v. ad 3,

i auctores adfinesque, participes, socii, 14. et 43, 16.

nuntiandam societatem A., v. ad 25,

. 32.)—1. a mari fines vastati, v. ad 5. — satis ambitiose cet. demerendæ que gratia præter decorum; Ern.

iophanes et Lycortas Megalopolitani: v. ad 36, 31, 3. Lycortas fuit pater i historici, prætor Achæorum post n et Philopœmenem nobilissimus, et roximus virtute. Cf. 39, 35. 36. 2, 40. 23, 1. 9 sq. 24, 9. 12. 25, 1. 1. 28, 3. 6. 29, 8. 10. Pausan. 7, nt. Philop. p. 368. Justin. 32, 1.

bi de Lacedæmone permissum, v. ad 9,

. 33.)— . Philopœmeni continuatur atus, v. ad 31, 25, 3. — exercitu fines Laced. v. ad 4, 25, 4.

le adcepta — vim abfuturam, v. ad 10.

advocati privatis, v. ad 26, 48, 4.— nquam alias exsules Lacedæm. cet. v. 35, 4.

uum illi Deos, perjurii vindices, et gatorum Philopœmenis testarentur, i Philopœmenis prætoris et prætor bmoveret cet. sed e Lov. 2. leg. sub- t — protegerent — arcerent. In ce- ISS. fere omnibus submovere et pro-

5. crescebat tumultu concitato turba; quidam MSS. non minus apte concitata et concito; Gron. autem malebat concita. — — Numquam talem occasionem cet. v. ad 25, 38, 8. — fœdus, quod in Capitolio cet. de hac re nihil superioribus libris a Livio dici memini; Duk. De Ætolis tantum 26, 24. simile quid narratur; Drak.

6. atque ita septemdecim — et sexaginta tres cet. cf. 39, 36 sq., Polyb. ap. Plut. Philop. p. 365. et Pausan. 8, 51. Idem Pausan. tradit, CCC quoque Spartanos, defectionis auctores, a Philopœmene pulsos Peloponneso, (quo forte referenda verba illa, inf. 39, 48, 3. notata) et Aristocrates ap. Plut. l. l., CCCL Spartiatas ab eodem interfectos fuisse. — aversis auribus multitudinis iratæ. Cf. ad 24, 26, 6.

CAP. 34.)—1. ut muros diruerent, v. ad 34, 38, 1. — uti, quæ servitia (forte quos servitio) tyranni liberassent cet. cf. Plut. Philop. p. 365. Polyb. 23, 12, 2. Hi forte sunt, quos Achæos damnaverant 39, 48, 3. novi Spartæ cives, a tyrannis olim liberati e servitute et civitate donati, sed a Philopœmene et Achæis ejecti ductique in Achajam. De tyrannis autem Laced. cf. Meurs. Regn. Lacon. XX. et Manso's Sparta.

2. unius eos corporis fore, v. ad 1, 17, 2. 3, 62, 5.

3. nec quidquam, et nihil ægrius passi sunt, quam exsules reduci: quod non inter cetera, modo dicta, inperatum iis fuisse mireris,, quum hæc omnis certaminis causa fuerit. Cf. cap. 30 et 31.

4. Decretum Tegeæ (an Ægii? cf. ad 27, 30, 8.) in concilio communi Achæorum de restituendis cet. v. ad 36, 35, 4. consilio edidit Drak. qui tamen cap. 30, 31. 32. 35. sexies vulg. concilium retinuit, v. ad 1, 54, 1. — Lacedæmoniis adscripti Plut. l. l. vocantur οἱ ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης.

5. comprehendere id genus hominum, eorum tria millia fuisse tradit Plut. l. l. et ὅσον τρισχιλίους Pausan. 8, 51.

6. Porticus ex ea pecunia cet. cf. Plut. l. l. — quam Lacedæmonii diruerant; suspicor fuisse στοὰν, Μυρόπωλον vocatam, quam Megalopolitani, fusis Spartanis et cæso eorum duce Acrotato Cleomenis filio, ex eorum spoliis ædificarant, et Lacedæmonii deinde, quum duce Cleomene Leonidæ filio Megalopolim obpressissent, tamquam nominis sui dedecus, destruxerant: (v. Pausan. 8, 27. et 30.) quam nunc Philopœmen Megalopolitanus ex eorum spoliis denuo civibus suis refecit; Drak. Cf. ad 32, 22, 5.

7. ager Belbinates (al. Belbinatis, Belbibatis, Belbinitis et Belbinites) in Arcadia, quem Cleomenes tyrannus Laced. Arcadi-

[redacted]

bus eripuerat, (v. ad 32, 22, 5. et Pausan. 8, 35.) *restitutus eidem civitati* Megalopolitanorum, quibus jam antea agrum sæpius controversum restituerat Antigonus Doson una cum castellis, a Cleomene ibi exstructis. v. Polyb. 2, 54, 3. ubi ἡ Βελμινᾶτις χώρα dicitur, ut Βελεμίνα Pausan. 3, 21. 8, 27. (ubi Βλένινα corrupte legitur, si eadem est) et 35. Βλέμμινα Ptol. 3, 16. at Βέλβινα πόλις Λακωνική, τὸ ἐθνικὸν Βελβινίτης, ὡς Αἰγινίτης, (forte Βελβινήτης, ὡς Αἰγινήτης, Drak.) Steph. (ex Pausan.) Plut. Cleom. c. 4. T. 1. p. 806. et Hesych. Literas β et μ sæpius permutatas, aut Belbinæ insulæ nomen per errorem forte in hoc opp. Laconicæ translatum fuisse, monet Schweigh. ad Polyb. l. l. Cf. Drak. ad h. l. Meurs. Misc. Lacon. 4, 4. Sylburg. ad Pausan. p. 263. ed. Kuhn., Berkel. ad Steph. et Cellar. geogr. ant. 2, 13. p. 775.

7. *Philippo Amyntæ f. regnante*, qui Megalopolitanis, Messeniis, Tegeatis et Argivis restituit oppida, a Spartanis capta. v. Polyb. 2, 48. 9, 28. 33. 17, 14.

8. *Achæis obnoxia*, v. ad 3, 39, 1.

9. *disciplina Lycurgi sublata, cui per DCC annos adsueverant:* recte, si Lycurgus circa a. 880. a. Ch. n. leges tulit, quæ vulgaris opinio est. *DCCC annos* edd. ante Sigon. (quod non firmari loco inf. 39, 37, 2. ubi de muris sermo, non de legibus, jam monuit Drak.) *D annos* ap. Plut. Lycurg. p. 58. *DCC* ap. Cic. p. Flacco. 26. ubi tamen de suis temporibus loquitur. Cf. Meurs. Misc. Lacon. 2, 5. Voy. d. jeune Anacharsis T. 5. c. 43 sq. de la Barre in Mém. de l'Acad. d. Inscr. T. 7. p. 262 sq. Manso's Sparta. Leges Lycurgi postea restitutæ sunt a Romanis. v. Meurs. l. l. et Plut. Philop. p. 365.

CAP. 35.)—1. *apud consulem inter Achæos L. disceptatum* est; alii *ad consulem*, (eodem sensu, ut passim) et vett. edd. *a consule* prob. Gron. Cf. ad 1, 50, 5.

2. *creavit consules M. Fulvius, quum Lepidum — petentem dejecisset*, v. ad 3, 35, 10. et 7, 16, 6.

3. *in ædem Herculis — positi*, forsan *in æde*, ut 30, 39. 31, 50. 35, 10. et mox *in Capitolio;* Duk. — *sejuges* equi *in Capitolio aurata a P.* (al. *Cn.*) *Cornelio* Scipione (Nasica, ut videtur, qui triennio ante fuerat consul, et de Bojis triumphaverat; de quo v. 35, 24. 36, 1 sq. et 37 sq.) *positi: consulem dedisse inscriptum est;* v. ad 28, 39, 1.

4. *clypea aurata*, v. ad 25, 39, 7. *ærata* edd. ante Drak. At *signa ærata* ab ædilibus aliisve posita nusquam in Livio legi monet Duk. sed semper *ænea*, *aurata* et *inaurata*, ut 27, 6. 31, 50. 33, 27. 35, 41. 37, 3. et al. — *qua frumentarios*, (v. ad 4, 12, 8.) *ob annonam compressam damnarunt*, ut ap. Cic. ad Att. 5, 21. *comprimere frumentum* est obcultare, celare; vel retinere, non vendere, ob nimis vile ejus pretium. Cf. ad 35, 10, 5.

5. *duo signa aurata, uno reo damnato*, (*nam separatim adcusaverant* tribuni pl.) *posuit* in Capitolio ex mulcta: *collega ejus neminem condemnavit*, v. ad 7, 16, 6. et 35, 10, 5. Nota Dukeri est: "Livius plerisque locis ita de adcusationibus ædilium loquitur, ut adpareat, ædiles, tam curules, quam plebis, adcusationes communiter instituere solitos. v. 25, 2. 27, 6. 30. 39. 33, 25. 42. 35, 10. 41. Et sic h. l. de ædilibus curulibus scribit. Exempla adcusationis ab uno tantum intentatæ non plura fortassis sunt, quam h. l., 3, 31. et 10, 31. unde videri potest illud hic, tamquam extraordinarium aliquid, adnotasse. Quum autem dicit, Q. Cæcilium *neminem condemnasse*, non significat, neminem ab eo adcusatum, sed eos, qui adcusati erant, absolutos fuisse: nam utrumque adcusasse, argumento est, quod dicit separatim *adcusaverant*, non Q. Fulvius separatim *adcusaverat*."

6. *de re publica, deque provinciis et exercitibus senatum consuluerunt*, v. ad 9, 8, 1. — *comparare inter se aut sortiri*, v. ad 3, 2, 1.

7. *ut sociis Latini nominis quina dena millia peditum inperarent et mille et ducentos equites*, forte *et millenos et ducenos equites*, ne numerus cardinalis et distributivus jungatur; Drak. Cf. ad 22, 36, 4.

CAP. 36.)—1. *subplicatio in triduum pro collegio decemvirorum inperata*, v. ad 2, 7, 4. 3, 10, 6. 3, 63, 2. — *quod luce*, interdiu, (ut 8, 38. 25, 35. 32, 29. ubi v. Gron.) *tenebræ obortæ fuerant*, eclipsis solis. Cf. Oudend. ad Obseq. de prod. 56. et Dodwell. in Adpend. Præl. Camden. p. 757.

2. *novemdiale sacrificium* cet. v. ad 1, 31, 3.

3. *Campani petierunt, ut sibi cives Romanas ducere uxores liceret* cet. v. ad 8, 14, 9. "Jus connubii ac potestatem cives Rom. ducendi filiasque suas civibus Rom. elocandi Campanos jam diu ante nactos fuisse, constat ex 23, 2. et 31, 31. Verum hoc privilegium per defectionem ad Hannibalem amiserunt. v. ad 26, 34. Id igitur nunc receperunt." Drak. Cf. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 1, 9. — *ut habere eas* sibi liceret, nisi leg. *haberent*, h. e. retinerent.

4. *C. Valerius Tappus* (v. ad 35, 10, 5.) *promulgavit* sc. rogationem s legem, h. e. scriptam publice proposuit ante comitia. — *suffragii latio* præcipua pars *civitatis*, h. e. juris civitatis. — *nam ante sine suffragio h. c.* v. 8, 14. et 10, 1. — *populi esse, non senatus jus, suffragium*, ejus lationem s. jus) *quibus velit, inpartiri;* nam civitas sine

› dabatur ex auctoritate senatus et o, cum suffragio a solo populo sine ri poterat; Duk. Cf. 8, 14. 45, ı. de ant. jur. Ital. 2, 6. et Gruch. Rom. 2, 3. — *ferrent* sc. suffragia. *alerio plebiscito*, quod factum erat ›t rogante C. Valerio Tappo. Sic *plebiscitum* ap. Gell. 14, 8. *rogatio* t *Marcia* 38, 55. 42, 21.

rcellus censor, sorte superato T. lustrum condidit, quod tamen et ab censoribus, olim certe, factum. ›. extr. et al.

a sunt civium capita CCLVIII millia lecem et octo, v. ad 39, 7, 1. Alii *:to*, et in Epit. hujus libri *trecenta* *o.*

37.)—1. *pro consule*, (v. ad 10, 29, *ntem in Asia*, Ephesi. Cf. ad hæc 'olyb. 22, 24.

c DC talenta recte cod. Mogunt., ›lyb. Al. *Ei CC. t.*, ut ap. Appian. Cf. Schweigh. ad Polyb. T. 5. p. rak. ad h. l. qui Appianum cum concordiam redigendi rationem

meam venit Phrygiæ opp. v. ad c. — *Mille et quingenta talenta*, cum eg. *duo millia et. q. t.* ex 37, 45. et

s ad Pergam ducit, v. ad 1, 23, 4. 8, f. ad hæc et sqq. Polyb. 22, 25.— *ta dierum tempus*, XXXIX Polyb. ›g. pro λθ'.

ında ad reliquum cet. v. ad c. 18.

38.)—1. *ex decem legatorum sententia hæc verba fere cum Antiocho con-* :et. cf. 37, 45. 55. Polyb. 21, 14. 22, 2, 26. et Appian. Syr. 38. 39. Mox :t *eorumque* ex Polyb. leg. videtur;

is, qui sub imperio ejus erunt, præstent, estanto, ut et mox *ante diem certam* Mur. Mox suadentibus viris *ılyn amnem* pro vulg. *Tanaim a.* re- Cf. Strab. 6, 287. ad *Accuym* Voss. › Lov. 1. *Achanim* Lov. 6.

qua arma efferto cet. μὴ ἐξαγέτω τλὴν τῶν ὅπλων, ὧν φέρουσιν οἱ *αι* Polyb. unde Periz. conj. *ne qua na e.* et Drak. *ne qua præter militum — quæ quoque*, et quo sc. loco, *recte restituito*, sine dolo; Drak. ı, 35, 2. Sed forte cum Periz. leg. *ne oportebit.* — *earum urbium, quæ ıtiochi abscedunt*, avelluntur, regi ur a Romanis.

: *ex regno Antiochi apud Romanos* cet. agunt Herald. Emend. c. 37. et ad jus Att. et Rom. c. 37. an nium fuerit iis, qui armis victi se dediderant, disputantes; Duk.

— *Elephantos tradito omnes*, τοὺς ἐλέφαντας τοὺς ἐν Ἀπαμείᾳ πάντας Polyb. Verba ejus aperte mendosa; nam Apamea hoc tempore erat in ditione Romanorum; Drak. Forte Apameam Syriae intellegendam esse, monet Schweigh. Sed suspicor potius, legendum esse ἐν Ἀραμαίᾳ, in Syria. Σύρους οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλουν, Strab. 16, 785.

5. *Tradito et naves longas armamentaque earum*; (v. ad 9, 40, 12. et 21, 17, 5.) *neve plures, quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam XXX remis agatur, habeto; neve monerem ex belli causa, quod ipse inlaturus erit:* ita Mogunt. In ceteris fere MSS. et edd. autt. (*nulla plus quam — agatur*) et *minorem ea belli causa* cet. sed *monerem* exhibet etiam Lov. 4 Polyb. 22, 26. καὶ μηκέτι ἐχέτω πλὴν ι καταφράκτων μηδὲ τριακοντάκωπον ἐχέτω ἐλαυνόμενον, μηδὲ πολέμου ἕνεκεν οὗ αὐτὸς κατάρχει. Appian. Syr. 39. ναῦς δὲ καταφράκτους ἔχειν δυώδεκα μόνας, (sic ille, non δέκα αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν. πολεμούμενον δὲ καὶ πλείοσι χρῆσθαι. Hinc varia tentarunt viri docti. Ursinus: *quam X naves actuarias*, (h. e. quæ remis *agerentur*) *nulla quarum XXX remis agatur, habeto, neve eas belli causa* cet. J. Fr. Gron. *neve plures quam decem* (longas) *naves, actuariam nullam, quæ XXX remis agatur*, (ita enim Livius vertit Polyb. τριακοντάκωπον ἐλαυνόμενον) *habeto, neve monerem* (ne unam quidem navem XXX remorum) *ex belli causa, q. i. i. e.* h. e. si bellum ipse inferat: quo satis significatur concessam, si lacessatur, non lacessat. (cf. Appian. l. l. et verba hujus cap. extrema: *Si qui — ultro bellum inferent Antiocho, vim vi arcendi jus esto.*) Jac. Gron. *neve plures, quam decem*; (sc. *habeto*, e seqq.) *naves actuarias*, (τριακοντάκωποι Polyb. ut *naves longæ* Liv. κατάφρακτοι) *nulla — neve monerem* h. e. longam navem, ne concessas quidem decem istas longas sc. *habeto* et usurpato, si lacessat ipse, aut potius: ad bellum inferendum ne habeto non modo navem XXX remorum, sed ne ullam quidem *monerem*, unius remorum ordinis, vel potius unius remi, ut διήρης, τριήρης, *biremis, triremis*, etiam navis duorum triumque remorum. Reiske ad Polyb. *neve plures quam decem habeto: naves actuarias nullas plus quam XXX remis agat, neve minorem ex belli* cet. Prætermitto emendationes minus probabiles Schæfferi de mil. nav. 2, 2. et Meibom. de fabric. trirem. p. 614. 617. 618. T. XII. Thes. Antiq. Rom. Duker. et Schweigh. ingenue profitentur, sibi nondum ita de omnibus liquere, ut Polybii et Livii verba plane intellegant.

6. *citra Calycadnum* (mendose *Calycandrum* vett. edd.) *et Sarpedonium promontoria:* ita et Appian. Syr. 39. Polybius non nisi τοῦ Καλυκάδνου ἀκρωτηρίου mentionem facit. *Calycadnus*, non promontorium, sed fluvius

[redacted]

Ciliciæ asperæ s. Isauriæ quam mediam interscindit, et *Sarpedon*, *Σαρπηδὼν*, *promont.* et opp. ejusdem regionis, finis olim regni Sarpedonis, memorantur Strab. 14. p. 670. Plin. 5, 27. s 22. Ammiano 14, 7. Melæ 1, 13. Scylaci p. 38. Steph., Ptol. Cf. et Spanhem. de usu et pr. num. Diss. IX. p. 786 et in Orbe Rom. 2, 16. p. 433. et Mém. de l'Ac. d. Inscr. T. 21. p. 436 sq. Sed Calycadnum etiam promont. fuisse, ex Livio, Polyb. et Appiano intellegitur. *Sarpedonium* ex MSS., edd. vett. et Appiano revocavi pro *Sarpedonem*, quod vulgarius nomen substitutum est ab editoribus recentt. nec nisi in c. Lov. 2. reperitur.

7. *extra quam si* (v. ad 22, 3, 8.) *qua navis* cet., h. e. *aliqua navis*, nisi potius leg. *quo*. — *ne voluntarios quidem r.*, forte *ne fugitivos q. r.*, *μηδ' ὑποδεχέσθω τοὺς φεύγοντας*, Polyb.

8. *ædes ædificiaque*, synonyma, (cf. ad 24, 27, 3.) quæ et Polyb. una voce *οἰκίαι* complectitur. Ea tamen etiam distincta, et omnes, *ædes ædificia* sed non omnia *ædificia ædes* esse, docent Cujac. in Postumis ad l. 3. D. de Servitut. lib. XXI. Paulli ad Edict. et Noodt Obss. 1, 10. et de usufr. 1, 10. 12. — *conquirendi, cognoscendi, repetendi*, v. ad 3, 10, 1. brevius Polyb. *ἀναζητηθὲν ἀποδοθήτω*. *Conquiruntur*, quæ latent et occultantur; *noscuntur* et *cognoscuntur*, quæ in propatulo sunt, quæque domini sua esse probant; Duk. Cf. ad 3, 10, 1. Gron. ad 25, 7. et 12. Cujac. Obss. 23, 19.

9. *utique recte tradantur, curato:* verba forte mendosa. *ἐὰν δέ τινες ὕστερον ἀποτρέχειν* (abire ex iis urbibus, vel ad eum confugere) *βούλωνται, μὴ προσδεχέσθω*, Polyb.

10. *Argenti probi duodecim millia Attica talenta*, immo *Atticûm talentûm*, nisi ex Polyb. leg. *argenti probi Attici duodecim millia talentum.* v. Gron. de pec. vet. 3, 3. et 4. et sup. ad 37, 45, 6. ubi tamen *Euboica talenta* Antiocho imperata dicuntur. Forte dicendum, convenisse quidem inter Antiochum et Scipionem, ut solverentur talenta Euboica, sed Romanos, forsan ignorantes, quanti ponderis illa forent, ideo definivisse, *ne talenta promissa minus pondo octoginta Romanis ponderibus penderent;* Drak. qui et Ursini aliorumque conjecturas memoravit.

11. *Eumeni regi talenta CCCL*, v. ad 37, 45, 6. Apud Polyb. CCCLIX. Sed lectio est dubia. v. ibi Schweigh. et Duk. ad h. l. Liv. — *pro frumento*, (de quo v. 37, 45.) *quod æstimatione fiat*, forte leg. *quæ æstimatio ejus fuit*, vel cum Drak. *quod æstimatum fuit.* *καθὼς ἐτίμησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος*, Polyb. Eumenes antea ipsum dari frumentum sibi debitum voluerat; nunc contentus est numerata pecunia et pretio frumenti, quod Antiochus constituerat. — *talenta CXXVII* et 1208 drachmas, *τάλαντα ρκζ' καὶ δραχμὰς χιλίας σ' ὀκτώ* Polyb.— *Obsides XX dato et triennio mutato*, nam id quoque moris fuit Romanis. v. Schweigh. ad Appian. Hisp. 41.

12. *belli jure teneat*, si armis eam ceperit.

13. *Ætolo Theante et Mnasilocho*, v. ad 37, 45, 8. — *et Philone*, et præterea *τῶν Αἰτωλῶν ὅσοι κοινὰς εἰλήφασιν ἀρχάς*, *dedendis*, *ἐὰν ᾖ δυνατὸν αὐτῷ*, Polyb. — *et ut* — *ut id*, v. ad 22, 11, 2.

CAP. 39.)—1. *Consul juravit in hoc fœdus*, propr. proconsul. v. cap. 37. et ad 28, 39, 1. Cur vero consul jurat, nec potius fetiales, sine quibus non fieri poterat fœdus? v. 9, 5. "Quidam respondent, quod quis per alium facit, id eum per se facere censeri; alii, Manlium ipsum quoque fortassis fetialem fuisse; alii denique, præter fetiales etiam imperatorem ipsum *suo jussu et imperandi potestate* fœdera confirmasse. Verum Manlius cum X legatis tum fœdus cum Antiocho non fecit: nam id jam ante, postquam populus Rom. pacem cum Antiocho jusserat, Romæ in Capitolio cum Antipatro legato regis ictum fuisse, auctor est Livius 37, 55. ad quod feriendum ibi haud dubie adhibiti fuerunt fetiales. — — Quod ergo Manlius in hoc fœdus juravit, id eum jussu senatus vel populi Rom. fecisse. et ita inter Romanos et Antiochi legatos, quum fœdus Romæ fieret, convenisse arbitror, ut Manlius nomine populi Rom., Antiochus suo in id juraret." Duker. — *qui tum forte ab Oroandis rediit*, *Κόϊντον Μινούκιον Θέρμον καὶ Λεύκιον τὸν ἀδελφὸν, ἄρτι κεκομικότας τὰ χρήματα παρὰ τῶν Ὀροανδέων* Polyb. Sed leg. *κεκομικότα* ex h. l. Livii conl. sup. cap. 37. extr. — *scripsit* consul, *ut* cet. v. ad 6, 19, 10.

2. *tectas naves*, v. ad 22, 19, 4. — *Telmissum*, al. *Telmessum*. v. ad 37, 16, 5.

3. *deinde causas civitatium* Asiæ, *multis inter novas res* (v. ad 1, 52, 1.) *turbatis*, *cognovit* Apameæ cum *decem legatis* Roma missis v. 37, 55. et cf. ad hæc et seqq. Polyb. 22, 27. et Appian. Syr. 44. — *pecuniæ imperatæ*, v. cap. 37. — *Eumenis beneficio, cui* Ariarathes, rex Cappadociæ, *desponderat filiam* Stratonicen. Cf. 42, 16. 29. Strab. 13, 614. Plut. de frat. am. p. 489. — *remissa* Germ. *erlassen.* ad 2, 35, 5. et intpp. Justini 1, 9, 12.

4. *Colophoniis, qui in Notio*, Notii, (ut *in Lavinio* 5, 52, 5. et *in Alexandria* 42, 26, 4. ubi cf. Drak.) *habitant*, v. ad 37, 26, 3. — *Mylasenis* ex emend. VV. DD. *Milesenis*, *Millesenis*, *Milesiis*, *Millephenis* MSS. et edd. vett. Cariæ urbs et regia, *Μύλασα* dicitur Pausan. 8, 10. Steph. et Plin. 5, 29. *Μύλασσα* Strab. 14. p. 658 sq. 685. Ptol. 5, 2. Dioni 48. unde *Μυλασεῖς* Polyb. 16, 24, 6. et in nummis ap. Holsten. ad Steph., Harduin. in num. et Spanh. de usu et pr. num. Diss. IX. p. 905. *Μυλασσεῖς* Polyb. 22, 27, 4. 30, 5, 11. 15. *Mylasenses* s.

[redacted]

nses inf. 45, 25. Cf. Wessel. ad :l. p. 688. Intpp. Æliani V. H. 1, 25. t. ad Cic. Phil. 5, 7. et Drak. ad h. l. *ylasenis* rectius quam *Mylassenis* scribi it.

Drymusam (forte *Drymussam*) *insulam* *Dromisum*, *Dromissum*, et *Donissum* ett. et MSS. præter Mogunt. Δρό-ω vel Δρομοῦσσαν, Δρυμοῦσσαν (ut ap.) et Αρύμουσσαν MSS. Polyb. 22, 27, ύμυσσαν Thucyd. 8, 31. ubi cf. Intpp. *Milesiis*, *quem sacrum adpellant*, *agrum runt*, forte Milesiorum ad sinum lieticum, in quo Neptuni templum . Polyb. 16, 12, 1.

liensibus Rhæteum et Gergithum: al. *um.* Græcis hoc opp. Troadis, prope Caici situm, dicitur Γέργις, ἡ *os* et Γέργηθος, τὰ Γέργιθα, ἡ *ha* et οἱ Γέργηθες. v. Strab. 13. p. 616. ot. 5, 122. 7, 43. Xenoph. hist. Gr. 82. Plut. Phoc. p. 750. Plin. 5, 30. ib. — *non tam ob r. ulla merita*, *quam m memoria*, ob eam. v. ad 5, 19, 3. et , 1. — *eadem et Dardanum l. c. f.* opp. is, a Dardano conditum, ut *Ilium* ab o ejus: unde *Dardani* et *Dardanidæ*, ii. v. Heyne ad Hom. Il. 20, 515 sq. Virg. A. 3, 167 sq. 7, 207 sq. 8, 134 sq. non ex Polybio, sed aliunde hausit , ut beneficia Romanorum erga s et Dardanios, ultimos originis suæ es, jactaret; Drak.

ycia et Caria data usque ad Mæandrum, postrema verba ad solam Cariam nt, non ad Lyciam, cujus nulla ultra Mæandrum fuit sita) *præter um*, v. ad 37, 56, 5. et Schweigh. ad 22, 27, 8.

hrygiam utramque, *alteram*, minorem, *spontum* (adeoque Troadem) et circa um montem, (quæ pars quibusdam Phrygia Ἐπίκτητος s. adjecta) *alteram*, regnum Midæ. v. Strab. 14. 576. Ptol. 5, 2. Eustath. ad Dionys. 10.

Mysiam, *quam Prusias rex ademerat*, , οὓς πρότερον αὐτὸς παρεσκευά- Polyb. 22, 27, 10. mendose. Cf. ibi gh, et Drak. ad h. l. Liv. — *Milyas* quondam Phrygiæ majoris, et ab dro M. adjecta Lyciæ. v. Arrian. Alex. p. 69. Strab. 12. p. 570. 631. ot. 1, 173. Plin. 5, 27. 32. s. 25. 42. 5, 72, 5. — *Tralles*, v. ad 27, 32, 1. *nissum*, v. ad 37, 56, 3. — *quia pars a* cet. paulo aliter Polyb. 22, 27, 11.

. 40.)—1. *Inde per Chersonesum modi-ribus* cet. cf. ad hæc et sqq. Appian. . ubi jam monuit, Manlium inprudadmodum tempore æstivo navibus Romam neglexisse, et longum, angustumque iter per Thraciam um esse fervida æstate, nulla gravitatis inpedimentorum ratione habita, et ne exercitu quidem in partes diviso, ut expeditior esset, neque inpedimentis per manipulos distributis, quo facilius custodirentur, nec præmonito Philippo, ut suas, quemadmodum antea Scipionum, copias deduceret. Aliæ cladis Manlianæ causæ memorantur cap. 41. (ubi v. not. 6.) 46, 39, 1. et 6. — *ab Elæa adducta* sc. ad Hellespontum, quo Manlius cum omni exercitu profectus erat: Drak.

2. *Cypsela pervenit*, opp. Thraciæ ad Hebrum fl. Κύψελος, Κύψελον, τὰ Κύψελα, et Κύψελλα.

3. *Itaque quum per saltum iret*, alii *Ita quum* cet. non minus apte. *Itaque*, quoniam via adeo silvestris, angusta, difficilis et ponendis insidiis obportuna fuit: *ita*, ea ratione divisi, agmine conposito, ordinato; Drak. — *Astii*, v. ad Tac. A. 3. 38, 7. — *Maduateni et Coreli* gentes nunc incognitæ. *Madyteni* a Madyto vel Madytis, Chersonesi Thrac. opp., conj. Doujat. et *Mædobithyni* (v. Casaub. ad Strab. 7, 295) Ortel, in Thes. geogr. Sed v. Drak. Hic pro *Coreli* conj. *Corpili* aut *Corpilli*, adcolæ Hebri. v. Hard. ad Plin. 4, 11. et intpp. Steph. *Cæletæ* vel *Cæletæ* emend. Giar. Cf. ad Tac. l. l. — *donec armati transirent*, quamdiu vel interim dum transeunt; Drak. — *inpedimenta et sarcinas invadunt*, ut mox *jumenta* et *custodes*. Sic et cap. 41. n. 2. *inpedimenta* pro *jumentis sub oneribus*. Cf. Oudend. ad Front. 2, 1, 11.

4. *Romanos iniquitas locorum — prodebat*, v. ad 2, 43, 5. — *Jam nox adpetebat*, v. ad 5, 19, 2.

CAP. 41.)—1. *templum Bendidium*, Dianæ. Dea hæc Thracibus dicebatur Βένδις, et festa ejus Βενδίδεια. v. Strab. 10. p. 471. Procl, l. l. in Plat. Tim., Meurs. Græc. feriat. l. 11. v. Βενδίδεια, Hesych., Suid. Phavorin., Lucian. Jov. Trag. p. 683. et in Icaromenip. p. 737.

2. *prius quam moverent*, v. ad 2, 3, 2. — — *inpedimentorum*, v. ad cap. 40. n. 3.

3. *præter Apollinis templum*, *Zerynthium quem vocant incolæ*, Thraces, ut Venerem seu Hecaten *Zerynthiam* ab opp. et antro, ei sacro, in quo canes deæ inmolabantur, quodque nonnulli, ut Schol. Aristoph. in Pac., tribuunt Samothracæ, sed plerique in ora Thraciæ prope Ænum quæsivere. Cf. Tzetz. et Potter. ad Lycoph. 77 et 449. Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφάγου θεᾶς) Suid. v. Ζηρυνθία, Intpp. Ovid. Trist. 1, 10, 19 sq. et Steph. Forte leg. *quem vocant adcolæ*, aut *Apollinis*, *Z. quem vocant*, *inclutum templum*; nisi e glossa, inrepsit vox *incolæ*, quem nescit. c. Lov. 2. et delendam putabat Drak. Sic *fluvium*, *Melana quem vocant* cap. 40. ubi duo MSS addunt *adcolæ*. — *Tempyra* sub Rhodope inter Nestum et Hebrum. v. Burm. ad Ovid. l. l. et Wessel.

ad Itin. Anton. p. 322. — *Trausi*, al. *Thrausi*: sed Τραυσοὶ dicuntur Herodoto 5, 3. 4. et Steph. qui eos Ἀγαθύρσοις adnumerat. *Thrasi* conj. Ortel. in Thes. geogr. quia Θρᾴσον tractum memorat Procop. IV. de ædif. Justin.

4. *acie aperta*, v. ad 10, 14, 6. — *Saren adpellant*, alii *Salen* et *Salentum* — *Priaticus campus*, quidam MSS. *Triaticus*, *Primaticus* et *Pariaticus*. Plinius 4, 11. s. 18. meminit *Priantarum*, et Herodot. 7, 108. *Brianticæ regionis*; Glar.

5. *per Abderitarum agrum Neapolim* opp. Thraciæ s. Macedoniæ adjectæ inter Strymonem et Nestum s. Nessum fl., haud procul Philippis. v. Ptol. 3, 13. Dio 47. Plin. 4, 11. s. 18. ubi cf. Hard. *Apollonia* inter fluvios illos, et *Abdera* ultra Nestum ponitur a Mela 2, 2. et Plin. l. l. Sed Livius, describens iter Manlii, a Cherso neso Thracica in Macedoniam proficiscentis, Apolloniæ ante Abderam meminit; Drak.

6. *Mitiores Thracas idem exercitus* — *nullam ob aliam causam, quam* cet. cf. ad c. 40. n. 1.

CAP. 42.)—1. *Ser. Sulpicius urbanam*, v. ad 2, 40, 9.

2. *jussu M. Claudii p. V.* erravit Val. Max. 6, 6, 3. ubi v. Periz. — *per fetiales traditi sunt* cet. v. ad 9, 9, 2.

3. *de provinciis et de re publ. r.*, v. ad 21, 6, 4.

4. *reportari legiones inde* cet. v. ad c. 50. n. 2.

CAP. 43.)—1. *serius biennio se consulem* cet v. 37, 47. — *Fulvii opera*, culpa, ut 41. 16, 2. et ap. Plaut. Asin. 2, 2, 9. aut studio.

2. *subornatos criminibus*, ut deferrent crimina Fulvii, vel potius criminationibus ei nocerent. Ad seqq. conf. sup. cap. 3-9.

3. *omnia exempla belli edita in se*, v. ad 29, 27, 3.

4. *convulsos ex sedibus suis*, templis. v. ad 1, 55, 4. Adjecta verba *ablatos esse* sapiunt glossema; Herald. ad Arnob. l. p. 33. Aliquid tamen *convelli* posse et *non auferri*, ibid. in exemplari suo notarat Cuperus; Drak. — *quos adorent* loco deorum, *ad quos precentur*, preces fundant, — *superesse*, diis ipsis ablatis. Admodum invidiose hæc dicta. *non superesse* multi MSS. et edd. vett. prob. Sigon. et Mureto Var. Lect. 19, 14. ob simil. loc. Cic. divin. in Cæcil. 1. At nostra lectio longe doctior, neque a rudibus librariis orta videtur; Drak.

5. *consul ad plura* — *dicenda eliciebat*, v. ad 6, 34, 7.

6. *M. Fulvii causam excepit*, v. ad 4, 34, 4.

7. *et fixurus in postibus suis*, v. ad 10, 7, 10. — *quod se ab Ætolis separent*, quod postulent, ut melior ua, quam Ætolorum, causa, conditio sit; Ern.

8. *retineat Ambracienses suos*, v. ad l. 56, 10.

CAP. 44.)—1. *tempus morando extracturum*, v. ad 4, 43, 6. — *ne consule inimico*, quamdiu inimicus ejus consul esset, *Romam veniret*, rediret, ut c. 42. et al. v. Drak.

2. *portoria, quæ vellent, terra marique caperent, dum eorum immunes Romani ac socii L. n. essent*: ex h. l. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 1, 16. conligit, cives Rom. non solum portoriorum, quæ in Italia caperentur, immunes fuisse, sed etiam eorum, quæ extra Italiam a sociis exigerentur. Mihi de neutris ex his verbis Livii satis liquet; Duker. — *Signa aliaque ornamenta quæ quererentur* cet. pro *quæ signa* cet. ut ap. Cæs. B. C. 1, 41. (ubi v. Davis. et Clarke) *pars qui fuerat interruptus, hunc noctu perfici jussit*; Drak.

3. *per infrequentiam adjecit SCtum*, v. ad 2, 23, 9.

4. *ab Ser. Sulpicio pretore senatus ad ædem Bellonæ datus* ei, v. ad 8, 5, 1. et 26, 21, 1.

CAP. 45.)—1. *Legatos sese* cett. oratio Furii et Æmilii. Cf. c. 47 pr. — *fœderisque et legum*, copulam *et* ignorant multi MSS. prob. Jac. Gron. quia non de legibus aliis sermo sit, quam quibus fœdus fiat. Sed similiter 28, 34. dicitur *nec fœdere, nec æquis legibus*; Drak. — *summa ope tetendisse*, v. ad 4, 7, 6.

2. *conloquiis petitis captatus*, v. ad 22, 28, 1.

3. *ad divortia aquarum*, v. ad 21, 31, 4.

4. *de omnibus his* — *populum jussisse*, v. ad 9, 43, 1.

5. *consul mercenarius*, quasi mercede conductus, conruptus ab Eumene, cujus interesset frangi Gallorum opes. v. cap. 12. — *castellanisque*, v. ad 5, 5, 2.

6. *tempore tuo pugnasti*, v. ad 1, 56, 10.

CAP. 46.)—1. *Nolite nomen tantum* cet. ita plerique MSS. et edd. ante postremam Gruteri, qui reposuit *nolito*, ut oratores Cn. Manlium, non senatum, adloquantur. Sed *nolite* legendum esse, ostendunt seqq. *imperatore nostro*, *subiit*, *subjecit* et similia; Drak. — *millies*; invidiose augetur res. *quantum in imperatore nostro*, penes eum, in ejus potestate, *fuit*, quantum per eum stetit, h. e. si per eum solum id stetisset, quippe qui in tantum, in quantum potuit, fecit, ut nemo, ne nuntius quidem, e pugna rediret.

2. *ut* (quamvis) *non tela* — *potuerunt*, al. *ut si et potuerint*. — *Magna fortuna pop. R.*, v. ad 6, 30, 3.

3. *prope adtoniti erant* sc. Galli, *tantæ corporum moles*, v. ad 1, 38, 4. et 5, 44, 4. *adtonitæ* et mox *consternatæ*, quidam MSS. etiam Mog. minus eleganter. v. ad 29, 12, 3. " An magnæ moles coporum efficere potuerint, ne adtoniti redderentur cladibus

rum vires suis longe superiores , aliis considerandum relinquo. a distinguantur, *prope adtoniti e corporum moles fundis* cet., sen- :ptus erit, nihil minus exspec- e, quam ut tantæ corporum 'acile ab levi armatura in fugam ntur." Duker. Ita distinxit eo vero Furius et Æmilius for- i Rom. et magno ac terribili i adscribunt, quod Galli ruina , Philippi, Antiochi prope ad- nt, quia ceteroqui inde tanto- :iti esse non debuissent, quibus s stipendium dare non abunc- e, licet, cum Attalo congressi, erati forent, non tamen inde s infracti sunt, ut imperio ab- t Livius c. 16. narravit." Drak. *m consternati*, v. ad 2, 47, 3. — *examina* cet., al. *apium*, quod imili loco 4, 33. quam nostro. ut ibi dicitur, fumo fugantur, et tes crepitu quidem terrentur, am a fuga desistunt ac consi- *ina* quoque dicuntur *avium, lo- ucharum, piscium*; Drak.

. *tamen sunt, quibus nuntiandum utis esset, ad præsidium a. nuntiari*, 36, 3. — *Vultis ergo*, Thuan. . 1. *Velitis e.* prob. Gron.

ialis jura, v. ad 9, 9, 2.

:erte consules (v. cap. 42.) *Græ- siam volebant*, cupiebant obtinere. , 4.

uctoribus gesserunt, v. ad 1, 17, 6.

)—1. *quod seu mihi seu magnitu- ac dederunt*, v. ad 3, 58, 4. — *eo*, v. ad 26, 2, 3.

placet, v. ad 4, 3, 4. — *quod pensandæ c. victoriæ dederunt*, v. . *Dispensare victoriam*, ordinare ere res devictarum regionum. *ndæ*, ut 25, 16.

n insignem, triumphalem, *capiti* etrahere, h. e. triumphum mihi antur. Cf. ad 3, 21, 3.

ntes Q. Fabii Labeonis triumphum triumphi, in cujus memoriam quoque signatus est, (v. Goltz., panthem.) mentio fit 37, 60 extr. h. l. intercessionis tribunorum tamen non obscure significat non minus, quam inimicos disse, ab eo hostem omnino non d tribuit, opinor, Manlio ser- em personæ et causæ illius con- ibat." Duker.

ntibus meis ipse legatis, s. *ipsius*.

me adcusantem sc. immanitatem Asiam incolentium; Drak. — ut *age* et Gr. ἄγε, etiam plurali

rariori servitute, plerique MSS. et edd. vett. *utrum s. g. s.* Sed illud doctius est. — *mactatas humanas hostias* cet. si hoc verum est, sine dubio retinuerunt ex religione antiquæ patriæ; Duk. coll. Cæs. B. G. 6, 16. et Tacit. Ann. 14, 30. v. et Lips. ad Tac. Germ. 9.

CAP. 48.)—1. *inpotentius in Asia G. d.* v. ad 3, 36, 2.

2. *At enim sunt quidem ista: verum etiam* cet. in c. Mog. *At enim s. q. ista vera. etiam* cet. in reliquis MSS. et edd. aut. *at enim sunt hæc ita: verum etiam* cet. Ex utraque lectione conflavi tertiam, quam et Drak. veram putabat. Pari brevitate *Sunt ista, Læli: nec enim melior vir fuit* cet. dixit Cic. de amic. 2. ubi v. intpp.

3. *Delphos — umbilicum orbis terrarum, Galli spoliaverunt*, v. ad 35, 18, 2. et 38, 16, 3.

4. *ut pacem terra mariqu: h.*, forte *mareque*; Gron.

5. *sed simul, ut opinor, cum his decreverant jusserantque; qui intra ejus præsidia fuissent*, v. ad c. 11. n. 4. et ad 36, 1, 2.

6. *suscepti belli purgatum crimen*, v. ad 34, 62, 2.

7. *Sed ego in ea civitate* cet. "sententiam longioris periodi hanc esse puto: *Sed si ego in ea civitate, quæ — administrarit, nollem, si grave ac superbum existimarem virtute gloriari*, sed, omissa jactatione virtutis, hoc tantum *postularem*, ut *propter felicitatem meam exercitusque mei Diis honos haberetur*, et ipse triumpharem; an hoc non mihi solum, verum etiam *Diis negaretis*? Cur autem negare non debeant, causam hanc dicit, quod in subplicationibus ac triumphis decernendis rationem rei publicæ bene ac feliciter administratæ haberi, ex *sollemnibus verbis* constet, quibus subplicationes ac triumphi decernantur: *Quod bene ac feliciter remp. administrarit* is, qui subplicationem aut triumphum postulat: (v. Brisson. de form. 1. p. 61. et 2. p. 209) se autem exercitumque suum eam optime ac felicissime gessisse. Post *gloriari* supplendum *sed*, ut sæpe. v. ad. 3, 71, 4. (Lov. 2. addit *at*.) *mihi cum diis* pro *mihi et diis*, ut ap. Virg. A. 1, 292. 3, 588. (Cf. sup. ad 21, 60, 5.)". Duker.

CAP. 49.—1. *Iniquo enim loco d. dimicavi*, v. ad 3, 39, 8. — *Dic igitur*; immo *dicite*, quia duo erant adversarii. Sed hæc dicens primo hunc, deinde illum adspexisse videtur digitoque monstrasse.

2. *quam detrectare virtutes*, v. ad 36, 40, 4. — *corrumpere honores ac præmia earum* virtutum. *Honores* id. qd *præmia*, ut 2, 12. et 45, 22. aut *ac* ita dictum, ut monui ad 2, 42, 7. — *criminum defensio*, criminum objectorum depulsio, ut 42, 48. vel quum ostenditur, id, quod crimini datur, crimen habendum non esse; Drak. Cf. ad 3, 19, 7.

[redacted]

3. *necubi notis sibi latebris* cet. v. ad 22, 2, 3.

4. *In hoc casu — hærent*, longiores copiosioresque sunt, ei inmorantur diutius, eum maxime urgent. — *incidit*, v. ad 1, 46, 7.

CAP. 50.)—1. *Plus crimina* cet. v. ad 3, 19, 7. — *in serum perduxissent*, v. ad 2, 61, 6. An *produxissent?* ut 33, 48, 4. *Perducere* etiam sic dicitur 36, 23. et mox c. 51. Sed sæpius *producere in noctem* et *in serum*; Duk. et Drak.

2. *perduellibus devictis*, (v. ad 1, 26, 4.) *confecta provincia*, (v. ad 2, 40, 9.) *exercitum reportasset* cet. v. ad 26, 21, 1. *reportasset*, ut c. 42 extr. et ap. Justin. 31, 3. quibus tamen locis nihil aliud est quam reducere, sine respectu ad imperatores, qui provincia confecta de ea cum spe triumphi decedunt, et ad eum adspirant, quique fere dicuntur *deportare exercitum*; Duk. coll. 26, 21. 30, 40. 43. 39, 29. 40, 35. Cic. p. lege Manil. 21. Cf. Drak. ad 6, 33, 12. et 39, 38, 9. — *sine curru et laurea, privatus inhonoratusque Urbem iniret*: "si privati Urbem ingrediebantur, quibus triumphus negabatur: ergo non privati, qui triumphabant: quia ad populum ferebatur, ut iis, quo die triumphantes Urbem inirent, imperium esset. Ex hoc et similibus Livii ac Cic. locis Gruchius in Refut. ad post. Sigon disp. c. 4. recte ostendit, *privatum* et *cum imperio esse* inter se contraria esse, quod, præter Sigon., etiam Muret. ad Cic. Cat 1, 1. negat." Duker. Cf. ad 1, 40, 5.

3. *duo Q. Petillii* cet. v. ad c. 56. n. 2.

4. *Neminem unum civem* (v. ad 3, 12, 2.) *tantum eminere debere, ut non possit legibus interrogari*, adcusari, in jus vocari. Cf. ad 45, 37, 2. ad Tac. Ann. 13, 14, 5. Cort. ad Sall. Cat. 18. Brisson. de form. V. p. 471. et select. ex Jur. civ. ant. 2, 1. — *nihil tam æquandæ libertatis esse*, v. ad 3, 24, 1. — *summam remp.*, al. *reip.* v. ad 3, 5, 6.

5. *Dicebantur enim ab eodem animo* cet. cf. simil. loc. Quintil. 10, 1. ubi Burm. emend. *d. e. ab eo eodem a. i., quo gesta erant.*

CAP. 51.)—1. *crimina Syracusanorum hibernorum et Pleminianum tumultum* (v. 29, 6 sq. 19 sq.) *quum ad fidem præsentium criminum retulissent*, v. ad 3, 19, 7. 21, 13, 2. et 26, 24, 2. — *Filium captum* cet. v. 37, 34 sq. — *Galliæ* quam P. Africanus II. consul provinciam habuit; Duk. v. 34, 48. 54.

2. *omnibus ad orientem versis regibus gentibusque*, quorum regna, quarum sedes ad orientem versæ sunt, ut ap. Plin. 2, 108. et 7, 2. *gentes ad orientem versæ*; Duk. *versus* tacite reposuit Gron. aut per errorem typographus, sed forsan rectius. *Versus ad* et *in* non quidem, quod sciam, Livius, (nisi forte 1, 18, 7.) sed sæpe Cicero aliique dixere.

3. *Orationibus in noctem perductis*, (v. ad c. 50. n. 1.) *prodicta dies est*, v. ad 2, 61, 6. — *reus cum magno agmine — ad Rostra subiit*, v. ad 1, 14, 4. et 7, 23, 5. Ad hæc et seqq. cf. auctores ad c. 56. n. 2. laudati.

4. *in Capitolium ad Jovem, Junonem et Minervam* cet. v. ad 3, 17, 3. — *qui Capitolio atque arci præsident*, v. ad 1, 55, 6. et 10, 17, 3. — *reip. gerendæ*, v. ad 2, 64, 3.

5. *ab annis septemdecim*, pro *ab anno septimo decimo* (nisi ita leg.) sc. ætatis, ut ἀφ᾽ ἥβης μέχρι πέντε καὶ τριάκοντα ἐτῶν ap. Ælian. V. H. 2, 38. Drak. Cave vertas *seit 17 Jahren*, coll. cap 52. n. 4. nam prius jam honores ceperat Scipio. Cf. 22, 53. 25, 2. et 26, 18. inpr. Polyb. 10, 3. ubi tradit, Scipionem anno ætatis XVII. turmæ equestri præfuisse et patrem servasse in pugna. Si anni honorum intellegendi, cum Periz. leg. *ab annis XXVII.* ex 25, 2. Sed ex loco Polyb. et adjectis verbis *ad senectutem* probabile fit, annos ætatis significari; quod et Drak. putabat. — *vos ætatem meam honoribus vestris anteistis*, in me prius honores contulistis, quam leges annales permitterent, *ego vestros honores rebus gerendis præcessi*, digniorem aliis me iis præstiti. Cf. ad Sil. 2, 348.

6. *æstimatione veræ m.* forte *vera*; Jac. Periz.

CAP. 52.)—1. *die longiore*, longius, ulterius, *prodicta*, v. ad 2, 61, 6. — *in Liternium* prædium. Cf. ad 22, 16, 4. et de villa hac Scipionis Senec. Ep. 86. Plin. 14, 4. s. 5. 16, 44. s. 85. — *quam ut reus esse sciret*, se reum esse. Cf. Drak. ad 9, 4, 1. *ne victi quidem ac capti fortunam fateri scirent.* Sic et *scire* 1, 53. 24, 25, 5. 45, 32. eodemque modo *didicisse* dicitur pro *posse*; Ern.

2. *submittere se in humilitatem c. d.*, v. ad 27, 31, 2.

3. *morbum causæ esse*, (ita h. l. et inf. not. 6. plurimi MSS. et doctius est, quam, quod quidam præferunt, *causam*) *cur abesset*, *excusabat*, v. ad 6, 22, 3. Hic *morbus* dicebatur *sonticus*. Cf. Intpp. Gell. 16, 4. — *ab eadem superbia*, v. ad 1, 1, 5.

4. *ad quem ante annos XVII* (a. V. c. 548.) *exercitum — reducerent*, v. 29, 20 sq. *ante annos XV exercitum* c. Mog. *antea exercitum* reliqui MSS et edd. ante Aldum, qui recte substituit *XVII* pro XV. (si alterutrum annum extremum numeramus, sive primum, sive ultimum, etsi et *XVI* legi possit, si utrumque extremum omittimus; Drak. nam utraque annorum numerandorum ratio est Liviana; v. ad 4, 20, 7. et 42, 10, 5.) at perperam, *annis*, cujus dictionis exemplum non aliud reperitur, quam dubium illud 40, 52

5. *Tribuni plebis adpellati* (v. ad 2, 27, 2.) *ab L. Scipione* cet. hæc est apodosis. — *si morbi causa excusaretur*, v. ad 6, 22, 3. — *diemque prodici*, v. ad 2, 61, 6. — *inimicitiæ cum P. Scipione* ob plerasque in re publ.

[redacted]

dissensiones. v. Gell. 7, 19. et Val. Max. 4, 1.

6. *Scipio excuset morbum esse causæ*, cf. not. 3.

CAP. 53.)—1. *quatuor nobilissimos duces P.*, (Hasdrubales duos, Hamilcaris Gisgonisque filios, Magonem et Hannonem) *quatuor exercitus*, (v. ad 10, 25, 9.) *fudit fugavitque*, in c. Mog. *fudit necavitque*, in reliquis MSS. et edd. antt. *fudit, fugavit*, ut 26, 28. 40, 48. et al.

2. *in arcem tutam*, securitatem et otium. Respicitur simul ad villam, in qua Scipio, postquam renuntiaverat publicis negotiis, considere solebat.

3. *splendere aliena invidia*, v. ad 10, 24, 8.

4. *eo ipso loco sepeliri se jussisse ferunt, monimentumque ibi ædificari*, v. ad 45, 38, 3. Strab. 5, 4, 4. p. 243. et Acron. ad Horat. Epod. 9, 26. Mox malim : *bellicis tamen, quam pacis, artibus memorabilior, et prima parte vitæ, quam postrema, fuit.* — *Quid ad primum consulatum secundus*, v. ad 22, 22, 11.

5. *Asiatica legatio* cet. cf. 37, 1. 34. 36. 37.

CAP. 54.)—1. *quorum princeps fuit M. Porcius Cato*, v. ad 34, 1, 7. — *adlatrare ejus magnitudinem*, venuste de hominibus maledicis vel invidis vel ignavis, qui aliis se melioribus obtrectant, et frustra nocere conantur, metaphora a canibus traducta ignavis, qui latrant, non mordent nocentve. Cf. Quinctil. 8, 6, 9. ad Sil. 8, 290. et Bentl. ad Horat. Sat. 2, 1, 85.

2. *rogationem promulgasse*, v. ad 4, 58, 10. et 38, 36, 4. — *Velitis, jubeatis, quæ pecunia* cet. pro : ut de ea pecunia *Sulpicius ad senatum referat.* Vox *quæratur* inportuna est, et leg. *Quirites* cum Crev. Drak. et Brisson. de form. II. p. 130. — *quod ejus in publicum relatum*, v. ad 2, 9, 4. et 5, 25, 5.

3. *Cn. Manlium inimicum incessens*, v. ad 39, 6, 5.

4. *non laudari pro Rostris*, v. ad 2, 47, 6. et 26, 27, 4.

5. *fama sepulti laceretur*, v. ad 34, 41, 3. — *adcessio invidiæ*, v. ad 7, 30, 3. — *mactetur*, perdatur. — *tribus, uti rogassent* sc. Petillii, *jussere*, v. ad [illegible]3, 2.

CAP. 55.)—1. *Romæ mortuum elatumque*, v. ad 2, 16, 5.

2. *pilentum, sicut in triumpho Scipionis ierat, in funere quoque ante lectum funebrem ejus isse*, v. ad 24, 16, 9. — *mulsum prosequutis funus dedisse*, v. ad 10, 42, 9. — *quod ab eo ex hostibus receptus esset*, v. 30, 43.

3. *delata et recepta nomina*, v. ad 9, 26, 5.

4. *contacta societate peculatus*, v. ad 2, 5, 3. et 33, 47, 1. — *adcensus*, v. ad 1, 43, 13.

5. *potius quadragies, quam ducenties quadragies, litem æstimatam :* " Credit ergo Livius, L. Scipionem judicatum, non *sex millia*, sed *mille pondo auri* plus adcepisse, quam in ærarium retulisset ; nam *mille pondo* auri sunt *quadragies H. S.* Excurrentis summæ *quadringentorum octoginta pondo argenti* vel rationem in lite æstimanda habitam non fuisse, quod longe major erat summa auri, quam argenti, vel scriptores veteres rotundo numero usos fuisse, putat Budæus de asse III. p. 77. Posterius placet Gron. de pec. vet. 3, 7." Duker. Nota Drak. est : " Livius conjecit, vitiata Antiatis verba, unde L. Scipioni *litem ducenties quadragies æstimatam* fuisse dicendum foret, ita emendanda esse, ut inde tantum *quadragies H. S.* efficiatur. Id autem qua emendatione fieri possit, non addit. Glareani conjecturam refellit Periz. anim. hist. c. 10. p. 423 sq. putatque, erratum a *librario* in numerorum notis, nempe ut IↃↃCIↃ i. e. *sex millia* pondo auri dederit pro IↃↃ seu *sexcentis*, et CCCC seu *quadringenta* pro CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ vel CIↃ IↃↃ i. e. *quatuor millibus :* quæ notæ olim paullo convenientius inter se fuerunt scriptæ, ut docuit Petr. Servius in Juven. Fer. c. 4. Sexcenta autem pondo auri et quatuor millia pondo argenti simul conputata exacte respondere *quadragies H. S.* Superesse quidem *octoginta* pondo argenti, quorum in summa ad H. S. redacta Livius rationem non habuit, quoniam ea rotundo numero, vel eodem, quo cetera, modo exprimi non poterant, quippe quum non una centena, sed tantum duo et triginta millia nummorum explerent. Plane quemadmodum in altera quoque summa, in quam Scipionem damnatum scripserat librarius, ad *ducenties quadragies* sestertium reducta fecit, ubi prætermissa ab eo est tota argenti summa *quadringentorum octoginta pondo* seu CXCII millium H. S. Sola enim *sex millia pondo auri* facere *ducenties quadragies H. S.*" — *Litem æstimare*, propr. pretium rei summamve pecuniæ, de quibus lis est, vel quid solvendum sit reo, sive sit mulcta aliaque pœna, sive compensatio damni, ut 29, 9, 2. unde *voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari*, occultæ voluntatis pœnam statui, quærive, qua pœna sit digna, 45, 24 pr. ubi pro vulg. *tacite* Crev. et Drak. recte reposuerunt *tacitæ* ex emend. Jac. Periz. qui hæc notavit : Minime clam et tacite (neque etiam causa suberat) hæc agebant senatores, sed palam in senatu graves de Rhodiis dicebant sententias, atque ipse prætor publicam de bello illis indicendo rogationem promulgabat : verum legati Rhodiorum, quamvis satis libere ac ferociter loquuti essent, ut inde, quæ tacita eorum foret voluntas, colligi facile forsan posset, non tamen apertis verbis declaraverant, Perseo se favere ; et verisimile est ac decuit, legatos suæ civitatis causam, quam maxime fieri potest, in hac oratione juvare. Ibidem Drak. monet, *voluntati* etiam legi posse cum Gron., sed necesse haud videri, quum utraque constructio bene

[redacted]

latina sit et ap. Cic. quoque obvia. Cf. Ernesti clav. Cic. et Ascon. Ped. ad Cic. Verr. 1, 13. — *ab ipso P. Scipione*, ut ap. Gell. 4, 18. a L. Scipione ap. Val. Max. 3, 7, 1.

6. *librumque rationis ejus*, quo adceptæ et expensæ pecuniæ illæ continerentur — *conscripsisse* pro *compressisse* ex emend. Sabell. et Budæi de asse I. p. 201. cui favent Gell. et Val. Max. ll. ll.

7. *ab eadem fiducia animi*, v. ad 1, 1, 5.

8. *poposcisse claves* cet. cf. Plut. apophth. p. 196.

CAP. 56.)—1. *in Scipionis exitu maxime*, præcipue, *vitæ*, *dieque dicta* ei a tribunis pl.

2. *in diversum trahunt* sc. auctores, v. ad 1, 24, 2. — *non habeam*, v. ad 6, 15, 9. — — *Non de adcusatore convenit* inter auctores: (v. ad 1, 3, 4.) *alii M. Nævium, alii Petillios diem* ei *dixisse scribunt*, alii Petillios et Nævium, alii Petillium Actæum. Cf. 39, 52, Gell. 4, 18. Valer. Max. 3, 7, 1. Victor de vir. ill. c. 49. Polyb. 24, 9. Appian. Syr. 40. 41. Plut. Cat. p. 344. et in Apophth. p. 196. — *elatus sit*, v. ad 2, 16, 5.

3. *quam tempestate disjectam* cet. v. ad 21, 49, 3.

4. *inter scriptores rerum* s. annalium s. historiarum *discrepat*, v. ad 1, 3, 4. — *orationes, quæ feruntur*, dicuntur esse, vel circumferuntur, *P. Scipionis* cet. (cf. 39, 52.) *abhorrent inter se*, discrepant: Id propter illud *inter* insolentius dictum; Ern. Ad h. l. et ad seqq. cf. Gell. 4, 18.

5. *cucurrisse eum Romam*, forte *accurrisse*; Drak.

6. *inpotentem ejus injuriam* (v. ad 3, 36, 2.) *invidia onerat*, in magnam adducit invidiam s. odium.

7. *quod eum perpetuum consulem et dictatorem vellet facere*: "eadem de moderatione Scipionis refert Val. Max. 4, 1, 6. Sed in eo, quod ibi de imagine Scipionis in Capitolio dicit, deinde et a Livio, et a se ipse discrepat 8, 15, 1. Cf. et Appian. Hisp. 23. Ceterum miror, Livium rem tam memorabilem et ad mutandam totam formam reip. pertinentem per occasionem decreti Gracchi leviter tangere, quam in corpore ipso historiæ narrare et judicium suum de veritate illius interponere maluisse." Duk.

CAP. 57.)—1. *moderandis ad civilem habitum honoribus*, h. l. modum, honoribus non efferri, sed communem se tamen adversus omnes gerere; Ern. *animi moderantis honoribus* c. Mog. prob. Drak. conl. 4, 7. 31, 44. 37, 35. Despicit cor grande honorem, despicit pecuniam: quidquid enim facit, fit id virtutis amore, non præmii causa; Grut. conl. loco præclaro Claudiani de cons. Mallii 1 sqq. — *duabus filiis*, propr. d. *filiabus*, ut 24, 26 pr. sed illud quoque non sine exemplo est, gratiusque h. auribus.

2. *nuptam fuisse convenit*, v. ad 1, 3, 4. — — *Illud parum constat, utrum post mortem patris et desponsa sit et nupserit*, cf. Plut. Ti. Gracch. p. 825. Polyb. 32, 13, 7. ibique Vales.

3. *consurrexisse et petiisse* cet. cf. Cic. ad div. 4, 4.

4. *non, si Ti. Graccho daret* cet. v. ad 5, 51, 1. Ideo Æmilia meminit Gracchi, marito suo inimicissimi, quod eo tempore juventutis Rom. præstantissimus foret; quasi diceret, non oportuisse, ut maritus de nuptiis communis filiæ se inconsulta ageret; ne tum quidem, si eam optime elocaret, et principi juventutis Ti. Graccho desponderet; Drak. Corneliam virtutis causa Graccho placuisse, tradit Plut. Gracch. p. 824.

CAP. 58.)—1. *prædes eodem die* cet. v. ad 3, 13, 9. Ad hæc et seqq. cf. Gell. 7, 19.

2. *Nasica tribunos adpellarit*, v. ad 2, 27, 2.

3. *paternas superavisse laudes*, v. ad 10, 30, 1. — *stirpe divina satum se esse*, v. ad 26, 19, 6.

4. *non modo non ad criminis fidem*, v. ad 1, 40, 1.

CAP. 59.)—1. *nihil in publicum relatum, omne in privatum versum*, v. 2, 9, 4.

2. *Hanc regionem, dierum plus triginta* sc. iter s. viam *in longitudinem* cet. "forte *viginti* pro *triginta*, ut sit dupla ratio longitudinis ad latitudinem: quamquam ne hoc quidem verum est. Siquidem Herodotus lib. 1. et 2. Asiæ hujus latitudinem a Cilicio mari ad pontum Euxinum quinque dierum iter expedito facit. Verum Scipio hic omnia exaggerat." Glar.

3. *in robore et tenebris exspiret*, v. ad 1, 33, 11. — *nudus ante c. projiciatur*, inhumatus. v. ad 1, 49, 1.

CAP. 60.)—1. *ni referatur pecunia in publicum*, v. ad 2, 9, 4. Ad hæc et sqq. cf. Gell. 7, 19. qui pro *Terentio prætore* memorat C. Minucium Augurinum trib. pl.

2. *Tribuni quum in consilium secessissent*, (v. ad 45, 36, 7.) *Fannius et sua collegarumque* — — *sententia pronuntiavit* decretum (cujus verba ipsa memoravit Gell. l. l.) de scripto: nam et tribunorum pl. sententiæ in tabellis concipiebantur. v. Gron. Obss. 4, 1.

3. *plurimos duces hostium in triumpho ductos carcere incluserit*, ubi necari vel in robur dejici solebant, ut ignobiliores captivi sub corona vendi. Cf. ad 1, 33, 11. Epit. lib. 67. Cic. Verr. 5, 30. Tac. A. 12, 19, 3. Mox verba *L. Scipionem*, uncinis inclusa, videri delenda, jam alii monuere.

4. *In bona Scipionis possessum* — *misit*, v. ad 24, 45, 6. — *redemta ei*, emta. — *Veteratque*, v. ad 2, 3, 2.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XXXIX.

CAP. 1.)—1. *si modo hoc anno acta sunt:* nam de dissensu scriptorum v. 38, 56. 57.

2. *natus ad continendam inter intervalla bellorum diciplinam* v. ad 5, 37, 7. 22, 22, 9. 29, 19, 1. *inter intervalla*, quod Aldus e c. Mog. recepit, pro: in intervallis, interea dum sunt intervalla, ut c. 28. *inter inducias*, et 42, 52. *inter adparatum belli*; Drak. Cf. ad 4, 18, 2. et Drak. ad 6, 24, 10. *per intervalla* reliqui MSS. et edd. vett. prob. Crev. ne τὸ *inter* repetatur.

3. *asperius paullo* (v. ad 22, 60, 9.) *iter in Thracia* cet. cf. 38, 40. (ubi v. not. 1.) et 41. — *quæ et ipsis capere labor erat*, immo *ipsa*, sc. etiamsi nemo obstaret ac depelleret; Gron. Præterea *esset* pro *erat*; Crev. Mox Gron.: non spernebat τὸ *angusta*, quod ex Mog. est: sed, quoniam in MSS. et edd. antt. legitur *accepta* et *septa* et *ac septa*, conj. *obsepta*, ut 2, 6. 4, 25. 9, 34. 43. 25, 39. — — *infesta*, v. ad 1, 7, 7. et Drak.

4. *inops regio, quæ parcimonia adstringeret milites*, efficeret, ut parce vivere deberent: quidam MSS. *parcimoniam a. milites*, h. e. causa esset, ut milites jam antea parce vivere soliti, adhuc parcius viverent; Drak.

5. *discrimen summæ rerum*, v. ad 3, 5, 6. et 6, 17, 1.

CAP. 2.)—1. *cum Friniatibus Liguribus*, cf. not. 5.

2. *montem Auginum*, hod. forsan Monte Codoro.

3. *consul pacem dedit finitimis*, v. ad 7, 1, 2.

4. *ne in otio militem haberet*, (v. ad Tac. Ann. 1, 35, 5.) *viam a Bononia perduxit Arretium*, v. ad 22, 11, 3. Huic viæ Flaminiæ alter consul, M. Æmilius Lepidus, quod mox refertur, *conmisit* (v. ad 38, 4, 3.) Æmiliam *viam, ab Placentia Ariminum perductam*. Cf. ad 22, 11, 3. et Strab. 5, 1, 11. p. 217. qui non eadem tradit.

5. *transmontanos adortus: in his et Friniates Ligures erant, quos non adierat C. Flaminius*; pro vulg. *Friniates* et, quod quidam libri habent, *Frisinates* ex emend. Sigon. recte forsan *Briniates* edidere Gron. et alii. Nam Friniates a Flaminio subacti, (v. princ. huj. cap.) et *Briniates transmontani*, trans Apenninum, in septemtrionali ejus latere erant; (v. 41, 19 pr.) nisi in utroque Apennini latere sedes habuerunt. Contra Cluver. It. ant. 1, 8. et 10. p. 58. 76 sq. servat h. l. *Friniates* et 41, 19. eos substituit, at supra pr. cap. *Briniates*, hisque sedes dat in meridionali latere Apennini, et caput regni *Briniam* vel *Brinium* opp. ad Boacten fl., hod. *Brignolo* s. *Brignulo*; Friniatibus antiquam sedem *Val di Prino*, in latere septemtr. Apennini.

6. *Pacatis Liguribus in agrum Gallicum eduxit*, v. ad 2, 59, 5. et 21, 48, 7. — *viamque ab Placentia* cet. v. not. 4.

CAP. 3.)—1. *rejectique ad consulem A.*, v. ad 2, 22, 4.

2. *tenuerunt causam*, ut al. *causam obtinere* et *vincere*. v. ad 2, 42, 2. Drak. ad h. l. et ad 23, 20, 10. Ernesti clav. Cic. v. *tenere*. — *decedere provincia prætor jussus* a consule. Cf. ad 32, 7, 4.

3. *senatus datus est legatis*, v. ad 8, 5, 1. — — *magnam multitudinem civium suorum* — — *onerante*, cf. 41, 8, 9. 42, 10. et Ernesti clav. Cic. p. 31. de lege Papia, a C. Papio trib. pl. a. V. 688 lata, *ut peregrini Urbe pellerentur* cet.

CAP. 4.)—1. *ad ædem Apollinis* cet. v. ad 10, 23, 12. et 26, 21, 1. — *ob remp. bene ac feliciter gestam* (v. ad 2, 64, 3.) *diis i. honorem haberi, et s. t. decernerent* conj. Gron. *juberent* et *decernerent* legitur in c. Mog. unde Drak. conj. *ut Diis i. h. l. juberent, et s. t. decernerent*, quam repetitionem τοῦ *ut* Livio familiarem esse, docuit ad 1, 17, 11. Cf. ad 22, 11, 2.

2. *M. Aburius*, al. *Abutius*, ut c. 5, at *Aburius* omnes 42, 35. — *M. Æmilii consulis* cet. Cf. 38, 43, 44.

3. *Fulvium temporis jacturam facere*, unius temporis, nullius rei nisi temporis; Gron. Mox *Tum Fulvius* pro *M. Fulvius* conj. Mur. — *inpotenti ac prope regia ira*, v. ad 3, 36, 2.

4. *nobilissimæ cum consule inimicitiæ*; al. *notissimæ* e. c. Mogunt. et Lov. 2. v. ad 27, 35, 5. — *qui per infrequentiam furtim SCtum factum ad ærarium detulerit* cet cf. 38, 44. et

[redacted]

ad 1, 17, 6. 2, 23, 9. et 3, 55, 12. *furtim*, clanculum et callide, malis artibus, ablatum factumque per captatam senatus infrequentiam; quale *SCtum subreptum* dicitur Cic. ad Att. 10, 4.

5. *diu anceps prœlium tenuerit*, v. ad 2, 3, 5.

6. *calumniam ad pontifices adtulerit*, cf. 38, 44. — *ab tribunis* c. Mog. *ab tribuno* (M. Aburio) reliqui MSS. et edd. antt. probb. Gron. et Crev.

CAP. 5.)—1. *simultates pro magistratu e.* v. ad 2, 7, 4. — *alienarum simultatium tribunum pl. cognitorem fieri*, propr. procuratorem, qui absentium, ut cognitor præsentium, mandata adcipit et persequitur. Cf. omnino Gron. de pec. vet. 4, 3. et Schulting. ad Jul. Paulli recept. sent. 1, 2. Si perpetua fuit differentia inter *cognitorem* et *procuratorem*, Livio tamen, qui historicum agit, non jus docet, quod vicina illa vocabula conmutarit, vitio verti non potest; Drak.

2. *collegii* trib. *potestate et sacratis legibus*, v. ad 2, 8, 3.

3. *alieni momentis animi circumagi*, in aliorum gratiam, prout animati sunt, mutare se; Ern. Cf. ad 1, 47, 7. Hæc verba laudavit Priscian. lib. 8. p. 762.

4. *alterum e duobus tribunis*, Gracchum, *suas inimicitias remisisse reip.*, (v. ad 2, 35, 5: et exempla hujus rei 38, 52. 53. 56. 57. 60.) *alterum*, Aburium, cet.

5. *in eam rem sibi C. pondo auri* cet. v. ad 40, 44, 7.

6. *summam octoginta millium* "sc. æris, non sestertiorum s. nummorum: nam fortassis non est exemplum summarum eo tempore ad rationes sestertiorum putatarum. Sed quidquid subpleas, nimis exigua est summa pro adparatu horum ludorum, qui infra c. 22. refertur. Si intellegas *æris*, ea, computatis, ut illa ætate, XVI assibus in denarios, tantum sunt quinque millia denariorum, sive quingenti coronati; si *sestertium*, viginti millia denariorum. In quibusdam edd. antt. exstat *octingenta millium*, in Cervic. et Ascens. a. 1530. recentius *octingentorum millium*. Id non valde inprobandum, sed tamen hæc quoque summa admodum tenuis ad tam magnificos ludos videri poterit. Ob eamdem causam mihi suspecta sunt verba *viginti millia æris* 40, 52. etsi ludi tantum scenici et singulos dies facti fuerunt. Si neutro loco Livii vitium in numeris est, non video, quid pro iis dici possit, nisi eos, quibus minus de publico decretum fuerat, quam ut ex eo pro sua dignitate vel ambitione ludos facere possent, quod per restrictam parcimoniam senatus deerat, de suo subplevisse." Duker.

7. *prætulit triumphi diem*, præcepit, anticipavit. — *tetradrachmorum Atticorum*, v. ad 34, 52, 5. — *Philippei nummi XII millia quadringenti viginti duo*, v. ad c. 7. n 1.

8. *ad hoc catapultæ*; al. *ad hæc*. v. ad 2, 23, 3.

9. *militibus ex præda* cet. quibus et antea coronas dederat levissimis de causis. v. Gell. 5, 6.

CAP. 6.)—1. *comitiorum adpetebat tempus*, v. ad 5, 19, 2.

2. *cujus sortis ea cura erat*, v. ad 3, 62, 5. 10, 26, 4. et 35, 6, 1. — *obcurrere non potuit* comitiis. v. ad 21, 61, 1.

3. *Ab eo creati consules* cet. v. ad 7, 16, 6.

4. *de Gallis, qui Asiam incolunt*, de Gallogræcis.

5. *ne Q. Terentio Culleone prætore* (cf. 38, 55. 58. 60.) *causam lege Petillia diceret*, cf. ad 38, 54, 3. Nota Dukeri est: "Rogatio Petillia etiam adversus eum lata fuerat 38, 54. sed causam ea dicere cogi non poterat, fortassis et quod in hunc quoque annum, etsi id Livius 38, 35. tantum de priore anno memorat, inperio prorogato, proconsul cum inperio erat, et quod, decreto a senatu triumpho, nondum Urbem ingressus pro absente rei publicæ causa habebatur. Quum autem ex judicio L. Scipionis facile intellegeret, quid sibi ab infensis judicibus sperandum esset, triumphum in id tempus distulit, quo Terentius post paucos dies magistratu abiturus, nec satis temporis ad perficiendum apud eum judicium futurum erat. Non dissimili arte elusa est rogatio Marcia 42, 22."

6. *incendio alieni judicii, quo L. Scipio damnatus erat*, (cf. 38, 54 - 60.) *conflagraret*, v. ad 22, 35, 3. — *successor ipse omni genere licentiæ conruperat*, in c. Mog. *corrupisse fama adtulerat*, forte rectius, modo *successorem se omni* cet. legatur: certe seqq. docere videntur, Livium adhuc agere de causa invidiæ, qua Manlius flagrare inceperat, ante quam in Urbem redisset, et tum demum subnectere, cur ea adventu ipsius aucta fuerit; Drak.

7. *Luxuriæ peregrinæ*, inpr. Asiaticæ, *origo ab exercitu Asiatico* Cn. Manlii Vulsonis *invecta in Urbem est*, et e Græcia. cf. 34, 4. Plin. 33, 9, 53. 34, 3, 8. 37, 1, 6. Flor. 3, 12. Augustin. de civ. dei 2, 21. 3, 21. Cælii lect. antiq. 7, 10. 18, 18.

8. *lectos æratos*, tricliniares æratis pedibus, *triclinia ærata* ap. Plin. ll. ll. Cf. ad Juvenal. 11, 96. et Manut. ad Cic. Verr. 4, 36. *lectos auratos* Lov. 1. quos etiam memorant Juvenal. 6, 594. et alii. — *vestem stragulam pretiosam*, v. ad 34, 7, 4. — *plagulas*, non vela lecticarum esse puto, ut ap. Suet. Tit. 10. (nam si lecticæ jam tum in usu apud Romanos fuissent, quod Lips. Elect. 1, 19. conjicere videtur, non adparet ratio, cur Livius eas h. l. præterierit) sed tapetas et aulæa seu vela pretiosa, quæ in Asia parietibus et lectis obducebantur; Duk. cf. Brisson. de regno Pers. 2, 144 sq. *Plagulæ* propr. segmenta lintei panni, ut ap. Varr.

i, 47. *Plaga grande tegumen linteum, xticariam sindonem dicimus* cet. Non 2, 16. 4, 361. Ita etiam *plagulas* pro *ragula* dixisse videntur Varro ap. r. *culcita* et Afranius v. *plaga*. Sed ib illis h. l. distinguitur. — *Mono-* nam mensæ tenuiorum hominum fere quadratæ, tripedes et c simplici ; lautiorum vero rotundæ, *μονόποδες*, uno pede sustinebantur, et quidem ;eo aut eburneo, in modum pardi seu fabrefacto, de quo v. Juvenal. 11, 129.) citreæ, aut acernæ et argentea :æ lamina. Cf. Böttigeri Sabina p. (*Monopodia* Consolentischehen, und zierliche Tischbretchen auf einem 'uss mit Bildhauerarbeit in Stein und l) Ernesti clav. Cic. v. *abacus*, et Plin. s. 8.

saltriæ (fidicinæ) *sambucistriæque : ἡ κη* s. *ἡ σάμβυξ*, unde *σαμβυκίστριαι* propr. erat instrumentum pulsatile, trum, fidibus inæquali longitudine .ns, harpæ nostræ fere simile ; a cu- rma idem nomen invenit machina ı, navibus inposita, cujus usus erat ›pugnatione urbium maritimarum. ·opiosius docuit Schweigh. ad Polyb. 8, 6. ad Suid. p. 71 sq. ad Appian. id. 26. et ad Athenæum 4, 77. 14, 34. Cf. et Spanhem. ad Callim. H. in 53.

quod ministerium fuerat, ars haberi cœpta , hæc ; genus sequitur nomen suum : ane debebat *cœptum*, quia *quod* h. l. bjectum ; Bauer.

Vix tamen illa, quæ tum con- iciebantur, . 2, 5, 8.) *semina erant fut- ræ luxuriæ*, itaque tam inmensam suo ævo fuisse ; innuit, ut hæc *vix semina*, h. e. origo ısæ et initia, ejus vider. possint. Sed , cum *semina* junctum, meo qualicum- ıdicio, non satis aptum, aut nimis argutum est : aptius vero, si pro *se- egeris o- ia*, h. e. indicia, ut sensus x tamen aliquis tum augurari potuis- ntam olim luxuriam fore, quanta est.

P. 7.)—1. *ducentas duodecim* libras *pon-* Crev. malebat *coronas aureas ducentas*, *ia pondo*. — *cistophorûm CCL* sc. mil- *hilippeorum aureorum nummorum sedecim trecentos viginti*, forte leg. *Philippeos nummos* ; Gron. cujus nota est : eor mihi observasse ex Livio, quoties rus sive signati argenti sive alterius llia plura non excedit, tum rem nu- am semper efferri patrio casu : quum uper : ..ia numerus alius inferior tur, tum *non perpetuo* rem numeratam lo casu pronuntiari, quem exigebat lia, sed *interdum* eo, quem recipit ad- posterior numerus. Sic. 3, 5, 9. in *Romanos quinque millia ac trecentos* re- tulit vocem *Romanos* ad *trecentos*, minorem numerum, perinde ac si dixisset *quinque millia ac trecentos Romanos*." Cf. ad 3, 3, 4. 3, 24, 8. 10, 47. 33, 27, 1. 34, 52, 5. 35, 9, 1. 37, 40, 6. 37, 58, 3. 38, 36, 6. 39, 5, 6. sed et ad 35, 20. 3.

2. *militibus quadragenos b. d. divisit, duplex centurioni*, excidisse videtur *et triplex equiti* ; Duk. Cf. ad 10, 46, 8. — *et stipendium duplex in pedites dedit, triplex in equites* : nota Dukeri est : " Non credo, hæc integra esse, quod hic nulla mentio *centurionum* est; quos liberalitatis indulgentis et ambitiosi ducis expertes fuisse, nequaquam verosi- mile est. Nec est, quod putemus, eos no- mine peditum contineri. Nam Livius fere ubique, quum de donativo agit, vel gene- rali nomine *militum* pedites, centuriones et equites complectitur, 10, 46. 28, 9. 30, 45. 31, 20. 40, 34. vel separatim *milites, centu- riones* et *equites* memorat, 33, 23. 36, 40. 37, 59. 39, 5. 40, 43. 41, 7. 13. 45, 43. vel denique *pedites, centuriones* et *equites* (sed eodem sensu : nam pedites etiam dicuntur *milites* ; v. ad 22, 37, 2.) dicit 33, 37. 34, 52. 45, 40. Sed quid eos adcepisse dice- mus, si peditum nomine non comprehen- duntur ? Hoc æque inpeditum est. Sim- plex stipendium peditum, auctore Polybio 6, 39., erant duo in diem oboli, centurio- num quatuor, equitum sex. Centurionibus haud dubie minus, quam equitibus, dedit Manlius : sed utrum in eos tantum duplex dederit, ut in pedites, i. e. octo obolos, an triplex, ut in equites, i. e. duodecim, non facile dictu est. Si illud, Livius scripsis- se potuit, *stipendium duplex in pedites et cen- turiones dedit* ; si hoc, *triplex in centuriones et equites*. De duplici stipendio militibus dato sunt etiam loca Livii 23, 20. 29, 3. 30, 16. 40, 43. et 37, 59. ubi militibus *stipendium militare et frumentum duplex post triumphum datum* dicitur. Quod ibi de *frumento duplici* dicit Livius, ita intellegendum puto: quum mos esset, militi in menses certam men- suram frumenti, sc. pediti quatuor, cen- turioni octo, equiti duodecim modios, ad- metiri, eam a Scipione duplicatam fuisse. Stipendii duplicis ac triplicis conputandi ratio non tam expedita est ; quia non, ut frumentum, sic etiam stipendium, men- struum dabatur : cujus solvendi dies qui fuerit, non satis constat. v. Schel. ad Polyb. c. 6." Forte leg. *duplex centurioni, triplex in equites ; et stipendium duplex in milites dedit* : nam neque ex locis, a Duk. laudatis, neque aliunde constat, alia proportione *sti- pendium* peditibus, alia equitibus auctum fuisse ; immo contrarium collegendum videtur ex 49, 43. *et stipendium omnibus du- plex*, sive *omnibus* intellegas in genere de legionariis militibus et socialibus, sive per partes de peditibus, centurionibus et equi- tibus civium sociorumque ; Drak.

3. *ut ex pecunia* — *stipendium, conlatum*

a populo in publicum, (h. e. tributum, a populo in stipendium militum conlatum, ex quo erat stipendium; Duk. Cf. ad 23, 48, 6. 26, 36, 3. et Schel. ad Polyb. c. 8.) *quod ejus* (v. ad 5, 25, 5.) *solutum antea non esset, solveretur: vicenos quinos* (*sexcenos vicenos quinos* conj. Hotom. de re num. p. 79.) *et semisses in millia æris* singula v. ad 29, 15, 5.) *quæstores urbani cum fide et cura solverunt*: obscura verba, et vel corrupta vel mutila, in quibus se nihil videre fatentur Duk., Drak. et Crev. Hujus adnotationes sunt: "Prima difficultas obcurrit in voce *stipendium*, quæ nec pro militari stipendio adcipi potest, de quo hic nullo modo agitur; neque pro tributo a civibus collato, (quamvis interdum hoc sensu sumatur, ut 2, 9.) quandoquidem quæstores urbani mox dicuntur cum cura et fide solvisse pecuniam, sc. privatis ex ærario: si autem de tributo sermo esset, non privatis aliquid solvendum ex ærario fuisset, sed privati immunes faciendi a solvendo eo, quod ærario deberent. Superest ergo, ut hic sermo esse existimetur de pecunia, a privatis collata ad juvandam ærarii inopiam. Sed nec nomen *stipendii* sic umquam adceptum esse novimus, et præterea post finitum bellum Punicum II. nullo tali auxilio res publica eguisse memoratur; pecuniarum autem, per illud bellum a privatis collatarum, ultimam pensionem solutam esse, narratur 33, 42. Secundo quod dicuntur quæstores *vicenos quinos et semisses in millia æris* solvisse, horum quidem verborum sic nude positorum sensus non obscurus est. Sed quænam sunt illa *millia æris* s. assium? quo nomine solvuntur viceni et quini asses cum semisse? An usurarum nomine? ut pro singulis assium millibus, quæ a civibus collata forent, præter sortem etiam usuris numerarentur viceni cet."

4. *malus in Circo* maximo *instabilis in signum Pollentiæ procidit atque id dejecit*, v. 31, 23, 4. *Pollentia*, ut docet Festus, et *Potentia* idem significant, et *malum* unum ex illis fuisse arbitramur, quibus funibus adligatis vela tensa subfulciuntur ad aëris injurias arcendas, ut commodius spectatores ludos spectare possint in Circo; in quo positas fuisse Deorum statuas et principum virorum, Alex. ab Alex. l. gen. 5, 8. et Liv. 40, 2. docent; Donat. Argolus ad Panvin. de ludis circ. 1, 17. conj. *Pellonia*, quam pellendorum hostium potentem deam a Romanis cultam fuisse docent Arnob. IV. et Augustin. de civ. dei 4, 21. Perperam h. l. exponit Dempster. ad Rosin. 5, 4. adversus quem disputavit Duk.

5. *Ea religione moti Patres*, v. ad 2, 5, 4. — *signa duo pro uno reponenda*, sc. alterum quod dejectum erat, alterum novum, *et* hoc *novum auratum faciendum*; Drak.

CAP. 8.)—1. *T. Mænius urbanam* provinciam, h. e. præturam cet. v. ad 2, 40, 9. — — *Hispaniam ulteriorem*: dele primam vocem ex perpetuo more Livii; Gron.

2. *sacrificulus et vates* cet. v. ad 25, 1, 5. Ante *sacrificulus* omissum *sed tantum* monet Bauer. Frobenius et alii inseruere *sed*, quod abesse debet ex more eleganter loquentium; Gron. Cf. ad 3, 71, 4.

3. *nec is, qui aperta religione*, (forsan *aperte religionem*) *propalam* — *profitendo, animos horrore*, metu religionis, δεισιδαιμονίᾳ, (ut *formido*, *timor*, *metus*, *pavor* et similia, in omnibus fere linguis obvia, et ad religionem translata, quæ magis a metu, quam amore numinis supremi profecta est) *imbueret*; ut *horrore*, *metu*, *religione animum perfundere* 1, 16. 9, 16. 10, 38. Cf. ad 9, 16, 10.

4. *occultorum et nocturnorum sacrorum* Bacchi, quæ Bacchanalia *Initia* dicuntur, quia sacra erant nocturna, ut Initia Cereris; Drak. Cf. ad 22, 34, 5. 31, 14, 3. et Meurs. Eleus. c. 9. Mox alterum *sunt* forte del., quod solus c. Mog. addit.

5. *Quum vinum animos* — *exstinxisset*, sanitatem mentis corrupisset: nisi leg. *quum vinum*, *clamores*, *nox* cet. nam mox *ululatus* et infra *crepitus* memorantur; Gron. "Sed *animos* ita dici, et *clamores* sententiæ satis convenire, vix credo. Nam verba *corruptelæ primum* cet. indicio sunt, eum de primis initiis hujus sacri loqui, in quibus nondum quidquam per vim factum videtur. Nec *clamores* per se pudorem exstinguunt, quum etiam eorum esse possint, qui violari illum non patiuntur. Suspicor aliquid excidisse, et Livium idem dixisse, quod Ovid. A. A. 1, 237. et Rem. Am. 805. *Vina parant animos Veneri faciuntque caloribus aptos.* (Cf. ad simil. loc. Juvenal. 6, 314 sq.) Nam vinum et Venerem excitat, et audaciam facit, nocte in primis, tentandi, quæ sobrii nec luce nec nocte auderent: *Nox et amor vinumque nihil moderabile suadent*, Ovid. Am. 1, 6, 59. (cf. et Plaut. Aul. 4, 10, 15. 20. unde Clericus h. l. emend. *vinum, amor et nox*) *Corruptelæ* maxime sunt omnis generis libidines venereæ, quæ *stupra promiscua ingenuorum feminarumque* mox dicuntur: easque deinde sequebantur plura genera noxarum, quæ enumerat Livius. cf. Cic. Tusc. 4, 35. et Herald. advers. 1, 11." Duker. — *mixti feminis mares*, i. e. consociatio feminarum et marium; vel supple *quod erant*, τὸ συμμεμῖχθαι, Bauer. Cf. ad 1, 53, 1. — *ætatis teneræ* mares *majoribus* ætate feminis mixti; vel *ætatis teneræ* homines, mares ac feminæ, cet. — *falsi testes, falsa signa testimoniaque*, immo *testamentaque* ne idem bis dicatur, quod jam alii monuere. Cf. c. 18.

CAP. 9.)—1. *Hujus mali labes* c. Mog. In reliquis MSS. et edd. antt. *tabes*, quod placere potest. Sed ita Livius videtur potius

ıisse *hoc malum velut tabes contagio-* 3, 6. et inpr. 42, 5. *ea contagione,* (h. c. pestis) *in Perrhæbiam quoque t malum;* Drak. Cf. ad 2, 23, 6. 4, 30, 4. 40, 8, 2. Quantum malum fuerit, facile intellegi- nonnulla eorum, quæ cap. 8. 13. smorantur, in majus aucta sunt. *itela Duroniæ matris* cet. ex h. l. ıoligunt, pupillos jam antiquitus utela matrum, quæ ad secundas ansierant, fuisse: adversus quos P. I. Digress. 3, 11. disputat; - *tolli pupillum* e medio, necari. *ıa conruptelæ,* unica ratio conrum- :onscientia flagitii *obnoxium sibi* ıpillum (v. ad 3, 39, 1.) *Baccha-* ; Gron. *Bacchanalium* c. Gærtn. t Frob. forte rectius, ut sensus *telæ Bacchanalium* (ut c. 8. et 10.) *via* aut tollendi pupillum, aut sibi vinculo aliquo reddendi: non cus pupillum privignum conrum- ›rie, sed tollere — conabatur;

his eum se initiaturam, Baccharum ıla primo id non nisi feminarum rium; Sigon. Cf. ad 22, 34, 5. *ıtam voti,* v. ad 5, 25, 2. *lautum in s. d.,* v. ad 1, 45, 7. *ligna quæstu* toti narrationi detec- Hispala scelerum aptius, quam ı, quæ emendatio Aurelii ad Tac. multis modis friget, ut de liber- ıer. ı *genere* vitæ *se tuebatur,* vitam at eodem quæstu, quem antea :cerat. —*juxta,* per, propter *vici-* ex ejus occasione et causa;

;ne omnia præbentibus suis, v. ad — *munificentia sustinebatur,* v. ad

ıst patroni mortem, quia in nullius (v. ad 5, 20, 1.) *tutore a tribunis* ›etito, *testamentum faceret* cet. v. ad 5. *tutore petito* ex lege Atilia. v. ragm. tit. XI. §. 18. Justin. stit. de Atil. tut. et ibi intpp. gis latæ tempus est incertum: :ing. ad Ulpian. l. l.) sed ex h. l. m jam ante a. V. 567. latam ›uk.

0.)—1. *Bacchis initiari,* v. ad cap.

neliora! v. ad 9, 9, 5. Verbum l. adcusativum cum inf. habere sed ex hoc verbo repete *dixit,* ii; Bauer. — *in caput eorum de- us periculaque,* v. ad 1, 51, 1. *am numquam,* libero arbitrio, — *eum officinam esse,* v. ad 24,

m rem discuteret, v. ad 24, 2, 7.

5. *ab his sacris se temperaturum,* v. ad 2, 23, 8.

CAP. 11.)—1. *illius excetræ,* hydræ, *delenimentis et venenis inbutum,* v. ad 4, 51, 2. et Lips. ad Plaut. Cas. 3, 5, 19.

2. *ecquam anum Æbutiam nosset,* v. ad 1, 9, 3.

3. *opus esse sibi ea conventa,* v. ad 34, 61, 2.

4. *apud se tunc esset,* v. ad 1, 25, 1.

CAP. 12.)—1. *de Æbutio exploratum, non vanum auctorem* (v. ad 24, 32, 1.) *esse,* h. e. exploratum, Æbutium non v. a. esse.

2. *indidem ex Aventino,* v. ad 23, 46, 5.

3. *turbamque consularem,* quæ 6, 34. dicitur *frequentia* consulem *prosequentium rogantiumque, num quid vellet?*

4. *in luco Similæ,* de quibus verbis hæc jam disputavit Gron. "Sic Gelenius ex MSS. nec aliter nos deprehendimus: nam ante illum *in ludo simili.* Opinatur autem, *Semelen* detorta non nihil voce *Similam* tum vulgo indocto dictam. *Stimulam* vocat Schol. Juvenal. 2, 3. *Nam sacra Bacchanalia ex SC. condemnata sunt, quum probatum esset senatui, honestissimas feminas ad Stimulæ deæ lucum fœde adulterari.* Et mentio est *Stimulæ* deæ, *quæ ad agendum ultra modum stimulet,* ap. Augustin. de civ. dei 4, 11. et 16. Quod forte non male ad fanaticorum tumultum ac turbinem adcommodes. Tamen optime sacra Bacchi peraguntur in *Semeles* matris luco: et si quidem hic fuit, ita potius scripsisse Livium crediderim, non vulgi indocti, si qua fuit, pronuntiationem expresisse. Sic *Semonis Sanci,* sic *Juventatis* apud Nostrum conrupta ab indoctis olim fuere vocabula." Malim *Semelæ,* de qua v. Macrob. Sat. 1, 12. ut de ejus luco intpp. Ovid. Fast. 6, 503. lapis ap. Gruter. 643, 7. P. Victor. et Sex. Ruf. in regione Circi Maximi; Drak.

5. *consul laudare, quum initiatam se non infitiaretur,* Mog. *quod:* sed *quum* h. l. ut ap. Cic. ad Div. 16, 16. et sæpissime ap. Plautum, eleganter pro *quod* positum; Gron.

6. *ac per se fatenti:* voculæ *per se* a Moguntinis additæ non sunt sine emphasi: nam qui ab alio *coarguitur,* fatetur etiam, verum coactus, non *per se,* i. e. sponte, nullo cogente; Drak. Cf. ad 6, 20, 14. — *eum sibi omnia exposuisse* sc. Æbutium. — *ab illa* sc. Hispala.

CAP. 13.)—1. *non quo sciret quidquam:* Mogunt. *quod.* Sed v. ad 28, 27, 2. — — *Hic,* tum, tunc. v. Drak. — *Tum quoque,* v. ad 1, 25, 1.

2. *meriti talem gratiam retulisset,* v. ad 37, 54, 3.

3. *quorum occulta initia enuntiaret,* v. ad 31, 24, 3.

[redacted]

4. *interdiu Bacchis initiarentur*, v. ad c. 9. n. 4.

5. *Pacullam Anniam Campanam sacerdotem* cet. quam Liberæ partes in Bacchanalibus egisse, ingeniose suspicatur Böttiger Griech. Vasengem. T. 1. P. 1. p. 155. *Pacullam Minium Sopanam* (f. *Soranam*) quidam MSS. et edd. vett. *Pacuviam Ninniam* ex 23, 8. conj. Gron. Obss. 4, 4. p. 48. *Minium*, forte *Annium*, aut *Ninnium*, et mox *Cerinios* ex Lov. 5., edd. autt. et annulo vetusto, in quo *Erenn. Cerin.* legi Fabrett. inscriptt. p. 427. sed *Cerianum* Em. Martinus Epp. 7, 1. testatur; Drak.

6. *in promiscuo sacra sint*, v. ad 34, 44, 4.

7. *Viros, velut mente capta*, (v. ad 2, 36, 7.) *cum jactatione fanatica corporis vaticinari*, more vatum ecstaticorumque, quorum corpora spasmis corripiuntur, ubi furor occupavit mentes. Cf. Heyne ad Virg. Ecl. 6, 24. Ge. 4, 400. Æn. 6, 46 sq.

8. *matronas Baccharum habitu, crinibus sparsis, cum ardentibus facibus*, quo habitu Mænades noctu per montes ac nemora cum clamore discurrebant: quod satis notum. *crinibus passis* alii. v. ad 1, 13, 1. et Juvenal. 6, 316.

9. *demissasque in aquam faces ardentes integra flamma efferre* ex aqua, *quia vivum sulfur* (ἄπυρον, glebosum solidumque, quod non coctione paratur nec ignem expertum est, et avidissime flammam corripit, v. Plin. 35, 15. s. 50.) *cum calce insit*: nota morem Baccharum, non alibi, quantum memini, obvium.

CAP. 14.)—1. *cœnaculum super ædes*, ὑπερῷον in suprema ædium parte et contiguatione, quod a pauperibus inhabitari conducique solebat, et ad quod foris adscendebatur *scalis in publicum*, in plateam, (v. ad 2, 24, 6.) *ferentibus*, unde *tertium tabulatum* (Etage) et *meritorium* cœnaculum dicebatur. v. ad Juvenal. 3, 199. 234. 7, 118. 10, 18. Suet. Vitell. 7. Intpp. Plaut. Amphitr. 3, 1, 3. Ernesti ad Suet. Aug. 45 et clav. Cic.

2. *et familia arcessita* Feceniæ. v. ad 3, 55, 8. — *migrare ad consulis clientem jussus*, partim ut ibi ab insidiis Bacchanali initiatorum tutus lateret, partim ut index in potestate foret: ob quas causas etiam consulis socrus partem ædium Hispalæ vacuam fecit; Drak. — *publico nomine*, rei publicæ causa. — *inportarent*, v. intpp. Phædr. 1, 28, 6.

3. *privatim sacrum quisque vicem*, al. *vice*. v. ad 1, 25, 5. et 25, 38, 2. Ad hæc verba intell. *metuere* aut *pavere* ex præc. *pavor*: secus leg. *quemque*; Gron. Crev. et Corte ad Sall. Cat. 30, 6. — *ne quis suorum adfinis ei noxæ esset*, v. ad 10, 19, 2. et 38, 31, 3.

4. *Quæstionem de Bacchanalibus* cet. hæc *Initia*, qualia tum erant, (v. cap. 8.) SCtis (vid. seqq. et cap. 17. 18. 19.) sublata sunt, non omnia Bacchi sacra, Liberalia. Notissimum vero SCtum illud celeberrimum de Bacchanalibus, quod repertum est a. 1692 in Neapol. regno, insculptum tabulæ æneæ, et editum illustratumque a Fabrett. Inscr. Synt. p. 417. a Jac. Gron. in ed. Cic., a Bynkershock. Exerc. de rel. peregr. c. 2. Maffeo hist. art. diplom. p. 125. Matth. Ægyptio Neap. 1729. et Hearnio: quos commentarios cum ipso SCto exhibuit Drak. ad calcem T. VI. et VII. ed. Liv. "*Extra ordinem consulibus mandatur* a senatu hæc quæstio: nam ad causas pertinebat, quæ ad senatus curam spectabant, quarum magnam partem nos sub *politiæ generalis* nomine, Romani per *rem publicam summam* declarabant. Hoc modo tollendæ difficultates, in quibus æstuant Duker et alii;" Heyne Opusc. Acad. T. 4. p. 67. Ante quæstiones perpetuas factas quæstiones de criminibus civium interdum a populo, interdum a senatu decretas, vel de iis ad populum latum, ab eoque senatui arbitrium, quem de iis quærere vellet, relictum fuisse, docet Duk. coll. 4, 50. 51. 6, 19. 9, 26. 10, 1. 26, 33. 28, 10. 29, 36. 30, 36. 31, 12. 32, 26. 38, 54. 40, 37. 43. 42, 21. Polyb. 6, 11. et 14.

5. *consulibus mandant* — et *jubent* sc. senatus, quod conlectivum est nomen. *mandat* et *jubet* alii, quia præcedit *censuit senatus*. Sed frequens est hæc orationis varietas. Cf. Gron. et Drak. — *alios indices præmiis invitare* e c. Mogunt. *alios* (indices) *inlicere ac præmiis i.* reliqui MSS. et vett. edd. prob. Gron. Forte Livius non nisi *alios inlicere præmiis* vel *alios præmiis invitare* scripsit.

6. *per omnia fora et conciliabula*, v. ad 25, 5, 3.

7. *Bacchis initiatus*, v. ad c. 9. n. 4. — — *causa sacrorum*, v. ad 2, 31, 2. — *ut quæstio habeatur* propr. *quæstionem haberi*. Sed cf. not. 8. — *coierint conjuraverintve*, v. ad 3, 35, 10. — *coissent conjurassentve* alii.

8. *libero conclavi*, arbitrario, quo velint. Alio sensu *libera custodia* dici videtur 24, 45, 4. — *ædiles pl. videre* sc. *jusserunt*, ex priori *imperarunt ut*, aut lege cum Gron. *viderent*, quum præsertim excipiat *ne*; Bauer. Verum solet Livius hac ratione constructionem variare, ut post *jubere*, *imperare*, *decernere*, *censere*, *placere* ac similia verba, subjungat in primo membro verbum infinitum, in altero hoc resolvat per *ut* vel *quod*, et contra; Drak. qui multa laudavit exempla. Cf. ad 5, 25, 4. et 29, 34, 6. — *in operto*, occulto loco, vel quem adire nefas sit, adyto. Cf. Ernesti clav. Cic. — *servarent*, observarent, caverent.

9. *utque ab incendiis caveretur*, mandatum, *uti adjutores triumviris* (propr. *triumvirorum*)

quinqueviri cet. v. ad 9, 46, 9. Jungere licet *praesent cis Tiberim;* sed etiam *quinqueviri cis Tiberim:* nam *quinqueviri cis et uls* (ultra) *Tiberim,* (unde Crev. h. l. conj. *quinqueviri uls et cis Tiberim*) magistratus minores incertæ originis, memorantur Pompon. L. 2. §. 31. D. de O. I. Cf. ibi intpp. et Duk. ad h. l. *regionis,* partis Urbis, non habito respectu ad IV regiones, in quas Urbs eo tempore divisa fuisse videtur, nisi unicuique harum regionum curandæ duo ex quinqueviris ac triumviris præfecti sunt: et *adjutores triumviris,* ut *amicus populo Rom,* *conlega consulibus,* *dux cohortibus* et alia, quæ ad 39, 47, 11. laudavi; Drak. Sed iu his casus tertius a verbo fere adjuncto pendet. *dati* ante *uti* inseruit Sigon. at Gron. pro *uti* conj. *dati,* et ex præc. repetit *ut.* Malim: *adjuncti his triumviris quinqueviri, qui cis Tiberim* cet.

CAP. 15.)—1. *in Rostra escenderunt,* v. ad 2, 7, 7.

2. *sollemne carmen* (v. ad 1, 24, 9.) *precationes,* quod *prefari,* (ut 5, 41. 45, 5. al.) *prius quam populum adloquantur, magistratus solent* in comitiis, scil. *ut res bene ac feliciter eveniat reip.* cet. cf. 21, 17. 31, 5. 7. 8. 36, 1. 37, 47. 40, 46. 42, 28. Cic. Mur. 1. Plin. Pan. 72. — *peregisset* (v. ad 1, 18, 10.) *consul,* A. Postumius Albinus, a quo res tota investigata erat, et ad senatum delata. Cf. c. 11 - 14.

3. *tam non solum apta,* sc. quam huic. Illud *tam,* quod a solo MS. Mog. abest, delevit Drak. Sed vel *tam* vel *magis* requiritur h. l., et utrumque quidem omittitur, at non nisi sequente *quam.* v. ad 1, 25, 11. et 2, 56, 8.

4. *fanatici vigiles,* forte *vigiliis, vino* cet. Crev.

5. *Majores vestri ne vos quidem — forte temere* (v. ad 2, 31, 3.) *coire voluerunt:* male multi MSS. et edd. antt. *noluerunt.* Rectius sane *voluerunt* ob *ne quidem:* sed tum verba *censebant debere* pæne glossema sapiant; Bauer. — *nisi quum aut, vexillo in arce posito, comitiorum causa exercitus eductus esset* ex Urbe, *aut plebi* (tert. cas., aut sec., v. ad 2, 33, 2.) *concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus* eam seu vos *ad concionem vocasset,* v. ad 1, 36, 7.

6. *iis ex obscœno* cet. forte *his ex o.* Bauer.

7. *ferro decernent,* v. ad 21, 41, 2.

CAP. 16.)—1. *edita facinora habent,* ediderunt: habent, culpam sustinent; Bauer. — *privatis noxiis — sese tenere,* cf. not. 2. *noxis* conj. Bauer. v. ad 10, 19, 2. — *Crescit et serpit,* vel alitur, augetur, (cf. Cic. Verr. 3, 76.) vel increbescit, vulgatur, ut 28, 15. et 40, 19. Cf. Ern. clav. Cic.

2. *quam ut capere id privata fortuna possit,* intra privatos eorumque fortunam subsistere, hunc modum tenere et servare, id. qd *privatis noxiis sese tenere.* — *ad summam rem publicam spectat,* v. ad 3, 5, 6.

3. *nocturna concio* initiatorum *per* multitudine.

4. *universos concionantes,* in concione stantes.

5. *ut bona mens suis omnibus fuerit,* ne sui insaniverint, illiusve furoris fuerint participes. Cf. Gron. ad Sen. Controv. 4, 25. et Duk. ad Flor. 2, 6, 20. — *vestrum non sum securus,* a vobis, ut 9, 22.

6. *Hac vos religione — liberant,* v. ad 2, 5, 4. 5, 23, 8.

7. *ut sacra externa — abolerent,* cf. 25, 1. 7. et 12. ad 1, 23, 1. et 4, 30, 5. ad Tac. Ann. 6, 12. Intpp. Suet. Aug. 31. 40. et Hor. Sat. 1, 6, 113. — *omnem disciplinam,* modum, formam, *sacrificandi,* omnes sacrorum ritus. — *nihil æque dissolvendæ religionis esse* cet. v. ad 3, 24, 1. et 4, 30, 5.

8. *diis propitiis volentibusque* (v. ad 1, 16, 4.) *omnia ea faciemus,* quæ sc. patrum avorumque ætate magistratus fecerunt. Ita non redundat *ea,* quod putabat Bauer.

CAP. 17.)—1. *senatus consulta* forte *s. consultum,* ut mox *literis hospitum de SCto.* — *indici præmium proposuerunt,* v. ad 21, 45, 4.

2. *qui tum extra terram* cet. v. ad 1, 25, 1. *Tum* pro *nunc, jam,* ex persona loquentis: Livius ex sua posuit; Bauer.

3. *laxiorem diem daturos,* v. ad 2, 34, 13.

4. *ne quis reciperet,* f. *neu* vel *neve;* Bauer.

5. *M. et C. Atinios* ex emend. Sigon. *M. et L. Catinios* c. Mog. unde *M. et L. et C. Atinios* conj. Drak. *de plebe Rom.* homines, vel plebejos, vel tenues et infimos civium; Duk. — *Minium,* v. ad c. 13. n. 5.

CAP. 18.)—1. *quia multis actiones* forenses *et res,* lites, causæ, (nisi malis cum Bauero pecuniæ creditæ, jura, obligationes, e quibus agerent) *peribant,* multi perdebant eas, jus amittebant, — *quia non respondebant,* tempore exclusi et absentes. v. ad 25, 4, 5. — *nomina delata.* v. ad 9, 26, 5. — *circa,* per, ad, *fora* circumjecta *proficisci,* v. ad 1, 4, 11, et 25, 5, 3.

2. *ex carmine sacro* cet. v. ad 1, 24, 9.

3. *stupris violati,* quæ vel ipsi passi erant, vel aliis intulerant: at *cædibus violati,* qui alterum interfecerant: Drak. — *subjectione testamentorum,* ut *subjicere, subponere* et *subdere testamenta.* v. ad Tac. Ann. 1, 6, 8. — *in utraque causa,* conditione, crimine, ut vel fecissent, vel facturos se obligassent; Bauer.

4. *Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent,* (v. ad 5, 20, 1.) *tradebant, ut ipsi in privato animadverterent in eas,* v. ad

[redacted]

Tac. Ann. 2, 50, 5. *in privato*, ut contra mox *in publico*. v. ad 2, 24, 6. — *extra quam si aliqua ibi* cet. v. ad 22, 3, 8.

5. *SCto cautum est* de Bacchanalibus, inciso in tabula ænea, quæ etiam nunc in biblioth. Cæsarea Vindobonensi servatur, et ex qua patet, a Livio omnia sua inde ducta esse, nonnulla etiam iisdem verbis. Hinc ad calcem Livii monimentum hoc dedimus exemplo Hearnii et Drak. Idem edidere Fabrett. Inscr. p. 427. Scipio Maffæus hist. art. diplom. p. 125. Bynkersh. in Opusc. p. 259. et Matth. Ægyptius Neap. 1729. — *si ei permissum esset*, sc. qui tale sacrum sollemne et necessarium duceret cet. Drak. — *quum in senatu centum non minus essent*, forte *dum* et *ne minus*, quæ in hoc SCto aliquoties leguntur verba; Drak. Cf. ad 2, 23, 9. — *magister sacrorum*, forte ut *magister Saliorum* et *fratrum Arvalium* in lapidibus memorati. Cf. Drak.

CAP. 19.)—1. *quos pro indicibus consules habuissent*, indices vere habuissent, indicibus usi essent; Bauer.

2. *magistratibus A. prædicendum*, v. ad 2, 10, 4.

3. *centena millia æris* gravis; quam vocem excidisse putabat Periz. de ære gravi §. 24.

4. *ut P. Æbutio emerita stipendia essent*, ut, præmii loco, vacationem militiæ haberet, velut emeruisset stipendia; (cf. ad 3, 57, 5. et 4, 26, 7.) *neve censor ei equum publicum adsignaret*, quia honori ille quidem, sed tamen et oneri erat; Ern. Cf. Casaub. ad Suet. Aug. 38. Suet. de pec. vet. 3, 2. Lips. mil. Rom. 1, 5. et Græv. Proleg. T. I. Thes. Ant. Rom.

3. *Utique Feceniæ Hispalæ datio, deminutio, gentis enuptio, tutoris optio item esset, quasi ei vir testamento dedisset; utique ei ingenuo nubere liceret:* hæc jam recte exposuisse Turneb. Adv. 30, 25. perperam vero Guther. de jure pont. 2, 7. copiose docuit Gron. ad h. l. qui præter alia hæc notavit: "*Dare* in genere JCtis est, per traditionem dominium transferre. v. l. 75. §. ult. D. de V. O. Itaque *datio* est libera facultas, bonorum sive peculii dominum faciendi alium traditione, nemine vi juris aut potestatis aut patronatus intercedente. *Deminutio* illustrandæ et dilatandæ voc. *dationis* causa additur: nam tradendo alteri minuimus nostra. *Gentis enuptio* (jus enubendi e gente sua in aliam, et quidem h. l. honestiorem) concessa hoc significat, ut aliis quam libertis sui patroni aut libertis sui patroni aut libertis gentis illius, cujus erat liberta, ei nubere liceret. (cf. ad 4, 4, 4.) Hinc mox additur: *utique ei ingenuo nubere liceret:* quod scil. illis verbis non erat satis expressum. Mirum vero non est, moribus introductum fuisse, ut ex auctoritate patroni ejusdem gentis liberti ducerent uxores, libertæ nuberent, æque ab eodem patrono illi manumissi, hæ manumissis: unde Tac. Ann. 6, 18. dicitur *Theophanes proavus* omnium ejusdem gentis, quia ex ea personæ junctæ connubiis. Huic interpretationi non obstat, quod *tutoris optio* eidem Hispalæ datur. Nam numquam fuit propositum senatui, Hispalam eximere numero mulierum, aut talia ei jura dare, qualia viris tantum civibus, neque omnibus, nedum sequiori sexui, conveniebant. Cato sup. 34, 2. *majores*, ait, *nullam, ne privatam quidem, rem agere feminas sine auctore voluerunt; in manu esse parentum, fratrum, virorum.* Idcirco illis, quæ in manu parentum aut virorum non essent, *tutoris* auctoritas necessaria erat in his rebus, *si lege aut judicio agerent, si se obligarent, si civile negotium gererent*, Ulpian. t. 11. Inst. Non igitur propterea negandum est, dationem, deminutionem suorum bonorum datam esse mulieri, quia tutor ad daudum deminuendum adhibendus est. Neque enim intellegitur ei facultas alia permissa, quam quæ legibus Romanis ingenuæ feminæ, quæ nullius in manu erat, conpetebat. Itaque totum hoc obponitur libertinæ conditioni, quibus superstite patrono id concessum omnibus non erat, minus autem mulieri. Nam et post edictum prætoris, quo jus patronorum in libertos temperamentum adcepit, patrono remansit actio operarum et alimentorum et societatis bonorum nomine, si id in pœnam ingrati animi pepigisset patronus: (satis autem credibile est, quemque, ut maxime potuit, in futurum sibi cavisse) et morientium sine liberis ab intestato patronus heres erat, contraque testamentum, quo liberi heredes instituti non essent, bonorum possessionem a prætore adcipiebat. Neque obest, quod *mortuo patrono in nullius manu erat* Hispala, et *tutore a tribunis et prætore petito* jam *testamentum fecerat*. v. cap. 9 extr. Nam hoc casu non abolebatur macula libertinæ conditionis: ideoque cautum est hoc SCto, ut, quod ante jus erat adquisitum Hispalæ per mortem patroni, quum maneret libertini ordinis, id jam ei conpeteret jure privilegii, quo ingenuis æquabatur, tamquam mulieri, quæ mortuo viro in nullius potestate esset." Nota Dukeri est: "Gronovium in iis, quæ hic de Theophane et matrimoniis clientum, non sine consensu patronorum contrahendis, scribit, aliquid humani passum contendit Fabrett. Inscr. c. 6. p. 478. Quod de *tutoris optione* dicit Livius, explicant lCti ap. Otton. in diss. de perpet. fem. tut. §. 16. Schulting. ad Ulpiani tit. 11. §. 18. et Heinecc. ad L. Jul. et Pap. Popp. 2, 11. Quod ad ultima verba adtinet, si non licuit mulieribus libertinis, *nubere ingenuis*, consequens est,

neque ingenuis licuisse ducere uxores libertinas. Utrum autem hoc moribus, an legibus non licuerit, non satis exploratum est. Sunt viri juris et antiquitatis Rom. peritissimi, qui putent, omnes ordines civium ultro et veluti ex compacto a libertinarum nuptiis abstinuisse. Sed me, ut legibus prohibitas fuisse credam, quum alia, tum hæc duo præcipue movent. Primum certum est, civibus Rom. non licuisse uxores habere peregrinas, nisi cum quibus lege connubium erat, et, si quis aliam duxisset, eas justas nuptias non fuisse. Jam si civibus lege interdicebatur quarumcumque aliarum, etiam ingenuarum ac domi nobilium, peregrinarum nuptiis, quod sanguinem civilem cum peregrino misceri non volebant Romani, utique probabile est, eos non minore cura populum Rom. inconruptum ab omni conluvione servilis sanguinis servare voluisse, et lege cavisse, ne ingenuis libertinas uxores ducere liceret. Deinde Dio Cass. lib. 54. et 56. p. 531. et 577. 578. his nuptiis ante Augustum pœnam positam fuisse et, quæ ea fuerit, non obscure significat, dicens, Augustum omnibus ingenuis, qui vellent, exceptis senatoribus, *permisisse* libertinas uxores ducere, et liberos eorum legitimos esse jussisse." Conf. et animadversiones Matt. Ægyptii ad SCtum de Bacchan. p. 136. Burm. ad Vellej. 2, 18, 3. aliorumque, quas congessit Drak. in ed. Liv. T. VII. p. 218 sq.

CAP. 20.)—1. *et tria millia peditum Rom., CC equites:* hæc verba non pendent ab *imperarunt*, sed a *scribere jussi sunt*, a quibus forte librarii ea sejunxere. — *præter legiones* sc. duas illas ex SCto scriptas, quas urbanas fuisse puto; Duk.

2. *prior Q. Marcius* cet. nescio cur Livius dicat *prior*, quum Postumium deinde in provinciam venisse non memoret, et cap. 23. quæstionibus per Italiam habendis retentum in provinciam non potuisse proficisci significet; Duk. Vocem *prior* omittunt Lov. 5. et edd. vett. ante Gelen.

3. *legionis signa — vexilla socium*, v. ad 8, 8, 2.

4. *prius sequendi finem — fecerunt*, v. ad 27, 14, 5.

5. *in locis pacatis exercitum dimisit*, passim per vel in ea, postquam in illa venit: nisi ex Lov. 1. leg. *divisit*, sc. postquam ex hostium agro in ea venit; Duk.

CAP. 21.)—1. *Sub hunc nuntium*, v. ad 2, 55, 1.

2. *in agro Astensi — ad Astam opp.* Hisp. Bæt., ad ostium Bætis supra Gades, hod. forsan Xerez della Frontera ad Guadalete fl. v. Mel. 3, 1. Ptol. 2, 4. Plin. 3, 1. s. 3. *in agro Oscensi* c. Mog. Oscam Hisp. Bæticæ haud longe ab Asta remotam fuisse, ex Ptol. 2, 4. constat; Drak. Cf. ad 34, 10, 2.

3. *cum Celtiberis acie conflixit:* hic locus ostendit, Celtiberos in citeriore Hispania esse, qui tamen sunt trans Iberum; Glar. Hispaniæ citeriori ulteriorique limites modo ampliores, modo angustiores, pro variante gentis potentia et fortuna, adsignantur. — *Calagurrim*, alii *Calagurim*. Illud probabat Duk. ad Flor. 3, 22, 9. hoc Cellar. geogr. ant. 2, 1. p. 72.

CAP. 22.)—1. *ludi Taurii* ed. Ascens. a. 1513. et aliæ *ludi Taurilia*, quæ lectio doctior et vix e librariorum ingenio profecta. v. ad 2, 21, 1. Ludos hos quidam ab inmolatione taurorum ita dictos putant, ut *taurobolium* et *suovetaurilia;* at Festus eos olim docet in circo Flaminio institutos fuisse et diis inferis consecratos, quod, regnante Tarquinio Superbo, magna in mulieres gravidas incidisset pestilentia ex carne taurorum diu populo vendita et comesa. Cf. et Serv. ad Virg. A. 2, 140. (qui ludos adpellat *Taureos*) et Varr. L. L. 4, 32. Mox ante *adparatos* in multis MSS. et edd. ante Frob. legitur *decem:* unde *per dies decem* inseruere editores recentt. auctore Sigon. Sic paulo ante finem cap. *L. Scipio ludos — per dies decem fecit*. Cf. et 42, 20. al. — *quos voverat Ætolico bello M. Fulvius*, cf. cap. 5. — *Multi artifices* cet. v. ad 5, 1, 2.

2. *hujus seculi copia*, v. ad 1, 5, 1.

3. *Novemdiale deinde sacrum tenuit, quod* cet. v. ad 1, 4, 9. 1, 31, 3. 2, 3, 6. — *et unum diem*, f. *in u. d.*

4. *consules procurarunt* hoc prodigium. v. ad 1, 20, 11.

5. *semimarem XII annos natum* cet. v. ad 27, 11, 5. — *Id prodigium abominantes*, h. l. excidisse vocem *aruspices*, ex Jul. Obseq. c. 56. suspicabatur Drak.

6. *ex collata ad id pecunia ab regibus* cet. v. ad 40, 44, 7.

7. *post damnationem et bona vendita*, v. 38, 54. sq.

CAP. 23.)—1. *quæstionibus cum fide* cet. v. cap. 18 sq. — *Postero die prætores facti* cet. Pighius monet, horum omnium provincias præter morem a Livio omitti, et ex 34, 47. forte leg. *L. Postumius Tympanus*. Sed Postumius cognomen *Tempsanus* ob causam aliquam a Tempsa Bruttiorum opp. (v. 34, 45.) habere potuit; Duk. — — *M. Claudius Marcellinus* forte c. Mog. et tres alii; recte, si idem est, qui biennio post consul fuit, (v. cap. 35.) quod tamen incertum. Ejusdem nominis prætor memoratur 38, 35. et potuit hic ad distinctionem illius dictus esse *Marcellinus;* Periz.

2. *per eosdem dies consul Acilius* cet. v. 36,

25 sq. — *Romanis oppidum deditum* anno sequenti. v. 37, 4. 5.

3. *et urbes aliquot receperat*, v. ad 3, 29, 1.

CAP. 24.)—1. *quandoque data fortuna* ex emend. Gron. *quando* edd. vett. *quandocunque* Curio et al. v. ad 1, 24, 4. — *portoriis maritimis*, exactis in portubus: nam portorium etiam in pontibus et itinere solvebatur; (v. Burm. de vectig. c. 5. p. 53.) *et metalla*, loca, unde metalla effodiuntur, (v. ad 42, 12, 8.) Drak. — *cogendis omnibus procreare et educare liberos*, forte prohibendo illos exponi; Duk. coll. Dionys. Hal. 1, 15.

2. *Thessalorum et Perrhæborum* cet. cf. Polyb. 23, 4.

3. *totam Athamaniam sub jus judiciumque* (v. ad 36, 39, 3.) *regis venisse*; v. 36, 14. At postea Amynander Athamaniam recepit; (v. 38, 1. 2. 3. 9. 10.) nec deinde Philippum eam recepisse adparet: quæ difficultas augetur eo, quod Athamanes extr. cap. seq. non duo tantum *castella*, sed *et libertatem repetunt*; Drak. Idem mox conj. *et Maronitarum exsules, qui erant pulsi* — — *præsidio*. *Ii* cet. (ita Lov. 4. et Mead. 2.) et *exsules venerant pulsi, quia libertatis causam*, libertatem, *defendissent ab regio præsidio*, adversus illud.

4. *ad recipiendas eas civitates*, v. ad 3, 29, 1.

5. *ad controversias disceptandas*, v. ad 1, 50, 5.

6. *Ti. Sempronium*, Τιβ. Κλαύδιον codd. Polyb. unde *Ap. Claudium* suspicari possis. Sed cf. inf. cap. 33. Quisnam vero hic Sempronius fuerit, non constat.

CAP. 25.)—1. *disceptatorum loco*, v. ad 1, 50, 5.

2. *Philippopolis*, v. ad 28, 7, 9. — *Eurymenæ*, v. Scylax Caryand. p. 60. intpp. Plin. 4, 9. et Steph.

3. *lateri adhærere dominum*, v. ad 24, 5, 7.

4. *nisi provideant aliquid*, v. ad 6, 6, 4. — — *ut equum tenacem*, cf. Ovid. Am. 3, 4, 13. ibique Burm. *sternacem* conj. Doujat. et Crev. Cf. ad Sil. 1, 261. — *non parentem* Philippum decretis Romanorum: alioqui verba videri possent interpret. voc. *tenacem*; Duk.

5. *Gonnocondylum*: vox composita ex duorum oppidorum nominibus, et restituta a Sigon. pro *Connocondylum*. v. ad 44, 6, 6.

CAP. 26.)—1. *Thessalorum formulæ factam* (v. ad 3, 62, 5. et 26, 24, 5.) *Paracheloida*; nomen duorum oppidorum, Thessaliæ et Ætoliæ. v. Steph. et Strab. 9, 434. 10, 458. — *Nam quæ sibi crimina* v. ad 3, 39, 8. — *deridiculum*, valde ridiculum. Cf. Varr. R. R. 1, 18. et intpp. Ter. Heaut. 5, 1, 79. Similiter *depereus, detegere, deamare, defessus, dehiscens, defatiscor* dicuntur; Em *ridiculum* omnes MSS. præter Mog.

2. *Querentium, quod falso objiciant*, ex emend. Gron. pro vulg. *quid*, quum *querentium* h. l. non sit interrogantium, sed undique conquirentium.

3. *velut ex diutina siti nimis avide merum haurientes libertatem*, v. ad 27, 51, 2. *seram* conj. Naudæanus, non inepte, judice Gron. qui tamen *merum*, h. e. nimiam et intemperatam, probat, conparatque Plat. de rep. 8. p. 499. ed. Lugd. a. 1590. ὅταν, οἶμαι, δημοκρατουμένη πόλις, ἐλευθερίας διψήσασα, κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τύχῃ, καὶ πορρωτέρω τοῦ δέοντος ακράτου αὐτῆς μεθυσθῇ, Plut. in Quæst. Græc. p. 295. de Megarensibus: ὀλίγον χρόνον ἐσωφρόνησαν κατὰ τὴν πολιτείαν, εἶτα πολλὴν, κατὰ Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον ἐλευθερίαν τῶν δημαγωγῶν οἰνοχοούντων διαφθαρέντες παντάπασι, Eunap. vit. Max. p. 85. ὥσπερ οἱ κατὰ τὸν μῦθον τῆς διψάδος δηχθέντες, χανδὸν καὶ ἀμυστὶ τῶν μαθημάτων εἷλκεν. Augustin. de civ. dei 1, 30. (*libido dominandi meracior*) Arnob. 2, 47. (*meraco sapientiæ tincti et saturi potu*.)

4. *jactare sese insectatione* cet. v. ad 3, 1, 4.

5. *quo modo inter eas gentes et M. disceptatur, formulam juris exsequendi constituendam*, v. ad 1, 50, 5. et 4, 8, 4.

CAP. 27.)—1. *sui pudoris esse*, modestiam verecundiamque suam postulare, se pro modestia sua debere. — *ut admoneant* ut *re* cet. quod *ut* post *monere* sæpius omittitur. v. Drak.

2. *multo verius esse*, h. e. æquius, quod pro illo cap. 28. ponitur. v ad 2, 48, 2. Mox *vel suis, qui Antiochi bello terra* cet. conj. Gron. prob. Drak.

3. *deterioribus obnoxios silere*, v. ad 3, 39, 1. Mox verba, ex ed. et forte cod. Mogunt. adjecta, *viam* et *ad* absunt a MSS. et vett. edd. In iisdem *ferentem* pro *declinantem*. Quæ omnia probavit Gron. — — *Thraciæ Paroreia*, propr. Thraciæ subjecta: (v. 42, 51.) nam alia Παρώρεια sive Παρωραία et Παρωρία Arcadiæ urbs est, alia Epiri. v. Strab. 7. p. 326. Herodot. 4, 148. 8, 37. Pausan. 8, 27. 35. et Steph. — — *subeat ad*, prope adcedat ad. Cf. Drak. et ad 7, 23, 5. et 22, 4, 2.

4. *novam deflexisse viam*, ab illa deflexam muniisse. — *Maronitarum urbes*, forte *urbem*.

CAP. 28.)—1. *ad reliquos Macedonas continendos* (v. ad 22, 22, 9.) *exemplum pertinebat*, v. ad 26, 31, 5. — *Lamiam obpugnare jussus* cet. cf. cap. 23. et 36, 25.

2. *si Diis placet*, v. ad 4, 3, 4.

3. *quinquaginta tectas naves*, v. ad 22, 19, 4.

4. *decretum calumniæ prætendit*, v. ad 3, 45, 1.

5. *Quo in numero*, hostium, an amicorum, *me apud vos esse velitis, refert*; alii *re-*

nimus apte. v. ad 8, 39, 3. et Gron. de ben. 1, 6.

. 29.)—1. *medio responso* (v. ad 1, 32, *suspenderunt*, diremerunt; aut *sus- reliquerunt*, (h. e. dubiam) ut 34,

. *Manlius proconsul*, v. ad 28, 38, 4. — *postulanti ab senatu in æde Bellonæ* um — *exemplum obstabat* — *successori*, 26, 21, 1. 2. — *medius tamen honos* ssimus honos, iis habitus, qui re bene gesta Romam redierant, et umphum nec orationem inpetrarat, ni fallor, quod, Urbem ingressi, n ac spolia hostium præferentes Rom. conspicui erant; Duk. coll. 32, 7. 33, 27.
sua publica infesta habuerant, ut al. *reddere* et *efficere* 2, 11. 31, 62. al. 1, 7, 7.

. 30.)—1. *progressi sunt* cet. e c. In ceteris MSS. et edd. ante Ald. i *communi animo consilioque rem ges-* quod magis Livianum sonare putaon. Sed cf. Drak.
loca sua (sibi nota in terra sua) *et gnæ pro hoste fuere*, v. ad 28, 33, 3.
lentio noctis tacito signo, v. ad 7, 35, 1.
bi satis placuere vires, v. ad 33, 31, 4.
ercitum traduxerunt, quidam MSS. s, quod placere potest, quia supra *rcitus Rom.* memorantur. Sed hoc ad indicandam Romanorum fuso- ultitudinem, et nunc videntur præ- a copias junxisse, ut ex duobus bus unum effecerint ac milites castris continuerint; Drak.
i tumultum injicere cet. v. ad 26, 3, 1. *bur toto* in *exercitu*; al. *totius ex-*

. 31.)—1. *occuparent eos*, v. ad 24, 7, *centi victoria ferocibus*, superbis, ut 1, is c. Mog. ex interpret. v. Drak. it *ferox*, e Suet. Aug. 63. et Tac. , 3. conligas; Ern.
neo institit pugnare, v. ad 2, 50, 8. et 7. — *usque*, ut 10, 2. continuum is aut moræ notat. v. Gron. Obss. — *laborare aciem*, v. ad 3, 31, 1.
sustineri alii super alios inferentes sese . Hearnii, probb. Periz., Duk. Crev. . unde recepi pro vulg. *sustinere* sc. ani, h. e. inpetum sistere. *sustinere i. s. patiuntur* conj. Gron. non enim lcipi de Hispanis, quia *inferre sese* sit um, nec bene dici de Romanis, nihil fuerit necesse se *sustinere posse*, suum maxime efficacem et in- ilem esse optantibus. Tum *sustinere* u dictum, de quo v. ad 29, 6, 7. per putavi legendum esse *sustineri* u; *nec sustineri*, retineri, (cf. 24, 16. et ad 2, 44, 6.) *possunt* Romani, *sese inferentes*, inruentes in hostem, *alii super* post, *alios*, ut 1, 50. et *vulnus super vulnus* 22, 54. aliaque his similia.

4. *copiæ adfluebant*, v. ad 21, 38, 3. — — *exigua pars pugnæ*, h. e. hostium, qui ex pugna evaserant.

5. *equites catellis ac fibulis donavit*, ut *singula cum fibulis aureis* dona militaria 27, 19. extr. 30, 17. Vopisci Aurel. c. 46. (ubi v. Casaub.) *fibulæ tribunicia ex auro* ap. Plin. 33, 3. s. 12. ubi et *catenæ circa latera* mulierum memorantur, quæ Hard. cingula ex auro esse credebat. *Catellæ*, catenulæ, h. l. non ornamentum, puto, colli aut brachii, sed loricæ, quo *fibula* etiam referenda. v. ad Sil. 2, 401. 5, 140. et 7, 624. Lips. de mil. Rom. 5, 17. *catellas* putabat torques dici, quod ex annulis aut catellis plecterentur; Drak. cingula seu balteos militares, *fibulis* adstringi solitos; (v. Rhodius de Acia c. 5. p. 35.) Torrentius ad Hor. Epist. 1, 17, 55. ornamenta militaria, ad effigiem canini capitis facta, quibus chlamydum fibulæ innectebantur; qualia in gladiorum capulis et caligarum fastigiis sub genibus, ut in vetustis monimentis cernimus, adponebantur.

CAP. 32.)—1. *ad fl. Macram et Lunæ portum*, v. ad 34, 8, 1. — *montem*, Anidum, *antiquam sedem majorum ipsorum*, in antiquissimo opp. Apua, unde Apuani. Ita Cluver. Ital. ant. 1, 10. p. 76. Cf. inf. ad 40, 38, 3.

2. *Jam comitiorum adpetebat tempus*, v. ad 5, 19, 2. — *cui sors comitia habendi obtigerat*, v. ad 10, 26, 4. et 35, 6, 1. — *ab repulsis*, v. ad 1, 1, 5.

3. *plus quam unum ex patriciis c. n. l.*, v. ad 6, 35, 4. — *arctior petitio*, minori cum spe; Ern. — *et*, etiam, *hi repulsi* olim erant, (v. ad 3, 35, 10.) *in spem inpetrandi t. a. honoris dilati*, v. ad 21, 53, 3. *repulsis* — *dilati* conj. Gron. — *novus* (ex emend. Gelen. pro *nobilis*) *candidatus*, qui nunc primum petebat consulatum. Obponitur *veteribus candidatis*. — *haud dubie* MSS. Voss. Lov. 1. et Victor. *pro non dubie*: unde Gron. et Crev. conj. *pro non dubiis*, ut 6, 40. 34, 43, 5. ubi v. Drak. Posset etiam conjici *haud dubii*, ut 1, 42. 39, 39. vulgatum tamen defendi potest; Duk.

4. *Claudius consul sine lictoribus* cet. precibus magis quam majestate adjuturus fratrem, et subfragia venaturus. — *toto foro volitando*, forte *volitans*, vel *volitare*, vel *volitabat*. — *prius*, potius. Utrumque jungitur c. 47. 5, 25, 4. (ubi v. Drak.) 23, 28. al.

5. *sedens pro tribunali aut arbitrum cet.* "Consulem, qui comitiis centuriatis præerat, pro tribunali in sella curuli sedisse, ostendit Livius 10, 15. et 26, 22. Alterum consulem, si adesset in eodem tribunali (an in alio ?) sedere solitum, ex h. l. in-

[redacted]

tellegitur. v. Gruch. de com. Rom. 1, 4. Sed qui comitia habebat, plus quam arbiter aut tacitus spectator eorum erat." Duk.

6. *coërceri* (v. ad 36, 24, 3.) *ab studio effuso*, summo fratris in petendo consulatu adjuvandi, ut mox *pro studio ejus*, pro consule, acerrime in ea re occupato. *Studium* et *studere alicui* etiam de favore in comitiis dicitur.

7. *dejecto Fabio*, v. ad 3, 35, 10. — *fratrem traheret*, ad consulatum perduceret, efficeret, ut consul crearetur; Ern. — *locum suum tenuit Porcius*, v. ad 10, 8, 2.

CAP. 33.)—1. *P. Claudio L. Porcio consulibus*, *Q. Cæcilius* — *qui ad disceptandum* (v. ad 1, 50, 5. et cf. sup. cap. 24 sq.) — *missi erant*, *legationem renuntiarunt*, (v. ad 23, 6, 2.) *regum quoque eorum* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 23. 11. 12. Recepi cum Gron. lectionem MS. Naudæani, quæ auctoritate et omnium fere reliquorum libb. et Polybii firmatur. Ei Drak. substituit e c. Mogunt. hanc: *P. Claudius, L. Porcius consules, quum Q. Cæcilius* — *legationem renuntiassent*, cet. Sed ita τὸ *quoque* non satis aptum, ne dicam ineptum, videtur, et omnes reliqui MSS. atque primæ edd. habent *renuntiarunt*, ac respuunt *quum*. Correctores forte veterem mutarunt lect., quia *legatos in senatum introducendi* non nisi consulum prætorisve urbani jus munusque legimus fuisse. v. ad 3, 4, 2. Id vero non semper forsan obtinuit, aut τὸ *introduxerunt* h. l. eo sensu positum, quo alia verba capi diximus ad 7, 16, 6. Saltem hæc expressa sunt ex Polyb. 23, 11 pr. cujus etiam errores Livius suos facere solet. v. ad 38, 11, 8. Loco Polyb. ad εἰσῆγον consulum nomina aut οἱ ὕπατοι intercidisse suspicabatur Drak., sed Schweigh., intell. esse eos, quorum munus id fuerit, sc. consules, ut et aliis locis, v. c. 21, 1, 2. 22, 5, 2. 22, 7, 1. et 4. At utraque ratio est inprobabilis: illa, quoniam plura loca similia sic essent mutanda; hæc, quia 22, 5, 2. et 22. 7. 1. et 4. memoratur legatio, quæ absentibus coss. Romam venit; unde Livius 37, 53. pr. Eumenem dicit a *prætore* urb. in templum fuisse reductum, et Polybius 22, 7, 9. senatum jussisse legatos in Asiam ad Cn. Manlium, ejus anni consulem, proficisci. Itaque illis locis pluralis εἰσῆγον neque ad consules absentes, neque ad prætorem urb. referri potest: sed probabile est, legatos nonnumquam et ab aliis senatoribus fuisse introductos, aut Polybium certe id credidisse. Ceterum in edd. antt. legitur *Principio anni P. Claudius, L. Porcius consules erant. Q. Cæcilius* — — *renuntiaverunt* cet.

2. *sine responso dimissi* legati Rom. (nam *legatio* nom. conlect.) *nec datum petentibus A. concilium*, v. ad 8, 5, 1. Rem ipsam, a Livio non memoratam, tradit Polyb. 23, 10.

3. *simul* (et) *Lacedæmoniis deplorantibus* cet. cf. Polyb. 23, 12. et Plut. Philop. p 365. *simul Lacedæmonii deplorabant* conj. Gron. putans, hæc minime cum seqq. cohærere. Sed cohærent, modo apodosin hoc sensu ceperis: *Achæi hæc excusabant*, *maxime vero concilii negati crimen*, *et quidem recitando legem* cet. De qua lege cf. Polyb. 23, 10. et 24, 5, 17. Idem *literas* et *scripta mandata*, γράμματα et ἐντολὰς ἐγγράπτους distincte memorat, docetque, concilium Achæorum Cæcilio fuisse negatum, quia cum *mandatis* senatus, sed *non scriptis*, venerat; Drak.

4. *adeundi concilium* — *senatus daretur*, v. ad 8, 5, 1.

CAP. 34.)—1. *in Maronitas iram effundit* cet. cf. Polyb. 23, 13. — *Casandream*, ut ap. Polyb. Vulgo *Cassandrum*. Nil interest.

2. *Onomastum et Casandrum* cet. cf. Polyb. 23, 14.

CAP. 35.)—1. *Et legati a Philippo* cet. cf. Polyb. 23, 14.

2. *aliquid momenti factum*, v. ad 1, 47, 7.

3. *ad terrorem regulis Thracum*, ad Propontidem habitantium, *injiciendum*, ne, quæ moliretur, inpedirent. Ita Polyb. — *Amadoco*, nomen inter Thracas frequentissimum; Drak. cf. Maussac. et Vales. ad Harpocr. Lex. — *missis* sc. quibusdam, s. legatis.

4. *Lycortas prætor* cet. v. ad 38, 32, 2.

5. *Areus et Alcibiades exsules* Laced. a Nabide pulsi, *restituti* a Philopœmene in patriam, ingrati *legationem Romam* cet. cf. Polyb. 23, 11. 12. 24, 4. et Pausan. 7, 9. — *Clitore in Arcadia* Κλήτωρ ap. Polyb. Κλείτωρ ap. Pausan. 8, 4. et Strab. VIII. extr.

CAP. 36.)—1. *cædem primum ad conflictum* (*confictum* ed. pr.) *factam eorum* cet. cf. 38, 33. *cædem p. contra fidem datam eorum* conj. Gron. at rectius forsan Crev. et Drak. *ad Compasium* e Polyb. 23, 1, 1. etsi is solus nomen hujus loci memoravit.

2. *Difficilior nobis*, *Ap. Claudi* cet. gravis ac notabilis oratio, quam non pro more Livii ex ipsius ingenio fictam, sed ex Polybio, filio *Lycortæ*, depromtam fuisse, conlegit Schweigh. ex Polyb. 23, 5, 2.

3. *apud Q Cæcilium* Metellum. Cf. c. 24 sq et 33. *apud P. Sulpicium* c. Mog. Sed v. Drak. — *non modo a vobis*, *Romam* cet. v. ad 1, 40, 1. — *vestro fœdere*, vobiscum facto.

4. *nocturno inpetu occupaverunt*, cf. 38, 30. — *eo nimirum*, ad Quinctium, *capti et obpressi* a Spartanis incolæ illarum urbium *confugissent*. Ad seqq. cf. 35, 25 sq.

5. *justum piumque bellum*, v. ad 1, 22, 6.

6. *si Diis placet*, v. ad 4, 3, 4. — *domicilium oppida* κατ' ἐπεξήγησιν docte ac scite dicuntur, nec *domicilio* leg. cum multis MSS.; Gron.

CAP. 37.)—1. *muri Lacedæmoniis* cet. v. ad 34, 38, 1. *Lacedæmonis* quidam MSS. et edd. princc.

2. *si exsistat hodie ab inferis L.*, v. ad 23, 21, 3. — *sine muris per DCCC prope annos liberi;* Livius, puto, annos conputare incepit a reditu Heraclidarum in Peloponnesum et occupato per eos regno Laconico: certe ab eo tempore usque ad muros Lacedæmonis jussu Achæorum dejectos, (v. 38, 34.) paulo plures quam nongenti anni effluxisse dicuntur: Livius vero itidem memorat DCCC prope annos, per quos Lacedæmonii sine muris liberi fuere, et *Cannos*, per quos muris cincti *servierunt:* quo tamen anno priorem periodum finierit, ac posteriorem inceperit, incertum est; Drak. Cf. ad 38, 34, 9.

3. *vox præconis, qua liberos esse omnium* Græcorum *primos A.* i. v. 33, 32. ubi Corinthii, rei publicæ Achæorum adjuncti, *primi* nominantur.

4. *Capua capta senatores Campanos securi* cet. v. 26, 13-16. — *precaria libertas*, v. ad 3, 47, 4.

5. *Sentio, Appi,* precariam libertatem apud Achæos, inperium apud Romanos esse, *et, si,* licet, etsi, (v. ad 5, 51, 1.) *non oportet* ita cum Achæis agi, tamen *non indignor;* vel, *sentio, Appi,* vera esse, quæ inquis, et id *non indignor, si non oportet* sc. indignari, si existimas, non oportere, ut id indigner; Drak. — *ut Achæi concilii essent,* forte *Achaici;* Gron. — *Parum est victis* Lacedæmoniis, non eo contenti sunt, *quod victoribus* Achæis *satis est.*

6. *Veremur quidem vos,* reveremur, veneramur.

7. *Achæos religione obstringerent* cet. v. ad 5, 23, 8.

CAP. 38.)—1. *Prætores urbanam* cet. v. ad 2, 40, 9. — *et ut idem de veneficiis quæreret:* ante quæstiones perpetuas instituta de veneficiis non modo mulierum, viros suos necantium, quod Sigon. de judic. 2, 30. ex 8, 18, 40, 37. et Epit. XLVIII. conlegit, sed etiam in universum omnium tam in Urbe, quam extra eam, sæpe quæstiones decretas fuisse, quum ex h. l., tum ex c. 42. et 40, 44. liquet; Duk.

2. *Hispaniam ulteriorem:* prior vox forte delenda, et mox leg. *De his duabus provinciis.*

3. *rem integram referri* a consulibus ad senatum *jusserunt.* Patres s. *senatus.* — *Utraque causa tribunos pl., utraque consules* (forte *consulem;* Crev. et Drak.) *habebat* sc. fautores. s. adjutores; Ern. — *hi* sc. tribuni, *illi* consules; Gron. v. ad 3, 72, 3. Sed *hos* potius esse tribunos et consulem novis prætoribus faventes, monent Crev. et Drak.

4. *quum eos in legiones quatuor descripsissent* pro vulg. *eas legiones* recepi ex emend. Gron. cujus nota est: ex tantillo numero non fient IV legiones, nec id vult Livius, sed hos novos milites distribui per IV legiones et earum auxilia, quæ in provincia utraque olim erant: quo facto, quot capita justum legionum et auxiliorum numerum excederent, tot ex veteribus militibus exauctorati, eo delectu et discrimine, quo deinde definit.

5. *eos primum, qui emerita — essent:* hos Periz. anim. hist. c. 6. p. 229. haud dubie dimissos censet, ut veteres prætores comitarentur ad triumphum, de quo v. cap. 42.

CAP. 39.)—1. *C. Valerius flamen Dialis;* alius forte a C. Valerio Flacco, qui a. V. 544. a P. Licinio pont. max. captus et a. 554. ædilis curulis factus est: (v. 27, 8. et 31, 50.) nam inter illum annum et hunc anni XV intersunt; Duk. — *sine toga candida*, v. ad 4, 25, 7.

2. *ne nomen ejus adciperet*, v. ad 9, 46, 5.

3. *studia civium suorum destituere*, v. ad 1. 51, 4.

4. *et inter se ipsos*, immo *ipsis;* Gron.

5. *prætoris subrogandi* (forte *prætori subrogando*) *comitia ne legibus fierent*, v. ad 2, 8, 4. et 3, 35, 1.

6. *utramque in Urbe juris dictionem*, v. ad 24, 44, 1. — *Apollini ludos faceret*, quod prætoris urbani erat; Duk. cf. 25, 12. 37, 23. Noris. ad Cenot. Pis. 2, 6. p. 137.

CAP. 40.—1. *quo et majore de re*, Lov. 1. 6. et Voss. *quo et m. decreto.* Verbum substant. *erat* post *re* excidisse, aut subplendum esse putabat Duk. Malim delere τὸ *quo*, aut legere *quod et majore — viros fuit, exorta.*

2. *M. Porcius Cato:* *in hoc viro* (qui *major, priscus, sapiens* et ab aspera, quam egit, censura, (v. cap. 42-44) *censorius* dictus est,) *tanta vis* cet. cf. Plut. Cat. et Nepot. vit. Cat. — *versatile ingenium*, facile vertendum, aptum.

3. *si jus consuleres*, si eum de jure c. — — *eloquentissimus;* unde *Demosthenes* cognominatus est. v. Plut. Cat. p. 338. Appian. Hisp. 39. Diodor. T. 2. p. 605. — *nec is tantum* homo et orator fuit: *cujus lingua vivo eo viguerit*, cujusque *monimentum* cet. — — *vivit immo* (v. ad 35, 49, 7.) *vigetque;* Faber conj. *vivetque*, ut sit omen famæ æternæ. Non male! Verba tamen præc. *vivo eo viguerit* favere lectioni vulgatæ, monet Bauer.

4. *sacrata scriptis omnis generis*, sc. Originibus, (v. ad 34, 5, 3.) multis orationibus, epistolis, apophthegmatibus, quæstionibus epistolicis, libro de re militari, de oratore, de liberis educandis, de moribus, de re medica, et, qui solus superest, de re rustica. — *Orationes pro se*, v. ad 45, 41, 6.

5. *sed etiam causam dicendo;* nam quater et quadragies vel paullo minus quinquagies adcusatus est, et semper absolutus v. Plin.

[redacted]

7, 27. s. 28. Plut. Cat. 15. p. 344. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 47.

6. *premerit eum nobilitas*, v. ad 3, 13, 1.

7. *invicti a cupiditatibus* cet. v. ad 34, 1, 7.

8. *Qui LXXXVI annum agens — XC anno* cet. at alii Catonem anno ætatis LXXXV mortuum esse tradunt. Cf. Cic. Brut. 20. et de sen. 4. 5. 10. coll. de amic. 3. Plin. 29, 1. s. 8. Valer. Max. 8, 7, 1. Plut. Cat. p. 344 sq. et. iutp. Aur. Vict. de vir. ill. c. 47. *nonagesimo anno* Ser. *Sulpicium Galbam ad populi adduxerit judicium*, v. ad Epit. Liv. XLIX. n. 11.

CAP. 41.)—1. *sicut omni vita*, ita tum (v. ad 9, 17, 2.) *petentem premebat nobilitas*, v. ad 3, 13, 1. *presentem* MSS. quidam : unde *prensantem* (v. ad 2, 61, 4.) reposuit Gron. auctore Lips. — *coierantque candidati omnes ad dejiciendum honore eum*, v. ad 3, 35, 10. *coierant apud prætorem* MSS. fere habent. Hinc Gron. conj. *Coierant autem præter L. Flaccum* cet.

2. *novum hominem*, v. ad 1, 34, 8. De genere et patria Catonis v. Gell. 13, 18. Plut. et Nepot. vit. Cat.

3. *Secundum* (post) *comitia — quæstiones veneficii* in Bacchanalibus.

4. *municipia conciliabulaque*, v. ad 25, 5, 3.

5. *L. Postumius prætor*, propr. *proprætor*, et ita leg. putabat Periz. de præt. 1, 13. Cf. ad 6, 42, 7.

6. *qui aut citati non adfuerant*, (v. ad 3, 14, 6.) *aut vades deseruerant*, ut al. *vadimonium*, h. e. die certo non adfuerant ad causam dicendam, etsi id vadibus datis promiserant. Cf. ad 3, 13, 9. et 23, 32, 3.

CAP. 42.)—1. *in Suessetanis opp. Corbionem*, v. ad 21, 19, 5.

2. *coronas aureas tulit — tantumdem auri in eo triumpho translatum*, v. ad 34, 52, 2.

3. *senatum legerunt*, v. ad 23, 22, 1. — — *septem moverunt senatu*, ut mox *senatorio loco movit*. v. ad 4, 24, 5.

4. *Patrum memoria institutum fertur, ut censores motis senatu adscriberent notas*, quod plerumque dicitur *subscribere*, h. e. iu tabulis censoriis causas sub nomine alicujus scribere, cur notatus sit. Cf. ad 24, 16, 5. Originem moris hujus ad Catonem Censorium referendum esse, quidam conjiciunt ex Gell. 4, 20. Sed cf. Drak. et Duker. cui sententia h. l. hæc esse videtur : quia tum nondum mos erat senatu motis causas notarum adscribere, et in recitando senatu e sola præteritione nominum eo moti esse intellegebantur, Catonem nihil quidem ex antiquo more mutasse, sed, quod eos graviore animadversione dignos judicarat, flagitia illorum publice nota esse voluit, eaque acerbis orationibus pro concione palam fecisse.

5. *si tum censor esset*, fuisset. v. ad 2, 50, 10.

6. *obsequium amatori venditaret*, ut 3, 35. 38, 42. 44; 25. Cic. de arusp. resp. 22. ub v. Græv. *jactaret* alii, ut c. 43. Cf. Drak.

7. *stricto gladio, qui super caput pendebat* : " Nescio, cur inter epulas gladium super caput pendentem habuerit ; nisi forte gladius fuit insigne imperii provincialis, ut hasta priscis temporibus potestatis regiæ, quam Saulem regem etiam domi secum habuisse, in libris sacris scriptum est. Hastam et gladium insignia fuisse prætorum in Urbe jus dicentium, illam ad juris dictionem, hunc ad quæstionem significandam, dicit, non probat Sigon. de jud. 1, 7." Duker.

CAP. 43.)—1. *aliud argumentum — peragit*, v. ad 1, 18, 10. et 7, 2, 7, Cf. Cic. de sen. 12. Plut. Cat. p. 346. et Flamin. p. 379. et Drak. ad h. l. — *jactantem sese*, gloriantem, *scorto retulisse* : nisi jungere malis *jactantem sese scorto* eo sensu, de quo dixi ad Juvenal. 1, 62. Cf. sup. ad 3, 1, 4.

2. *illam infra eum adcubantem*, inferiorem, et, ut mox dicitur, *in sinu consulis recubantem*, v. ad Juvenal. 2, 120. Pro *infra* MS. Lips. *in terra* : unde *intra* (in sinu) conj. Lips. et h. l. et ap. Cic. ad Div. 9, 26. et Suet. Calig. 24. quibus tamen locis *infra* et *supra cubare* sibi obponi jam monuit Gron. Cf. Drak.

3. *securi ferientem*, forte *feriri*, ut in titulo controv. 4, 25. ap. M. Senecam : *quæ aiebat, se numquam decollari hominem vidisse* ; Gron. — *unum ex illis miseris* c. Mog. *unum ex damnatis* reliqui MSS. et edd. antt.

4. *inter epulas libare diis dapes*, v. ad Tac. Ann. 15, 30, 4. — *ad spectaculum scorti*, (v. ad 35, 51, 2.) *recubantis in sinu consulis*, v. not 2.

CAP. 44.)—1. *In equitatu recognoscendo L. Scipioni Asiageni* (al. *Asiatico* ; v. Drak.) *ademtus equus*, v. ad 4, 24, 5. 9, 46, 20. 29, 37, 6. et 37, 58, 5. — *quindecim millium æris* sc. gravis, quam vocem excidisse putat Periz. de ære gravi §. 20. e Plut. qui MD drachmas dicit ; Duk. — *in censum referre viatores jussit* cet. quæ verba copiose illustravit emendavitque Gron. de pec. vet. 4, 1. ubi præter alia disputavit hæc : " Hic primo nullum ego adnosco *viatorum* officium ; sed ipsos puto harum rerum dominos eas *in censum deferre juratos* a censoribus jussos. *Referre in censum* seu *tabulas* sc. censorias (nam *census* in his loquendi figuris est σανὶς ἤτοι χάρτης, ἔνθα Ῥωμαῖοι ἀπεγράφοντο τὰς οἰκείας περιουσίας, ἐπὶ τὸ ἐν καιρῷ πολέμου κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἕκαστον εἰσφέρειν, Theophil. lib. 1. Instit. tit. 5.) erat censorum munus, vel scribarum, qui illis adparebant, ex censorum auctoritate, bona civium in tabulis adnotantium. At illud, quod Livius vult, non censentium est, sed profitentium : idque dicitur *in censum* (æstimationem) *deferre* Sen. ep. 95. et de ben. 1, 3. Quintil.

declam. 278. Gell. 16, 40. vel *in censum dedicare* Cic. Flacc. 32. et Gell. 7, 11. At *deferre censum* est d. patrimonium, ut ap. Liv. 29, 15, ubi etiam habes *juratos* deferentes, Plin. 7, 48. et Tac. Ann. 6, 40. — — Mox recte pro vulg. *decem tanto pluris* Sigon. conjectavit *decies tanto pluris.* Hotomannus male h. l. corrigit, quæritque, utrum justitia, an injustitia videatur, decies tanto pluris *mancipia* s. servos *æstimari, quam quanti* emti fuerint? et licueritne censori, nulla lege, nullo crimine nominato, tanto damno tantaque mulcta tot cives Rom. adficere, ut non modo res eas, quæ censeri antea non solebant, in censum deferrent, verum etiam decuplo pluris, quam quanti essent, æstimarent? Ad priorem interrogationem respondeo, fuisse justissimam laudatissimamque animadversionem coërcitionemque luxuriæ. Ad posteriorem, licuisse: neque enim lege opus erat aut crimine legibus obligato ad commerendum opus censorium: sufficiebat officium inminutum aut mos majorum violatus. Lege nulla cavebatur de modo argenti facti, quod quis haberet: propter X pondo libras tamen notatus dictatorius Rufinus. — *Decem millia æris* non sunt inmensum pretium servi. Sed Cato magnum id pretium duxit servi *minoris annis viginti*; quorum magna pars non ad opus, sed ad delicias, immo contumelias cubiculi, parabantur. Dein quid triste et asperum in hac parte censuræ? An censorum quisquam umquam aliter fecit? nisi docere forsan emtor potuit, se ingenti fraude circumventum. Luxuriæ fuit hæc castigatio, si quis tum veste et mundo muliebri et vehiculis, tum servitiis teneris et delicatis civilem modum ac frugalitatem habendis et parandis egrederetur. Animadversio in hæc conparatur a Livio in ternis æris; cetera valde dispar. Ornamenta ista et vestis et carpenta censibus adscribi non solebant: jussit Cato adscribi, quæ horum pluris quam XV millium æris essent, et quidem a *juratis* delata, et eo nomine *in millia ternos æris* in publicum pendi. Mancipia adscribebantur. Lex 4. π. 4 D. de censibus: *In servis deferendis observandum est, ut et nationes eorum et ætates et officia et artificia specialiter deferantur.* In his igitur mentio *deferendi* nulla, quippe quod fieret semper. Sed qui mancipiis parvi usus, tamen ingenti pretio, parandis prodigi essent, in eos graviorem, justam tamen vel ob rei turpissimæ suspicionem, statuit mulctam, nempe asses *ternos in millia* æris singula, ita ut, qui decem millibus emtum haberet *minus XX annis mancipium*, eo nomine in publicum daret trecenos æris, qui XV millibus quadringenos quinquagenos æris; et sic pro portione, si pluris quam decem millium æris foret. — Ceterum justius forte Hotomannus vellicat Plutarchum, qui in vita Cat. p. 346., quod de solis mancipiis edidit Livius, ad vehicula etiam, vestem, mundum, supellectilem retulit, et omnium pretium, quod censores notabant, fecit χιλίας καὶ πεντακοσίας δραχμάς, quæ sunt XV millia æris, quum mancipia, in quibus proprie statutum erat decuplum tributum, et de quibus silet Plutarchus, a decem millibus procederent: ne dicam, XV millia æris esse tot drachmas in illis assibus, qui decem faciebant denarium sive drachmam, non qui sedecim; quales tamen hoc tempore Romæ obtinebant." Emendatio illa Gron. *in censum deferre juratos jussit* admodum dubia nobis videtur: certe nihil huc facit, ad quem provocat, locus Liv. 29, 15. ubi *formula* potius censuræ jubetur *deferri Romam ab juratis censoribus coloniarum, prius quam magistratu abirent.* Neque tamen apti h. l. *viatores*, adparitorum genus: (v. ad 2, 56, 10.) nisi scribas quoque censorum hoc verbo designari, vel viatores etiam scribas nonnumquam fuisse dicas. Forte leg. *in censum referre scriptores*, h. e. scribas, ut ap. Cic. de orat. 1, 30. et Brut. 22, aut *in censum deferri* (aut *referri*, eodem sensu, de quo v. ad 26, 2, 3.) *censores jussere* s. *jusserunt*, non solus Cato *jussit*; nam deinde etiam legimus *ademerunt, demoliti sunt, locaverunt*; nisi malis: *in censum referri* seu *deferri M. Porcius* vel *Cato cēs.* s. *cens*, h. e. *censor jussit*; ut et mox distinguuntur, quæ Cato solus, quæque cum collega instituit: *Cato atria duo emit — et vectigalia locaverunt.*

2. *aut eo pluris venissent*, v. ad 3, 55, 8. — — *quam quanti essent*, v. ad 29, 37, 3. — — *et his rebus omnibus terni* asses *in* singula *millia æris* (v. ad 29, 15, 5.) *adtribuerentur*, tributi seu oneris loco injungerentur, statuerentur tamquam tributum ærario solvendum. " Ex h. l. videtur conlegi, modum ordinarii tributi ex censu, prout is a censoribus æstimatus erat, fuisse ternos asses in singula millia æris: nam interdum, cogente necessitate propter angustias ærarii auctum fuisse, patet ex 23, 31. 48. 26, 35." Duk.

3. *in loca publica inædificata inmolitave*, formula sollemnis, ut in vet. tab. æn. ap. Murator. p. 582. *ne quid in iis locis inædificatum inmolitumve habeto.* Hinc supicari possis, h. l. leg. *in loco publico* vel *in locis publicis*; saltem *inædificari* positum esse pro simpl. *ædificari*, (cf. 43, 16.) neque designari ædificia *in loca publica* e privatis procurrentia: cui tamen explicationi favet Plut. Cat. p. 347. vertens: ἀνατρέπων δὲ καὶ καταβάλλων ὅσα προὔβαινεν εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. *inolitave* conj. Lips. Elect. 1, 15. — *demoliti sunt*, demolienda curarunt.

4. *detergendasque, qua parte opus esset, cloacas*: quo Drak. refert locum Dionys. Hal. III. p. 200. — *faciendas locaverunt*, v. ad 5, 23, 6. — *Et separatim* L. Valerius *Flaccus*

[redacted]

censor *molem* locavit faciendam. *Neptuniæ aquæ* forsan Neptunia, opp. Campaniæ ad mare situm, *Posidonia* ap. Dionys. Hal. 1. p. 59. hod. *Nettuno*, cui nobilissima Colonnensium familia dominatur: quo in loco et nunc exstit antiquus vicus voluptuosissimus, *Mole* dictus a Flacci constructione: quo *populum* Rom. frequenter convenisse, voluptatis et animi recreandi causa, credibile est; Marc. Donat. Sed Ποσειδωνία est Pæstum, longe distans ab *aquis Neptuniis*, et verisimilis est sententia Cluver. Ital. ant. 3, 7. 1012. ubi ex Vitruv. 8, 3. docet, fontem, Neptunium vocatum, fuisse prope Tarracinam et *Formianum montem*; Drak. Cf. ad 22, 16, 4.

5. *Cato atria duo, Mænium* cet. quo referenda verba Ascon. ad Cic. in Cæcil. 16. ubi docet, Mænium censoribus vendidisse ædes suas in foro, excepta columna, in qua tabulatum struxerit, ut ex eo cum suis spectare posset gladiatores. Cf. Drak. — — *in lautumiis*, v. ad 26, 27, 2. *in Latinis* MS. Voss. unde forsan leg. *in Carinis*; Gron. Sed v. Drak. — *in publicum emit*, v. ad 2, 9, 4. — *basilicam*, v. ad 26, 27, 2.

6. *Et vectigalia summis pretiis, ultro tributa infimis* pretiis *locaverunt*, τὰ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμὰς, συστέλλων δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβίας, Plut. Cat. p. 347. *Ultro tributa* esse inpensas et adtributiones operum publicorum faciendorum et sartorum tectorum præstandorum, mancipibus et redemtoribus certa mercede locatorum, et *ultro tributa* fuisse dicta, quia non caperentur, ut tributa, sed res publica ipsa ea mancipibus ultro daret, docent Turneb. Advers. 1, 25. Lips. et Grut. ad Sen. de ben. 4, 1. Inter ea ergo etiam sunt locationes equorum curulium præbendorum et rerum exercitibus in provincias portandarum; Duk. cf. 23, 48. 24, 18. 34, 6, 9. Sunt ἐργολάβιαι, ædificia, et alia opera publica, quæ mercede pacta locantur, sic dicta, quia sunt arbitrii liberi, quum liberum sit, velis ædificare nec ne, ipse ædificare an per alios, per conductores; Ern. Cf. 43, 16. et ad 5, 23, 6.

7. *lacrumis publicanorum*, v. ad 5, 23, 6. — *induci*, aboleri, adnihilari, deleri, inritum fieri; metaphora desumta a cera, quæ literis, exaratis in tabula cerata et delendis, stylo verso *inducitur*: unde *inducere locutionem, SCtum* et *nomina* dixit Cic. ad Att. 1, 14. 20. 7, 28. 13, 14.

8. *edicto submotis ab hasta*, v. ad 4, 53, 4.

9. *cui acerbitas ea adsignabatur*; unde *censorius* etiam dictus est. — *coloniæ Potentia* (quædam edd., non MSS., *Pollentia*) *in Picenum, Pisaurum* cet. cf. Vellej. 1, 15. Plin. 3, 5. s. 8. Cluver. Ital. ant. 2, 11. p. 730. 741. Drak. ad h. l. et nos ad 41, 27, 13.

CAP. 45.)—1. *qui et priore anno petierat*, v. cap. 39.

2. *uti flamini Diali utique* (v. ad 2, 30, 1. et 6, 35, 4.) *altera juris dicendi Romæ provincia* (v. ad 2, 40, 9.) *esset*: cur? v. ad 5, 52, 9. — *Sisennæ Cornelio*, v. ad 3, 1, 1. — — *L. Julius maturare est jussus* sc. iter s. proficisci. *proficisci mature* Voss. Gærtn. ed. Ald. et inde aliæ. Cujus lect. si major esset auctoritas, suspicarer *proficisci maturare*, ut cap. 21. et al.

3. *ut ante dictum est*, cap. 22. unde etiam patet, verba hæc referenda esse ad seqq. *in Italiam t.*

4. *quod* (al. *quoad*) *ejus sine bello posset*, v. ad 5, 25, 5.

5. *comitia habita erant in demortui Cn. Cornelii locum auguris sufficiendi*; nota Dukeri est: "Certum est, aliquot sæculis augures aliosque sacerdotes a suis collegiis, non interveniente populo, lectos et cooptatos vel in locum demortuorum suffectos fuisse, (v. 3, 32. 33, 44. 40, 42. 44, 44.) nec usquam, nisi h. l., augurem comitiis populi creatum fuisse legimus; quod jus demum LXXX post annis ad populum est translatum: nam legem, qua illud C. Licinius trib. pl. a. V. 508. collegiis sacerdotum adimere tentavit, non adceptam fuisse, auctor est Cic. in Læl. c. 23. Deinde circa a V. 650. Cn. Domitium eamdem fere legem tulisse, produnt Cic. agrar. 2, 7. Vellej. 2, 12. Suet. Ner. 2. Dio 37. p. 46. Nodi solvendi non aliam video rationem, quam ut conjiciam cum Gruchio de com. Rom. 2, 2. certa quadam de causa, veluti per contentionem competitorum aut augurum ipsorum inter se dissensionem, tandem effectum fuisse, ut res populi judicio committeretur, et comitia illa *extra ordinem et præter morem* haberentur." Forte leg. *post comitia habita*, vel *postquam c. h. erant*, vel *comitiis habitis* (sc. magistratuum) *in demortui Cn. Cornelii Lentuli auguris locum creatus erat Sp. Postumius Albinus*; Drak.

CAP. 46.)—1. *Crassus pontifex max. mortuus est: in cujus locum M. Sempronius T. pontifex est cooptatus; pontifex max. est creatus C. Servilius*, v. ad 25, 5, 1.

2. *funeris causa visceratio — et gladiatores CXX.* — *et ludi funebres per triduum*, v. ad 8, 22 pr. et 23, 30, 9. Forte leg. *gladiatores LXX*, qui numerus convenit in id ævum; Lips. Sat. Serm. 1, 8.

3. *defunctosque* se esse *vulgo ferebant* homines, v. ad 2, 35, 2. Vaticinationi, quæ ad castra vel ab hostibus vel adversus eos in foro ponenda spectare videbatur, felix ita eventus responderat, damnumque leve adceptum erat pro majori, quod homines metuerant.

4. *Hac religione levatis altera injecta* cet., v. ad 2, 5, 4. 5, 23, 8. et. Obseq. de prodig. c. 59. — *per decemviros supplicatio indicta erat* (f. *est*) *ejus* cet. v. ad 1, 20, 11. 3, 10, 6. 3, 63, 2. "Decemviros propter prodigia

a senatu libros Sibyllinos adire jussos, et ex eorum *responso* ac *decreto* subplicationes indictas fuisse, Livius scribit 21, 62. 34, 55. 38, 44. 40, 19. 41, 21. et alibi: quibus verbis significare videtur, eas ab aliis, non ab ipsis, indictas. Hic quidem, ut et 40, 37. et 45, 16. indictionem subplicationum decemviris ipsis tribuit; sed tamen credo, hoc plerumque a magistratibus pro concione factum fuisse: nam hi quoque eos pro concione edicebant victoriæ causa 27, 51. 30, 17. et pro felici successu novi belli 31, 8. 36, 2. ut consules prodigiorum causa 40, 19." Duker. Cf. ad 45, 3, 1.

5. *legationes transmarinas in senatum* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 24, 1.

6. *Et ab Eumene rege legatio* cet. cf. Polyb. l. l. et cap. 3. nam hanc legationem Livius in seqq. silentio prætermisit. — *Prusiæ bellum adversus Eumenem gerenti* (cf. Polyb. 23, 18, 8.) *auxilia missa*, ut olim alio in bello. Polyb. 15, 22, 1. et 17, 4, 7.

CAP. 47.)—1. *Respondendum ad omnia* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 24, 1. et 2. — — *Demetrio*, Philippi filio, quem pater Romam miserat cum Apelle et Philocle.

2. *non per se stetisse, quo minus alia faceret*, v. ad 2, 31, 7. — *querelas de iniquitate* — — *esset*, cf. c. 25 sq.

3. *alia recipienti futura*, v. ad 7, 14, 1.

4. *credere etiam Demetrio credendum esse*, forsan delendæ duæ posteriores voces, quas etiam nec Polyb., nec MSS. Lov. 4. et Mead. 2. adnoscunt.

5. *Obsidem enim*, sponsorem quasi et pignus fidei ac benevolentiæ, *se*, senatum, *animum ejus habere, etsi patri corpus reddiderit* sc. filius, h. e. si vel ad patrem redierit. Similiter Dionys. Hal. V. p. 286. 287. dixisse *τὸ μὲν σῶμα παρ' ἡμῖν ἔχεις, τὴν δὲ ψυχὴν παρὰ τοῖς πολεμίοις*, monet Drak. Sed verbum *reddiderit* ad senatum potius referendum, hoc sensu: etsi senatus olim Demetrium, obsidem Romam missum, patri reddiderit, (v. 36, 35.) tamen eum etiam nunc, si non corpore, saltem animo, obsidem quasi, h. e. absentem quoque pignus fidei, esse, propter benevolum in Romanos animum: quæ sententia venusta planius exprimitur verbis seqq. et *scire* se, *quantum salva* cet. Cf. ad 27, 17, 8. et 40, 5, 5. Forte et cum Gron. leg. *reddiderint*, ut mox *missuros* sc. se. Cf. sup. ad cap. 14. not. 5. — *Velle etiam* sc. se.

CAP. 48.)—1. *Hæc, quæ augendæ — verterunt* se, (v. ad 2, 3, 2.) cf. cap. 53. et 40, 5 - 8. 12. 23. 24. Polyb. 24, 3. et 7 sq.

2. *Lacedæmonii deinde* legati a consulibus in senatum *introducti sunt* cet, cf. Polyb. 24, 4. — *disceptationes jactabantur*, v. ad 2, 12, 7. et 3, 10, 2. — *quæ maxime rem continerent*, potissimum ad rem vel ad summam rei spectarent, *erant hæc* cet.

3. *utrum restituerentur, quos Achæi damnaverant*, v. ad 38, 33, 6. et 38, 34, 1. — *an jure occidissent, quos occiderant*, v. ad 38, 33, 6. — *Vertebatur*, expendebatur, ut ap. Plaut. Most. 5, 1, 10. Cf. tamen sup. ad 3, 27, 6.

4. *utrum manerent in Achaico concilio Lacedæmonii*, cf. 35, 36. — *Restitui*, sc. quos Achæi damnassent, *judiciaque* eorum *facta tolli*. Cf. not. 4.

5. *sociorum res adspicere*, v. ad 21, 6, 4.

6. *Messene desciverat a concilio Achaico* cet., v. ad 3, 47, 1. et 36, 31, 1. Cf. Pausan. 8, 51.

CAP. 49.)—1. *Philopœmen prætor* Achæorum jam octavum creatus in locum Lycortæ. Cf. ad cap. hoc et 50. de extremis gestis et obitu Philopœmenis Plut. Philop. p. 366 sq. et Pausan. 8, 51.

2. *ad præoccupandam Coronen*, *κώμην τὴν καλουμένην Κολωνίδα* Plut. l. l. *Κορώνη* et *Κολώνη* s. *Κολωνὶς* s. *αἱ Κολωνίδες* oppida Messeniæ vicina. v. Strab. 8. p. 249. et 361. et Pausan. 4, 34, 2 - 6. Ab illo dictus sinus *Coronæus*, qui et Messeniacus, Asinæus ac Thuriates vocabatur. *Coronam* et *Coroneam* MSS. et edd. ante Frob. a. 1535. Promiscue etiam *Κορώνη* et *Κορώνεια*, Messenes et Bœotiæ oppida, eorumque gentilia, dici, monet Berkel. ad Steph.

3. *a verecundia memoriaque m.*, v. ad 1, 1, 5. — *vir sibimet ipsi præ nec opinato gaudio* cet. cf. ad 33, 32, 7.

4. *clauserant portam turbæ*, h. e. diversi globi hominum concurrentium, manipuli hominum per intervalla, ut fit ejusmodi in motu ac tumultu, conglobatorum; Gron. Sic mox *turba conferta*, et 6, 14. *tumultuosa turba*, 24, 48. *forte congregata turba*. Ceterum *clauserat p. turba* Frob. et Ald. dedere, forsan e c. Mog.

5. *verecundia pristinæ majestatis collata p. f.*, mallem *collatæ*; Duk. — *prætore Dinocrate*, v. ad 36, 31, 1.

6. *ad summam belli*, v. ad 3, 5, 6. — *Inde* et *eo* e c. Mogunt. adjecta, inprob. Gron. qui monet, nudum participii ablativum nonnumquam absque pronom. poni.

CAP. 50.)—1. *non modo cetera, sed* cet. v. ad 1, 40, 1.

2. *esse thesaurum publicum sub terra*, cameram s. cryptam subterraneam, (favissas ap. Gell. 2, 10. et Fest.) *saxo quadrato septum*, opertum: quod amotum est, ut *demitti* posset eo Philopœmen, et deinde repositum, ad claudendum os, *machina* tractoria, sucula, aut trochlea, tollenone, aliove instrumento ad levandas moles s. pondera, quæ manibus hominum non facile tractantur; Gron. *κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον, οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον*, Plut. Philop. p. 367. forsan ex Polyb.

3. *Bene habet, inquit* v. ad 6, 35, 6.

[redacted]

4. *victa namque Messene bello* a Lycorta, *exposcentibus Achæis noxios*, necis auctores, e quibus Dinocrates solus sponte finiit vitam; ceteri omnes, Lycortæ jussu comprehensi, pœnas dedere varias: *ossaque Philopœmenis reddita* et ab Arcadibus Megalopolim, in patriam ejus, reportata sunt, Polybio juvene urnam ejus in exsequiis portante: *et sepultus ab universo Achaico* cet. cf. Polyb. 24, 12. Pausan. 8, 51. et Plut. Philop. p. 368.

5. *insignem notam*, notabilem rem.

6. *tres claros inperatores eo anno decessisse vita, Philopœmenem, Hannibalem, P. Scipionem*, eosque non satis dignum splendore vitæ exitum habuisse. Cf. cap. 52. et, qui eos inter se compararunt, Polyb. 24, 9. et Diodor. Eclog. de virt. et vit. T. 2. p. 575 sq. ed. Wessel. Alii alio anno Hannibalem mortuum tradunt. v. cap. 56 extr. et Nep. Hann. 13.

7. *in æquo eum — posuerunt*, æquipararunt.

CAP. 51.)—1. *Ad Prusiam regem legatus T. Quinctius Flamininus* cet. idem Nepos tradit Hannib. 12. at alia de causa eum cum aliis in Bithyniam missum Plut. Flamin. c. 20. et Appian. Syr. 11.

2. *seu quia ipse Prusias, ut gratificaretur* cet. at Nepos l. l. dicit, *recusasse Prusiam, ne id a se fieri postularent, quod adversus jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent: locum, ubi esset, facile inventuros.*

3. *Romanorum inexpiabile odium*, ut 2, 17. 33, 12. 47. Germ. *unversöhnlicher Hass*. Similiter 4, 35, 3. *bellum inexpiabile*, quod *internecivum* dicitur, 9, 25. 22, 58. et Gr. πόλεμος ἄσπειστος. *inexplicabile* multi MSS. et edd. antt. v. ad 37, 52, 6.

4. *septem exitus e domo fecerat*, e castello, quod ei ab rege datum erat muneri. Cf. Nep. et Plut. l. l.

5. *venenum, quod multo ante præparatum* (sub annuli gemma; v. Aurel. Vict. de viris ill. c. 42. et Juvenal. 10, 165 sq.) *ad tales habebat casus, poposcit*, a quo? a servo? (de quo v. Nep.) Forte leg. *prompsit*, vel ex Plut. Flamin. p. 380. (qui ipsa Livii verba Græce vertit) *conmiscuit* seu *propere miscuit*. Ipsum semper secum habuisse venenum, Nepos et alii referunt. Varium tamen mortis genus memoravere auctores, qui ad unum forsan Hannibalem transtulere, quæ ad plures pertinent. Cf. Plut. l. l.

6. *mores quidem populi Rom. quantum mutaverint*, v. ad 2, 3, 2. — *Horum patres Pyrrho regi, ut a veneno medici sibi caveret, prædixerunt*, v. ad 2, 10, 4. De re ipsa v. Plut. Pyrrh. p. 396. Gell. 3, 8. al.

7. *Exsecratus in caput regnumque P.*, v. ad 1, 51, 1.

CAP. 52.)—1. *et Rutilius*, P. Rutilius Rufus, orator et philosophus, a quo historiam Rom. (an belli tantum Numantini?) Græce scriptam esse, docet Athen. 4, 66. Cf. Voss. de histor. Gr. 1, 21. nos ad Tac. Ann. 3, 66, 4. et Appian. Hisp. 88. De re ipsa v. Pigh. Ann. ad a. 568.

2. *principem senatus* cet. v. ad 27, 11, 8. — *superioribus tribus lustris A.* ex emend. Sigon. pro *duobus lustris*. Cf. 34, 44. 38, 23. et Manut. de sen. Rom. c. 2.

3. *senatu moveretur — notam*, v. ad 4, 24, 5. 24, 16, 5.

4. *Antiatem* (Q. Valerium Antiatem) *auctorem refellit trib. pl. M. Nævius, adversus quem oratio inscripta P. Africani est* cet. v. ad 38, 56, 2. et 4. — *in magistratuum libris*, v. ad 4, 20, 7.

5. *iniit tribunatum* plebis *a. d. IV Idus Dec.*, quem ei ineundo ad suam usque ætatem sollemnem fuisse, Dionys. Hal. VI. p. 410] scribit; Sigon. Cf. et Plut. Quæst. Rom. T. 2. p. 283.

6. *omnes non in patrio solo — sepulti sunt*; at de Philopœmene v. ad cap. 50. n. 4. — — *etsi non exsul*, exsilio mulctatus: nam *voluntarium sibimet ipse et funeri suo* (v. ad 38, 53, 4.) *exsilium indixit.*

CAP. 53.)—1. *devertit oratio*, cf. c. 48. 49. et ad 1, 51, 2. Ad seqq. conf. Polyb. 24, 6. et 7.

2. *hunc tamen justa matre familiæ*, (ita MSS. et primæ edd. *matrefamilias* alii) *illum pellice ortum esse*, v. ad 3, 72, 3. — — *ex vulgato corpore*, v. ad 1, 4, 10.

3. *sibi quoque graviorem esse*, magis metuendum, ut 42, 14. 41. 42. 43, 14. 44, 26. 30. 45, 8. Sed quibusdam ex his locis *gravis* potius est infestus, acerbus, βαρύς. Cf. Mitscherl. ad Horat. Od. 4, 6, 17. — — *minorem filium censebat*, c. Mog. *ajebat*, forte rectius; nam Philippum sensa animi non occultasse, Polyb. narrat; Drak. — — *concessisque sibi q. p. n. e.* cf. cap. 47.

4. *frequentiorem prope cum illis*, v. ad 3, 24, 5.

5. *movendi extemplo belli*; cupiebat enim moram temporis nancisci ad justos belli adparatus. — *mediam in Thraciam* expeditionem adversus barbaros suscepit. — — *Dentheletos*; alii *Dentheletas*. Δενθηλῆται, Δενθηλῆτοι, Δανθηλῆται, (Strab. 7, 5, 13. p. 318. ubi multi libri habent Δενθηλιτῶν) Δενθελῆται, (ap. Dion. lib. 51.) *Denseletæ* et *Denselatæ* dicuntur. Cf. Drak. — — *Philippopolin urbem*, v. ad 28, 7, 9.

6. *oppidum in Deuriopo* (male *Dertiopo* edd. antt.) *condere instituit*, reversus ex Thracia: *Pæoniæ magnæ in Macedonia ea regio est prope Erigonum* (v. ad 31, 39, 5.) *fluvium, qui, ex Illyrico per Pæoniam fluens, in Axium amnem editur*, v. ad 38, 13, 6. et conf. Strab. 7, 7, 8. et 9. p. 326. 327. cui Δευριόπας et Δευριόπιοι aut Δευρίοπες dicuntur. Δουριόπας Steph. Mox Perin. ita

[redacted]

distinguere h. l. malebat *editur haud procul Stobis vetere urbe. Novam urbem* cet., et Drak. *oppidum in Deuriopo condere instituit (Pæoniæ ea regio est) prope Erigonum fl. (qui ex Illyrico — editur) haud p. S. v. u. Novam* cet. qua ratione admissa Stobi propiores sunt Axio, quam vulgo credunt. Cf. Cellar. geogr. ant. 2, 13. p. 664.

CAP. 54.)—1. *novum Gallorum oppidum*, v. cap. 22. et 45.

2. *Introducti in senatum a C. V. prætore*, v. ad 3, 4, 2.

3. *dedidisse se prius in fidem, quam in potestatem pop. Rom.* v. ad 36, 28, 1. — *omnia alia, quæ ferrent agerentque*, v. ad 3, 37, 4.

4. *Neque illos recte fecisse* c. Mog. *gessisse* reliqui MSS. et antt. edd. prob. Gron. qui h. l. et Obss. 4, 14. p. 226. docet, *gerere* passim dici pro *agere*, ut 40, 57 extr. Ibi tamen *prospere gessissent* (sc. rem) dictum videtur de rebus bellicis, ut sæpius *bene* et *male rem gerere;* ac forte cum Drak. leg. *prospere rem gessissent*. Cf. ad 25, 22, 1. Lectionem Mogunt. *fecisse* defendit Drak. putans, Livium respexisse ad sollemnem formulam *recte atque ordine facere*. v. ad 24, 31, 3. Sed probabilius est, *fecisse*, quam *gessisse*, librariis aut glossatoribus deberi. — *ad consulem* M. Claudium Marcellum.

5. *Alpes prope inexsuperabilem finem* cet. c. Voss. *inexsuperabiles*, prob. Ant. Periz. — — *Non utique iis* Gallis *melius*, meliorem fortunam, *fore, quam* fuisset iis, *qui eas* Alpes *primi pervias fecissent*, Senonibus et Pœnis. Vocem *quam*, ex Sigon. conj. additam, abesse malebat Crev., ut sensus esset: malum habituros eos, qui primi postea Alpes transissent, vel, quod Gron. in prima ed. monet, si qui contra hanc denuntiationem transierint, illis fore utique non melius iis, qui eas primi pervias fecissent. — *redditis omnibus, quæ sine c. i. h.*, postquam iis omnia sua erant reddita: nam id promiserant Romani redituris.

CAP. 55.)—1. *gentis injussu*, ut 3, 63. 4, 32. 7, 12. 10, 4. 45, 15.

2. *literis ad senatum missis* cet. v. ad 41, 1, 3.

3. *Illud agitabant*, (v. ad 2, 32, 2.) *uti colonia Aquileja d.*, cf. cap. 22. et 45. — — *Triumviri creati sunt* cet. v. ad 3, 1, 6. Sed demum anno seq. coloniam deduxerunt; Drak. Cf. 40, 34. et ad 45, 15, 8.

CAP. 56.)—1. *A. Terentius proconsul*, ut mox *P. Sempronius proc.*, v. ad 28, 38, 4. — *Ibero fl., in agro Ausetano*, v. ad 21, 23, 1. — *Ulterior Hispania* recte Glar. reposuit pro *citerior*. Posses et *cetera H.*, Drak.

2. *Creavit consules Bæbium* cet. v. ad 7, 16, 6.

3. *a quo consule* (v. ad 10, 31, 10.) *quintus annus erat* hic, *quum* (f. *quamquam*) *is ipse* cet. cf. 38, 35. 42. 40, 46.

4. *Haud procul Sicilia insulam, quæ nondum ante fuerat, novam editam e mari esse*, " v. Scalig. ad Euseb. Chron. num. 1818. et Sam. Petit. Obss. 1, 1. Sed videndum est, an recte dicant, Livium hoc conferre in eum annum, quo Cn. Bæbius Tamphilus et L. Æmilius consules fuere. Etsi enim Livius illud narrat, postquam hos consules creatos fuisse dixerat, tamen verbis *extremo anno* aperte significat, id anno priore accidisse. Et ita Oros. 4, 20. et Obseq. de prod. c. 59. qui haud dubie e Livio descripserunt, cui mos est, narrationi de comitiis novorum consulum ac prætorum multa subtexere, quæ ad historiam illius anni, quo creati sunt, non quo magistratum gesserunt, pertinent." Duker.

5. *Hannibalem hoc anno* cet. v. ad c. 50. n. 6.

6. *cujus in ea re celebre e. n.*, cf. cap. 51.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XL.

CAP. 1.)—1. *nulla, præter Ligures* cet. cf. 38, 42. 39, 1. 32. 45.

2. *Apuanos ad rebellionem spectare*, v. ad 1, 9, 3.

CAP. 2.)—1. *pridie Parilia*, quæ agebantur XIII Cal. Apr. quo die Roma condita. *Palilia* plerique MSS. et edd. vett. Festus: *Pales dicebatur dea pastorum, cujus festa Palilia dicebantur; vel, ut alii volunt, dicta Parilia, quoniam pro partu pecoris eidem sacra fiebant.* Cf. Ovid. Fast. 4, 721 sq. Dionys. Hal. 1, 88. Intpp. Pers. 1, 72. et Drak. ad h. l. — *æde Lunæ in Aventino*, v. ad Tac. Ann. 15, 41, 2. et Drak. ad h. l.

2. *in posticis partibus*, al. *parietibus*, v. ad 23, 8, 8.

3. *fastigia aliquot templorum* cet. i. e. statuas deorum aut similia ornamenta summis tectis inposita; Ern.

4. *procurarique* eam *haruspices i.* v. ad 1, 20, 11.

5. *et a Formiis* nuntiatum, ibi *ædem Apollinis ac Cajetæ de cœlo tactam:* nam Cajeta etiam, nutrix Æneæ, divino honore culta videtur. v. Heyne Exc. 1. ad Virg. Æn. VII. Τὸ *ac* ante *Caietam*, quod a VII MSS abest, delendum putabat Sigon.; at Gron. præpos. *a* ante *Formiis*, ut utrobique, et Formiis et Cajetæ, ædes Apollinis tacta sit. Uterque provocat ad verba Obseq. de prod. c. 60. *Ædes Apollinis Cajetæ de cœlo tacta.* Cajetæ opp. Auruncorum in Latio finibusque Campaniæ, (hod. Gaeta) prope Formias; unde idem sinus dicebatur Cajetanus et Formianus. Cf. Drak.

6. *in ulteriore provincia*, forte leg. *Hispania.*

7. *Legationes transmarinæ* cet. v. ad 39, 46, 5. 6.

8. *Rhodiorum querentium* (quod verbum ad solos Rhodios spectat) *de Sinopensium clade*, non a Sinopensibus inlatæ Rhodiis, (ut *Gallica clades* 9, 41, 6.) sed quam Sinopenses passi sint, (cf. ad 2, 61, 3.) ἡ Σινωπέων ἀτυχία, quam memorant Polyb. 4, 56. 24, 10. et Strabo 12. p. 545. unde Drak. recte hæc notavit: "Intell. urbis istius olim liberæ ac sui juris a *Pharnace* rege Ponti (Mithridatis IV filio et Mithridatis Magni avo) expugnatio. Quod igitur ipsi *Sinopenses*, a Pharnace subacti, non poterant, hanc eorum cladem Romæ questi sunt *Rhodii*, Sinopensium amici ac fœderati, qui antea iisdem Sinopensibus, quum a Mithridate, Pharnacis patre, bellum inlatum esset, auxilium tulerunt. Eumenes vero neutri, neque Sinopensibus, neque Pharnaci, opem tulit: non huic, utpote cum quo circa hoc tempus bellum gessit; non illis, quia in legibus pacis inter Eumenem et Pharnacem initæ nihil de Sinopensibus cautum est. Eumenis itaque legati Romam quidem venisse videntur, ut de Pharnace quererentur; non tamen, quod Sinopen in potestatem redegisset, sed potius, quod bellum sibi ab eo inlatum foret. cf. Polyb."

9. *ad res Græciæ M. visendas*, cf. 39, 48. et ad 21, 6, 4.

CAP. 3.)—1. *omnem multitudinem* cet. cf. Polyb. 24, 8.

2. *Emathia quondam adpellata Pæonia:* duæ partes Macedoniæ ob vicinitatem confusæ ab historicis; Glar. Conjicerem: *adpellata ita Macedonia est*, (cf. Plin. 4, 10. s. 17.) nisi vulgatam lect. firmaret Polyb. l. l.

3. *nisi liberos eorum* cet. cf. Aristot. Rhet. 1. extr. et 2, 21. Eurip. Androm. 520 sq. Polyb. 24, 8, 10. (ubi v. Schweigh.) Herodot. 1, 155. Proverb. Metr. num. 88.

CAP. 4.)—1. *longe principi gentis Ænianum*, ex emend. Sigon. pro *Ænianum*; nam *gens*, etsi Turnebus negat, etiam incolæ oppidi dicuntur, ut ap. Cæs. B. C. 3, 80. al. Cf. not 4. et ad 28, 5, 6.

2. *filios in eadem habebat cura*, v. Burm. ad Suet. Cæs. 23. — *regis* (Philippi) *edictum* cet. cf. cap. 3. extr. — *ludibrio futuros libidini*, omnes MSS. et edd. ante Sigon. *libidinis:* sed leg. *libidini* vel *libidinibus;* Drak.

3. *ad rem atrocem* cet. qualem olim fecit

Virginius; sed quum non alio modo pudicitiam filiæ tueri posset.

4. *Proficiscuntur ab Thessalonica*, (v. ad 8, 1, 1.) ubi habitabat princeps ille Æneatum, *Æneani ad statum sacrificium — faciunt*, v. ad 28, 5, 6. *Ænea* s. *Ænia*, ut 44, 10. et 32. Gr. Αἴνεια opp. Macedoniæ, quod Livius 44, 10. dicit *XV millia passuum abesse a Thessalonica, adversus Pydnam positum*; quam obpositionem laxe interpretandam esse monet Cellar. G. A. 2, 13. quum Pydna vulgo constituatur prope Aliacmonem. Alia Αἴνια πόλις Περραιβῶν ap. Steph. Ab ea ut distinguatur, etiam 44, 10. et 32. *Ænea* scribendum putat Drak. — *Æneæ conditori* Æneæ opp. (cf. Dionys. Hal. 1, 47. 49. et Herodot. 7, 123.) a quo alii *Ænum* Thraciæ conditam tradunt. vid. inpr. Heyne Exc. 1. ad Virg. Æn. 3, 16 sq. et Drak. ad h. l. qui etiam præcipue notanda monet verba Dionys. Αὕτη διέμεινεν ἕως τῆς Μακεδόνων δυναστείας τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης ἐπὶ δὲ τῆς Κασσάνδρου βασιλείας καθῃρέθη, ὅτε Θεσσαλονίκη πόλις ἐκτίζετο καὶ οἱ Αἰνειᾶται σὺν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὴν νεόκτιστον μετῴκησαν, ut adpareat, cur Poris, licet Thessalonicæ habitans, tamen stato sacrificio Æneæ interfuerit.

5. *de tertia vigilia*, v. ad 9, 44, 5. — *— redituri in Thessalonicam*; del. τὸ *in*; Gron. Sed v. ad 8, 1, 1.

6. *in adversum ventum tendentes*, v. ad 4, 19, 1. — *ad pertrahendam eam navim*, adtrahendam, adducendam, *retrahendam* emend. Periz. Sed utrumque verbum eodem sensu de fugitivis ex fuga reductis usurpari docet Drak. ad 2, 12, 4. et 30, 12, 2.

7. *ad hortationem remigum n.*, v. ad Sil. 11, 488.

8. *ad multo ante præcogitatum* (v. ad 9, 23, 1.) *facinus revoluta*, rediens mente.

9. *Mors una*, unica, *vindicta est*, v. ad 2, 5, 14.

CAP. 5.)—1. *ut vulgo ipsum liberosque ejus exsecrarentur:* Röellius observat, non videri hæc in Demetrium convenire, cujus favorem dignitatemque in dies magis crevisse, mox narret Livius. Τὸ *ejus* exsulat ab VIII MSS. An itaque leg. *ut vulgo ipsum summi inferioresque exsecrarentur?*

2. *singulos amicorum patris tentare sermonibus perplexis instituit*, v. ad 9, 35, 1. et 24, 26, 7.

3. *ad spretionem Romanorum:* viri docti vocem, non alibi obviam, mutant in *spem*, (quod in omnibus MSS. præter Lov. 5., etiam in Mog., legitur, sed ferri nequit) *contemtionem, mentionem* et *speciem*. Posterius probat Drak. ut *species* sit externa forma et habitus in oculos incurrens, vel dignitas Romanorum, quam insidiose quidam memoraverint, ut alii eam irridendi occasionem haberent, et ita incautum Demetrium ad eam defendendam elicerent. Sed voc. *spretionem* non sapere conruptelam librariorum, et ap. Livium alia ejusmodi duriora esse substantiva, v. c. *cretio, contemtio, ademtio*, monet Ern.

5. *singulos principum eluderent*, v. ad 1, 36, 4. et 26, 19, 7.

5. *obportunum criminibus*, v. ad 1, 54, 4. 3, 19, 7.

6. *quantum periculi fraude d.;* excidit *in* s. *a.;* Gron. — *speculatorem habemus in sinu*, v. ad Tac. Ann. 6, 45, 10. — *corpus nobis reddiderunt* cet. cf. ad 39, 47, 4.

7. *quam quem Romani dedissent*, invidiose, quasi vel ipso Philippo amoto id jam facturi fuissent, si arbitrii eorum res essent; Gron.

CAP. 6.)—1. *Forte lustrandi exercitus* Macedonici *venit tempus*, (dies VIII Xanthici mensis, quem Aprili fere respondere putant) *cujus sollemne est tale* cet. cf. cap. 13. sup. ad 1, 28, 2. inpr. loc. simil. Curt. 10, 9, 11 sq. Suid. v. ἐναγίζων, Hesych. (Ξανθικά, ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς ἀγομένη. ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων) et Meurs. Græc. feriata lib. 5. voc. *Xanthica*. — *caput mediæ canis præcisæ*, præcisum: immo dissectæ, scissæ, ita quidem, ut transversa secaretur, non in dextram partem et sinistram, sed in superiorem cum capite, cervice, pectore, pedibus anterioribus, et inferiorem cum alvo, cauda et pedibus posterioribus: hinc *præcisæ*, superna parte abscissa; Bauer. Cf. ad 10, 9, 12. Vox *prior* a Frob. demum addita et haud magnopere necessaria est: videtur autem distinguendum esse post *dexteram*, non post *extis*, ut innuatur, canis mediæ præcisæ alteri parti caput, alteri exta, non vero uni eidemque parti caput et exta, alteri nihil additum fuisse; Drak.

2. *exercitum decurrere*, v. ad 23, 35, 3.

3. *multa vulnera sudibus facta*, v. ad 26, 51, 3.

CAP. 7.)—1. *vocatus ad cœnam ab D. Perseus negasset*, v. ad c. 13. n. 7. — *hilaritas juvenalis* (*juvenilis* edd. ante Drak.). *utrosque in vinum traxit*, ad largiter bibendum incitavit. — *jactabantur*, v. ad 2, 12, 7. et 2, 45, 6.

2. *Ad has excipiendas voces;* al. *accipiendas:* sed *excipi voces* dicuntur, quæ in hoc adcipiuntur, ut serventur, ut earum aut in honorem aut injuriam dicentis recordere: est et proprium verbum insidiarum; Gron. Cf. Drak. et ad 2, 4, 3. — *obversaretur*, v. ad 24, 23, 2. — *male mulcatur*, v. ad 3, 11, 3.

3. *Quin comissatum ad fratrem imus?* v. ad 3, 29, 3. et 27, 49, 5.

4. *Demetrius per vinum* v. ad 5, 12, 6.

[redacted]

CAP. 8.)—1. *in conspectu patris*, forte *in e. ejus*, ne eadem vox toties repetatur. — *cui, quum pater — interrogaret eum, — inquit*: pronomina *cui* et *eum* (quod a IV MSS abest) ejicienda videntur; Gron. — *Satin' salvæ*, v. ad 1, 58, 3. — *De lucro*, (ex emend. Sigon. pro *de ludicro*) fortuna insperata, *tibi* (quod παρέλκει, v. ad Præf. not. 12.) *vivere me*, ut ap. Cic. ad Div. 9, 17. h. e. vitam servatam ponere in lucro et bonum putare, quod mihi, qui jamjam moriturus fuerim, non opinanti contigerit, ut homini, qui in perpetuo aut præsentissimo vitæ periculo versetur, et ex eo vix ac præter opinionem evaserit. Cf. Ernesti clav. Cic. Mitscherl. ad Hor. Od. 1, 9, 14. et intpp. Plaut. Merc. 3, 2, 9. Grat. Cyn. 94. et Terent. Phorm. 2, 1, 16. (*Quidquid præter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.*)

2. *expertes inter fratres certaminum*, quales esse debebant, qui simul cum patre judices futuri erant. *expertos* VII MSS. et edd. ante Curionem. *expertos juvenalium inter f. c.* c. Mog. Cf. ad 4, 9, 4. — *totidem custodibus corporis*, amicis, ei etiam loco satellitum futuris; Drak.

3. *adcusatorem parricidii*, cædis fratris: unde *parricidium fratris* 40, 24, 4. Cf. ad 28, 29, 1. — *criminis labem*, v. ad 39, 9, 1.

4. *germanitatis memoriam*, v. ad 41, 27, 4. — *horrendos eventus eorum* sc. fratrum (quod latet in voc. præc. *fraternarum*) *retuli*, *quibus* eventibus *se* cet. nisi cum Fabro leg. *earum*, aut *qui* pro *quibus*. — — *sociabilem consortionem* (v. ad 6, 40, 11.) *inter binos Laced. reges salutarem* cet. cf. intpp. Nep. Ages. 1. et alii ad 34, 31, 6. laudati.

5. *prope ut puderet* eos *regii nominis*, "scil. non ut humilioris, sed ut fastigio et viribus ipsorum altioris; (qui voc. *pudet* usus hic notandus) aut intellege: prope ut puderet *nos* r. n., quo tam tenues et indigni abuterentur. Mox *quæ aut visa aut audita habebam* pro: noveram, adferre poteram, in promtu habebam;" Bauer.

6. *mors quoque miscuit*, v. 25, 34. 36. — *illorum scelus*, fratrum discordium. — *horum bona mens*, fratrum concordium. Nam Philippus et discordiæ et concordiæ fraternæ exempla filiis proposuerat.

7. *hereditatem meam — crevistis*, v. ad 24, 25, 3. — *haud ambiguum regem alterum mea morte faciam*, et forsan morte violenta, quæ ab uno superstite filio magis timenda, quam a duobus, quorum neutri certa est successio regni. Cf. Polyb. 24, 8, 13.

8. *in omnium vicem — amor successit*, v. ad cap. 9. n. 6. — *Conscelerate aures paternas*, polluite quasi dictis factisque inprobis, h. e. dicite et facite nefanda, *quæ pater* audiat. Sic *oculos videndo conscelerare* dixit Ovid. Met. 7, 35. — *decernite criminibus et ferro*, v. ad 3, 19, 7. et 21, 41, 2. — *quidquid aut veri potestis* sc. dicere.

9. *diu mæstum silentium tenuit*, v. ad 2, 3, 6.

CAP. 9.)—1. *Aperienda nimirum janua*, v. ad 4, 5, 2.

2. *Demetrium filium te habere* parum apta sequenti *adpellant*: e quo tamen suppleri potest *putant, dicunt*; Bauer. Cf. ad 1, 33, 7.

3. *per meum latus tu peteris*, v. ad 23, 9, 4.

4. *quod circumventis in solitudine natura ipsa subjicit*, v. ad 1, 59, 7. "Cur *in solitudine*, si adsunt homines, licet numquam visi, quorum fides imploratur? Verum *in solitudine* hic non tam est remotis omnibus omnino hominibus, quam absentibus amicis, cognatis, notis. Ita *solitudo* adscribitur liberis, qui parentibus orbati sunt, ap. Cic. Verr. 1, 58. Cf. etiam Terent. Eun. 1, 2, 67. et Gron. ad Sen. Consol. ad Marc. 24." Drak.

5. *vocem mittere liceat*: immo *licet*, (ut præc. *si oportet*) et forte mox *per, te, patrium nomen — precor*, aut *per ego te patrium nomen*; Gron. "Si ordo est *precor per te patriumque nomen*, tum *precor*, non sane ex more, simpl. positum sit, et incommode dicatur *precor* te ipsum *per te*: sin talis ordo sit *precor te per patrium nomen*, quod sane præstet, *que* redundet, forsan delendum;" Bauer. Cf. ad 23, 9, 1. — *tamquam si, voce — mihi quiritanti intervenisses*, v. ad 35, 32, 6. Ante *voce* excidit forte *quum*; Bauer. An potius *et* post *intervenisses*? — — *nocte intempesta*, v. ad 25, 9, 8.

6. *comissantium in vicem*, in morem, more, modo, animo; vel loco, ut c. 8. *in omnium vicem*, locum, *successit*: nisi excidit ipsum illud *more*, ut jungamus *comissantium in vicem*, ut alter ad alterum comissatum eat; Bauer. Cf. ad 25, 38, 2. — *vetustus Macedoniæ mos*, forte *Macedonum*, ut c. 11. et 12. Duk.

7. *Hæc* (al. *Hoc*) *transscendere*, v. ad c. 11. n. 5. et ad 32, 7, 5. — *per meum sanguinem*, per meam cædem, ut 42, 15, 1. al. Cf. ad 2, 30, 8.

8. *in lustratione et decursu*, v. ad c. 6. n. 1. 2. — *et simulacro* cet. forte *ex simulacro — prælium fecisti*.

9. *ad quem a. comissatum venerunt*, v. ad c. 7. n. 3.

10. *me inter inermes convivas ornaturum fuisse*, scil. si, vocatus ad cœnam a fratre, ad eam venissem. Cf. cap. 7 pr. — *comissatum venerunt*, v. ad c. 7. n. 3. — *credis nihil a gladiis nocte periculum fuisse*, immo *nihil — periculi mihi* (ant. *mi* scriptum erat) *fuisse*; Jac. Gron. Recte: nam τὸ *quem*, quod sequitur, postulat in præc. *mihi*, quod etiam in c. Victor. et Lov. 6.

e xstat, sed post verbum *fuisse*; Crev. Possis etiam legere *nihil — periculi fuisse ei*, vel *periculi ei fuisse, quem* cet. — *sudibus*, v. ad c. 6. n. 3.

11. *Quid enim? negat*, forte *q. e. neget?* Gron. Sed *quid* et *quid enim* in interrogationibus acrioribus ita absolute usurpari, monent Drak. ad h. l. et ad 28, 41, 12. et Burm. ad Quintil. 7, 10. Cf. inf. ad cap. 13. n. 3.

12. *rem pro manifesto haberes*, v. ad 1, 3, 3. Vocem *rem* restitui, quia in omnibus exstat MSS. et edd. vett, ante Frob. a. 1535. quæ prima eam tacite omisit, errore forsan operarum. Ita ex præc. intellegi posse *hoc*, monet Gron. et ex princ. cap. *facinus* Drak. Ille tamen, non hic, malebat *pro manifestis*. Cf. ad Tac. Ann. 2, 85, 3.

CAP. 10)—1. *furias fraternas concita*, adpella Furias vindices fratris ad necem petiti; Bauer. Malim: invoca Furias vindices discordiæ fratrum, h. e. exsecrare nos fratres discordes et insidiatores. Cf. ad 1, 59, 8. — *cæcas exsecrationes*, temere et cæco quasi inpetu adfectuque animi editæ s. effusæ; vel vanæ inanes, inritæ, sine effectu. Cf. Heyne ad Virg. A. 4, 209.

2. *noxium incesse caput* scil. diris exsecrationibus, (ut ap. Suet. Claud. 12.) e conj. Rubenii recepimus pro vulg. *noxium huic esse caput*, quæ conrupta esse patet, et quorum in locum quidam MSS. *n. hinc esse c.* substituunt. *noxium huic esto caput* conj. Grut. *noxium his* (exsecrationibus) *incesse caput* Crev. *in noxium exsecrare caput* Schel. ad Polyb. c. 14. et *noxium puta* vel *judica esse caput* Bauer.

3. *non sollemne lustrale* sacrificium *exercitus tui, non decursus militum*, v. ad cap. 6. n. 1. et 2. — *non epulæ*, mensa hospitalis, quæ sacra est. v. ad 23, 9, 3. Manifestam in his imitationem Cic. Cat. 4, 1. notavit Muret. var. lect. 19, 14.

4. *cujus beneficio pœnam tibi senatus remisit*, v. 39, 47. — *obnoxiam adolescentiæ*, adolescenti. v. ad 3, 39, 1. — *Pro isto Romani stant*, v. ad 8, 34, 1.

CAP. 11.)—1. *cum pluribus legatis et iis quidem primoribus M. remittas eum*, ut mox *plures et principes Macedonum*, nisi leg. *ex primoribus M. r. e.* vel e c. Mog. *eum remittas Macedonum*; Drak. — *T. Quinctius nunc est auctor omnium rerum isti* cet. cf. Polyb. 24, 3, 7 sq.

2. *concocta sunt consilia*, v. ad 3, 36, 3.

3. *inbuti illinc*, Roma, *et infecti Romanis delenimentis, redeunt*, v. ad 4, 51, 2. et 9, 16, 10. — *indignor*, v. ad 3, 3, 1.

4. *in medio ponitur*, ut ap. Sen. Thyest. 203. *in medio est scelus positum occupanti*: ideo dixit, quia pater utrumque filium hujus criminis suspectum habebat: dixerat enim c. 8. *vivo et spirante me hereditatem meam ambo et spe et cupiditate improba crevistis*: Drak. *In medio positum* est id, quod controversum est et dubium; Turneb. Adv. 30, 24. "*In medio ponitur*, i. e. sine nomine, nec in me, nec in fratrem (confertur regnum) quasi res, cujus dominus ignoretur, omnino, universe, infinite, simpliciter; vel quasi dicat: si omnino quæratur, *quis*, uter vestrum, est cupidus regni, vel, est *aliquis*, alter vestrum, cupidus regni, *non adnosco*, non sentio, non fateri cogor, me esse illum; pæne ut ap. Horat. Ep. 1, 16, 30. *Quum pateris sapiens emendatusque vocari, Respondesne tuo nomine?* i. e. adnoscisne, te esse talem?" Bauer. Cf. ad 6, 6, 7.

5. *transscendere ordinem ætatis* cet. v. ad 32, 7, 5.

6. *Obstat frater major — defendent factum*, cogitationes et spes Demetrii, quarum invidiose eum insimilat frater.

7. *Pater senex et filio solus orbatus*, intell. transposite: *filio orbatus et solus*, i. e. in solitudine, ἔρημος, inops, sine præsidio relictus, ut c. 12. *solum inopem*; Bauer. Minus disjectum videtur *pater senex et filio orbatus, solus*, vel *senex et solus, filio orbatus*; Duk. *de se magis timebit*: cur? v. ad cap. 8. n. 7. *magis timebit, quam ut — ulciscatur* pro: timebit magis quam ulciscetur; etsi et *ut* intellegas: nimius timor erit nimio major, quam *qui* patiatur eum ulcisci; Bauer. Cf. ad 37, 37, 3. *quam filii necem ulciscetur* malebat Gron.

8. *Hæ spes incertæ*, incerti eventus, qui fallere possit, *sed non inanes sunt*, at non temere, non sine causa et conditione (Moglichkeit) ac specie sperandi susceptæ; Bauer.

9. *si facinori eorum successerit*, (v. ad 8, 25, 6.) *mortem meam idem tu persequi non poteris*, quia scil. et ipse mox interficieris. "*Mortem persequi* est ulcisci, ut ap. Cic. pro domo 19. et Phil. 13, 18. Cæs. B. G. 7, 38. v. Broukh. ad Tibull. 1, 9, 28. et Cort. ad Sall. Cat. 9. et Jug. 14." Drak.

CAP. 12.)—1. *Tandem ipsa necessitas, quum dicere juberent, vicit dolorem, atque*, et, *ita orsus est*: nisi ex c. Thuan. et Hearnii L. 1. leg. *juberetur*; Drak. *quæ dicere juberet*, vel: *Quum d. juberent, atque*, confestim, (v. ad 26, 39, 13.) *ita orsus est* malebat Gron.

2. *quum ipse, ex quo ab Roma redii*, (v. ad 8, 1, 1.) — *insidietur ultro, mihi* cet. distinguebat Gron., at plerique *insidietur ultro mihi, non* cet. prob. Bauero, cui verbum *insidietur* vix videtur carere hic posse dativo *mihi*, quem ad *induit* aut repetas, aut excidisse putes. At hæc ratio nobis potius ceteris durior videtur; saltem *insidietur* facilius dativo *mihi* carere potest, in primis ob verba præcc. *ex quo ab Roma redii*, quam *speciem induit*, quorum alia vis est, si tertio, alia, si primo junguntur casui. Nostra distinctio est optima, sententiaque plana, si eam mutatis verbis ita

expresseris : quum ipse sit insidiator perpetuus, *ultro*, adeo, (v. ad 1, 5, 6.) *mihi non insidiatoris modo, sed latronis* etiam *speciem induit.* Insidiatorem vero h. l. non alium, quam fratris, esse, non opus erat moneri, quum tota Persei adcusatio eo spectaret.

3. *Circumventum* te, *solum, inopem*, (v. ad cap. 11. n. 7.) *invidia gratiæ externæ*, Romanæ, Romanorum, cet.

4. *nocturno hoc ficto et conposito argumento*, quasi materia (Stoff, Sujet) fabulæ ex nocturno casu, unde simul argumentum fidei strueretur ; fabula, materia et causa petita ex casu nocturno; Bauer. Mox *fabula hujus noctis*, et cap. 15 pr. *nocturna fabula* dicitur. v. ad 7, 2, 7. et ad Tac. Ann. 13, 21, 5. Similiter *conposita fabula* est ficta 3, 10, 11. et ap. Justin. 39, 1. et *compositus* ac *fictus* ap. Sen. Consol. ad Helv. 16. junguntur; Drak.

5. *sed proditionis meæ ante*, antea jam, *me adcusatum* scil. oportuit. Verba *meæ ante* primus addidit Aldus e c. Mog. Supervacuum τὸ *meæ* esse, monuit Gron. Forte leg. *inpiæ*. Sed displicet etiam conpositio verborum *ante me*, quæ disjungenda erant, ut planior redderetur oratio; et præstiterit certe *multo ante.* — *si illa separata ab hac vana adcusatio erat* ex emend. Gelenii *separata ac vana* c. Mog. *criminosa ac vana* reliqui MSS et edd. antt. " Omnia vero ita potius cohærere credo : *oportuit proditionis ante me adcusatum, aut hodie eam quoque prætermitti et in aliud tempus differri, nisi illa separata ab hac vana a. erat.* Demetrius enim probare intendit, se falso proditionis adcusari. Dicit igitur, si crimen verum foret, vel ejus se ante a fratre adcusari, vel id nunc ab eo non objici, nec cum altero crimine jungi debuisse : sed ideo Persen noctis hujus crimen cum cetera insectatione vitæ miscuisse, ne, si alterum ab altero separasset, magis invidiam suam erga fratrem, quam crimen ejus, indicaret." Drak. — *novo quidem et singulari genere odii*, forte *quodam* ; Ern.

6. *T. Quinctium, cujus virtute*, forte *auctoritate* ; Crev. — *tali pietate* εἰρωνικῶς pro tali simultate.

7. *sed Macedonum* quoque *judicia* bona, honorifica. Mox forte leg. *dein tamquam aliis omnibus* cet. ; Gron.

8. *hanc formulam cognitionis*, quæ et *judicii formula* dicitur, res, causa, quæstio verbis a judice vel arbitro expressa, de qua quæratur in judicio : statum quæstionis, controversiæ, τὸ κρινόμενον, vocant, de quo agatur ; Bauer. Cf. ad 4, 8, 4.

CAP. 13.)—1. *omnes insidiarum vias*, v. ad 4, 48, 2.

2. *post lustrationem, quum concurrimus*, v. ad cap. 6. n. 1. 2. — *si diis placet*, v. ad 4, 3, 4. — *volui, quum ad cœnam invitavi, veneno scilicet, tollere* ; ob quem metum Perseum non ad cœnam venisse, suspicari videtur Demetrius, eoque etiam spectant extrema fere hujus cap. verba : *quoniam semel venenum paraveram.* Ipse Perseus in adcusatione nullam facit veneni mentionem, neque etiam causam, cur vocatus ad cœnam a fratre abnuerit, vel hanc vel aliam aperte indicat. — *gladiis accincti*, forte *succincti* ; Ern. Nil interest.

3. *Quid ? dies qualis ?* edd. a Grut. ad Crev. *quis dies ? qualis ?* Hoc vigentius ; neque *quid*, i. e. porro, primo statim membro præmittatur : sed leg. *qui dies ;* Bauer. Enimvero *quis dies* et *qualis dies* vix differunt ; et *quid ?* non semper est porro, sed elliptice et in adfectu refutationibusque vel acrioribus interrogationibus dicitur, ut nostrum *was ?* et *wie ?* pro : quid aut quale est, quod dicis, aut quod dicitur ? Cf. ad cap. 9. n. 10.

4. *quo inter divisam victimam* cet. cf. cap. 6 pr.

5. *tum* ut *quum maxime* (v. ad 29, 17, 6.) *in hostium itineri nostro circumdatam*, cujus duæ partes ad dextram lævamque viæ essent positæ. Cf. cap. 6 pr.

6. *ut quibus aliis deinde sacris* cet. Nota Gron. est : " Nulla hic potest fingi destinatio vel finalis causa, quam particula *ut* explicet. Neque enim umquam hac fini, ut expiaretur, proposuit sibi, se hominem occisurum, nedum parricidium commissurum. Lege : *Et quibus aliis* cet." At Baueri : " Ego *at* prætulerim, si quid utique mutandum sit : sed ingeniose inplicat structuram interrogandi, sic evolvendam : *an, ut aliis sacris — mentem expiarem ? At quibus illis ?*" Ipse quoque Gron. in Addendis probavit τὸ *ut* (Gr. ἵνα τί) firmavitque conl. simili loco inf. 44, 39, 5. — *aliud alio*, alii, cum alio *confundit*, vel *confundere* sit turbare, evertere, arguere ; Bauer.

7. *invitatus ad cœnam abnueres* sc. venire, ut mox et cap. 7 pr. *vocatus ad cœnam negat.*

8. *ab eodem metu*, ob metum v. ad 1, 1, 5.

CAP. 14.)—1. *illo etiam — gaudio provehente*, v. ad 2, 50, 3.

2. *Miseria hæc et metus*, misera conditio et periculum reorum ; ut passim *miser* et *miseria* de reis, præsertim innocentibus. Cf. Gron. et Drak. ad h. l. et Ernesti clav. Cic. — *insidiatores nos* εἰρωνικῶς.

3. *non milites obstinuissem meos*, sodales s. convivas, qui mecum et decurrerant, et post cœnam, me auctore, ad fratrem simul iverant comissatum, nonnulli etiam armati. Cf. cap. 6. et 7. *comites* malebat Gron.

4. *quod ipsi fatentur*, " an *faterentur ?* Ambiguum tamen fuerit, quasi ad consilium Philippi pertineat, quærentis, ut fateantur. Quare aptior hic Indicativus, ex Demetrii persona." Bauer.

5. *Hoc enim videri*, probabile esse, *vis, non illud, quod fatentur et palam est*, sc. eos ferrum habuisse. *At sui se tuendi causa sumsisse dicunt.* Ita emendavi vulgatam eamque insulsam lect. *quod fatentur, et palam est, et sui*

— *dicunt.* Plura et minus apte mutant alii. *ut dicant* vel *quod dicunt* conj. Bauer ; at Gron., Crev. et Drak. delenda putabant tum verba *et dicunt*, tum seqq. *sui facti.* Hæc et nobis displicent, adjectaque sunt e c. Mog.

6. *quum comissator ego discessissem*, forte *comissatum.* Cf. ad cap. 7. n. 3. — *quatuor substitissent* : verbum non satis h. l. aptum. Non *substitere* quatuor Demetrii sodales, sed cum eo ad fratrem ivere. cf. cap. 7. Forte leg. *quatuor subfecissent*, (satis fuissent) vel *suscepissent*, vel *subcinxissem* sc. ferro, vel *submisissem*, h. e. clanculum misissem, ut 45, 34. Tum vero post *adgrederentur* non tollenda interrogandi nota, quæ displicebat Dukero et Drak. Mox *evasuri fuerunt* emend. Bauer.

CAP. 15.)—1. *ista nocturna fabula*, v. ad c. 12. n. 4.

2. *quod invidium urit*, v. ad 10, 17, 1. *quod dolet* (tibi), *quod invidia urit* (sc. te) malebant Drak. et Bauer, moxque *regni ut tui* vel *in regno tui* Gron.

3. *Nec ambigere umquam de eo*, v. ad 21, 31, 6.

4. *ut indignus te patre, indignus omnibus videar ;* " quid hoc *omnibus* sibi vult ? utrum omnibus rebus ? quænam ergo illæ erunt ? an omnibus hominibus, dandi sc. casu ? quanam ergo re indignus ? Aut del. alterum *indignus*, ut tertius casus sit *omnibus*, aut leg. *tibi patri* sc. regno," Bauer. *ut te* (et successione in regnum) *indignus omnibus videar* c. Lov. 2. et Naud. *indignus omnibus* (sc. regnum mihi haud dubia spe destinantium, et mei, ut regnaturi, mentionem facientium, conj. Schelius ; quod durum contortumque videbatur Bauero, at verum aptumque Drak. (qui monet sensum esse, se, licet fratri majori cessurus sit, simul tamen operam daturum, ne a patre degeneret, et regno indignus videatur) et acutum Gron., qui etiam tentabat : *indignus majoribus*, vel *indignus tibi, pater, indignus omnibus* sc. regno. Forte leg. *indignus omni jure* sc. regni seu successionis. Sed non esse videtur, quod displiceat vulg. lectio repetitioque vocis *indignus*, si *omnibus* tertio casu dictum adcipiatur, hoc sensu : *ut indignus te patre*, et quidem *indignus* te *omnibus videar*, h. e. et tibi et amicis et inimicis. — " *Id enim*, scil. ut indignus te patre, i. o. videar, *vitiis meis*, nempe *non cedendo, cui jus fasque est, non modestia*, i. e. inmodestia, *consequar ;* vel potius *id enim*, sc. ut indignus — videar, *vitiis meis consequar*, *non* consequar *cedendo*, *non* consequar *modestia :* (ita *cedendo* refertur ad id, quod præcesserat, se nec nunc sperare regnum, nec ambigere cet., *modestia* ad id, quia pater eum majori cedere volebat) aut leg. *id enim vitiis meis, non cedendi, cui jus fasque est, modestia consequar :* omnes certe MSS delent τὸ *non* ultimo loco, et *cedendi* legunt Lov. 3. Med. 1. et Gærtn." Drak. *Id enim citius non cedendo, cui jus fasque est, quam modestia consequar* conj. Gron.

5. *nullam pœnam deprecor*, recuso ; sed *deprecor*, (ut supra *ne obsit, deprecor*) i. e. etiam etiamque peto, *ne invidia conflagrem*, v. ad 22, 35, 3. et de duplici sensu verbi *deprecor* intpp. Justin. 11, 9 extr. (*non mortem, sed dilationem mortis deprecantur.*) — *quum crimine non possim* conflagare, quia nullum crimen conmisi ; Drak.

6. *In eo, ubi præsidium esse oportebat, ibi exitium est :* ant *in eo* aut *ibi* redundat, et pro *in eo* forte leg. *nunc ;* Bauer. An potius *enimvero ?* Sed talis non tam neglegentia, quam redundantia orationis, qua et dilucidior fit ea, et vididior, passim obvia est. *In eo* sc. fratre majori, *ubi*, in quo — *ibi*, in eo, apud eum, ut 2, 48. 4, 13. 45, 35. *sed* pro *in eo* Lov. 2. non inprob. Drak. Τὸ *in* abest a c. Victor. Lov. 3. et 6. Voces *in eo* a glossatore τῷ *ubi* adscripta fuisse, putabat Crev.

7. *sine advocatis, sine patronis*, v. ad 26, 48, 4.

8. *quum quid aliud, quam ingenii fama, periclitarer ;* nam *periclitari re*, dicitur pro *p. de re*, periculum rei facere seu subire, Gall. *risquer*. Cf. Gron. et Drak. ad 38, 25, 4. Propter præc. *quid aliud* suspicari possis *famam periclitarer*, h. e. periculo exponerem. Cf. tamen ad 2, 8, 9. — *quid arcessitus essem*, v. ad 5, 51, 2.

CAP. 16.)—1. *spiritum et vocem intercluserunt*, v. ad 23, 7, 5. — *vitam, mores ἀσυνδέτως*, nisi leg. *vitam ac mores*, ut mox *dicta factaque ;* Duk.

2. *ad extremum finem Galliæ*, v. ad 2, 49, 10.

3. *Verius fuisse, consules — decernere*, v. ad 2, 48, 2.

4. *quid e re publica esset*, v. ad 1, 27, 5.

5. *non placere, si per deditionem Ligures recipiet*, quidam MSS., alii et edd. antt. *non placere sibi, per d. L. recipi et receptis* cet. forte rectius : saltem cum Gron. leg. *reciperet* (Marcellus) aut *reciperent* (consules), et deinde *eos ad consules* (nam uterque consul Ligures provinciam sortiti erant) *remitti*. v. ad 2, 22, 4. Senatus hæc tria Marcello rescribi jussit : primo oportuisse, ut de omni negotio potius consules, quam se, consuluisset : secundo quoniam tamen ad se decurrerit, videri, Liguribus sponte se dedentibus arma non adimenda esse : tertio non Marcellum, sed consules cognoscere debere, utrum Ligures in deditionem adcipiendi forent ; Drak.

6. *P. Manlius in ulteriorem Hispaniam, quam et priore p. p. o.* sed olim *citeriorem* potius obtinuerat, (v. 33, 43. 34, 10. 17.) et nunc *iterum* prætor fuit. v. 39, 56. Itaque τὸ *quam* ad solam *Hispaniam* referendum, aut Livius memoria lapsus est. " Quod autem

[redacted]

Pighius et Sigon. conjiciunt, ei causam iterum petendæ præturæ potuisse esse, ut, quia forsitan senatu motus fuerat a censoribus, jure magistratus in eum venire posset, satis incertum est : nam hoc tempore non insolens fuisse, præturam repeti, ostendunt exempla multorum 41, 8, 28. 42, 9 al. quos omnes ob eam causam iterum præturam petiisse, non verisimile est." Duk. — *P. Sempronii proconsulis*, v. ad 28, 38, 4.

7. *oppidum Hispanum Urbicuam*, edd. priores *Urbienam*, et MSS *Uthicenam*, *Uthienam*, *Uthienam*, *Uthicam*, *Athicam*, *Utiœrnam*, *Veicam*, *Vehicam*. In numo Augusti legitur *Urbuica*, (v. Ortel. Thes. geogr.) et *Urbica* in Antonini Itin. p. 447. ubi v. Wessel. — — *Duru ibi prœlia*, forte *dubia*; Gron. An *dira*? Sed et *dura prœlia*, *pugnæ*, *bella* dicuntur, in quibus utrimque pugnatur acerrime, et multæ cædes eduntur. Cf. intpp. Hor. Od. 3, 20, 3. et Burm. ad Valer. Fl. 3, 710. 6, 298. 545. — *Victi perseverantia Fulvii* c. Victor. et Lov. 1. et 6. Alii MSS. et edd. vett. *vicit p. F.* aut *Fulvius*. — *quod nulla vi*, potius *qui n. vi*; Gron.

8. *in unum coacto*, v. ad 27, 39, 2. et 32, 2, 4.

CAP. 17.)—1. *In re præsenti*, v. ad 34, 62, 7. — *de agro*, ut de alio 34, 62.

2. *damno sit*, forte *damno sibi sit*; Duk. — *Romam ad senatum rejecerunt*, v. ad 2, 22, 4.

3. *alterum* cum *legionibus suis Pisis hiemare*, sc. L. Æmilium ; quod ex verbis extremis hujus cap. probabile fit. Sed Cn. Bæbium Pisis hiemasse, legimus c. 9. et 25. " Hæc forte ita ex sententia Dukeri conciliari possunt, si dicamus, Ligures, altero exercitu e finibus suis abducto, ad arma rediisse, atque in eos L. Æmilium movisse ; eo vero tumultu Romæ audito, Cn. Bæbium, perfectis comitiis Pisas remissum, milites, quos dimiserat, ad signa revocasse, vel legiones urbanas eo secum adsumsisse. Neutrum e coss. exercitum dimisisse, putat Crev.; mutatis enim temporibus mutatam esse senatus et consulum sententiam." Drak.

4. *inter se consules conpararunt*, v. ad 3, 2, 1.

CAP. 18.)—1. *Comitiis consulibus rogandis*, v. ad 3, 35, 4. et 3, 64, 5. — *creati P. Cornelius Cethegus* cet. cf. Plin. 13, 13. s. 27. Valer. Max. 2, 5, 1. et tabulæ consul. Capitol. *Pamphilum*, non *Tamphilum*, fuisse cognomen Bæbiæ gentis, monet Hard. ad Plin. l. c. Sed cf. Ind., et Duk. ac Drak. ad h. l. In fastis Capit. scribitur *Tamphilus*, in numo gentis Bæbiæ *Tampilus*. Pro *Cethegus* omnes MSS et edd. antt. *Lentulus*, ut et Val. Max. l. l. At *Cethegus* dicitur Plinio l. c. et Nep. Hann. 13. videturque notius Corneliorum cognomen *Lentulus* minus frequenti substitutum esse ; Drak.

2. *Romanos pedites*; prior vox supervacua, sed passim addita. v. Drak. ad cap. 26. — *et quindecim millia* cet. forte *et quinque decem millia s. ac L. n.*, *octingeni equites* ; Drak. qui tamen vulgatum quoque locis, a se 40, 1, 5. laudatis, firmari posse monet. Idem parenthesin h. l. adjecit, et *octingenti* reposuit pro *octingentos*.

3. *duumviros* navales. Cf. c. 26. — *naves XX deductæ navalibus sociis civibus Rom.* cet. v. ad 8, 26, 1. et 9, 38, 1.

4. *promontorium Minervæ* terminus Campaniæ in ora adversus Picentinos, hod. Capo della Minerva. De eo et *Baris* v. Cluver. It ant. 4, 3. et 11. p. 1162. et 1210. Mox τὸ *in* ante *dextram partem* delendum auctore Gron. An *ut* reponendum pro *in*?

CAP. 19.)—1. *Prodigia multa* cet. v. ad 1, 31, 1.

2. *In area Vulcani et Concordiæ*: " quam non duplicem, sed eamdem fuisse credo, quia ædes Concordiæ in area Vulcani erat. v. 9, 46. Obseq. de prod. c. 59. scribit *in area Vulcani per biduum, in area Concordiæ totidem diebus sanguinem pluit*, et duo prodigia, a Livio 39, 46. et 59. relata, conjungit, non ut significet, aliam fuisse aream Vulcani, aliam Concordiæ, sed quia utrumque eodem anno adciderat." Duk. — *pontifices hastas motas nuntiavere*, v. ad 21, 62, 2.

3. *Lanuvii simulacrum Junonis Sospitæ lacrumasse*, v. ad 1, 31, 1. 8, 14, 4. et Steger. de prodigiis p. 111 sq.

4. *forisque et conciliabulis*, v. ad 25, 5, 3.

5. *ut* Venus *Libitina*, libitinarii aut adparatus funebris, in hujus deæ templo servatus, *tunc vix subficeret* sc. funeribus faciendis. Cf. ad 41, 21, 3. et Juvenal. 12, 122. *Pestilentiam* hanc in tertium annum Romæ et in Italia sævilsse, neque per sex menses pluisse, tradit Obseq. de prod. c. 60.

6. *decemviri libros adirent*, v. ad 3, 10, 6.

7. *ab Iliensibus in Sardinia* : in qua et Ἰλιεῖς et Ἰολαεῖς s. Ἰολάειοι fuere. v. Drak. ad h. l. et ad Sil. 12, 364.

8. *ut is numerus effici militum* — *quod deerat militum* cet. posterius *militum* delendum putabat Gron. prius Drak. Cf. tamen ad 1, 3, 8. — *Bæbio proc. qui Pisis hibernabat*, v. ad cap. 17. n. 3. — *cujus residua quædam* cet. forte *quorum* leg. pro *cujus*, et mox *jam superiore anno* pro *jam priore a*, ne *prioribus* et *priore* jungantur. — *L. Pupium prætorem*, v. ad 28, 39, 1.

9. *Id persecare*, resecare, conficere rem s. quod mali hujus residuum erat. Cf. Cic. ad Att. 13, 23. — *leges de ambitu*, quarum sententia quæ fuerit, non constat ; Duk. Cf. Sigon. de jud. 2, 30. *legem* plures MSS. et edd. ante Ald. forte rectius, judice etiam Drak.

CAP. 20.)—1. *Lacedæmon. exsulum* cet. v. ad 36, 35, 4.

2. *Philocles et Apelles* : de illo v. ad 31, 16, 1. de hoc Polyb. 23, 14. 24, 1. — *de iis*,

quorum Perseus Demetrium insimilasset sermonum cum Romanis cet. cf. Polyb. 24, 3. *sermonum* pro *sermonibus :* quam metabasin sive enallagen casus exemplis illustrat Drak. Cf. ad 2, 57, 3. 23, 10, 2. 45, 44, 4. et al. Eadem loquendi ratio Græcis est sollemnis. — *medios*, v. ad 1, 32, 5.

3. *præterquam fraterni sceleris* ex ed. Froben. 1531. et 1535. In MSS. et edd. antt. *p. fraterno scelere*, prob. Drak. Eo significatur, omnium, quæ de se patrem, fratrem, totam aulam agitare posset suspicari, inscium fuisse, præterquam quantum ex scelere fraternæ adcusationis colligeret; Gron.

4. *quum obsideri aures a fratre*, v. ad 24, 4, 2. Tò *quum* tolerari potest: sed forte malis *cujus ;* Gron.

5. *contagione Romanorum*, v. ad 2, 5, 3.

CAP. 21.)—1. *Stobos P. exercitu indicto*, v. ad 4, 25, 4.

2. *quia vulgatæ opinioni crediderat*, ex eo *Ponticum* cet. cf. Strab. 7, 5, 1. p. 313. (ubi hanc quoque Polybii, sed falsam fuisse opinionem dicit, quod etiam Livius cap. 22. monet) et Mela 2, 2. ubi v. Voss. *Hæmo* s. Æmo monti, qui Thraciam dividit, excelsitatem 6000 passuum tribuunt Plin. 4, 11. s. 18. Solin. 10. Martianus lib. 6. — *Istrum amnem :* Drak. *Histrum*, quod passim exhibeant præcipui codd. Sed pravam hanc esse serioris ævi adspirationem, jam monuit Heyne ad Virg. Ge. 3, 350.

3. *perdifficillimum aditum*, ut *perdulcissimus, permaximus, perminimus, perpaucissimi, perplurimus.* Cf. Drak. et ad 41, 23, 3. *per difficillimum a.* quædam edd. ante et post Aldum. *per difficillima a* conj. Gron. — *primum quærit ab eo ;* sed nemo respondet: unde quidam suspicantur, defectam esse orationem; Glar. Quum postea addatur, Demetrio adsentiendum patri fuisse, ne invitum parere suspicio foret, Livius aperte indicat, Demetrium ad singula capita a patre proposita respondisse eadem adprobando; Drak.

4. *commissurum in aleam casus*, v. ad 28, 42, 11.

5. *qua proxime itinera — ducerent:* Gron. et Crev. *quæ*. Non male. Sed *qua* retineri potest, modo suppleas *parte*, non *via*.

6. *Didas, ex prætoribus regiis* cet. v. ad 6, 42, 7.

CAP. 22.)—1. *tertio die ;* leg. non III. sed II. h. e. *secundo* vel *postero die ;* Sigon. Sed numerus trium dierum sic iniri potest, ut septimus, quo Philippus ad radices montis pervenit, primus trium sit; quo ibi moratus est, secundus; quo iter in montem ingressus, tertius; Duk. et Crev. Cf. 44, 3 extr. — *invia loca excipiebant*, non interrupta, continua serie sequebantur; Drak. Cf. ad 1, 53, 5. et 2, 61, 1.

2. *perspici cœlum vix posset*, conspici per densos armorum ramos; Drak. Cf. ad 22, 6, 4. *prospici* Lov. 1. et 3. — *tertio demum die ad verticem perventum :* Sigon. primum diem adscensus in montem eum putat, quo rex ad radices illius moratus est: sed hic inter tres dies, quibus montem adscendit, numerari non potest: et mox Livius regem *triduo adscendisse, biduo degressum* dicit; Duk.

3. *Nihil vulgatæ opinioni* cet. v. ad c. 21. n. 2.

4. *in Deutheletos transcurrit*, v. ad 39, 53, 5.

5. *deos sociales n. s. inplorantes*, v. ad 1, 45, 3.

6. *a campestri aditu* cet. v. ad 8, 17, 5. 36, 10, 3.

CAP. 23.)—1. *ut ante dictum est* cap. 21.

2. *simplicitatem juvenis — captaret* v. ad 22, 28, 1.

3. *Pæoniæ prætor*, Didas. v. ad c. 21. n. 5.

4. *quos ad exploranda o. R. m.*, cf. cap. 20.

5. *jam ante* iis *præmeditatis* passive; (v. Drak.) nisi cum Gron. ex Voss. et Lov. 2. leg. *præmeditati*. Cf. ad 9, 23, 1.

CAP. 24.)—1. *Demetrium i. ad p. adcusavit Perseus* proditionis et adfectati per Romanos regni; argumenta erant *fuga* et sollicitati *comites* et *literæ T. Quinctii*, adolescentem egisse secum de successione confessi; Gron.

2. *nec id cura ipsius*, ob curam i. et reverentiam, vel dignitatis respectum. — — *nudaret*, v. ad 24, 27, 1.

3. *Demetriadem ipsi*, Philippo — *Astræum Pæoniæ* opp. Αἴστραιον Ptol. et Ἀστραία Steph. unde *Æstræum* vel *Astræam* suspicari possis. *Asterium* ex vet. libro Sigon. et Gron. Ἀστέριον πόλις Θετταλίας Steph. et Strab. Sed Thessalia satis remota est a Pæonia; Drak.

4. *parricidium fratris*, v. ad 28, 29, 1. et 40, 8, 2.

5. *spiritum intercluserunt*, v. ad 23, 7, 5.

CAP. 25.)—1. *ex consulatu*, v. ad 4, 31, 1. et Drak.

2. *ne efferendi quidem signa* (v. ad 25, 41, 2.) *Romanis* cet. lege *nec efferendi signa* cet. vel deinde *nedum ad explicandam*; Gron. Sed similiter 1, 3. dicitur *ne morte quidem Æneæ, nec deinde* cet. Drak.

3. *cum literis Pisas mittit* sc. Æmilius Paullus, nisi *Paullus* leg. pro *Pisas*. Sed cf. cap. 19.

4. *obsesso sibi per inducias*, v. ad 2, 18, 1.

5. *educere in aciem*, v. ad 1, 23, 4.

CAP. 26.—1. *magnam trepidationem* cet. τὸ *magnam* delendum putabat Gron. cum distinct. post *fecerunt*.

2. *vim morbi*, pestilentiæ. cf. cap. 19. —

— *quo serius perficeretur* sc. delectus. *quod* malebat Gron. sed *quo* passim vel pro *ut* poni, (v. 6, 24, 2. 30, 16. al.) et *causa ut* pro *causa cur* 5, 55, 4. vel pro *quod* aut *quare*, eodemque modo *causa quo* ap. Plaut. Pœn. 3, 1, 30. et Aulul. 1, 2, 14., monent Duk. et Drak. *perficeretur* c. Mog. *proficiscerentur* et *proficiscuntur* ceteri MSS. et edd. ant. — *diem edicerent* cet. v. ad 22, 12, 1.

3. *omnes m. q. a. sacramento rogaret*, v. ad 2, 24, 7.

4. *Duumviri navales* cet. cf. cap. 18. — — *navesque* ab *iis ornatæ sunt:* (h. e. navalibus sociis completæ; cf. c. 18 extr. et ad 9, 40, 12.) *Matienoque, cujus* cet. ita Gelen. forsan e c. Mog. *ornatæ sunt, cujusque ad G. s. p. erat*, (ei) *inperatum* ceteri MSS. et edd. antt. prob. Gron. et Drak. qui hoc loquendi genus antiquum et doctum esse monet ad 23, 15, 4. Cf. cap. 18 extr. et 28.

5. *si quo usui esse Æmilio posset*, v. ad 26, 9, 5.

CAP. 27.)—1. *ad quatuor portas* castrorum — *quatuor extraordinariis cohortibus* — *extraordinaria porta* — *ad dextram principalem* — *principalem sinistram portam* — *ad quæstoriam portam*, v. ad 3, 5, 3. et 42, 58, 5. *Quatuor extraordinarias cohortes duabus adjunctis, p. M. V. l., erumpere e. p. jussit* malebat Gron. qui etiam contra Lips. de mil. Rom. 2, 7. monuit, *duas* cohortes omnino esse alares seu sociorum, non legionarias, quoniam, quidquid in legionibus fuerit, ad reliquas portas instructum fuisse; mox dicatur. Sed oratio hians minore mole expleri potest copula *et* post *adjunxit* addenda; Duk. Immo ante *erumpere* supple *eas* vel *eum*, quod pron. Livius more suo omisit; Drak.

2. *L. Sulpicius*, forte *C. Sulp.* ut c. 28. ubi v. Drak.

3. *duæ cohortes et triarii duarum legionum* cet. nota Drak. est: "*Duas cohortes* sinistræ alæ intellegit Crev. dextram enim alam et ambas legiones alibi occupatas esse. Ejusdem sinistræ alæ fuisse duas cohortes quatuor extraordinariis junctas, quæ superius memorantur, existimat. Ita tamen scrupulum remanere recte monet, quod quatuor tantum sinistræ alæ cohortes memorentur, quum tamen quælibet ala socialis, eodem modo ac legio Rom., in decem cohortes fuerit divisa. Huic difficultati quid respondeam nescio, nisi dicere velimus, in numero cohortium alariarum vel supra §. 3. vel hoc loco, aut etiam utroque erratum, et pro II. vel *duas* aut *duæ* altero loco IV, altero VI, vel troque VI legendum esse. Videndum am, an sex, quarum nulla mentio fit, occupatæ ac relictæ esse potuerint."

4. *consentiens reddebatur militum clamor:* vox *militum*, e c. Mogunt. ab Aldo inserta, vox repetitur, ut et *signum;* Drak. Cf. ad 1, 3, 8.

CAP. 28.)—1. *pro spe certum*, leg. *prope* c. Mur. et Crev.

2. *capta duo millia et quingenti*, in c. Mog. *capti duo millia et trecenti tres*, quod a Drak. haud receptum fuisse mireris. — *in ditionem venit* Romanorum. *deditionem* alii, forte et Mog. prob. Crev. — *qui prædatores fuissent navibus*, cf. c. 18. *in prædatoriis f. n.* emend. Crev. ob verba seqq. *naves ejus generis*, quibus indicetur, navium certi cujusdam generis prius mentionem factam fuisse.

3. *confecta provincia decedere*, v. ad 2, 40, 9.

4. *subitarios milites, tumultus causa conscriptos*, v. ad 1, 37, 4. et 2, 26, 1.

CAP. 29.)—1. *L. Petillii scribæ* cet. alii a Cn. Terentio scriba *arcas* illas fuisse inventas tradunt, omnes vero, eas auctore Q. Petillio s. Petilio prætore combustas. Cf. ad seqq. not. 10. ad 1, 20. Antias ap. Plut. in Numa p. 74. Varro ap. Augustin. de civ. dei 7, 34. Valer. Max. 1, 1, 12. Lactant. Inst. 1, 22. Festus v. *Numa* et inpr. loc. class. Plin. 13, 13. s. 27. qui sua hausit ex Cassio Hemina, L. Pisone, Tuditano, Varrone et Valerio Antiate. Quos si conparaveris, videbis, eos et in numero et in argumento librorum Numæ variare. Multa, quibus historia hæc dubia redditur, notarunt Nardin. Rom. vet. 7, 11. et Marc. Donatus.

2. *altius moliuntur terram*, v. ad 6, 11, 5.

3. *per tabem tot annorum*, per putrefactionem exedentem corpus; Ern. cf. ad 4, 30, 4. — *duo fasces* librorum, *candelis involuti*, i. e. funiculis pice vel cera inlitis, ut ap. Plin. 33, 7. s. 40. *candelis subigi;* Gron. *Candelæ* quidem primo videntur dictæ, quæ e funiculis, scirpis aliave materia igni concipiendo et alendo apta, et pice cerave delibuta, ad usum nocturni luminis parabantur: sed deinde etiam funiculi pice inliti ad vinciendum; Duk. *scandulis* conj. Pigh. in Ann. ad a. 572. p. 329. Sed et Hemina ap. Plin. 13, 13. 27. *lapidem fuisse* dicit *quadratum circiter in media arca vinctum candelis quoquo versus: in eo lapide insuper libros inpositos fuisse; propterea arbitrari eos non computruisse: et libros citratos* (al. *cedratos*) *fuisse; propterea arbitrarier tineas non tetigisse.* Alii putant, *candelas* fuisse faces cereas, e corylo s. papyro Italico, h. e. scirpis, cera circumdatis, aut ex cedri resina seu palimpissa confectas, quæ cariem ac tineas arcuerint.

4. *Adjicit Antias Valerius*, (v. ad 3, 1, 1. et 3, 5, 9.) *Pythagoricos fuisse* septem Græcos. Idem tradunt Cassius Hemina, L. Piso et Antias ap. Plin. l. l. librosque propterea

[redacted]

fuisse combustos. — *vulgatæ opinioni, qua creditur, Pythagoræ auditorem* cet. v. ad 1, 18, 4.

5. *quod scribam eum quæstor*, quum quæstor fuisset, *Q. Petillius in decuriam legerat*, v. ad 9, 46, 6.

6. *pleraque dissolvendarum relig. e.*, v. ad 3, 24, 1.

CAP. 30.)—1. *ad opp. Æburam* prope Tagum. v. Steph. et Ptol. 2, 6. ubi forte *Αἴβουρα* leg. pro *Λιβώρα*; Drak.

2. *millia duo ferme inde*, v. ad 9, 24, 2.

3. *succedere ad vallum jussum — pugna abstineret* cet. ita Livium constructionis variandæ causa etiam 36, 1. extr. verbum *jubere* primum infinitivo, deinde *τῷ ut* junxisse, monent Duk. et Drak. Cf. ad 39, 14, 8. *abstinere recipereque* conj. Gron.

4. *ostenderentur, dein subducerentur*, v. ad 36, 18, 6.

CAP. 31.)—1. *ubi satis — credidit:* hæc jungenda; Drak.

2. *cum ala sinistra*, v. ad 25, 21, 4.

3. *equitibus extraordinariis*, v. ad 3, 5, 3.

4. *fremitum equestrium*, immo *equestrem*, (v. ad 10, 5, 4.) et mox *castra eo die se expugnaturos*; Gron. et Drak.

4. *quinque millium armatorum:* "non est quod *quingentorum a.* emendes cum Glar. et aliis: nam cum L. Acilio non tantum missa sunt sex millia auxiliorum, sed et ala sinistra sociorum, i. e. pedites ejus et pars equitum. Ala vero socialis si non major, certe haud minor est, quam legio Rom., quæ circa hæc tempora quinque admodum millium peditum et CCC equitum fuit. Recte igitur Livius Celtiberos præ hostibus ut paucos consideravit." Drak.

5. *Castris, quæ pars* cet. pro: et quidem ei parti, quæ cet., vel *castrorum parti, quæ maxime* cet.

CAP. 32.)—1. *tum quum maxime ardere*, v. ad 29, 17, 6.

2. *clamor suorum adcidebat*, v. ad 21, 10, 15.

3. *Equites bipartito in eos emissi*, v. ad 2, 56, 1. Mox *capta quatuor millia ducenti cum equitibus quingentis* c. Mog. Sed librarius CC pro IↃCC dedisse videtur, et sæpe equi, numquam equites capti memorantur; Drak.

CAP. 33.)—1. *ad Contrebiam* urbem Celtiberorum, aut in finibus eorum sitam, quæ et memoratur Floro 2, 17. Vellejo 2, 5. Valer. Max. 2, 7, 10. 7, 4, 5. Cf. Appian. Hisp. 42. qui eam *Κομπλέγαν* s. *Κομπλεγὸν* adpellat.

2. *ubi primum remiserunt imbres*, v. ad 2, 34, 7.

3. *multa castella obpugnavit:* lege *expugnavit*; Gron.

CAP. 34.)—1. *Manlius prætor*, v. ad 28, 39, 1.

2. *vota erat ob consule L. Porcio Ligustino bello:* quem nihil memorabile gessisse scribit Livius 39, 44 extr. Ex h. l. demum intellegitur, eum cum Liguribus pugnasse: nam in discrimine pugnæ diis ædes voveri solebant: Duk.

3. *ædem dedicavit M'. Acilius Glabrio duumvir*, v. ad 1, 53, 3. et 23, 30, 8. — *quæ prima omnium in Italia statua aurata est*, cf. Valer. Max. 2, 5, 1. Enimvero signa aurata jam 38, 35. et 39, 37. commemorantur; Ern. *statuta* malebat Gron. — *patri Glabrioni* ex emend. Sigon. ut ap. Val. Max. *patris Glabrionis* omnes MSS. et edd. antt. non improb. Drak. qui ita dictum monet *legatorum statuæ positæ* 4, 17. et *dedicare ædem dei* 5, 23. al.

4. *proconsul ex Liguribus triumphavit*, v. ad 26, 21, 1.

5. *Transtulit coronas aureas XXV.* numerum paupertati hujus triumphi convenire, non vero *mille et viginti* c. Mog. monet Drak.

6. *et ceræ centum millia pondo*, cf. 42, 7 pr.

7. *pacemque tum iis populus — præstitit* pro *cum iis* recepi ex MS. Harl. et mox ex eodem et c. Victor. *cum præsidio* pro *tum p.*

8. *agrum. qui in controversia erat*, cf. cap. 17.

CAP. 35.)—1. *Bæbius — consules creavit*, v. ad 7, 16, 6. — *A. Postumium Albinum Luscum*, de quo agnomine v. Drak.

2. *confectam provinciam nuntiassent*, v. ad 2, 40, 9.

3. *prope necessarium esset:* immo *esse*; Gron.

4. *de fide b. quidquam recipere*, v. ad 7, 14, 1.

5. *contemtum tirocinium*, contemtus tironum.

6. *provinciam ingenio ferocem* (provinciales natura feroces) — *confecisse*, v. ad 2, 40, 9.

7. *in jus ditionemque venerunt*, v. ad 35, 16, 4.

8. *ego jam hinc* (f. *hic* e quibusdam MSS.) *prædico, me — rem publicam administraturum*, v. ad 2, 64, 3.

CAP. 36.)—1. *suas ornari provincias*, v. ad 9, 40, 12.

2. *quantus semper numerus*, forte *q. tum fere numerus*. Cf. cap. 1. 18. 26. Vox *semper* defendi nequit, (v. ad 22, 36, 4.) neque satis apte *tum semper* conj. Lips. mil. Rom. 2, 7. ubi et sine necessitate mox emend. *XV millia peditum et mille ducenti equites*. Cf. Duk. et Drak.

3. *P. Cornelio et M. Bæbio prorogatum imperium*, v. ad 35, 1, 2. — *provincias obtinere*, tenere, habere, aut retinere. v. ad 3, 36, 12. et 23, 24, 2.

4. *cum equitibus quadringentis*, v. ad 23, 34.

[redacted]

7. — *et sociis e nomine Latino:* " Livius non alibi ita loquutus est, et, si lectio genuina est, ordo verborum erit *inperare* (plerique MSS *imperari*) sociis septem *millia peditum e nomine Latino.* Nullus tamen codicum vulgatum firmat, nisi Lov. 5. perpetuus editionum adsecla, neque adsentitur Pighio in Ann. ad a. 573. p. 334. legenti *e sociis et nomine Latino.* Multæ edd. habent *et sociis a. n. L.*, plerique MSS. *et sociis n. L.* quidam *et s. nominis Latini*, quæ ordinaria ac sollemnis formula est." Drak.

5. *socium Latini nominis XII millia* sc. peditum; quæ vox passim omittitur, v. c. 40, 18. 44. 41, 15. Drak.

6. *prospere rem publicam gessisset*, v. ad 2, 64, 3.

7. *Buteoni prorogatum in Gallia inperium est;* al. *in Galliam*, prob. Sigon. Sed v. ad 26, 18, 3.

8. *præter exercitum veterem, qui — erat,* forte *exercitus veteres, qui erant.* Sed etiam supra hoc cap. et inf. c. 38. dici *exercitum*, sc. qui cuique consuli esset, monet Drak.

CAP. 37.)—1. *decemviri libros inspicere*, v. ad 3, 10, 6. — *consul*, qui superstes erat, altero mortuo.

2. *fora conciliabulaque*, v. ad 25, 5, 3.

3. *coronati et lauream* cet. v. ad 23, 11, 7.

4. *insinuaverat suspicio animis*, v. ad 2, 3, 2.

CAP. 38.)—1. *in agros campestres*, v. ad 10, 2, 3.

2. *nullum alium ante finem rati fore L. belli*, vel *alium* vel *ante* superest, sed potius *ante*: Gron. Sed similiter *umquam* et *umquam ante alias* 1, 28. 22, 58. 31, 7. 32, 5. dicitur; Duk. — *Taurasinorum* non alibi fit mentio; et conjecturas Cluverii in It. ant. 4, 8. p. 1200. (ubi Ligures, qui Corneliani et Bæbiani Plin. 3, 11. et Front. de col. p. 106. dicantur, traductos putat in Hirpinos, Samnitium conterminos, citra Apenninum ad Calorem fl., ad cujus dextram ripam fuisse contendit, non probat, opp. *Taurasium*, nunc *Taurasi* dictum) jam refutavit Cellar. G. A. 2, 9. p. 556. Ταυρασία opp. Galliæ Transpad. ap. Appian. Hann. 5. ab h. l. alienum. Forte leg. *Taurianorum*, aut *Caudinorum.* ἡ Ταυριανὴ χώρα ap. Strab. 6, 1, 3. p. 254. ubi cf. Casaub. *Tauraninorum* conj. Sigon. et Camill. Peregr. de Capua 2, 23. Ταυρανία πόλις Ἰταλίας ap. Steph. et *Taurania* urbs Campaniæ ap. Plin. 3, 5. s. 9. Sed *Samnitum* h. l. oppidum memoratur. Verba seqq. (*fuerat. In eum quum*) adjecit Sigon., ut expleret lacunam MSS.

3. *edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere* verba corrupta. *ut Ligures Apuani de montibus descenderent* conj. Muretus, et *ab Anido monte ut descenderent* Cluver. It. ant. 1, 10. p. 76. ubi suspicabatur, Anidum montem esse eum, qui, Macram effundens flumen, nunc dicatur Monte Borgada s. Borgalla. Cf. ad 39, 32, 1. Neutrum satis facit; displicetque tum repetitio verborum *Ligures Apuani*, tum nomen unius montis. Subficiebat: *edixerunt, eos montibus descendere*; neque est quod obfendamur hac dictione. v. ad 37, 49, 1.

4. *argenti data CL millia*, summa nimis magna, si pondo intelligamus, nimis exigua, si denarios; multo magis, si cum Glar. adjiciamus *sestertium*, cui voci etiam Latini non addunt *argenti*, quia nulli alii fuere sestertii, quam argentei; Drak. — *in novas ædes*, immo *sedes*; Crev.

5. *tantum hostes ducti ante currum*; sed nulli fuerunt: nisi intellegas XII millia Ligurum, qui se in initio cap. dedidisse dicuntur, inproviso obpressi; Crev. Forte leg. *obsides*, certe mox ter *quod* pro *quid*; Gron. Malim: *non tum hostes ducti ante currum*; *quin nec quod* cet. De simili triumpho v. 31, 49 pr.

CAP. 39.)—1. *Fulvius Flaccus proconsul*, v. ad 28, 38, 4.

2. *ad deditionem non venerant* sc. Celtiberi. — *instituit vastare*, v. ad 24, 26, 7.

3. *ut Q. Fulvium certiorem faceret, Tarraconem exercitum adduceret*, i. e. ut eum juberet adducere: sed locutio vix satis congrua et latina; Crev. — *dimitti*, f. *dimittere*; Gron.

4. *cum bis deditis rem esse* c. Mog. *cum bis deditis remisisset* ceteri MSS. At quomodo *bis deditis?* nisi imperator deditionem Contrebiæ et maximæ partis Celtiberorum (v. cap. 33.) pro duplici voluerit numerari; Drak. — *animum adcessisse illis*, v. ad 24, 27, 5. — *Reditum ignobilem* vocat, quum milites, qui ex provincia Romam deducuntur, in itinere ab hostibus non infestantur; Drak. *nobilem* MSS. et edd. ante Frob. qui a. 1535. *ignobilem* substituit, forte e c. Mog.

CAP. 40.)—1. *duæ alæ pugnabant*, v. ad 25, 21, 4.

2. *perculere inpetu suo* sc. legiones, vel hostem, ut 2, 65. 23, 44. 34, 15 pr. Duk. Cf. ad 2, 14, 2. *pertulere inpetum suum* vel *inpetus suos* conj. Faber. et Crev. — *equo advehitur ad legionarios equites, et* inquit: (quod passim omittitur, vel ex seqq. supplendum est) *ecquid auxilii* cet. v. ad 1, 9, 3. *et ni quid auxilii in vobis est, actum jam de hoc e. erit* emend. Gron. et paulo ante *prope interrupta acie* Duk. et Drak.

3. *quin ederet*, v. ad 1, 18, 2. et 47, 49, 5.

4. *permittite equos in c. h.*, v. ad 2, 56, 1. Mox τὸ *equorum* vel τὸ *equos* forte glossatori debetur.

5. *si effrenatos*, infrenos, *in eos* hostes *equos inmittitis, quod sæpe Romanos equites* cet. cf. 4, 33. et 8, 30. — *infractis*, fractis, diffractis, *omnibus hastis* equitum Rom., cum hoste congressorum; Drak.

6. *alarii equites*, v. ad 25, 21, 4.

7. *aedem Fortunae Equestri*, quoniam virtuti equitum secundam debebat fortunam. Cf. 42, 3. 10. et ad Tac. Ann. 3, 71, 2. Donat. Urb. Rom. 3, 22. Nardin. Rom. 4, 3.

8. *Nullis castris eo die victor exercitus mansit*, quia iter facientem Celtiberi ex insidiis in saltu invaserunt: unde non potuit in sua castra regredi, quae, si proxima nocte ea munierant, inde moventes diruerant; neque etiam in castris hostium manere, qui tantum variis locis saltum Manlianum obsederant; Drak.

9. *rem publicam egregie gessisset*, v. ad 2, 64, 3. — *cum summa concordia* — *composuerunt*, v. ad 3, 53, 2.

CAP. 41.)—1. *in deditionem adceptos*, v. ad 8, 20, 7. — *agerque his inter populares datus est*, a P. Cornelio et M. Baebio in Samnium traductos. v. cap. 38.

2. *Pisas indictus exercitus*, v. ad 4, 25, 4.

3. *praeerant* exercitui *A. Postumius et M. Fulvius Nobilior. is mensibus suis dimisit legionem*; nam sex tribuni militum cujusque legionis ita dividebant inperium, in castris certe, ut bini illud, alternis forte diebus, obtinerent per binos menses semestris spatii, (aestatis, ni fallor) et, altero aegro aut inpedito aut absente, alter ejus expleret vicem. v. Polyb. 6, 34. et Lips. de mil. Rom. 5, 10. — *aes in aerarium ad quaestores esse delaturos*, stipendium, puto, militare, jam a quaestoribus numeratum, et nihil pertinens ad eos milites, qui dimittebantur; Crev.

4. *Aulo nuntiatum est*, sc. A. Postumio, alteri tribuno militum. *Aulo* ex emend. Sigon. pro vulg. *Fulvio*: nam Fulvius consul tum Romae adhuc erat, certe nondum *venerat ad exercitum*, Pisas indictum, adeoque inde non *Placentiam profectus erat*.

5. *deduxit castigatos Pisas*, lege *reduxit*; Gron.

6. *consulem certiorem fecit*, Q. Fulvium.

7. *ut M. Fulvius* Nobilior *in Hispaniam relegaretur*: is primum dictus Cn. Fulvius Flaccus, et post adoptionem M. Fulvius Nobilior; fuitque frater patruelis Q. Fulvii Flacci cos. a. 570. cujus legionem dimisit, et frater germanus Q. Fulvii Flacci cos. a. 571. et censoris a. 576. a quo postea illam ob causam senatu motus est. Cf. 41, 27. pr. Vellej. 1, 10. Cic. Verr. 1, 41. Valer. Max. 2, 7, 5. Frontin. Strat. 4, 1, 32. *M. Fulvius* autem Vellejo *Cn.* dicitur, et inf. 41, 27. in edd. antt. *L.*, in recentt. ex emend. Sigonii *Cn.* sed ibi potius leg. *M.* "Vellejus potuit non habere rationem adoptionis: quam cur Livius, qui eum hoc cap. bis *M.* adpellat, 41, 27. aliquot post annis, quam hic a M. Fulvio Nobiliore adoptatum fuisse significaverat, habere non voluerit, dici non potest." Duk. Cf. Oudend. ad Front. l. l. — *Literaeque* e c. Mog. *remitteretque* edd. antt. unde Gron. conj. *SC. literaeque*, ut 26, 15. 37, 57. 41, 12. et forte 22, 26. Sed haec exempla agunt de tali SCto, quod exsequi debebat, ad quem mittebatur: hic contra Fulvius SCto relegatur, et literae tantum dantur ad P. Manlium, ex quibus cognosceret, quare in provinciam, cui praeesset, venerit Fulvius; Drak.

8. *causa ignominiae* — *decretum*, v. ad 2, 31, 2. Qua ignominia adfecti milites dicebantur *aere diruti*; Sigon. ex Non., Varrone et Festo. Cf. Ernesti clav. Cic. v. *aes*, et Schel. post notas in Hygin. Grom. et Polyb. de castram. Rom. c. 3.

CAP. 42.)—1. *in regem Illyriorum Gentium*, v. ad 22, 33, 3. — *causam avertit*, v. ad 26, 30, 1. Mox τὸ *se* ante *legatos misisse* primus addidit Frob. a. 1535. sed forte e c. Mog. Cf. ad 4, 57, 1.

2. *Corcyrae retineri*, quae forte est Corcyra nigra, sinus Hadriatici insula, Plinio et aliis memorata; Drak. *detineri* recte, puto, emend. Jac. Periz.

3. *triumvir epulo*, v. ad 23, 30, 8. et 25, 2, 7. — *cooptatus*, v. ad 3, 64, 5. — *praetextatus*, v. ad 22, 57, 10.

4. *De rege sacrifico*; forte *sacrificulo*; Drak. — *Cn. Cornelii Dolabellae* regis sacrorum, (v. 27, 36.) qui mortuus erat.

5. *tribus intro vocatae*, v. ad 10, 13, 9.

6. *ultimum de caelo, quod comitia turbaret, intervenit*, postremo, (*ultimum*, ut *ad ultimum* 1, 53. 5, 10. 26, 27. 42, 43. 44, 4.) vitium, (v. ad 5, 17, 4.) fulgur aut tonitru *intervenit in medio* negotio, quasi ex insidiis supervenit, (Gall. *venir à la traverse*) ut ap. Terent. in prol. Hec. *intervenit vitium et calamitas*; Guther. de jur. pont. 1, 11. *ultimum*, ad ultimum, ultimo, ut *postremum* 34, 23. et *summum* 31, 42. pro ad summum; Drak. Cf. ad 1, 29, 3. et 45, 19, 11. *portentum* vel *monstrum* vel *fulmen* pro *ultimum* conj. Glar. et *vitium* Sigon. probb. Duk. et Jac. Periz. Possis et tentare *fulmen jactum de caelo*. cf. 28, 27 extr. Sed nil mutandum esse, recte, opinor, judicarunt Ant. Periz. et Drak. ad h. l. Gron. ad 45, 19. et Snakenb. ad Curt. 3, 1, 7.

7. *Religio inde fuit p. i. D.* v. ad 2, 5, 4.

8. *P. Cloelium Siculum inaugurarunt* sc. regem sacrorum, *qui secundo loco inauguratus fuerat* sc. pontifex; Gron. Quomodo talis vir haec ita explicare, atque profiteri potuerit, sibi videri nihil hic esse difficultatis, vix adsequor. Nota Dukeri est: "Primum probandum fuerat, eumdem simul regem sacrificulum et pontificem esse potuisse, deinde Cloelium ante una cum alio pontificem factum, denique eum secundo, alterum primo loco pontificem inauguratum fuisse. Quanta etiam obscuritate verborum ita Livius mentem suam involvisset? Non magis probanda sententia Gruchii de com. Rom. 1, 4. p. 613. ubi putat, quemadmodum in comitiis centuriatis magistratuum plures candidati fuerint,

[redacted]

sic in comitiis centuriatis regis sacrorum pro candidatis fuisse duos tresve, quos pontifex max. inauguraverit, et ex iis populum suffragiis suis, quem vellet, regem sacrorum creasse; adeoque Dolabellam primo, Clœlium secundo loco inauguratum, hunc vero, comitiis illius diremtis vitio, a populo creatum fuisse. Enimvero regem sacrorum statim post exactos reges a pontificibus et auguribus creatum fuisse, Dionys. Hal. 5, 1. auctor est; et h. l. non memorantur comitia regis sacrorum creandi, neque centuriata, sed tributa, quibus de *mulcta* certabatur. Præterea ex h. l. evidens est, Dolabellam nondum inauguratum fuisse, quum hæc comitia haberentur. Neque etiam sacerdotes usquam *inaugurari* dicuntur ante, sed post quam a conlegio cooptati, aut ab iis, quibus id jus erat, creati fuerant. Denique ea ratio unum e pluribus regem sacrorum faciendi fuisse, quam sibi Gruchius finxit, probari non potest. Nihilo plus ad intellegendum hunc locum me juvant, quæ scripsere Turneb. Advers. 30, 24. Guther. de jure pont. 1, 11. et, qui cum Gron. sentit, Græv. in Præf. T. V. Ant. Rom. Ipse quidem nihil melius habeo dicere. Sed mihi in mentem venit, si pro *erat* legi liceret *est*, hunc paullo tolerabiliorem sensum futurum: Quum pontifex max. primo inaugurare voluisset Dolabellam, deinde, injecta religione ex vitio comitiorum, loco illius Clœlium, velut in subsidium, et secundo loco, inauguratum fuisse. At vel sic ineptum aliquid in inportuna hac lacinia est. Nam fortassis nec recte *secundo loco* inauguratus dicitur, ante quem alius primo loco inauguratus non fuerat; nec opus erat addi, quod ex iis, quæ jam dicta erant, satis intellegi poterat." Vel hæc verba vitiata, vel illa *qui secundo loco inauguratus erat* a mala manu inserta esse, vel breviter et obscure hic indicari morem aliquem Romanorum nobis incognitum, monent Crev. et Drak. *qui secundo loco*, secundum Dolabellam, *creatus erat*, (quod verbum de rege sacrorum dicitur 2, 2 pr. 6, 41. 9, 34.) non male conj. Ern. putans, verbum *inaugurare* male repetitum esse a librariis.

9. *pontifex max. decessit: idem decemvir sacr. fuit*, v. ad 27, 6, 8. — *pontifex in locum ejus a collegio cooptatus est Q. Fulvius Flaccus; factus autem pontifax max. Lepidus*, v. ad 25, 5, 1. MS. Mog. *in* et edd. antt. *ante pontificem maximum Æmilius Lepidus*. Sigon. emend. *at pontifex maximus*, (quod recepere editores recentt.) et Gron. *creato ante pontifice maximo M. Æmilio Lepido*. Nihil horum probandum: nam vitiose dicitur *in pontificem max. cooptari*, et pontifex max. neque a collegio *cooptatur*, neque ante cooptationem novi pontificis creatur a populo. v. ad 25, 5, 1. Sigonii conjecturam probat Drak. putatque, non ex præcc. vel seqq. repetendum esse *cooptatus est*, sed intellegendum *creatus est*. v. ad 1, 33, 7. Quis vero sibi persuadeat, Livium tam obscure et ambigue h. l. loquutum esse? Nos levi mutatione lectionis manifesto conruptæ reposuimus *cooptatus est Q. Fulvius Flaccus; factus autem pont. max. Lepidus*. Forte et *Flaccus* e margine inrepsit, (nam passim simpl. *Q. Fulvius* dicitur) et extrusit vocem *factus*, aut hæc mutata est in *Flaccus*. Facile autem *factus* etiam post *Flaccus* excidere, *autem* in *ante* mutari, et *pont. max.* vel per se vel propter *ante* legi *pontificem maximum* potuit.

10. *P. Scipionem, filium Africani, a. c.*, v. ad 37, 34, 2.

11. *Cumanis eo anno petentibus permissum, ut publice Latine loquerentur et præconibus Latine vendendi jus esset:* hæc Lips. de recta pronunc. Lat. ling. c. 3. et alii de scriptis et decretis actisque publicis adcipiunt, et colligunt hinc, sermonem Latinum non omnibus olim Romanis promiscuum, aut certe a Romanis aliquamdiu linguam suam non cum finitimis conmunicatam fuisse. "Mihi hic adhuc tenebræ sunt. Primum enim verba *publice Latine loqui* illam interpretationem vix posse recipere. Deinde, si hic eorum sensus est, (nam de publico omnium usu sermonis Latini ea intellegi non patiuntur illa, quæ de *preconibus* addit Livius) cur Cumani *præconibus* præcipue *jus Latine vendendi* a senatu petere voluerint. Denique, quam causam habuerint Romani, Cumanis municipibus (v. 8, 14.) usum sermonis Latini negandi." Duker. Cf. C. H. Schmid. über das Privilegium Lateinisch zu reden Giess. 1786. 8. (in d. neuen Literatur. und Völkerkunde 1, 1, 1. et 5. p. 67 sq. 373 sq.) "Lucem mutuam dat et adcipit Vellej. 1, 4. *Cumanos Osca mutarit vicinia*, scil. jam antea sermonem Græcum cum barbaro conmutaverat; nunc in Romanum abiit. Tandem ab Augusto colonia deducta." Heyne Opusc. Acad. T. 2. p. 268. cf. id. T. 5. p. 437.

CAP. 43.)—1. *A. C. Mænio prætore, cui* cet. cf. cap. 37. — *deserendam* ex emend. Sigon. pro *defendendam*.

2. *extra Urbem triumphi causa* cet., v. ad 26, 21, 1. Tempore Jul. Cæsaris id non licebat; Drak. cf. Suet. Cæs. 18. et lex ap. Plut. Cæs. p. 713.

3. *consul est creatus Q.* Fulvius Flaccus *cum L. Manlio Acidino*, fratre germano. v. Vellej. 2, 8. et fasti Capit.

4. *signati Oscensis* argenti, (v. ad 34, 10, 2.) nisi *argenti* leg. pro *signati*.

5. *stipendium omnibus duplex*, v. ad 39, 7, 2.

CAP. 44.)—1. *Eo anno rogatio primum*

lata est ab L. Villio trib. pl., quot annos cet. v. ad 25, 2, 4.

2. *Prætores quatuor post multos annos lege Bæbia* (al. *Bæbia*) *creati*, (sed hoc tantum anno: nam proximis annis sex creatos fuisse legimus *quæ alternis* annis *quaternos jubebat creari*, forte quod post a. 560. duobus prætoribus Hispaniarum semper, excepto triennio belli cum Perseo gesti, (v. 45, 16.) in annum prorogatum est inperium: ob quam causam satis erat alternis annis tantum quatuor prætores creari; Duk. Lex ipsa a M. Bæbio prætore a. V. 560 lata fuisse putatur, sed statim obsolevisse, (nam ab illo anno ad hunc semper sex prætores creati sunt quamvis M. Catonem suasisse eam colligatur ex Festo v. *Rogat*: quem tamen locum, ut et illum Nonii v. *Largi*, (*Cato lege Bæbia: pecuniam inlargibo tibi*) ad leges de ambitu a P. Cornelio Cethego et M. Bæbio Tamphilo a. V. 572 latas (v. 40, 19 extr.) refert Sigon. de jud. 2, 30. Cf. Duk. ad h. l. et Pigh. Ann. ad a. 387. et 574. *quæ* pro *qui* primus dedit Vascos. — *Q. et P. Mucii* fratres germani.

3. *urbanam sortitus provinciam est*, v. ad 2, 40, 9.

4. *liberare et se et remp. religione*, v. ad 5, 23, 8.

5. *in eam rem sibi pecuniam collatam ab Hispanis*, cf. not. 7. *Ludi decreti, et ut duumviri ad ædem locandam crearentur*, v. ad 5, 23, 6. 7, 28, 2. 26, 28, 2.

6. *causa ludorum*, v. ad 2, 31, 2. — *quanta Fulvio Nobiliori* cet. cf. 39, 22.

7. *propter effusos sumtus, factos in ludos Ti. Sempronii ædilis, qui graves Italiæ ac sociis et provinciis externis fuerant*: nam magistratus Romani, inpr. provinciales, multas res, bestias pecuniasque a sociis provincialibusque exigebant ad ludos Romæ edendos. Cf. not. 5. sup. 39, 5. et 22. Cic. ad Qu. fr. 1, 1, 9. Ernesti clav. Cic. v. *ædilicius* et *vectigal*, Burm. de vectigal. c. 12. p. 213.

CAP. 45.)—1. *arbores, quæ obnoxiæ frigoribus sunt, deusserat hiems*, v. ad 3, 39, 1. et 21, 32, 5. — *Latinas*, v. ad 1, 45, 2. — — *mox*, paullo post hiemem exactam: nisi potius leg. *nox*, sc. atris nubibus cœlum obscurantibus; Crev. — *in monte* Albano.

2. *aliquot signa constravit*, ut *dejecit* ap. Obseq. c. 41. *prostravit* conj. Drak. Sed v. ad 4, 4, 6. — *ædem Albam Capuæ*, cf. 32, 9.

3. *decemviri, jussi adire libros, edidere*, v. ad 1, 18, 2. et 3, 10, 6. De illis *prodigiis* v. ad 1, 31, 1.

4. *Inter hos viros nobiles inimicitiæ* (v. ad 27, 35, 5.) *erant, sæpe* cet. cf. 37, 47. 38, 43, 44. 39, 4. De eorum reconciliatione conf. Cic. de prov. cons. 4. Val. Max. 4, 2, 1. et Gell. 12, 8.

5. *in Campo* Martio *ad aram Martis*, v. ad 35, 10, 6.

CAP. 46.)—1. *aut* quid *certe mutatum malint* hi boni. Casuum regimen non bene in verbis conmutatum; Glar. *malint* pro *malit* substituit Frob. a. 1531. *malimus* conj. Gron. et mox *te, M. Æmili, te, M. Fulvi* vir doctus ad marg. ed. Cur. — *ne male comparati sitis*, v. ad 10, 15, 11.

2. *multa succurrunt*, (v. ad 5, 54, 2.) *quæ dicere veremur* cet. Vulgo *quæ dicerentur, nisi forte inplacabiles vestræ iræ inplicaverint animos vestros* legitur ex emend. Glar. *inplacabiles fueritis inplicaverint* cod. unicus et edd. pr. *nisi forte* vel *forsitan placabiles gravius inplicarent* vel *inritarent a. v.* emend. Gron. hoc sensu: nisi verendum foret, ne ista relata et repetita animos vestros, nunc forte placabiles, dum ea quodammodo obliterata silentur, acrius inritarent, recrudescentibusque odiis facem subjicerent. Idem conj. *si forte inplacabiles furiæ irarum inplicurent a. v.* et *si f. inplacabilis furor iris inplicaret a. v.* h. e. nisi sperarem, facile hoc vos daturos precibus nostris, ut bona fide in concordiam redeatis. Doujatius: *et quæ, nisi inplacabiles fueritis, placaverint a. v.* (Sed cur tum ea non dicit?) Clericus: *nisi forte inplacabiles fieretis in placandis animis vestris.* Pro desperatis hæc verba reliquerunt Sigon., Crev. et Drak. Neque ego deseruissem vulgatam lectionem, nisi sola Glareani conjectura, eaque neutiquam probabili, ne dicam inepta, niteretur. Quæ ego reposui, si non vera, certe veri similiora videbuntur, excepto forsan verbo *inplicaverint*, cui varia, sed minore probabilitate, substitui possunt.

3. *in isto templo*, in Campo ad aram Martis. Cf. cap. 45 extr. et ad 1, 6, 6. — — *hac etiam reconcil.*, ed. Mog. *hos*, forte rectius. — *legatis senatum*, v. ad 23, 22, 1. *equites recenseatis*, v. ad 9, 46, 20. — *lustrum condatis*, v. ad 1, 44, 3.

4. *quod in omnibus fere precationibus nuncupabitis verbis: Ut ea res mihi* cet. cf. Varr. L. L. 5, 9. — *id ita ut vere, ut ex animo velitis evenire* sc. quæsumus. Sed forte leg. *et vere et ex animo.*

5. *Amicitias inmortales, mortales inimicitias debere esse:* sic verba forte transponenda, quia vox *mortales* ab edd. ante Frob. a. 1531. abest, quæ ita facilius excidere potuit; Drak. Cf. Aristot. Rhet. 2, 21. et Erasm. Adag. tit. *Amicitia.*

6. *bis a M. Fulvio se certo consulatu dejectum*, v. ad 3, 35, 10. et conf. 38, 35, 42. 39, 56. — *sponsionem factam*, de qua nihil in superioribus dixit libris; Glar.

7. *se in potestate tot p. c. futuros*, v. ad 2, 56, 16.

8. *dexteras fidemque dedere, mittere vere ac finire odium* se velle. v. ad 25, 16, 8. et 30, 3, 3.

[redacted]

9. *deducti sunt in Capitolium*, ut inituri magistratum ejus caperent insignia, et in leges jurarent, forte et, ut consules, diis ibi gratias agerent pro adcepto honore, et vota susciperent. Cf. Drak. ad h. l. et Gruch. de com. 1, 6. — *facilitas censorum*, v. ad 3, 70, 1.

10. *ut pecuniæ summa sibi adtribueretur*, v. ad 24, 18, 12. — *vectigal annuum* aliquod, quod in eam rem uno tantum anno penderetur, quodque pluribus verbis non explicatur, quia res pervulgata erat et omnibus nota; Crev. Immo integrum vectigal, sive omnia vectigalia hujus anni; Drak. cf. ad 44, 16, 7.

CAP. 47.)—1. *Mundam urbem* (v. ad 24, 42, 1.) *primum vi cepit*, sc. Sempronius Gracchus. — *obpugnare*, f. *expugnare*; Gron. — *prævalidam aliam urbem Certimam*: quæ aliis *Cartama* et *Cartima* dicitur, nec longe abfuit a Munda. Pulcerrima antiquitatis monimenta, a. 1752 ibi reperta, præclare descripsit Carter. Reise von Gibraltar nach Malaga p. 204 sq. Cartimam vero aliud esse oppidum, docet Lud. Nonius in Hisp. c. 25. Mox *cui* pro *ubi* conj. Crev.

2. *non dissimilantium bellaturos* c. Mog. *rebellaturos* (repugnaturos edd. ante Frob. a. 1535. — *ad auxilia adcipienda*, immo *adcienda*; Fab.

3. *si non inpetrassent* sc. auxilia, *tum se consulturos eos* Celtiberos *separatim ab illis* oppidanis: an *eos* oppidanos *separatim ab illis* Celtiberis? Hoc aptius; sed utrumque male expressum. *tum s. oppidanos sibi consulturos* conj. Gron. *tum s. ab illis sibi c.* Crev. et *tum s. sibi ab illis se c.* Drak. An leg. *tum separatim suos ab illis* (Celtiberis) *sibi* vel *rem consulturos*? Ita ap. Cæs. B. C. 1, 76. *sibi separatim a reliquis consilium capturos.*

4. *post paucis diebus*, v. ad 2, 31, 2. — — *quam ut bibere* (potum) *sibi juberet dari*, v. ad 37, 33, 2.

5. *ornari omnes copias* — *et decurrere*, v. ad 9, 40, 12. et 23, 35, 3. — *Ab hoc spectaculo* (v. ad 1, 1, 5.) *legati missi*, forte *dimissi*, et mox *nocte e turribus* — *sustulissent*, (ut ap. Cic. Verr. 5, 35.) Duk.

6. *Sestertium quater et vicies*; male edd. vett. *Numum* et *Sestertium numum q. et v.* Cf. Gron. de pec. vet. 2, 4. p. 75.

CAP. 48.)—1. *Inde jam duxit* Gracchus. v. ad 1, 23, 4. — *ad Alcen urbem*, v. Wessel. ad Antonini Itin. p. 445.

2. *majora certamina serebat*, v. ad 2, 1, 6.

CAP. 49.)—1. *Ab hoc prœlio* (v. ad 1, 1, 5.) *Gracchus duxit legiones ad depopulandum Celtiberiam* Drak. edidit e c. Mog. pro *depopulandum* et *populandam*. v. ad 26, 43, 1. — — *quum ferret passim cuncta et ageret*, v. ad 3, 37, 4.

2. *in deditionem adcepit*, v. ad 8, 20, 7.

3. *eam urbem obpugnare instituit*, v. ad 24, 26, 7.

4. *Thurri filii* edd. ante Gron., qui *Turri* dedit. — *fidem venienti in castra peterent*, v. ad 23, 19, 10.

5. *quæsivit ab eo, ne sibi liceret ac suis vivere*; forte leg. *num* aut *an* aut *anne* pro *ne*. Glar. conj. *liceretne sibi ac suis v.* Clericus et Crev. *anne sibi* cet. Gron. *sibine liceret*, vel *num sibi*, vel *quæsivit, pacatone* vel *liberone sibi liceret* cet.

6. *quoniam illos ad me propiunt suspicere*; quædam edd. *prodeunt s.*, et Gron. conj. *piguit respicere*. Ita vero vulnera, huic loco a librariis inflicta, nondum sanata videntur.

CAP. 50.)—1. *Ergavia nobilis et potens civitas*: cum Sigon. et Cellar. G. A. 2, 1. legendum videtur *Ergavica*, quæ nobilis Celtiberorum urbs h. l. aptior, quam obscura Vasconum *Ergavia*. Cf. Ptol. et Hard. ad Plin. 3, 3. s. 4.

2. *Eam deditionem oppidorum* CIII, Cf. c. 49 pr.

3. *quidam auctores sunt*, v. ad 2, 58, 1.

4. *ad montem Chaunum*; al. *Caunum*, forte *Cajum*, (v. Mela 3, 1. ibique Voss.) quem hodie Moncajo dici putant.

5. *nec aliud magnopere, ne victos crederes, fecisse Romanos*, (nec alia re visos fuisse Romanos potiores) — *legerint*, ex emend. Gron. et Drak. pro vulg. *nec a. m. victores fuisse Romanos* — *legisse*. In MS. unico *nec a. m. berbice crederes fuisse Romanos, nisi qui postero die arcessierint manentes prœlio spolia intra vallum per totum diem legisse.*

6. *non fluxa, ut ante, fide*, v. ad 7, 29, 3.

7. *cum Vacceis*, edd. ante Frob. a. 1535. *Brachis* et *Bracharis*; unde *Bracaris* conj. Crev. et alii. Sed cf. cap 47. pr. — *et castra obpugnasse*: lego *expugnasse*; Gron.

8. *Propius vero est*, eum *serius in provinciam pervenisse, quam ut ea æstate potuerit res gerere*: hoc non facile intellectu est, si Livius c. 35. 39. 44. 47. recte retulit, Postumium jam anno priore in provinciam venisse, et hoc anno in ea inperio prorogato fuisse; Duk.

CAP. 51.)—1. *Censores senatum legerunt. princeps electus* (immo *lectus*; Duk. Crev. et Drak.) *est* cet. v. ad 23, 22, 1. et 27, 11, 8.

2. *tres ejecti de senatu*, v. ad 4, 24, 5. — — *retinuit quosdam Lepidus a collega præteritos*, v. ad 27, 11, 11. "Unius censoris judicium neque ad senatorem senatu movendum, neque ad aliorum ordinum cives notandos valuisse, ostendit quoque Cic. p. Cluent. 43. *Præteritos* autem intellego, quot præterire Fulvius voluerat: (v. ad 3, 21, 3.) nam fideli concordia senatum legisse dicuntur." Duker. Cf. 42, 10. et 45, 15.

3. *Lepidus molem ad Tarracinam*, v. ad 4, 59, 2. *Moles* h. l. vel agger, vel pilæ et substructiones saxorum, in mari, de quibus v. ad Tac. Ann. 13, 21, 6. et ad Sil. 4, 295 sq. et 14, 645. — *privatamque publicæ rei inpensam insuerat* edd. ante Drak. *inposuerat* et *injunxerat* conj. Gron. qui tamen sensum h. l. non adjecit. *insumserat*, *infulserat*, *inseruerat*, *inferserat* tentant alii, qui credidisse videntur, Lepidum privata inpensa publicum exstruxisse opus, quod tamen haud *ingratum* fuisset. Gronovianum *inposuerat* recepit Drak. et h. l. ita explicavit: publica pecunia construxit opus, quod ipse, qui *prædia habebat ibi* et solus fere fructum inde percepturus erat, privata inpensa facere debuerat. Talem vero sententiam vix elicias ex his verbis. Forte leg. *privatæque rei publicam inpensam insumserat*, vel *privatamque rem publica inpensa juverat*.

4. *Theatrum et proscenium*, προσκήνιον, locum inter scenam et orchestram, quo actores prodibant, et histriones recitabant ante pulpita, λογεῖα. — *ad Apollinis*, v. ad 1, 33, 6. — *columnasque circa poliendas albo locavit*, v. ad 4, 25, 7. et 5, 23, 6.

5. *incommode obposita*, obstantia, et ita columnas minus conspectas reddentia; Gron. qui etiam monet, Pighium et Glar. male conj. *adposita*, ut Sigon. inf. cap. 59 extr. ex Obsequente, qui potius ex Livio corrigendus sit.

6. *clipeaque de columnis* cet. v. ad 25, 39, 7. et conf. Plin. 35, 3. s. 4. extr.

7. *portum et pilas pontis in T.; quibus pilis fornices* cet. v. ad 22, 36, 10. Pontem vulgo intellegunt, quem P. Victor *Palatinum* vocat: quare pons jam ante censuram Fulvii fuit; Duk. *Pontem* pro *portum* male conj. Pigh. "Pons enim constat ex *pilis* et *fornicibus*; neque Fulvius integrum pontem fieri curavit, si alii censores postea pilis *fornices locarunt inponendos*. Portus autem Tiberinus non alibi memoratur; sed *emporium ad Tiberim* 35, 10. et 41, 27." Drak.

8. *basilicam post argentarias novas et* post *forum p.*, v. ad 9, 40, 10. et 26, 27, 2. — — *vendidit in privatum*, v. ad 2, 9, 4. — — *extra portam Trigeminam* etiam duæ aliæ *porticus*, altera 35, 10. et 41, 27. altera 35, 41. memorantur; Duk.

9. *et aliam post navalia*, v. ad 3, 26, 6. — *ædem Apollinis Medici*, cf. Pigh. Annal. ad a. 574.

10. *Habuere et in promiscuo præterea pecuniam*, inter se non divisam, ad usum promiscuum; unde mox *communiter*. *præterea* ex emend. Sigon. *prætores* in MS. *partem pecuniæ* conj. Gron. Forte leg. *censores*.

11. *Portoria et vectigalia*, v. ad 2, 9, 4. 4, 8, 2.

12. *publica* iterum *sacraque ut essent paterentque populo* ex emend. Pigh. *publicaque sacra ut paterent essentque populo* edd. antt. *publica rursus ut essent p. p.* conj. Gron. probb. Cler. et Crev. An leg. *occupata a privatis profanaque* vel *profanataque, sacra ut essent p. p.?*

13. *Mutarunt suffragia*, eorum ferendorum rationem, *regionatimque generibus hominum*, secundum XIV regiones Urbis et habitationem in iis, hominumque genera, *causas*, h. e. honores s. ordines, et quæstus, i. e. opificia, (ita ut ejusdem generis cet. homines in regione cujusvis tribus, v. c. calcearii in regione tribus Sergiæ, suffragia simul ferrent) *tribus descripserunt* et suffragia in iis. Cf. Turneb. Advers. 30, 24. Octav. Pantagathus in notis Ursini ad Liv. 1, 43, 12. et inpr. Gruch. de com. Rom. 2, 4. qui copiose de h. l. disputat, docetque, hanc suffragiorum mutationem non nisi ad tributa pertinuisse comitia.

CAP. 52.)—1. *dedicationis templorum*, v. ad 1, 55, 3. et 3, 56, 4. — *ante annis octo*, v. ad 2, 31, 2.

2. *ædem Larium Permarinorum*, forte deorum, qui in *prælio navali* suos cultores tuentur et adjuvant. Quidam intellegunt Lares, qui navibus per mare vehebantur, quos Neptunum, Thetidem Glaucumque fuisse suspicantur. Θεοὶ διαπόντιοι dicuntur in vet. Lex., et *marini* Varroni ap. Non. v. *strophium*. Cf. Turneb. Advers. 20, 35. 28, 13. Taubm. ad Plaut. Bacch. 2, 1, 3. Barth. ad Calpurn. Ecl. 2, 64. et Abresch. Animadv. 2, 27. — *in Campo* Martio — *voverat eam* cet. cf. Macrob. Sat. 1, 10.

3. *Duello magno regibus* (forte Antiocho et Seleuco, filio ejus, aut Antiocho et Eumeni) *dirimendo* — *vovit*, verba misere corrupta, quæ frustra emendare conabimur. Ceterum prima verba ita exhibet Atilius Fortunat. in Putsch. Gramm. p. 2680. *Duello magno dirimendo, regibus subigendis*: ex quo constat, titulum versibus Saturniis conceptum fuisse; Drak. Simul ex h. l. probabile fit, hæc a Livio e tabulis ducum triumphantium, in Capitolio fixis, ducta esse, quas Atilius a se quoque visas et consultas dicit. — *patrandæ pacis*, v. ad 42, 30, 6.

4. *exercitu omni, equitatu*, v. ad 22, 37, 2. — *antea sic victa*, forte *a. d. XI Cal Jan.* victa, Sigon. e Macrob. l. l.

5. *naves longæ — captæ LXII.*, v. ad 37, 30, 5.

CAP. 53.)—1. *senatum legerunt c.*, v. ad 23, 22, 1.

2. *per invios montes vallesque saltus*: nam *valles* semper sunt, ubi *montes*, et per eas plerumque difficilis et inpeditus est transitus; Duk. Alii conj. *callesque saltus*, vel *difficilesque saltus*, vel *vallesque et saltus*.

[redacted]

3. *in campestres agros*, v. ad 36, 10, 3. — *Celeriter et ex provincia*, Gron. malebat *Celeriter, ut ex p. l. R. venerunt, subplicationes* cet. Sed gravius ulcus latet, et *celeriter* superfluum est; Crev.

4. *Galli Transalpini* cet. cf. 39, 22. 45. 54. 55.

CAP. 54.)—1. *desiderio anxius filii* cet. cf. cap. 24. — *haud dubie — rex*, forte *dubius*; Drak.

2. *exspectantibus suam mortem*, v. ad 28, 27, 6.

3. *Antigonus Echecratis filius*, cujus *patruus Antigonus* Doson *tutor Philippi fuerat, regiæ — clarus*, v. ad 32, 21, 11. et 34, 28, 1. — *Tutorem eum Græci adpellabant*, Ἐπιτρόπον, sed plerumque per inrisionem Δώσωνα, h. e. qui multa pollicetur, quæ non dat: nam tutorem eum Philippi fuisse, multi tradunt, nemo vero, quod sciam, eum Tutoris cognomine fuisse adpellatum.

4. *eique ea fides nequaquam amicum*, inimicum, *Persea inimicissimum fecerat*, quum Perseus jam ne sic quidem per se esset ei amicus, hæc fides illum etiam inimicissimum ei reddiderat; Bauer.

5. *labare animum regis*, v. ad 2, 39, 9.

6. *lacessendo mentionem rei*, movendo, excitando, ansam ei dando. Cf. ad Sil. 12, 61. et Heyne ad Virg. A. 10, 10. *præbendo aures* et *lacessendo — aderat*, pro *præbens* et *lacessens*, v. ad 1, 8, 4.

7. *quo maturius omnia emanarent*; forte *eminerent*; nam verbum illud non sane *vestigiis* convenit, et *emanare* res dicuntur in vulgus: hic regi tantum patere volebat; Bauer. Enimvero verbum *emanare* non referendum ad *vestigia*, sed ad *omnia* sc. consilia et facinora Persei; et Antigonus etiam *omni ope adjuvabat*, efficiebat, (*trug alles dazu bei*) ut quam primum ea *emanarent* in vulgus, vel manifesta fierent, (v. ad 3, 24, 3.) et sic ad regis quoque pervenirent aures. Veritus forte iram Persei rem ipse prodere regi noluit; sed sperans fore, ut *veritas* ipsa *præberet vestigia sui*, (ut sponte aliqua veritatis indicia adparerent) satius duxit, augere suspicionem vulgi, eorumque, qui talia jam *vulgo in* ipsa *regia fremebant*, querentes et indignantes mussitabant. (cf. ad 25, 28, 3.) Quum tamen et sic *suspecta magis, quam manifesta*, res et regi et vulgo fieret, Xychum conprehendi jussit, ex quo rex scire vera omnia posset. Cf. cap. 55. — *Suspecti et* regi vulgoque *erant ministri facinoris*, quorum ope Perseus in fratre e medio tollendo usus fuerat. — *Apelles maxime et Philocles*, οἱ τότε δοκοῦντες εἶναι πρῶτοι φίλοι τοῦ βασιλέως Polyb. 24, 1, 5. — *qui Romam legati fuerant literasque* cet. cf. c. 20. 23. Polyb. 23, 14. 24, 1.

CAP. 55.)—1. *a scriba vitiatas*, forte a *Xycho*, ministro Apellis et Philoclis.

2. *magno te æstimaturum*, v. ad 41, 20, 3. — *nodum hujus erroris*, ignorantiæ, vel dubitationis, rei dubiæ et incertæ. Cf. ad 9, 15, 7. et 27, 46, 5. — *Forte vocatum perductumque in regiam vocari juberet*; non ferendum *vocatum vocari*, neque τὸ *juberet*, nisi vel cum Crev. putes, orationem directam h. l., ut sæpius 35, 49., in indirectam fuisse mutatam, vel cum Sigon. et Bauero, ante *forte* excidisse *Hortatur inde, ut* vel potius *ut veluti*. Lenior medicina Gron. *forte oblatum* (h. e. obviam mihi factum; v. ad 5, 13, 8. et conf. verba præcc. *forte Xychus obvius fit Antigono*) *perductumque* (a me) *in regiam vocari jube*. Sententia certe sic planissima aptissimaque; nec adsequor, quomodo hæc adnotare potuerit Bauer: "*Oblatum* feliciter sane Gron. corrigit. Sed tunc aut *juberet* retinendum, et, quæ dixi, *Hortatus deinde est, ut veluti*, subplenda; aut *que* post *perductum* deleri oportet. Forte et in altero *vocari* latet *torqueri*. Neque illud *forte* aptum est voci *vocatum*, aut omnino congruum sensum fundit, hoc verborum positu. Forte referendum ad verba *in potestate tua est*."

2. *non ultra tetendisse* sc. negare; vel repugnasse, verbis pugnasse. Cf. ad 4, 7, 6. et 4, 8, 6.

3. *quod alter perisset*: "fatuum sane et jejunum præ ingenioso illo Mureti et acutæ sententiæ pleno *superesset* sc. Perseus, tam inpius, tam deformis regio sanguini. Sequentia firmant c. 56. *ut orbitas mihi optabilis sit*. Possit et legi: *quod non alter perisset*;" Bauer.

CAP. 56.)—1. *cui obnoxius erat*, v. ad 3, 39, 1.

2. *regnum, quod a patruo tuo* cet. v. ad c. 54. n. 3.

3. *Ab hoc sermone* (v. ad 1, 1, 5.) *omni genere honoris producere eum non destitit*, quod vel eo sensu modoque dictum est, quo *honoribus tollere* s. *extollere*, (v. ad Tac. Ann. 1, 2, 9.) vel Græce pro: ad omnes honores provehere, ut passim simpl. *producere*, (v. ad Juvenal. 6, 609. Intpp. Hor. Od. 1, 1, 8. Græv. ad Cic. Læl. 20. et Ernesti clav. Cic.) ac Gr. προάγειν et προαγωγή, v. c. ap. Polyb. 6, 8. 53. 12, 13. 15, 21. 34. 18, 26. 22, 27. *Producere* palam colere, ostendere aliis, quasi commendare ad spem et honorem, præferre, προάγειν, Bauer.

4. *eum diris agitarent* (et mox *cum ex.*) ed. Frob. a. 1531. et al. i. e. terrore, minis, consternatione animi; Bauer. In MS. et ed. Mog. est *cum diris* et *exstinctum esse exsecrationibus*: unde Gron. conj. *filii agitarent, exstinctum esse cum diris ex.* s. vel *filii eum agitarent* cet. Illud recepit Drak., hoc Crev. et Cler.

5. *Tamen admoneri potuisset Antigonus:* ita c. Mog. et edd. ante Paris. a. 1573. quæ prima dedit *admoveri*, probb. Crev. et Bauero, qui exponunt *admoveri* sc. regno destinato, seu ad spem regni, ut *admovere ad curam reip.* et *ad spem successionis* ap. Suet. Aug. 64. et Calig. 12. Id ferrem, nisi vox *regnum* nimis remota esset, et si verbum illud simpl. ita dici posse constaret. Sed nec *admoneri* satis aptum. "Nam cujus tandem rei? Immo satis admonitus erat, nec vero proderat admoneri, omnibus a Perseo occupatis et instructis." Bauer. Præterea seq. *haud* ab h. l. alienum videtur, et male defenditur a Grut. adscripta hac nota, quam Drak. probavit: "Statim palam non facta fuit, nempe per regiam; at statim Perseo innotuit per medicum." Mors regis statim quidem, sed per nuntios clam indicata est Perseo, et in adventum ejus celata, nec palam facta: verba autem *palam facta* non adcipi possunt pro *indicata Perseo* seu nuntiata. Quidam τὸ *haud* delendum censent, alii, Livium scripsisse *si aut adfuisset, aut statim palam facta esset mors regis.* Forte leg. *Tamen* (etsi præmatura erat mors regis, qui, si vita longior subpetisset, Antigonum in possessione regni relicturus fuerat) *adjuvari potuisset A.*, vel *Tempore* (v. ad 2, 47, 4.) *advenire potuisset Antigonus*, (nam *haud procul Amphipoli* fuit; cf. c. 57.) *si hæc statim palam facta esset mors regis.*

6. *a primis desperationis* sc. vitæ s. sanationis et convalescentiæ Philippi *notis*, v. ad 1, 1, 5.

CAP. 57.)—1. *Perobportuna mors Philippi fuit ad dilationem* sc. belli, (e seqq.) quod adversus Romanos parabat.

2. *post paucis diebus*, v. ad 2, 31, 2. — — *et Antigonus perinvitus* cet. (postquam et quia successor regni a Philippo destinatus erat) ex emend. Gron. *ea res Antigonus sæpe Junius* ed. Mog. *sæpe invitus* ed. Frob. prob. Jac. Periz. — *inde* (deinde) ex emend. Drak. *fama incerti* edd. ante Frob. a. 1531. quæ prima *famæ incerti* dedit. *dein certi* conj. Jac. Periz. et Crev.

3. *ut Philippus daret* MS. et edd. ante Frob. a. 1535. quæ *præstaret* reposuit. — *sedes fundare*, ut ap. Virg. A. 5, 760. 8, 478.

4. *temporibus iniquis r. inminens*, v. ad 3, 51, 3.

5. *moribus æquales abhorrere*, forte del. *æquales;* nam utrique Gallicæ originis erant: (de Scordiscis v. Justin. 32, 3. de Bastarnis Vales. Exc. Peiresc. p. 79.) sed vox *æquales* tollenda et verbis *nec abhorrere* in marg. adscripta videtur: certe *moribus similes* dicendum erat, et ne sic quidem convenit *abhorrere;* Duk. v. ad 4, 44, 8. 44, 26, 2. et cf. 21, 32. *consilia commodabantur*, acconmodabantur; nisi leg. ita. — *sive prospere gessissent*, v. ad 39, 54, 4.

CAP. 58.)—1. *commercio faciles h. l.* dicuntur, qui in commerciis seu mercaturis faciendis æqua postulant, qui frumenta haud nimio vendunt pretio; Germ. *mit denen sich gut handeln lässt.* Cf. ad 3, 70, 1.

2. *relictis campestribus vicis*, v. ad 36, 10, 3. Mox *Quum subire Bastarnæ vellent* pro *quo ubi ire B. v.* conj. Gron.

3. *quali tempestate Gallos spoliantes Delphos fama est peremtos esse*, v. ad 38, 16, 3.

4. *fulguribus præstringentibus aciem oculorum*, obtundentibus. Cf. ad Sil. 1, 358.

5. *Clondico duce* MS. *Claudico* ed. Mog. *Elonico* conj. Sigon. h. l. et 44, 26, 5. ex Epitome lib. 43. At valde dubium est, an ibi eodem de homine agatur, et libri illic *Olonico;* Gron. Infra 44, 26, 5. et 44, 27. pr. *Clondicus* legitur in ed. pr. et ejusdem forte reguli nomen est. v. ad 44, 26, 2. Appiano Maced. 16, 2. is Κλοίλιος dicitur conrupte haud dubie.

6. *multitudo retro, qua venerant, t. regionem repetiit*, v. ad 1, 41, 1. 2, 45, 10. et 10, 12, 2.

CAP. 59.)—1. *triumphum magis gratiæ — datum*, v. ad 3, 58, 4. — *nullam pecuniam admodum*, v. ad 21, 36, 3. — *tricenos æris*, summa nimis exigua, et ex edd. Cervicorni, Paris. 1529. et Ascens. 1530. leg. *trecenos;* Drak.

2. *Secundum triumphum comitia edixit*, v. ad 1, 4, 1. et 31, 49, 5. — *tribus creatis* prætoribus, quorum nomina scribarum culpa excidisse videntur; Crev. Duorum ex his nomina investigavit Pigh. in Ann. ad a. 575. et Duker. ad 41, 5, 6. sc. T. Æbutium et alium M. Titinium, *comitia tempestas diremit*, v. ad 8, 23, 13.

3. *ante diem quartum Id. Mart.*, Dodwell. de cyclis 10. 35. conj. *quintum.* "Comitia prætorum postridie aut biduo post consularia haberi solita. Si id hoc anno quoque factum est, comitia consularia longe serius solito habita fuerunt. Nam 38, 42. consul, qui ea a. d. X Cal. Mart. habuit, *solito serius* ad ea habenda Romam venisse dicitur. Non scio usquam proditum, statum diem consulibus et prætoribus creandis fuisse. Gruchius de com. Rom. 1. extr. et 2, 6. scribit, ea, quo tempore consules et prætores adhuc Id. Mart. magistratum inibant, quod usque ad a. V. 600 obtinuit, Januario et Febr. habita fuisse. Si verum est, quod de Febr. putat, non multo post eum inchoatum habita, conligi potest ex 38, 42. 42, 28. et 43, 11." Duker.

4. *Terra movit* v. ad 35, 40, 4. — *in foris publicis:* ex 36, 1. et 42, 10. leg. *in fanis publicis — deorum capita, qui;* Duk. *lana-*

que (vitta lanea, ornatus deorum rerumque sacrarum in diebus festis) *cum integumentis, quæ Jovi obposita fuit, decidit*. eadem verba, sed *adposita* pro *obposita*, leguntur ap. Obseq. de prod. c. 61. ubi cf. Scheffer. et Oudend. Ille conj. *lena*, vestimentum, quo utebantur, qui e balneo ad cœnam ituri erant: hic cum Capero *lanx cum integumentis*, (h. e. operculis, quibus lances opertæ in epulis adponebantur, aut veste stragula, qua mensa erat strata) vel *intrimentis, quæ Jovi adposita fuit*. Cf. ad 1, 7, 12. 40, 51, 5.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XLI.

CAP. 1.)—1. *a patre in pacem habitam* cet. Ne dimidia quidem hujus libri pars superesse videtur.

2. *Consilium* (militare) *de Istrico bello quum haberet consul* A. Manlius Vulso, qui Galliam provinciam sortitus erat, ex qua nunc in Istriam transgreditur.

3. *alii consulendum prius senatum censebant* cet. " Satis constat, bella a senatu decreta ac deinde ex auctoritate illius, lege ad populum lata, jussa fuisse. v. 4, 30. 58. 36, 1. 38, 45. 46. 41, 7. Videtur tamen senatus iis, qui provinciis præerant, injussu populi potuisse permittere, ut in terras hostium vicinorum, a quibus periculum provinciis metuebatur, legiones inducerent." Duk. Cf. ad 39, 55, 2. et 45, 21, 1.

4. *ad lacum Timavi*, ex quo VII vel IX fontibus, inter Aquilejam et Tergeste, profluere credebatur Timavus fl., de quo v. Heyne Exc. 7. ad Virg. A. 1, 244 sq.

5. *qui tuendæ viginti navibus maris superi oræ Anconam velut cardinem haberent* cet. recepi ex verissima emend. Mureti et Gron. pro vulg. *tuendam v. n. mari superiore Anconam*. Cf. 40, 18 extr.

6. *quinque ferme millia a mari*: a lacu Timavo, ad quem consul castra posuit, ad mare quum hodie sint amplius tria milliaria, castra inde paullum remota fuisse in superiora loca, vel numerum hunc corruptum esse, putabat Cluver. It. ant. 1, 20. p. 193.

7. *in Istriamque suum præsidium stativum*, leg. *Istriam versus* vel *in Istriam versum p. s.*, Gron.

8. *repentina cohors Placentina*, v. ad 1, 37, 4.

9. *Catmelus pro regulo erat*, in iis castris erat loco reguli, qui ipse non aderat; Crev. cui tamen verba sunt suspecta. Forte *præerat* pro *erat* legendum. *Carmelus* Curio et deinde alii edidere. *Camelus* ap. Vellej. 2, 64. Cf. Epit. Liv. CXX. et ibi Drak.

CAP. 2.)—1. *nec quidquam eos, quæ agerentur, fallebat*, latebat. Sed malim *eorum, quæ*, ut *fallere* absolute sine casu ponatur, (ut 5, 47. 7, 36. 8, 38. 10, 14. 22, 33. 25, 9. 31, 26. 44, 6. 11. 29. v. ad 3, 8, 2.) et sit, quo referatur τὸ *quæ*; Drak. — *forum turba inermi frequens* — *mercantium* recepi ex emend. Scalig. et Gron. pro vulg. *eorum turba inermis* cet. Supra c. 1. *in portu emporium perfrequens*.

2. *ut ubi nulla esset statio*, v. ad 8, 30, 7. — *forte temere*, v. ad 2, 31, 3.

3. *M. Licinius Strabo*, forte *Stolo*; Pigh. Ann. ad a. 590. — *cum tribus signis ab l. s. r.*, v. ad 25, 23, 9.

4. *atrocius, quam pro paucitate r.*, v. ad 7, 33, 2.

5. *Prætorio dejecto*, (v. ad 6, 42, 7. et 31, 23, 4.) *direptis* (forte *direptisque*, Drak.) — *ad quæstorium forum quintanamque* sc. viam, forum castrense, ubi præda *omniumque rerum* venalium *copia exponebatur*; (Διόδος, ἣν καλοῦσι πεμπτὴν διὰ τὸ παρὰ πεμπτὰ τάγματα παρήκειν, quia per quintos ordines ducit s media transit, Polyb. 6, 30, 6.) nisi malis intellegere *portam*, coll. Festo: *Quintana adpellabatur porta in castris post prætorium, ubi rerum utensilium forum fuit.* Eadem porta memoratur Hygino de castramet. p. 7. al. 1083. Cf. Lips. mil. Rom. 5, 3. Schel. ad Polyb. p. 1165. ad Hygin. l. l. Ern. ad Suet. Ner. 26. *Quæstorium forum* recte dici putabat Ern. At quo

sensu? Schelius post *quæstorium* putabat interpungendum. Dukero *forum* videbatur glossema magistri, qui docere voluerit, *forum* castrorum in *quintana* fuisse. *Quæstorium* et *prætorium* sc. tabernaculum (ταμιεῖον et στρατήγιον) erant propinqua. Cf. ad 3, 5, 3. 10, 32, 3. Polyb. 6, 29.

6. *stratos lectos in quæstorio* contra morem ac disciplinam militarem, quam valde solutam in his castris fuisse adparet; Duk. Cf. Lips. mil. Rom. 5, 16. et Schel. ad Polyb. c. 10.

7. *liberalior victus*, v. ad 23, 46, 2.

CAP. 3.)—1. *eadem est tum*, del. *est tum*; Grut.

2. *Tunc* (f. *tum*) *demum nuntius ad tertiam legionem revocandam et* ad *Gallorum præsidium* revocandum sc. missus est vel venit, (v. ad 37, 10, 1.) edocens sociorum periculum; nam, si Livium in c. 1. satis capio, Galli steterunt a parte Romana, et hinc ille mox non *utrimque* dixit, sed *ex omnibus locis*, scil. a mari et navibus, qui e castris aufugerant, rediere, tum a via, quæ ferebat Aquilejam, legio tertia cum pabulatoribus, denique a præsidio Gallorum, etsi horum postea mentionem omittat, sive non adfuerint in tempore, sive operam eorum non ducens tanti: si vero ex aliquo auctore alio doceretur, Gallos Istrorum socios fuisse, facile foret corrigere *et pabulatorum præsidium*; Gron. Sed posterior ratio minus probanda: nam ipsa legio tertia fuit pabulatorum præsidium, et sic *utrimque* dicendum erat, non *ex omnibus locis*. Cf. cap. 1 extr. Gron. ad Sen. Troad. 844. et intpp. Frontini Strat. 1, 1, 10. — *Tribuni militum pabulum l. projicere jubent* sc. milites vel pabulatores ac lignatores; Drak.

3. *equites ut singulos e juvenibus — tollant*, sc. imperant. Constructio verborum variata est, nisi leg. *equitibus* (sc. imperant) *ut* cet.

4. *metu secundanorum*, secundæ legionis.

5. *Ferunt citati signa*, celeriter eunt, procedunt. — *ad vallum adcesserunt* castrorum Rom., ab Istris captorum.

6. *tribunus primus s. l.* v. Lips. mil. Rom. 1, 3.

CAP. 4.)—1. *Sub hæc* (v. ad 2, 55, 1.) — *jussit* sc. Atius. — *signiferum suum*: "non video, cur addat *suum*, quasi peculiarem aliquem signiferum tribuni. Tribuni militum præerant toti legioni, cujus tot erant signiferi quot signa, id est manipuli. Quemadmodum autem nusquam alibi manipulum tribuni, ita nec signiferum illius dici credo." Duk.

2. *quo celerius* id *fieret*, *jacturum dixit* (sc. signum, non modo inlaturum, quod jubebatur: unde mox *signum trajecisset*) pro vulg. *facturum* recepi ex emend. Gron. Cf. 26, 5. et 34, 46. Idem malebat: *ille unum, si se sequerentur*. — *dixit*, ut jungantur *dixit unum*, h. e. hoc solum, hæc tantum, ut ap. Cæs. B. G. 5, 40. B. C. 2, 34.

3. *trans vallum signum trajecisset*, v. ad 25, 14, 3.

CAP. 5.)—1. *novelli Aquilejenses*, v. ad 2, 39, 4. — *quo non capta tantum castra ab hostibus, nec fuga* Romanorum *adlata est, sed perditas res* esse *adlatum est*; quod verbum Livius, qui orationem variare amat, primum nominativo, deinde infinitivo junxit. Post *fuga* excidisse *deserta* putabat Jac. Periz. et *milites evasisse* Drak.

2. *quod in tumultu fieri solet* cet. v. ad 2, 26, 1.

3. *M. Titinius prætor* urbanus. Cf. Duk.

4. *militibusque colonis imperatis*, forte *coloniis*, quæ contra milites dare 29, 15. abnuerunt; Drak.

5. *exauctorati, qui sacramento dixerant*, v. ad 2, 24, 7. et 8, 34, 8.

CAP. 6.)—1. *Sedato Istrico tumultu*, v. ad 2, 26, 1. — *A Licinius Nerva*, prænomen a Sigon. additum, Forte leg. C. Drak.

2. *post Idus Martias*, quibus consulatus aliique magistratus iniri solebant. Cf. 21, 63. 22, 1. al. — *prorogatæ namque consulibus jam in annum provinciæ erant*, non in totum annum, credo, sed quoad successores venissent: nam anno seq. Claudius consul eos cum suis exercitibus dimisit; Duk. v. cap. 10. An leg. *prorogandæ*?

3. *senatus iis a M. T. prætore datus in æde Bellonæ ad disserendas res* cet. v. ad 8, 5, 1. et 26, 21, 1. *edisserendas* (ut 22, 54. 27, 7. et al.) conj. Gron. ac deinde *et ut Diis* cet. Vulgatum *disserendas* tuentur Duk. et Drak. Cf. et Cort. ad Sallust. Cat. 5. — *Balarorum*, v. Strab. 5, 225. Pausan. 10, 17. Plin. 3, 7. — *magna parte pestilentia absumto* exercitu, ut 9, 24. et 40, 34. nisi leg. *magna ex parte*, vel *magnam partem*; Drak.

4. *agros deploratos esse*, v. ad 3, 38, 3.

5. *Æque miserabilis legatio Lyciorum* cet. ad finem cap. cf. Polyb. 26, 7. qui tamen hanc legationem, aut certe responsum legatis Lyciorum datum, in annum seq. rejicit; Drak. Idem mox emend. *Fuisse se sub ditione Antiochi*.

6. *non publico tantum se premi imperio, sed singulos* cet. " forte *singulorum* sc. Rhodiorum, vel potius *publice*, i. e. Rhodios non tantum in publicum et commune Lyciorum grave inperium exercere, quod tributorum exactionibus, legum violatione multisque aliis rebus fieri potest; sed etiam singulos Lycios mancipiorum loco habere. Inperium publice sævum et injustum esse potest, ut privati et singuli tamen non patiantur eam servitutem, qua se premi queruntur Lycii. *Inperium* vero *publicum* est inperium civitatis Rhodiorum. At huic civitati aptius videntur obponi potuisse privati Rhodii, quam ea, quæ singuli Lycii

[redacted]

patiebantur." Duker. — *juxta se* (æque, pariter ac se; v. ad 5, 6, 3.) ex emend. Sigon. pro *justos*.

7. *literas Lyciis ad Rhodios dedit*, "legatos Romam missos esse, refert Polyb. 26, 7. 8. Potuit autem senatus redeuntibus Lyciorum legatis literas Rhodum perferendas dedisse, et postea legatos misisse: quorum prius Livius, posterius Polyb. narravit. Potuit tamen illud prius etiam Polyb. retulisse in illis, quæ hodie ex scriptis ejus interiere." Drak.

8. *nec ullos alicuiquam*; Herald. conj. *alii cuiquam*, et Drak. *alicui* et *cuiquam*, suspicans, librarios hanc utramque lectionem invenisse et exprimere voluisse. Sed *aliquisquam* et *aliquispiam* etiam dixit Cicero, idemque sæpe *aliquis* pro *alius quis*. Cf. Gron. et Drak. ad h. l., Ern. ad Cic. Div. 2, 50. Tusc. 3, 9. p. Sext. 29. et clav. Cic. voc. *aliquis*, nosque ad Tac. Ann. 1, 4, 12.

9. *in ditione populi Rom. civitates sociæ*, v. ad 22, 13, 9.

CAP. 7.)—1. *exsequebantur querentes*; forte *querendo*, ut passim Livius dixit. Sed illud quoque bene habet. v. ad 5, 15, 8.

2. *quando id bellum pop. Rom. jussisset*: duas voces *id bellum* per errorem librarius repetisse videtur; Gron. Cf. ad c. 1. n. 3. Mox pro *Immo* forte leg. *Id vero*, sc. Istricum bellum.

3. *quod peditum, quod equitum in castris fuerit*, sc. captum esse: sed cap. 2. nulli in castris capti memorantur. Hinc Crev. suspicatur, adjiciendum esse *cæsum*, ut intellegantur M. Licinius et milites trium signorum: (v. cap. 2.) nisi quis hæc referat ad ægros milites in castris relictos cap 4. — *ceteros inermes fusosque ad mare ac naves fugisse*: enimvero non victi, nec fusi, sed metu consternati castra reliquerant effuso cursu, ante quam hostis adesset. v. cap. 2. Hinc Jac. Periz. non male conj. *effusosque*, i. e. incompositos et non servatis ordinibus, ut passim *effusa fuga*, *effuse fugere*, *in fugam effundi* de fuga præcipiti. Cf. Drak. Sed *fusos* quoque 2, 54, 14. et Cic. p. Sext. c. 42. dici sparsos, nullo ordine dilabentes, monet Crev. et *fusos* Doujat. exponit fugatos, putans, adversarios consulis in ipsius invidiam incommoda exercitus in majus auxisse.

CAP. 8.)—1. *L. Mummius* pro vulg. *C. Mummius* edidi, quia *L.* dicitur cap. 9. et 38, 54, et in fastis Capitol. Mox *P. Valerius Lævinus* emend. Pigh. in Ann. ad a. 576. Sed v. Drak.

2. *Gracchus eam sortitur, Istriam Claudius* verba suspecta tum ob ingratam repetitionem vocum *ea* et *sortiti sunt*, tum quia demum cap. seq. narratur, has provincias consulibus decretas esse; Drak. Idem mox delendum putabat *utriusque* et *provinciis*, at Crev. totum hoc *qui in his provinciis bellum concivissent*.

3. *ad novos magistratus dilati*, cf. c. 6. et ad 21, 53, 3. Mox inserui cum Crev. *et* post *erant*: sed et forte *venerunt* aut *venere* leg. pro *venit*. Cf. tamen ad c. 12. n. 3. — *et censores et consules fatigaverant* sc. precibus, sæpe petendo, *ut in senatum introducerentur*. Cf. ad 3, 4, 2. *fatigaverant* cum Crev. reposui pro vulg. *fatigaverunt*.

4. *Cives suos Romæ censos* cet. cf. ad 39, 3, 3.

5. *neque eo minus aut hos aut illos* cet. immo leg. *neque eo* (ideo) *aut minus hos, aut plus illos* (Fregellanos) *in delectum militum dare*; Gron. Non desideres τὸ *plus*, si dicas sensum esse: Samnites Pelignique querebantur, quatuor millia familiarum ab se transisse ad aliam civitatem, neque tamen aut hos aut illos, i e. Samnites Pelignosve, adeoque neutros illorum, eo minus militum in delectum dare; Jac. Periz. "Eo ipso tamen, quod Fregellanos tanto numero familiarum auctos ideo *nihilo plus* militum in delectu dare dicebant Samnites ac Peligni, non parum ponderis ad querelas eorum adcedebat. Ratio autem sermonis Latini h. l. videtur requirere *se* pro *hos*, (nam Samnites ac Peligni de se ipsi loquuntur) et *in delectu dare* pro *in delectum*." Duker. — *sociis ac nominis Latini*, immo *nomini Latino*, aut *sociis nominis Latini*; Drak.

6. *qui stirpem ex sese domi relinquerent* cet. Nota Dukeri est: "Hunc locum satis difficilem Manut. de leg. Rom. c. 17. Sigon. de ant. jur. It. 3, 1., Gruch. de com. 2, 3. Lips. Exc. C. ad Tac. Ann. III. Spanhem. orb. Rom. 1, 10. et Augustin. de Legg. in lege Claudia, magis adtigerunt verbo, quam explicuerunt. *non relinquerent* emend. Gron. ob verba seqq. *ne stirpem domi relinquerent*. Sed si Livius deinde dicit, eos, *quibus stirps deesset*, quam domi relinquerent, tamen cives Rom. factos fuisse, et ad extremum promiscue quosvis sine lege ac *sine stirpe* in civitatem Rom. transiisse; his aperte indicatur, jus hoc non aliis lege datum fuisse, quam qui stirpem domi relinquerent. Cur enim, si stirpem non relinquentibus concessum fuisset, hi primum fraudem legi faciendo per imaginarias mancipationes, ac deinde etiam his imaginibus juris spretis, per migrationem et censum cives Romani fieri maluissent, quam jure, quod iis ex sententia Gron. lege datum fuerat, uti? Nec ulla probabilis causa excogitari potest, cur Romani sociis, qui stirpem domi non relinquerent, honorem civitatis Rom. impertiri voluerint. Nam ratio hujus legis, cujus solus Livius memoriam conservavit, procul dubio fuit, ne apud socios soboles juventutis ad bella deficeret, et ut iidem, proposito patribus, qui stirpem domi relin-

quererent, præmio civitatis Rom., cujus miro semper desiderio tenebantur Latini, ad liberos procreandos invitarentur. Sed Romanos neutrum horum, civitatem iis, qui stirpem domi non relinquerent, dando adsequuturos fuisse, nemo non videt. Enimvero si Livius scripsit, *ne stirpem domi relinquerent*, Gron. recte judicasse videri debet. Sed *ne* illud a Livio, nisi eum repugnantia scripsisse volumus, proficisci non potuit, et cum Sigon. l. l. pro *ne* leg. *qui*. Nam et ita *quibus stirps deesset* recte obponuntur iis, *qui stirpem domi relinquerent*, et simul liquet, ut mox dicam, quodnam fuerit primum genus fraudis, mutandæ civitatis causa inductum; quod, nisi *ne* ejiciatur, intellegi non potest. Ceterum verba *ex sese* liberorum adoptivorum excludendorum causa in lege adjecta puto. Nam hi, quum per eos numerus juventutis non augeatur, non magis prodesse debebant patribus, qui eos adoptaverant, ad beneficium civitatis Rom. inpetrandum, quam jure Rom. iis proderant ad vacationem et excusationem munerum publicorum, l. 2. §. 2. D. de vacat. et excusat. mun. Sic *ex sese parere* et *gignere liberos* dixere Cic. ad div. 4, 5. et Sall. Jug. 5." Emendationem Gron. inprobat etiam Doujat. existimatque legem exegisse, ut re vera liberos in civitate sua relinquerent, qui cives Rom. fieri vellent, quo stirps eorum in patria propagaretur ad subeunda ejus onera. Verba autem seqq. *ne stirpem domi relinquerent* adcipit de patribus, qui, in colonia sua remanentes, liberos oneribus patriæ subtrahebant, eos cuivis civi Rom. mancipando in imaginariam servitutem, contracta tamen fiducia eos manu mittendi, ut manumissione cives Rom. fierent, non quidem ingenui, sed tamen libertini. Et ita quidem injuriam factam puta populo Rom., qui externo sanguine sic dehonestabatur.

7. *dabat, ut cives Rom. fierent*, ita tamen, si relicta patria Romæ sedem ac domicilium conlocassent: quod indicant verba legis, qui stirpem *domi relinquerent*; Duk. *dabat*, concedebat, vel dabat præmio, ut præmium παιδοποιΐας; Ern.

8. *liberos suos quibusquibus Romanis in eam conditionem, ut manu mitterentur, mancipio dabant*, vendebant per æs et libram, mancipabant. Cf. ad Tac. Ann. 1, 73, 6. et Ernesti clav. Cic. " Non constat, lege, quæ jus civitatis Rom. patribus, qui stirpem domi relinquebant, non filiis eorum, dabat, quidquam de numero filiorum, qui domi relinquendi essent, cautum fuisse. Sed ex his verbis coulligi potest, eos, qui plures filios habebant, verba legis callide ita interpretatos fuisse, ei satis factum esse, si e multis filiis unum alterumque fortassis domi relinquerent; et, ut ceteri cives Rom. fieri possent, eam rationem, quam Livius exponit, inivisse. Hoc erat unum genus fraudis, quæ legi fiebat. Alterum haud dubie indicatum fuit verbis *et quibus stirps deesset, quam relinquerent, ut cives Romani fiebant*. Sed, sive *ut*, sive cum Sigonio *ii* legamus, non adparet, in quo fraus illa sita fuerit. Forte pro *ut* leg. *ita*, i. e. eodem modo, quo priores illi; nempe, se civibus Rom. in eamdem conditionem mancipio dando. Nam hos perinde atque illos per has *imagines juris* cives Romanos factos significat Livius, quum postremo alios *his quoque spretis* per migrationem et censum in civitatem transiisse scribit." Duker. Livium scripsisse *ut cives Romani fierent*, existimabat Crev. et post hæc verba excidisse alia, quæ exposuerint genus fraudis ab iis inductum, quibus stirps deesset, et injuriam factam populo Romano: eam fraudem forte in eo positam fuisse, quod, quibus stirps deesset, ii adoptarent quosdam cives suos, quos fortasse postea emancipatos domi relinquerent, ut ipsi, quasi stirpem relinquentes in patria, cives Rom. fierent: hac autem re factam injuriam populo Rom., in quem inquilini nullo jure et adversus legis mentem sese inmiscuerint. *stirpes* (ut *plebes*) c. Mog. et edd. ante Paris. a 1573. quæ *stirps* dedit. — *imaginibus juris*, quæ per speciem juris fiebant, quibusque fraus fiebat legi. Cf. ad Tac. Ann. 3, 17, 4. et 3, 30, 7.

9. *ne quis quem civitatis mutandæ causa suum faceret*, mancipio adciperet, *neve alienaret*, mancipio, daret: nam duæ partes sunt legis, altera contra Romanum adcipientem mancipio, altera contra dantem Latinum, neque cum Sigon. *servum* leg. pro *suum*; Gron. Cf. Drak. Mox post *esset* Sigon. excidisse putabat *civis non* vel *ne esset*, ut vox *esset* deceperit librarium. *et ne quis, ita civis Romanus factus esset*, emend. Gron.

CAP. 9.)—1. *Sardinia atque Istria decretæ* consulibus, quam vocem excidisse putabant Jac. Periz. et Drak. — *decem quinqueremes naves, si deducere ex navalibus vellet*, an ex præcc. subpl. *scribi jussæ?* Cf. ad 1, 33, 7. *naves deduceret ex navalibus, quibus vellet* conj. Jac. Gron. et *naves, quas deduceret, ex quibus n. v.* J. Fr. Gron. Cf. ad 3, 26, 6. et 8, 26, 1. *vellet* sc. Gracchus consul: quæ dura est ellipsis. Forte *Gracchus* leg. pro *naves*. — *legionem unam cum equitibus trecentis*, illis ipsis, qui legioni semper addi solent, ut 40, 36. *binæ legiones cum suo equitatu*; Drak.

2. *prodigia nuntiata sunt*, v. ad 1, 31, 1.

3. *in agro Crustumino in lacum Martis*, forte *lucum Martis*, quem inter viam Salariam et Tiberim (v. Fest. v. *Lucaria*) fuisse suspicabantur Cluver. It. ant. 2, 9. p. 658. et Holsten. in adnotat. in Cluv. It. p. 101.

4. *Legem dein de sociis C. Claudius tulit ex SCto*, ita leg. cum Gron. *deinde sociis* edidere Curio et post eum alii prob. Doujat. ut

meiis sit sociorum causa, et secundum quam socii viverent. Verba præc. *Sacrificiis rite perfectis* — *obvenit* suspecta videri possunt, quoniam idem jam cap. 8. memoratum est. — *qui socii ac* qui *nominis Latini* cet. — *M. Claudio, T. Quinctio censoribus* (v. 37, 58.) *postque ea*, et postea, ut ap. Cic. Verr. 1, 41. et Agr. 2, 15. *postque eos* (ut 38, 11. et 39, 3.) conj. Duk.

5. *dictator, consul, interrex, censor, prætor* cet. ergo apud omnes magistratus majores manu mitti potuit: sed dictatoris, interregis et censoris nullam mentionem faciunt JCti, quod illi dudum nulli amplius fuerant, quo tempore hi scribebant; Duk. Mox semper putavi, pro *nunc* legendum esse *tunc*, et ante *manu mitteretur* ob præc. *quem* intercidisse *qui*, ut ordo verborum sit: *ut, qui manu mitteretur apud quem eorum*, (cf. ad 21, 26, 7.) *qui tunc dictator — esset, in libertatem vindicaretur, ut jus jurandum daret, eum, qui manu mitteret*, (sic verba sunt transponenda) *non civitatis mutandæ causa manu mittere*. Postea vidi, idem Crevierio in mentem venisse, qui jam recte monuit, jus jurandum hoc non a manu mittente, sed a manu misso exactum esse, idque tum ex verbis proxime seqq. patere, tum factum esse propterea quod fraus, quæ hoc SCto cauta sit, in ejus maxime commodum cesserit. In verbis tamen *ut jus jurandum daret* obfendit me *ut*, et vel legendum videtur *ubi* aut *si*, vel delenda illa *in libertatem vindicaretur*, quæ glossam redolent τῷ *manu mitteretur* adscriptam. Tum *ut* majoris perspicuitatis causa et more Liviano repetitum est. v. ad 22, 11, 2. Aliorum conjecturas memoravit Drak.

6. *Hæc causa*, hujus causæ cognitio.

CAP. 10.)—1. *repentinus et tumult. ex.* v. ad 1, 37, 4.

2. *non votis nuncupatis* (v. ad 21, 63, 10.) *non paludatus, sine lictoribus*, ex emend. Gron. pro vet. lect. *paludatis lictoribus*, quæ bis infra in hoc cap. et 45, 39. reperitur, sed correcta est a Gron. qui copiose docet, *paludamenta*, quod et Festus monuerit, propr. omnia militaria ornamenta, sed perpetuo loquendi usu non nisi chlamydes imperatorum vocari, hosque sæpius dici *paludatos cum lictoribus Urbe exire, egredi, in bellum proficisci*, ut 2, 49. 21, 63. 31, 14. 36, 3. 37, 4. 40, 26. 41, 5. 10. 42, 27. 49. et 45, 39. ineptissimum vero esse, summi ducis Urbe egredientis pompam, tacito ipsius habitu et ornatu, ab amictu lictorum describi, quibus saga s. sagula fuerint, non paludamenta. Contra eum disputavit Scheller in Lex. Lat. Cf. et Gruch. Refutat. ad poster. disp. Sigon. c. 43. Lips. mil. Rom. 2, 12. Ferrar. de re vest. 2, 3, 5. Sigon. de jur. prov. 2, 4. de lege cur. c. 6. Hotom. ad Cic. de prov. cons. c. 15. Gronovio adsentiuntur Duk. et Drak. qui tamen monet, Curiatio 1, 26. tribui paludamentum, (πέπλον ποικίλον, ὃν αὐτῇ soror Horatii μετὰ τῆς μητρὸς ἐξυφήνε, ap. Dionys. Hal. III. p. 157.) et lictoribus a Sil. 2, 420. *rubens sagulum*, ab Appiano Pun. p. 35. φοινικοῦς χιτῶνας. Mirum certe, librarios ter in hoc cap. per eumdem lapsos esse errorem; et antiquam lect. ter h. l. a Gron. et Drak. mutatam, sed inf. 45, 39. retentam fuisse.

3. *Quod quum milites consulis* cet. cur vero respondent milites pro Manlio et Junio? Doujatius monet, milites iudicare voluisse, sive ipsos se, sive duces paratos esse ad parendum consuli, putatque congruentius esse, a militari turba confuse ortas voces resistentium consuli, quam a ducibus, ut 8, 32. "Sed non convenit exemplum, et Claudius, omissis militibus, iram adversus solos proconsules exserit. Videtur cum Jac. Gron. leg. *quod quum illi se consulis*, vel *quod quum illi tum consulis — quum is* cet." Drak. *Quumque illi se consulis* cet. conj. J. Fr. Gron. Sed illa probabiliora: nam *quod quum* servari et pro simpl. *quum* positum esse potest, (v. ad 6, 8, 2. et pron. *se* sæpius omittitur. — *consulis imperio dicto audientes*, Germ. *dem Befehl aufs Wort gehorsam*. Cf. ad 8, 4, 1. — *more majorum secundum* (v. ad 1, 4, 1.) *vota* cet. Cf. not 2.

4. *qui pro quæstore M. erat*, v. ad 10, 29, 2.

CAP. 11.)—1. *oppidum Nesattium* extremum Istriæ totiusque Italiæ ad ostium Arsiæ amnis, hod. Castel nuovo ad Arsam fl. Sed *Nesactium* e Plin. 3, 19. s. 23. aut *Nesactum* ex Ptol. 3, 1. legendum monent Cluver. et Cellar. — *Æpulo*, v. Duk. ad Flor. 2, 10, 3.

2. *oppugnare intendit*, v. ad 4, 19, 1.

3. *abscissæ* (oppido) *aquæ*; Drak. *abscisæ*. v. ad 4, 19, 1. — *in cædem conjugum ac l. v.* cet. v. ad 21, 14, 1.

4. *sub corona venierunt*, v. ad 2, 17, 3. 3, 55, 8.

CAP. 12.)—1. *Ti. Claudius proconsul, qui prætor priore anno fuerat*, v. ad 28, 38, 4. — — *eas ipsas literas*: posterior vox forte del.

2. *Istria provincia confecta*, v. ad 2, 40, 9.

3. *literis Ti. Claudii et SCto accepto*, forte *adceptis*. Sed cf. ad c. 8. n. 3. et Drak. ad 37, 5, 3. — *Ad Scultennam flumen*, hod. Panaro, in extremis Ferrariensium finibus delabens in Padum. Cf. Merulæ Cosmogr. 2, 4, 11. et Cluver. It. ant. 1, 36. p. 417.

CAP. 13.)—1. *Prodigia eo anno nuntiata* cet. v. ad 1, 31, 1. — *in Crustumino*, v. ad 8, 12, 11. — *avem sangualem* seu *sanqualem*, ossifragam, quæ in *Sangi* seu *Sanci* dei tutela est. v. Fest. et Plin. 10, 7. s. 8. ibique Hard. — *sacrum lapidem*, terminalem, qui *sacer* erat et divino honore coli, ungi, coronari solebat, quemque violare aut loco movere

[redacted]

m erat nefas. v. ad Juvenal. 16, 38. id Tibull. 1, 1, 11. 12. Casaub. ad r. Char. 16. Cuper. ad Auctor. de ersec. c. 11. Sed Drak. monet, laorte designari, qui in agro Crusin lucum Martis de cœlo ceciderit.). — *Bovem in Campania loquutum*, . leg. *loquutum*, vel mox *bos alendus atus*; Gron. et Drak.

ccam æneam Syracusis cet. ut vacca lyronis, in quam multa epigram- Anthol. 4, 7. et Auson. epigr. 58 unt; Drak.

Lucam colonia — deducta: al. *Lunam*. Drak. ad h. l. qui de Luna id nusdfirmari monet, sed de *Luca* a Vel- .5. et Plin. 3, 5. s. 8. Hinc et Du- *r Pisanos Lucensesque* emend. inf. 45, nonetque, quod Luca propior fue- , quam Luna, facilius inter Pisa- Lucenses, quam inter Pisanos et es, controversias de finibus oriri :. *Luca*, hod. *Lucca*, Etruriæ urbs, tes supra Lunam sitos, (v. Strab. l. p. 217.) et ad Auserem s. Æsa- hod. Serchio. — *L. Egilius*, ut ap. Or. 2, 68. sed *Decilla* ap. Non. v. Recte, puto, *L. Æmilius* (Regillus) rak.

um in senatu — disseruisset, in temlonæ, *postulanti triumphus est decretus*, ;, 21, 1.

victoriatûm octoginta q. millia, victori- sc. numorum, Victoriæ imagine rum, de quibus v. Plin. 33, 3. s. 13. Hard.

14.)—1. *per transversos limites*, v. ad .

miam ex hostibus eripere, ut *eripere ab*). Cic. et Terent., Duk. — *Hispal- Hispalus*, v. Duk. et Drak.

. *Cornelius Scipio*, qui *M. Cornelius* c. [. *Cornelius Maluginensis* c. 27. dicile cognomen *Scipio* forte del. Cf. Duk. *Istriam mitteret*; excidit *mandatum*; ed similis ellipseos exempla laudai, 30, 27. 35, 11. 39, 12. 41, 15. 1.

nolantibus Jovi singulis bubus doctius, bus minus gratum, quam *singulos* :. Cic. Leg. 2, 12. et Intpp. Horat. , 11. 12. — *uti solet*, v. ad 23, 14, 3. *jocinore caput non inventum*, cf. ad n. 3, 4. et ad 8, 9, 1. — *bove perli*ad 5, 38, 1. "Hoc de genere, non ero hostiarum dictum adcipio : nam n erat, an *uno* perlitare posset. Ip- o post se *tribus* perlitasse negat, et eum *majoribus hostiis* usque ad perem sacrificare jussit; Duk.

binas legiones novas scriberent et trecenos numerus peditum intercidit et leg. . s., *quina millia in singulas et ducenos trecenos equites*; Crev. — *dena millia peditum et sexcenos* (ita leg., non *sexcentos*) *equites*, i. e. quisque decem millia p. et sexcentos equites; Drak.

CAP. 15.)—1. *evocatus a viatore*, v. ad 2, 56, 10. — *templo egressus*, v. ad 1, 6, 6. — — *confuso vultu*, v. ad 6, 34, 7.

2. *bovis sescenaris*; Festus dicit : *scena vel sacena adpellatur culter* aut *dolabra pontificia*. Hinc quidam h. l. *sacenaris*, (sacena a victimariis percutiendi seu percussi, adeoque sacri, immolati) aut ap. Fest. *sescena* legendum putant. Alii conjiciunt *sexcennaris*, vel, quod idem esse putant, *sexennis*; Grævius *sexcenarii*, (DC librarum) et Guther. de jure pont. 4, 18. *sagenaris*, opimi et publice saginati, quia Varro dixerit *sagenare*, et multa in sacris vocabula in *ar* desinant, ut *lar*, *extar*, *pulvinar*, *far*, *bustar*.

3. *jecur defluxisse*; Guther. interpretatur, in liquorem abiisse, (quo sensu Perizon. et Drak. *diffluxisse* legi volebant) at Ernesti, evanuisse, periisse, quo significatu *defluere* passim obvium. v. Ern. clav. Cic. et Cort. ad Sall. Jug. 1, 4. Eodem sensu Festus v. *Monstrum* dixit *jecur distabuit in coquendo*, Obseq. de prod. c. 61. *jecur extabuit*, Livius mox *jecur omne inenarrabiliter absumtum*, et *caput jocinori defuisset*, et sup. c. 14. *in jocinore caput non inventum*. Cf. ad 7, 29, 3. — *ex olla, ubi exta coquerentur*, v. ad 25, 16, 2.

4. *quod caput jocinori defuisset, tribus bubus perlitasse negavit* cet. v. ad 5, 38, 1. et 8, 9, 1.

5. *Ligures Petillio*, forte *Q. Petillio*, et mox *et T. Æbutium prætorem*; Gron. *prætorem* pro *proprœt*. Drak.

6. *Interrumpi tenorem* cet. cf. 9, 18. et 32, 28.

7. *P. Licinius Crassus sacrificiis se inpediri sollemnibus excusabat* cet. cf. 42, 32 pr. et ad 4, 2, 6. 6, 22, 3.

8. *Prætores ambo in eadem verba jurejurarunt*, (forte *jurarunt*) iisdem verbis jurarunt, sacrificiis se inpediri, quo minus in provincias irent. Similiter *prætor provinciam sibi iniquam ejurat* ap. Cic. Verr. 3, 60. — *Titinius et Fontejus proconsules*, v. ad 28, 38, 4.

CAP. 16.)—1. *Latinæ feriæ fuere a. d. III. Nonas Maji*, v. ad 1, 45, 2. et 6, 1, 9. Forte leg. *Nonas Majas*; Drak. — *in una hostia*; nam a XLVII populis Latii totidem mactabantur hostiæ, præter taurum, qui communiter ab omnibus immolabatur Jovi Latiari. — *magistratus Lanuvinus*, v. ad 42, 1, 4. — *religioni fuit*, v. ad 2, 5, 4. — — *rejecisset id*, v. ad 2, 22, 4.

2. *instauratis Latinis — essent*, harum trium vocum repetitio admodum displicet, et forte leg. *pontificibus, quia non recte factæ Latinæ essent, placuit, Lanuvinos, quorum opera* (v. ad 38, 43, 1.) *instaurandæ essent, hostias præbere*, vel *quia non recte factæ essent, instaurari Latinas placuit, Lanuvinosque, quorum opera instaurandæ* cet., Drak.

[redacted]

3. *parte membrorum captus*, ut 33, 1. *Membris captum* consulem dicit Obseq. de prod. c. 64. Hoc apoplexiæ, illud paralysi convenire, Celsus 3, 27. docet; Drak. Cf. ad 2, 36, 7. — *ad aquas Cumanas*, salubres, ut *Sinuessanæ* 22, 13, 8.

4. *Latinas* ferias *in ante d. III. Id. Sext. edixit*, v. ad 1, 45, 2. 5, 17, 3. et 6, 1, 6. — *prodigia* cet. v. ad 1, 31, 1.

5. *Ante triduum quam*, pro *a. t. postquam*, ut sensus sit, non totorum trium dierum obpugnatione ex hostibus receptam esse; Doujat. Sed *ante triduum quam* semper notat *triduo antequam*, ut *post triduum quam* est triduo postquam, *anno quinto quam* pro *a. q. postquam*: unde recte emend. h. l. Jac. Periz. *intra triduum quam*, (ut 36, 10. 43, 9. al.) h. e. intra triduum postquam; Drak. Cf. ad 28, 16, 4.

6. *cis Alpes hostem pop. R.* scil. *esse*, nisi id post *Alpes* excidit. — *agrique aliquantum*, hæc jactationi Claudii et verbis seqq. *multis millibus* parum convenire putabat Drak. malebatque cum Jac. Gron. legere *agrique ad id tantum* vel cum Doujat. *agrique a se tantum*. Cf. tamen ad 2, 39, 1.

CAP. 17.)—1. *stipendiariis veteribus* cet. v. ad 5, 10, 5.

2. *Nonis Sext. paludatus, literis auditis*, (recitatis in senatu, ut 10, 45. et al.) *tumultus* (v. ad 2, 26, 1.) *ejus causa legionem* — — *proficisci jussit*: "Contra constantem usum loquendi consul non dicitur *paludatus*. *Urbe exivisse, egressus, profectus esse*, (v. ad cap. 10. n. 2.) sed *paludatus legionem in Galliam proficisci* — *jussisse*; quæ etiam non paludatus jubere poterat. Suspicor locum non integrum esse, et hic aliquid de profectione consulis paludati in provinciam dictum fuisse. Sed ea tamen in *Nonas Sext.* conferri non potest, quia Latinæ post eas *in a. d. III. Idus Sext.* edictæ erant cap. 16. nec magistratibus ante illas licebat in provincias exire." Duk. Cf. ad 1, 45, 2. Verba quoque *literis auditis* ab h. l. aliena sunt. Forte leg. *mox Id. Sextil. abiit paludatus. Literis ante datis tumultus* cet.

3. *maritimum quoque terrorem*, v. ad 10, 5, 4.

CAP. 18.)—1. *muroque insuper amplexi* sunt, quo verbo adjecto hæc lenius fluerent; Duk. — *ad mille et quingenti* reposui pro *quingentos*, quod ex ultima Gruteri edit. receptum est. *ad M et D* edd. antiquiores. v. ad 4, 59, 4.

2. *inanima parietibus adfligunt*, ita Sigon. pro *adfigunt*. v. ad 21, 35, 10. — *quum ornamento in speciem facta*; vasa facta ornamento et facta in speciem nihil ferme differunt: nam *species* pro ornamento, splendore, dignitate ponitur; Drak. Hinc ille *et* post *ornamento* inserendum, et Crev. vocem *ornamento* delendam censebat.

3. *Campis Macris*, ut 45, 12. Μακροὶ Κάμποι opp. ap. Strab. 5, 1, 11. p. 216: sed campi inter aut circa Parmam Mutinamque ap. Columel. 7, 2. et Varr. R. R. Præf. lib. 2. Cf. Cluver. It. ant. 1, 28. p. 260.

4. *Valerium auspicato sortitum*, v. ad 5, 21, 1. — *quod in templo fuisset*, h. e. ibi sortem in sitellam posuisset. Cf. seqq. et ad 1, 6, 6. et 21, 42, 2. Hinc colligo, sortitionem magistratuum fieri debuisse in templo, i. e. in loco, qui augurio erat consecratus: ut autem sortitio auspicato fieret, observandum fuisse, ne quis sortem in sitellam conjiceret, nisi quum sitella in templum adlata foret; Drak. Mox vel *extra templum* vel *feris* glossema et delendum videtur.

5. *perpetuo dorso*, v. ad 4, 6, 1.

6. *se eo die Letum capturum esse*, cf. Valer. Max. 1, 5, 9. et sup. ad 5, 55, 2. — *Ea pars* sc. militum.

7. *ipse tamen, dum incautius ante signa obversatur, m. t. cecidit*, v. ad 7, 19, 3. et 24, 23, 2.

8. *vitium in auspicio fuisse*, v. ad 5, 17, 4. Milites ejus, qui sine duce, quamvis victores, e pugna redierant, gravi pœna a senatu adfectos fuisse, tradunt Valer. Max. 2, 7, 15. et Frontin. Strat. 4, 1, 46. — — *C. Valerius, audita* morte conlegæ, exercitum in Ligures *deduxit*. Ita lacunam explevit Cluver. It. ant. 1, 8. et 10. p. 58. et 77. Sed plura excidisse, vel ex proxima nota 9. patet. Eo Freinshem. refert pœnam modo memoratam, legationes a Dardanis Romam et a Romanis in Macedoniam missas, comitia consularia et prætoria, resque a consulibus in Gallia et Liguribus gesta.

9. *Periti legionum — posse*: hoc fragmentum a Sigon. insertum ex Prisciani lib. 17. p. 1050. et 1097. — *duo ordinarii consules*, primis creati comitiis. — *subfectum* in Cn. Cornelii Scipionis mortui locum *consulem*, C. Valerium Lævinum, *negabant comitia habere posse*: utrum tamen ea habuerit, an res potius redierit ad interregnum, ignoramus. Dictatorem vero comitiorum habendorum causa haud dictum fuisse, ex eo conligit Pigh., quod nulla ejus rei mentio fit in fastis Capitol.

CAP. 19.)—1. *trans Apenninum Briniates*, v. ad 39, 2, 5. — *inter Audenam amnem*, qui prolapsus ex jugis Apennini in Macram fl. se infundit, et vulgo nunc adcolis *Ula* et *Aula*, aut cum Articulo *la Ula* et *l'Aula* vocatur; Cluver. It. ant. 1, 10. p. 78. Idem suspicabatur, nomen saltem loci, *inter quem et Audenam amnem* Mucius bellum gesserit, excidisse. *intra Audenam a.* (i. e. ratione Romæ ab hac ejus parte, fluvium non transgressus) conj. Crev.

2. *tumultus Gallicus et Ligustinus*, v. ad 2, 26, 1.

[redacted]

3. *miscente Perseo inter Dardanos Bastarnusque certamina*, (v. ad 2, 19, 3.) et Bastarnas, exemplo patris, in Dardaniam adciente, ut Dardanos devinceret, et auxilio Bastarnarum uteretur in bello, quod adversus Romanos parabat. cf. 40, 57. 58. 41, 23. 22, 11. et Polyb. 26, 9. — *legati missi ad res visendas*, v. ad 21, 6, 4. et cf. Polyb. l. l.

4. *qui purgarent, nec adcitos* cet. v. ad 24, 47, 3.

5. *ut sanctum haberet fædus, quod ei cum Romanis esse videri posset*; immo *ut sanctum habere fædus, quod ei c. R. esset, videri posset*: nam certe erat ei cum Romanis fœdus; Jac. Gron. cf. 40, 58 extr. 42, 25. 45, 9. Vulgatum defendit Cort. ad Sall. Cat. 52, 3.

6. *submisos Thracum — auxiliis*, v. ad 25, 41, 1.

7. *devio saltu circumducta*, v. ad 10, 2, 6.

CAP. 20.)—1. *Romano more, sella eburnea*, curuli, *posita* (ut in tribunali prætoris) *jus dicebat* cet. ad finem cap. hæc omnia non ad Perseum referenda, (cui errori ansam dedisse ultima verba Epitomes hujus libri, loco perperam mota, suspicabatur Drak.) sed ad Antiochum Epiphanem, Syriæ regem et Antiochi M. filium, qui obses olim a patre Romanis datus erat, et hoc anno successit fratri majori Seleuco Philopatori. Cf. Ind. et Epit. l. XLI. Appian. Syr. 39, 45. 46, 66. auctor Maccab. 1, 1, 10. Polyb. 26, 10. et 31, 3. 4. cujus fragmenta, ex Athenæo (ed. Schweigh. 5, 21-24. et 10, 52. 53. ed. Casaub. 5, 4. 5. p. 193 sq. et 10, 10. p. 439.) desumpta, Livius h. l. et Diodorus in Exc. de virtt. et vitt. T. 2. p. 577. 583. ed. Wessel. ante oculos habuere, ac sæpius expressere ad verbum.

2. *adeoque nulli fortunæ adhærebat animus*, h. e. nulli vitæ generi; (unde mox *per omnia genera vitæ errans*, modo hoc, modo illud maxima levitate exprimens) nisi hoc sensu potius *formæ* leg. cum Rubenio, aut *formæ vitæ*, ut ap. Tac. Ann. 1, 74. *firme adhærebat* conj. Gron. ut *nulli* referatur ad seqq. *genera vitæ*. Agitur certe h. l. de levitate Antiochi, de qua etiam cf. Ptolem. ap. Athenæum 10, 10. (10, 52. ed. Schweigh.)

3. *munificentia inæquali — puerilia, ut escæ aut lusus, munera* cet. cf. Polyb. l. l. ap. Athen. 5, 4. aut 21. — *honoratis magnoque pretio* (ut 40, 55, 1. et passim ap. Cic., ut al. *magni*) *æstimantibus se*, i. e. magnam de se opinionem habentibus, sibi valde placentibus, se dignos magnis honoribus præmiisque judicantibus. Dukeri nota est: "Utrum hoc est magno æstimantibus regem et præter alios colentibus? an æstimantibus se ipsos, et quia apud regem honorati erant, sive ob hanc, sive ob illam causam lauta ab eo munera exspectantibus? Neutra sententia et oratio videtur Liviana esse, et pæne referenda inter vestigia barbariei, quibus hoc fragmentum deturpatum esse dicit Herald. ad Arnob. IV. p. 249."

4. *quidam ludere eum simpliciter, quidam haud dubie insanire ajebant*, οἱ μὲν ἀφέλειαν, οἱ δὲ ἀλογίαν, τινὲς δὲ μανίαν αὐτοῦ κατεγίνωσκον, Diodor. οἱ μὲν ἀφελῆ τινα αὐτὸν εἶναι ὑπελάμβανον, οἱ δὲ μαινόμενον, Polyb. Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς μὲν κληθεὶς, Ἐπιμανὴς δ' ἐκ τῶν πράξεων ὀνομασθεὶς, Athen. 5, 21 pr. et 10, 52. — *in urbium donis*, quæ urbibus dedit. Usus genitivi, ex more Græcorum, conpendiarius, ut 35, 48. *maledicta Romanorum* et *Quinctii*, i. e. in eos conjecta; Schæf.

5. *Cyzici in prytaneum*: (melius *prytaneo*, Duk. v. ad cap. 28. n. 3.) *id est*, ita vocant, *penetrale urbis* (v. ad 1, 20, 3.) et curia, *ubi publice*, publicis sumtibus, (ut 42, 1, 4.) non modo Πρυτάνεις, sed etiam alii, bene de re publica meriti, *quibus inde is honos datus est, vescuntur*; qualia πρυτανεῖα in omnibus fere Græciæ et multis aliarum regionum oppidis erant, qualisque σιτία s. σίτησις ἐν πρυτανείῳ nota ex Cic. Or. 1, 54. Plut. in Sol., Arist. et Demosth. Cf. de iis et prytanibus Potteri Archæol. T. 1. p. 197 sq. et 282 sq. vers. Ramb., Meurs. Athen. Att. 1, 7. et 8. Spanhem. ad Callim. H. in Cer. 129. et in diatriba de Vesta et Prytanibus Græcorum.

6. *Jovis Olympii templum Athenis* cet. Ὀλυμπίειον ap. Polyb. l. l. de quo cf. Epit. et Pausan. 1, 18, 6 sq. 1, 40, 3. inpr. 5 12, 2 sq. (ubi etiam donaria memorat, quibus templum exornaverit Antiochus) Meurs. Athen. Att. 1, 9. Casaub. ad Spart. Hadr. 12.

7. *Sed et Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit*, ex emend. Voss. ad Vellej. 1, 10. et Gron. *aris* pro *maris*. καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ ΒΩΜΟΝ ἀνδριάντων Polyb. l. l. Hinc *Deli aram* conj. Herald. ad Arnob. VI. p. 249. non inprob. Duk. cujus nota est: "Polybium de insigni aliqua ara in Delo loqui, articulus τὸν indicio est; quæ mihi non alia videtur esse, quam celeberrima illa ara cornea Apollinis in Delo. (De qua ara κερατινῷ, inter septem miracula mundi relata, v. Ern. et Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. 60. et 63.). Ita tamen non adparet, quæ sint *insignia*, quibus ara illa exornata fuerit. Forte excidit substantivum, cui *insignibus* additum fuit."

8. *templum laqueatum auro*, cujus laquear auro esset inductum. *Laquear* s. *lacunar*, φάτνωμα, dicebatur tectum templi seu triclinii, auro vel cælaturis, gemmis, ebore picturisque exornatum, in quo cælati erant loculi, *lacuum* referentes speciem, et *laqueis*, h. e. marginibus eminentioribus cincti.

[redacted]

Cf. Ernesti clav. Cic. et Intpp. Horat. Od. 2, 16, 11. et Ovid. Met. 8, 563. — *sed etiam parietibus totis lamina inauratum*, laminis aureis inductum, bracteatum. *inducta* vel *inductum* conj. Gron. probb. Duk. et Drak. ut ex præc. ad *lamina* intelligatur *auri* seu *aurea*.

9. *perbreve tempus regni ejus fuit* sc. post illa Antiochiæ et aliis urbibus promissa: nam alioquin ex Conone, Eusebii Chron. aliisque satis constat, eum XI. vel XII. annos regnasse, et *perbreve tempus* longe minus spatium est; Duk. Cf. Schweigh. ad Appiani Syr. 66.

10. *Spectaculorum omnis generis*, ab Antiocho per XXX dies ab Daphneu editorum, conjunctarumque cum iis epularum, *magnificentia*; de qu. v. Polyb. — *reliquorum sui moris*, forte leg. *religione sui moris*, et verba sui moris addita, ne quis magnificentiam eam exigeret ad Romanos; Gron. *Religio* spectare potest ad simulacra omnium deorum heroumque, quæ in pompa fuisse prælata Polyb. refert: sed mihi quædam, in quibus de Asiaticis artificibus actum fuerit, videntur periisse; Duk. Idem τὸ *magnificentia* non primo, ut Gron., sed sexo adcipiebat casu, et verbum *vicit* ad Antiochum referebat, ut reliqua *dedit*, *instituit*, *posuit*, *fecit*, *adcendit*. Voculam *et* ejiciendam censet Drak. ut sensus sit: *reliquorum* spectaculorum *sui*, i. e. Syriaci, *moris* magnificentia superiores reges vicit, nempe *copia Græcorum artificum* i. e. histrionum aliorumque, quorum opera spectacula eduntur; (v. ad 5, 1, 2.) utque obponantur hic *spectacula sui moris* et *munus gladiatorum* (forte *gladiatorium*) *Romanæ consuetudinis*. Sed *reliqua spectacula* jam continentur *spectaculis omnis generis*. Malim *et reliquos ævi omnis* sc. reges, vel simile quid: nisi plura interciderunt, ad pompam in primis insignem spectantia, quam Polybius copiose describit.

11. *modo vulneribus tenus, modo sine missione*, ita ut gladiatores pugnarent modo donec vulnerarentur, modo donec occiderentur.

CAP. 21.)—1. *** *pio inter peregrinos*: " interciderunt h. l. comitia et consularia, quibus creati Sp. Postumius Albinus, Q. Mucius Scævola, et prætoria; de sortitione autem provinciarum subsequitur hoc modo: *Jam prætores sortiti provincias erant, C. Cassius Longinus urbanam, L. Cornelius Scipio inter peregrinos.*" Sigon. De hoc Scipione v. ad 37, 34, 2.

2. *in Corsicam jussus est transire*: hoc extra ordinem factum est, fortassis quod Sardinia nuper quidem a Graccho pacata, (v. cap. 17.) at tamen nondum ita tranquilla erat, ut tutum esset, exercitum Rom. inde in Corsicam abducere: nam alioqui, auctore Sex. Rufo in breviar. c. 4., harum provinciarum administratio jam olim conjuncta fuerat, quod etiam ex Liv. 40, 18. 19, 34. 42, 1. 7. intellegi potest; Duker. — — *Cornelio prorogatum imperium*, Ser. Cornelio Sullæ: saltem 45, 17. numeratur inter prætorios, ejusque prætura alibi non memoratur; Pigh. Ann. ad a. 569. et 578. p. 313. et 353.

3. *Sicilia L. Claudio* Asello, cujus prænomen suspectum fuit Drak. propter locum Suet. Tib. 1. Is tamen ad patricios tantum Claudios spectat. — *cum justo numero p. e.* τὸ *cum* delendum esse, jam suspicati sunt Duk. et Drak. Cf. 42, 35. med.

4. *pestilentia, quæ priore anno in boves* cet. cf. Obseq. de prod. c. 66. ubi Schæff. monet, *boves* dici omne genus pecoris armentique. Sed Drak. propriam h. l. vocis vim defendit.

5. *eo* (anno) *verteret* (se) *in hominum morbos*: Sigon. et post eum alii *verterat*. — — *Qui inciderant* sc. in morbos, ut 25, 26. et ap. Cic. in Pis. 35.; Gron. — *qui superaverant, longinquo, maxime quartanæ febris, implicabantur morbo*; vel ex his verbis patet, non pestem proprie sic dictam h. l. memorari. Cf. ad 1, 31, 4.

6. *Ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat*, v. ad 40, 19, 5. — *tabes absumebat*, v. 4, 30, 4.

7. *C. Sulpicius Galba*, *** *in locum Tuditani*; post *Galba* Drak. excidisse putabat *in locum Cæpionis*, et nomen deinde alterius pontificis. — *in Gracchi locum T. Veturius Gracchus Sempronianus*; mendosum est cognomen *Gracchus*, quod non Veturiæ genti fuit, sed Semproniæ. *Ti. Veturius Calvinus Gracchus S.* male emend. Pigh. (v. Drak.) melius *T. Veturius Crassus S.* Sigon. et Jac. Perix. (modo constaret, *Crassum* fuisse tunc usitatum cognomen Veturiorum) optime *Ti. Veturius Philo S.* Drak. qui suspicatur, eum fuisse filium Ti. Gracchi, cui in sacerdotio successerit, et adoptatum a Ti. Veturio Philone, de quo v. 29, 38. An Livius scripsit *T. Veturius Geminus S.*?

8. *Q. Marcio Philippo* Xviro sacrorum. v. 40, 42. Hos autem sacerdotes in votis concipiendis verba præivisse, docet Drak. conl. 4, 21. et 43, 13. Eosdem ex libris fatalibus etiam precationes et subplicationes edidisse, colligit ex h. l. et 42, 2. ubi hæc leguntur *pacem deum peti precationibus, quæ editæ ex fatalibus libris essent*, et deinde *sacrificatum est, ut decemviri scriptum ediderunt*. Hinc vulgatum ibi servandum putat, non leg. cum Gron. *qui editi*, cui favere quidem dicit verba seqq. *editumque ab decemviris est, quibus diis quibusque hostiis sacrificaretur*, similiaque loca 21, 61. 40, 45. et alia, non vero vocem *precationibus*, quæ sic supervacua fit.

9. *In Vejenti agro biceps natus* cet. v. ad 1, 31, 1. — *Auximi* ex emend. Cluver. et

Cellar. *Oximi* male edd. antt. h. l. et c. 27. et 42, 20. nam hoc opp. Piceni *Auximum* dicitur Cæs. B. C. 1, 12. 13. Vellejo. 1, 15. Plut. Pomp. p. 621. Lucano 2, 466. et in Gruteri Inscr. 372, 4. *Ausimum* in tabula Peut. *Αὔξουμον* Strab. 5, 4, 2. p. 241. hod. *Osimo* s. *Osmo*; unde corrupta lectio videtur orta. — *arcus* cœlestis.

10. *in Lanuvino*, v. ad 8, 12, 11. *per cœlum* (sc. Romæ) *lapsæ sunt. Lanuvini Cæritesque* cet. leg. e Prisciani lib. IV. p. 633. nisi hic negligentius consuluit Livium; Drak. — *Anguem jubatum* alii cristatum interpretantur, alii crinitum; Duk. Cf. Turneb. Advers. 29, 4. intpp. Virg. Æn. 2, 206. et Plaut. Amphitr. 5, 1, 56.

CAP. 22.)—1. *Nonis Juniis:* alii *Junii*, perperam *Julii*, quod nomen mensi demum in honorem Cæsaris Dict. datum.

2. *sub jus judiciumque* cet. v. ad 35, 16, 4.

2. *religionibus q. animo objectis*, (v. ad 25, 12, 1.) *oraculum aditurus Delphos adscendit*, v. ad 42, 15, 3. et 42, 42 pr.

4. *per Phthiotidem Achajam*, v. ad 33, 32, 6.

5. *aut legatos, aut literas dimisit:* ante hæc verba videntur plura deesse; Gron. Forte *sed circa omnes Græciæ civitates*; Crev.

CAP. 23.)—1. *quum finibus suis interdixissent*, forte cum Jac. Periz. post *suis* inserendum *iis*, quod tamen et commode abesse potest; Drak. — *comprehensis omnibus, literas* ** ex seqq. colligebat Sigon., hæc excidisse: *ad Achæos misit, quibus se servos eorum, qui ad se transfugerant, benigne remittere illis scripsit.*

2. *Callicrates*, Leontesius Achæus, humilis adulator Romanorum, et popularium suorum proditor calumniatorque. v. 45, 31. Polyb. 26, 1. sq. 29, 8-10. 30, 10. 20. 31, 8. 33, 15. Pausan. 7, 10-12.

3. *ego maxime gravissimam* cet. forte leg. *ego maximam gravissimamque o. non agi t.* vel cum Gron. *ego maximam et gravissimam omnium: neque agi tantum*, et mox *nam quum regibus Maced.* — *maneretque* cet. Sed similiter *maxime liberalissima* et similia dicuntur Cic. ad Att. 12, 28. et Verr. 2, 66. Gell. 13, 15. Cf. ad 40, 21, 3. Burm. ad Grat. Cyn. 133. Sic et *magis* comparativo jungitur. v. ad 9, 7, 4. et cf. Ruhnken. ad Vellej. 2, 27. Idem Gron. pro *ii concionantem* conj. *hic* vel *nunc c.*

4. *si Diis placet*, v. ad 4, 3, 4. — *viam regiæ societatis quæri*, forte *societati*; Crev. et Drak.

5. *odii regnum posuerat præmium*, v. ad 21, 45, 4.

6. *Persea, quem populus Rom. prius pœnæ, quam regni* cet. ita primum editum Lugd. 1553. *quem P. R. prius pœnæ* edd. ante Sigon. qui *populi Romani* dedit. "Cujus vero pœnæ? et unde sciret populus Romanus de hac pœna, quam nemo, credo, umquam scivit? Emendo: *quem in populum Romanum prius odii, quam regni* cet." Gron. *quem belli in pop. Rom. prius pœne, q. r.* conj. Ruben. *quem populi Rom. hostem prius pene* Muretus, et *quem odii populi Romani* (h. e. odii Philippi erga populum Rom.) *prius pœne* Drak. Malim legere: *quem populo Romano*, vel *populi Romani, prius pœnam* aut potius *Pœnam*, (h. e. vexatorem et ultorem injuriæ patri factæ) *quam regni heredem futurum sciebat.* Sic Pisonem *Pœnam et Furiam sociorum* dixit Cic. Pis. 37. et similia passim. Cf. ad Sil. 2, 551. et Ernesti clav. Cic. Ad hanc sententiam spectant verba seqq. et illa Arconis cap. 24. *Divinat etiam, quæ futura fuerant, si Philippus vixisset; quid ita Perseus regni heres sit, quid parent Macedones.*

7. *Itaque quid hic egit aliud, quam bellum paravit*, v. ad 2, 8, 9. — *Bastarnas primum* cet. v. ad c. 19. n. 3. — *quam Asia Gallos habeat:* an *habet*? Cf. 38, 16 sq.

8. *Dolopiam armis subegit* cet. cf. 42, 41 extr. — *nec provinciis de controversis ad disceptationem P. R. adivit* primæ edd. *populi Rom.* quædam, et *populum Rom.* aliæ. *audivit* ed. Basil. 1554. et seqq. Hæc verba spectant ad illa cap. 22. *quidam Dolopum non parebant et, de quibus ambigebatur rebus, disceptationem ab rege ad Romanos revocabant.* Hinc *nec provinciis de c. ad d. populi R. revocantem* (se.) *audivit* emend. Sigon., rectius vero Gron. *nec p. de c. discept. ad pop. R. revocantem*, meliusque *nec provocantem* (Dolopiam) seu *nec provocantes* (Dolopas) *de controversiis ad disceptationem populi R. audivit.* Hoc probarunt Crev. et Drak. qui monet, non verisimile esse, Dolopas, populum haud ita magnum, de *provinciis* cum Perseo controversias habuisse.

9. *in medio umbilico Græciæ*, v. ad 35, 18, 2. Vox *medio* supervacua et forte glossema. *sine ullius eorum, quos oderat, noxia*, Roëll. conj. *quos adierat*, (ut cap. præc. *per quos iter fecit*) et Duk. *noxa*. v. ad 10, 19, 2.

10. *literas ad nos cum muneris specie misit*, sc. ἐχθρῶν δῶρα ἄδωρα, Ern. — *quo modo in reliquum* (v. ad 23, 20, 4.) *hoc munere u. e.*, sarcastice dicta.

11. *donec ad certum dirigatur*, immo *redigatur*, ut 44, 15. et alibi *ad irritum* et *nihilum redigere*; Gron. Sic et ap. Plin. 20, 9. *ad planum redigere*, Drak.

CAP. 24.)—1. *Arco, frater Xenarchi prætoris*, forte *Archo* vel *Archon*; Drak. Ἄρχων dicitur Polyb. 23, 10. 28, 7. 29, 10.

2. *omnia scit et nuntiat* cet. v. ad 9, 16, 5. Mox *quæ futura fuerint* Donatus et Prisc. reponi jubent; Gron. Contra Drak. paullo post etiam *facturus fuerat* revocavit pro vulg. *f. fuerit*, quod Sigonius substituerat, docetque, modos diversos Livio aliisque frequentes esse.

3. *Ac scimus, Persea, regno adcepto, ad legatos Romanos venisse;* id nescit historia Livii,

[redacted]

et leg. *Persea, r. a., legatos Romam misisse, ac regem a populo R. a.* Gron. Cf. 40, 58. extr.

4. *Obportuni propinquitate ipsa Macedoniæ sumus*, ut mox *subjecti*. v. ad 1, 54, 4. et 7, 34, 3. — *Immo contra ea* cet. dele τὸ *ea*, aut scribe *contra vim*; Gron. Sed v. ad 2, 60, 1.

5. *Sed sumus æque subjecti ac Thessali Ætolique*: nulla ratio est, quare hic Ætolorum mentio fiat: itaque aut delenda ea vox, aut leg. *Thessali Dolopesque*, aut ex seqq. *Epirotæque*; Gron. Malim *Thessali Perrhæbique*, (v. 39, 24 sqq.) aut potius *T. Bœoti que*. v. 42, 12.

6. *et cur exsecrabilis ista nobis solis velut desertio juris humani est*, cur nos soli Græcorum inhumano illo et exsecrabili decreto Macedonibus interdiximus finibus nostris? Cf. cap. 23 pr. Ibi idem decretum ab Athenensibus quidem factum legimus: sed res oratorie augetur. Mox cum Gron. forte leg. *quid Perseus — meruit, cur soli omnium hostes ei simus?* et deinde post *si quæ forte fuerunt* auctore Sigon. addendum *oblivisceremur*, vel cum Cler. et Crev. *oblivisci deberemus*.

7. *Quum classis Rom. Cenchreis staret* cet. cf. 32, 19 sq. — *Nonnihil metus præsens* cet. "immo *nihil*, ut sensus sit: etiamsi nihil metus præsens a Romanis tam ex propinquo cum classe et exercitu nobis imminentibus sententias nostras ad se inclinaverit, *fuit tamen aliquid*, quod nos tam diu ab ineunda societate et amicitia cum tam potente populo et tam prope in cervicibus nostris hærente retinuerit. Adparet, Arconem in speciem largiri adversariis, quo ceteroquin ipse in rem suam uti posset: nempe licet nihil adfirmare se astute similet, haud obscure tamen innuit, Romanorum metu subactos Achæos cum illis amicitiam junxisse, non contra, ut videtur velle vulgata lectio, quum nihil magis adversum sit sententiæ ejus, quippe qui tanta fuisse Philippi in Achæorum gentem merita contendat, ut non facile videantur ab illo ad Romanos fuisse defecturi." Jac. Periz.

8. *commercium tantum juris* cet. hæc explicat Spanhem. ad Juliani orat. I. p. 34. — *ne interdictione finium nostrorum et nos quoque regno arceamus* cet. ne ea efficiamus, ut Macedones nobis quoque interdicant finibus regni sui, et *servis nostris* tutum præbeant refugium.

9. *suspectos alios ac invisos*, v. ad 3, 16, 2.

10. *qui literis regis adsenserant, adsentirentur*, forte *adsenturentur*: saltem del. *adsentierant*; Gron. *adsensi erant* conj. Freinsh. ad Curt. 9, 7, 9. et *adsenserant* Duk.

11. *literis paucorum versuum* (Germ. Zeilen) *inpetraret*, ex emend. Gron. pro *inperaret*, quia non imperaverit utique, nec aut jus id ejus aut tanta auctoritas fuerit. De *literis* v. cap. 23. — *deinde postea*, pleonasmus, qui est qualis passim obvius est.

CAP. 25.)—1. *Ætolorum in semet ipsos versus furor mutuis cædibus* cet. cf. 42, 5. 45, 28. 31. et Polyb. 30, 14. 32, 21. et de virt. et vit. p. 1451. apud quem tamen ipsa hujus intestini Ætolorum belli historia intercidit.

2. *salutatione benigne excepti*, *benigna*; Crev.

3. *damnataque eo crimine* cet. v. ad 2, 56, 1. et 28, 12, 8. Commodius foret mox *inducias tantum sex mensium fecerunt*; Gron.

4. *Lycii quoque per idem tempus* cet. v. ad cap. 6. n. 5 sq.

5. *persequi non operæ est*, v. ad 1, 24, 10. Mox verbum *scribere* del. forte; Crev. Satis ferri potest; Drak.

CAP. 26.)—1. *rebellarunt sub adventum*, v. ad 2, 42, 2. 2, 55, 1.

2. *exæquari cornibus hostibus* cet. τὸ *cornibus* auferendi, *hostibus* dandi casu adcipitur: sed forte leg. *urguentes deinde alii alios usque ubi evaserunt extra vallum, ut p. a. et e cornibus hostibus* vel *hostium, a quibus circumibantur, possent, ita repente inruerunt, ut* cet. Gron. Probabilior est conjectura Crev. *scutis* pro *sequuti*, et Drak. *hostilibus* pro *hostibus*.

CAP. 27.)—1. *legerunt senatum: princeps lectus* cet. v. ad 23, 22, 1. et 27, 11, 8. — — *de senatu novem ejecerunt*, v. ad 4, 24, 5. — *insignes notæ*, v. ad 24, 16, 5.

2. *M. Cornelii Maluginensis, qui biennio ante prætor in Hispania fuerat*: ex cap. 15 intellegitur, verba *in Hispania* esse vel corrupta vel delenda, aut Livium memoria lapsum; Periz. (anim. hist. c. 8. p. 342.) et Crev.

3. *L. Cornelii Scipionis* cet. v. ad 37, 34, 2.

4. *M. Fulvii, qui frater germanus* cet. v. ad 40, 41, 7. *Frater germanus* dicitur vel ὁμοπάτριος, vel uterinus, vel adoptivus. v. Rutgers. var. lect. 1, 9. Wessel. Obss. 1, 13. et intpp. Nep. Præf. §. 4. Suspicari possis, vocem h. l. et 40, 8, 4. primo sensu adcipi debere, aut utrumque iisdem parentibus natum fuisse, et additam vocem *germanus* majoris emphasis causa et ad arctius sanguinis vinculum indicandum; Drak.

5. *consors etiam censoris*, κοινόβιος, ejusdem tecti et mensæ, aut communi adhuc patrimonio fruens; ut ap. Cic. Verr. 3, 23. et, qui idem de eodem tradit, Vellej. 1, 10 extr. ubi v. intpp. Malo tamen cum Burm. ad Vellej. per *consortes* intellegere coheredes, qui communi et nondum diviso patrimonio pariter utuntur, quo sensu *fratres consortes* l. 31. §. ult. D. de excus. tutor. memorantur, et unde Tatius, qui simul cum Romulo regnum Romæ obtinuit, ap. Suet. Tib. 1. *consors Romuli* vocatur; Drak. — *votis etiam* (forte *antea*) *in Capitolio nuncupatis*, v. ad 21, 63, 10. Τὸ *etiam* ex præcedd. *consors etiam censoris* inrepsisse putabat Crev.

6. *Ex iis M. Æmilio* verba mendosa: nam anno priore consules fuere M. Æmilius Lepidus II. et P. Mucius Scævola, hoc vero

mius Albinus et Q. Mucius Scæ-
um Drak. forte leg. *Exin M. Æmi-*
adventus proconsulis. — *et ipsorum*
lerant, vel del. *et*, vel excidit prius
membrum; Crev.
ternendas silice in Urbe, qui mbs usi-
um ad duas vias breviores extra
anslatus est, (v. 10, 47. et 38, 28.)
a Urbem substruendas (ita edd. ante
'3. quæ, nescio qua auctoritate,
los dedit) *marginandasque primi om-*
erunt, v. ad 5, 23, 6. 6, 4, 7. 21,
de *glarea*, *viarum marginatione* et
ner, aggere medio viarum aliquan-
ientiore, totoque h. l. Bergier. de
milit. Rom. viis 2, 3. 5. et 31.
mi omnium, quæ multos obfende-
a dudum ante hos censores fuere
Flaminia viæ, Bergier. l. l. et
magnit. Rom. 3, 10. retulere ad
it Duk. non tantum ad remotius
as, sed etiam ad propius *margi-*

m edilibus pretoribusque, ludos edi-
bandam, in usus eorum adparan-
:parandam; Ern.
res in circo, dudum statutos, (v.
1.) nunc *institutos* fuisse, scribit
le lud. circ. 2, 5. et *locatos* Buleng.
Rom. 1, 10. Neutrum ex verbis
:i potest, et plane incertum est,
de carceribus circi scriptum fue-
. Excidit forte *instaurandos*, vel
andos, vel. simile quid; Drak. —
ad notas curriculis numerandis pro
merandas ex emend. Salmasii ad
640. ubi et hæc monet: "Ova
i notæ fuerunt, quibus curricula
entur. 'Ωοειδῆ δημιουργήματα vo-
l. 49. p. 417. fabricas quasdam e
ali figura factas cum basi, qua
ent et erigi. Varro L. L. 1, 2, 11.
modo ovum illud sublatum est, quod ludis
s novissimi curriculi finem facit qua-
Cassiodorus Variar. 3, 51. *quod me-*
cuitus ovorum exemptionibus exprima-
is auguror, septem ova tot numero
uisse, quot curricula erant pera-
(cf. Gell. 3, 10. Sen. Ep. 4. intpp.
25, 26. et Suet. Domit. 4.) primo
peracto, unum ovum e medio
r; (ut alii putant, adponebatur)
facto alterum: ita de reliquis."
all. de spectac. 8. — Mox omnes
male ita explent Buleng. de circo
19. et Marc. Donatus: *et rhedam*
bigas et quadrigas) *et metas* vel
transitus seu *transcursus*, (circum
rus agebantur) *et caveas ferreas, per*
mitterentur (in Circi arenam) *feræ.*
; feris tum forte in circo nondum
batur. Cf. 44, 18.) Pro *ferreis* Si-
t *ferlis* sc. Latinis: sed totum h. l.
njectura non posse et ipse fatetur,
ic Drak.

10. *et porticum ab æde Saturni in Capitolium ad senaculum, ac super id curiam;* nota Duk. est: "Neque vulg. *ad*, neque emendatio Ryckii de Capit. c. 34. *et* vel *ac* locum habere potest, nisi ostendatur, quod ille conjicit, primum, senacula et curias, æque ac porticus, silice sterni consuevisse, deinde in Capitolio senaculum, et super id curiam fuisse. Senatum quidem sæpe in Capitolio habitum fuisse legimus, sed in æde alicujus dei, non in curia in Capitolio. Quod Ryckius hic *curiam Calabram* in Capitolio intellegit, rationem aliquam haberet, si constaret, in ea his temporibus umquam senatum habitum fuisse. In curia Calabra sacrorum tantum singularium, et præcipue ante fastos a Cn. Flavio publicatos, ratio habita. v. Macrob. Sat. 1, 15. Serv. ad Virg. A. 8, 654. Varro L. L. 1. 5. p. 49. et Fest. Præterea nullum ex tribus senaculis, quæ Romæ fuisse Festus scribit, in Capitolio fuit. Quod vero Nicostratus ap. Fest. senacula dicit fuisse loca, *in quibus senatus haberi solitus sit*, parum verum esse, recte censet Zamosc. de sen. Rom. 2, 6." Ea potius fuisse loca, ubi consisterent senatores, ac sermones inter se conferrent, monet Ern. *Senatulum* quidam scribendum putant. *in Capitolio* conj. Crev. ut porticus illa ab æde Saturni in clivo Capitolino porrecta fuerit ad senaculum.

11. *emporium lapide straverunt* (ad Tiberim) cet. cf. 35, 10 extr. et ad 21, 57, 7. — *porticum Æmiliam*, tantum nonodecimo anno ante exstructam; Drak. v. 35, 10. — *extra eamdem portam* Trigeminam *in Aventinum* cet. "Quomodo hoc fieri potuit? nam Aventinum Ancus rex Urbi addidit. v. 1, 33. An porticus illa transcendit muros Urbis? Hinc Jac. Periz. *intra e. p.* conjecisse videtur." Drak.

12. *et eo publico*, ex emporii paullo ante memorati proventu, *ab æde Veneris*, in regione circi maximi, *fecerunt* porticum in Aventinum; Donjat. In prioribus vocibus latere clivum Publicium, qui prope Aventinum fuerit, suspicabatur Jac. Periz. *et basilicam ad ædem Veneris f.* conj. Gron. Sed nusquam quid de basilica ab his censoribus ad ædem aliquam Veneris, quæ multæ Romæ fuerint, facta tradi, monet Duk.

13. *nam Postumius nihil nisi senatus consulto populive jussu se locaturum ipsorum pecunia dicebat* conj. Sigon et mox *Potentiæ* pro *Pollentiæ*. Ita *Pisaurum* et *Potentia* junguntur h. l., ut ap. Vellej. 1, 15. et sup. 39, 44. (ubi v. not. 9.) Verum et *Potentia* et *Pollentia* in Piceno fuit, illa maritima, hæc mediterranea, et hæc potius, quam illa, non longe a Misione vel Miscone fl. sita, aqua indiguisse videtur; Drak. *in Pollentiam aquam deducendam* legendum putabat Crev. vel in voce *etiam* latere nomen alterius urbis, in quam Fulvius aquam adducendam locaverit. Mox Marc. Donatus conj. *Sinuessa*

[redacted]

glarea viam, Drak. *Sinuessæ magna opera ac varia ; in his* cet. Sigon. *In his et cloacam in fluvium circumducendam.* Sed Sinuessa sita fuit ad mare, et remotior exstitit a fluminibus Liri et Savone, inter quæ media erat, quam ut eo *cloacæ* circumducerentur ; Drak.

14. *Janos tres faciendos*, quos vulgo putant esse Janos summum, medium et imum in foro Romano ad basilicam Æmiliam, arcus marmoreos et fornicatos transitus, per quos in forum descenditur. Cf. ad 2, 49, 8. Schol. et intpp. Hor. Epist. 1, 1, 54. et Sat. 2, 3, 18. Suet. Aug. 31. Verum non de Janis Romæ, sed Sinuessæ, aut in aliqua certe colonia, exstructis h. l. agi, verba seqq. docent ; Drak.

15. *multis equi ademti*, v. ad 24, 18, 4.

CAP. 28.)—1. *et alterum diem subplicatio fuit*, unum diem ob res prospere gestas in Hispania, et unum ob terræ motum : in universum tantum biduum ; Duk. cf. 27, 4. 37, 47. ad 5, 13, 5. Gron. de pec. vet. 4, 5. extr. p. 294. — *ad Cereris, Liberi Liberæque* cet. v. ad 1, 33, 6. 3, 55, 8. 22, 36, 9.

2. *consularia comitia adpetebant*, v. ad 5, 19, 2. — *C. Cluvius Saxula iterum*, v. Pigh. Ann. ad a. 568.

3. *tabula in ædem — posita est* : cum Sigon. suspicari possis *in æde*, ut 4, 20. 23, 19. 26, 24. 32, 27. 36, 35. 40, 52. 42, 6. 20. Sed nil forte mutandum. Cf. 31, 44. 38, 35. 41, 20, 5. ad 2, 14, 2. et Drak. ad h. l. Cur vero in æde *Matris Matutæ* posita est tabula, quam Sempronius *donum Jovi dedit* ?

4. *Ti. Sempronii Gracchi consulis imperio* cet. cf. cap. 17. Hic Gracchus Sardiniam Corsicamque subegit, et multa inde reportavit mancipiorum millia : quæ quum essent vilissima aut vilissimi pretii, proverbium inde ortum putant, *Sardi venales, alius alio nequior* ; quod alii ad posteriorem Gracchum referunt. Cf. Festus, et intpp. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 57.

5. *legio exercitusque pop. Rom.*, v. ad 27, 38, 5.

6. *liberatis vectigalibus*, salvis redditis populo Rom., quæ defectores averterant ; Gron. Post *vectigalibus* excidisse *et rei publicæ* conj. Sigon. *reipublicæque* Pigh. *sociisque* Gron. " Satis dubium est, ante *liberatis* aliquid perierit, an ante *restitutis*. Si hoc verum est, pro *liberatis* scribo *duplicatis*. cf. cap. 17. Sed *restituere vectigalia* minus insolens est, quam *liberare*, quod eo sensu, quo Gron. id hic dici vult, Latinis scriptoribus haud usurpatur." Duk.

7. *Sardiniæ ins. forma erat picta* hac tabula.

8. *quod mortis causa patris sui cum visceratione epuloque — dedit* munus glad. v. ad 8, 22, 1. et 23, 30, 9. — *magni tamen muneris ea summa fuit* ; credo conruptum esse *summa* : aut *ea summa* est ea inpensa, tantus sumtus ; Duk. et Ern. Sed ita vox *tamen* inepta est. Malim *summam* exponere caput, præcipuum, populo gratissimum ; et legere *quod pugnarunt*.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XLII.

CAP. 1.)—1. *Ligures utrique decreti sunt, ut novas* cet. forte leg. *et* (sc. decretum est) *ut novas* cet.

2. *subplementum Hispaniæ* ; solet alias dicere *in Hispaniam* : unde τὸ *Hispaniæ* adcipiendum dandi casu, Gron. — *M. Atilius, vetus prætor*, qui proprætor anno superiori fuerat ; Ern.

3. *ad agrum publicum a privato terminandum*, terminis disjungendum. — *quum eo* (Præneste) *privatus — in templo Fortunæ* cet. v. ad 23, 19, 13.

4. *literas Præneste misit, ut* cet. v. ad 8, 19, 10. — *ut sibi obvium exiret magistratus* sc. summus Prænestinorum, ut *magistratus Lanuvinus* 41, 16 pr. Præneste municipium erat, (v. Fest. v. *municipium*, et Flor. 3, 21, 27.) in quo unus summum magistratum videtur gessisse, ut Tusculi L. Mamilius dictator, et Lanuvii Milo dictator ; Duk. Cf. ad 1, 23, 3. — *locum publice pararet*, (v. ad 41, 20, 5.) *ubi deverteretur* ; ita scribendum, et mox *deverti*, pro vulg. *divert.* v. ad 1, 51, 2.

ite hunc consulem nemo sociis in ulla re t sumtui fuit cet. Inmemor videri po-lius eorum, quæ dixit 32, 27. ubi v. Sed agitur h. l. de magistratibus n provincias vel legationis causa : proficiscentibus. Legatis solebant beræ, lautia cet. dari, (v. ad 30, 17, magistratibus autem provincialibus sumtus itineris, muli, vehicula, al, aliaque instrumenta ad iter ne-, quæ ad *ornatum provinciarum* spec-; (v. ad 9. 40, 12.) et magistratibus, s molesti essent, præbenda erant a oribus, *(parochis, παρόχοις*, seu *præbi-* Germ. *Lieferanten*) qui ea publice ant. Postea magistratus ab ipsis ialibus plurima exegerunt: unde eorum præscriptus est, et pecunia ab Augusto pro omnibus his con-'v. Intpp. Horat. Sat. 1, 5, 46. Suet. 5. Lamprid. 42. Burm. de vectigal. 93. Ernesti clav. Cic. v. *parochus*, et *vectigal.*
gistratus mulis tabernaculisque — or-r, cf. Gell. 15, 4. Suet. Aug. 36. rar. 2, 13. Lamprid. Sever. 42. — *i alio instrumento militari ornabantur*, 40, 12. Sed *τὸ militari* h. l. non satis Forte leg. *itineris*, aut *mox ituri*. — *te c. colebant* hospitia, propr. hospites. *ıgula jumenta per oppida* cf. Spanhem. et pr. num. Diss. 13. p. 562. qui riginem cursus publici vehicularis — *Injuria consulis* cet. cum Schelio d Polyb. c. 5. p. 1211.) forte leg. *ılis — exercenda* fuit, *et silentium* cet., *ra c. exercenda silentium* cet.

. 2.)—1. *prodigia expiari*, (v. ad 1, *pacemque deorum peti* (v. ad 1, 16, 4.) *ıibus, quæ editæ ex fatalibus libris essent*, , 18, 2. 3, 10, 6. et 41, 21, 8. *ınuvii classis magnæ species in cœlo visæ ur, et Priverni lana pulla* cet. v. ad 1, t 21, 62, 1. *visæ* forsan sæpius, aut *ı dicebatur;* Gron. Id probat Periz. net, *hominum* quidem et *navium species* :morari 24, 10. et 44. sed voci *species* :is nomen plurale *navium*, nostro re *classis* jungi, adeoque ibi species ı navium indicari, h. l. unius classis species, aut unam classem sæpius — *Rementem:* locusne fuerit in : agro *Remens*, an Livius scripserit *m*, dubium esse dicit Cluver. It. 3. p. 537.
Gallico agro, qua parte *induceretur* , *sub exsistentibus glebis* (v. ad 25, 21, *s emersisse;* quod inter mira quoque a refert Juvenal. 13, 65. Pisces hos ossiles seu subterraneos et terrenos, *κτοὺς ἰχθύας*, gobios, siluros, car-cobitides, multi scriptores, et vete-ecentiores, docent. v. Voss. ad Mel. ıhkopf. ad Senec. nat. quæst. 3, 17. 19. Hard. ad Plin. 9, 57, s. 83. Casaub. ad Strab. 4. p. 182. et 12. p. 562 sq. Heyne Opusc. acad. T. 3. p. 264. Beckman. ad Aristot. de mirab. auscult. c. 74 sq. Schneideri hist. pisc. p. 327. Schweigh. ad Athen. 8, 2. et 4. ad Polyb. 34, 10, 4. T. 8. p. 118. Dausqu. de terra et aqua c. 9. p. 185 sq. Miraculum contra profectum esse a stupore rustici hominis, qui lumbricos, seu ranas, seu anguillas, seu serpentes pro piscibus habuerit, suspicatur Steger de prodigiis p. 167.

4. *editum ab decemviris*, v. ad 1, 18, 2. 3, 10, 6. — *altera, quæ priore anno* cet. cf. 41, 21.

CAP. 3.)—1. *ædis Junonis Laciniæ* in Bruttiis (v. ad 24, 3, 3.) *detecta*, tecto et quidem tegulis marmoreis privata fuit a Fulvio censore. Cf. seqq.

2. *ædem Fortunæ Equestris* cet. v. ad 40, 40, 7.

3. *tegulæ marmoreæ ædis Junonis Laciniæ* in *Bruttiis*, v. ad 24, 3, 3. Tegulæ argenteæ, *κεραμίδες ἀργυραῖ*, fuere Ecbatanis in Medorum regia. v. Polyb. 10, 27, 10. et 12. — *id satis fore ratus ad tegendum* tegulis (v. ad 27, 36, 4.) templum Fortunæ Equestris, *quod ædificaretur* a sc.

4. *nudatum tectum patere imbribus*, malim *nudatum tecto* sc. templum, ut 27, 4. et 45, 28. nam tectum semper patet imbribus, et inponitur ædificiis ad arcendas pluvias, ne iis putrescant, quæ sub tecto sunt; Duk. *Nudatum* tegulis *tectum* est lignum, cui tegulæ inponuntur, quod *putrefaciendum* declarat; Ern.

5. *censorem, cui sarta tecta erigere sacris publicis, et loca tuenda* cet. v. ad 6, 4, 4. "*Sacris publicis* potest esse casus tertius, pro ad sacra publica, i. e. ut in iis sacra publica fieri possint. Non scio tamen, alios de sartis tectis ædium sacrarum ita loqui, aut *loca* tum simpl. dicere pro locis publicis, quorum tutela ad curam censorum pertinebat. Adde quod nonnihil scabri in hoc sermone est, *cui sarta tecta exigere et loca tuenda traditum esset:* etsi non omnino dissimilia sunt, quæ 26, 32. et 27, 5. leguntur. Livius fortassis aliquid de sartis tectis *ædium sacrarum* et *locorum publicorum* scripserat, ut Cic. ad div. 13, 11. *sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri.*" Duk. Forte leg *cui sarta tecta exigere sacris* sc. locis, (ex. seqq., de quo v. ad 21, 43, 4.) *publica et loca tuenda* vel potius *tueri traditum esset.* — *Deum inmortalium templa;* vox *templa* exsulat ab edd. ante Cur. Tum ex præcc. repetendum *ædificia;* Drak.

6. *obstringere religione pop. R.* v. ad 5, 23, 8.

7. *in unam sententiam ierunt*, v. ad 1, 32, 13.

8. *redemtores nuntiarunt*, v. ad 5, 23, 6.

CAP. 4.)—1. *inter se sortirentur;* non opus est cum Sigon. legere *compararent inter se*

[redacted]

aut sortirentur: nam *inter se sortiri* bene dicitur latine, ut 28, 45. et sortitio aliquibus præcipi potest sine comparatione, ut et hæc sine illa; Gron. cf. 4, 16. 8, 20. 23, 24. 26, 8. 29, 20. 40, 47.

2. *Sors opportuna fuit*, quod non Servilium ex ulteriore provincia transire in citeriorem jussit, sed P. Furium, in qua jam erat, retinuit; Gron. — *remaneret*, ut remaneret, sc. constituit, præcepit. Sed forte *ut* ante *P. Furius* excidit, aut cum Periz. leg. *remanere*, vel cum Gron. *remansit*. — *agri Ligustini et Gallici* cet. cf. 41, 16 extr. — *aliquantum vacaret*, sine dominis et cultoribus esset. — *ut is ager viritim divideretur*, et quidem, ut mox dicitur, inter *singulos* cives et *socios nominis Latini*: quibus tamen omnibus non suffecisset. Hinc eorum numerum excidisse, Crev. at Drak. suspicantur; at Doujat putabat, veteranos exercitus Ligustici et Gallici, legionarios et sociales, sed nimis obscure, significari.

3. *de discordiis seditionibusque s.*, cf. 41, 25.

CAP. 5.)—1. *non gentes modo Græciæ* cet. cf. Polyb. 26, 5.

2. *Eumenis beneficiis m. omnes Græciæ civitates* cet. unde ab his multæ ei statuæ positæ et decreta in honorem ejus facta. v. Polyb. 27, 15. 28, 7. et 10. — *quæ sub ditione ejus sc.* essent, quod Curio aliique adjecerunt. — *urbes nullius liberæ civitatis fortunam secum mutatam vellent*, cum sua fortuna. "Verbo *mutare* præpositionem *cum* addi, docuit Gron. ad Plaut. Prol. Captiv. v. 28. laudatis locis Ovid. Met. 3, 196. 7, 59. Sall. Jug. 44. et Justini 1, 2. Similiter antiqui dixerunt *commutare rem re aliqua* et *cum re aliqua*; nec tantum, ut h. l., mutare rem, quam adcipimus, cum re, quam damus, sed etiam mutare rem, quam damus, cum re, quam adcipimus, ut Ovid. l. l. Cf. ad 5, 30, 3. et Gron. l. l." Drak.

3. *pio erga propinquos*, matrem et tres fratres, Attalum, (quem Philadelphum a mutuo in fratrem amore cognominatum dicunt Strabo 14. p. 641. 667. Steph. Byz. in Εὐμένεια et Marcianus Heracleota) Philetærum et Athenæum. Cf. c. 16. 55. et 45, 13. Polyb. 22, 1. 5. 27. 23, 18. 27, 15. 28, 7. 10. 32, 23. Strab. 13. p. 624. Plut. περὶ φιλαδελφίας p. 480. et 489. — Mox *præoccupati* et *cupidi* pro *præoccupatæ* et *cupidæ* sc. civitates v. ad 1, 41, 1. et 3, 17, 1.

4. *ad spernendam originem novi regni* Pergameni. Hujus fines amplificavit Eumenes, ejusque pater Attalus primus regium adscivit nomen. Cf. 33, 21. et 38, 39.

5. *ea contagione, velut tabes* cet. v. ad 39, 9, 1. Scribe *et contagione*; forsan et *nuntiatum esset*; Gron.

9. *ad eas res adspiciendas*, v. ad 21, 6, 4.

7. *injusto fenere gravatum æs alienum*, hic locus quoque valet adversus Salmas. de usur. c. 2. p. 33. c. 5. p. 121. ubi *fenus* proprie et per abusum pro usura, quæ pecuniæ creditæ præter sortem adcedit, dici contendit: quod Gron. de pec. vet. 4, 1. et Mant. pec. vet. 1. confutavit; Duk. — *justi crediti solutionem*, v. ad 6, 14, 6. Mox ante *annorum* numerus eorum excidisse videtur.

8. *quas intestino gesserant bello*; suspicor *quasi intestino bello*: non enim bellum verum fuit, sed factionum rabies; et τὸ *gesserant* addidit aliquis subpleudæ sententiæ, quum jam τὸ *quas* corrupte legeretur; Gron. Sed gravius bellum intestinum et 41, 25. describitur, et mox memoratur. Cf. ad 41, 25, 1. *quæque intestino g. b.* conj. Drak. Malim *quos intestino gesserant bello*; ut *gerere animum* 7, 31. et 32, 11. An scribendum: *quos intestina* aut potius *internecina efferarant bella*? Cf. 41, 25 pr.

9. *Corinthum, ut ibi deponerentur obsides, convenitur*: malim *Corinthi ut deponerentur o., convenit*.

CAP. 6.)—1. *quo Achæis edixerat conventum*, v. ad 22, 12, 1. Sed excidit nomen loci in Peloponneso, quo eos convenire voluit; Duk. et Crev.

2. *vetus decretum de arcendis* cet. cf. 41, 23.

3. *qui res in Macedonia adspicerent*, v. ad 21, 6, 4. — *Cn. Lutatius Cerco*, forte C. *Lut. C.*; Sigon.

4. *serius quoad diem*; immo *serius quamad diem*; Duk., Gron. et Drak. qui docent, *quoad* pro *quantum ad*, *quod adtinet ad*, apud probos linguæ latinæ scriptores non obcurrere, ideoque ap. Plaut. Pseud. 2, 2, 29. leg. *quam ad*, ap. Varr. L. L. 7, 23. et R. R. 1, 9, 5. *quod ad*. Cf. Vorst. de Latin. mer. susp. c. 32.

5. *Legatis benigne responsum*, forte *legato*, sc. Apollonio, qui solus in senatum fuerat introductus. Hinc et mox *legatoque centum millium æris munus missum*. Cf. not. 6.

6. *ædes liberæ hospitio datæ* cet. v. ad 24, 7, 3. et 28, 39, 8. — *in maximo eum honore a. r. esse*, sc. Apollonium. Hinc etiam et quia adtulerit donum *vasa aurea quingentum pondo*, tantum ei munus datum, monet Drak. ad c. 19. nam aliis legatis hoc tempore bina tantum millia æris muneri fuisse data, (v. 42, 19. 43, 5. 6. 8. 44, 14. 15. 45, 42.) raro majora vel ob merita, vel ob dignitatem eorum, quorum nomine fuerint missi, ut 28, 39. 30, 17. 31, 9. 37, 3. Cf. Periz. de ære gravi §. 26. p. 116.

CAP. 7.)—1. *exacta ceræ ducena millia pondo*, v. ad 40, 34, 4. *ducenta* conj. Crev. sed v. Drak. ad 4, 16, 6. — *in Liguribus in agro Statiellati*, (edd. ante Grut. *Statellati*) ubi opp. *Aquæ Statiellæ*, Ἀκουαιστάτελλαι Strab. 5. p. 217. *Aquæ Statiellorum* s. *Statyellorum* Plin. 3, 5. s. 7. hod *Acqui*, inter Dertonam et Vada Sabatia ad Bormiam fl.

Hinc *Statiellates* (c. 8. 21. 22.) et *Statiellenses*. Cf. Cluver. It. ant. 1, 10. p. 82.

2. *ad oppidum Carystum* cujus vestigia in vico Carso, in via, a Genua Dertonam ferente, sito, superesse suspicabaturCellar. *Caristum* ed. Basil. 1554. et quædam aliæ, non inprob. Cluver. — *aciem struxerunt*, v. ad c. 51. n. 2.

3. *Quod ubi consul vidit*, — *moveri*, v. ad 6, 8, 2.

4. *diversi in omnes partes fugerunt*, v. ad 3, 60, 1.

CAP. 8.)—1. *ex diversa fuga in unum c.* v. ad 3, 60, 1. 27, 39, 2. — *Ligures*, non omnes, sed Statiellates.

2. *Statiellates, qui uni ex Ligurum gente non tulissent arma adversus Romanos, tum quoque obpugnatos*: verba *tum quoque* inepta videntur, (forte leg. *tum inique obpugnatos*) et seqq. *non ultro inferentes bellum* languent. *obpugnatos*, ut in fine cap. *vincendo obpugnantes*: nam *obpugnare* propr. est bellum inferre, vel adoriri. — *deditos in fidem pop. Rom.* v. ad 36. 28, 1.

3. *pessimo exemplo venisse*, v. ad 3, 55, 8. — *justis quondam hostibus p. R. pacatis*, v. ad 2, 59, 5.

4. *quidquid ejus*, propr. *eorum*. v. ad 5, 25, 5. et 33, 24, 4.

5. *Arma primo quoque tempore fieri in ea gente*: id jubet senatus, ut rescindat id, quod fecerat consul, qui non tantum arma Statiellatibus ademerat, sed procul dubio nova etiam fabricari vetuerat; Crev. Sic *arma facta* inf. cap. 52. *arma quoque imperare fieri in ea g.*, sc. quia non indigna ea gens et tutela benigna et fiducia facili videretur, conj. Ern. Malim *arma finiri*, h. e. bellum. v. ad 1, 30, 8. Idem conjecisse video Jac. Gron. — *vincendo obpugnantes*; Cler. et Crev. emend. *pugnantes*. Sed cf. not. 2.

CAP. 9.)—1. *ferocia a. usus in Liguribus*, v. ad 6, 22, 1.

2. *infestus prætori*, A. Atilio. Cf. c. 8.

3. *ad ædem Bellonæ vocato*, v. ad 26, 21, 1.

4. *adversus se p. h. SCtum fecisset*, v. ad 7, 16, 6.

5. *quam absentes ex litteris* cet. lege: *quam absenti sibi ex literis* — *præsenti honoris* cet.; Gron. *absentis* et *præsenti* conj. Drak. *absente se* et *præsente* Pithœus.

6. *ne visa quidem provincia sua*, Liguria. Cf. c. 1. et 8. — *consules C. Popillium* — *creavit*, v. ad 7, 16, 6. — *C. Memmius iterum*, cf. Pigh. Ann. ad a. 578.

CAP. 10.)—1. *A. Postumius Albinus* recte ex fastis Capitol. edidit Sigon. pro *L. Postumius A.* qui hoc unno consul fuit, et frater censoris: ambo certe in fastis A. F. A. N. dicuntur; Drak. — *capita CCLXIX millia et XV.* minorem numerum edidit auctor Epit. hujus libri, isque verior videtur, judice etiam Pigh. Ann ad a. 579. p. 356. quia Livius subjungit *minor aliquanto numerus* sc. quam lustro priore, de quo v. Epit. lib. XLI. ubi omnes edd. ante Cur. et multi MSS. præferunt *CCLXIII millia et CCXCIV*, tres codd. *CCLVIII m.* Dubitat Drak. quoniam Livius *aliquanto*, non *multo* dixerit. Sed h. l. profert lectionem Curionis *CCLXXIII millia CCXLIV.*, quam supra in Epit. lib. XLI. recte damnaverat. Ea quoque si probabilior esset, vox *aliquanto* non adversaretur minori numero in Epit. XLII. v. ad 2, 39, 1.

2. *ex edicto C. Claudii cos.* cet. v. 41, 9. et ad 39, 3, 3. — *sed omnes* primus Curio pro *et omnes* edidit. *at omnes* conj. Drak.

3. *e re publica censura fuit*, v. ad 1, 27, 5. — *omnes, quos senatu moverunt, quibusque equos ademerunt, ærarios fecerunt et tribu moverunt*, v. ad 4, 24, 5. et 24, 18, 4. — — *neque ab altero notatum alter probavit*, v. ad 4, 22, 5. 24, 16, 5. et 40, 51, 2.

4. *Fulvius ædem Fortunæ Eq.* cet. v. ad 40, 40, 7. — *quam proconsul in Hispania voverat*, v. ad 28, 38, 4.

5. *annos sex post, quam voverat*, "recte, nec cum Periz. leg. *annos octo*, si in numerandis annis omittamus et illum, quo vota, et illum, quo dedicata ædes est. Ita Livium numerare solitum fuisse, docet Sigon. ad 25, 15. et 40, 52. nosque ad 33, 44. 34, 44. 38, 52. Solet etiam vel alterum terminum numerare, ut 4, 20. et 34, 1. vel utrumque, ut 44, 3. 4. 5. 45, 1. 9, et locis, quæ laudat Dodwell. de cyclis diss. X. §. 26. p. 493. ubi docet, *tertium annum* et *diem* vocari, licet inter utrumque terminum unus tantum dies medius sit." Drak. Cf. ad 4, 20, 7. et 39, 52, 4. — *scenicos ludos* "sc. dedicationis ædis Fortunæ Equestris: nam dedicationis templorum causa ludos fieri, mos erat. v. 40, 52. Voverat quidem et ædem Fortunæ Equestri, et ludos Jovi: sed hos in consulatu fecit. v. 40, 40. et 45." Duk. — *in circo fecit ludos*, v. ad 1, 9, 4.

6. *A. Postumius Albinus* forte non censor ille, vir provectæ ætatis tantæque dignitatis, sed is, qui a. V. 598, prætor et a. 602. consul fuit; Drak. cf. Cic. Acad. Qu. 4, 45.

7. *Locustarum tantæ nubes*, v. ad 35, 49, 2. — *cum imperio*, non magistratus, sed militari, quia Sicinius nondum inierat magistratum. Ita Sigon. in disput. post. cum Gruch. p. 748. et de lege cur. cap. ult. At v. Gruch. refut. ad post. Sigon. disp. c. 33.

8. *Patres referri de Liguribus* cet. cf. c. 8. 9.

9. *Consules ob ea irati*, sc. quod provincia Macedonia et novi exercitus negarentur; Periz. qui verba *Prætoribus quoque* — *Sardiniam* interjecta putat, quia prætoribus

[redacted]

idem negatum fuit. Quoniam hæc verba non causis irarum statim subjiciuntur, Gron. conj. *consules obirati* — *senatui*. Mox *abituros esse* edd. ante Frob. qui a. 1535. dedit *abituros se*. Sed pronomen hoc sæpe omitti, docet Drak.

CAP. 11.)—1. *Attalum* — *venisse Romam, Valerius Antias scribit*, fortasse Antias cum hac legatione Eumenis confudit illam Attali et minorum natu fratrum, memoratam a Polyb. 1. 1. et Diodoro Legat. 14. T. 2 p. 622 sq. ed. Wessel. quam silentio præteriisse Livium mirum est, nisi forte retulit eam in exordio libri 41. quod injuria temporum intercidit; Schweigh. ad Polyb. 25, 6, 2.

2. *beneficiis etiam suis* cet. cf. 38, 39. Ad seqq. cf. Appian. Maced. 9, 1. Polybii locus, ab utroque expressus, intercidit. — — *supra quam ne optare quidem auderet*, addendum *quidquam;* Crev. An leg. *non optare quidquam?*

3. *Basturnarum gentem excitam* cet. cf. 40, 57. 58.

4. *jam jam primum*, forte *tamquam p.;* Gron. — *Florere præterea juventute*, abundare Persea ejusque regnum multitudine juvenum.

5. *subcessu tenuisse multa*, v. ad 2, 42, 2. — *pareretur*, adquireretur. v. Drak. *pararetur* ed. Basil. a. 1554. et al.

CAP. 12.)—1. *Nam apud Græciæ* cet. forte del. *apud;* Drak.

2. *Seleuci filiam duxisse eum*, Laodiceu, filiam Seleuci Philopatoris, qui fuit Antiochi M. filius, Demetrii Soteris pater; Gron. Cf. Polyb. 26, 7, 10. Plut. Æmil. p. 261. et marm. Arundel. p. 277. Hæc autem uxor diversa fuisse videtur ab illa, quam cap. 5. post patris mortem manu sua occidisse dicitur; Drak. — *sororem dedisse Prusiæ:* "quæ prima ejus uxor fuisse videtur, mater Nicomedis, patri in regno succedentis. Altera uxor fuit Diegyllis Thracis filia, unde suscepit liberos, quorum causa Nicomedem interficere voluit; qui patrem occupans interfecit. v. Justin. 34, 4. Ex hac uxore procreatus videtur Prusias Monodes. v. Epit. L., Val. Max. 1, 8. ext. 12. et Fest. v. *Monodes.*" Drak. Cf. ad Epit. Liv. L. Appian. Mithrid. 2-7. Polyb. 15, 22. 23. 17, 4. et 37, 2. ad quæ loca v. Schweigh. — *precanti ac oranti*, v. ad 3, 16. 2.

3. *celebratas esse utrasque nuptias* — *at velut auspicibus nobilissimis populis deductas esse*, v. ad 5, 21, 1. et 10, 23, 4. Διέβαλλε (in invidiam adduxit Eumenes) δ' *αὐτοῦ καὶ τὰς ἐπιγαμίας, βασιλικὰς ἄμφω γενομένας, καὶ τὰς νυμφαγωγίας ὅλῳ τῷ Ῥοδίων στόλῳ παραπεμφθείσας*, Appian. Maced. 9, 1. qui locus et conf. ad seqq. "Hæc sine dubio *e Polybio* descripta; nam eadem habet Livius, qui Polybium interpretatus est, non Appianum. Sed Livius de suo et ex Romanorum ritibus, orationis exornandæ causa addidisse videtur *auspices;* a quibus tamen sponsas ad sponsos deductas fuisse, ut apud Græcos a *νυμφαγωγοῖς*, fortassis nusquam traditum est. Nec valde usitatum genus loquendi, quo Græca expressit, *nuptias deductas esse* pro *sponsas d. e.*" Duk.

4. *captatam a Philippo*, quam Philippus omnibus modis sibi conciliare studuisset — *altero ad Delum* (v. ad 10, 23, 12.) ex emend. Sigon. pro *a. ad Sidenum*. Recte, puto, nisi leg. *ad ins. Delum:* sed locus Suidæ v. Περσεὺς, a Sigon. laudatus et descriptus ex Polybio, (v. Exc. Peiresc. p. 1440.) huc non pertinet; Drak. — *augustissimo et c. in templo* Apollinis, de quo cf. 44, 29. Spanh. ad Callim. H. in Del. 24. et Voss. theol. gent. 2, 12. Paullo tamen aptiora hæc verba essent, si iis præponerentur seqq. *tertio Delphis.*

5. *Romanum imperium intentantes*, ad terrorem ostentantes; Ern. conl. Virg. A. 1, 91.

6. *suos honores* — *partim desertos* cet. qui tamen postea Eumeni restituti sunt, rogante Attalo, qui fratrem singulari amore complectebatur. Cf. Polyb 26, 15. 28, 7. et 10. ad quæ loca v. Vales. et Schweigh.

7. *in decem annos frumentum præparare*, cf. Plut. Æmil. p. 259. *præparatum* (sc. habere) conj. Crev.

8. *ex metallis regiis*, locis, unde metalla eruuntur, metalli fodinis, ut 39, 24, 1. 42, 52. 45, 18. 29, 30. 40. et Gr. *μέταλλα*, ut ap. Pausan. 1, 1.; Drak. cf. Gœsii Ind. in rei agrar. script. — *ut*, quamvis, *jam Macedonia deficiat* ea.

CAP. 13.)—1. *incertis jactata rumoribus*, v. ad 2, 12, 7.

2. *quod amplum et e. vos fecistis*, v. 38, 39.

3 *denudantes judicia sua*, non obscure significantes, quibus faverent; Ern. Cf. ad 33, 21, 6. — *receptum ad pœnitentiam n. h.*, v. ad 24, 26, 10.

4. *quæ vi subigi non possunt*, forte *possent*. — *quum ille vobis bellum, vos ei securam pacem præstaretis:* verbum *præstare* non satis convenit *bello*, nisi forte huc transferenda, quæ ad 1, 33, 7. notavi. "Sed leg. *quum ille vobis bellum pararet, vos ei pacem præstaretis;* nam sequitur: *quamquam mihi quidem non parare, sed gerere pene bellum videbatur:* quæ est correctio, tamquam minus, quam res est, dixisset: quare oportuit etiam eum dixisse, quod corrigit;" Gron.

5. *Abrupolim, socium atque amicum vestrum*, regem Sapeorum vel Sapæorum, gentis Thraciæ, *regno expulit*, et *Artetarum Illyrium* — *interfecit* per insidias. Cf. c. 40. 41. Appian. Maced. 9, 1. et 3. (qui reges illos

ν et 'Αρϑέταυρον adpellat) et Pau-
10. ubi 'Αβρούπολιν pro vulg. 'A-
ως legendum, et post hanc vocem
a esse καὶ. 'Αρϑέταυρον, monet
d Appian. Quod si verum est,
is tradit, Persea in exsilium pepu-
etarum, quem tamen interfectum
ius hic, cap. 40. 41. et Appianus
; Drak. Cf. Sylburg. et Kuhn. ad
Abrupolim h. l. omnes edd. sed c.
. *Abrypolim* omnes ante Sigon.
sam et Callicritum; Valesius emend.
ut sit nomen Græcum; quod re-
ler. et Crev. Sed ab εὐερκής faci-
rat *Evercem*, ut *Demosthenem* et alia;
allicratem conj. Ursinus. Sed hic
fuit. v. ad 41, 23, 2.
opiæ bella intulit; immo *bellum;*

novarum tabularum cet. v. ad 32,

'*quam vobis tutum aut honestum sit,*
is, ut ὑμεῖς ὄψεσϑε Act. Apost. 18,
πρὸς ἡμᾶς; σὺ ὄψει Evang. Matth.
l σὸν δὲ εἰδῆσαι, (judicare, exqui-
ὀρϑῶς λέγω in procem. Theophr.
ıs. ad Ovid. ex Ponto 1, 2, 9.
ıd Petron. Sat. 61. et Schleusn.
T. v. ὄπτομαι.

14.)—1. *senatus datus est legatis*, v.
1. — *exasperavit animos ferocia animi*
nimia; Gron.) *Harpali* cet. cf. Ap-
aced. 9, 2.
rtem communem esse cet. v. ad 5, 12, 1.
legatio Rhodiorum cet. ante hæc ver-
ur deesse *inter ceteras*, aut simile
Gron. *Et legationis Rhodiorum erat*
princeps conj. vir doctus laudatus a
lic vero *Et legatio R. venerat ac S. p.*
patronos suos? an Rhodiorum?
5, 29, 5. — *Quod quum contigisset*,
ano l. l. forte leg. *non contigisset;*
libertate intemperantius invectus in
ad 24, 22, 1. ἀγανακτοῦντες (Har-
Satyrus) καὶ παῤῥησίᾳ χρώμενοι
Appian. l. l. qui tamen Satyro non
um rege in senatu disceptandi fa-
datam tradit. *intemperanti* malebat
Rationes, cur Eumenes Rhodiis
visus, tradit Polyb. 27, 6.
ularem ac gratam, v. ad 2, 8, 1.
orem apud Romanos fecit; forte *auxit:*
n ante satis erat favorabilis; Gron.
s l. l. dicit, legatos nimia dicendi
Romanos magis exasperasse ad-
Persea Rhodiosque; multis tamen
fuisse suspicionem, Eumenem in-
ntum privata ac metu auctorem
li exstitisse.

15.)—1. *quanta eximia*, immo *q.*
Gron.
ejus sanguine, v. ad 40, 9, 7.
phos adscensurum, ut 29, 11, 3. et 41, 22, 3. Conf. 42, 42 pr. ubi Perseus idem fecisse dicitur. Nam incolæ urbis primum Lycoream in summo Parnasi vertice, ubi et templum Apollinis fuit, tenuere, et deinde degressi Delphos condiderunt in media montis parte. Cf. seqq. et Pausan. 10, 6. Strab. 9. p. 288. al. 418. 637 sq. 648. Justin. 24, 6. (*Templum Apollinis positum est in monte Parnaso, in rupe undique inpendente — media saxi rupes in formam theatri recessit. — In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet.*) Diodor. 16, 26. Hinc Πυϑὼν (priscum nomen Delphorum) πετρήεσσα ap. Hom. Il. 2, 519. et Δελφὶς πέτρα in Soph. Œd. R. 464. — *Progressi*, forte *prægressi;* Gron. Id recepit Crev.

4. *Adscendentibus ad templum a Cirrha* — — *maceria erat ab læva* parte *semitæ* cet. v. ad 1, 8, 5. Eumenes ἐκ Κίῤῥας ἐς Δελφοὺς ἀνέβαινε ϑύσων, καὶ αὐτῷ τέσσαρες ἄνδρες ὑπὸ τὸ τειχίον ὑποστάντες ἐπεβούλευον. Appian. l. l. *Cirrha* Phocidis opp. et navale Delphorum ad radices Parnassi situm, unde Delphos adscendebatur in via LX aut LXXX stadiorum. v. Pausan. 10, 37, 4. et Strab. l. l. Intpp. Frontin. 3, 7, 6. et Polyæni Strat. 6, 13. Palmer. Græc. Ant. 6, 3, 4.

5. *paullum eminens a fundamento*, v. ad 25, 21, 3. — *qua parte singuli transirent*, ut mox *qua singulis eundum erat* sc. propter angustias semitæ. — *dextra pars labe terræ* (v. ad 2, 44, 5.) *in aliquantum altitudinis diruta erat*, forte *derupta*, vel *desederat;* (ut 30, 2. 38. 32, 4.) nam, quæ *diruuntur*, non *in altitudinem*, quasi specu et hiatu quodam, considunt, sed per planum disjiciuntur et dispergantur; Duk. — *Primo a mari circumfusa* cet. pro *a mari* Gron. conj. *agmine.* Malim *Eumeni.* Sed nil muto: indicatur, quod jam alios observasse video, adscensus a Cirrha, oppido maritimo, ad templum. Cf. Appian. et Pausan. ll. ll. ac supra not. 3. et 4. οἱ δὲ περὶ Δελφοὺς ἐνήδρευον, αἰσϑόμενοι βαδίζοντα πρὸς τὸν ϑεὸν ἀπὸ ϑαλάσσης, Plut. περὶ φιλαδελφίας Opp. T. 2. p. 489.

6. *Pantaleon Ætoliæ princeps*, forte is, qui memoratur Polyb. 20, 9. et 28, 4. ut pater aut avus 4, 57.

7. *altero humerus sopitus* saxo. v. ad 1, 41, 6. — *ex semita proclivi in declive*, vel *proclive* redundat, vel *in declive;* Crev. — *et ceteri quidem etiam;* forte *ceteri q. statim*, aut *ut ceteri quidem statim* seu *continuo.* Majorem interpunct. in fine cap. cum minori permutandam, et copulam *et* non ante *ceteri*, sed ante *latrones* in princ. cap. seq. ponendam putabat Jac. Periz.

CAP. 16.)—1. *in jugum Parnasi*, cf. ad c. 15. n. 3. *Parnasi* omnes edd. ante Gron., quæ scriptura est antiquior, ut Κηφισὸς, Κρίσα, Μεσήνη et al. Cf. ad Sil. 13, 311. et

Heyne ad Hom. Il. 2, 522. et ad Apollod. 1, 7, 9. ubi in his non argutandum monet.

2. *sopitum vulnere ac nihil sentientem*, v. ad 1, 41, 6.

3. *et timide reliquerunt*, v. ad 34, 58, 1.

4. *celerius, quam dignum concordia fraterna erat*, (v. ad 42, 5, 3.) *credidit*: nam facile creditur, quod optatur. — *nam et cum uxore fratris*, Stratonica, (v. ad 38, 39, 3.) — *est loquutus*: quin duxit quoque eam uxorem, seque regem creari passus est. Cf. Plut. apophth. p. 184. et περὶ φιλαδελφίας Opp. T. 2. p. 489. Quo spectant et verba seqq. *quin uxoris petendæ prænaturam festinationem fratri objiceret*. — *tacite habere*, forte *tacitum*; Drak. Cf. ad 1, 50, 7.

CAP. 17.)—1. *C. Valerius ex Græcia, qui*, forte *quo*; Drak. — *L. Rammium Brundisinum* cet. qui Ἐῤῥέννιος aut Ἐῤῥένιος dicitur Appiano Maced. Exc. 9, 4.

2. *petere institit ab eo rex*, v. ad 24, 26, 7.

3. *aut satis efficacia* cet. forte leg. *efficax, tutum, detur*: saltem del. τὸ *rem* posteriore loco; Gron.

4. *quam convento C. Valerio*, v. ad 30, 43, 4.

CAP. 18.)—1. *ad novos coss. rejecta*, v. ad 2, 22, 4.

2. *per commodum exponere*, v. ad 30, 29, 3.

3. *in annum* sc. proximum, ut sup. *ad novos coss.*

CAP. 19.)—1. *recuperata in publicum*, v. ad 2, 9, 4. — *tribunus plebis promulgavit*, post *plebis* excidit *legem*; Drak.

2. *agrum C. censores fruendum locarent*, v. ad 27, 3, 1. — *quod factum tot annis* cet. immo biennio post. v. 27, 3. et 11. Sed deinde videtur intermissum fuisse; Duk.

3. *in vacuo*, vacante agro, qui sine domino esse videbatur. Cf. Intpp. Suet. Claud. 9. extr.

4. *ædes instructas*, instruendas, instructas præbendas, *locaret* omnigena supellectile a redemtoribus instrui curaret; Drak. Cf. ad 5, 23, 6. et 6, 5, 3. — *munera binum millium æris summæ in singulos missa*, v. ad c. 6. n. 6. Vox *summa* abest aliis locis, quibus vel de hac re, vel de pecunia in ærarium a triumphantibus inlata, vel de præmiis publice datis agitur; Duk.

5. *legatos miserunt*, cf. c. 26. et Appian. Maced. 9, 2, 3.

CAP. 20.)—1. *suspensa ad exspectationem*, v. ad 2, 54, 12. Mox Sigon. lacunam ita explet: *in Capitolio bello Punico priore posita a M. Æmilio consule, cui* cet. et Pigh. *in Capitolio M. Æmilii, priore bello Punico consulis*.

2. *decemviros adire libros*, v. ad 3, 10, 6.

3. *lustrandum oppidum*, v. ad 1, 18, 2. *Oppidum* quoties simpl. memoretur, intellegendam esse Romam antiquam Romuli vel quadratam, in monte Palatino et X regione Urbis conditam, docet Scaliger in Adpend. conjectan. in Varr. L. L. p. 185. Ita *oppidum* adcipi posse 45, 16, 5. sed h. l. et cap. 36. pr. de tota Urbe dici, monet Drak. — *subplicationem obsecrationemque*, v. ad 3, 63, 2. — *sacrificandum et Romæ et in Campania* cet. v. ad 22, 1, 25.

4. *in bonum versurum*, v. ad 2, 3, 2.

5. *interitum perduellium*, v. ad 1, 26, 4. — — *ex hostibus spolia*, hostilia. v. ad 35, 32, 3. — *Adcesserunt* prodigia, *quæ cumularent religiones animis*, v. ad 5, 23, 8. — *sanguine per triduum* cet. v. ad 1, 31, 1.

CAP. 21.)—1. *Consules in provincias non exierant*, immo *in provinciam*, quod mox bis dicitur, et cap. 22 pr. nam una fuit provincia, Liguria, ambobus consulibus decreta. v. cap. 10. — *uti de M. Popillio referrent* cet. cf. cap. 10. — *proconsul pugnasse* cet. forte *pro consule pugnasse se scripsit, ac sedecim millia* cet. Jac. Periz.

2. *pacatos ad rebellium*, pro vulgari *rebellionem*, ut *contagium* et *contagio*, *consortium* et *consortio*, *oblivium* et *oblivio*, *obsidium* et *obsidio*; Gron. Mox cognomina *Sermo* et *Scylla* a librariis forte depravata, sed, quia plane incertum est, quid pro iis substitui debeat, potius relinquenda, ut multa locorum hominumque nomina, quæ alibi non obcurrunt; Drak. Cf. ad 3, 50, 1. *Ralla* pro *Scylla* conj. Pigh.

3. *ut qui ex Statiellis* cet. pro *ut si quis ex St.* — *ante Calendas Sextiles primas*, proximas. — *in servitutem venisset*, immo *in servitute mansisset*; Gron.

4. *ut juratus senatus decerneret*, v. ad 26, 33, 9. De iteratione particulæ *ut* v. ad 22, 11, 2.

5. *qui eam rem quæreret animadverteretque*, cognosceret, vel potius puniret; ut *animadvertere peccata* ap. Cic. Rosc. Am. 40. Res malæ seu peccata puniri solent, postquam animadversa sunt et cognita.

6. *quærere ea rogatione* (ut 38, 55. et *causam dicere lege* 39, 6. 42, 22.) ex emend. Drak. pro *q. ex r.*

CAP. 22.)—1. *exercitum a M. P. ceperunt*; leg. *adceperunt*; Gron. — *quæstione in se posita*, v. ad 21, 45, 4.

2. *Hoc tractus vinculo*, hac adductus necessitate, vel causa, eum cogente; ut passim *vinculum* dicitur ratio, ob quam aliquid vel facimus vel omittimus. Metaphora h. l. desumta ab eo, qui vinculis constrictus adtrahitur.

3. *Idibus Martiis adesse reum jussit*, v. ad 3, 14, 6. — *elusa est*, v. ad 39, 6, 5.

CAP. 23.)—1. *præter agrum, de quo ante legati* cet v. 40, 17. ibique not. 1. — *in re præsenti*, v. ad 34, 62, 7.

2. *vi atque armis possedisse*, v. ad 24, 45, 6. — *cui nihil pensi sit*, ut 43, 7. nihil, cujus

gendo habenda, quod ipsi expen-
sit, et quo prohiberi possit.
liberi extra fines efferre arma — ca-
s deterreri cet. v. 30, 37. — *Mis-*
m. sese ; Gron. aut *sese missos esse ;*

ustoque s t. bello, v. ad 1, 22, 6. —
eritas, v. ad 2, 48, 2. — *Modesti-*
), 6, 7.
ibi magis misericordiam, quam regi :
um forte *invidiam concitarunt ;* Si-

4.)—1. *unde præterea legatos occultis*
atis Romam mitti, locus lacer. *placuit*
n putabat vir doctus ad marg. ed.
se nihil audisse, præterquam legatos
inde nihil emanasse, præterquam lega-
rak.
ndere ita jussit, sc. prætorem urba-
um consules erant absentes) vel
senatum consuluerat : nisi leg.
; Drak.
gratiæ non dare : ex eo quod Pœni
senatu dicunt, *si gratia plus, quam*
pud eos valeret, patet, sententiam
orborum esse, plus apud se jus va-
quam gratiam; se gratiæ causa
turos jus, aut cuiquam jus nega-
mnia juri, nihil gratiæ daturos
ak. — *veteres observari*, immo *obser-*
on. Cf. tamen Drak. ad 3, 51, 2.
, v. ad 1, 39, 2.
era ex instituto data, v. ad cap. 6. n.
que hospitalia sc. jura, quæ sunt
ia et quæ plura hospitii et honoris
lem tribui mos erat; Duk. —
r, v. ad 25, 12, 7. — *conservata,*
ta, ut 45, 20. vel *observata ;* Drak.

25.)—1. *Cn. servilius Cæpio* cet.
ationem, et quidem de tanta re,
loniam missam fuisse, nusquam
oribus dixit . sed si hi legati ea,
ribuit, in senatu loquuti sunt, ad-
s post Eumenis adventum in Ur-
ios fuisse ; Duk.
es repetendas renuntiandamque amici-
v. ad 1, 22, 5. et 25, 18, 5. —
MS. et vett. edd. ante Paris. 1573.
, ut c. 49, 52. 43, 7. 8. 45, 19. et
s c. 26. Etenim et *Perses* et *Persa*
non tantum *Perseus*, a quo et
ta *Persi*, ut *Achilli*, *Ulyssi*, *Euripi-*
li, *Theodecti*, *Mithridati*, *Themistocli*,
Theophani, *Ariobarzani ;* Gron. Cf.
l h. l. Cort. ad Sallust. p. 934.
l Virg. Æn. 1, 30. 220. 2, 7.
i venirent speculari, f. *speculaturi.*
o frequens, sed, ni fallor, poëtis
Græca exprimentibus.

26.)—1. *Perse auctore missos*, v. ad
2.
id (pro *quid*, et hoc pro *cur*) *ita* (si

res ita se haberet) *non adissent — loca, lau-*
tia a., v. ad 1, 9, 3. et 28, 39, 8. — *tamquam*
legatis, ut qui cet. immo *t. legatis iis, qui ;*
Crev.

3. *qui socii quererentur* cet. potius *quod*
(quoniam) *socii quererentur a. s.*, *exustum a. r.*
agrum, non cet. ; Gron. *quia socii* conj. Jac.
Periz.

4. *Ex Asia, qui circa* cet. cf. c. 19. et ibi n. 5.

5. *Eumenem in ea* sc. Asia, Pergami. —
— *in Alexandria*, scribe *Alexandriæ ;* Gron.
Cf. ad 38, 39, 4. Mox forte leg. *civitates so-*
cias adisse se vel *sese*. Sed hoc pron. etiam ex
præcc. suppleri potest.

6. *senatum iis dari*, v. ad 8, 5, 1.

CAP. 27.)—1. *veteribus quinqueremibus, in*
navalibus Romæ subductis, v. ad 3, 26, 6. et
8, 26, 1.

2. *Socios navales lib. ord.* cf. 40, 18. et ad
9, 38, 1.

3. *qui exercitum paratum* cet. scribe *quo*
pro *qui ;* Gron. Sed *qui*, æque ac *quo*, pro
ut poni, monet Drak.

CAP. 28.)—1. *cui primo quoque tempore*
magistratus creare jussum erat ; usus loquendi
dictat : *quem creare jussum erat*, vel *quippe*
primo q. t. m. creare jussus erat ; Gron. *qui*
(consul) *creare jussus erat*, et *cui* (senatui)
creari visum erat emend. Crev. et *qui* (sena-
tus) *creari jusserat* Periz. *creari* edd. ante
Vascos. *creari pulsuerat* MS. Vindob. unde
creari placuerat vel *perlibuerat* conj. Oudend.
ad Suet. Vesp. 23. Verbum *jubere* infinitivo
activo passim jungi, sed intellecto accusa-
tivo eorum, qui jubentur, docet Drak. ad
27, 24, 3. v. et Burm. ad Virg. Æn. 2, 3. et
Ern. ad Tac. hist. 1, 38. Locutionem *jubere*
alicui solœcam esse et in optimis scriptori-
bus vel numquam vel rarissime saltem
obviam, contendunt Gron. ad 27, 24. Duk.
ad 23, 21. 26, 41. 27, 24. Drak. ad 27, 24.
32, 16. Burm. ad Petron. c. 71. Cort. ad
Sall. Jug. 84. intpp. Suet Vesp. 23. et alii.
Contra vero Periz. ad Sanctii Min. 2, 4, 6.
et Scheller in Lex. Lat. monent, illa et plu-
ra ejusmodi loca non temere solicitanda
videri. Cf. ad 27, 16, 3. 30, 34, 7. 42, 43,
4. ad Tac. Ann. 13, 15, 4. Ern. clav. Cic.

2. *secundis auribus P. auditus*, v. ad 2, 38, 3.

3. *in æde Bellonæ — dissereret*, v. ad 26, 21, 1

4. *duæ jure Romæ dicendo*, v. ad 22, 35, 5.

5. *quo senatus censuisset*, v. ad 27, 22, 2. —
— *precarentur, ut — ut id p. eveniret*, v. ad
22, 11, 2.

6. *Eodem die decrevit senatus*, ut (quod ex-
cidisse putabat Crev.) *C. Popillius consul lu-*
dos cet. v. ad 27, 33, 4.

7. *decresset senatus, quum CL* Patres *non*
minus adessent, v. ad 2, 23, 9.

8. *Junonis Laciniæ iram* cet. cf. cap. 3. —
— *alienasse mentem*, v. ad 10, 29, 1. — *Sub-*
fectus cet. v. ad 23, 21, 5. Mox vocem
sacerdos delendam videri, jam monuit Crev.

[redacted]

CAP. 29.)—1. *scelere ejus prope ut victima* cet. cf. c. 15. 16. et 40. Pro *ejus*, quod non habet, quo referatur, leg. *Persei*, vel post *stimulabat* insere *in Persea;* Drak.

2. *adversus fratrem uxoris* Persea. v. ad c. 12. n. 1.

3. *ex quo est* (f. *erat*, Crev.) *junctus Eumeni a.* v. 38, 39.

4. *Antiochus* Epiphanes *inminebat Ægypti regno*, (v. ad 3, 51, 3.) *et pueritiam regis* Ptolemæi Philometoris *et inertiam tutorum spernens:* qui quum *bellum adversus Antiochum parassent, quo vindicarent Cœlen Syriam*, eique eriperent, Antiochus, fraude magis, quam virtute, totam pæne Ægyptum præter Alexandriam expugnavit; sed deprecantibus Græcorum legationibus in regnum restituit Ptolemæum captivum, qui ex eo tempore regnavit simul cum minore fratre, Ptolemæo Evergete II. seu Physcone. Cf. 44, 19. 45, 11. Polyb. 27, 17. 28, 1. 16 sq. Diodor. T. 2. p. 579. ed. Wessel. Joseph. 12, 5, 2. Justin. 34, 2. De altera expeditione Antiochi in Ægyptum, et de discordiis Ptolemæorum fratrum, quorum major tandem ita regnum cum minore partitus est, ut Cyrenaicam ei relinqueret, v. inf. 45, 11-13. Epit. LII. Polyb. 28, 17. 18. 29, 1. 8. 11. 30, 11. 31, 18. 25 sq. 32, 1. 33, 5. 34, 14. 40, 12. et intpp. Diodori T. 2. p. 583. ed. Wessel. Cœlesyriam in dotem adcepisse credebatur Cleopatra, uxor Ptolemæi Epiphanis, mater Ptolem. Philometoris et Physconis, filia Antiochi M., et Antiochi Epiph. soror; quod negabat Antiochus Epiph. v. Polyb. 28, 17.

5. *alieni arbitrii erat*, tutorum. v. ad 3, 62, 5. — *quo vindicarent Cœlen Syriam*, cf. n. 4. et ad 31, 47, 1.

6. *Misagenemque filium*, v. ad Epit. Liv. L. n. 7.

7. *Cotys Thrax* genere, non moribus. v. Polyb. 27, 10. et Diodor. T. 2. p. 577 sq. ed. Wessel. — *Macedonum partis erat*, v. ad 3, 62, 5. et 24, 42, 4.

CAP. 30.)—1. *plebs ubique omnis ferme, ut solet, deterioribus*, ad deteriora, *erat ob regem M. inclinata*. Sed forte cum Gron. et Duk., leg. *deterioribus erat ad regem M. i.* sc. studiis, e seqq. v. ad 21, 43, 4. *deterioribus favens* (ut c. 63.) *erat ad regem M. i.* conj. Crev.

2. *Pars in Romanos effusi*, v. ad 1, 41, 1. et 29, 23, 5.

3. *Pars altera regiæ adulationis erat*, (v. ad 3, 36, 4. et 3, 62, 5.) *quos æs alienum* cet. v. ad 36, 6, 2.

4. *magis auræ popularis erat*, v. ad 3, 33, 2. et 3, 62, 5. — *liberum inde*, forte *liberum autem*. — *inlibatis viribus utriusque partis* (v. ad 3, 61, 2.) *pacem manere ex eo*, quod hæ vires essent inlibatæ. *ex æquo* malebat Gron.

5. *inde preces suas adceptas — renuntiarunt:* hæc post verba *imperii portendi* ponenda putabat Crev. *adceptas ab diis:* nam precantes rogabant, ut dii preces suas adciperent; Drak. Cf. Brisson. de form. 1, 33. — — *prorogationem inperii*, immo *propagationem;* Periz. v. ad 23, 25, 7.

6. *belli parandi*, forte *patrandi*, h. e. gerendi; Gron. Sed *patrare* est potius perficere, ad finem perducere, v. c. *facinora, bellum* 28, 41. unde *coeptum et commissum bellum* obponitur *patrato:* (v. Cort. ad Sall. Jug. 19. intpp. Vellej. 2, 21. Duk. ad Flor. 2, 15.) sic et *patrare pacem* non tantum notat agere de pace, sed, ut 40, 52. et 44, 25., eam firmare, tractationi de pace finem optatum inponere; Drak. Sic et *perpetrare pacem* et *bellum* 33, 21. 44, 32. et hinc *inpetrare*. Cf. Drak. ad 2, 26, 4. et Duk. ad 44, 25. ubi *pacem patrare* putabat dici, quorum interventu pax conciliaretur.

CAP. 31.)—1. *ejus sectam sequuti*, v. ad 29, 27, 2.

2. *Id præcipue provinciæ Macedoniæ datum*, v. ad 3, 58, 4. *præcipui*, ut 34, 18., emend. Lips. et *præcipuum*, ut mox, Duk. et Crev. — *quina millia et duceni pedites ex vetere instituto* cet. v. ad 8, 8, 10. et cf. 40, 1. 18. 41, 9. 44, 21. *pedites* reposui pro vulg. *equites* ex emend. Lips. de mil. Rom. 2, 5. et Perizon., cujus veritas e seqq. patet: nam nusquam ap. Liv. *ducenti equites* in legione memorantur, sed semper *trecenti*, et mox legimus *equites trecenos æqualiter in singulas legiones* scribi jussas. Cf. ad 8, 8, 10. et Schweigh. ad Polyb. 6, 20, 9.

3. *datum sorti Maced.*, v. ad 3, 58, 4. et 10, 26, 4. — *usque ad L annos*, v. ad 3, 57, 5. et 22, 11, 8.

4. *ne tribuni militum eo anno suffragiis crearentur* populi in comitiis. v. ad 7, 5, 4. et ad 43, 12, 3.

5. *quo senatus censuisset*, v. ad 27, 22, 2.

6. *recognosceret socios navales — essent*, v. ad 9, 38, 1.

CAP. 32.)—1. *sine sorte se Macedoniam obpugnaturum*, adversus eam pugnaturum, bellum gesturum. *occupaturum* conj. Ern. Malim cum Ruben. legere *optaturum*, quod etiam recepere Crev. et Cler. *Extra sortem collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit* 26, 29. Cf. ad 3, 64, 5.

2. *Prætorem eum jurasse, se stato loco statisque diebus sacrificia habere* cet. v. ad 41, 15, 5.

3. *Si senatus, non quid vellet in consulatu potius* cet. pro *non* forte leg. *nunc*, aut del. *non* suadente Gron. qui hanc Livii mentem esse dicit: Si tamen Patres tantum indulgerent Licinio, ut potius rationem haberent ejus, quod ille cuperet consul, quam ejus, quod jurasset prætor, se optemperaturum senatui, eique daturum hoc, ut, contra quam justum putet, in sortem provincias mittat.

futurum in senatus potestate, v. ad 2,
5. — *secunda et quarta* ex iis, quæ
nuo a consulibus scriptæ et ex SCto
dsignatæ erant; Drak. — *veteres*
, immo *quosque*; Duk. Cf. c. 31.
voluntate, sponte, *nomina dabant*, v. ad
3.
Quum tribuni militum cet. nam hi
tum habent. cf. c. 33. Polyb. 6, 19 sq.
ps. Mil. Rom. 1, 2, 3. et 2, 8. — *sed*
quemque, supervacuum *sed*, et forte
tustissimum q., Crev. An *et* pro *sed?*
qui primos pilos duxerant, v. ad 2, 27, 7.
bunos pl. adpellarunt, v. ad 2, 27, 2.
ex collegio tribunorum pl. — *ad*
rejiciebant, ante *rejiciebant* excidit *rem*
; Gron. non inprob. Drak. Cf. ad
4.

P. 33.)—1. *eo M. Popillius consularis*,
tus sc. centurionum, *centuriones et*
venerunt: distinctionem post *consularis*
; Drak. qui et hæc notavit: "*Cen-*
sic ante *consulem* memorantur,
am erant clientes Popillii, ab eo vix
gendi. *M. Pop. consularis, advocatus*
onibus, (ut 38, 33.) *et consules venerunt*
Gron. Posses et legere *advocatus*
ionum, ut 26, 48. Sed ita mentio
fit centurionum, ad quos præcipue
pertinebat, quique in judicio et
debebant, et adfuere. cf. c. 34. *Consul*
h. l. est Licinius, qui solus veteres
ue scribebat milites centurionesque:
t mox *consule inde postulanti*, i. e. pos-
. v. ad 6, 14, 13."
mines illos *stipendia justa*, v. ad 3, 57, 5.
. *Licinius consul SCta* (*SC.* edd. ante
qui primus hanc notam male red-
SCtum) recitari jussit; primum, quod
senatus Perseo jussisset: deinde, alterum,
duo hæc cap. 31. memorantur) *quod*
centuriones quam plurimum ad id bellum
censuisset — esse: infinitivos *scribi* et
censuissent pendere, et vel delendam
ocem *senatus*, vel potius pro *quod* bis
lum *quo*, jam monuere Burm. ad
. Ecl. 3, 35. Duk., Crev. et Drak.
Periz. ad Sanct. Min. 3, 14, 16.
scripturam receptam, et ex infinit.
ligit, *quod* hic his pro infinit. poni.
d bellum senatus Perseo jussisset, v. ad
1. — *quam plurimum*, immo *quam*
; Gron. et Crev. Posses etiam ex
quos placeret; Drak. Sic et *quemque*
ex c. 32.
ec ulli, qui non major annis L esset,
em militiæ esse, v. ad 3, 57, 5. 4, 26, 7.
, 7.
republ. esse — rejicerent, v. ad 1, 27,
, 4.

. 34.)—1. *ad populum agere*, v. ad 8,
.
tum primum in ætatem veni, h. e. adolevi juvenisque fui; quod adolescentia et pubertas *prima ætas* videatur esse, perinde quasi in ætatibus pueritia non sit habenda: unde *ineuntem ætatem* et *adolescentium* pro eodem dicit Cic. p. Deiot. 1. Off. 1, 34. et *ab ineunte ætate, a primo tempore ætatis, prima* et *a prima ætate, a principio ætatis* Cic. Off. 2, 13. de Leg. 1, 4. Suet. Cæs. 30. et Aug. 3. 64. pro: a principio adolescentiæ; Duk. et Turneb. Adv. 30, 32. Sic et *ætas* pro *adolescentia* ap. Cic. Off. 2, 13. (cf. Broukh. ad Prop. 1, 6, 21.) et Gr. *ἐν ἡλικίᾳ εἶναι*, ætatem militarem habere; Ern. Propius adcedere *εἰς ἡλικίαν ἔρχεσθαι*, (de quo v. Toup. ad Longin. p. 381. et in Ind.) monet Schæffer. Ita et *εἰς ἡλικίαν ἱκόμενος* dicitur adultus Polyb. 6, 6, 2. et *οἱ ἐν ταῖς ἡλικίαις* iidem qui *στρατεύσιμοι* Polyb. 6, 9, 5. 6. *in eam ætatem*, sc. quæ matrimonio ineundo apta est, conj. Drak. De nuptiis patruelium aliorumque eodem gradu conjunctorum agunt JCti in Diss. et ad §. 4. Instit. de Nuptiis; Duk.

3. *Filii quatuor togas viriles habent, duo prætextati sunt*, v. ad 22, 57, 10.

4. *P. Sulpicio, C. Aurelio coss.* a. V. 552. v. 31, 4.

5. *decumum ordinem hastatum* cet. cf. ad 2, 27, 7. et Lips. de mil. Rom. 2, 8. cujus hæc sunt verba: "Hic primus e gregaria militia in centuriones adscendentium gradus. Ordines in legione triginta erant, X hastati, X principes, X triariorum. In unoquoque ordine duæ centuriæ; ergo centuriæ et centuriones sexaginta. Quorum quisque *ordinem ducere* licebatur, etsi non nisi X ordines quavis in parte numerarentur. Nempe duo licebantur primi hastati, *primus hastatus prior, primus hastatus posterior*: duo hastati secundi. prior et posterior; et sic ad decimos usque. Pariter *primus princeps prior* et *posterior, primusque pilus prior* et *posterior* usque ad decumos. Et a decumis ad superiores, ab hastatis ad principes, a principibus ad triarios promovebantur." Cf. not. 7.

6. *Devicto Philippo M., quum in Italiam portati* (forte leg. *reportati* cum Periz. et Duk. vel *deportati* cum Drak. v. ad 38, 50, 2.) *ac dimissi essemus, continuo miles voluntarius cum M. Porcio* Catone *consule in Hispaniam sum profectus*: enimvero Cato ante Quinctii reditum in Italiam et triumphum in Hispaniam profectus est. v. 34, 8. 43. 46. 52. "Ligustinus forsitan non multo post Philippum victum cum aliis dimissus in Italiam rediit ante Catonis profectionem in Hispaniam. Nam milites non sine intermissione omnibus annis militabant, sed SCto ad tempus dimitti jubebantur. Videtur tamen his verbis significare Ligustinus, se in eo exercitu fuisse, qui cum Quinctio *in Italiam reportatus* et ab eo post triumphum *dimissus* fuit." Duk.

7. *primum hastatum prioris centuriæ* —

[redacted]

— *primus princeps prioris cent.* — *primum pilum duxi*, cf. not. 5.

8. *deinceps bis, quæ annua merebant legiones, stipendia feci*: hæc verba Cimmeriis tenebris obscuriora, et se in his cæciores talpis esse, profitentur Duk., Crev. et Drak. Num sententia Ligustini est, se deinceps bis stipendia fecisse, et quidem *annua*, totius anni, non paucorum mensium? An pro *annua* leg. *ardua*, h. e. molesta, gravia? An in *annua* latet nomen regionis, in qua stipendia fecerit, v. c. *in Asia*? Si exposueris, bis merui stipendium militum legionariorum vel gregariorum; hæc sententia, quod jam Duk. monuit, non bene expressa, neque etiam probabile est, eum, qui jam dudum et sæpius ordines duxit, factum esse militem gregarium.

9. *a Ti. Graccho rogatus in provinciam ii*, sc. *rogatus*, ut post triumphum Fulvii in provinciam redirem: nam Gracchus in Hispaniam venit, quum in ea adhuc esset Fulvius, et hi tum inter se conposuerunt, quos dimitterent, quosque retinerent milites; Duk. cf. 40, 39. 40. *Rogatus* etiam videri potest, quia jam *stipendia* ei *omnia emerita erant*.

10. *sex civicas coronas adcepi*, v. ad 6, 20, 6. — *viginti duo stipendia annua in exercitu emerita habeo, et major annis sum quinquaginta*, v. ad 3, 57, 5.

11. *ætas vacationem daret* — *quatuor milites pro me uno dare* cet. v. ad 4, 26, 7.

12. *Ordinem quo me dignum judicent* cet. immo *ordine*; Gron. nisi post *ordinem* vel ante *ipsorum* intercidit *adsignare*, vel *adtribuere, definire, statuere*; Crev. et Drak. Mox ex emend. Gron. edidi *et semper ita fecisse* pro *ut s. i. f.* Vocem *ita* delendam, et sic τὸ *ut* retinendum censebat Crev.

13. *adpellationis vobis usurpatis jus*, cf. ad c. 32. n. 7. et ad Præf. Liv. n. 12. — *nihil adversus m. s. a. usquam feceritis*, forte *umquam*, cui recte obponitur *nunc*: sed *nihil usquam*, eodem modo adcipi debet, ut *nullus usquam* de quo ad 32, 35, 2. vidimus, et ita *nunc* obponitur præcedenti *adolescentes*; Drak.

14. *in potestate senatus ac coss. esse*, v. ad 2, 56, 16. — *et omnia loca honesta ducere*, v. ad 4, 16, 5.

CAP. 35.)—1. *primum pilum* cet. v. ad 2, 27, 7. — *centuriones, omissa adpellatione*, (v. ad c. 32. n. 7.) *ad delectum obedienter responderunt*, v. ad 1, 11, 3.

2. *Quo maturius in provincias magistratus proficiscerentur, Latinæ Cal. Jun. fuere*, v. ad 1, 45, 2.

3. *et quatuor, tribunos militum ex senatu legeret, qui iis præessent* ita ut e sex tribunis militum, qui cuique legioni præerant, (v. Polyb .6, 25.) unus esset ex ordine senatorio. *XXIV tribunos* conj. Crev. Sed ita Livius nullum potius numerum adjecisset; Drak. Cf. ad 36, 17, 1. et 42, 49, 6.

4. *paratus, quo senatus censuisset*, v. ad 27, 22, 2.

CAP. 36.)—1. *eos in oppidum intromitti*, v. ad cap. 20. n. 3. — *bellum regi et senatus decresset et populus jussisset*, v. ad 9, 43, 1. — — *In ædem Bellonæ*, v. ad 26, 21, 1. Scribe *in æde B.*; Gron. Sed similiter 32, 4. legitur *in Macedoniam in hiberna copias reduxit*; Drak.

2. *neminem eorum per Italiam ire liciturum*: vocem *neminem* (ut 3, 40.) in *non quemquam* solvendam censebant Periz. ad Sanctii Min. 3, 7, 4. et Cort. ad Sall. Jug. 106, 3. *iter tuto facturum* conj. J. Fr. Gron. *nemini* Jac. Gron. et *nemini enim* Duk. — — *Ita dimissis* sc. iis. Cf. Drak.

3. *trajectis in Epirum quinque millibus peditum, CCC equitibus*: sed Sicinio longe majorem fuisse exercitum, ex c. 27. docet Drak. — *Nymphæum, in agro Apolloniati*, v. Palmer. Græc. Ant. 1, 28.

CAP. 37.)—1. *quem, si aliquem respectum* cet. brevius dici potuisset *eum, si quem r. a. habere c.*, Periz.

2. *eodem se loco esse*, (v. ad 3, 68, 1.) — *quo Messenii atque Elii* sc. sint: sed usitatius est *Messenios atque Elios*; Duk. coll. 8, 14. et 39, 24. — *nuper in Achaicum contributi concilium*, cf. 39, 48 sq. et ad 32, 19, 2.

CAP. 38.)—1. *ad Gitanas Epiri opp. quum adscenderent*: "opp. incognitissimum; et cur additur *ad*, quod 35, 13. 36, 30. 42, 15. 45, 28 et al. omittitur? Lege *Ægilipa*, opp. Epiri, Straboni ac Steph. ex Homero memoratum;" Jac. Gron.

2. *liberatis ab se* (Romanis) *Macedonibus*, Orestis. Cf. 33, 34. Pron. *se* delendum censebat Drak. ut sensus sit: Orestis *liberatis ab Macedonibus*, a potestate et imperio Macedonum. — *Lycisco prætore facto* cet. v. ad 45, 28, 6.

3. *Acarnanes nuntiare jussi*, forsan *renuntiare*, sc. domum (ut cap. seq.) *jussi* a Marcio et Atilio; Drak. Idem cum Duk. et Crev. recte mox legit *decepti pollicitationibus regiis* sive *regum*, sc. Philippi et Antiochi.

4. *in Ismeniam, principem alterius partis*, cf. c. 43. et Polyb 27, 1. 2. qui tamen Neoni primas dat partes. — *in causam deductas*, v. ad 36, 7, 3. — *facturos* sc. se, Marcium et Atilium. — *benigna materia*, larga, copiosa.

5. *quod ei paternum cum Marcio e.*, cf. seqq.

6. *ubi primum posset* — *venturos*, forte leg. *possent*, (sc. Marcius et Atilius) aut *venturum*. — *Homolium*, Ὁμόλιον, Ὁμόλις et Ὁμόλη, opp. Perrhæborum in Pelasgiotide Thessaliæ ad Peneum fl. et Ὅμολον Ossæ montis partem. v. Strab. 9. p. 443. Dicæarch. p. 3. 20. 23. ed. Oxon. Pausan.

[redacted]

9, 9. Scyl. Peripl. p. 12. ed. Oxon. Plin. 4, 9. et Berkel. ad Steph. Byz.

CAP. 39.)—1. *levi aura spei*, v. ad 3, 33, 2.

2. *populi principis terrarum omnium*, v. ad 29, 17, 2.

3. *filius ad patrem transeat*: jocum captat Q. Marcius inde, quod *ipsi cognomen erat Philippo*, et Persei pater fuerat Philippus. "Originem hujus cognominis Marciorum alii repetunt ab amicitia et hospitio patris cum Philippo, Persei patre; (cf. c. 40 extr. sed jam proavum hujus Marcii id obtinuisse docet Pigh. in Ann. ad a. 524. p. 108.) alii ab equorum studio, quo referunt, quod in multis Marciorum Philipporum nummis vel statua equestris, vel imago Castoris equo gaudentis exhibeatur. v. Ursin. in Famil. Rom., Spanhem. de usu et pr. num. diss. VI. p. 525. ed. sec. et Haverk. in Comm. ad Thes. Morell. T. I. p. 262. Sed admodum rarum est, Romanos jam ante bellum Punicum I. cognomina Græca adscivisse." Drak.

4. *obsides daret*, supple *ut*, et v. ad 26, 22, 3. *dare* malebat Gron. — *Hippian et Pantauchum*, v. Polyb. 23, 2. 27, 1. 2. 7. 8. 28, 9. 29, 2. 3.

CAP. 40.)—1. *Exspectari, ut nos respondeamus*: ita junge verba; Drak. qui etiam conj. *exspectare vos*: sed, reliqua numero sing. concipi, jam ipse monuit. Tò *nos* delere malebat Ant. Periz.

2. *utcumque est* sc. res: nisi leg. *quæcumque est*; Crev. Idem mox vocem *quum* abesse malebat.

3. *quod legatos Romam ad renovandum*; insere: *fœdus miseris: quod ipsum tamen tibi non fuisse renovandum*: cujus vocis iteratio fecit, ut librarius a priore ad posteriorem transierit, verbis mediis præteritis; Sigon.

4. *Abrupolim socium — Artetari* cet. v. ad c. 13. n. 5.

5. *Maliensem agrum*, v. ad 33, 32, 6.

6. *Quæ hospes Brundisinus* cet. cf. cap. 17.

7. *faveo orationi tuæ*, qua meæ adcusationi respondebis, *pro paterno nostro hospitio*, quod nobis cum patre tuo fuit.

CAP. 41.)—1. *Ad ea rex* cet. cf. Appian. Maced. Exc. XXV. 9, 3. et 4. ubi tamen Perseus hæc non ipse et in Thessalia, sed per legatos Romæ in senatu dicit. His: brevis tantum et postrema oratio tribuit[illegible] sup. cap. 36. — *Eorum autem partim ea sunt*, pars sive quædam eorum sunt ea. v. Gell. 10, 13. et sup. ad 23, 11, 10.

2. *nescio, an gloriari debeam*, v. ad 2, 2, 3. — *quæ verbo objecta verbo negare sit*, liceat, ut al. *est, fuit, erit, aderit*, ἔστι, ἦν, ἔσται, ἔστω, εἶναι, γένοιτο, ἐνδέχοιτο, pro ἔξεστι, ἐξῆν cet. vel pro ἔστι δύναμις s. θέμις. Cf. ad Sil. 1, 163. 6, 488. 12, 695. Sensus est: quæ uti sine ullo certo indicio aut argumento verbo tantum objecta sunt, ita verbo quoque negari possint; Duk. Idem monet, minus apte Periz. ad Sanct. Min. 4, 4, 52. τὸ *sit* exponere sit mihi per vos, detur mihi; quasi hæc optandi, non adfirmandi modo dicantur, et Perseus sibi hoc pro beneficio dari petat.

3. *index Brundisinus, aut Eumenes*, cf. c. 11. et 17.

4. *Scilicet nec Eumenes* cet. v. ad 4, 5, 2. — *multis gravis*, v. ad 39, 53, 3.

5. *quam Rammium* Brundisinum cet. v. c. 17.

6. *Et Thebanorum — et Artetari* cet. cf. c. 13.

7. *adversus Abrupolim, socium* cet. cf. cap. 13.

8. *Pellam et in regiam*; τὸ *et* suspectum; Gron.

9. *quid*, cur, quomodo, *potest queri, sibi adcidisse*, sc. ea quæ victis adcidunt; Drak. Forte *quid* pro *aliquid*, vel potius: quid est, quod sibi adcidisse queri possit?

CAP. 42.)—1. *Larissam et Antrona et Pylleon*, leg. *Antrona et Pteleon*. Certe hæc tria oppida Thessaliæ finitima junguntur inf. cap. 67. ap. Strab. 9. p. 298. al. 665. et Hom. Il. 2, 697. ubi v. Heyne. Tὸ *at* in princ. cap. inservit proponendis exceptionibus aliisve capitibus adcusationis, ut etiam *at enim*; quod docet Drak. ad h. l. ad 34, 31, 6. et 39, 37, 12.

2. *Delphos sacrificandi causa adeundi*, v. ad 41, 22, 3. — *Et hic — cum exercitu me fuisse adjicitur*; forte leg. *adjicit*, ut *hic* sit pronomen, sc. Marcius, δεικτικῶς et contemtim. — *scilicet ut* cet. v. ad 4, 5, 2. — — *unus quilibet*, v. Gron. ad Sen. Controv. 26.

3. *Ætolis et Byzantiis* cet. cf. Appian. Maced. Exc. XXV. 9, 3. — *disceptatores* cet. v. ad 1, 50, 5.

4. *Circumagetur hic orbis* quasi rerum; mox mutabuntur omnia, vel res Græciæ et sociorum vestrorum. — *Antiochum ultra juga Tauri remotum*, cf. 37, 45. 55. 38, 38. et inf. ad c. 50. n. 3.

CAP. 43.)—1. *mittendi Romam legati*, f. *legatos*: quod ex seqq. et cap. 46. 48. probabile fieri, jam monuit Drak. Idem mox edidit *nec prætermittendam spem*, sequutus edd. vett. ante postremam Gruteri. v. ad 26, 43, 1.

2. *ni spes vana pacis occæcasset consilia*, forte del. vox *consilia*, aut jungenda sequentibus; Drak.

3. *suo maxime tempore atque alieno hostibus*, v. ad 1, 56, 1. *hostium* malebat Gron. Obss. 4, 17. coll. Varr. R. R. 3, 5. — *Ab hoc colloquio*, v. ad 1, 1, 5.

4. *legati Rom. in Bœotiam comparati sunt*,

[redacted]

an conpararunt se, iter? *Sie machten sich fertig nach Bœotien*, Scheller in Lex. Cf. ad 35, 45, 2. "Sigonius observat, eodem sensu dici *comparare consules et censores*, i. e. legere et in legationem conjicere. Quod possem tolerare, si ex pluribus aliquot ad hoc munus excreti essent. Sed fuerunt iidem, qui apud Persea fuerant, Marcius et Atilius, ut ex cap. seq. adparet. Mallem igitur *conversi sunt*." Gron. *comparaverunt* (sc. iter, ut ap. Cic. Mur. 9. *quo intendit*. sc. iter) conj. Ern. et *profecti, delati, comportati sunt* Doujat.

5. *in ipso itinere* legatorum Rom. — *obcurrerunt* iis. — *quis legati, nullo in præsentia responso dato, C. se sequi jusserunt;* immo *quos legati* cet.; Gron. *quis, legati, nullo* cet. interpunxit Drak. jungens *quis nullo responso dato*. Cf. ad cap. 28. n. 1.

CAP. 44.)—1. *Chalcidem ut ventum* cet. cf. Polyb. 27, 1.

2. *nisi in tribunal legatorum perfugisset*, εἰ μὴ κατέφυγεν ὑπὸ τὰ δίϑυρα τῶν Ῥωμαίων Polyb. l. l. ubi Ernesti notavit hæc: "Non intell. *tribunal*, in quo magistratus sedent in actu rerum, de quo δίϑυρα dici non credo, quia eam sine tecto et foribus fuisse satis constat, verum sedes insignis, structa legatis Romanis, ubi sederent, dum conciones haberentur Græcorum, ut auditores et spectatores, factaque ad modum cubiculi vel *podii* in theatris, quæ haberet fores. Cf. Suet. Ner. 12." *Tribunal* tamen sedem quoque prætoris in ludis dici, idem Ern. monet ad Suet. Aug. 44. Claud. 21. et Ner. 12. — *aliis ad regem trahentibus civitatem* cet. v. ad 23, 8, 2.

3. *Et turba Coroneorum* cet. ex. Polyb. 27, 1. forte leg. *eo et turba C.* cet Gron. *Coronæorum* scribendum esse contendunt Drak. ad 36, 20, 2. et Berkel. ad Steph. Sed Κορώνεια est Bœotiæ, Κορώνη (*Corone* 39, 49 pr.) Messeniæ opp., et ab illo Κορωνεῖς, *Coronei* vel *Coronenses*, ab hoc Κορωναῖοι, *Coronæi*, dicuntur. — *constantia principum*, Olympichi ap. Polyb.

4. *auctoresque et his separatim singulis fuerunt:* puto *et his* (Thebanis) *et separatim singulis*, (Bœotiæ civitatibus) Gron. — *Ante omnia exsules* cet. cf. Polyb. 27, 2.

5. *discusso Bœotico concilio*, (καταλύειν καὶ διασκορπίζειν κατὰ πόλεις, et διελεῖν κατὰ πόλιν καὶ διαλύσαι τὸ Ἔϑνος dixit Polyb. cf. ad 1, 54, 1. et 42, 47, 1.) et dissoluta societate a Bœotis cum Perseo juncta, *Peloponnesum proficiscuntur*, (v. ad 19 37, 1.) *Ser. Cornelio*, P. Cornelii Lentuli fratre, *Chalcidem arcessito* cet. cf. Polyb. 27, 2.

CAP. 45.)—1. *Inde legatio in Asiam* minorem *circum insulas missa* cet. cf. Polyb. 27, 3. qui *M Junium* non memorat, et ex quo *in Asiam et circum insulas* emend. Drak. qui et conj. *Sp. Postumius*.

2. *auctore Hegesilocho:* perperam in libris vett. *Hegesilo*, et ap. Polyb. Γησίλοχος; Ursin. Cf. de eodem Polyb. 28, 2. 14. 29, 4. quibus Ἡγησίλοχος Dorice dicitur Ἀγησίλοχος et Ἀγεσίλοχος, ut Spartanis Ἀγησίλαος pro Ἡγεσίλαος. Cf. Schweigh. ad Polyb. 27, 3, 3. et 28, 14, 5. 6. 8.

3. *in summo magistratu* Rhodiorum, qui per sex menses gerebatur, et quem *Prytanin ipsi vocant*, ut curiam Πρυτανεῖον. Cf. ad 41, 20, 5. Polyb. 13, 5. 15, 23. 16, 5. 23, 3. 27, 6. 29, 4. — *pervicerat Rhodios*, commoverat, iis persuaserat, ut ap. Tac. Ann. 15, 57. Sed *pervicerat, Rhodii ut* cet. recte, opinor, conj. Drak. qui docet, *pervincere* sæpissime pro obtinere, persuadere, Livio dici, sed semper sine adjecto casu.

4. *trepidaturos tum repente paranda classe*, v. ad 3, 49, 4. — *navalibus sociis*, v. ad 9, 38, 1. — *classem instructam ornatamque*, v. ad 6, 5, 3. et 9, 40, 12.

CAP. 46.)—1. *a colloquio Romanorum*, v. cap. 38 sq. et ad 1, 1, 5. — *Byzantium et Rhodum literas* cet. cf. Polyb. 25, 4. ex quo patet, literas ad plures populos fuisse missas; unde et mox *ad omnes* dicit Livius: in quo itaque h. l. aliquid conruptum esse, vel excidisse, putabat Crev.

2. *quæ audisset quæque dixisset, ita disposita*, forte *exposita;* Polyb. tamen κατέταττεν εἰς τὴν ἐπιστολὴν, Gron. Quæ Græca non bene reddidisse videtur Livius. Vertenda sunt: exposuit seu scripsit in epistola.

3. *qui plus inter alias civitates dignitate a. o. excellant*, immo *quo plus*, ne τὸ *plus* vacet, atqui Polyb. ὅσῳ πλεῖον dixit; Crev. — *quæ serva atque obnoxia* (v. ad 3, 39, 1.) *fore;* forte leg. *quas servas atque obnoxias fore, si nullus alio sit, quam ad Romanos, respectus*, v. ad 21, 44, 6.

4. *Ab Rhodo redeuntes Bœotiæ* cet. cf. Polyb. 27, 5. qui tamen Antigonum, non eosdem legatos a Perseo in Bœotiam missos tradit.

5. *expressum invitis*, v. ad 4, 55, 1. — *et damnatis principibus, et restitutis exsulibus*, cf. cap. 43. 44.

6. *favore insito in reges*, forte *regem, Persea*.

7. *inpotentem superbiam*, v. ad 3, 36, 2. — — *qua possent*, v. ad 35, 14, 1.

CAP. 47.)—1. *omnia obportuna loca præoccupari ante*, v. ad 1, 54, 4. et 9, 23. 1. — — *venturum illum nihilo paratiorem*, h. e. fore, ut passim *venire* et ἔρχεσϑαι pro *esse*. v. ad Juvenal. 2, 83. et 7, 29. —*Bœotorum se concilium arte distraxisse*, v. ad cap. 44. n. 5.

2. *Faliscis vinctum traditum proditorem liberorum regis;* supra 5, 27. *principum liberos* dixerat, regis mentione nulla: sed hic non id agebatur; Bauer. Liberos principum vel Faliscorum memorant omnes, (Plut. Camill. p. 133. Polyæn. Strat. 8, 7, 1. Frontin. 4, 4, 1. Dio in Exc. Peiresc. p. 579. Zonar. 7, 22. Flor. 1, 12, 5. et quos ibi laudat Freinsh.) neque probari

[redacted]

potest, Faliscos eo tempore regi paruisse; Drak. Livium hic alios sequutum esse auctores, putabat Sigon. Ultimam vocem delet Grut. *p. liberorum magistrum* conj. Gron. Malim *proditorem verberandum virgis*, et deinde: *Hæc Romana esse, illa versutiarum Punicarum atque calliditatis Græcæ* sc. facinora s. exempla. Cf. ad 3, 62, 5. 21, 4, 10. 26, 31, 1.

3. *justo ac pio bello superatum*, v. ad 1, 22, 6.

4. *eodem rursus in Græciam remitteretur*, v. ad 2, 45, 10. Pro *eodem* semper legendum putavi *idem*; quod etiam conjecisse video Ant. Periz. Voces *in Græciam* a mala manu additas esse, et numerum quinqueremium excidisse, existimabant Duk. et Crev. Decem quinqueremes Marcio tributas fuisse, ex cap. 27. et 48. colligit Drak. sed et cap. 56. simpl. *cum navibus* dici monet. — *e rep. visum esset* ipsi. v. ad 1, 27, 5.

5. *si induciarum dies exisset*, v. ad 9, 34, 18.

CAP. 48.)—1. *senatum præberi* (v. ad 8, 5, 1.) *legatis* Persei, cet. cf. Polyb. 27, 7. et Appian. Maced. Exc. 9, 5. Vox *Persei* aut *regis* excidisse videtur. — *in colloquio ab rege dicta*, cf. c. 38 - 43.

2. *Cetera deprecatio erat*, v. ad 34, 34, 1.

3. *Denuntiatum* legatis Persei, ut *extemplo mœnibus* cet. Idem cunctis Macedonibus, qui Romæ tum forte essent, denuntiatum et magnam inde ortam esse trepidationem, tradunt Polyb. et Appian. ll. ll.

4. *C. Lucretius prætor — ab Urbe profectus*: sed jam antea Brundisium erat profectus. v. cap. 35. Itaque rediisse censendus est, ut naves, tum nondum paratas, deduceret. — *ex refectis navibus* cet. nam quinquaginta parari placuerat. v. cap. 27 pr.

5. *frater Lucretius*, ex cap. 56. leg. *frater M. Lucretius*; Gron. Cf. Pigh. Ann. ad a. 581.

6. *Ab Rheginis triremi una — ab Uritibus quatuor*, i. e. una triremi Rheginorum cet., (v. ad 27, 5. 4.) nisi excidit *exactis*; Drak. Pro *Uritibus* Doujat. conj. *Veliatibus*, Turneb. Adv. 30, 37. *Bruttiis*, Cluver. It. ant. 4, 14. *Thuriis*, Gron. *Uriatibus*. Uria Apuliæ opp., unde Urias sinus. Sed quærendum puto locum inter Locros et Calabriæ extremum promont. in mari Ionio; Drak, — *supervectus*, alias *superare* vel *prætervehi*; Ern.

7. *Gentii regis lembos nactus*, v. ad 5, 45, 1.

CAP. 49.)—1. *votis in Capitolio nuncupatis, paludatus ab Urbe profectus est*, v. ad 21, 63, 10.

2. *convertit oculos animosque*, v. ad 22, 51, 3.

3. *Contrahit enim* sc. permultos, magnam hominum multitudinem, *non officii modo cura*, v. ad 6, 34, 6. et 21, 63, 10. — *summam rem publicam*, v. ad 3, 5, 6.

4. *incertus fortunæ eventus, communisque Mars belli*, v. ad 5, 12, 1. — *Persi regi*, v. ad c. 25, n. 1.

5. *inter multa prospere gesta* cet. v. ad 36, 38, 2.

6. *Duo consulares tribuni militum* (v. ad 36, 17, 1.) *cum eo* consule *missi*, quod indicio est, ex SCto id factum tribunosque lectos et creatos fuisse; (cf. cap. 35. et 44, 21.) *C. Claudius, Q. Mucius*, qui tamen Mucius cap. 67. *legatus consulis* vocatur; Duk. — — *tres illustres juvenes*, contubernales, comites, sectatores. Cf. ad Tac. Ann. 1, 29, 3. — *duo Manlii Acidini*, alter *M. Manlii, alter L. Manlii filius*: forte *alter Manii, alter L. Manliorum*; Gron. Prænomen *M.* utique corruptum videtur: nam gentis Manliæ decreto cautum, ne post Capitolinum quis *M. Manlius* vocaretur. v. 6, 20. Sed neque Manliorum Acidinorum, neque aliorum totius gentis Manliæ quisquam prænomine *Manius* invenitur; Duk. Hos Manlios Acidinos forsan fuisse e plebejis Manliis, vel aliquem e Manliis Acidinis patriciis ad Manlios plebejos (qui prænomen Marci non repudiarunt) adoptione vel alia de causa translatum esse, suspicabatur Spanhem. de usu et pr. num. diss. VI. p. 518. et diss. X. p. 33, 34. ed. sec. "Sed in gente Manlia plebeja quoque cognomen Acidini fuisse, non constat, et adoptione non pars gentis fit vel plebeja vel patricia. Potuit quidem transitione a patriciis ad plebem factum esse, ut Manlii Acidini partim plebeji fuerint, partim patricii. Cf. 4, 16. et Suet. Aug. 2. Verum id aliunde non constat. Forte leg. *Cn. Manlii*, et præterea *duo L. Manlii Acidini*: videtur enim a more Livii abhorrere, duos hos Manlios patrum, non suis prænominibus designari." Drak. Idem mox post *exercitum* excidisse putabat *venit* vel *abiit*.

CAP. 50.)—1. *si mulctarent* sc. Romani.

2. *in aleam tanti casus se r. d.*, v. ad 28, 41, 11.

3. *Carthaginiensium opes fregisse sese*, sc. scire Romanos, *et cervicibus eorum inposuisse* (v. ad 3, 31, 1.) *prœpotentem finitimum regem*, Masinissam. — *ultra juga Tauri remotum*, ut 42, 42, 4. Sed leg. *emotum*, ut 30, 23. 37, 53. 38, 12. 47. 48. 53. 41, 21. 45, 15. Gron. et Drak.

4. *sicubi populo Romano sua fortuna labet*, v. ad 1, 56, 10. et 2, 39, 9. *sicubi P. R.* edd. ante Sigon. qui notas male *populus Romanus* reddidit. Idem mox lacunam ita explet *Dum integræ res sint, cogitare apud animum* cet. et Drak. *dum i. res sunt, statuere apud*, cet.

5. *Postremo ita bello et pace quæri*, immo *bellum et pacem*; Gron. coll. 1, 27 pr. *ita bello pacem præferri* conj. Drak. et *ita bello et pacem quæri* Doujat., h. e. bellum necessarium esse ad pacem tolerabilem obtinendam, et tentandam belli sortem, quia sine

[redacted]

bello regnum abdicare probrosum habeatur. Forte leg. *id* pro *ita*.

CAP. 51.)—1. *Citium Macedoniæ opp.* non alibi memoratur. Πόλις Πύδνα, ἣ νῦν Κίτρον καλεῖται Strab. Exc. lib. VII. p. 330. unde Palmer. in Exerc. ad Script. Græc. p. 302. emend. Κίττιον, aut ap. Liv. *Citrûm*. Sed Excerpta illa Strab. esse recentioris Græculi, et diversas urbes *Citium* et *Pydnam*, docent Drak. et Wessel. ad Antonini Itin. p. 328. *Minervæ, quam vocant Alcidem;* dicta forte Alcis ab ἀλκή. *Alcidemon* conj. Turnebus Adv. 30, 37. ut Ἀλκίδημος vocata sit a Macedonibus, quemadmodum ab aliis Λαόσσας et Ἀλκιμάχη. *Alcimum* (fortem) emend. Doujat. vel *Alcidæ*, Herculis, a quo reges Maced. originem ducant.

2. *omnesque armatos in campo struxit*, immo *instruxit;* (sed et *struere aciem* dixere Liv. 8, 8. 9, 31. 42, 7. et Tac. A. 11, 24. H. 4, 24. 5, 11. Drak.) et mox *quadraginta tria millia armata;* Gron. cf. extrema verba hujus cap. Ex *XLIII* factum esse *XLM* suspicabatur Drak. Forte et leg. *armati*, h. e. armatorum, ut *quatuor millia scutati* 28, 2. et *armati* sunt milites, idoneis ad pugnam armis instructi, a quibus distinguitur inutilis turba lixarum et calonum; Duk. cf. 28, 18. 31, 49. Cic. p. Cæcin. 21. Curt. 6, 8, 23. — *ex omni cætratorum numero duo agemata: hanc ipsi legionem vocabant*, v. ad 21, 21, 6. et 37, 40, 3.

3. *Leonatum et Thrasippum Eulycstas;* Turnebus conj. *Elymiotas*, et Gron. *Lyncestas.* An leg. *Olynthios? Leonatus* scribitur ap. Justin., sed *Leonnatus* ap. Græcos, Nepotem et alios.

4. *et ex Parorea*, ejus incolæ, v. ad 39, 27, 3. — *ab Heraclea ex Sintiis*, Σιντοῖς in Thracia ad fines Mædorum. v. Strab. 6. p. 331. 12. p. 549. Σίντοι vocantur Thucyd. 2, 98. ubi Schol. monet, *Sintios* fuisse incolas Lemni, qui in Thraciam migrantes dicti fuerint *Sinti.* Quod si verum est, h. l. leg. *et Sintis;* Drak. — *Susum Phalasarneum*, forte *Phalasarnium*, Drak. e Steph. Byz.

5. *secundum eum exercitum*, (v. ad 1, 4, 1.) *quem Alexander M.* cet. cujus tamen exercitum numero fuisse minorem, XXX aut XXXIV millium peditum, IV aut V m. equitum, docet Drak. cf. 9, 19. Plut. Alex. p. 672. Justin. 11, 6. Freinsh. Supplem. Curt. 2, 3. Diodor. 17, 17. Arrian. 1.

CAP. 52.)—1. *Sextus et vicesimus annus* cet. recte: nam C. Cornelio et Q. Minucio coss. pax petenti data est. v. 33, 12. 13. 24. 30. Cf. Periz. ad h. l. et Dodwell. de cyclis 10, 34.

2 *deinde et Persi*, v. ad cap. 25. n. 1. — — *Romanum bellum*, cum Romanis gerendum. — *non justo decursu tamen*, v. ad 23, 35, 3.

3. *circa se habens* Perseus *filios duos, Philippum et Alexandrum:* sic et duo filii memorantur 45, 39. duo cum filia 45, 28. et Plut. qui eos in triumpho ductos esse ab Æmilio dicit; tres filii ante currum Paulli ducti. Epit. lib. XLV., liberi parvi regii præter Philippum inf. 45, 6. — *simul legatos ad se, simul milites — missos* a Romanis: *fallaci colloquio* cet. cf. c. 38 sq. et 47.

4. *extractam hyemem, ut tempus ad comparandum haberent*, v. ad 4, 43, 6. et 35, 45, 2. Mox recte notam lacunæ adposuit Gron. eamque ex cap. 31. ita explevit: *cum duabus legionibus Rom., quæ singulæ sena millia peditum et trecenos equites habeant, et parem ferme numerum sociorum p. e.* Enimvero non modo legionarios, sed et pedites equitesque sociales numero auctos fuisse tradit Livius c. 31. "Licet etiam utrumque rescire potuerit Perseus, tamen ei magis conveniebat, ut copias Rom. minueret, quam augeret. Igitur pro *sena millia* lego *quina m.*, qui pristinus fuit numerus. Præterea servo vulg. *pari numero:* non enim legiones Rom. habebant *sena millia p., trecenos eq. et parem ferme numerum sociorum p. e.*" Drak. — *Eo ut*, quamvis, *adcedant regum auxilia Eumenis et Masinissæ, non plus septem millia peditum, duo equitum futura:* qui numerus ad sola hæc auxilia pertinet; et forte *eu* excidit post *Masinissæ* aut *millia.* Mendam in numero latere putabat Duk. qui eum ad totum referebat exercitum; et *eo adcedent* emend. Drak. Sed ita potius dicendum erat *eo adcedere.*

5. *tot subacti atque durati bellis*, v. ad 7, 29, 3. *Subigi* est crebro exerceri, fatigari, vexari, metaphora a farina et luto, vel terra sæpe arata et culta, desumta, quæ ad ingenium quoque, usu frequenter exercitatum excultumque, transfertur.

6. *Arma illos habere ea, quæ sibi quisque paraverit pauper miles;* nota Dukeri est: "Milites Rom. sibi de suo quemque paravisse arma, et sua cuique classi ea ex censu imperata fuisse, patet ex Liv. 1, 43. et Polyb. 6, 21 sq. nec non ex Gell. 16, 10. qui proletarios scribit asperis reip. temporibus publicitus armatos fuisse: hi enim, quia in classibus, quibus arma ex censu imperata erant, non censebantur, ipsi arma non habebant. Nec memini, in Livio usquam armorum cura publica paratorum mentionem fieri, nisi 22, 57. quod de servis, publice emtis, ut militarent, adcipiendum reor. Ad ea autem fabricanda tum in Urbe extra ordinem armamentaria institui potuerunt, ut postea ob seditionem Saturnini. v. Cic. p. Rabir. perd. 7. Ea in Urbe non fuisse, nisi difficilibus reip. temporibus, probabile fit ex Cic. Phil. 7, 4. unde liquet, insolitum id et extraordinarium fuisse. Enimvero Polyb. 6, 37. (c. 39 extr. in ed. Schweigh.) dicit, quæstorem de stipendio militum pro frumento, veste, κἂν τινος

ὅπλον προσδεηθῶσι, certam pecuniam deduxisse, et ap. Tac. Ann. 1, 16. Percennius miles queritur, *denis in diem assibus animam et corpus æstimari; hinc vestem, arma, tentoria redimi.* Frumentum et vestis de publico præbebantur. Sed mihi non dubium est, quin uterque de armis militum, qui adversus hostes rem gerebant, et maxime eorum, qui in provinciis militabant, loquatur, non eorum, qui primum ad bella mittebantur: nam frumentum quoque et vestem milites demum in bello et provinciis de publico adcipiebant. Præterea Polybius significat, si quid armorum inutile factum fuisset, iis hoc de publico, sed eadem conditione, qua frumentum et vestem, datum fuisse; forte ex armamentariis publicis, si quæ in provinciis essent, ut 26, 51." Ad arma publico sumtu Romæ data, forte ex armamentariis publicis, referendus etiam videtur locus Liv. 3, 15.

7. *quæ regia cura p. fuerant*, f. *fuerint*; Duk.

8. *incognitum famæ* (hominibus Europæis, Gron. Obss. 1, 4.) *aperuerint armis orbem terrarum*, v. ad 30, 26, 3. *fama* conj. Sigon. prob. Duk. Sed *incognitum famæ* eleganti. us est, eique obponitur *scit fama*; Drak. cf. Gron. Obss. 2, 13. et Gust. ad Stat. Theb. 2, 108.

9. *speciosum Græciæ liberandæ tulisse titulum*, v. ad 31, 15, 7. *prætulisse* emend. Gron. et Duk. Sic *prætendere* 37, 54. *ostentare* 34, 23. *specioso titulo uti* 35, 16. Cf. tamen ad 4, 45, 5.

CAP. 53.)—1. *jussis ad iter parare* sc. se. *parari* emend. Sigon.

2. *in Eltmeam ad Haliacmona fl. processit*, v. ad 31, 40, 1.

3. *ad Tripolim, Azorum, Pythium* (ita ex Plut. Paul. p. 262. et Steph. edidit Sigon. pro *Pithoum*) *et Dolichen*, cf. 44, 2. Hæc est *Tripolis* (Τριπολῖτις ap. Strab.) Thessaliæ in Pelasgiotide, sed, ut 44, 2. dicitur, in Perrhæbia. Cf. ad c. 55. n. 2. — *urbem, nihil cunctatis — recipit:* cujus urbis nomen excidisse, jam monuere Crev. et Drak.

4. *Cyretias obpugnare coactus*; Gron. edidit *conatus* ex emend. Sigon. Enimvero, quod et monuit Crev., sensus est, Persea non primo adventu recepisse Cyretias, ut urbem in Perrhæbis, sed *coactum* fuisse eas *obpugnare*. — *in deditionem omnes adcepit*, v. ad 8, 20, 7. *omnes*, sc. incolas urbis. v. ad 3, 47, 1. Vocem delendam censebat Crev. et ex proxima *omnibus* repetitam.

CAP. 54.)—1. *probris quoque in ipsum M. provocibus jaculati sunt*, ut *sententiis in uxorem* ap. Quintil. 9, 2, 79. To *in* delendum putabat Burm. ad Ovid. Am. 3, 3, 49. et *inde* emend. Drak. Usitatiora *jaculari aliquid* vel pro scopo, ut *corvos, dextra sacras arces*, vel pro telo, ut *ignem puppibus, e nubibus punes* de Capitolio, *ornos*, vel sine casu *jaculari ex summo*; et forte leg. *joculati*, aut *probra*; Gron. *jocati* conj. Mur. ut 32, 34. Sed v. ad Juvenal. 6, 450.

2. *Quæ iræ m. inconsultæ* cet. v. ad 3, 62, 5. Mox forte leg. *fugientesque et* vel *etiam per patentem portam h. a.*, nam partem eorum jam trans muros acceperant; Gron.

3. *Elatiam et Gonnum — recepit*, v. ad 3, 29, 1.

4. *in faucibus sunt, quæ Tempe adeunt:* lege *qua Tempe adeuntur*; Gron. De situ Gonni. v. etiam 36, 10. et 67. — *ad hoc*, v. ad 2, 23, 3.

CAP. 55.)—1. *vexatis hominibus* sc. difficultate viæ, ut plene dicitur 40, 22. et *vexatio* 43, 21. 23. 44, 5. ut al. *vexatio viæ* et *itineris*; Drak. — *et loco suo et tempore*, v. ad 1, 56, 10.

2. *Inde* (deinde) *quum tria millia* passuum *ferme abesset a Tripoli, Sceam vocant*, v. ad c. 53. n. 3. Forte leg. *Inde* (ab Larissa) *quum tria m. f. abesset, ad Tripolin (Scæam vocant) super* cet., Gron. *Scæam* scribit et Doujat. eam ita vocari putans, quod sita sit ad lævam Penei ripam. *Tripolis* h. l. non Macedoniæ, aut oppidum singulare, (quod putabat Cellar. G. A. 2, 13.) sed Thessaliæ, in qua *Larissa* et *Peneus* erant, quibus vicina fuisse dicitur; Drak. Cf. ad c. 53 n. 3. — *Eumenes cum Attalo atque Athenæo et Philetæro fratribus*, v. ad c. 5. n. 3.

3. *Thessalorum omnis equitatus separatus erat* sc. per præsidia urbium; (cf. cap. 54.) nisi leg. *speratus*, vel *Thessalorum, quorum omnis e. speratus erat, non* cet.

CAP. 56.)—1. *super Maleam Chalcidem petere*, v. ad 31, 47, 3. *Chalcis* una e compedibus Græciæ. v. 32, 37.

2. *præoccupandas in Bæotia res*, v. ad 24, 6, 6.

3. *quæ pars* (cum ea parte, quæ) *cum Romanis stabat*, v. ad 8, 34, 1. — *ad hoc duobus*, v. ad 2, 23, 3.

4. *supervenit a Creusa prætor*, C. Lucretius. — *ab sociis naves ad C convenerunt*, v. ad 27, 5, 4.

5. *quinque Rhodiæ quadriremes* cet. cf. Polyb. 27, 6. qui τριήρεις missas dicit. — *remisit sociis* sc. naves, ab iis missas. Mireris, id non animadvertisse Drak., qui emend. *sociis*.

6. *ad vastandum agrum P. misit*, v. ad 1, 23, 4.

7. *prædam quidem*, forte *prædæ quod erat*; Gron.

CAP. 57.)—1. *Regis creverunt animi*, f. *regi creverunt a.*, Crev.

2. *ex regiis auxiliis*, Eumenis, *centum equites et parem numerum jaculatorum peditum*, numerus erroris suspectus est: nam mox Livius dicit, equitum fuisse *duas alas et levis armaturæ CL.*, hosque *pares numero* duobus tur-

[redacted]

mis Thracum, duabus Macedonum, binisque Cretensium et Thracum cohortibus, a Perseo adversus eos missis; Drak. Mox verbum *præcesserunt* vacare, jam idem et Crev. monuere.

3. *Cassignatus præerat*, Καρσίγνατος ap. Polyb. 25, 4, 6. — *Mysi aut Cretenses*, immo *ac Cret.*, Duk.

4. *adfectosque siti*, v. ad 5, 10, 6: — *pugnaturos fuisse*, "forsan *p. esse*. Si Perseus mutasset consilium pugnandi, recte diceretur *p. fuisse*. Nec multum me movet *dimicassent* pro *dimicarent*." Duk.

CAP. 58.)—1. *a quinque millibus passuum c.*, v. ad 38, 20, 2.

2. *Medon Beræeus* reposui h. l. et 44, 32, 45. pro *Midon Bereus*, quod præferunt vett. edd. Nam Μήδων Βεροιεὺς dicitur Polyb. 27, 8, 5. *Milo* edidere Sigon. et post eum omnes. Μίλων quoque memoratur Plut. in Æmilio p. 263. (qui sua ibi ex Polybio hausit) et Polyb. 29, 6, 6. Sed neuter fuit forte noster *Medon Beræeus*: idem vero haud dubie *Medon* inf. 44, 45. ubi Livius tradit, Hippiam et Medonem recepisse Berœam, (quæ utrisque patria fuit) et (per amicos forsan et cognatos) effecisse, ut ea traderetur Æmilio. Minus certum est, utrum idem quoque sit ille, qui in antt. edd. *Midon* dicitur 44, 32. nec potius *Milo*, qui vel Plut. l. l., vel Polyb. 29, 6, 6. memoratur. *Medonem* ubivis pro *Milone* substituendum esse, censuit Drak. quem vide ad h. l. et ad 44, 32. Ceterum Βεροιαῖος et Βεροιεὺς promiscue ponuntur, etsi illud a Macedonica, hoc a Syriaca Berœa esse contendit Steph. Cf. Schweigh. ad Polyb. 27, 8, 5. et 28, 8, 1. — *equitibus et summæ partis ejus*, h. e. equitibus, sed ita, ut simul ei tradita esset summa inperii totius illius partis, i. e. totius dextri cornu, ut ap. Curt. 4, 12, 8. *illi partibus copiarum, summæ Orsines præerat*; Duk.

3. *Patrocles Antigonensis hic*, lege *his*; Gron. *Hic* positum pro *in hac parte*; Jac. Periz. Similiter 25, 16. *præesse in Bruttiis*, et ap. Sil. 9, 227. *regere in parte dextra*; Drak. — — *circa eum agema, quod vocant, equitumque sacræ alæ*, v. ad 37, 40, 3. et 6.

4. *equitatum omnem cum levi armatura misit* omnes edd. aute postremam Gruteri, qui rectius forte dedit *emisit*, sc. e castris. Cf. ad 10, 5, 4. Mox post *habebat* excidisse *et*, jam monuit Drak.

5. *cum delectis equitibus extraordinariis*; vox *delectis* suspecta. v. Duker. *et extraordinariis* leg. Crev. ut *delecti* sint οἱ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ἀπόλεκτοι Polybii 6, 31, 2. i. e. ex extraordinariis delecti, qui semper in castris, in agmine consulibus præsto fuerint. v. ad 3, 5, 3.

6. *Cyrtiorum gentis trecenti*, v. ad 37, 40, 5.

7. *Thessali CD equites*; cap. 55. *trecentos* dicit; sed potuerunt deinde plures ad eos adcedere; Duk.

CAP. 59.)—1. *haud secus quam diu claustris retentæ feræ*, v. ad 35, 18, 4. — *gladiis hastas equitum petere pedites*: an leg. *hastas* seu *alas* pro *hastas*? — *Perseus, in mediam invectus aciem, Græcos p. i. avertit*, v. ad 3, 63, 1. Sed suspicor leg. esse aut *Gallos p. i. avertit*, (nam ibi ante mediam Romanorum aciem instructi erant) aut *in lævum i. aciem*, quia ibi erant Græci, et mox dicitur *Thessalorum equitatus, a lævo cornu brevi spatio disjunctus — obvios exceperunt*. Cf. cap. 58.

2. *et cum eo tutum inter ordines* cet. pro *cum eo* forte leg. *aucti eo*. — *exceperunt*, v. ad 2, 4, 3. — *regii* milites Persei.

3. *parvo momento si adjuvisset*, v. ad 1, 47, 7. — *debellatum esset* sub hypothesi *si victor* cet. recte dicitur; Doujat. *debellaturus esse* conj. Sigon., Gron., Crev. et Drak. — *obportune adhortanti supervenit phalanx*; sed si adhortabatur suos Perseus ad peragendam victoriam, non tam bona occasione segnitur usus esset: itaque forsan leg. *adhuc stanti supervenit*, i. e. nondum receptui canere jubenti, quod paullo post fecit; Crev.

4. *agmen inpeditum venientium sub signis*, phalangem, quæ *obportune regi supervenisse* dicitur. Scribe *agmen peditum*, ut mox dicitur: nam *inpeditum agmen* est, quod inpedimenta secum habet et iter facit: at expediti ad pugnam et ab ipso rege instructi eodem, quo solebant, loco steterant pedites; Jac. Periz. Recte, opinor; nisi forte phalanx *inpeditum agmen* dici potest ratione pugnæ, quæ ineunda erat: nam melior illa, si pugna stataria committenda foret, ut contra admodum inpedita propter longitudinem hastarum, si loco moveri et vel cedere, vel cedenti hosti instare deberet; Drak. coll. 9, 19. 31, 39. 32, 17. 33, 8. 9. 44, 37. 41. — *monere instituit*, v. ad 24, 26, 7. — *summam rerum in aleam daret*, v. ad 3, 5, 6. et 28, 42, 11. — *equitibus receptui canere* sc. eos, quorum id munus erat; Drak. Cf. ad c. 24. n. 2.

CAP. 60.)—1. *Cecidere eo die ab Romanis* (v. ad 27, 5, 4.) *CC equites, duo millia peditum, capti CC equites*: sed Plut. Æmil. Paull. p. 259. duo millia et quingentos cæsos, sexcentos captos tradit, et in Apophth. T. 2. p. 197. cæsos aut captos MMDCCC.

2. *superfixa capita hostium* intell. aut addendum *hastis*, vel *romphæis*, (v. ad 31, 39, 7.) vel *contis*; Gron., Ern. et Drak. — — *Eumenes suadere* sc. consuli, cet. Sed forte mox leg. *transferrent* et *haberent*.

3. *ut* (etiamsi) *neminem alium suorum moveret*, præter levem armaturam, ea sola *inmissa* cet. — *damnum* vero, tamen *inter cetera*, v. ad 7, 19, 3.

4. *in Ætolos conferebant causam* cet. cf. Appian. Maced. X. Exc. XXVI. legat. qui

injuriam Ætolis factam dicit. — *ceteros socios Græcorum populorum*, insolenter dictum pro sociis (Romanorum) Græcis, quos c. 58. *socios ex Græcis populis* vocavit; Drak.

CAP. 61.)—1. *Dona ex his — dono dabat*: aut *dona* vel *dono* videtur delendum, aut leg. *donabat* pro *dono dabat*; Drak. — *mille amplius summam*, lego *millenum*; Gron.

2. *Meliorem partem hostium, equitatum Rom.* cf. Spanhem. ad orat. 1. Juliani p. 112. Miror, Livium in describendo prœlio equitatum tantum Græcorum narrasse victum, non Romanum, quo se tantopere jactat Perseus; Duk. — *Equites enim illi principes juventutis*: nam olim pauci erant Equites, nec fere nisi filii senatorum eorumve, qui divitiis et dignitate eminerent; unde nomen *juvenum* mansit: sed et *juvenes* antiquis ad annum XLV dicti: *equites seminarium senatus* cet. Lips. de magnit. Rom. 4, 2.

3. *qui equitum in certamine fuerit*, f. fuit.

4. *spolia humeris gerentes ante ora sua audivere*; immo *facinora* aut *decora sua audivere*; nam illud bifrontium est; Gron.

5. *ad Mopselum* edd. vett. h. l. et c. 67 pr. pro quo *Mopsium* substituere Sigon. et recentt. editores. Μόψιον opp. Pelasgiotidis in Thessalia, a Mopso Lapitha sic dictum. v. Strab. 9, 443. Sed h. l. *tumulus* memoratur.

CAP. 62.)—1. *consilium habenti regi de summa*, excidit forte *belli*; Drak. Cf. ad 3, 5, 6. et ad hæc et seqq. ad finem cap. Polyb. 27, 8. Plut. Apophth. p. 197. et Appian. Maced. X. Exc. 26. — *ut secunda fortuna in conditione*, compositione, *honestæ pacis uteretur*, eam converteret in rem suam, ea, tamquam adjumento, uteretur ad honestas pacis conditiones impetrandas. Sed forte sic cum Gron. leg. *in conditionem h. p.*, ad condendam pacem honestam; de qua vocis *conditio* notione v. Drak. ad 24, 30, 1.

2. *spe vana evectus* v. ad 22, 43, 1.

3. *Modum imponere secundis rebus, nec nimis credere — esse*, cf. not. 5. et Hor. Od. 2, 10. ibique Mitscherl. — *Neque finiri bellum*, excidit *posse*; Crev.

4. *Pacem petere*, immo *petiere*: Jac. Periz. Idem mox emend. *cessurum quam primum*, et Gron. *cessurum et ipsum*.

5. *Ita tum mos erat* Romanis, *in adversis* rebus *vultum secundæ fortunæ gerere*, vultum serenum lætumque hominum, qui secunda utuntur fortuna, *moderari animos*, superbiam, *in secundis* rebus. Cf. not. 3. et notissimus locus Virg. Æn. 6, 852 sq. Non satis adcurate tamen expressa Polybii verba l. l. Ἴδιον γὰρ τοῦτο πάντῃ παρὰ Ῥωμαίοις ἔθος καὶ πάτριόν ἐστι, τὸ κατὰ μὲν τὰς ἐλαττώσεις αὐθαδεστάτους καὶ βαρυτάτους φαίνεσθαι, κατὰ δὲ τὰς ἐπιτυχίας ὡς μετριωτάτους. Τοῦτο δὲ διότι καλὸν, πᾶς ἄν τις ὁμολογήσειεν. εἰ δὲ καὶ δυνατὸν ἐν ἐνίοις καιροῖς, εἰκότως ἄν τις ἐπαπορήσειεν.

6. *Ita pacem dari* cet. cf. Polyb. l. l. et Plut. Apophth. T. 2. p. 197. — *pertinaciæ Romanorum esse*, erat, *miraculo* Macedonibus *ignaris moris* hujus Romanorum.

7. *quippe ex fiducia virium esse*; forte leg. *quippe quæ ex f. v. esset*, et mox: *Postquam nihil hic ex eo* cet.

CAP. 63.)—1. *non enim solum, qui partis Macedonum erant*, (v. ad 3, 36, 4. 3, 62, 5. 24, 42, 4.) *sed plerique* etiam — *quidam vim superbiamque experti*, sc. Romanorum; Crev. Videtur potius excidisse *Macedonum*; Gron. Recte: nam nec Livius videtur satis decore gentis suæ vitia fateri posse, quæ in duces tantum ac magistratus eorum conferre solet, nec ita hæc lætitia *pravum studium*, aut *deteriori favere* dici potest, qui *vim sup.* Romanorum *expertus* Macedonibus favet; Drak. Multa in utramque partem disputari possent.

2. *pravo studio, quo etiam in certaminibus ludicris vulgus utitur* cet. v. ad Tac. Ann. 1, 16, 6. —*favendo*; scribe *favendi* sc. *studio*; Gron. Recte, nec male, si distinxeris post *utitur*. Sed τὸ *favendo* etiam ad *pravo studio utitur* referri potest, vel per adposit. ad *pravo studio*. — *Haliartum Lucretius obpugnarat*, immo *obpugnabat*: non enim destiterat ab obpugnatione; Duk. et Drak. — *primus obsidione*; nam ante Lucretium P. Lentulus Haliartum obpugnaverat. v. cap. 56.

3. *arietem admotum* muris, *libramento plumbi gravatum, ad terram urgebant, et, si qua* parte *declinarent ictum*, (ut 36, 23.) plumbi vel molis illius plumbeæ, *qui agebant* arietem, et ita aliquam muri partem proruerent, *pro diruto* cet. "Si jungas *qui agebant ictum*, sensus erit, si illi, qui agebant ictum, i. e. qui libramento plumbi incusso arietem ad terram urgere conabantur, ab eo declinarent et aberrarent, eaque re fieret, ut aries murum discuteret: sed *agere ictum* potius de iis, qui murum ictu arietis feriebant, quam de propugnatoribus, dici posse puto." Drak. Ceterum aries ab obpugnatis vel propugnatoribus non modo laqueis exceptus declinari, (v. 36, 23.) sed etiam ad *terram urgeri*, deprimi, aut frangi solebat trabibus transversis (*stipitibus robustis* 38, 5, 2.) grandisve ponderis saxis et plumbo, nonnumquam in trabium formam facto et in massam longiorem producto, superne incussis atque libratis. Cf. ad 24, 34, 6. 38, 5, 2. Appian. Pun. 16. Lips. Poliorc. 5, 8.

4. *tumultuario opere*, v. ad 1, 37, 4. — *ruinæ strage*: nam *strages* dicuntur quævis res subversæ aut stratæ. v. Drak. — *operibus* sc. facta. cf. ad 5, 22, 7. — *ut corona undique mœnia adgressurus*, v. ad 2, 17, 3. Dele *ut*: nam re vera adgressus est; Drak.

5. *Inde Thebas ductus exercitus* cet. sed

[redacted]

Thebani a Perseo ad Romanos defecerant. v. cap. 44. et 46. Hinc Livium vel alterius urbis posuisse nomen, vel aliquid de Thebanis omisisse, putabat Crev.

CAP. 64.)—1. *spicas* de *fascibus* stramenti *desecantem*; Gron. substituit *falcibus*, nescio an recte. Cf. Drak. — *malleolos stuppæ inlitos pice*, v. ad 38, 6, 1.

2. *ut prima luce adgressus* (forte *adgressurus*; Drak.) *falleret*, v. ad 3, 8, 2. — *Nequidquam*. nam *primæ stationes* cet. "Sic passim *nequidquam* vel *frustra* et *falso*, omissa etiam particula causali *Nequidquam* autem breviter dicitur vel intellecto verbo *facere*, sc. *fecit*, *facit*, *fecerunt* cet., vel pro *ne* h. e. *non* vel *nec ad quidquam*, sc. id fit aut juvat, adeoque pro frustra aut incassum." Gron. Cf. et Drak.

3. *substitit ad agmen cogendum*, v. ad 32, 2, 4. — *ad extrema* (extremos) *carpenda*, v. ad 3, 5, 1.

4. *Pridie per meridiem*, v. ad 2, 18, 1. *de meridie*, h. e. paullo post meridiem, ut *de tertia vigilia*, (v. ad 9, 44, 5.) conj. Gron. — *Stetit paullisper in tumulis* sc. equitatus regius.

CAP. 65.)—1. *quantum adcelerare poterat*, immo *poterant*, vel *adcelerari*; Duk. — — Juncta vehicula mille admodum, v. ad 21, 36, 3. et 34, 1, 4.

2. *Ibi quum in orbem milites coegisset*, v. ad 2, 50, 6. et 32, 2, 4. — *ab jactu sagittarum*, forte *ictu*: nam densaudis scutis non extra jactum telorum erant, nec hostes ea re ab jactu sagittarum et jaculorum prohibere, sed se tantum ab eorum ictu tueri poterant; Duk.

3. *Maxime cestrosphendonis vulnerabantur. Hoc illo bello* Maced. *novum genus teli inventum est. Bipalme spiculum — emicabat*, verba obscura, expressa ex fragm. Polyb. 27, 9. quod debemus Suidæ v. Κέστρος, ad quem Kusterus jam monuit, Livium suo more hæc liberius vertisse, omissis etiam quibusdam, quæ forsan non intellegeret, vel saltem non sine magna difficultate verti posse animadverteret. Verba Polybii sunt: Κέστρος. ξένον ἦν τοῦτο τὸ εὕρημα κατὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον. Τὸ δὲ βέλος τοιοῦτον· διπάλαιστον ἦν, ἴσον ἔχον τὸν αὐλίσκον τῇ προβολῇ. τούτῳ ξύλον ἐνήρμοστο, τῷ μὲν μήκει σπιθαμιαῖον, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαίαν ἔχον τὴν διάμετρον. εἰς δὲ τούτου τὸ μέσον ἐσφήνωτο πτερύγια τρία ξύλινα, βραχέα παντελῶς. Τοῦτο, δυοῖν κώλων ἀνίσων ὑπαρχόντων τῆς σφενδόνης, εἰς τὸ μέσον ἐνηγκυλίζετο τῶν κώλων εὐλύτως. Λοιπὸν, ἐν μὲν τῇ περιαγωγῇ, τεταμένων τούτων, ἔμενεν· ὅτε δὲ παραλυθείη θάτερον τῶν κώλων κατὰ τὴν ἄφεσιν, ἐκπίπτον ἐκ τῆς ἀγκύλης, καθαπερεὶ μολυβδὶς, ἐκ τῆς σφενδόνης ἐφέρετο· καὶ προσπίπτον μετὰ βιαίας πληγῆς, κακῶς διετίθει τοὺς συγκυρήσαντας. Quæ Schweigh. vertit: *Cestrus* (nisi leg. Κεστροσφενδόνη) *novum inventum erat bello Persico; telum vero hujusmodi: Bipalme erat, tubulum habens æqualem prominenti ferro.* (nam αὐλίσκος est postica pars teli, quæ induitur hastili, προβολὴ anterior, quæ προβάλλεται, prætenditur, projicitur, extra manum prominet.) *Huic insertum erat hastile, longitudinem habens spithamæ*, (ut ap. Liv. *semicubitale*: est enim σπιθαμὴ dodrans pedis, adeoque dimidium cubiti, qui valet pedem unum cum dimidio) *crassitiem vero digiti: cujus medio infixæ erant tres pinnulæ ligneæ admodum breves. Hoc telum, quum duæ inpares habenæ essent fundæ, in earum medio veluti amento inligabatur ita, ut facile solvi posset. Igitur in circumactione fundæ, quum intentæ essent habenæ, inmobile manebat telum. At ubi altera solvebatur habena in emissione, excussum amento suo telum veluti glans e funda ferebatur, et cum inpetu incidens, quidquid obcurrisset, pessime lædebat.* Κέστρα ἀμυντήριον ὅπλον Hesych. Ad verba Livii Turnebus advers. 30, 32. hæc notavit: "*Huic ad libramen pinnæ tres*, i. e. ei pinnæ tres additæ erant, ut libratior et directior certiorque esset volatus teli, nec erranti diverseque nutanti parte ejus posteriore ictus inritus esset, telo eodem tenore non eunte. *Funda media duo funalia inparia habebat:* medio hastili inhærebat funda, sed ea duplex, ut latior ejus sinus telum melius libraret. Nam *funalia duo* interpretor fundam duplicem, alteram alteri continentem. Funale opus funarium est: hic funda e funibus: posterius funale majus et latius erat, ut ictum teli adigeret vehementius, meliusque telum sustineret. *Duo* autem *funalia*, quæ fundam unam faciebant, in nodum nectebantur, ut opinor, ansula facta, cui inserebatur habena, qua telum rotabatur. *Major sinus* est majoris fundæ et tamquam duplicis major capacitas, in qua pendebat et librabatur telum." Adjungo his observationes Lipsii Poliorc. 4, 3. "*Cestrosphendone* est veruculum seu breve telum e funda missum: forte id. qd. βελοσφενδόνη in Plut. Sulla, nisi hoc est telum amentis religatum, iisque velut funda emissum. *Bipalme*, διπάλαιστον, ergo intell. palmus minor, παλαιστὴ, IV digitorum. Sed in Græco hoc distinctius additur, et mucronem et tubum palmi fuisse. *hastile semicubitale*, σπιθαμιαῖον, qui sunt XII digiti, ut cubitus sesquipes s. XXIV digiti. Hic est palmus major sive dodrans: ita in toto telo digiti XX, i. e. pes et quadrans. Adduntur deinde *pinnæ tres*, sed ex ligno, quod Græcus monet, ne scil. aut pluvia, aut in valido circumactu violarentur. Illæ ipsæ ligneæ, juvabant tamen faciebantque ad volatum et directionem. *Funda media*, ipsum fundæ medium, cui telum sedet, *habet duo* utrimque *funalia* (κῶλα, lora, habenas) *inparia*: cur *inparia* et quo situ? Credo, ob

teli mutati modum ita factum, quod, ne excideret in circumactu, sedem paullo majorem voluit, eamque aptam excussioni. Est igitur fundus latior, quem duo funes utrimque contineant: sed prior, et ubi ferrum est, paullo longior latiorque; strictior et brevior posterior ille, ubi pinnæ. An hoc modo vult, utrimque unum fuisse, sed alterum breviorem? Neque nego, natare me in his talibus, quæ usu abierunt, et usu ac periculo tamen constant. Extremum in Livio *majore sinu libratum* sc. quam vulgatæ fundæ habere solent: quod eo obscurius, quia nihil tale in Græco. Turnebus vult, fuisse duas fundas et duplicem sinum, sed inter se eas nexas, et in majore libratum telum. Sed non video, cui usui duplex hic sinus, utique si in altero modo telum. Non plura Livius, qui neglegenter (in aliis etiam solet) totum hoc de *amento* omisit, quo telum utiliter inligatum, tum ne caderet in rotatu, tum ut violentius emitteretur. At Polybius diserte et bis hic expressit, monuitque, amentationem illam in medio duorum funium factam." Cf. sup. ad 7, 23, 4.

4. *pars vulnerata militum*, forte *pars magna* v. m.; Ant. Periz. — *fidem dare*, v. ad 23, 19, 10.

5. *levium armorum auxilia*, v. ad 37, 2.

6. *consulis latera tegunt*, v. ad 24, 5, 7.

CAP. 66.)—1. *dum liceret* sibi *intacto abire*, v. ad 2, 12, 11. et 5, 25, 4. — *hostium adventum mansit*, v. ad 2, 40, 4.

2. *ex ala, quam Sacram vocant*, v. ad 37, 40, 6.

3. *captivorum agmini oblata*, v. ad 5, 13, 8. — *iis cæsis* cet. aliquid mendi hic latet: sive enim *cæsis* referas ad *vehicula*, ineptum est, sive ad *captivos*, parum verisimile; Crev. — *nullo exspectante, utcumque explicaretur agmen*: ante *utcumque* excidisse videtur *dum*; Gron.

4. *ab incondito agmine* c. v. ad 21, 57, 11.

5. *Sunt, qui — pugnatum auctores sint*, v. ad 2, 58, 1. *sint* ex emend. Sigon. pro *sunt*, quod auribus h. l. minus gratum est, et a stylo Liv. alienum. v. Drak. Neque tamen cum Ernestio ad Cic. Fin. 1, 20. et Off. 1, 2. 20. 24. contenderim, veram latinitatem postulare, ut conjunctivus excipiat dictionem *est*, vel *sunt*, *exsistunt*, *inveniuntur*, *qui*. Cf. Bentl. ad Hor. Od. 1, 1, 3. et Cort. ad Sall. Cat. 19.

CAP. 67.)—1. *Hic dies Persea perculit*, (v. ad 2, 14, 2.) h. e. acta hujus diei, prœlium hoc die commissum: (cf. Duk. ad Flor. 2, 6, 58. Gron. ad Justin. 9, 3. et ad Sen. de ira 3, 36.) sed aut leg. *perpulit*, aut excidit *ita* vel *adeo*, cui *ut* respondeat; Drak. At bene sibi obponuntur *Romanis refecit animos*, *Persea perculit*; Schæff.

2. *et propinquos tentare*, v. ad 9, 35, 1.

3. *ad Gonnum castra movet*, tentaturus, experturus, *si*, *an*, cet. v. ad 1, 57, 1. — *inexpugnabilis res*, forte *i. urbs*; Gron.

4. *Q. Mucium legatum*, nunc forsan factum ex tribuno militum. Cf. cap. 49. Idem forte intell. 43, 1 pr. nisi aliud excidit nomen. — *Achajam Phthiotim*, v. ad 33, 32, 6.

5. *Pteleum — Antrona — Larissam*, v. ad c. 42. n. 1. — *voluntate colentium*, v. ad 1, 1, 3. et 3, 69, 8.

6. *Dubitari inde*, immo *dubitare* sc. cœpit, aut *dubitavit*; Duk. — *adspiciendæ res*, v. ad 21, 6, 4.

7. *vexantibus eos Coroneis*, in quos Licinium crudeliter consuluisse, ex 43, 4. patet; Duk. *Coroneis* scripsi pro *Coronæis*. v. ad cap. 42. n. 3. — *duxit* consul. Cf. ad 1, 23, 4.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XLIII.

CAP. 1.)—1. *qua in Thessalia equestri pugna vicere Romani*: vicere quidem; (v. 42, 66.) sed prius victi sunt, et quidem in pugna majore multo et clariore. v. 42, 59 sq. Hinc *victi* vel *victi fuere* emend. Cler. et Crev. Vulgatum defendit Doujat. ut Livius unice respexerit posteriorem pugnam. At eum, Romanis suis faventem, non quidem plane dissimilasse cladem, sed scripsisse *victi primum, deinde vicere*, suspicabantur Gron. et Drak.

2. *legatus in Illyricum missus*, v. ad 42, 67, 4. — *opinione clementiæ*, v. ad 45, 38, 2. — *Carnuntem* Illyrici aut Pannoniæ

[redacted]

opp. de cujus situ et ruderibus v. P. Lambecius ad calcem lib. 2. Comm. de Bibl. Cæs. p. 997.

3. *quas intactas urbes r.*, v. ad 2, 12, 11.

4. *in Gallia, quam sortitus erat;* Cassio Italia evenit, h. e. Liguria et Gallia. cf. 42, 31. 32. 43, 9. Liguria aliquoties utrique consuli decreta fuerat, (v. 40, 35. 44. 41, 17. 18. 42, 1. 9. 10.) et alteri quoque simul Gallia, quod probabile fit ex 41, 17. 18. et eo, quod Livius nusquam refert, qui prætores post a. V. 576. (lib. 41, 8.) Galliam, ut ante, sortiti fuerint; Duk.

5. *Aquilejam indicto exercitu*, v. ad 4, 25, 4. — *XXX dierum frumentum m. d.* v. Schel. ad Polyb. c. 7.

6. *consulem ausum tantum, ut suam provinciam relinqueret* cet. v. ad 10, 18, 8. — *novo periculoso itinere*, duo epitheta uni substant. ἀσυνδέτως juncta, ut passim; Drak. quem v. ad 1, 14, 7. et 44, 43, 3.

7. *senatus gerendum censuerat*, f. *censuerit.* Sed v. ad 3, 2, 1. — *P. Marcius Rex*, forte Q. pro P. quod prænomen in hac familia aut in ulla alia ejusdem gentis non inveni; Duk.

8. *Motus distulit curam*, quia causa fuit, cur differretur. Cf. ad 5, 39, 3.

CAP. 2.)—1. *nisi genibus*, procumbentes, ut 44, 9. *quum hostes, patiantur*, immo *paterentur.* — *L. Canulejo — negotium datum est* a senatu extra ordinem, quia leges et quæstiones de repetundis nondum constitutæ erant; Duk. cf. Sigon. de judic. 2, 27. et inf. ad Epit. 47, 7.

2. *quinos recuperatores* cet. v. ad 26, 48, 3.

3. *Cum M. Titinio*, primo reo.

4. *Bis ampliatus, t. a. reus*, v. ad 4, 44, 9.

5 *excusati exilii causa solum vertisse*, v. ad 3, 13, 10. — *prohiberi a patronis* sc. legatos Hispaniæ: quæ dura est ellipsis.

6. *nobiles ac potentes compellare*, v. ad 22, 12, 12.

7. *ne frumenti æstimationem magistratus Rom. haberet*, " sc. et æstimati et emti. Æstimatum est, quod magistratibus Rom. in cellam, i. e. domesticum usum, a provincialibus sumere licebat, sed pro quo usu invaluerat, ut pecuniam sibi numerari juberent. v. Cic. Verr. 3, 81. et Burm. de vectig. c. 2. p. 20. Quum autem magistratus frumentum grandi pretio æstimarent, Hispani impetrarunt, ut illi vel frumentum ipsum adcipere, vel, si pro eo pecuniam mallent, æstimatione communi et publica uti cogerentur. Emtum frumentum est, quod provinciales Romanis vendere jubebantur. v. Cic. Verr. 3, 70 sq. et Burm. de vect. c. 2. p. 19. In illam rem magistratus Rom. pecuniam e publico adcipiebant: ex qua ut aliquid averterent, frumentum emendum vilissimo pretio æstimabant. Itaque Hispani impetrasse videntur, ne vicesimas frumenti vendere cogerentur, *quanti vellent magistratus Romani.*" Crev. Hæc probabiliora sunt, quam quæ Marc. Donatus et alii disputarunt; qui etiam de aliarum rerum vicesimis h. l. agi credidere, vel cum silentio præteriere.

8. *ad pecunias cogendas*, exigendas.

CAP. 3.)—1. *ex militibus Rom. et ex Hispanis mulieribus* cet. " Ex h. l. Sigonius de jur. civ. Rom. 1, 6. 9. conlegit, eos, qui *ex mulieribus, cum quibus connubium non esset, nati* erant, in numero servorum habitos fuisse, et ne libertatem quidem habuisse, et Turnebus Advers. 16, 21. eos servorum in numero, non ingenuos fuisse. Hoc non in universum de omnibus his verum esse arbitror. Nam qui ex cive Rom. et muliere libera, cum qua connubium non esset, nati erant, non illi quidem cives Romani, sed tamen liberi erant, nec video, cur servorum numero haberi debuerint; partus enim, quod JCti dicunt, sequitur ventrem. Eos, de quibus hic agit Livius, servilis conditionis fuisse, argumento sunt, quæ de eorum manumissione et adpellatione coloniæ, in quam deducti sunt, dicuntur. Hinc suspicor, matres eorum fuisse captivas Hispanas ancillas, quarum liberi conditionem matrum sequebantur. v. Ulpian. tit. V. §. 9." Duk. Cf. ad 8, 14, 9. et ad Tac. Ann. 14, 27, 5. et Spanhem. O. R. 2, 22.

2. *eorumque si quos manu misisset*, " sc. quum in provinciam venisset, ut præsens singulorum causas cognosceret. Nam quod non dicit Livius *ut eos manu mitteret* sed *eorum si quos manu misisset*, indicio est, non eamdem omnium causam fuisse, sed alios manu mitti potuisse, alios non potuisse. Si quid veri in eo est, quod de matribus illorum dixi, qui post mortem patrum in alterius domini potestatem non venerant, manu mitti potuerunt: qui justo titulo venierant, non potuerunt." Duk. Cf. Spanh. l. l.

3. *Cartejam ad oceanum*, v. ad 21, 5, 3.

4. *Latinam eam coloniam fuisse*, immo *esse*, h. e. in posterum esse, vel haberi: nam colonia nunc primum facta est; Gron. — — *libertinorum* coloniam. v. ad 8, 14, 9.

5. *ipsorum fore potestatis* cet. v. ad 3, 62, 5.

CAP. 4.)—1. *tantum pavorem, ingressi* cet. Desiderantur h. l. comitia et consularia, quibus A. Hostilius Mancinus et A. Atilius Serranus consules facti sunt, et prætoria cum sorte provinciarum: item res gestæ a P. Licinio proc. in Macedonia; Sigon. De initio cap. v. ad Epit. n. 3.

2. *ad pacem precibus petendam*, v. ad 9, 16, 3. — *culpamque in duorum amentiam — ab consule Licinio* cet. v. ad Epit. n. 1. et 3.

3. *spatium petierunt*, latinius *petierint;* Gron.

4. *sub corona venisse*, v. ad 2, 17, 3. et 3, 55, 8. — *Indigna* sc. *ea* aut *res*: nisi alterutrum excidit; Gron. — *edicere*, v. ad 30, 5, 1.

5. *injustum bellum initum* — *censere*.

CAP. 5.)—1. *Carnorum Istrorumque et Iapydum* ex emend. Drak. pro *Iapidum*. Ἰάποδες ap. Steph. Byz. et Strab. 5, 217. 7, 313. sq. Ἰάπυδες ap. Ptol. 2, 17. Dion. Cass. l. 49. p. 412. Plin. 3, 18 - 21. *Iapudes* in fast. Capit. triumph. cf. Pigh. Ann. ad a. 624. Similiter *Illyrii*, *Illurii* et *Illirii*, *Satyra*, *Satura* et *Satira*, aliaque. v. ad 22, 4, 1. et de *Iapydibus*, Illyrici populo, Heyne ad Tibull. 4, 1, 108. et ad Virg. Ge. 3, 475.

2. *ad id locorum*, v. ad 9, 45, 1.

3. *Munera mitti legatis ex binis m. d.* v. ad 42, 6, 6.

4. *equorum commercium*, jus emendi; Ern. Similiter 45, 29 extr. *commercium salis* id. qd 2, 9. *vendendi salis arbitrium*.

4. *C. Sicinius* cet. cf. Drak. et Pigh. Ann. ad a. 568. 571.

CAP. 6.)—1. *frumenti centum millia*, sc. modiorum, ut passim in mentione frumenti et salis. Sic et Gr. μεδίμνων omittitur. Cf. not. 6. et 23, 21. 33, 42, 5. Drak. ad h. l. et Schwebel. ad Lamb. Bos. Ellips. Gr. p. 191. — *Alabandenses templum Urbis Romæ se fecisse ludosque* cet. v. ad Tac. Ann. 4, 56, 4.

2. *Hoc Lampsaceni*; post aut ante *hoc* insere *et*; Gron. et Drak. *Hoc*, idem, sc. ut donum in Capit. cet.

3. *Discessisse se a Perseo*, v. ad 24, 45, 2. — — *ne in regiam potestatem reciperentur*, male *reciperentur*, *exciperentur*, *reciperentur* iterantur; Drak. *restituerentur* conj. Doujat. *redigerentur* Bos. *reciderent* Gron.

4. *in sociorum formulam referre*, v. ad 26, 24, 5.

5. *Et ex Africa legati simul Carthaginiensium*, vox *simul* superflua, vel potius indicat, excidisse, *et Masinissæ venerunt*: *Carthaginiensium*; Crev.

6. *tritici decies centum millia*, cf. not. 1. *decies centum millia* pro vulg. *d. centena*, *m.*, ut 33, 42, 5. et 43, 8, 3. Cf. Gron. de pec. vet. 2, 8. p. 83.

CAP. 7.)—1. *bene ac gnaviter*, strenue, studiose ac sincere, *destinarent* cet. v. ad 3, 41, 11. 24, 2, 1. 24, 23, 3.

2. *milites intra præsidia regis*, v. ad 38, 11, 4.

3. *Mictio pedibus captus*, v. ad 2, 36, 7. et 35, 38, 1. — *ita adfecto*, v. ad 5, 10, 6. — *ultimæ necessitatis extemplo visa res* legatio, forte ut 2, 3. *leges res surda*: nisi *est* leg. pro *res*; Drak. Vocem *legatio* delendam putabat Crev., et Duk. conj. *est introlatus*, *omnes convertit*. *Ultimæ* cet.

4. *tum quum maxime* cet. v. ad 29, 17, 6.

5. *quam se dedant Persi*, v. ad 42, 25, 1. — — *Qui exclusissent eos*, immo *quæ*; Sigon. Sed v. ad 3, 47, 1. — *spoliataque sacrilegiis* sc. ornamenta templorum. *spoliaque sacrilegii* emend. Gron.

6. *quibus nihil neque dicere pensi, neque facere*, v. ad 42, 23, 2. Post *pensi* excidit aut intell. *sit*.

CAP. 8.)—1. *in absentem jacta*, v. ad 2, 12, 7. 2, 45, 6.

2. *non ut ea*, talia, *a magistratibus* Romanis, *sociis atque amicis paterentur* sc. Chalcidenses, vel potius Græci; nam præcedens *Græcia* pro Græcis dici potest. v. ad 3, 47, 1. Sed forte cum Gron. leg. *socii a. amici*, aut cum Duk. *a magistratibus suis socii a. amici paterentur*. — *dominum*, *præter magistros* sc. navium, (ut 29, 25. 45, 42.) *in hospitia deduci æquum censere* sc. senatum. An leg. *censeret*? — *commode pervcherent*, quia æger erat.

3. *decies centum millium æris*, v. ad c. 6. n. 6.

CAP. 9.)—1. *octo naves ornatas*, v. ad 9, 40, 12.

2. *Issam* — *Issensium navium*, v. ad 31, 45, 7.

3. *ut adcolas Illyrici tuterentur*, immo *tueretur*; quod et alii monuere. — *ad octo millia hominum vario genere armavit* pro *varii generis*: (ut *mixti* et *mixtum genus hominum* 37, 39, 40. 42, 51, 58.) sed hoc melius esse puto, quia illud etiam de varietate armorum adcipi potest, quæ non est mens Livii; Duk.

CAP. 10.—1. *Uscana oppidum* Penestarum in Illyrico (hod. Albania) *finium plerumque* (adject.) *Persei erat*, h. e. maximam partem. Sic *Europæ plerumque* 45, 9. pr. ut *medium campi*, *exiguum spatii*, et similia; Drak. "Nonnihil dissimile est *plerumque noctis processit* ap. Sall. Jug. 21. (ubi cf. Ciaccon.) Nam in eo supplendum est *tempus*, ap. Liv. 45, 9. *spatium* aut aliud hujus modi. Præferrem tamen *Europæ pleraque* vel *Europam plerumque*." Duk. Οὔσκανα conrupte forsan. Ὕσκανα ap. Steph. Cf. Schweigh. ad Polyb. 28, 8, 11.

2. *furto et fraude agendæ rei*, v. ad 9, 31, 7.

3. *nec fidem adciperet*, v. ad 23, 19, 10. — — *duodecim millia*, v. ad 9, 24, 2. — *tendebat*, v. ad 4, 19, 1.

4. *sub jactu teli fuerunt*, malim *sub ictu*; Drak. Ita *sub ictu teli esse*, *sub ictum venire* forte et *ad ictum venire*, (v. ad 26, 40, 5.) et *esse extra ictum* 27, 18. 28, 30. 34, 28. 37, 27. Sed et *ad* vel *intra teli jactum venire* et *extra teli jactum esse* dixere Curt. 3, 10, 11. 4, 3. Virg. A. 11, 608. et alii.

5. *et incondita multitudo*, v. ad 21, 57, 11.

[redacted]

6. *ne sustinere procellam — possent*, v. ad 32, 13, 3.

CAP. 11.)—1. *sacrificii causa R. venerat*, v. ad 4, 2, 6. — *ne quæ major i.*, forte *qua*, Periz. et Drak.

2. *miserunt, qui conperta, quæ agerentur, referrent, et* mandatum perferrent, *ut A. Hostilius* cet., vel *et* sc. legatos miserunt eum in finem, *ut* cet. — *comitia consulibus subrogandis* (v. ad 2, 8, 4.) *ita ediceret, uti Januario comitia haberi possent:* vocem *comitia* bis positam ante *haberi* tolle; Gron.

3. *edicto senatores omnes — abesset*, cf. ad 36, 3, 1.

4. *ante diem V.* (v. ad 6, 1, 9.) *Cal. Sept.*, immo *Cal. Febr.* propter verba, not. 2. et 5. laudata. Idem jam monuere Pigh. et Gron. Male vulgatum servat Dodwell. de cyclis diss. X. p. 494. et 509.

5. *Legati ex Macedonia, exacto admodum mense Febr., redierunt*, v. ad 21, 36, 3. — *exercitum consulis infrequentem conmeatibus vulgo datis per ambitionem*, v. ad 1, 57, 2. et 43, 14, 5.

6. *Ignominiam, Claudii temeritate adceptam,* (v. cap. 10.) *elevare* (v. ad 3, 21, 5.) *eos*, consulem et tribunos militum, (ita Drak.). *Patres adceperunt, qui perpaucos — amissos referebant;* verba *Patres adceperunt* delenda putabant Cler. et Crev. eadem et τὸ *qui* Freinsh. hæc tria et *referebant* Gron. et Drak. aut leg. *referentes*. Forte servari possunt verba hæc suspecta, si Livio, non legatis, tribuantur, ut sensus sit, *Patres adcepisse*, a legatis audivisse, *ignominiam* illam *elevare eos* nuntios seu fugitivos, *qui* cet. Sed malim ejicere *eos Patres adceperunt*, et reponere *elevasse Sex. Digitium*, vel *e. tribunum militum, qui — retulerit*. Cf. princ. cap. In ant. codice forsan post *elevare* lacuna fuit, perperam expleta ab emendatoribus.

7. *Calendæ intercalares*, ut 45, 44, 2. (ubi prima vox excidisse videtur) primus dies mensis intercalaris, quem deinde reliqui ejusdem mensis exceperunt, *die tertio post Terminalia* h. e. d. XXIII Febr., nam Terminalia d. XXI Febr. seu IX Cal. Mart. agebantur. Sed inf. 45, 44. legimus *postridie Terminalia intercalares* Calendas diesque *fuisse:* unde et h. l. ita legendum esse suspicari possis. Contra Dodwell. de cyclis 10, 26. et in Append. ad Præl. Camd. p. 743. 751. 761. putat Romæ in usu fuisse, ut postridie Terminalia essent Calendæ intercalares: at interdum evenire potuisse, ut inter Terminalia et Calendas intercal. medius intercederet dies, si nempe dies ante ex anno exemtus esset, ne nundinæ in Nonas alicujus mensis vel in Cal. Jan. inciderent, qui dies postea interponendo alium suppletus sit: Livium igitur primum diem numerare Terminalia, secundum diem interpositum, tertium Calendas intercalares; et ita sæpe utriusque termini rationem in numerando habuisse. Cf. ad 1, 19, 5. 6. et 42, 10, 5.

8. *Sacerdotes intra eum annum mortui, L. Flamininus* augur. v. 25, 2 pr. Præter hanc vocem nomen successoris aut nomina aliorum augurum sacerdotumve, et mortuorum et in horum locum subfectorum, excidisse videntur. Cf. Drak.

CAP. 12.)—1. *aut conparare eos — aut sortiri* (v. ad 3, 2, 1.) *placuit*, et (quod excidisse videtur) *prius quam id sors cerneret* v. ad 21, 41, 2. — *in incertum*, v. Gron. Obss. 1, 25. extr. — *ne quid gratia momenti faceret*, v. ad 1, 47, 7.

2. *nullus certus finitus numerus*, v. ad 10, 13, 13.

3. *non permissum, ut consules facerent his* quatuor legionibus, forte urbanis, *tribunos* militum: *populus creavit*, v. ad 7, 5, 4. et cf. 42, 31. et 35.

4. *mille socii navales cives Rom. libertini ordinis*, locus clarus ad intellegendum discrimen libertinorum et libertorum, Ern. Cf. ad 9, 38, 1. — *in Macedoniam, ubicumque classis esset*, " i. e. quacumque in parte orave Macedoniæ classis esset. Quid ergo, si forte alio loco esset, quod fieri potuit, an tamen in Macedoniam deportandi erant? Fortassis *in Macedoniam, aut ubicumque c. e.* Classem sortitus est C. Marcius Figulus c. 15. Ea autem, quum ad illam venit Marcius, Chalcide erat. 44, 1." Duk.

5. *peditum quina millia, treceni et triceni equites:* " verum plures, quam trecentos, equites legioni additos esse non constat. v. ad 8, 8, 10. Forte leg. *treceni* vel *et treceni equites*, vel *peditum q. m. duceni et treceni equites*." Drak.

CAP. 13.)—1. *Non sum nescius, ab eadem negligentia, qua nihil Deos portendere vulgo nunc credant,* (forte *credunt*) *neque nuntiari admodum* (v. ad 21, 36, 3.) *nulla prodigia* cet. v. ad 1, 31, 1. *ulla* emend. Gron. Sed v. ad 2, 45, 7.

2. *quædam religio tenet*, me s. animum, (v. ad 2, 5, 4. et 9, 30, 4.) capit animum meum, incitat, movet me, *quæ illi prudentissimi viri, publice suscipienda censuerint* prodigia, v. ad 1, 20, 11. et 1, 31, 1.) *ea habere*, ut ea habeam, *pro dignis, quæ in meos annales referam:* nisi cum Crev. et Drak. leg. *indignis* et *tenet* dictum pro inpedit, vetat. v. ad 2, 63, 3.

3. *facem in cælo conspectam* cet. v. ad 1, 31, 1. — *bovem feminam loquutam publice ali:* " quod etiam alias, eodem prodigio nuntiato, factum fuerat ex responso haruspicum. v. 35, 21. et 41, 13. Sed quia hoc responsum nondum editum erat, quo tempore Anagnini prodigium illud Romam nuntiabant, verba *publice ali* aut ita ca-

pienda sunt, bovem interim, dum resciscerent, quid haruspices jussuri essent, publice apud se ali, aut inportune h. l. posita videri possunt." Duk. — *species adfulserat*, forte *effulserat*, h. e. subito fulserat; Gron. et Burm. ad Val. Flac. 6, 27. cf. sup. 22, 1. 28, 15. 41, 22.

4. *Reate imbri lapidavit*, v. ad 27, 37, 1. — *Cumis in arce Apollo*, ejus simulacrum, *lacrumavit*, v. ad 40, 19, 3.

5. *in æde Primigeniæ Fortunæ, quæ in colle est*, v. ad 29, 36, 5. — *palmam in area enatam*, v. ad 32, 1, 9. — *sanguine interdiu pluisse*, v. ad 1, 31, 1.

6. *Duo non suscepta prodigia*, v. ad 1, 20, 11. et 1, 31, 1. Mox leg. *palmam enatam in inpluvio suo;* Gron. Cf. n. 5. — *L. Atrei*, forte *L. Atrii*, ut 28, 24. Duk. et Drak.

7. *libri a decemviris aditi*, v. ad 3, 10, 6. Mox *adiderunt et* ex emend. Gron. recepi pro inepto vulg. *et addiderunt.* v. ad 1, 18, 2. Præterea Drak. malebat *aditi, qui quadraginta* cet. — *circa omnia pulvinaria* cet. v. ad 5, 13, 5. — *populus coronatus*, v. ad 23, 11, 7.

8. *uti decemviri præierunt* sc. verba. v. ad 4, 21, 1. " Sed ita *præire* hic non potest adcipi. Malim *præceperunt:* nam decemviri dicuntur *inperare* et *jubere*, quæ res divinæ prodigiorum expiandorum causa faciendæ essent, 31, 12. et 38, 26. et haruspices de prodigiis consulti *jubere* 35, 21. et 36, 37." Duk.

CAP. 14.)—1. *consules plebem apud senatum adcusabant, quod* non modo seniores, sed *et*, etiam, *juniores non responderent*: contra biennio ante multi sponte nomina dederant, quia viderant locupletes, qui in Macedonia et Asia stipendia fecerant; Jac. Periz. cf. 42, 32.

2. *C. Sulpicius et M. Claudius prætores plebis causam egerunt*, edidi ex emend. Jac. Periz. qui recte hæc notavit: " Ex cap. 11. et 15. omnino *prætores* leg. pro *tribuni.* Ex *PR.* librarii fecerunt *TR.* vel pro solita oscitantia, vel quia sequebatur continue *plebis.* Illi prætores *plebis causam egerunt* contra consules, et, quia ipsi prætores erant, receperunt, *prætores* vel communiter omnes, vel se solos, *si ita senatui videretur, delectum perfecturos esse:* quapropter etiam his ipsis, Sulpicio et Claudio, *non sine sugillatione consulum*, ab senatu hoc *mandatum est.* Non invenies quoque in Livio ullum tribunum plebis e gente Sulpicia, quæ adhuc integra erat inter patricias; immo neque in omni historia Rom. ante Marii et Sullæ tempora, quando P. Sulpicius Rufus seditiosus ille tribunus pl. fuit. Perperam itaque Pighius ex h. l. duos hos non tantum tribunos, sed et quæstores et ædiles facit, Rufumque et Flamininum cognominat." — *neminem invitum militem ab iis fieri*, i. e. ad militiam aut nomen dandum cogi. Nolim legere *neminem nisi invitum:* nam ambitiosorum est fugere offensiones, eoque neminem cogere, quod jure possis: qui si contemsissent causam doloris invidiamque, et severitate M'. Curii bello Pyrrhi essent usi, facilis fuisset delectus; Gron. Mox post *magna Patrum* excidisse videtur *consensione;* Sigon.

3. *censui censendo*, agendo. cf. Ern. clav. Cic. — *hæc adjurarent*, v. Heins. ad Ovid. Her. 20, 159. — *Tu minor annis XLVI es*, v. ad 3, 57, 5. et 22, 11, 8.

4. *ad delectum prodito*, ut mox *in delectu p.* v. ad 3, 14, 6. *prodibis* conj. Duk. ut in his juris jurandi formulis. Cf. c. 15. extr. — — *quem* delectum *his cens.* (ita olim scriptum erat) *magistratus habebunt* edidi ex emend. Gron. pro vulg. *quem hic censores magistratum habebunt.* Sigonius emend. *quicumque censores m. h.* Sed Gron. jam monuit, credibile non esse, hos censores tempus magistratus sui egressos esse, et de bello, quod in manu esset, tam male ominatos, ut proximis pluribusque censoribus parem necessitatem fore delectus acerrime habendi animis præciperent. Ursinus conj. *quum hi censores m. h.* Saltem *dum* scripsisset Livius.

5. *commeatibus per ambitionem inperatorum* cet. immo *inperatoris:* (A. Hostilii Mancini cos.) unde et *ab exercitu*, non *ab exercitibus;* Drak. Recte, opinor. Cf. ad cap. 11. n. 5. — *P. Ælio, C. Popillio coss.* respicit ad ea, quæ 42, 17. de adparatu belli Maced. scripsit; Duk.

6. *qui in patris aut avi potestate essent:* " Jus jurandum, quod præter commune omnium civium jus jurandum præstari volebant censores, ad eos tantum pertinebat, qui ita censebantur, ut eorum censui censendo lex diceretur, i. e. qui patres familias essent. Quum autem, *qui in patris aut avi potestate erant*, ipsi ita non censerentur, eorum nomina ad se edi jusserunt, ut hos quoque, æque atque eos, qui censi erant, in provinciam redire cogerent." Duk. — *ante emerita stipendia gratiosa missio*, gratiæ captandæ causa data, per gratiam et ambitionem inpetrata. v. ad 3, 57, 5. et 7, 39, 1. — *fora et conciliabula*, v. ad 25, 5, 3.

CAP. 15.)—1. *Latinisque actis* cet. v. ad 1, 45, 2.

2. *ex legionibus eas, quas videretur* ipsis dare, *consuli darent*, v. ad 1, 29, 4. " Mox scribe: *Indigne patiens prætorum arbitrio se consulem subjectum*, et ante τὸ *indigne* intell. vel relativum *is* aut *ille*, vel substant. *consul* aut *Cn. Servilius Cæpio;* qualis ellipsis Livio frequens est, (cf. ad 25, 35, 3. et 37, 20, 4.) Forte tamen malis: *Indigne patiens p. a. consul se subjectum.* Paulo post tuto corrige: *prætores consulis in eligendo arbitrium fecerunt*, cf. ad 27, 8, 2." Gron.

[redacted]

3. *Senatum censores legerunt*, v. ad 23, 22, 1. — *princeps*, v. ad 27, 11, 8. — *e senatu ejecti*, v. ad 4, 24, 5.

4. *milites ex Maced. exercitu, qui quam multi abessent ab signis, census docuit, in provinciam cogebant*, adigebant, conpellebant, vel in provinciam et ad exercitum redire cogebant. Cf. cap. 14 extr., et Drak. ad 32, 26, 3. — *stipendiis missorum c., et cujus nondum justa missio* cet. v. ad 3, 57, 5. et 7, 39, 1. Post *stipendiis* excidisse *emeritis* putabat Gron. et *nondum emeritis* Crev. "Omnes, qui *emeritis stipendiis missi* erant, justam missionis causam habebant: quare non erat, cur horum causas cognoscerent. Itaque credo hoc intellegendum esse de causis eorum, qui nondum confectis stipendiis missi erant, et præcipue, quorum missio iis gratiosa videbatur. c. 14. *mitti stipendiis* tamen inusitatum est." Duk. *Stipendiis emeritis missorum* expono, qui missi erant hoc prætextu, quasi forent emeritis stipendiis: quod utrum verum, nihilque gratiæ datum esset, censores cognoscebant; Drak.

5. *ita jusjurandum adigebant*, ut alibi *adigere ad jus jurandum* et *jure jurando*. Cf. Gron. ad Gell. 4, 20. 16, 4. Cort. ad Sall. Cat. 22. et Davis. ad Cæs. B. G. 7, 67. — — Ex tui animi sententia cet. v. ad 22, 53, 7.

CAP. 16.)—1. *In equitibus recensendis* — — *multis equos ademerunt*, v. ad 9, 46, 20. et 24, 18, 5.

2. *publica vectigalia aut ultro tributa conduxissent* v. ad 5, 23, 6. et 39, 44, 6. — *ad hastam suam adcederet*, v. ad 4, 53, 4. — *socius aut adfinis* c. v. ad 38, 31, 3.

3. *Clientem* ejus s. hujus (alterutrum excidisse putabat Gron.) *libertinum parietem demoliri jusserant* sc. censores, *quod publico inædificatus esset*, v. ad 39, 44, 3. — *Adpellati* v. ad 2, 27, 2.

4. *ad pignera capienda miserunt* v. ad 3, 38, 12.

5. *Diem ad ejus* rogationis? an rei? *rogationem*: neutrum placebit. Tolerabilius esset *diem ad eam rogationem dixit* sc. perferendam vel jubendam: sed hoc quoque fortassis sine exemplo est; Duk. — *avocatam a se concionem*, v. ad 1, 6, 1. — *in ordinem se coactum*, v. ad 3, 35, 7.

6. *ingentes tumultus ciere*, videtur studiosæ elegantiæ: nisi leg. *ciens*, *Ti. Gracchi* cet., Gron.

7. *censori perduellionem se judicare*, forte *perduellionis*; Gron. v. ad 1, 26, 4. et 26, 3, 3.

8. *diemque comitiis a C. Sulpicio prætore urbano petiit*, v. ad 26, 3, 4. — *Non recusantibus censoribus, qui minus* cet. Drak. edidit pro vulg. *quo minus*.

9. *in ante dies VIII. et VII. Cal. Oct.* v. ad 6, 1, 9.

10. *Censores in atrium Libertatis adscenderunt, et ibi signatis tabellis publicis clausoque tabulario* cet. v. ad 4, 8, 4. — *dimissis servis publicis*, qui, quemadmodum aliis magistratibus, ita etiam censoribus, non solum ad hanc rem, quæ forsan non tam veteris instituti est, verum etiam ad alia, eaque varia, ministeria adparebant; Duk. Cf. Marc. Donat. ad h. l. Lips. Elect. 1, 22. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 15. Bos. ad Cic. ad Att. 12, 21.

11. *ex XII centuriis equitum VIII c. c.* immo *ex XIIX*, et forte *XIII.* pro *VIII.*, Drak. Cf. 1, 43.

12. *annulis aureis positis, vestem mutarunt, ut subplices p. c.*, v. ad 2, 54, 5. et 9, 7, 5. — — *conceptis verbis juravit*, sollemniter. Sic etiam *verba juris jurandi concipere* dicitur, qui et ipse sollemnem ejus formulam conficit pronunciatque, et alio verba præeunte repetit.

13. *negavit se Gracchum morari*, v. ad 2, 24, 5.

CAP. 17.)—1. *ut numerum colonorum augeret*, — *ex SCto s.* v. ad 34, 42, 2. *augerent* conj. Periz. (cf. Drak. ad 34, 56, 11.) *ut numerus c. augeretur*; Gron.

2. *legati, in Græciam missi, SCtum, Thebis primum recitatum* cet. cf. Polyb. 28, 3-7. 11. 14. — *præbuerat*, forte *præbuit*; Ant. Periz.

3. *Achaico concilio Argis agitato* forte *coacto* vel simile; Drak. Pro *Argis* cum Ursino leg. Ægii ex Polyb. 28, 3, 10. v. sup. ad 27, 30, 8. — *egregia* cum aut in *spe futuri* cet. (v. ad 1, 14, 4.) nisi cum Mureto malis *fidissimæ genti relicta*. — *criminumque*, v. ad 3, 19, 7.

4. *Thyrii concilium legatis Acarnanes dederunt* cet. cf. Polyb. 28, 5. ex quo *Thyrii* editum pro *Tyrrei*. v. sup. ad 36, 11, 6. — *qui ad Macedonas gentem trahebant*, ex emend. Gron. pro *ad Macedonicam gentem*. Hæc vetus lectio non displicebat Ursino, si ex Polyb. l. l. *res* post *qui* insereretur. Sed non adhæsisse singulis ejus verbis Livium, et inepte h. l. *Macedonicam gentem* memorari, monet Gron. (Cf. ad 23, 8, 2.) Idem mox legere malebat: *quod* (ignominæ adcipere) *bello captos et hostes mos esset*. Id probat inlustratque Cort. ad Sall. Cat. 3, 2.

CAP. 18.—1. *a Thracia pacem Cotys*, (v. ad 42, 29, 6.) *ab Epiro Cephalus*, Molossorum princeps, calumniis Charopis conpulsus ad *defectionem a Romanis* ad Perseum, ne indicta causa abduceretur Romam. Cf. 45, 26. Polyb. 27, 13. 30, 6-8. et Diodor. in Exc. Peiresc. p. 309. ed. Vales. T. 2. p. 578. ed. Wessel. Mox post *præstarent* inserendum videtur *et*, maximaque distinctio ponenda post *subessent* aut *domuisset bello*, ne oratio nimis longo deducatur filo. Tum supra *ratus* dictum pro *ratus est*, vel leg. *occasionem* (sc. esse) *est ratus*. — *Dardanos recens domuisset bello*, quod narratum in præc. capp. hujus libri, quæ interciderunt. Cf. Epit.

2. *aditum prebentibus Romanis*, leg. *Romano* minore ambiguitate; Gron. — *et duobus millibus levium armorum*. v. ad 22, 37, 3. — — *Stuberam*, v. ad 31, 39, 2.

3. *ibi cum juventute Illyriorum Romanum præsidium*; ergo Uscana, quæ Persei præsidio tenebatur, (v. cap. 10.) in potestatem Romanorum pervenerat. Quod qua occasione factum fuerit, Livius narrare omisit; sed ex h. l. intellegi voluit; Drak. — *obpugnare est adortus*; dele τὸ *est*, et mox lege: *alii aliis subcedentes scalas muris, pars ignem* cet. Gron.

4. *ut in nec opinata obsidione*, v. ad 8, 30, 7.

5. *vitæ t. l. fidem adciperent*, v. ad 23, 19, 10.

6. *primum arma ademit*; quid postea? Junge *jussis primum*, aut *tamen* lege pro *primum*. Alterum hic orationis membrum excidisse, quo Livius significaverit, quod ex seq. cap. adpareat, Romanos a rege retentos esse, suspicabantur Crev. et Drak.

CAP. 19.)—1. *quæ prope numero exercitum æquabat*; potius superavit, et incredibile est fere, tot millia militum Rom. se tam facile Perseo dedidisse: forte mox leg. *duo millia*, ut *IIII M.* ex *MM* factum sit; etsi mallem *mille*; Drak. — *transitus ea est*, v. ad 3, 70, 2. *Labeates* seu *Labeatæ* septemtr. Illyrici populus, *ubi Gentius regnabat*.

2. *Prætereunti frequens castellum*, v. ad 10, 11, 3.

3. *Qua deditione celeriore spe*, quam spes fuerat: ingratus ablativorum et ὁμοιοτελευτῶν concursus. — *Ad Oæneum perventum*, valde abruptum, et forte excidit *inde* ante *ad*; Duk. — *quam cetera* sc. oppida erant.

4. *cohors regia, quos Nicatoras adpellant*, v. ad 37, 40, 4. — *conjuges liberosque eorum*, puberum, *in custodiam dedit* sc. Perseus; nisi leg. *liberique e. in c. dati*. — *alia cessere prædæ militum*, v. ad 4, 10, 2. et 6, 14, 11.

5. *ad Gentium legatos Pleuratum Illyrium, exsulantem apud se, et Apuleum Macedonem a Berœa* (v. ad 1, 50, 2. et 42, 58, 1.) *mittit* cet. cf. Polyb. 28, 8. *Pleuratus* dicebatur et pater et filius Gentii s. Genthii, (v. ad 22, 33, 3.) sed h. l. intell. privatus homo, etsi forsan regis cognatus. *Apuleum* nomen mire corruptum. τὸν Βεροιαῖον 'Αδαῖον dixit Polyb. et Livium in cod. suo APPIΔAION habuisse conj. Reiske. — *in amicitiam*, f. *ad a.*, Crev.

CAP. 20.)—1. *Hi transgressi jugum Scordi montis* cet. cf. Polyb. 28, 8. *Scordus*, extremus mons Illyrici, qui illud a Dardania Mœsiaque sejungit, τὸ Σκάρδον ὄρος dicitur Ptol. 2, 17. Strab. 7. p. 329. Polyb. l. l. et *Scodrus* inf. 44, 31. hod. Argentaro. — *Scodra* opp. Illyrici, Gentii regia, (cf. 44, 31. 32. 45, 25. Plin. 3, 22. Ptol. 2, 17. et nummus ap. Holsten. in Adnot. ad Ortelii Thes. Geogr. p. 171.) Σκόρδα Polyb. l. l. (ubi Schweigh. monet, utrumque nomen *Scodra* et *Scorda* in usu potuisse esse, quum nil frequentius sit transpositione liquidæ consonæ ρ cum muta, qualis sit δ) Σκάρδων Strab. 7, 5, 4. p. 315. hod *Scutari*, et apud incolas *Scadar*. Cf. Cellar. G. A. 2, 8. p. m. 621 sq.

2. *Ancyram inde populatus Perseus*, ἐπ' Ἄγκυραν ap. Polyb. 28, 8, 11. sed hæc lectio ex Ursini non tam codice quam conjectura, Liviana vero ex uno MS ducta est, et notissima quidem Ancyra Galatiæ, Phrygiæ et Siciliæ, non vero Illyrici, sive ea urbs sit, sive, ut Duker. putabat, regio. Cf. Schweigh. ad Polyb. l. l. ubi præterea monet, in optimo cod. Bavar. legi ἐπ' 'Ακκῦναν, unde conj. ἐπ' Οὔσκανα. Sed hoc Penestarum opp. omnino ab Ancyra h. l. distingui videtur. — *rursum reducit exercitum*, pleonasmus, ut *rursus revocare*, (9, 27 pr. ubi v. Drak. et 29, 4 pr.) *redire* cet. Cf. ad 2, 45, 10. et Drak. ad Epit. XIV. — *firmatisque Uscanæ præsidiis*, v. ad 21, 57, 7.

CAP. 21.)—1. *moveri non ausus*, pot. u *movere* sc. se; Drak.

2. *Ab utraque gente sine tumultu exigi*, scribe *exegit*, vel potius *exacti*; Gron. — *Dyrrhachium: tum Epidamni magis celebre nomen Græcis erat*, hod. Durazzo, emporium et caput Taulantiorum in Illyrico Græco s. Maced., unde olim Brundisium in Italiam, ut nunc a Caleto Dubrim, trajici solebat. v. ad Sil. 8, 574. *Dyrrhachium* Romanis dictum a peninsula aut conditore, quia *Epidamnus* inauspicatum iis nomen, et velut *in damnum* ituris omen visum est. v. Strabo 7, 5, 9. p. 316. Pausan. 6, 10. Plin. 3, 23. s. 26, Mela 2, 4. Dio 41. — *Phanotem Epiri castellum*, quod plerique *Phanota* plur. num. dixere, et τοὺς Φανοτεῖς Polyb. 27, 14, 4. Sic et *Phanota* inf. 45, 26 pr. nisi ibi est sing. num., et h. l. leg. *Phanotam* aut *Phanoten*, et cap. 23 pr. *Phanotes* aut *Phanotæ* pro *Phanotis*, a Gr. Φανότη. Alia est Phocidis *Phanotea* sup. 32, 18. dicta primum Πανοπεὺς s. Πανόπη, postea Φανοτεὺς, Φανότη, Φανότεια. v. Strab. 9. p. 291. al. 407. et 648. B. Herodot. 8, 34. Pausan. 10, 4. Palmer. Græc. antt. 6, 15. Burm. ad Ovid. Met. 3, 19. Schweigh. ad Polyb. l. l. et Heyne ad Hom. Il. 2, 520. — *auxilia Athamanum T.* cet. v. ad 32, 5, 6. — *Cleva*, qui Κλεύης, Dor. Κλεύας, memoratur etiam Strab. 13. p. 832. Etymol. M. p. 498. et in Brunck. Anal. T. 2. p. 55.

3. *in Elimeam profectus*, v. ad 31, 40, 1. — —*vocantibus Epirotis*, immo *Ætolis*, quod ex seqq. et cap. 22. patet; Crev. et Drak.

4. *sita est super Ambracium sinum*, cf. ad 31, 47, 3. et Duk. ad h. l. — *ad Citium montem* inter Macedoniam et Ætoliam, qui forte pars Pindi fuit, qua proxime ad Acroceraunios adcedit; Drak. Forte adjacebat ei Citium opp. 42, 57.

5. *quia manere non poterat*, v. ad 5, 55, 2.

[redacted]

6. *ad templum Jovis, quem Nicæum vocant*, Νικαῖον, victorem, ut Νίκη Ἀθηνᾶ, de qua v. Suid.

7. *Ad Arachthum flumen* Epiri, (v. ad 38, 3, 6.) *retentus altitudine amnis, mansit*, pernoctavit, vel potius *diem, biduum* vel simile quid excidit ante *mansit*, quod tum est substitit, ut paullo ante ; Jac. Periz., Crev. et Drak.

8. *per quem ei Stratus tradebatur*, actus pro conatu. Cf. cap. seq. et ad 3, 21, 3. An leg. *traderetur?*

CAP. 22.)—1. *in fidem suam venturos*, v. ad 7, 18, 1.

2. *In tempore et Dinarchus* cet. v. ad 2, 47, 4.

3. *tamquam ad Persea tendentem*, v. ad 4, 19, 1.

4. *Petitarum amnem*, v. Palmer. Græc. ant. 3, 13. p. 421. — *consilio advocato*, v. ad 1, 54, 1. et 10, 17, 1. — *Epirotarum transfugæ*, eorum, qui erant ex factione Cephali. (v. cap. 18.) qui *transfugæ* vocantur, quia ab Romanis defecerunt; nisi leg. *Ætolorum* ; Crev. Cf. not. 3.

5. *in Aperantiam*, v. ad 36, 33, 2. — *Aperantii*, forte *Aperanti*, ut ap. Steph. Ἀπεραντοί, Drak.

CAP. 23.)—1. *Rex cum minore vexatione i. h.*, immo *Rex non minore*, Freinsh. et Gron. — *Phanotis*, v. ad c. 21. n. 2. — *ducentis*, v. ad 1, 23. Malim sic *cum non minore v.* ut c. 21. 44, 5. et al. sed potuit etiam Perseus in reditu minoribus incommodis vexatus esse, vel quod anni tempestas clementior, vel quod regio, in quam rediret, non adeo aspera, vel quod viæ minus difficiles essent; Drak.

2. *Appius, superatis angustiis*, (v. ad 32, 5, 6.) *in campo* Epiri, *quem Elæona vocant*, forte vicinum urbi Elæunti, quam Ptol. 3, 14. inter mediterraneas Epiri memorat ; unde *Elæona* scripsi pro *Eleona* ; Drak.

3. *Philostrato, qui Epirotarum gentem habebat* in potestate ? regebat ? Sed *gens Epirotarum* in unam *cohortem* contribui non poterat, et forte leg. *Epirotarum transfugas* ; Crev. Cf. ad c. 22. n. 4. Idem Philostratus memoratur Polyb. 27, 14.

4. *per Parthinorum socias urbes* Romanorum. v. Palmer. Græc. Ant. 1, 34. p. 182. — *in hiberna militibus dimissis*, forte *divisis*, quia modo præcessit *dimissis Chaonumque* — — *præsidiis* ; Ant. et Jac. Periz. — *Romam sacrificii causa rediit*, v. ad 4, 2, 6.

5. *Ab Gentio eadem adferentes* cet. cf. cap. 19. 20.

6. *nec tamen inpetrare ab animo posset* suo pusillo et contracto, h. e. a se ipso propter ingentem avaritiam, ut Gentio, qui pecuniam sibi maxime deesse dixerat, (v. cap. 20.) daret in sumtum belli : quo sensu dicimur etiam *parcere animo*, quum frenum laxamus, *vincere animum*, quum resistimus adfectibus alia dictantibus, quam honestas aut tempus inperat ; Gron. Cf. ad hæc Polyb. 28, 9. et 29, 2. Ea, quæ hic refert, et alia quoque desiderari in fine hujus libri putabat Drak. ex quo tamen nihil periisse sibi persuadebat Crev.

COMMENTARIUS
IN
LIVII LIBRUM XLIV.

CAP. 1.)—1. *Q. Marcius Philippus consul cum quinque millibus* ; hic aliquid deesse putant Crev. et Drak. numerum enim et non absolute sic poni et per se, haud adjecta re, quæ numeretur, et ipsum vitiatum esse : plures enim milites in *subplementum* exercitus Macedonici decretos, (v. 43, 12.) nec verisimile esse, reliquos ante consulem in provinciam profectos esse. — *quod in subplementum l. s. trajecturus erat*, cum Drak. leg. *quot*, aut cum Gron. *quod subplementum*.

2. *M. Popillius consularis* cet. cf. 42, 49. — *adolescentes* etiam viri dicti, v. c. prætor et consul Cic. Cæcil. 9. et Phil. 2, 46.

3. *cui classis provincia evenerat*, v. ad 2, 40, 9.

4. *simul ex Italia profecti* sc. prætor et tribuni militum, *Actium Acarnaniæ portum*,

opp. et prom. ad sinum Ambracium, victoria Augusti Actiaca nobilitatum, (v. ad Sil. 15, 302.) *tenuerunt*, v. ad 1, 1, 8. — *superato Leucata*, v. ad 26, 26, 1.

5. *ad cunctam militarem disciplinam*, ad omne genus militaris disciplinæ, ad omnes ejus partes observandas ; ut *cunctus* 4, 33. et ap. Sallust. Jug. 57. (ubi v. Cort.) et *omnis* pro *totus*; Drak. *unicam* pro *cunctam* conj. Gron. Cf. ad 1, 21, 3. — *ab effusa licentia*, v. ad 1, 1, 5. — *cum cura inspexisset* (ut 29, 1, et 24.) ex emend. Manutii pro *insistet*. — *ornato exercitu*, v. ad 1, 14, 4. et 9, 40, 12.

6. *et in rebus deinde gerendis* cet. Lacunas h. l., sed non satis feliciter, explevere Sigon. et Pigh. in Ann. ad a. 584.

7. *sensurum in exitu rerum s.*, del. *τὸ in*; Mur.

CAP. 2.)—1. *de summa gerendi belli*, v. ad 3, 5, 6.

2. *menstruum secum ferre* sc. frumentum, ut *τὰ ἐπιμήνια* menstrua, cibaria, conmeatus ap. Polyb. 31, 20. et 22. Cf. Lips. de mil. Rom. 5, 2. et Schel. ad Polyb. c. 7. — — *quam exercitum adceperat* ab Hostilio proc.

3. *convocatis itinerum ducibus, quum*, ut *exponerent* cet. Gron. emend. citra necessitatem *convocatos i. duces quum exponere in consilio jussisset, qua via quisque ducturus esset, submotis iis* cet. Cf. ad 1, 17, 7. 1, 54, 1. 3, 70, 2. 8, 6, 6. — *quam viam potissimum peteret*, ut mox *quam potissimum capesseret viam* et *quod iter petiturus esset*, v. ad 1, 23, 7. et 3, 70, 2. Cf. Drak. — *retulit ad consilium*, v. ad 1, 54, 1. 8, 6, 6. et 26, 2, 3.

4. *per Pythium — Cambunios m.* cet. cf. 42, 53, 54. — *divortium itinerum*, v. ad 21, 31, 4.

5. *inter Azorum et Dolichen*, Ἀζώρου μεταξὺ καὶ Δολίχης Polyb. 28, 11, 1. Cf. sup. ad 42, 53, 3. Strab. 7. p. 327. et Schweigh. ad Polyb. l. l. — *decem millia levis armaturæ juvenum*, vox *juvenum* plane otiosa est et delenda, vel in ea latet nomen gentis alicujus ut mox *XII millium Macedonum* de altero præsidio ; Crev. — *circa Dium stativa habuit*, cf. Diodor. in Exc. Peiresc. ap. Vales. p. 309.

6. *cum equitibus expeditis*, v. ad 5, 16, 2. — *Heracleum* opp. Perrhæbiæ in Macedoniæ confinibus. Cf. 44, 18. Drak. ad h. l. et Schweigh. ad Polyb. 23, 11, 3. *per litora* (ut c. 4.) pro *litore* conj. Crev. et *intercurrebat* pro *percurrebat* Gron.

CAP. 3.)—1. *consuli sententia stetit*, v. ad 4, 13, 6. Mox lacuna ex 31, 36. a Sigon. ita expletur : *ubi propter* (v. ad 21, 27, 6.) *Octolophum diximus regis castra Philippi fuisse.* Sed ibi castra Sulpicii fuisse, 31, 36. traditur ; Duk. Plura deesse putabat Doujat., et Crev. *regem* potius Persea fuisse, *Octolophum* autem librariis deberi, aut alium esse locum, quam qui 31, 36. memoretur, quippe qui longe abfuerit ab *Heracleo, Phila* et *Dio*.

2. *turrim Eudieru*, v. ad 44, 28, 5.

3. *Sollicito consuli et propter itineris difficultatem, et* propter *eorum vicem* cet. cf. ad 1, 25, 5.

4. *summum belli*, v. ad 3, 5, 6. — *consperserunt* sc. milites. — *protenus* ut *duceret* milites.

3. *dies unus fessis — tertio die* cet. v. ad 40, 22, 1.

CAP. 4.)—1. *ad tuendum saltum* cet. cf. cap. 2. extr.

2. *concursum ab illis* sc. esset, vel e seqq. fuisset ; Doujat. *concurrissent* emend. Gron. — *in angustum dorsum cuneatum*, v. ad 9, 40, 1.

3. *qui gravium armorum erant*, v. ad 22, 37, 3.

4. *cum levi armatura* (alterius partis) *conserere*, excidit *manus* vel *pugnam*; Crev. Ejusmodi quid ex seq. *pugna* conmode repeti potest; Ern. Sed hoc est gravis armaturæ, quæ pede conlato cominus pugnat, non levis, quæ procursando eminus missilibus rem gerit : unde aliud hic vitium esse suspicor ; Duk. Cf. ad 6, 12, 7. et 21, 55, 2. Forte leg. *cum levi armatura rem gerere, per iniqua — pugnam petens.* — — *pugnam petere*, v. ad 1, 25, 7. — *in jugo inopi*, ut 5, 42. et 22, 39.

5 *neque regredi sine — periculo* poterat, *sed cedenti — poterat.* At leg. potius cum Mur. Gron. et Drak. *periculo, si cedenti ex s. l. instaret hostis, poterat.* — *audacter conmissum* (h. e. vel peccatum, vel inceptum, inchoatum, Drak.) *corrigere pertinaci audacia, quæ prudens interdum in exitu est*, cf. ad c. 6. n. 3.

6. *ab duodecim millibus* passuum, h. e, tot millium intervallo ab hostibus. Cf. ad 38, 20, 2. et 42, 58 pr.

7. *Romanus imperator major LX annis* cet. ὁ δὲ πρῶτος ἐξῆρχε τοῦ πόνου, ἐξηκοντούτης ὢν καὶ βαρὺς τὸ σῶμα καὶ πιμελής, Appian. Maced. 12. ap. Suid. v. πιμελής.— *relicto in custodia jugi*, forte in *custodiam jugi*, h. e. ut jugum custodiret, ut ei præsidio esset; Drak.

8. *qui repurgarent iter*, ut mox *saltum aperire*. — *præ se habens*, præeuntia. — *agmen cogit*, v. ad 32, 2, 4.

CAP. 5.)—1. *redire, qua venerant*, v. ad 10, 12, 2. — *Per proclive sumto fastigio*, initio facto a summo conlocandorum asserum, qui a summo in imum sensim deferrent ; Bauer. Cf. ad 1, 38, 6. — *quam quanta*, v. ad 26, 19, 2.

2. *qua rupes abscisæ*, v. ad 3, 70, 2. et 4, 19, 5. — *Solido*, in solido, quod c. 9. *stabile solum* dicitur.

[redacted]

3. *usque* ad *alterius initium pontis.* — *clunibus*, in clunes. — *planicies altera pontis*, alterius pontis. v. ad 1, 1, 6. — *Paullo plus* quam *septem millia* passuum *die*, per diem, (ut contra mox *nocte*) *Romani processerunt*, nisi cum Gron. leg. *eo die*.

4. *an infestus is locus esset*, v. ad 1, 7, 7. et 39, 29, 3. — *in tam cava valle*, sc. quam in qua substiterant priore die ac nocte. Sed forte leg. *in concava valle*.

5. *quod nec hostis umquam adparebat*, immo *usquam*; Sigon. Potest tamen *umquam* dictum esse ratione totius diei et variarum ejus partium; Drak. — *Heracleum* pro *Heracetum* ex emend. Gron. — *Libethrum*, forte *Libethra*: certe τὰ Λίβηθρα vel Λείβηθρα urbs Pausan. 9, 30. et Conon. Narrat. 45. Λείβηθρος et *Libethra* fons Suidæ, Melæ 2, 3. et Plin. 4, 9. dicitur; Drak.

6. *ii vallem campi quoque partem*, immo *ii v. campique p.*, Mur. et Gron. Pro *ii* insuper leg. *alii*; Duk. — *tenderet*, v. ad 25, 6, 10.

CAP. 6.)—1. *Quo nuntio quum pavidus*, pavefactus, (nisi *quo nuntio* dictum, ut *hoc nuntio* 24, 19, 4.) *exsiluisset e solio*, balneari, labello, πυελῷ, *Badewanne*, lapide in labri formam excavato. Cf. Ern. clav. Cic. v. *labellum*, et ad Suet. Ner. 50. Ὁ δὲ ἐξήλατο τοῦ ὕδατος, βοῶν, ὅτι ἑαλώκοι πρὸ τῆς μάχης, Appian. Maced. 13. ap. Suid. v. ἀναλαμβάνειν. — *proripuit* se. v. ad 2, 24, 6.

2. *per alia atque alia pavida consilia et imperia trepidans*, v. ad 1, 14, 6. et 3, 49, 4. Locum, qui sequitur, mutilum esse, et, quæ exciderunt, ex Livii cap. 10 pr. et Diodoro in Exc. Vales. p. 310. ita fere subplenda putabant Crev. et Drak. *Duobus ex amicis Niciam proficisci jussit Pellam, ubi pecunia deposita erat, et, quidquid ejus ibi nancisceretur, in mare dejicere: alterum Andronicum misit Thessalonicam, ut navalia incenderet. Simul Hippiam et Asclepiodotum ex præsidiis revocat.* Nota Gron. est: "Neque *Pella* viri est nomen, neque *Asclepiodotus* loci. Verba autem illa, *ubi pecunia deposita erat*, omnino sunt aliena. Possis existimare, post τὸ *trepidans* interjectum aliquid fuisse, quo narraret Livius, quod breviter innuit cap. 10 pr. ejusque narrationis particulam illa esse verba. Sed credo potius, addidisse ea librarium, qui invenerat illa adscripta voci *Pellam*, postquam in hanc transformatum verum nomen exstitit. Etsi enim hoc loco narrandum illud fuisset, tamen intellegi ex postea narratis more suo Livium id maluisse certum habeo. Est autem omnino scribendum: *duos ex amicis*, (alterum) *Hippiam, alterum Asclepiodotum, ex præsidiis revocat* cet. Cf. c. 2. et 7." — *omnes aditus aperit bello*, revocans præfectos præsidiorum, qui hostes aditu Macedoniæ arcebant.

3. *demigrare Pydnam cogit*, forte *cogitat*: quod et conjecisse video Jac. Periz. Cf. extrema verba cap. Verum et h. l. quædam periisse verba, quibus narraverit Livius, quod Diodor. l. l. tradit, scil. incolas Dii cum omnibus familiis *demigrare Pydnam coactos* esse, suspicabatur Drak. — *eam temeritatem consulis non inconsultam audaciam fecit* ipse Perseus ignavia sua. *non inconsultam* ex emend. Sigon. et Gron. pro *non consultam*. Muretus conj. *eam consultam inaudacia fecit*; ut *inaudax* ap. Horat. Od. 3, 20, 3. Præstiterit: *eam nunc consultam audaciam facit*. Cf. ad cap. 4. n. 5. — *inde evadere* sc. e loco, quo processerant, unde invito hoste regredi non poterant.

4. *quæ utraque* loca, Tempe et Dium; nisi potius leg. *qui utrique* sc. saltus. — — *primam speciem adpropinquantis terroris sustinuisset*, forte leg. *prima specie adpropinquantis terrorem*, quem adpropinquans (quis? hostis?) incuteret, *sust.* conj. Drak. Sed hoc minus, quam illud intellegi potest. *Sustinere speciem terroris* recte dicitur, ut ap. Cic. Tusc. 2, 25. *doloris speciem ferre*: sed malim *vanam speciem*; Ern. — *per Tempe in Thessaliam* verba perperam repetita putabat Crev. Verum Livius nunc de duobus saltibus et difficultatibus, quibus Romani inpliciti fuissent, per partes agit, et infra alterum quoque saltum nominatim iterum memorat; Drak.

5. *Sunt enim Tempe saltus*, amœnissimæ Thessaliæ et quidem Pelasgiotidis convalles inter Ossam et Olympum montes, quas Peneus perfluit, *etiamsi* cet. conf. Plin. 4, 8. s. 15. Strab. 9, 5, 2. p. 430. inpr. Ælian. V. H. 3, 1. Horum descriptiones parum convenire Livianæ, et de longitudine inter omnes convenire, de latitudine discrepare, jam monuit Drak. A Livio horrorem potius, Romanis in hoc saltu et valle propter angustos transitus incussum, quam amœnitatem loci, ab omnibus fere scriptoribus celebratam, notari, dicit Cellar. O. A. 2, 13. Forte et non eadem amœnitas fuit omnium loci partium *bello*, in bello, (usu artis bellicæ, objiciendis difficultatibus; Ern.) — *fiat infestus*, v. ad 1, 7, 7. et 39, 29, 3. — *per quinque millia* passuum, *qua* parte, via — *rupes utrimque abscisæ*. v. ad 3, 70, 2. et 4, 19, 5.

6. *Hic locus*, forte *hic saltus*, quia statim sequitur *loca*; Duk. — *præsidiis regis fuit insessus: unum in primo aditu ad Gonnum erat, alterum Condylon*, cf. ad 39, 25, 5. Scribe *præsidiis regiis* (sed cf. cap. 9. 26. et 35) et *alterum* (præsidium) *ad Condylon*; Gron. Forte leg. *alterum in Condylo, castello inexpugnabili*; Drak.

7. *Quod ut furto fefellerant*, furtim et clam hoste fecerant. v. ad 3, 8, 2. et 9, 31, 7. — *commisso*, v. ad 8, 25, 2.

8. *paullo plus* sc. spatii, *quam mille passuum spatium*, bene dici, nec opus esse cum Gron. legi *spatii*, vel insuper suadente Heinsio ad

Vellej. 2, 110, 1. deleri *τὸ quam*, quia illud æque ellipticum sit, et Livius hanc elegantiam non ubique captet, jam monuit Drak.

9. *Baphyri amnis*, qui Dium præterlabitur. Βήφυρος dicitur Lycophr. in Cass. 274. Βαφύρας Pausan. 9, 30. et Athenæo 7, 22. p. 326. (7, 130. ed. Schweigh.) *Balyri* edd. ante Frob. a. 1535. Sed Βαλύρας est Peloponnesi fl. ap. Pausan. 4, 33, 4. Drak. — *planiciæ* edd. antt. cui *planicie* substitutum Francof. a. 1578. et *planiciei* a Modio. *Planitia*, ut *segnitia* et al. Cf. Drak.

10. *fossa modica valloque*, forte *vallove*, et mox *turresve*. — *ad Pydnam refugit*, forte *rex fugit*.

CAP. 7.)—1. *remisso nuntio ad Sp. Lucretium*; forte leg. *misso*, et Lucretius videtur esse prætorius (v. 42, 9.) et ex iis, qui tribuni militum consulem sequuti erant. Cf. cap. 1. pr. — *metarique*, forte *metatusque*; Drak.

2. *exornatam publicis locis multitudine statuarum*, statuis potissimum æneis occisorum in prœlio ad Granicum, a Lysippo conflatis, quas Alexander M. Dii ponendas curavit, ut urbi, ab Ætolis eversæ, novum daret splendorem. v. Polyb. 4, 62. et Arrian. 1. 1. p. 47.

3. *Agassam* [illegible] Macedoniæ vel potius Thessaliæ, [illegible] cum Æginio *Agassæ* junguntur 45, 27 pr. ubi v. Drak.) *tradentibus sese ipsis, rec*[illegible]*it*, v. ad 3, 47, 1.

4. *immunes ac suis legibus victuros*, v. ad 25, 16, 4. Mox *quanto* pro *quantum* conj. Mur. et Gron. Sed v. ad 3, 15, 1.

5. *ope hostis, quæ adgravaret*, v. ad 4, 12, 3.

6. *literæ adlatæ sunt — se tenere*, v. ad 8, 19, 10.

CAP. 8.)—1. *ad Philam ducit*, v. ad 1, 23, 4. — *simul ut præsidium* ejus firmaret, v. ad 21, 57, 7.

2. *manenti imperatori*, vox *imperatori* plane otiosa; Crev. et Duk. Mox *alii ignarum belli, quæque in dies f. n.* conj. Jac. Periz. — *obferentibus sese rebus*, prospera rerum gerendarum occasione se obferente seu oblata, fortuna cœptis adspirante, favente. — *emisisset e manibus*, forte *emisisset*, ut 21, 48. 28, 42. 35. 6. 37, 12., Duk. Cf. tamen ad 25, 38, 8. — *Simul*, v. ad 3, 62, 4.

3. *citra ripam Enipei amnis* Macedoniæ, qui *fluit ex valle Olympi montis*, nec longe infra Dium in mare exit. Alius *Enipeus* Thessaliæ fl. qui Pharsalum præterlabitur et in Apidanum influit. Mox cum Gron. leg. *et supra rupem ingentes gurgites facit, et infra prorutam in mare evolvendo terram* cet.

4. *septum iter hostis*, f. *hosti*; Crev. Utrumque bene dicitur. — *extrahere reliquum tempus*, v. ad 4, 43, 6.

5. *amni imminente*, qui forte Apilas dicitur Plin. 4, 10.

CAP. 9.)—1. *Juvenes etiam quidam* cet. cf. fragm. Polyb. 28, 12. ex Suida v. σημαία et κεραμωτόν. — *nondum hac* (v. ad 1, 5, 1.) *effusione inducta bestiis omnium gentium Circum complendi*; Baueri nota est: "*Effusio* in spectantibus a) profusio, b) copia inmensa, adparatus largus *circum complendi*, *effusis* in eum bestiis multis. Cic. p. Rosc. Am. 4. quas *effusiones* fieri putatis? — *bestiis omnium gentium*, i. e. ex omni terrarum orbe, populo, conquisitis, peregrinis: nec leg. puto cum Ursino *generum*, quod præ illo languet." Cf. et Drak.

2. *nec, semel quadrigis, semel desultore misso* cet. v. ad 8, 40, 2. et de *desultore* ad 23, 29, 3. Nota Gron. est hæc: "Scribendum: *et semel quadrigis*. Non, inquit, ita multiplicabantur quadrigarum et desultorum missus, ut nunc: semel quadrigæ mittebantur, dein exhibebantur desultores; et *utrumque* horum *curriculum* h. e. cursus (ut 45, 33.) *vix unius horæ tempus complebat*. Ut tamen producerent muneris tempus, *varia* alia *spectaculorum conquirebant genera*, in quibus erat illa testudo. *Curriculum* primæ edd. quod male Basil. 1539. mutatum in *circulum*." Pro *nec* etiam legi posse *nam* et *ac*, jam alii monuere.

3. *Inter cetera sexageni ferme juvenes* cet. pulchra descriptio testudinis militaris. Cf. ad 5, 5, 3. simil. loc. Ammian. 26, 12. et Lips. Poliorc. 1, 5. — *sexagenos*; quo numero ad ordines in legionibus adspectum, qui tanti erant: nam manipulatim aut centuriatim in testudines se conglobabant, ne quis confusionem putet, aut ordinem vel hic neglectum; Lips. l. l. Sed h. l. describitur ludicri genus, ad rem militarem translatum, et *interdum plures* armati inducebantur. — *interdum plures adparatioribus* (magnificentioribus) *ludis* recepi ex emend. Mureti. (v. ad 23, 4, 1.) *adparitoribus ludi* edd. primæ et recentt. *ab adparitoribus ludi* ed. Lugd. 1553. et aliæ. Saltem leg. *adparatoribus ludi*, vel *ab adparatoribus ludi*. Nam *adparitores* (v. ad 1, 8, 2.) ab h. l. alieni.

4. *in parte* id. qd. mox *ex parte*, ut ap. Quintil. 2, 8, 6. et 10, 7, 25. nisi leg. *ex parte*. — *decurrentis exercitus*, v. ad 23, 35, 3. — *ex parte elegantioris exercitii, quam militaris artis:* expunge vocem *artis*, quæ sensum obturbat; Gron. et Crev. *elegantioris, quam exercitii militaris, artis* conj. Periz. — *propior g. a. usum*, v. ad 2, 48, 5.

5. *Quum alios decursus edidissent motus*, v. ad 23, 35, 3. Incommodum hic voc. *motus*, etiamsi *decursus*, non *motus*, sit genit., pro quo legi possit *decores*, aut pro *motus mox*, quod ad seqq. referatur; Bauer. *decursus edidissent et motus*, et *decursu edidissent motus* conj. Duk. posterius etiam Doujat., Crev. et Lips. Poliorc. 1, 5. — *quadrato agmine facto*, v. ad 2, 6, 3. — *submissioribus* magis inclinatis. — *genu nisis*, v. ad 43, 2, 1. *fastigatam*, sicut tecta ædificiorum sunt,

[redacted]

testudinem faciebant, v. ad 5, 5, 3. et 37, 27, 5. τοὺς θυρεοὺς ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ποιήσαντες συνέφραξαν, ὥστε τῇ τῶν ὅπλων πυκνότητι κεραμωτῷ καταῤῥύτῳ γίγνεσθαι παραπλήσιον cet. Polyb. 28, 12. cf. Lips. l. l.

6. *et in fronte extrema, et ex lateribus, soli*, i. e. soli illi milites, qui consistebant *in fronte extrema*, h. e. prima, (ut *ultimus* passim, de quo v. intpp. Nepot. Att. 1 et Justin. 2, 1.) hujus agminis, et ex utroque ejus latere; Drak. *in fronte, extremi et ex lateribus* conj. Lips. Epist. Quæst. 4, 13. et Jac. Periz.

7. *prætenta pugnantium more* (scuta sc. corporibus, ut ea tegerent) recepi ex emend. Lips. Poliorc. 1, 5. quam etiam probarunt Gron., Duk. et Drak. Cf. ad 10, 2, 3. 38, 7, 7. ad Tac. A. 2, 56, 2. Heins. ad Ovid. Met. 8, 341. 11, 511. 12, 376. Vulgatum *prætecta* haud tueberis, sive explices *prætecta* corpora scutis, sive per hypall. suadente Bauero, scuta, quibus corpora essent tecta.

8. *imbris in modum*; forte *imbricis*, nam cum tegulari tecto comparatur ap. Suidam, κεραμωτὸν, τακτικὴ διάταξις, ὅπερ ἐποίουν Ῥωμαῖοι ἐν παιδιᾶς μέρει, *tegulare ordinis quædam instructio*, vel fastigata testudo, speciem tecti ædificiorum referens, *genus exercitii tactici, quo Romani utebantur ut parte ludicri circensis*: sed nihil opus, et Ammianus quoque 26, 8. velut imbrem e tecto delabi facit tela; Lips. Epist. Quæst. 4, 13. et Poliorc. 1, 5. Cf. Plut. Anton. p. 936.

9. *tamquam Dium, atque, inde submoto rege, in Pieriam etiam progressurus*: "Pieriam Ptol. 3, 13. ab ostio quidem Lydiæ fl. extendit ad Peneum, adeoque ad eam refert Dium: sed Strabo 7, 330. ejus terminos flumina hinc Haliacmona, inde Axium memorat, et ita Dium ipsi est extra Pieriam, ut et Heracleum. Similiter c. 20. narrat, Perseum Pieriam tenere, et tamen consulem ad ripas Enipei castra habere. Enipeus autem medio ferme spatio est inter Peneum, terminum Pieriæ sec. Ptol., et Haliacmona, ejusdem terminum sec. Strabonem." Drak. — *deversari*, v. ad 1, 51, 2.

CAP. 10.)—1. *traxerat tempus, id ipsum quod adcidit* cet. scabra oratio; forte *traxerat t. in id i. q. a.*, cessaverat inperio fungi usque ad diem, quo diversa jussus est, spatium scil. dans regi in pœnitentiam; Gron. Sed non est quod displiceat *pœnitentiæ locum relinquens, id ipsum quod adcidit*, quod quidem ipsum adcidit, sc. ut regem pœniteret; Crev. Ceterum Diodorus in Exc. Peiresc. ap. Vales. p. 310. Andronicum dicit eo consilio mandata regia exsequi distulisse, quia se rem Romanis gratam facturum existimabat; Drak.

2. *Incautior Nicias Pellæ projiciendo pecuniæ partem*, sc. omne id, *quod fuerat nactus*. Ita hæc κατ' ἐπεξήγησιν exponenda, nec leg. cum Freinsh. ad Flor. 2, 12, 5. *quod fugerat, nactus*, vel *pecuniæ quod fuerat nactus*, neque cum Gron. *projicienda pecunia raptim, quod fugerat*, sc. iram vel indignationem Persei, *nactus*: nam sic verba seqq. non haberent, quo conmode referri possent; Drak. Ad rem cf. Appian. Maced. XIV. Niconem, non Niciam missum, et Phacum, non Pellam, tradit Diodor. l. l. Sed gazam regiam Pellæ servatam fuisse, jam monuit Drak. conl. cap. 23. et 46 et Polyb. 29, 3. — *in rem emendabilem visus lapsus esse*, cum Gron. leg. *in errorem*, vel cum Drak. *in re emendabili*.

3. *Tantus pudor regi* cet. cf. Appian. Maced. 14.

4. *saxis tormento emicantibus* (prosilientibus, ut c. 33. n. 1. h. e. projectis) *percutiebantur*, immo *percuterentur*; Crev. — *Æniam inde* cet. v. ad 40, 4, 4.

5. *desperatione alia*, alia spe præcisa.

6. *tectis navibus*, v. ad 1, 14, 4. et 22, 19, 4.

CAP. 11.)—1. *Condita est Cassandrea a Cassandro rege* cet. v. ad 28, 8, 8. — *Toronaico mari*, v. ad 28, 7, 6. — *Macedonico mari*, parte Ægæi, quæ Macedoniam et Thraciam adtingit. v. Plin. 4, 11. s. 18.

2. *Eminet in altum lingua*, v. ad 22, 20, 8. et 37, 31, 5. — *in altum magnitudine* tres voces additæ a sciolo, qui montem hunc præcipuæ altitudinis fuisse noverat, quum Livius potius longitudinem promontorii, quod efficit mons Athos seu Atho, (v. Schelleri Lex.) et promontorii Pallenes inter se conparasse videatur; Drak. et Duk. *excurrit*, v. ad 22, 20, 8. — *Magnesiæ*, v. ad 36, 43, 4.

3. *Divisis partibus* copiarum *obpugnare adorti* sc. Romanus dux et Eumenes, e seqq.

4. *cervis etiam objectis*, h. e. stipitibus ramosis, in formam cornuum cervinorum truncatis et terræ infixis, quorum cuspides, e terra exstantes et frondibus herbisve tectæ, pedes equorum hominumque lædebant: unde *cervi, cervuli, cæcum vallum*, (v. 33, 5.) *stili cæci, stimuli* et *tribuli* dicebantur. v. ad Sil. 10, 413.

5. *monstrati sunt fornices* cet. v. ad 22, 36, 10. et 36, 23, 2. — *non ad eamdem crassitudinem* cet. verba simul a monstrantibus dicta, sed obliqua oratione a Livio prolata: quod et Crev. monuit. Itaque non est, quod cum Gron. legas *monstratum est, fornices non* cet., aut cum Turnebo *qua vetus muris — structi*, aut cum Drak. *monstrarunt*.

6. *a Pleurato inde missi* ex regione Penestarum; Doujat. *deinde* conj. Crev. et *eodem missi* vel *missa* Gron. Sed forte ex 43, 23. leg. *et mille ac ducenti* (*MCC* pro *MM*) *Penestarum Illyriorum, a Perseo inde* (ut 43, 23. *ex Penestarum gente*) *missi*.

7. *qui inrupere*; nullos inrupisse, ex cap. seq. satis constat, neque inermes id fuissent ausi: forte leg. *qui inrumperent*, hoc sensu: si præsto fuissent armati, qui inrumperent; Jac. Periz. Minus probabiles aliorum emendationes *qui perfodere*, *qui perrupere*, (i. e. perfodere) et *quod si qui inrumpere armati ausi fuissent.*

CAP. 12.)—1. *qui occupasset adgredi*, v. ad 1, 14, 3.

2. *suo ipse conatu perculsus*, v. ad 2, 14, 2.

3. *proxime litus tenentes*, v. ad 1, 1, 8.

CAP. 13.)—1. *obportune inminens super Demetriadem*, v. ad 1, 2, 3. 3, 51, 3. 31, 46, 4. An *inminentis?*

2. *spemque extemplo inciderunt*, v. ad 3, 10, 9.

3. *agros etiam confiderunt* cet. sc. Euphranor et Perseus. *confiderunt* pro *confisi sunt*, ut *diffidit* ap. Quintil. declam. 287. — *prætor et rex*, C. Marcius et Eumenes.

4. *per Cydantem Cretensem*, cf. c. 24. et ad 33, 3, 6. — *gratulatus*, forte *gratulatusque*: aut *gratulatum* vel *gratulaturus*, *quod p. M. intrasset*: *Pergamum inde in regnum abit*; Drak. Potest etiam post *navigat* addi *et*, aut vulgatum servari.

5. *Oreum Bœotiæ*, forte *Oreum Eubœæ*, aut *Oropum Bœotiæ*; Gron. Illud præferendum tum propter obportunum loci situm, tum quia Cn. Octavius, Marcii prætoris subcessor, *Oreum ad classem venit*. cf. c. 30 pr. *Oreum Bœotiæ* MS. quod ex *Oreū Eubœæ* factum est.

6. *æquali tenore*, continuatione. v. ad 5, 5, 5.

CAP. 14.)—1. *torquis aureus duo pondo*, Gron. de pec. vet. 1, 7. p. 36. emend. *duapondo*, h. e. duas pondo sc. libras. Cf. ad 30, 11, 1. — *equus phaleratus*, v. ad 9, 46, 16.

2. *Pamphylii legati* cet. qui status Pamphyliæ hoc tempore ac deinde fuerit, Noris. Cenot. Pis. 2, 11. exponit; Duk. — *coronam auream, ex XX millibus Philippeorum*, aureorum, ut videtur, *factam*, h. e. eorum pretium æquantem: sed sic corona populi neque magni neque divitis pretio longe superabit eas, quas alii obtulerunt: (cf. 32, 27. 36, 35. 43, 6.) quare forsan leg. *ex X.* vel potius *ex II millibus P.*; Drak.

3. *se cum Romanis stetisse*, v. ad 8, 34. 1. — — *se quoque in gratia reconciliatæ pacis posse uti*, Romanos quoque se et opera sua uti in tali re et in concilianda pace, aut nunc, aut alio tempore, posse, quemadmodum nunc Perseus utatur; Ern. Idem vero jungit alio loco *petere, se posse*, dictumque putat pro *se petere, ut possit*. Cf. ad 37, 49, 1. Nota Gron. est: "Hic quoque infuscati aliquid. Non dubium tamen legendum *et petere*, si integra, quæ præcedunt, nec fuerunt: *se iis pollicitum d. a. s. f. petere*. Istorum *se quoque* cet. sensum video: *se quoque admitti inter pacificatores posse*, et partem gratiæ in reconciliata pace ferre. Hæreo nonnihil in verbis. Possis: *se quoque in gratia r. pacis uti ponerent*; ut *ponere aliquem in gratia* vel *gratiam* pro: alicujus apud aliquem erga ipsum aut pro eo studium conmemorare, et ita efficere eum apud alterum gratiosum, ap. Cic. ad Att. 2, 25. 5, 3. 11. 6, 1. 6. ad div. 2, 25. Possis etiam: *se quoque gratia* vel *ea gratia r. p. posse uti*; ut *ambitione uti* ap. Cic. ad div. 5, 20. et alia, quæ memoravi de pec. vet. 3, 17. p. 254."

4. *victoriæ, utique de Antiocho, majore parte ad se vindicata*, v. ad 2, 30, 1. 3, 20, 2. et 6, 35, 4. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 28, 15. et 29, 4.

5. *Mari intercluso, inopia insulam premi — — conmeatibus*: hinc Rhodii omnibus legatis hoc bello Romam missis mandarunt, ut frumenti exportandi facultatem a senatu inpetrare conarentur; Drak. cf. Polyb. 28, 2. et 14.

6. *Per quos stetisset* cet. v. ad 2, 31, 7.

7. *Inde existimari potest*, v. ad 4, 15, 1.

CAP. 15.)—1. *Caras et Lycios*, qui Rhodiis olim a Romanis adtributi fuerant et ab iis crudeliter habiti. Cf. 37, 55. 56. 38, 39. 41, 6. 25. 42, 14. SCtum, quo libertas iis concessa, serius editum tradit Polyb. 30, 5, 12. cf. inf. 45, 22. et 25. Mox aute *scirent* excidit *ut*, judice Sigonio. Potius *ut Rhodii scirent indicatum* id iis esse; forte et pro *mitti* leg. *missos*, sc. esse Claudius auctor est. Sed neque hæc satis probabilia sunt, neque conjectura Crev. et Drak. *ad u. gentem et senatus consultum* vel *senatusque consultum mitti.*

2. *si id ante* (f. *adhuc*; Gron.) *dubium fuisset, legatorum verba ad certum redegisse*, v. ad 41, 23, 11.

3. *Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere*, v. ad 24, 45, 3. nuntio per orbem terrarum misso, Crev. coll. Cic. 1. Man. 5. mandato ad populos bellum gerentes misso; Scheller in Lex. Idem conj. *nunc jam*: Periz. et Ern. *nunc*; Gron. *nuntiis*, ut ita per contemtum adpellentur legati. At Drak. putabat rideri confidentiam Rhodiorum, qui sibi persuadere possint, se *nuntio* vel *nuntiis* inpetraturos, quod exercitibus obtinendum foret. Id probat Schæffer, cui aptior videtur singularis, quum augeat contemtus acerbitatem. Displicet quidem ratio hæc Ernestio, quia Romani et ipsi per legatos seu internuntios talia tentarint. Quod vero juris sibi adrogabant Romani, non aliis concedebant. Mox malim: *Deorum nutu arma sumta ac posita usque Romanis esse: jam non Deos fœderum testes, sed Rhodios habituros*. Quod σαρκαστικῶς dictum. *Eorum* vel *Rhodiorum nutu arma sumturos p. R. esse* conj. Jac. Periz. et Crev. prob. Drak.

[redacted]

4. *Itane tandem iis pareatur* cet. in his verbis se vix conmodum videre sensum, profitentur Duk. et Drak. Non male conj. Crev. *Itane tandem? Ni pareatur exercitusque de Macedonia deportentur, visuros esse, quid sibi faciendum sit?* Ultima verba, ex oratione Rhodiorum desumta, hic per inrisionem repeti monet.

CAP. 16.)—1. *conmeatus a prætore prospectos*, ita pro. *c. rem publicam prospectos* recte, puto, legitur ex emend. Sigon. De eo quidem admodum dubitat Drak. quia ex cap. 7. pateat, spem consuli factam, classem prætoris ex alto conspectam cum conmeatu venire, eum fefellisse, et ex cap. 9., conmeatus terrestri potius itinere ad hiberna consulis subvectos esse. Sed hæc dubia tolluntur verbis cap. 13. *Marcius Figulus prætor Oreum Eubææ petit, eam urbem aptissimam ratus, unde exercitibus, qui in Macedonia quique in Thessalia erant, mitti conmeatus possent.*

2. *equis CC ferme opus esse*, forte *equis M.*; Manut. Sed agitur tantum de subplemento equorum, *maxime Numidarum*; Drak. — — *sex millia togarum*, forte *sagorum*. Sed v. ad 29, 3, 2. — *locavit*, v. ad 5, 23, 6.

3. *sicut pater ejus Philippus — servabat*, (f. *servasset*) *quotidie — perlegendi*, sc. ut semper ejus memor esset. *quotidie bis in die*, forte leg. *in di m s. dies*, et del. *quotidie*, quod ex interpretatione, margini adscripta, natum videtur; Drak.

4. *magno usui consuli fuit* ed. pr. Proxima et seqq. usque ad Gron. *magnoque*. Ita, aut *et magno*, legendum videtur; Drak. — *in formulam sociorum referri*, v. ad 26, 24, 5.

5. *locum, lautia, præberi*, v. ad 28, 39, 8.

6. *Censores censum — severius quam ante habuerunt — R. Rutilio, qui trib. pl.* cet. cf. 43, 16. et ad 45, 15, 8. — *tribu is motus et ærarius factus*, v. ad 4, 24, 5.

7. *dimidium ex vectigalibus ejus anni adtributum* cet. v. ad 24, 18, 12. et 40, 46, 10. — — *ædes P. Africani pone Veteres*, non curias, (v. Lips. ad Tac. Ann. 12, 24.) sed tabernas, (v. sup. ad 3, 27, 3.) *ad Vortumni* s. Vertumni *signum* ad forum Rom. vel circum max. cf. Cic. Verr. 1, 59. Colum. 10, 308. Horat. Epist. 1, 20, 1. — *lanienasque et tabernas*, v. ad 3, 27, 3. — *in publicum emit*, v. ad 2, 9, 4. et 39, 44, 5.

CAP. 17.)—1. *in sermonibus homines habebant*, v. ad 26, 29, 2. — *SCtum Sulpicius prætor ad consulem* misit, et receptas ab eo literas *post paucos dies* (in senatu) *recitavit*, *quibus ante diem* (hic deest numerus diei et nomen mensis) significabat *in Urbem venturum*; Gron. Plura deesse post *recitavit*, ex verbis *comitia eo die, qui dictus erat, sunt perfecta*, colligo, hoc aut simili modo subplenda: *quibus in ante diem — comitia edici jussit: se ante id tempus in Urbem venturum*; Drak. Cf. 22, 33.

2. *septimo decimo anno*, leg. *XIIII.* pro. *XVII.* Sigon.

3. *designatos sortiri placuit provincias* cet. at Plut. in Æmilio Paullo p. 260 tradit, ei Macedoniam sine sorte decretam fuisse. — *cui prætori classis venisset*, v. ad 9, 12, 1. — *Latinas, ubi magistratum inisset, quod*, quoad, *per religiones posset* fieri, *primo* cet. v. ad 1, 45, 2. 5, 12, 6. et 26, 32, 3. — *consulibus Italia*, qua etiam conprehendi Galliam Cisalpinam, ex 45, 12. et 17. patet; Drak. Cf. ad 43, 1, 4. — *provinciæ nominatæ*, v. ad 21, 17, 1.

4. *et si quo senatus censuisset*, v. ad 27, 22, 2.

CAP. 18.)—1. *Jam omnium primum a senatu petit*, potius *petiit*, Duk. et Drak. — — *quaque* parte *provincia nostra*, h. e. in nostra potestate, *foret* Macedonia; Drak.

2. *suspensæ ex fortuna fidei*, v. ad 4, 32, 1.

3. *quid — rerum gestarum esset*, f. *gestum*; Gron. — *quos L. Æmilio videretur, legaret*, v. ad 1, 29, 4. Non autem *legati* h. l. sunt imperatorum in bello, ad quos Lips. de mil. Rom. 2, 2. hoc refert; Duk. Cf. cap. 20.

4. *nuntiatum est, lapidatum esse* (v. ad 27, 37, 1.) *in Romano agro, simul in Vejentibus*, forte *n. est, in Rom. agro simul et in V.*, vel *nuntiatum est in R. agro semel in V.*, Gron. *simul in Vejenti*. *Bis novendicle* cet. emend. Jac. Gron. Cf. Duk. et Drak. Delevi distinctionem post *nuntiatum est*.

5. *LXIII Africanas* feras, pantheras et pardos. Cf. plin. 8, 17, 23. intpp. Suet. Calig. 18. et Petron. Sat. c. 35. Bocharti hist. anim. 1, 3, 7. — *XL ursos et elephantos*, numerum elephantorum excidisse, putabat Pigh.

CAP. 19.)—1. *bis ex cursu Dyrrhachium ejectos*, v. ad 21, 49, 3. — *quæ nosci prius in rem esset*, v. ad 1, 27, 5.

2. *pridie Idus Aprilis* (f. *Apriles*) *Latinis esse c. d.*, v. ad 1, 45, 2. *pridie Cal. Apr.* ex c. 22. et ex fragmento Actorum S. P. Q. R. conrigunt Pigh. in Ann. ad a. 585. et Dodwell. in Adpend. Præl. Camd. p. 682. Sed nullo argumento ex Livio ipso ostendi posse, uter locus sit conruptus, et fragmenti Actorum nullam esse auctoritatem, (cf. Wessel. Probab. 2, 39. et Ernesti Opusc. philol. et crit. p. 45 sq. qui illud ab inpostore aliquo confictum esse docent) nec quidquam aliud ex eo probari posse, quam auctorem illius ap. Liv. c. 22. legisse *pridie Cal. Apr.*, docet Duk. Consules diem Latinis prætulisse, suspicabatur Sigon. Id vero si factum fuisset, æque Livius monuisset, ac fecit 39, 5. de triumpho M. Fulvii; Drak. — *Sacrificio rite perfecto*, v. ad 1, 45, 2. et cf. inf. cap. 22 extr. — *simul senatus censuisset*, v. ad 3, 62, 4.

3. *Sacrificio rite perfecto*, non Latinarum, ut paullo ante, sed sollemni sacro, quod

consules suscipiebant ineuntes, ante quam de rep. referrent aut agerent; Sigon. cf. ad 21, 63, 10. Sacrificium primi diei Quinquatrium intellegi, Dodwell. l. l. colligebat ex c. 20 pr. — *legati ab Ptolemæo et Cleopatra regibus*, v. ad 1, 39, 2. 10, 14, 2. 42, 29, 4. et 45, 13, 2.

4. *Sordidati, barba et capillo promisso*, v. ad 2, 54, 5. et 6, 16, 4. — *cum ramis oleæ*, v. ad 2, 54, 6.

5. *per honestam speciem* (v. ad 2, 32, 2.) *majoris Ptolemæi reducendi* cet. v. ad 42, 29, 4.

6. *per utrum stetisset* cet. v. ad 2, 31, 7.

CAP. 20.)—1. *legati ex Macedonia — venerunt*, cf. c. 18. — *Quinquatribus ultimis*, v. ad 2, 21, 1. et 26, 27, 1.

2. *Pieriam, quo processisset* cet. v. ad c. 9. n. 8.

3. *nec plus quam sex* dierum *frumentum habere;* ita lacunam explent Sigon., Gron. et Crev. Verum utut omnia minuant legati, vix tamen verisimile est, tam parum commeatibus prospectum esse, ut circa initium Martii non plus frumenti superfuerit, et forte legati renuntiarunt numerum, nescio quem, modiorum frumenti in horreis repositi; Drak.

4. *potuisse* eum *ancipiti bello distinere regem*, v. ad 1, 25. 4. 2, 15, 3. 3, 23, 1. *distineri* emend. Gron., Cler. et Crev. refrag. Drak.

5. *tamquam vento adlatas naves*, non consilio, sed tempestate vel vi ventorum adpulsas, *et venisse, et* statim *abiisse* cessantibus illis; Victor. var. lect. 17, 22. cf. Cic. Lucull. 3. *aves* conj. Rob. Titius loc. contr. 20, 13. coll. Strab. 5, 221. et Arist. H. A. 5, 9. Mox ante *Attali* excidit *ita;* Gron. Cf. ad 9, 17, 2.

CAP. 21.)—1. *parem numerum tribunorum consules — gessisset*, v. ad 7, 5, 4. 42, 49, 6. et cf. Ind.

2, *duas legiones esse* sc. jussum est, seu placuit.

CAP. 22.)—1. *quum aut consul essem consalutatus*, quem honorem invitus petiit et flagitante populo, qui ingenti eum consensu consulem creavit, et deinde ducem adversus Persen designatum deduxit domum. Cf. ad hæc et seqq. Plut. Æmil. Paul. p. 259. 260.

2. *hui.. visse sorti*, v. ad 3, 2, 1. et 44, 17, 3.

3. *senatui aut vobis*, f. *et* vel *ac vobis;* Jac. Periz.

4. *In omnibus circulis*, v. ad 34, 37, 1. — — *si Diis placet*, v. ad 4, 3, 4. — *qui exercitus in Macedoniam ducant*, qui se scire putent ac doceant, per quas vias et quomodo hæc omnia agenda sint; Duk. cf. Casaub. ad Theophr. Char. c. 8. et ad seqq. sup. 22, 38.

5. *contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fecit*, respici versus Ennii ap. Cic. Off. 1, 24. et de sen. 4. monet Drak.

6. *proprie rei militaris peritis*, præcipue. Cf. Ruhnken. ad Vellej. 2, 9. — *qui intersunt gerendis* (rebus), *qui loca, qui hostem* cet. conj. Sigon. et Drak. cf. 22, 38.

7. *Latinis* in feriis, *quæ prid. Cal. Apr. fuerunt, in monte* Albano cet. v. ad c. 19. n. 2. et ad 1, 45, 2. 2, 36, 2.

8. *finem esse Maced. bello*, dele τὸ *esse;* Gron. Non necessarium est, aut potius leg. *adesse;* Crev. et Drak.

CAP. 23.)—1. *per Hippiam legatum* cet. cf. Polyb. 29, 2 - 5. et Appian. Maced. 16. Hujus legationis mentio ex fine libri XLIII. cum multis aliis excidisse videtur; Drak. — *Medeone Labeatidis t.* v. ad 36, 11, 6.

2. *Missus et a Gentio est legatus* ad Persen *Olympio — cum eodem missi sunt* alii, qui pactam *pecuniam adciperent, et* præterea, *auctore Pantaucho, destinantur*, Pantauchi consilio iis adduntur, *Parmenio et Morcus*, qui in Macedoniam primo profecti, ubi regem in verba fœderis jurasse, obsides tradidisse et pecuniam adnumerasse vidissent, postea *cum Macedonibus*, cum ipsius Persei legatis, in *Rhodum* insulam abirent; Drak. cf. Polyb. 29, 2. et 3. qui alio ordine narrationis usus est; unde tamen non transponenda sunt Liviana, quod Crev. putabat; neque ex eo mox cum Periz. l. g. *Pellam ad thesauros regios missi, qui pecuniam adciperent: qui Rhodum* cet. Nam Livium quidem Polybii mentem plerumque exprimere, non vero semper ejus verba et orationis structuram reddere, jam monuit Drak.

3. *Thessalonicæ conscendere jussi*, v. ad 31, 29, 3.

4. *ab Rhodo venerat* sc. missus ad Persen. — *Dinone et Polyarato*, cf. Polyb. 27, 6. 11. 28, 2. 15. 29, 5. 11. 30, 7 - 9. Mox *legationi* pro *legationis* conj. Crev.

CAP. 24.)—1. *communia mandata*, deest verbum huic orationi. "Ex fine cap. præc. supplere possis *data sunt:* sed potius existimo, plures voces aut integrum versum excidisse. Cf. cum his Polyb. 29, 3. ex quo constat, Perseum, quum ordinasset, quæ cap. præc. narrata sunt, legatos ad Eumenem et Antiochum a' prioribus diversos misisse: quod ex his Livii verbis conlegi nequit; quum tamen de eadem re agi ostendant, quæ Livius de actis inter Eumenem et legatum Persei subdit." Drak. — — *subjicere*, v. ad 1, 59, 7.

2. *præmio belli ab Ægypto arceri* pro *ab Ægypto, præmio belli:* sed malim delere τὸ *ab;* Gron.

3. *Eumenem falsis gravioribus* criminibus onerarunt, (quæ mox exponuntur) Sigon. Cf. Appian. Maced. 16, 1. cujus tamen narratio pariter mutila est.

4. *Cydas Cretensis — Antimacho*, cf. c. 13. et ad 33, 3, 6. — *Ercpum quoque*, ut 2. . .

[redacted]

28. Κρυφῶντα adpcllat eum Polyb. 29, 3, 8. Ibi Reiske conj. *Χαιρεφῶντα*, et *Κρεσφόντην*, et forte rectius Ἡροφῶντα; at h. l. Gron. *Cryphon* et ex Aristot. Polit. 2, 8. *Euryphon*, et Duk. *Aërcpus* coll. 27, 32. 29, 12. Polyæn. Strat. 4, 1, 3. Periz. ad Ælian. V. H. 12, 43. et intpp. Justin. 7, 2.

CAP. 25.)—1. *Eumenes neque favit victoriæ Persci, neque bello eum invadere animo habuit*, h. e. in animo. v. Gron. et Drak. ad h. l. et Cort. ad Sall. Jug. 11. "In verbis seqq. Livius causam, cur non voluerit Eumenes, Persen victorem esse, exsequitur, usque ad verba *Cernebat et Persea*: a quibus incipit exponere, cur cum bello invadere in animo non habuerit. In hac narratione omnia satis perspicua sunt, et summa huc redit, Eumenem inhiasse pecuniæ, et sperasse, se pace inter Romanos et Persen concilianda ab hoc caput unctius relaturum. Sed in ea, quæ causam continet, cur Eumenes non faverit victoriæ Persei, verba *non ea æmulatio regum* obscura sunt. Nam nec adparet, quomodo præcedentibus cohæreant, nec quid sit, quod *non ea regum æmulatio* fuisse dicitur, ut Eumenes æquo animo visurus fuerit, Persen Romanis victis magnas opes adipisci. Nam illa ipsa æmulatio causa erat, cur Eumenes non faveret victoriæ Persei. Mihi videtur Livius dixisse, præcipuam causam, cur Eumenes non voluerit, Romanos a Perseo vinci, fuisse ipsorum inter se æmulationem. Tum leg. *non tam quia paternæ inter eos inimicitiæ erant, etiam ipsorum odiis inter se adcensæ, quam* (quia erat) *ea regum æmulatio.*" Duk. Minori mutatione legi forte possit *non tam quia* — — *erant, quam, ipsorum odiis inter se adcensis, non ea* cet., Drak.

2. *pacis patrandæ cum R. paciscebatur mercedem*, v. ad 42, 30, 6. — *ne bello interesset, mille et D talenta*, forte ex Appiano Maced. 16, 1. leg. *ne bello interesset, mille; pacis conciliandæ causa mille et D talenta*. Tum scribendum: *in utrumque non fidem modo — dare;* ut 28, 17. 30, 12. 32, 24. 30.) Gron.

3. *et utique alterum* cet. cf. Appian. l. l. — *sed eam pecuniam perfecta re daturum* cet. forte *daturus* et mox *depositurus*, vel *sed se eam* cet. vel potius *non recusare inpensam*. *Se eam pecuniam* cet., Drak. — *Samothracæ in templo d.* cf. ad 45, 5, 2. et ad Juvenal. 14, 260. Mox leg. *ibi an Pellæ*; Crev.

CAP. 26.)—1. *per avaritiam est dimissa res — agmen oblatum avaritia dimissum est*, eleganter de occasione et obportunitate, quam quis e manibus elabi sinit, de quo etiam *amittere* (et *omittere*) dicitur; Ern. Cf. ad c. 8. n. 2. — *quum pecuniam tutam et pacem habere* cet. locus se pessime habet, forte sic instaurandus: *quum pecunia tantula aut pacem h. p. E. —aut deceptus protrahere inimicum — et auxilium* sive agmen Gallorum — *ingens oblatum avaritia dimissum est*: nam inportunum est τὸ *tum*, et vox *agmen* ab ed. Paris. 1573. primum inserta ante *oblatum*; Gron. "Enimvero *tantula a tuta* nimis longe recedit, et MD talenta vix *tantula pecunia* dici possunt. Præterea *deceptus* non convenit sententiæ h. l. Nam Livius, si recte mentem illius capio, hoc dicit, Perseum pecunia Eumeni danda duas res sibi utilissimas consequuturum fuisse: primum eo conciliante utique pacem a Romanis inpetraturum: deinde, ea inpetrata, prodendo, quæ occulte inter se et Eumenem acta fuerant, animos Romanorum ab eo alienaturum fuisse, si intellexissent, eum non studio ac benevolentia erga hunc aut illam partem ductum de reconcilianda inter eos amicitia laborasse, sed aviditate pecuniæ incensum suam solius utilitatem in ea re spectasse. Intererat autem Persei, opes Eumenis minui; quod maxime efficere poterat, si Romanos ei inimicos reddidisset. Itaque lego *quum pecunia et tutam pacem* (ut ap. Lucan. 10, 332.) *habere — et receptus* (sc. in amicitiam a Romanis, Eumene conciliante) *protrahere* cet." Duk. Sed *receptus* simpl. ita vix dicitur, et forte leg. *quum et pecunia tutam pacem — et ea recepta protrahere* (quasi ad lucem, prodere, ut 27, 3. 33, 28. 45, 5. et aliis locis, quæ laudarunt Periz. ad Val. Max. 1, 5, 8. et Burm. ad Quintil. declam. 4, 14.) *inimicum* cet.; Drak. Idem monet h. l. pacem *redimere* dici pro emere, ut ap. Sall. Jug. 29. (ubi v. Corte) et Justin. 43, 9. at *bellum redimere* ap. Justin. 6, 1. et 7, 5. pro efficere data pecunia, ne bellum inferatur, et *redimere* ap. Ovid. Her. 17, 49. (ubi v. Burm.) et Sall. Cat. 14. (ubi v. Corte) pro rependere, pensare.

2. *Gallorum effusorum per Illyricum.* — — *Veniebant decem millia equitum* Gallorum cet. cf. Appian. Maced. 16, 1. 2. et Plut. Æmil. Paul. p. 259 sq. Pro Gallis ille Getas memorat, hic modo Galatas, modo Bastarnas, gentem a Gallis oriundam; (v. Schweigh. ad Appian. l. l.) unde et Clondicus mox Gallorum, et sup. 40, 58. Bastarnarum, regulus dicitur. "Etiam Diodor. in Exc. Peiresc. p. 313. Bastarnas vocat Γαλάτας. Parum referre, utrum Gallicam, an Germanicam gentem dicamus, fuisse enim Gallos Germanis permixtos, existimat Vales. ad Exc. Peiresc. p. 79. Bastarnas tamen non Gallos, sed Germanos fuisse, docent Plin. aliique; quos Livius, Plut. ac Diod. Gallos vocarunt exemplo Polybii, cujus tempore verum discrimen inter Gallos et Germanos Græcis adhuc incognitum erat. Habitarunt autem trans Istrum. v. 40, 57. Oros. 4, 20. et Plut., Diodor. et Appian. ll. ll." Drak. Cf. sup. ad 40, 57, 5. — *peditum, et ipsorum jungentium — equos*, hi pedites una voce παραβάται dicuntur Plut. l. l. Cf. de hoc Gallorum more v. Pausan. 10, 19. et Cæs. B. G. 1, 48.

3. *Ipse equos phalerasque*, καὶ ψέλλια χρυσᾶ, (torques aureos) *et parum auri*, στατῆρας μυρίους Appian.

4. *Ad Almanam urbem*, non aliis memoratam. Alia est Almonia s. Almon ap. Plin. 4, 8. s. 15. et Steph. Byz. Thessaliæ opp. *Albanam* (quæ Albanopolis dicitur Ptol. 3, 13.) et *Amantiam* conj. Turneb. Adv. 30, 37. Sed illa versus sinum Hadriat., hæc in Orestide sita erat, et h.l. designatur urbs interioris Macedoniæ versus Thraciam in ripa Axii vel non longe inde sita; Drak. — *Desudabam in Mædica*, Jac. Gron. emend. *Dausdabum in Mæsia*, (ita Ptol.) vel potius *Œsymam* s. *Œsimam in Mædica* seu Edonide, Mædicæ finitima. Cf. Mausacus ad Harpocrat. — *Bylazora, Pæoniæ locum*, ut ap. Polyb. 5, 97, 1. Βύμαζος, πόλις Παιόνων Ephorus ap. Steph. Byz.

5. *ecquid aurum — secum adduxisset*, v. ad 1, 9. 3. *advexisset* conj. Gron. — *Cleondicus regulus*, v. ad 40, 58, 5. — *nisi aurum obsidesque adcepissent*, forte *adceperint*; Gron. et Crev. — *institit de perfidia — disserere*, v. ad 24, 26, 7.

6. *ne graviores eos* Gallos *socios habeant* Perseus et Macedones, qui eos arcessierint, *quam hostes Romanos*, forte *Romani*, i. e. quam hostes eosdem experiantur Romani, contra quos arcessierint; Gron. Sed ita Livius etiam scripsisset *ne ipsi* vel *ne Macedones graviores* cet., et in vulgato optimus sensus est.

CAP. 27.)—1. *Adparebat in omnibus*, immo *adparebat omnibus*, sc. in consilium vocatis; Gron. Forte pro *in* leg. *jam* vel *id*, aut cum drak. *ita*. — *timere* sc. Persea, regem.

2. *ecquid ipsis quinque millibus* cet. v. ad 1, 9, 3.

3. *retro ad Istrum — redierunt*, v. ad 2, 45, 10.

4. *de se cogitandum*, salus sua respicienda, ei consulendum, ut ap. Cic. Rab. perd. 10. et ad div. 1, 7, 7. 2, 8. Cæs. B. C. 1, 5.

5. *quum ex adverso castra Macedonum* essent. Quo facto Perseus Romanorum animos confirmavit, et Macedonum, *qui ea pependerant spe* cet. illa similiave verba exciderunt, quia librarius, in errorem inductus a bis posita voce *Macedonum*, ab una ad alteram, mediis verbis præteritis, transiit; Sigon. Recte: sed aliena *Quo facto*, et potius substitue *quo neglecto*, vel cum Crev. tanta *occasione e manibus amissa*; Drak. — — *quum CCC talenta Pellæ missis* cet. cf. cap. 23. et Polyb. 29, 3. Mox cum Gron. lege *signare eos pecuniam passus, inde decem talenta ad P. misit* cet.

6. *quum adsidue Pantaucho* cet. forte *a Pantaucho*. Sed v. ad 5, 12, 5. — *M. Perpernam et L. Petillium legatos* Romanorum, *qui tum forte ad eum venerant* de ea re questum, *in custodiam conjecit*, exploratores illos esse causatus. cf. Appian Maced. 16, 1. et Illyr. 9. Plut. Æmil. Paul. p. 261. Περπενναs et Πετήλιος vel Πετίλιος Gr. scribitur, sed etiam Περπέρνας et Πετίλλιος, ut in numis et fastis Capit. Cf. Drak. ad h. l. et Græv. ad Cic. p. Rosc. Com. 1.

7. *contraxisse eum necessitates* cet. cf. Appian. et Plut. — *ad revocandum, qui pecuniam portabat*, forte *ad revocandos, qui p. portabant*. Cf. præc. "Sed rem ita concipere possumus, Persea plures suorum Pellam misisse, qui pecuniam adveherent, at omnibus unum præcipua auctoritate præfuisse, qui regis nomine cuncta expediret. Mox pro *ex victo* forte leg. *ex victoria*." Drak. — *ignotis*, forte *inritis*; Gron.

CAP. 28.)—1. *quinque pristes erant*, v. ad 35, 26, 1. — *sparsæ* pristes: potius *sparsi*; Crev. aut *sparsas*, Drak.

2. *Cassandrex deductæ naves*, v. ad 8, 26, 1.

3. *Rhodias apertas naves* (v. ad 22, 19, 4.) *Eudamumque inviolatas* cet. scribe *inviolatos* (ut mox *adpellatos*): nam haud dubie ad propius digniusque respexit Livius, immo adcepit, quasi posuisset ante *Rhodios in navibus Eudamumque*; Gron. — *circumvecti propere* sc. Antenor et Callippus.

4. *Subota classis tenuit*, v. ad 1, 1, 8.

5. *naves, quas hippagogos* (ἱππαγωγοὺς, quibus equi vehuntur) *vocant*, aut *hippagos* (ἱππηγοὺς Polyb. 1, 26, 14. 1, 27, 9. 1, 28, 2. 7.) et *hippagines*. v. Fest. et Schæff. de mil. nav. 4, 1. "*Hippagogus* edd. ante Vascos. quod est ipsum Gr. ἱππαγωγοὺς, ut in multis MSS et edd. *sarissophorus* 36, 18. *apocletus* 36, 28. *Gordiutichos* 38, 13. *Silenu come* 38, 15. *turris Eudieru* 44, 3. *Græca Menandru* et *Apollodoru* in didascaliis comœdiarum Terentii. Malo tamen pleraque horum, ap. Liv. certe, errantibus librariis tribuere." Drak. — *Phanas, prom. Chiorum*, v. ad 36, 43, 6.

6. *hostes adpropinquare aperuissent* ex emend. Drak. pro *adparuisset*. Alii edidere *aperuisset*, et *concitatione remorum directæque in se proræ* (ut *proræ* sit sec. casus) vel. quia plurium navium plures fuerunt proræ, *directis in se proris, a. adparuisset*. Sed *aperire* vix bene jungitur infinitivo, et verbum *adpropinquare* modo præcessit. Forte leg. *hostes adproperantes aperuissent*. v. ad 22, 19, 5.

7. *propiores continenti litori*, ut fere *continens ripa* ap. Horat. Od. 2, 18, 22. h. e. litus continentis, inhærens continenti, ut contra litus insulæ. Ita Periz. ad Sanct. Min. 4, 4. p. 599. Sed in prosa oratione potius *continentis litus* dicendum videtur. Cf. ad 33, 18, 1. et Bauer. ad Sanct. Min. T. 2. p. 108.

8. *ad Chium naves ejecere*, v. ad 21, 49, 3.

9. *Ægæo mari* scripsi pro *Ægeo*. Gr. Αἰγαῖον.

CAP. 29.)—1. *Sanctitas* (jus asyli) *templi* Ἀπόλλωνος Σωτῆρος *insulæque inviolatos præ-*

[redacted]

stabat omnes cet. unde et Delus urbs ἀτείχιστος fuit. Cf. ad 1, 8, 6. et 42, 12, 3. Pausan. 3, 23, 2. et Spanh. ad Callim. H. in Del. v. 24.

2. *præferri onerarias naves*, forte *prætervehi*; Gron. Possis et *prævehi*. Sed v. ad 1, 45, 7. et 2, 14, 3.

3. *Quibus poterat, Popillius, aut Eumenis naves subcurrebant* reposui pro *subcurrebat*. Forte et leg. *poterant* cum Gron. Idem malebat *subcurrebant, sed interdiu; nocte binis* cet. At verba *sed vecti nocte* satis indicant, priora interdiu gesta esse: si quid vero mutandum, malim *erecti nocte* sc. furtim e portu; Duk. — *fallebant*, v. ad 3, 8, 2.

4. *legati Macedones* cet. cf. Polyb. 29, 5.

CAP. 30.)—1. *Jam veris principium erat*; sed L. Æmilius cap. 19. promittit, mense Aprili se exiturum Urbe: ergo *veris principio* in provinciam venire non potuit, ac forte leg. *jam ver præceps erat*, et similiter cap. 34 extr. *vere præcipiti* pro *veris principio*; Gron. v. ad 4, 9, 6. Hoc non ad anni Juliani, sed veteris anni Romani rationes exigendum putabat Dodwell. in Adpend. Præl. Camd. p. 755. et de cyclis 10, 12. — — *Octavius Oreum ad classem*, v. ad c. 13. n. 5.

2. *Patre Pleurato rege* cet. v. ad 22, 33, 3.

3. *Fama fuit, Honuni Dardanorum principis — Platore interfecto*, cf. fragm. Polyb. 29, 5, 7. 8. ex Athenæo 10, 10. p. 440. vel in ed. Schweigh. 10, 54. T. 4. p. 111. ubi pro Honuno est Μενούνιος, et pro Platore Πλεύρατος. — *Etutam*, uxorem Gentii, Livius cap. 32 pr. *Etlevam* adpellat. Itaque alterutrum nomen mendosum est, aut hæc altera regis uxor fuit. — *pacto fratri*, v. ad 4, 4, 7.

4. *violentiam insitam ingenio intemperantia vini a.* cf. Polyb. l. l. intpp. Æliani V. H. 2, 41. — *sicut ante dictum est* sc. cap. 27.

5. *in Caviorum gentem*, e Steph. *Caulicorum*, aut e Plin. 6, 8. et Ptol. 2, 17. *Ceraunios* conj. Turneb. Adv. 30, 37. "Id verisimilius fiet, si mox cum Sigon. pro *Durnium* leg. *Burnium*: nam Burnum situm erat in regione vel finibus Ceauniorum. v. Plin 3, 21. 22. Procop. b. Goth. 1, 16. et Ptol. 2, 17. At Ceraunii sedes habuerunt quidem in Illyrico, non vero in ea parte, quæ Dalmatia, sed quæ Liburnia vocatur: unde Caravantio, a fratre Gentio, qui in Dalmatia Labeatum rex erat, in Ceraunios misso, transeunda fuit tota Dalmatia cum magna Liburniæ parte. Diffiteri tamen nolo, Plinium 3, 22. s. 26. in Dalmatiæ descriptione Ceraunos et Burnum castellum memorasse, at c. 21. s. 25. Burnistas in Liburnia." Drak.

6. *quinque millia ab Lisso ducit. Socii erant Romanorum*, v. ad 1, 23, 4. 3, 47, 1. et 9, 24, 2.

7. *in Caviis Durnium opp.* v. not. 5. — — *Bullinorum*, v. ad 36, 7, 9. — *Genusum amnem* inter Apsum fl. et Apolloniam, non longe ab Asparagio. Forte leg. *Genusum*, ut ap. Lucan. 5, 462. et Cæs. B. C. 3, 75. 76. Cf. Drak.

8. *legatorum violatorum injuria*, cf. cap. 27.

9. *et ad ea, quæ habebat, auxilia Parthinorum junctis* (ut 24, 34.) *duobus* cet. recepi ex emend. Gron. Vulgo legitur *juventutis* pro *junctis*, et post *auxilia* e conj. Sigon. insertum *adsumtis*. Mox pro *Algalsus* alii *Agalsus* et *Agasus*. De *Epicado* v. intpp. Suet. Aug. 19.

CAP. 31.)—1. *Ad Scodram inde* cet. v. ad 43, 20, 1. et cf. Appian. Illyr. 9. Plut. Æmil. et Flor. 2, 13. — *caput fuerat*, forte *erat*; Drak. — *Barbana*, ap. Vib. Sequ. de flum. *Barbenna* s. *Barbena* et *Babenna* *Illyrico* (Hadriatico) *mari miscetur*.

2. *Oriundi flumini*: aliis *Drilonem*, et Scylaci Arionem dici putabant Ortel. et Vales. — *ortum ex monte Scodro* cet. v. ad 43, 20, 1.

3. *multis millibus armatorum actis ex ea regione*, ut *agere agmen equitum*: nisi leg. *coactis*; Gron.

4. *vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege Perseo rex Gentis*, venuste pro: postquam vix eo quasi auctoramento hic se operamque suam illi vendiderat, h. e. societatem cum eo inierat, *ut in eam fortunam*, captivitatem, *recideret*, caderet. Cf. cap. 27. et ad 28, 21, 3. Turnebus Adv. 29, 7. putabat, sensum h. l. esse: pluris conduci gladiatorem, quam quanti in bellum Gentius conjectus sit.

CAP. 32.)—1. *Medeonem Labeatium* cet. v. ad 36, 11, 6. — *Etlevam*, v. ad cap. 30. n. 3. — *Scerdilædo*: alii *Scerdilio* et *Scerdileto*. v. ad 22, 33, 3. — *Scodram*. v. ad 43, 20, 1.

2. *bello Illyrio intra XXX dies perfecto*, forte *XX dies* ex Appiani Illyr. 9. — *perpetratum*, v. ad 42, 30, 6.

3. *Nec minus terroris a classe Rom.* cet. sed idem dicunt verba proxime præc. nam huic classi præerat Octavius prætor. In edd. ante Frob. a. 1535. *habebat Thessalonica*. Sed cur hæc plus terroris habebat, quam alia oppida Macedoniæ maritima? Hinc *nec minus t. a c. R. Thessalonica et maritima ora habebat* conj. Drak. monetque, in seqq. per partes narrari, qua ratione saluti Thessalonicæ et oræ maritimæ consulere Perseus conatus sit. Probabilior est emendatio Roëllii *et periculi maritima ora habebat*.

4. *duorum millium cetratorum*, v. ad 2', 21, 6.

5. *Pythii et Petræ* cet. cf. Plut. Æmil. p. 262. unde Sigon. *Pythii* pro *Pythoi* substituit. Πύθειον ap. Ptol. 3, 13. — *Medon*,

v. ad 41, 58, 2. — *Huic* sc. rei, vel operi, vel negotio, sc. munitionis; Drak. *operi* excidisse putabant Mur., Crev. et Doujat.

6. *ex propinquis urbibus coactæ*, v. ad 32, 2, 4. *ex p. u. cocta cibaria* cet. conj. Drak.

CAP. 33.)—1. *postremo sequi se utrarios* (homines, aquam in utribus ad castra ferentes) — *jussit* sc. Æmilius Paullus consul, quem ita inopiæ aquarum in Olympo monte obcurrisse tradit etiam Plut. Æmil. p. 262. 263. sed etiam puteos fodi jussisse. — *continere latices*, forte *contineri*, et mox *diducta summa arena*, i. e. a loco suo dimota; Drak. — *scaturigines emicare*, prosilire, cum vi erumpere. Cf. c. 10. n. 4.

2. *velut deum dono* cet. cf. Cæs. B. G. 2, 31.

3. *cum tribunis primisque ordinibus*, v. ad 30, 4, 1. — *illa quoque primum* cet., forte *illud*.

4. *alios, ab se* (ipsos per se,) *adjicientes* sc. præcepto, quod non exauditum erat, conjectando, suspicando; Ern.

5. *Placere igitur, tribunum* cet. " Ex ipso h. l. patet, de imperiis, quæ ad iter et agmen pertinebant, agi, non de omnibus, etiam quæ militi in castris manenti dabantur, quod putabat Lips. de mil. Rom. 4, 10. Quæ hic de scutis et pilis et stationibus dicuntur, inlustrat idem 2, 2. 4. 5, 8. 9. et Schel. ad Polyb. c. 2." Duk.

6. *Vigiles scutum in vigiliam ferre vetuit*, at Plut. l. l. τὰς δὲ νυκτερινὰς ἐκέλευσε φυλακὰς ἄνευ λόγχης φυλάττειν cet. — *stare galeatos* sc. jussit, e præc. *vetuit*. Cf. ad 1, 33, 7. Alterum *stare* non opus erat addi; Duk.

CAP. 34.) —1. *jactare consilia sua* sc. debere. Cf. ad 3, 10, 2. — *cibum paratum ad subita imperia:* sæpe militibus Rom. imperatum, ut cibaria cocta in certum dierum numerum habeant; Crev. *animum* pro *cibum* reposuit Sigon. Non nisi duo memorat Plut. Æmil. p. 261 extr., corpus et arma.

2. *In quo exercitu milites consulant, imperator rumoribus vulgi* (militum) *circumagatur:* nam supra dixerat, *unum imperatorem in exercitu providere et consulere, quid agendum sit, debere* cet. Hinc ita semper legendum esse putavi pro vulg. *in quo exercitu milites, consul et imperator r. v. c.* quod sic emendavi, postquam vidi, idem, vel *miles consulat*, conjecisse Jac. Periz. idque probasse Duk., Crev. et Drak. *in quo exercitu militum* (rumoribus) *consul, et imperator* cet. suspicabatur Gron. putans simplicius quidem *militibus* opponi *imperatorem*, et *consulem vulgo*, sed elegantius illud esse et fere ut in proœmio Institutt. *non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam.* Verum Duk. jam monuit, *consulem* ab *imperatore*, et *milites* a *vulgo* non differre, adeoque minime concinnum sermonem esse, *vulgum vulgi* vel *milites militum rumoribus circumagi*. Idem putabat, *circumagi* h. l. ut 26, 8. et 39, 5. eos dici, qui ex sese non apti ipsi nullas certas consiliorum et actionum suarum rationes, sed ex aliorum consiliis et actionibus suspensas, habeant; idque non convenire in milites, quorum partes sint ducibus parere, non consilium dare. Enimvero *rumoribus circumagi* dicuntur homines vel res, quæ in ora hominum veniunt, iisque sermonum judiciorumque ferendorum materiem præbent. Sic et *rumoribus* vel *sermonibus differri* et *circumferri*, *fabulam, sermonem et rumorem fieri*, Germ. *ausgetragen, herumgetragen werden.* Cf. ad 34, 49, 2. ad Juven. 1, 145. 10, 167. et ad Tac. A. 1, 4, 6. ubi similiter dicitur *imminentes dominos variis rumoribus differre.*

3. *operam navare* sc. debere; quod bis præcessit. — *Ab his præceptis*, v. ad 1, 1, 5.

4. *galeas bucculasque*, v. ad Juvenal. 10, 134. aut ad Sil. 14, 158. Stewech. ad Veget. 2, 13. Lips. mil. Rom. 3, 5.

5. *mucronemque intueri*, forte *tentare*, ut ap. Suet. Ner. 49. et Tac. Hist. 2, 49. explorabant autem milites aciem mucronis, quod Romani magis punctim, quam cæsim, pugnabant; Duk. Cf. Lips. de mil. Rom. 3, 3. — *inituros bellum*, v. ad 21, 8, 1. *finituros* conj. Mur. Sed neutrum verbum hic satis aptum esse, jam docuere Crev. et Drak. Forte leg. *insignituros bellum*, i. e. insigne, memorabile facturos. — — *veris principio*, v. ad c. 30. n. 1.

CAP. 35.)—1. *Quæ res Romanis auxit animum*, sc. nuntius de Gentii captivitate et fine regni ejus.

2. *quo quæque adcuratius curantur*, f. *celantur;* Gron. Probb. Crev. et Duk. qui id confirmat locis Liv. 8, 3. et 29, 24.

3. *a castrensi consilio*, v. ad 8, 6, 6. Mox post *responso* videtur deesse *censerent* aut intellegendum, nisi leg. *agerent castris*, h. e. agendos censerent, (v. ad 3, 21, 3.) Gron. *Alii* h. l. sunt omnes, quos Paullus in consilium advocarat, iisque obponitur ipse Paullus et quod ei placuit; Drak.

4. *et maxime majoribus natu*, forte *minoribus:* nam fervidum illud consilium magis sapit juvenilem ardorem, quam senilem prudentiam; Crev. — *per Enipei ripam m. vim facere*, v. ad 32, 9, 4. — *distringere copias regias*, v. ad 35, 18, 5.

5. *Schœnum et Menophilum*, forte *Cœnum*, quod Macedon. nomen notum ex Justino et Curtio; Gron. et Drak. Cf. ad seqq. Plut. Æmil. p. 262. 263. ubi alia tradit. — — *inproviso v. m. adgressus nec opinantes*, v. ad 24, 27, 3.

6. *cum quinque delectis millibus*, forte *delectorum*. v. ad 3, 5, 3. et Plut. l. l. ubi majorem subtilioremque numerum ab ipso

[redacted]

Nasica in epistolio quodam, quam a Polybio, tradi monet.

7. *cibaria his præparata* cet. " at supra prætor tantum mille hominibus ea parare jussus est, non quinque millibus : unde igitur reliqui cibaria habuerunt?" Drak. — — *ut distineret regem ab circumspectu*, respectu, cura, *rerum aliarum*, v. ad 3, 23, 1.

8. *aut parmâ* velitum, (v. ad 26, 4, 3.) *aut scuto Ligustino:* nam multi etiam Ligures cum Romanis pugnabant, et hi quoque leviter armati erant. Cf. Plut. l. l. p. 264. Polyb. 29, 6, 1. Diodor. Ecl. 3. ex lib. 23. (ubi levis armatura scutumque Ligurum, Gallico simile, describitur) et Lips. Mil. Rom. 3, 2. sub finem. — *haud paucis;* suspectum habeo *haud:* nam in levis armaturæ velitationibus raro multum sanguinis fundebatur, et postero die multo plures amissi dicuntur; Duk.

9. *degressus ad imam partem castrorum*, quæ videntur fuisse in collibus, paullatim versus mare descendentibus; Drak. — *per devexum in mare brachium*, v. ad 37, 31, 5. — *Perseus, quod in oculis erat* ** jam adgressus erat dicere, quemadmodum et Perseus Nasicæ ac Fabio, qui cum magna manu Macedonas ab alia parte ut adorirentur, missi erant, obstiterit, et Paullus post Nasicam sit consequutus; Sigon. Cf. Plut. l. l. p. 263.

CAP. 36.)—1. *anni post circumactum solstitium* cet. θέρους ἦν ὥρα φθίνοντος cet. Plut. l. l. — *magis adcessurum*, auctum iri, (v. ad 24, 27, 5.) *utrumque*, sc. lassitudinem et sitim : unde Gron. emend. *utramque*, aut subintell. *malum*. Sed neutrum nonnumquam duobus femininis subjungi, docent Drak. coll. 30, 30. et ad 2, 5, 4. 34, 58, 4. et Burm. ad Suet. Claud. 38 pr.

2. *primis ordinibus imperat*, v. ad 30, 4, 1.

3. *neque enim ne his* quidem *cunctationem aperuerat*, v. ad 2, 45, 7. et 33, 49, 1. Τὸ *quidem* vel excidisse, vel ex proximis verbis *ne hostem quidem*, ubi alieno positum sit loco, huc revocandum esse, putabant Crev. et Drak. *vel* pro *ne* conj. Roëll. — *Nasica unus* cet. inflatus re feliciter adversus Persen gesta ad Olympum. cf. Plut. Æmil. p. 263.

4. *Ne hostem quidem ludificatos priores imperatores* cet. forte leg. *ne hostem pridem ludificatum priores i. f. c. manibus emitteret*, ni malis *qui sit ludificatus;* Gron. Cf. not. 3. *ne hostem, qui quidem sit ludificatus — emitteret* conj. Jac. Periz.

5. *Non operæ sit, f. est;* Gron. Cf. ad 1, 24, 10. et Plut. l. l. p. 264. — *alias*, alio tempore. — *haud dubie videre a. i. p. consulem:* leg. *dubius*, aut suppl. *ratus;* Drak. Cf. ad 6, 22, 5.

CAP. 37.)—1. *signorum* milites, v. ad 25, 23, 9.

2. *moram fuisse pugnæ scirent* sc. copiæ suæ.

3. *ab hora secunda usque ad quartam horam* (v. ad 10, 34, 2.) *lunam defecturam esse* cet. cf. Plut. Æmil. p. 264. Polyb. 29, 6, 8 sq. Plin. 2, 12. s. 9. Valer. Max. 8, 11, 1. Cic. de sen. 14. Frontini Strat. 1, 12, 8. 9. Quintil. 1, 10. et similia exempla effectus defectionum lunæ solisque, portentorum efficacissimorum ad movendos animos hominum, physicæ imperitorum, imbutorumque superstitione, ad Juvenal. 6, 443. Polyb. 5, 78. 9, 19. Curt. 4, 10. Justin. 22, 6. Diodor. 20. Plut. Nicias, p. 539. *C. Sulpicius Gallus*, solers orbium cœlestium contemplator, primus Romanorum singulari libro exposuit causas eclipsium solis lunæque, quas primus omnium investigasse dicitur Thales Milesius. v. Plin. et Valer. ll. ll., Cic. de Sen. 16. Pigh. Ann. ad a. 576. Eum non *tribunum militum*, sed legatum consulis fuisse, et post defectionem lunæ militibus causas ejus exposuisse, tradit Val. Max.

4. *nunc senescente* (forte *senescentem;* Gron.) *exiguo cornu*, v. ad 1, 22, 3. — *quum condatur umbra terræ*, tempore plenilunii nonnumquam intercedentis inter solem et lunam, quæ a sole lumen mutuatur.

5. *pridie Nonas Sept.* ap. Eutrop. 4, 7. *III. Non. Sept.* sed *pridie Non. Sext.* (die XXI Junii Juliani proleptici) emend. Dodwell. in Adpend. ad Præl. Camd. p. 752. et de cyclis 10, 18. — *edita hora*, prædicta a Sulpicio. v. ad 1, 18, 2.

6. *Postero die* (*tantus utrique ardor — adcusarent*) *regi promta defensio erat:* ita forte distinguendum ; Drak. Aut leg. *fuit* pro *fuerat;* Duk. — *non eo solum*, v. ad 1, 11, 6.

7. *Consul ad id quod* cet. v. ad 2, 23, 3. Verba seqq. ita interpungenda putabat Drak. *terere videbatur tempus. Quum luce prima — fuisset, tertia demum* cet.

8. *sacrificio rite perpetrato*, (cf. Plut. l. l.) *ad consilium vocavit*, v. ad 1, 54, 1. 2, 55, 6. et 8, 6, 6. Mox forte leg. *atque ibi quoque, quod rei gerendæ tempus esset* vel *erat*, et deinde *tandem* pro *tamen*, nisi hoc ab omisso *quamquam* pendet; Drak. Cf. ad 1, 12, 1. *talem* pro *tamen* conj. Roëll. *atque ibi quoque rei gerendæ tempus loquendo et i. c. visus q. e., post sermones hanc consul o. h.* Gron.

CAP. 38.)—1. *denudavit mihi consilium*, v. ad 33, 21, 6.

2. *si videtur* ei, lubet, placet. — *implicatam intuentes aciem*, immo *explicatam;* Gron. — *Sed fuerimus omnes*, forte *sed f. una omnes*, sc. nulla parte militum ad custodiam sarcinarum detracta; Duk. An leg. *adfuerimus* aut *steterimus*, h. e. fac nos omnes in acie stetisse hesterno die?

3. *ardentibus siti faucibus*, f. *arentibus:* sed et *ignea sitis, torrere guttur* et *urere* poëtis dicitur; Gron.

4. *torrentem meridiano sole* intransit. pro tostum aut qui torretur, ut ap. Colum. 1, 4. 4, 19. Virg. A. 9, 105. Sed malim cum Jac. Periz. legere *torrente* aut *torpentem*.

5. *hosti objicias recenti, quieto*, forte *requieto*, ut paullo ante: est enim aliud *quietus*, aliud *requietus*: ad illud subficit præsens quies: hoc competit illis, qui aliquamdiu quiete sunt usi; Gron.

6. *nobis trepidandum* cet. v. ad 1, 14, 6. 3, 49, 4.

CAP. 39.)—1. *aciem quidem inconditam inordinatamque* (v. ad 21, 57, 11.) *habuissemus*, sed *castra munita* cet. — *an nihil nostri* (v. ad 1, 56, 10.) *habentes*, forte *habemus*.

2. *quo — receptum haberent*, v. ad 4, 57, 2.

3. *munimentis ea sæpissent*, f. *sepsissent*; Gron.

4. *tempore suo*, v. ad 1, 56, 10.

5. *Sine ulla sede* (castris) *vagi dimicassemus*, *ut quo victores nos reciperemus* "pro: dicite, quæso, quo nos victores recepissemus, si *sine ulla s. v. d.*, nisi leg. *ut*, *quo victores nos reciperemus non haberemus*?" Ern. Lenior medicina est: *si sine ulla sede v. d.*, *nunc quo victores nos reciperemus?* Ex *nc* (h. e. *nunc*) factum videtur *ut*. Sed nil forte mutandum. v. ad 40, 13, 6. — *sequendo eo*, immo *s. eum*.

6. *in cervicibus sumus* hostis s. hosti. v. ad 3, 31, 1.

CAP. 40.)—1. *Ac ne illo ipso quidem die aut consule, aut rege — neutro imperatorum volente*, verba *neutro imperatorum* adjecta huic orationi divisæ propter longam parenthesin, ut subveniretur memoriæ lectoris vel auditoris, quod nihil est aliud quam *nec rege, inquam, nec consule*; Gron. Cf. ad 1, 19, 1. — *trepidantes in acie instruenda*, v. ad cap. 38. n. 5. — *in novis castris erat* junge, aut leg. *in nova castra*.

2. *Duæ cohortes — Marrucina* cet. v. ad 10, 33, 1.

3. *hora circiter nona:* ita leg. pro vulg. *quarta:* (IX pro IV) nam et ipse Livius sup. cap. 37 extr. testatur, diem extraxisse in consilio consulem, (cf. cap. 42 extr.) et Plut. Æmil. p. 264. D. *αὐτὸς δὲ τὴν ἀπόκλισιν καὶ περιφορὰν ἀναμένων τοῦ φωτὸς, ὅπως μὴ κατὰ προσώπου μαχομένοις αὐτοῖς ἕωθεν ὁ ἥλιος ἀντιλάμποι, παρῆγε τὸν χρόνον*, et mox *περὶ δὲ δείλην*, denique *ἐννάτης γὰρ ὥρας ἀρξάμενοι μάχεσθαι, πρὸ δεκάτης ἐνίκησαν*, Gron. Idem mox *traherent* recte, opinor, reposuit pro *trahentes*, et verba *id jumentum* inducenda pro scholio censuit. — *e manibus curantium* Romanorum auxiliariumve — *tres milites* Romani — *Thraces duo* Macedonicorum auxiliorum — *altero eorum* Thracum — *ad stationem suorum se recipiebant* tres illi milites Romani. Quæ omnia jam monuit Gron.

4. in *prœlium ducit* sc. legiones consul, qui in tentorio suo spectator fuerat certaminis in fluvio orti. Cf. Plut. l. l.

CAP. 41.)—1. *inter cætratos* (v. ad 21, 21, 6.) *et phalanges*, forte *phalangem*; nam in acie Macedonum una tantum phalanx erat, in varia militum genera divisa: nisi Livius ratione partium dixit *phalanges*, ut Plut. Æmil. p. 265. *αἱ τῶν χαλκασπίδων φάλαγγες*, aut scripsit *phalangitas*; Drak.

2. *adversus clypeatos*, qui *aglaspides adpellabantur*, ab *ἀγλαὸς* splendidus et *ἀσπὶς* clypeus; nisi cum Gron. leg. *chalcaspides* ex Plut. l. l. qui etiam memorantur Polyb. 2, 65. 66. 4, 67. 69. 5, 91. et aliis. Cf. ad 21, 21, 6. *argyraspides* conj. Ursin. "Modo dixerat, legionem inplevisse *intervallum inter cætratos et phalangem:* nunc addit, legionem ita perrupisse, ut a tergo haberet *cætratos*, a fronte *clypeatos*. Patet ergo, clypeatos esse phalangitas: hi autem erant chalcaspides, seu æreis clypeis utebantur." Drak. — *leucaspidem phalangem*, cujus clypei erant *λευκοὶ*, albi. — *In dextrum cornu elephantes inducti* (quos in exercitu Rom. fuisse, conligo ex cap. 5.) *et ala sociorum*, ut lævum cornu hostium invaderent: (cf. seqq.) sed quum in exercitu Rom. duæ fuerint alæ sociorum, *dextra* aut *sinistra* excidisse videtur; Drak.

3. *hinc primum fuga Macedonum est orta*, "inpetu alæ sociorum: *nam* id inducti elephanti efficere non potuerunt, sed in hostem acti *nomen tantum sine usu fuerunt*, et vanus eorum inpetus. Elephantorum usus in prœlio *novum commentum* vocatur, vel ei conparatur respectu Romanorum, qui iis haud temere ante hæc tempora in prœliis usi sunt. In prœlio cum Antiocho tantum post triarios in subsidio locati sunt, non, ut nunc, in hostem acti. v. 37, 39." Drak. — — *pleraque nova conmenta*, v. ad 10, 13, 12. — *experiendo*, in experientia, usu, ut 45, 32. al. — *quemadmodum agantur*, forte *agatur*. — *nomen tantum, sine usu*, v. ad 3, 65, 6.

4. *secunda legio inmissa* in hostem *dissipavit phalangem in medio*, in media parte aciei; Drak. — *fluctuantem turbarunt primo*, v. ad 3, 60, 8.

5. *cujus confertæ* phalangis *et intentis horrentis hastis* (v. ad 8, 8, 8.) *intolerabiles vires sunt* cet. v. ad 9, 19, 3. Ipse Æmilius dixisse dicitur, nihil se terribilius tali phalange vidisse. v. Polyb. 20, 6, 11 sq. et Plut. Æmil. p. 264. — *carptim adgrediendo*, v. ad 3, 5, 1. — *inmobilem longitudine et gravitate hastam*, v. ad 9, 19, 2.

6. *induissent se hastis*, inplicuissent; Ern. Copiosius hæc narrat Plut. et *Pelignis* addit Marrucinos, qui et sup. cap. 40. simul memorantur; Drak.

CAP. 42.)—1. *Princeps fugæ rex ipse erat* cet. cf. Polyb. 29, 6, 13 sq. — *sacris alis equitum*, v. ad 37, 40, 6 — *confestim cum Cetya*

[redacted]

(ex emend. Jac. Gron. recepi pro *confestim Costocus*) *sequebatur Odrysarumque e.* quorum rex fuit Cotys. v. 42. 29. et 51.

2. *in aliam fœdiorem pestem*, v. ad 2, 44. 5.

3. *Facile conveniebat*, a *Romanis* — *interfectum:* male vulgo distinguitur : *f. conveniebat Romanis, numquam* cet. Drak. Cf. ad 1, 3, 4. et 5, 12, 5. Forte leg. *facile conveniat.* — *Cæsa enim* cet. numerum auget Plut. Æmil. p. 266.

4. *Quod si maturius pugnari* cet. cf. ad c. 40. n. 3.

CAP. 43.)—1. *ad Pieriam sylvam via militari*, v. ad 32, 15, 2. et 36, 15, 4. — *Simul*, v. ad 3, 62, 4.

2. *via devertit*, alii *divertit*, prob. Drak. cujus nota est: "*Devertit*, qui de via deflectens hospitium subit; unde *deversorium* et *deverticulum* pro hospitio. At *divertit*, qui a via regia discedens semitam inde in diversa tendentem incedit; et hinc *diverticulum* est locus, ubi duæ viæ a se invicem recedunt. Hinc 38, 15. et 39, 53 pr. lego *divertere*, ut *diverticulum* ap. Suet. Ner. 48. et Terent. Eun. 4, 2, 7." Cf. sup. ad 1, 51, 2. ubi Drak. non ita judicaverat. — *alii alia via*. — *recta expedita via*, forte *expediti*, vel *recta et exp. via*, non arboribus et fruticetis inpedita; Gron. Cf. tamen ad 43, 1, 6.

3. *qui Pellæ præerat*, *Euctus* cet. νυκτὸς Πέλλαν εἰσελθὸν, Εὔκτον καὶ Εὔδαιον, τοὺς ἐπὶ τοῦ νομίσματος, ἀπαντήσαντας αὐτῷ, καὶ τὰ μὲν ἐγκαλοῦντας περὶ τῶν γενονότων, τὰ δὲ παῤῥησιαζομένους ἀκαίρως καὶ συμβουλεύοντας, ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν αὐτὸς τῷ ξιφιδίῳ παίων ἀμφοτέρους· οὐδεὶς παρέμεινεν αὐτῷ παρὲξ Εὐάνδρου τε τοῦ Κρητὸς καὶ Ἀρχεδάμου τοῦ Αἰτωλοῦ καὶ τοῦ Βοιωτοῦ Νέωνος, Plut. Æmil. p. 267. De *Neone Bœotio* cf. Polyb. 27, 1. 2. et inf. 45, 31 extr. ubi idem patriæ proditor memorari videtur.

4. *admodum quingenti C.* v. ad 21, 36, 3.

CAP. 44.)—1. *P. Scipio is erat* — *nepos*, v. ad 37, 34, 2. De *oura* illa vide plura ap. Plut. Æmil. p. 266. Mox *Paulli F.* seu *filius* conj. Duk.

2. *Dianæ, quam Tauropolon vocant*, cf. fragm. Apollodori (ap. Suid. et Etymol. M. voc. Ταυροπόλον) T. 3. p. 1070. aut ed. alt. T. 1. p. 402. (ubi Heyne præter alia monet, miram esse ejus etymologiam, ὅτι ὡς ταῦρος περίεισι πάντα, quum Diana inter Tauros cultu divino habita facile animo obcurrat) Eustath. ad Hom. Il. 2. p. 259. et ad Dionys. Perieg. 306. 610. Strab. 12. p. 535. et 14. p. 639. Dio 35. p. 83. Diodor. 2, 46. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. v. 113. 174. et 187. Schol. ad Sophocl. Ajac. 172. Gale et Munk. ad Anton. Liber. c. 27. Burm. ad Ovid. Met. 15, 511. Gyrald. hist. Deor. Synt. XII. — *Diodorus* cet. cf. Frontin. Strat. 3, 16, 5.

3. *agrosque circa vexari*, v. ad 7, 10, 8.

CAP. 45.)—1. *oratores cum caduceo*, v. ad 8, 20, 8.

2. *aliæ deinceps metu perculsæ*, excidit vox *civitates* vel *urbes*, aut leg. *alii perculsi*; Gron. — *spolia jacentis hostium exercitus*, cæsi, ut *jacentem* pro occisum, mortuum 7, 26, 4. et *jacere* ac Gr. Κεῖσθαι passim de mortuis. v. ad Sil. 2, 574. 16, 311.

3. *Missi Medon et P. sub muros* v. ad 26, 9, 1. et 42, 58, 2. — *qui præsidio erat*, forte *præerat*; Gron. Milites præsidiarii dicuntur *præsidio* aut *in præsidio esse*, dux vero *præsidio præesse*, Drak. coll. 6, 6. 9, 15. 27, 42. 34, 11. 44, 44. — *una tantum spe B. auxilii tentata*, v. ad 4, 10, 2. et 9, 35, 1.

4. *Evandro Cretensi editis*, v. ad 1, 18, 2.

5. *de templo descendit*, v. ad 1, 6, 6.

6. *Rex in domum se recepit*, lege *inde domum*; Gron. — *Cretenses spem pecuniæ* cf. plut. Æmil. p. 267. — *Ab hac direptione*, v. ad 1, 1, 5. — *multitudine* hominum temere inruentium *gravatum merserunt lembum*, ille mersus est. — *Galepsum*, Γάληψον, cujus nominis duplicem fuisse urbem, alteram in Macedonia, alteram in Thracia, et hanc memorari h. l., Scyl. in Periplo p. 64. Thucyd. 4, 107. (ubi v. Duk.) et Plut. l. l., illam Herodot. 7, 122 utramque Steph., monet Drak. — *II millia talentum*: ita forte pro *X. m. t.* leg. ap. Justin. 33, 2, 5.

CAP. 46.)—1. *delectam esse regiam advertit*, (v. ad 24, 48, 2. et 35, 13, 4.) quia amœnitas certaret cum munitione; Grut. — *Sita est in tumulo* cet. v. Spanhem. ad Juliani Cæs. in Probat. p. 400. — *paludes inexsuperabilis altitudinis*; vult Livius, paludes has propterea, quod lacus restagnantes in eas semper aquam infundunt, numquam ac ne æstate quidem ita exsiccari, ut pedibus superari possint: nam ne profundissimi quidem maris tanta est altitudo, ut navibus superari non possit; Duk.

2. *In ipsa palude, qua parte proxima urbi est, velut insula, eminet arx, aggeri* cet. ita legendum videtur cum Gron. *Insulam* h. l. corpus quoddam ædificiorum inter se cohærentium, a reliquis ædificiis divisum per vicos, quibus undique cingatur, dici putabat Crev., præsertim quum Livius doceat, se de ædificio loqui, non de nudo solo, adjiciens, insulam aggeri inpositam esse. — — *qui et murum sustineat* cet. indicat, solum, cui tamquam aggeri ingentis operis arx inposita est, adeo firmum esse, ut murum sustinere possit, et tamen humore paludis undique cingentis lædi nequeat; Drak. —*intermurali amni*, Lydia s. Ludia, qui ex lacu, quem Axii ἀπόσπασμα auget, et CXX stadia a Pella in mare labitur. Ita Strab. sub finem lib. 7. in Exc.

3. *Effusa omnis obvia*, f. *obviam* ex ed. Frob. 1535.

COMMENTARIUS

IN

LIVII LIBRUM XLV.

CAP. 1.)—1. *præceptam rei lætitiam*; suspicari possis *præreptam*: sed illud venustius, metaphora a floribus petita.

2. *tota spectacula pervasit*, v. ad 1, 35, 6.

3. *evanuit quidem tamquam incertæ rei gaudium*, "pro vet. lectione *certæ* ex emend. Sigonii, contra quem pugnat Turnebus 11, 18. infeliciter. Populus, ait, Romanus lætitiam conceperat velut e re certa et indubitata: res enim incerta gaudium non faceret, sed spem quamdam metu suspensam et anxiam. At Livius non loquitur hic de re, qualis fuerat, ante quam inquireretur, sed qualis post inquisitionem inventa est. Igitur ait *evanuit gaudium*. Quomodo? tamquam rei parum certæ, eoque inane et caducum." Gron. — *aliter traditur*, forte *alia*.

4. *Ante diem X Cal. Oct.*, ex vet. calendario *a. d. XV.* emend. Manut. quod firmari putabat Drak. ultimis verbis hujus cap., si conferantur cum 44, 37. At *Sept.* pro *Oct.* (*VII br.* pro *VIII br.*) legendum esse h. l. et bis cap. 2. probare conatur Dodwell. Adpend. ad Præl. Camd. p. 752 fq. Ibid. p. 756 sq. *pridie Idus Oct.* emend. inf. cap. 3 pr. Sed cf. Drak. — *ad quadrigas mittendas escendenti*, v. ad 2, 7, 7. et 8, 40, 2. — *laureatas literas dicitur*, ut mox *laureatas tabellas*. v. ad 5, 28, 7. Ante *laureatas* Sigonius et alii inserunt *reddidisse*. At Gron. pro *dicitur* conj. *reddidit*. — *Quadrigis missis*, v. ad 8, 40, 2.

5. *per circum r. ad foros publicos*, v. ad 29, 37, 2.

CAP. 2.)—1. *quos, præter milites sociosque navales, conjuratos haberet*: difficile dictu, qui *conjurati* fuerint præter *milites sociosque navales*. Legionarii esse non potuerunt: nam hi nomine *militum* continentur, et omnes sacramento dicebant. An voluntarii et evocati? Mihi non liquet. Hi enim, uti voluntate ducem sequebantur, ita inviti non potuisse retineri videntur, atque adeo neque SCto, quo dimitti juberentur, opus fuisse." Duk. *Conjuratos* fuisse, qui non singuli, ut *milites*, sed simul sacramento dixerint, neque eos justos fuisse milites, quia justum illis sacramentum defuerit, existimabat Turneb. Adv. 11, 18. Ex Liv. 22, 38. Crev. conjiciebat, *conjuratos* dici, qui post sollemne sacramentum militiæ, quum decuriati ac centuriati fuissent, sua voluntate jurassent. Sed conjurationem illam spontaneam tempore belli Punici II. in sollemne jus jurandum, quo milites a tribunis adigerentur, mutatam esse, adeoque, qui illud dedissent, non amplius *conjuratos* dici potuisse, monet Drak. Idem tamen non meliora se scire profitetur; neque satis faciunt, quæ disputat Sigon. de jur. civ. Rom. 1, 15. Mea qualicumque sententia vox *navales* etiam ad *milites* referenda, ita ut *milites navales* sint, qui armati in navibus operam militarem præstent, *socii vero navales* nautæ seu remiges, et *conjurati* omnes, qui in consulis verba juraverint. Cf. ad 9, 38, 1. et extrema hujus cap. verba, in quibus pro *militibus sociisque navalibus* soli memorantur *socii navales*, quia horum nomine etiam illud militum genus comprehenditur; (v. ad 9, 38, 1.) nisi ex iisdem colligere malis, bis tria militum genera recenseri, *milites*, h. e. omnes, *qui in consulis verba juraverint*, *socios navales* et *conjuratos* alios, i. e. exercitus, jam prius conscriptos et *Corcyræ*, *Brundisii*, *ad mare superum et in agro Larinati dispositos*. Mox Gron. conj. *a quibus præmissus tabellarius, adessent*. Sigonius et alii post *esset* inserunt *venissent*. Deinde post *ingressi sunt* excidisse videtur *et*, aut del. τὸ *sunt*.

2. *in concionem traducti*, v. ad 3, 64, 2.

3. *conferta tota urbe sc. sunt.* — *circa omnia pulvinaria*, v. ad 5, 13, 5. — *subduc naves et in navalibus conlocari*, v. ad 3, 26, 6. et 8, 26, 1. — *socios navales* cet. cf. not. 1. — *dimitti* forte delendum, aut majoris perspicuitatis causa mox repetitum.

4. *Supplicatio pro concione populi indicta est ex ante diem quintum Id. Oct.* v. ad 6, 1, 9. et sup. ad cap. 1. n. 4. Sed scribe *populo indicta est*: nam simpl *pro concione* dici solet; Gron. Cf. ad 26, 27, 4.

CAP. 3.)—1. *Ex Illyrico duo legati*, forte non militares — *et*, etiam, *Illyricum cur*,

[redacted]

nisi *et* ponendum post *captum:* saltem post hanc vocem distinguendum est; Duk. Perpernam nuntium victoriæ Romam missum tradit Livius 44, 32. de cujus adventu hoc libro silet; Drak.

2. *ut Latinæ edictæ a consule sunt in ante quartum* cet. v. ad 6, 1, 9. et 31, 49, 5. Sensus est: subplicationes edictæ sunt in certos dies, perinde atque Latinæ indici solent; Sigon. Sed bene jam Gron. notavit hæc: "Mihi non modo hæc comparatio, sed omnis omnino mentio *Latinarum* h. l. inconmoda videtur, (nam eas jam hoc anno fuisse, patet ex 44, 19. 21. 22.) et leg. sive *decrevit, quæ edictæ a consule sunt,* sive *et feriæ edictæ,* sc. illarum subplicationum ergo. Voci *feriæ* adscripsit ineptus interpres *Latinæ,* et explicatio pro illa, quam putaverant, glossa invasit." Minus probabiles sunt emendationes ejus in prima edit. notarum et in Obss. 4, 25. Malin tamen cum Jac. Gron. legere *et statim edictæ.* Ceterum ad senatum pertinebat primo censere, utrum res gestæ subplicationibus dignæ essent; deinde definire, quot dies subplicaretur: at in potestate consulum erat, eligere et edicere dies, quibus subplicatio esset: unde locus Cic. ad div. 8, 11. exponendus est; Drak. Cf. ad 39, 46, 4. — *pridie Idus Nov.* v. ad cap. 1. n. 4.

3. *Tradidere quidam, legatos Rhodios* cet. cf. Polyb. 29, 7. qui idem tradit. — *nondum missos,* immo *admissos;* Gron. Id ex Polyb. non conligi posse, neque ex Epit. hujus libri, (ubi v. not. 1.) et vel vulgatum servari posse, vel potius legendum esse *nondum dimissos,* monet Drak. Legatos jam admissos fuisse, refert Livius 44, 14. 15. — — *ad ludibrium stolidæ superbiæ,* cf. 44, 14. 15. 35. — *Agepolim* edd. ante Gron. et Drak. qui substituere *Agesipolim,* decepti fraude editorum Polybii, qui invitis libris scriptis Ἀγεσίπολιν nobis obtrusere pro Ἀγέπολιν. v. Schweigh. ad Polyb. 28, 14, 6. 28, 15, 1. 29, 4, 4. 29, 7, 3. et 30, 4, 2.

4. *nec utilitatium Græciæ, neque cura inpensarum populi Rom.* vox *cura* alio loco ponenda; Duk. et Crev. *utilitatium,* ut *civitatium, voluptatium, necessitatium, difficultatium, simultatium, tempestatium, hereditatium, propinquitatium.* Cf. Drak. ad h. l. et 7, 38, 5. Intpp. Suet. Aug. 66. et Oth. 1.

5. *denuntiatione armorum,* v. ad 1, 30, 7.

6. *Romanos audirent,* lege *audierint;* Gron.

CAP. 4.)—1. *decem pondo auri, et argenti ad summam sestertii decies:* "non valde apertum est, quid subplendum sit, unde genitivus *argenti* regatur. A præcc. *decem pondo* regi non potest: nam decem pondo auri et totidem argenti longe absunt a summa decies sestertii. Sed sensus verborum est, decem illa pondo auri et id argenti, quod in ærarium intulit Marcellus, effecisse summam hanc." Duk. Aut solum id argenti eam effecisse; Drak. *sestertium decies* edd. ante Gron. quem vide de pec. vet. 1, 11. — *in ærarium retulit,* v. ad 26, 2, 3.

2. *ad Siras terræ Odomanticæ,* "forte Sirrha, vel *Sirrham* vel *Sirrhas.* Σιῤῥὰ πόλις Θρᾴκης ap. Steph., cujus Σίρες, ἔθνος Θρᾴκης ὑπὲρ τοὺς Βυζαντίους longe ab Odomantica remoti sunt. Nam Odomantæ s. Odomantes habitarunt in Macedonia adjecta, vel ea parte Thraciæ, quæ est inter fluvios Strymonem et Nestum." Drak.

3. *quum literas ab rege Perseo per ignobiles tres legatos* sc. *missas* vel *adlatas.* Alterutrum alii excidisse putant, alii subaudiri posse. Forte et leg. *quum castra — haberet, atque literas* cet. — *et ipse,* ut Perseus, *inlacrumasse d.* cf. ad 25, 24, 6.

3. *Bastarnarum civisset auxilia* ex edd. primis revocavi. *scivisset* substituit ed. Bas. a. 1554. et *excivisset* Gron. — *in parvam insulam* Samothraciam *c. fani religione* cet. cf. cap. 5.

4. *Regem Persea consuli Paullo salutem* sc. *dicere,* quod in tam nota formula conmode satis intelligi, monent Duk. et Drak.

5. *privati nominis titulo,* non regii inscriptione.

CAP. 5.)—1. *cum contracta,* effecta, veranlasst. — *animum advertisset,* v. ad 24, 48, 2.

2. *sacram hanc insulam* Samothracen, ἱερὰν καὶ ἄσυλον, (v. ad 1, 8, 6.) *et augusti totam atque inviolati soli,* de cujus religionibus et mysteriis v. Macrob. Sat. 3, 4. Strab. 10. p. 470 sq. al. 723 sq. Dionys. Hal. 1, 67 sq. Diodor. 5, 47 sq. Varr. L. L. 4, 10. Heyne ad Virg. A. 2. Exc. 9. ad Apollodor. 3, 12, 1. Herrmanni Mythol. T. 3. p. 159 - 177. Ibidem *sanctissimum templum* cum asylo, quod mox memoratur. Cf. ad 1, 8, 6. Id Dioscurorum (Cabirorum) fuisse dicit Plut. Æmil. p. 267 F. eoque Persea confugisse.

3. *pollutum homicida* Perseus *sanguine regis Eumenis* cet. cf. 42, 15. 16. Pro *pollutum* cum Gron. leg. *pollutus:* nam Perseus non in ipsa Samothrace Eumenem insidiis adgressus est; Drak. — *quum omnis præfatio sacrorum* (cf. 39, 15. Plin. 25, 2. et Suet. Claud. 25. Drak.) *eos, quibus non sint puræ manus,* profanos et inpios, *sacris* et mysteriis *arceat,* sc. vox præconis aut sacerdotis: ἑκὰς, ἑκὰς, ὅστις ἀλιτρὸς, vel ἑκὰς, ἑκὰς ἐστὲ βέβηλοι, *procul, o procul este profani!* Cf. ad Juvenal. 2, 89. — *penetralia vestra,* templa, propr. eorum pars interior sanctiorque.

4. *Nobilis fama erat — perpetrata cædes,* forte *perpetratæ cædis* vel *perpetratam cædem:* sed *fama* est sextus casus, et *perpetrata cædes* pro *perpetratio cædis;* Bauer. Et *nobilis* est nota. v. ad 27, 35, 5. — *insulam totam et templum,* cf. not. 2. — *judicia conparata,* instituta. — *qui incestas manus intulisse* sc. alicui. — *incestas* non castas, inpuras, inpias. Cf. ad 1, 45, 7. et Drak.

5. *Perseus evocato Evandro* cet. forte *sevocato*, i. e. seorsum vocato, ut cum solo, non audiente Theonda vel alio arbitro, colloqueretur; Drak. cf. Justin. 38. 1. (ubi v. Gron. et Græv.) Cic. de div. 1, 30. et Curt. 10, 7, 18. — *reliqui quid esset*, immo *esse*, ut præc. *fore*: nam hæc quoque verba Persei ad Evandrum, et hinc illa *suberat* — — *protraheret* parentheseos notis includenda sunt; Gron., Drak. et Bauer. — *protraheret*, v. ad 44, 26, 1.

6. *in se nimirum receptam labem*, v. ad 2, 44, 5.

7. *duo sanctissima in terris templa*, cf. not. 2.

CAP. 6.)—1. *unicum relictum amicum*, v. ad 1, 21, 3.

2. *Oroandemque Cretensem*: τὸ *que* est pro *itaque*, (cf. ad 1, 39, 7.) durius hic, quia Perseus nominatus non erat casu primo; Bauer. Aut leg. mox *adpellare*, aut potius del. *que*, puncto posito post *coëgerunt*; Gron. An *quare* scribendum pro *que*? aut *quemdam*? Sic Ὀροάνδην τινὰ Κρῆτα ap. Plut. Æmil. p. 268. 269. qui conf. ad seqq.

3. *per posticum ædium*, v. ad 23, 8, 8. — — *jam tum, dum pecunia deferretur*, dicendum fuisset *dum defertur*, vel *quum deferretur*, vel potius, ut Crev. monuit, postquam delata est; Drak.

4. *Pueri regii apud Macedonas* cet. v. ad 8, 24, 6. — *persequuta*, sequuta, vel prosequuta. v. Drak. ad 5, 40, 4. *prosequuta* tacite edidit Gron.

5. *nominaque dabant ad C.* v. ad 1, 11, 3.

6. *Liberos quoque parvos regios* cet. v. ad 42, 52, 3. — *Deosque, quorum in templo erant*: τὸ *in* abest ab edd. vett. ante Vascos. et leg. *quorum templum erat*; Gron. Saltem *erat* ob seq. *supplicem*, sed et q. *templum erat*: nam Perseus eo tempore non erat in templo, sed cum *in latere templi prope angulum obscurum delituisse*, Livius modo retulit; Drak. Διαφεύγων ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν Plut. Æmil. p. 267.

CAP. 7.)—1. *victimas cecidit eo nuntio*, ob sive ad eum nuntium. — *consilio advocato*, v. ad 8, 6, 6.

2. *tunc quoque adcessio Punici belli fuerat*, v. ad 7, 30, 3. " Verbum *fuerat* del. videtur Gron. (et Crev.) et mihi: sed et *quoque* minus apte dictum; quid enim alio tempore fuerat? Vel *quoque* pro *tantum* valet, vel certe post *adcessio* ponendum, certe intelligendum." Bauer. Leviora et varia adhiberi posse remedia, verbum tamen *fuerat* non ejiciendum videri, putabat Duk.

3. *nec ipsius tantum*, sed etiam *patris avique — fama conspectum eum efficiebat*, v. ad 2, 5, 8. et 3, 71, 4. Ante *quos* excidit *et ceterorum regum*, Crev. Forte solum *et*; Jac. Periz.

4. *Pullo amictus illo Perseus — nullo suorum alio comite* cet. ita edd. vett. ante Lugdun. a. 1553. quæ pro *illo* reposuit *pallio*, quod reliqui editores usque ad postumam ed. Grut. servarunt. Neutra lectio probanda. *Pulla a. abolla* vel *pullo a. ille* conj. Sigon. *Pullo a. villo* vel *filo* vel *pullo amiculo* Turneb. Adv. 14, 18. et 16, 20. *Pullo a. solus* Ursin. *Pullo a. simul filio* Lips. Epist. Quæst. 5, 13. *Pullo a. Perseus i. est castra, filio, nullo suorum alio comite* Gron. quia in unico MS. verba non semel fuere transposita. *Pullo a. pallio*, vel potius, quia *nullo suorum alio* sequitur, *Pullo a. cum filio*, Bauer. Posterius etiam tentavit Græv. ad Flor. 4, 2, 45. probavitque Drak. modo mox pro *faceret* legatur *faciebat*: illud enim indicare monet, ideo nullum alium, præter filium, comitem ipsi additum esse, ut hic calamitatis socius eum miserabiliorem faceret; quod Romanos quæsisse verisimile non esse: at si legas *faciebat*, Livium narrare tantum, quid inde evenerit, quod solo filio comitante castra ingressus sit, nempe inde omnibus eum miserabiliorem visum esse. Hac ratione admissa, *filius* intell. maximus natu Philippus, quem Perseus secum Octavio tradiderat. Cf. cap. 6 extr. Sed cur hic tantum est comes, nec reliqui etiam liberi Octavio traditi? (v. cap. 6. sub fin.) et cur hujus nulla deinde mentio fit, neque apud Plut. Æmil. p. 269. qui potius patrem solum, eoque demum amoto filios, generos, et primores adductos tradit? Hæ et aliæ difficultates evanescent, si mecum legeris: *Pullo amictu* vel *Pullo amictus* (v. ad 2, 54, 6.) *ille Perseus* (magnus ille rex et caput belli, non ejus adcessio, ut Syphax) *ingressus est castra, nullo suorum* (liberorum) *aliove comite, qui socius calamitatis miserabiliorem eum faceret*, ut Syphacem olim grex nobilium Numidarum, qui, quum in castra Scipionis perduceretur, cum præcedentem sequebatur. v. 30, 13 pr. Ita hæc optime cohærent cum præcedd., quibus conparatio Syphacis et Persei continetur; et intellegitur, quo ultima spectent verba: lenior quoque est medicina nostra, quam aliorum. Itaque non dubitavi eam adhibere.

5. *ad spectaculum*, ut spectaretur. Cf. ad 35, 51, 2. — *donec consul lictores misisset*, leg. *misit*: Gron. aut *mitteret*; Bauer. — — *adversus advocatos in consilium considere jussit*, lateri suo proximum ap. Valer. Max. 5, 1, 8. et juxta se in sella ap. Eutrop. 4, 7.

CAP. 8.)—1. *Prima percontatio fuit* cet. cf. Val. Max. l. l. et Plut. Æmil. p. 269. ubi alia et acerba consulis oratio est. Dissensum scriptorum jam notavit Zonar. Ann. 9, 23.

2. *adversus eum coluimus pacem*, v. ad 5, 35, 5.

[redacted]

3. *Latine deinde suis* cet. cf. Plut. et sup. 39, 38. — *violenter consulere in quemquam*, v. ad 26, 33, 2. — *quum quid vesper ferat, incertum sit*; proverbium est, quo Varro Satiram inscripsit: *nescis, quid vesper serus vehat*; Drak. Cf. Popmæ conject. ad Varr. Sat. p. 661. et Erasmi Adag. p. 867.

4. *Is demum vir erit, cujus animum nec prospera* fortuna *flatu suo* (v. ad 3, 33, 2.) *efferet* cet. cf. Mitscherl. ad Hor. Od. 2, 3, 1 sq. et 2, 10, 21 sq.

CAP. 9.)—1. *per Europæ plerumque*, v. ad 43, 10, 1.

2. *Vicesimum ab Carano*, Heraclida, *qui primus regnavit*, secundum fabulosas Græcorum narrationes. Macedoniæ XXX reges fuisse dicit Justin. 33, 2. et XXXIX. Eusebius. Hi regnarunt 646 annos. Cf. Reineri Reineccii familiæ regum Maced. Lips. 1571. Spanhem. de Pr. et V. N. 1, 371 sq. Crophi Antiq. Maced. in Thes. Gron. T. 6. p. 2855 sq. et Lud. Nonnius Comm. ad Goltzii Græc p. 208. — *regnavit XI annos*, X ap. Euseb. Secundum Livium regnavit ab a. V. 574-585. sed hic alterutrum tantum annum, quo vel regnum adeptus est, vel eo excidit, connumerare tasse, et Eusebius neutrius rationem habuisse videtur; Drak.

3. *quæ terrarum ultimus finis Rubrum mare amplectitur*, cf. 36, 17. et 42, 52. Sed omnino cum Gron. et Duk. leg. *ultimos fines*: nam ex opinione veterum oceanus terram, non hæc illum, amplectitur: — *mare Rubrum* autem sive Erythræum iisdem veteribus dicebatur oceanus Indicus; Drak. — — *lacerantes viribus*, distrahentes regnum. cf. Lucan. 10, 44. *laceratis urbibus* conj. Triller. Obss. crit. 3, 8. Sed potius leg. cum Gron. *laceratis viribus*, aut cum Bauero *lacerantes viritim*, aut potius cum Burm. ad Ovid. Met. 1, 626 *lacerantes vicibus* i. e. per vices; (v. Drak.) ut designentur quatuor vel quinque bella inter successores Alexandri M. gesta, quibus quasi vicibus imperium lacerarint.

4. *CL annos stetit*: " Plerique libri Justini 33, 2. habent CXCII. nonnulli CLII. quidam CL. Si initium annorum CXCII ab anno primo Olymp. CV., quo Philippus Amyntæ filius, Alexandri M. pater, regnare cœpit, ducatur, ab eo usque ad annum primum Olymp. CLIII et captum Perseu sunt integræ Olympiades XLVII. cum tribus annis Philippi et uno Persei, quæ annorum CXCII summa est. Livius initium LC annorum videtur duxisse a morte Alexandri M., quæ in annum primum Olymp. CXIV incidit, a quo usque ad finem regni Macedonici sunt anni CLVI., quos rotundo numero CL dixisse potuit." Duk.

CAP. 10.)—1. *ad susceptam legationem*, v. 44, 19. — *navigare Ægyptum*, v. ad 10, 37, 1. — *obcurrere A.* v. ad 21, 61, 1.

2. *Quum prætervehherentur Asiam legati*, Popillius et duo alii, qui nominantur 44, 19 extr. — *ut Rhodum devehherentur*, f. *deverterentur*; Duk. — *iidem*, sc. principes Rhodiorum; Drak.

3. *quæ singuli universique* cet. cf. 42, 26. 44, 14. 15. 23. — *ut, quum propriæ* cet. hæc multo forent clariora, si sic scriberentur: *ut ex unius senatoris Romani, cui propriæ simultatis n. c. c. c. esset, acerbitate, qualis*, cet. Gron. — *C. Decimii*, cf. 44, 19 extr.

4. *penes paucos concitores vulgi* cet. cf. Polyb. 27, 6. et 28, 2. — *si tamen populo foret*, male Sigon. *potestas* reposuit pro *tamen*: scribe *si is animus populo foret*, sc. qualem descripserat, dum ipsos excusat; Gron. Immo *si ea mens p. f.*, Jac. Gron. et Jac. Periz. probb. Crev. et Drak.

5. *Excesserunt urbe sub adventu* cet. immo *excesserant u. sub adventum*, v. ad 1, 35, 1. et 2, 55, 1. Mox post *Decimii lenitas* Sigon. supplet *adferebat*, Doujat. *efficiebat*, Crev. *ultro adcenderat*.

CAP. 11.)—1. *frustra tentatis mœnibus A.*, v. ad 9, 35, 1. — *majore Ptolemæo* — *minorem fratrem* — *sorore* Cleopatra *adjuvante* cet. v. ad 42, 29, 4. Pro *dum haberet* leg. *quum h.*, vel *dum habet*; Drak.

2. *validum relictum erat præsidium*, commodius *reliquerat*; Gron. — *claustra Ægypti*, (v. ad 9, 32, 1.) *teneri, ut, quum vellet, rursus exercitum induceret*: nam *Pelusium* opp. Ægypti, *ad Pelusiacum ostium Nili* situm, recte ita dicitur, quoniam terra exercitus ab hac tantum parte ex Judæa et Arabia in Ægyptum induci potest, et reliqua ejus pars inter mare et septemtrionales sinus Arabici oras invia est propter deserta arenosa et aquæ inopiam. Cf. Strab. 16. p. 760. et 17. p. 803. Michaelis spicileg. geogr. hebr. P. 2. p 32-42 Supplem. ad Lex. hebr. p. 1741. Plut. Anton. pr. et fin.

3. *reducendi ejus causa* sc. Ptolemæi majoris.

4. *in Cœlen Syriam*, v. ad 31, 47, 1. et 42, 29, 4. — *Circa Rhinocolura*, v. ad 35, 13, 2.

5. *diemque præstituit*, v. ad 6, 4, 3. — *de conditionibus peractis*, perfectis; Drak. cf. Burm. ad Ovid. Her. 5, 41. *delatis* conj. Crev.

CAP. 12.)—1. *navigantibus ostio Nili* cet. scribe *navigans ab ostio N.* — *Arabiæ ad Memphim, receptusque et ab ceteris* cet. Gron. Asteriscos adposuit Sigonius, legitque: *navigantibus ostio Nili, quod est ad Pelusium per deserta Arabiæ, populi se dediderunt. Deinde receptus ab iis, qui ad Memphim incolebant* cet., at Crev. et Doujat. *præteriit, præfectis maritimarum virium, quæ terrestrem exercitum co-*

mitabantur, navigantibus ostio Nilo ad Pelusium, ipse per deserta Arabiæ ingressus Ægyptum receptusque ab iis, qui ad Memphim incolebant cet. ut ita Antiochus terra, et maritimæ copiæ, quas præter classem Syriacam (v. cap. 11. et 12.) apud se retinuerit, mari petierint Ægyptum.

2. *Ad Leusinem* cet. cum Vales. et Turnebo leg. *Eleusinem*, opp. seu vicum Ægypti. Cf. Strab. 17. p. 800. Suid. in vita Callim. et Athenæus 13, 37.

3. *tabellas ei Popillius scriptum habentes tradit — virga circumscripsit regem — circulo* cet. cf. Polyb. 29, 11. Appian. Syr. 66. Valer. Max. 6, 4, 3. Vellej. 1, 10. Plin. 34, 6, 11. Plut. Apophtb. p. 202. Justin. 34, 3, 3. Pro *scriptum* ex Polyb., Valer. et Justini ll. ll. legendum esse *SCtum* aut potius *SC. scriptum*, jam conjecere Ursin. et Schweigh. ad Polyb. l. l. hisque suffragari malim, quam Ernestio, qui putabat, verbum *circumscripsit* tueri vulg. lect., et manifeste eleganterque hæc duo ad se invicem referri. *Cn. Octavium* pro *Popillio* nominat Plin. l. c. ubi eum diversas narrationes Cic. Phil. 8, 8. et 9, 2. confudisse jam monuit Drak.

4. *legati* (v. ad c. 10. n. 2.) *concordia etiam — inter quos visdum convenerat pax*, (v. ad 1, 3, 4.) *Cyprum navigant* cet. cf. Polyb. 29, 11. Pro vulg. *convenerat, pars Cyprum navigant* recepi emend. Jac. Periz. qui jam monuit, in MSS., lapidibus, ac nummis *PAXS* scribi, nec quidquam a Livio aut Polyb. memorari de altera parte legationis; eam quoque trium tantum fuisse hominum, et cetera omnia communiter egisse. Cf. Gron. Diatr. Stat. c. 46.

5. *legionibus ad conveniendum diem dixit*, v. ad 35, 3, 2. — *non auspicato templum intravit*, Capitolium, vota nuncupaturus ante quam Urbe proficisceretur. v. ad 1, 6, 6. et 21, 63, 10. — *vitio diem dictam esse*, v. ad 5, 17, 4. — *Profectus in Galliam circa Macros campos*, v. ad 41, 18, 3. et 44, 17, 3.

6. *cui Sardinia evenerat*, v. 44, 17. — *eum jus dicere Romæ* cet. peregrina juris dictio forte obvenerat L. Anicio, (v. 44, 17.) qui deinde in Illyricum missus est 44, 21. Cur vero hæc juris dictio tum Papirio mandata est, nec potius Cn. Bæbio, prætori urbano? v. 28, 10. 44, 17. "Suspicor, Bæbium fato functum, et tum Papirio utramque juris dictionem decretam fuisse, ut 39, 39. Sardiniæ autem et hoc et seq. anno P. Fontejum Capitonem imperio prorogato præfuisse. cf. 42, 15. et 45, 16. Hanc tamen suspicionem evertere videntur verba seqq. *nam eam quoque sortem* (v. ad 22, 35, 5.) *habebat*. Fateor me ignorare, quid hoc sit. Nusquam enim alibi apud Livium legas, cum provinciis, quæ extra Italiam a senatu decernebantur, ita conjunctam fuisse juris dictionem, ut provincia et juris dictio tantum una sors esset." Duk.

CAP. 13.)—1. *Et Popillius et ea legatio*, h. e. et ceteri duo legati, qui cum eo *missi ad Antiochum erant*. v. 44, 19 extr. Solus nominatur Popillius, quia princeps eorum erat. v. ad 3, 25, 4. *Ut Popillius* forte leg. cum Gron. At Crev. copula *et* periodum hanc cum præc. connecti putabat, (ut *Et prætores* cap. 12 extr.) et mox leg. *Romam retulit*, deleto verbo *rediit*.

2. *Ptolemæi legati communi nomine regis et Cleopatræ*, forte leg. *Ptolemæorum* et *regum*, et mox *regibus Ægypti, Ptolemæis Cleopatræque;* nam uterque fratrum regnabat: sed tamen etiam eleganter *reges Ægypti, Ptolemæus et Cleopatra;* Gron. Cf. ad 1, 39, 2. 42, 29, 4. et 44, 19, 3. Ptolemæum regem h. l. esse juniorem, qui solus auxilium imploraverit Romanorum, et propter quem missa legatio a Romanis fuerit, suspicabatur Crev.

3. *recte atque ordine fecisse*, v. ad 24, 31, 3.

4. *Literæ deinde Macedonia adlatæ*, forte *e Macedonia;* Gron. et Drak. — *geminarent*, s. *geminarunt;* Jac. Periz. — *inter Pisanos Lunensesque*, v. ad 41, 13, 2.

5. *ab Eumene, Attalo et Athenæo f.*, v. ad 42, 5, 3. — *Masgabæ, regis Masinissæ f.* v. ad 21, 29, 6. ad Epit. Liv. L. n. 7. Casaub. ad Suet. Aug. 98. et Spon. Misc. p. 147.

6. *duas res ei rubori fuisse*, cf. ad Tac. A. 11, 17, 2. — *quæ opus essent*, male edd. ante Grut. *esset;* Drak. Idem suspicabatur, mox post *meminisse* excidisse *se*.

7. *non se rogare æquum esse, neque emere ea, ex fructibus agri ab se dati quæ ibi proveniant:* alia post *dati*, non post *ea* comma ponunt, obfensi forsan eo, quod τὸ *quæ* tot vocibus postponitur. At de eo v. Periz. ad 28, 12, 13. Idem ad Sanct. Min. 2, 12. monet, h. l. prius *se* ad Masinissam, alterum ad Romanos referri, et in nota ad h. l. conj. *quæ sibi proveniant*. Id probabat Drak. sed pronomen reciprocum non, ut ille, ad Masinissam, sed ad Romanos, ut posterius *se*, referendum putabat. At Crev. emend. *nec quidquam emere ex fructibus agri ab se dati*, et *ea quæ ibi proveniant* interpretamentum esse existimabat *fructuum agri*, et inficetam verbositatem. — *quod populo Rom. superesset*, v. ad Tac. A. 15, 43, 1. — *gratulatumque senatui*, et postquam senatui gratulatus esset; Drak.

CAP. 14.)—1. *Responsum regulo est*, v. ad 1, 39, 2.

2. *ut pretium honoremque debito ei beneficio addat*, justo et merito ob *fortem fidelemque operam, bello Punico* Romanis præstitam, *honoremque verborum b. e.* conj. Gron. Cf. ad 25, 17, 5. Sed vulgata lectio firmatur verbis seqq. et semper mihi mirifice placuit tum urbanitate, tum æquo judicio

[redacted]

animique non minus grati sensu: hæc pæne languet, et ab illa nimis longe abit. Nunc video, hanc etiam displicuisse Crev. qui docet, eum *beneficio addere honorem verborum*, qui beneficio a se conlato verba addat honorifica; hic vero non agi de beneficio Masinissæ in Romanos, sed Romanorum in Masinissam, quod huic deberetur ob constantem fidem; adeoque comiter senatum elevare beneficium suum fatendo, debitum fuisse Masinissæ, quidquid illi præstitum fuerit a populo Rom.; præterea *grati* viri esse, extollere beneficium adceptum, non a se datum. Idem recte monet, totam hanc orationem in eo esse, ut senatus comitate et laudibus certet cum Masinissæ gratulatione et modestia. Hinc et bene mox conj. *et illum favente populo Rom. regnum adeptum ac virtute sua. Postea trium regum* cet.

3. *postea trium regum*, Philippi, Antiochi et Persei, h. e. cum iis, *bellis deinceps* (v. ad 1, 21, 8.) *omnibus f. o.* v. 31, 19. 36, 4. 42, 29. — *apud suos penates*, domi; non Romæ. — *esse e rep. populi Rom.* v. ad 34, 34, 3.

4. *Hanno Hamilcaris filius obses* pro *hospes* ex emend. Sigon. qui lacunam h. l. ita explet: *obses in locum* (cujusdam alius obsidis Carthaginiensis, cujus nomen interiit) *Romam a Pœnis mitteretur, respondit senatus, haud æquum videri, ut obsides a Pœnis arbitrio Masinissæ exigeret.*

5. *ipse comitesque regis*, forte *regii*, aut *reguli*, aut *ejus*; Gron. Cf. n. 1. — *vestimenta data*, f. *dari.*

CAP. 15.)—1. *In quatuor urbanas tribus* cet. in iis, quæ h. l. desiderantur, Livius memoraverat comitia consulum prætorumque, (quorum nomina v. cap. 16.) et initium contentionis C. Claudii Pulcri et Ti. Sempronii Gracchi censorum (v. 43, 14 sq. et 44, 16.) de libertinis. Nota Dukeri est: "Ex eo, quod Livius, tria de libertinis, quæ ante Claudium et Gracchum censores obtinuerant, referens, de primo præteriti temporis verbo dicit *descripti erant*, probabile fit, eum etiam scripsisse *jusserant* et *factum erat*. Ex eo autem, quod paullo post dicit *hoc quum ita servatum esset*, evidens est, hæc omnia ante Claudium et Gracchum censores ita servata fuisse. De primo satis constat ex nota 6. ad Epit. Liv. XX. De duobus aliis unum superest testimonium hujus loci, qui ob brevitatem obscurissimus est. Ex eo ne quidem liquet, utrum hæc eodem tempore, quo libertini postremo in tribus urbanas redacti sunt, quod a. V. 532. a L. Æmilio et C. Flaminio censoribus factum est, an ante, an denique post eorum censuram constituta fuerint. Sigonius de ant. jur. civ. Rom. 2, 14. scribit, ea post hos censores ita inmutata fuisse. Sed hoc nullo certo argumento probari potest. Nam quod libertini ab his in quatuor tribus urbanas redacti dicuntur, id non necesse est de omnibus sine exceptione adcipi; quum nihil obstet, quo minus et in eorum censura et ante eam libertinis nonnullis aliquid beneficii a re publica tribui potuerit. Præterea si, quod Livius dicit, *libertinos in quatuor tribus urbanas descriptos* fuisse, id a L. Æmilio et C. Flaminio censoribus factum est, ut recte putat Sigonius: exceptio addita aperte demonstrat, libertinos, *quibus filius quinquenni major erat*, ab his in tribus urbanas non descriptos fuisse. Quod si quis quærat, in quibus ergo tribubus ab iis censi fuerint? respondebit ipse Livius, jussos fuisse censeri, *ubi proximo lustro censi essent*, i. e. in aliqua e tribubus rusticis: nam præter urbanas et rusticas aliæ non erant. E quibus verbis simul patet, id jam ante hos censores aliis datum fuisse. Nam quum ea, si ad horum censuram non referuntur, nullam certi temporis notam contineant, nemo divinando adsequi potest, quodnam sit *proximum* illud *lustrum*. Quod ad libertinos, qui *prædia rustica pluris sestertium triginta millium* haberent, adtinet, quia de his non idem, quod de libertinis, quibus filius quinquenni major esset, dicitur, incertius est, quando hos censendi jus factum fuerit. Nam quod Periz. in Diss. de lege Voconia p. 169. id Claudio et Graccho censoribus factum scribit, parum probabile est. Primum enim verba Livii *hoc quum ita servatum esset*, nihil eorum, quæ ante de libertinis dixerat, ad horum censuram referri patiuntur. Deinde non valde verisimile est, Gracchum, qui primum omnes libertinos omnibus tribubus pellere decreverat, quum obtinuisset, ut omnes in unam tribum urbanam conjicerentur, in eorum numerum eos recipere voluisse, qui ante id tempus numquam censi fuerant." Cf. ad 1, 43, 22. 9, 46, 14. et 18. ad Epit. XX, 6. et LXXVII, 1. Intpp. Val. Max. 6, 5, 3. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 1, 3. 2, 14. Pigh. in Ann. ad a. 584. et 585.

2. *præter eos, quibus filius quinquenni major ex SCto esset:* "Hinc Manut. de civ. Rom. p. 19. et Gruch. de com. Rom. 2, 4. p. 682. recte conjiciunt, hos in tribubus rusticis, non in urbanis, censos fuisse. Credi potest, quum ante, ut alii libertini, in una e quatuor tribubus urbanis censerentur, deinde iis beneficio filii quinquennis datum fuisse, ut ex tribubus urbanis ignobilioribus in rusticas honoratiores transferrentur. Ita Cujac. ad l. 194. D. de V. S. Ceterum Manutius et Sigon. hæc ita citant: *quibus filius quinquenni major esset. Ex SCto eos, ubi* cet. Hoc considerandum arbitror. Inepte saltem aliquis *ex SCto* filium habere dicitur." Duk. Verba *ex SCto* inepte h. l. inseri, et vel leg. esse *ex SCto*

descripti erant libertini, vel *censeri ex SCto jusserunt*. putabat Crev.

3. *censendi jus factum est*, "h. e. iis datum erat, ut in tribu censeri possent, quum ante censi non fuissent. Unde consequens est, eos, qui prædia rustica minoris *sestertium* 30000 haberent, tribum non habuisse, et a suffragii latione exclusos fuisse. Nam eos, quos propter prædia rustica, quæ pluris sestertium 30000 erant, censendi jus factum erat, in una e quatuor tribubus urbanis, non in tribubus rusticis, ut eos, quibus filius quinquenni major erat, censos fuisse, vere, ut puto, tradunt Manutius et Sigonius. Sed quid, si nulla quidem prædia rustica, sed urbana, verum longe pluris sestertium 30000 possiderent? si majorem summam apud argentarios aut in fenere positam haberent? an tamen tribum non habebant, et censu ac suffragii latione excludebantur?" Duk. Ante verba *censendi jus factum est* excidisse *in tribubus rusticis*, existimabat Crev. nam L. Æmilio et C. Flaminio censoribus non actum fuisse, utrum censerentur libertini, sed ubi censerentur: bene autem eos in tribus rusticas admitti, qui prædia rustica haberent; et hanc fuisse censorum mentem, ut in eas non admitterentur, nisi ditissimi quique ex libertinis.

4. *Negabat Claudius, suffragii lationem injussu populi — tribu movere* cet. v. ad 4, 24, 5. 38, 36, 4. 39, 55, 1. "Ex hac disceptatione Claudii cum Graccho consilium Gracchi intellegitur, quod Livius in iis, quæ hic interciderunt, exposuerat. Habebat nimirum in animo, omnes libertinos non modo rusticis, verum etiam urbanis tribubus pellere, et universo ordini libertinorum suffragii lationem adimere. Id quum, contra tendente conlega, consequi non posset, hoc tamen obtinuit, ut omnes libertini, et qui ante in rusticis tribubus, et qui in quatuor urbanis censebantur, in unam urbanam, in qua censerentur et suffragium ferrent, conjicerentur. Ita hoc rectius explicant Manut. et Sigon., quam Pighius, qui l. l. scribit, Gracchum decrevisse, quatuor urbanis tribubus omnes emovere, qui servitutem servissent, et quibus quinquenni major filius prædiave rustica pluris sestertium 30000 non essent; et tum primum in Esquilinam solam conjecisse, qui servitutem servissent, et quibus talis filius taliave prædia non essent. Hæc aliena sunt a consilio Gracchi, et ab eo, quod, quum id perficere non potuisset, conlega concedente obtinuit." Duk. — *si tribu movere posset*, forte *possit*, i. e. etsi possit; Drak.

5. *civitatem libertatemque* (juris Quiritium) *eripere* eodem sensu dicitur: nam cui civitas adimebatur, retinebat libertatem juris gentium, non libertatem juris Quiritium; Duk. *Libertas* plerumque obponitur servituti, et est libertinorum atque ingenuorum; sed quando de libertate civis Rom. sermo est, significat jus Quiritium, vel omnia jura, quæ cives Rom. habent. Cf. Ernesti clav. Cic., Noodt Obss. 2, 21. Heinecc. in Adpend. lib. 1. Antiq. Rom. ad Institut. Jur. Civ. §. 25. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 1, 6. et 2, 14. — *finire*, v. ad 10, 13, 13. — *inter ipsos* Claudium et Gracchum censores.

6. *postremo eo descensum est, ut* cet. v. ad 23, 14, 5. — *palam in atrio Libertatis*, v. ad 43, 16, 10.

7. *Esquilinæ sors exiit*, v. ad 1, 43, 22, et 21, 42, 2. — *in ea Ti. Gracchus* cet. Non audiendus Aur. Vict. de viris ill. c. 57. neque patrocinatur ei Cic. de Or. 1, 9. quem locum Manut. et Sigon. ll. ll. dudum aliter exposuerant; Duk.

8. *Plures, quam a superioribus* censoribus, *et senatu emoti, et equos vendere jussi: omnes iidem ab utroque* censore *et tribu remoti* (Gron. malebat *moti*, et Ant. Periz. *emoti*) *et ærarii facti; neque ullius, quem alter notaret*, (f. *notarat*, Drak.) *ab altero levata ignominia*, v. ad 4, 24, 5. et 40, 51, 2. "Livius quædam de his rebus jam 43, 15, 16. et 44, 16. dixerat; unde Sigon. admodum mirabatur, ipsum quasi sui oblitum eadem nunc iterasse. Quæ autem lib. 43. narrarat, postea lib. 44. repetiit, quia censores, postquam perduellionis caussam dixerant, censum vel instauraverunt, vel ante adcusationem nondum absolverant: unde ibi prioribus addit, tribu eos movisse, et ærarium reliquisse ipsum illum tribunum plebis P. Rutilium, a quo sibi perduellionis dies dictus erat. Hic vero repetendi causam habere potuit, ut adderet, omnes eosdem ab utroque et tribu motos, et ærarios factos, *neque ullius* cet., quod antea omiserat. Id autem ut commode faceret, breviter repetiit, quæ supra distinctius et per partes proposuerat. Si quis tamen id Livium memoriæ culpa fecisse malit, per me licet. Sic nomina triumvirorum bis memoravit 39, 55, et 40, 34." Drak. Cf. ad 35, 22, 2.

9. *Petentibus, ut ex instituto ad sarta tecta exigenda, et ad opera, quæ locassent, probanda*, (v. ad 4, 22, 5. 5, 23, 6. 6, 4, 4.) per *anni et bimensis tempus* censura sibi *prorogaretur*, v. ad 10, 47, 3. et 29, 37, 4. Verba *ex instituto* ante *exigenda* videntur ponenda, certe referenda sunt ad propiora *ad sarta tecta exigenda*, non ad remotius *prorogaretur*; Duk. Verba autem *anni et bimensis tempus prorogaretur* haud dubie corrupta sunt, et neque ea interpretandi ratio, quam modo dedi, neque Drakenborchiana, de qua v. ad 10, 47, 3., satis probanda, *anni et VI mensium tempus* (h. e. justum censuræ tempus, nunc jam præteritum) *prorogaretur* recte, opinor, emend. Crev. qui putabat, vocem *bimensis* haud probam esse, et spatium illud anni et duorum mensium non cum legitimo cen-

[redacted]

suræ spatio congruere, nec adparere ad quid referri possit. Nimium quoque illud videri monet Drak. et verisimile esse, censores hoc prætextu prorogationem postulasse, ut compensarent tempus inutiliter et sine negotio publico elapsum, quum in comitiis adcusarentur perduellionis. v. 43, 16.

10. *quia lectus non erat in senatum:* "hoc loco sententiam suam confirmant, qui putant, tribunos plebis tum nondum jure magistratus senatores fuisse sine lectione censorum, idque iis demum a. V. 623. plebiscito Atinio concessum. Sed de sententia hujus plebisciti, quod Gell. 14, 8. memorat, parum convenit inter doctos. v. Manut. de leg. c. 5. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 2. Zamosc. de sen. Rom. 1, 9. Lips. Elect. 2, 13. Torrent. ad Suet. Aug. 10. Ant. Augustin. de legibus." Duk.

11. *Q. Cicerejus ædem* cet. cf. 42, 7. unde Drak. suspicabatur, post *ædem* excidisse *Monetæ*. — *Flamen Martialis inauguratus* cet. in locum P. Quinctilii Vari, quem anno priore mortuum 44, 18 scripsit; Duk.

CAP. 16.)—1 *per bellum Maced.* v. ad 2, 18, 1.

2. *de sententia legatorum* decem, de quibus v. cap. 17 pr. — *statum alium ejus regni*, potius *eorum regnorum*, vel, quod propius ad vulgatum accedit, *utriusque regni*, sc. Macedonici et Illyrii; Gron. et Drak. Id probabile fit ex cap. 17. 26. et 29.

3. *Consulibus Pisæ*, Etruria, *et Gallia* Cisalpina *decretæ cum binis legionibus peditum et equitum quadringentenis:* docet Drak. suspectas esse primum *legiones peditum*, deinde locutionem *equitum quadringentenis* pro *equitibus q.* denique ipsam vocem *quadringenteni*, quoniam et haud proba ea esse videatur, et trecenti fere equites legioni sint additi. v. ad 8, 8, 10. Hinc non male conjicit *cum binis legionibus* Iͻͻ vel I'ꝏ (h. e. quinum millium) *peditum et equitum trecenorum*. Idem suspicatur, plura excidisse, ex 44, 21 extr. forte supplenda.

4. *Prætorum sortes — urbana* cet. v. ad 22, 35, 5. — *M. Juventii Thalnæ* pro *M. Juventii* vel *Juvencii Talvæ* recepi ex emend. Sigon. Cf. Drak.

5. *in oppido Minervio*, quod et memoratur Vellejo 1, 15. et forte est id. qd *Castrum Minervæ* opp. Calabriæ, 'Αθήναιον Dionys. 1, 51. *arx Minervæ* Virg. A. 3, 531. hod. Castro. Sed *oppidum* h. l. esse Romam antiquam Romuli in X regione Urbis putabant Scaliger et Drak. v. ad 42, 20, 3. Ille emend. *in oppido Minervii*, (sed ita Livius mox *fores* aut *valvæ* dixisset pro *portæ*, et *parietis* pro *muri*) hic vero *in oppido Minervæ* sc. ædes, vel potius *in oppido Minervium*, (h. e. templum Minervæ, ut ap. Varr. L. L. 4, 14. et simil. *Dianium* sup. 1, 48.) *duæ portæ et muri a.* Id firmari dicit loco Jul. Obseq. de prod. c. 70. *Romæ aliquot loca sacra profanaque cœlo tacta*, et a P. Victore in X. Urbis regione memorari *delubrum Minervæ*. — *Lanuvii;* ita ex h. l. legendum esse ap. Obseq. l. l. pro *Lavinii*, jam monuere ejus intpp. De prodigiis h. l. memoratis v. ad 1, 31, 1.

6. *decemviri libros adire jussi*, v. ad 3, 10, 6.

7. *Urbs lustrata*, v. ad 1, 28, 2. — *perduelles*, v. ad 1, 26, 4. — *quanta dona Ap. Claudio* cet. cf. 36, 2. et 39, 23.

CAP. 17.)—1. *componerent res*, v. ad 26, 40, 1. — *decem in Macedoniam;* mox vero nominantur modo novem: unde decimi nomen intercidit.

2. *tum prorogato imperio provinciam Galliam habebat*, donec successor venisset: nam consulibus statim inito magistratu Pisæ et Gallia provinciæ decretæ fuerant c. 16. et Licinius, inter X legatos nominatus, quum ei Q. Ælius consul successisset, hoc anno in Macedoniam profectus est; Duk. Cf. seqq.

3. *provincias aut compararent inter se aut sortirentur*, v. ad 3, 2, 1. Mox Gron. malebat *sortitis M. Junio* cet. et Drak. monet, verbum *sunt* olim unica litera *s* scriptum fuisse. Sed unde tum pendet *moniti?* an hoc dictum pro *moniti sunt?* — *convenerunt*, potius *convenerant;* Duk.

CAP. 18.)—1. *Metalli quoque Macedonici* cet. forte leg. *m. q. M. vectigal, quod ingens erat*, vel *m. q. M. locationes prædiorumque rusticorum*, vel *prædiorumque r. locutiones*, vel denique *metalla q. Macedonica*. Ad hæc et ad totum caput cf. inf. cap. 29. Quæ hic *prædia rustica* dicat Livius, non scio: nam Romanos nec prædia regia inculta ac deserta relinqui, nec privatis prædiorum suorum locatione interdicere voluisse, probabile est: agros autem Philippi et Persæ in Macedonia deinde a censoribus locatos fuisse, Cic. Agr. 2, 19. scribit; Duk. Forte ea sunt prædia, quæ proprium erant regum Macedonicorum patrimonium: quæ, quum locarentur a regibus, a Romanis vel venduntur, vel donantur; Crev.

2. *ubi publicanus est, ibi aut jus publicum vanum, aut libertatem sociis nullam esse;* Nota Dukeri est: "*Jus publicum* interdum est, quod Justinianus §. 1. Instit de Just. et Jur. *privatum jus* vocat, i. e. quo de rebus ad singulorum rem privatam et familiarem pertinentibus, publica auctoritate legibus constituto, omnes cives communiter utuntur, quodque magistratus omnibus æqualiter impertiri debent: (sic ap. Terent. Phorm. 2, 5, 65. et Suet. Aug. 10. et Tib. 50.) sed et proprie est, quod ad statum publicum civitatis atque imperii pertinet, ut ap. Cic. de Or. 1, 46. 61. et Brut. 77. Ita hic credo dici de eo, quod censoriis aliisve publici exercendi legibus præscriptum et constitutum erat. Nam hoc quoque magis ad statum publicum civitatis et imperii

[redacted]

pertinet, quam ad rem privatam singulorum. Hoc dicit *vanum* esse, *ubi publicanus est*, i. e. leges de conducendis et exercendis vectigalibus publicis non servari, sed eludi fraudibus et rapacitate publicanorum et sine vi esse. Verum eo ipso, quod *jus publicum vanum* reddebatur, fiebat, ut *libertas sociis nulla esset*, quæ illis salva fuisset, si leges vim suam obtinuissent. Itaque, si mea explicatio vera est, *et* vel pro utroque *aut*, vel, deleto priore *aut*, pro posteriore ponendum est." Verba Livii Crev. ita exponit: *ubi publicanus est*, alterutrum adcidere necesse est: aut remissius agere publicani jubebuntur; tunc *jus publicum vanum* erit, i. e. ex jure illo publico vel metalli, vel portorii, nihil aut perpaullulum pecuniæ recipietur: aut publicanus rigide et districte aget; tunc libertas sociis nulla erit. Idem mox malebat *id exercere* pro *idem e.*

3. *ubi in medio præda a. e.* v. ad 6, 6, 7. — — *Commune concilium gentis esset:* immo leg. c. *non concilium*, vel cum Grut. *ne esset.* Magis a vulg. abit emend. Sigonii *gentis nullum esse*, et τὸ *esset* defendit Drak. quum variata constructio *placuit ne esset* et *Macedoniam dividi* Liviana sit. — Mox *aliquando* ad remotiora, *ad licentiam pestilentem traheret*, pertinet, et forte, ut alia, loco motum est; Duk.

4. *dimidium tributi, quam quod:* dele τὸ *quod;* Gron. Sic cap. 26. 29. et al. Sed v. ad 35, 1, 1. — *in quibus* refer ad *cetera relicta*, nisi potius del. τὸ *in*, ut *quibus* respiciat *imperatores;* Gron. *ut quibus* emend. Jac. Gron. Sic 7, 14. 37. 25, 13. 29, 32. 34. et al.

CAP. 19.)—1. *Attalus frater Eumenis* cet. cf. Polyb. 30, 1. et Diodor. T. 2. p. 625. fragm. 21. Mox forte leg. *militaverunt.*

2. *querimonia Gallici tumultus*, cf. 38, 12 sq. et ad 2, 26, 1. *Advertæque*, forte reguli Gallorum, de quo et bello Gallico verisimile est supra apertius scripsisse Livium, quæ exciderunt; Sigon. Lege *aperte;* Turneb. Adv. 11, 18. Quidquid legatur, fortassis ne poëtæ quidem dixerint *gladiis regnum in dubium adductum* pro regno periculum esse a bello; Duk. Locum pro desperato habet Crev. et Drak. conj. *altera, querimonia, Gallico tumultu Solivettiique* (cf. cap. 34.) *cladibus regnum* cet. Cf. Polyb. l. l.

3. *salva pietate ejus* erga Eumenem fratrem. Forte leg. *ei* pro *ejus;* Crev. — *altero* (Eumene) *nec Romanis, nec Persi* (v. ad 42, 25, 1.) *fido socio*, cf. 44, 13. 20. 24. 25.

4. *et huic tribuere et illi vero negare:* pro *vero* Gron. conj. *merito*, et Duk. *velle* e Polyb. Sed Crev. et Drak. putabant, *vero* hic cum emphasi adfirmare, ut 27, 19. et ap. Cic. Off. 3, 1. de sen. 2. de div. 2, 8. Cf. Cort. ad Sall. Cat. 58, 16. 61, 1. et sup. ad 7, 3, 1. et 27, 19, 7.

5. *Eorum hominum Attalus erat*, v. ad 23, 31, 9.

6. *Stratius cum eo fuit medicus* cet. cf. Polyb. 30, 2. — *a non securo Eumene*, qui non sine cura et solicitudine erat. ὀπτευσάμενος ὁ βασιλεὺς τὸ μέλλον Polyb.

7. *ad occupatas jam aures* cet. v. ad 5, 8, 7.

8. *tempestivis temporibus*, f. t. *sermonibus;* Gron. prob. Drak. qui ita dici monet *sermones tempori aptos* 3, 17. *orationem tempestivam* et *tempori convenientem* 5, 12. 35, 36.

9. *regnaturum eum infirmitate*, propter infirmitatem. — *necdum enim agnoverat* Eumenes *eum, qui postea regnavit*, οὐδέπω γὰρ ἀναδεδειγμένος ἐτύγχανε κατὰ φύσιν υἱὸς ὢν αὐτῷ, ὁ μετὰ ταῦτα διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν Polyb. 30, 2, 6. ubi Schweigh. hæc notavit: "Quæ verba non vertenda sunt, *necdum enim agnitus fuerat spurius ille filius Eumenis, qui postea illi successit;* (nam ὁ κατὰ φύσιν υἱὸς, πατὴρ, ἀδελφὸς non est spurius, qui hodie vulgo, non Romanis, *naturalis* dicitur, sed genuinus, germanus) neque *nondum enim pro genuino ejus filio declaratus erat* cet. (nam Eumenes primum quidem ex pellice Aristonicum, sed deinde ex legitima uxore Stratonice, Ariarathis, Cappadocum regis, filia, quam dudum ab eo ductam fuisse, e Liv. 38, 39. et 42, 16. constat, suscepit filium, juniorem illum Attalum III. Philometora, qui Romanos heredes instituisse dicitur, eique parvo admodum moriens tutorem reliquit Attalum fratrem, qui, tutela una cum regno suscepta, eumdem post XXI annos successorem habuit: quod diserte Strabo 13, 624. tradit; Duk.) sed insolentiori quadam verbi ἀναδεδειγμένος notione adscita: *necdum enim tunc in lucem editus erat genuinus ille Eumenis filius:* cui interpretationi consentanea sunt tum loca Strab. et Polyb. 33, 16, 2. tum verba Polybii h. l. proxime præcedentia τοῦ βασιλέως διὰ τὴν ἀπαιδίαν, οὐδ' εἰ βουληθείη, δυναμένου τὴν ἀρχὴν ἄλλῳ καταλιπεῖν. (Quibus respondent h. l. Liviana *nullam stirpem liberorum habentis.*) Si quis ei Livianam illam obponat, eum non nobis, sed Livio litem movere jubebimus, qui, quod haud dubie de Attalo, unice legitimo Eumenis filio ac successore, dixit Polybius, id ad Aristonicum, ex pellice natum, (qui post mortem Attali III. sub a. V. 620. regnum invasit, sed quem numquam pro legitimo agnitum ab Eumene esse probabile fit ex reliqua hujus familiæ regnique historia) referendum putavit."

10. *Quid adtineret*, v. ad 2, 41, 4. *adtinere* conj. Gron. — *ad eum adventuræ*, forte *venturæ*, quod de hereditate dicitur; Duk. — — *sisti non posse*, v. ad 2, 29, 7. Mox lege: *nec aliud eum fratri, quam ne in regno moriatur, sibi ipsum spem propinquam regni erepturum;* Gron. qui confert verba auctoris ad Herenn. 4, 52. *tu cessas mihi vitam, tibi omnem*

[redacted]

bene vivendi spem mea morte eripere? Ad verba *nec aliud eum* Doujat. et Crev. intellegunt *effecturum*.

11. *potiorem laudem fuisse*, f. *esse*; Jac. Periz. — *omnibus injuriis obnoxios fore*, Ant. Periz. malebat *omnium*. — *illa ætate*, *illa c. i.* v. ad 2, 29, 6. — *an ultimum mori jussurum*, forte *ad ultimum* (v. ad 40, 42, 6.) *mori i.*, eo sensu, quo Virg. Ecl. 2, 7. *mori me denique cogis*; Gron. prob. Drak. qui duo putat interrogari, utrum sc. Attalus jussurus sit, fratrem, erepto regno, privatum ad mortem usque in patria vivere, an vero, eum, erepta simul patria, vitam in exsilio finire? *an ad ultimum* conj. Duk. et suspicatur, post *infirmitate* periisse *esse*, vel *visurum* vel aliam vocem sequenti *jussurum* sono similem, tria autem quærere Stratium, utrum fratrem privatum in regno vivere passurus, an in exsilium pulsurus, an denique interfecturus sit? non duo tantum, privatum an exsulem mori jussurus? nam nihil interesse, privatus aliquis an exsul mori jubeatur, ac ne quidem eamdem regibus facultatem esse exsules occidendi, quam privatos in regno ipsorum viventes. *ultimum* Crev. exponit tandem, ad ultimum, (v. ad 40, 42, 6.) et tria divisionis membra constituit, ad *privatum* vero et *exsulem* intellegit *esse*; quod non multis placebit.

12. *fabulis traditus impiorum fratrum eventus*, Eteoclis et Polynicis. v. ad Sil. 16, 546 sq.

13. *qui ex fraterna cæde raptum* cet. pro vulgari: qui occiso fratre, legitimo regni herede, in templo, ultimo refugio, Romanis se tradiderit. Cf. cap. 6.

CAP. 20.)—1. *gratulatus victoriam*, forte *gratulatusque* vel *gratulatus v. est*; Drak. — — *Gallorum defectionem*, Gallogræcorum, quorum pars imperio Eumenis parebant. v. Polyb. 5, 77. 78. 25, 4. 5. 26, 6. 30, 1 sq. 31, 2. 6. 32, 5. Ad hæc et seqq. cf. Polyb. 30, 3. qui etiam *Ænum* et *Maroneam* præsenti Attalo promissas a senatu, sed paullo post discessum ejus liberas fuisse pronuntiatas tradit.

2. *curiam excessit*, v. ad 2, 37, 5. Sequens *ut* del.; Gron., Crev. et Drak. qui etiam malebat *Raro alius quisquam*.

3. *Rhodiorum maxime legati* cet. cf. Polyb. 30, 4. Diodor. T. 2. p. 624. Gell. 7, 3. Dio Cass. p. 66. n. 158 sq. ed. Reimar. — *civitatem converterunt*, v. ad 22, 51, 3.

4. *stantibus in comitio* (v. ad 1, 36, 6.) *legatis an locum, lautia senatumque darent*, dandum censerent. v. ad 3, 21, 3. 8, 5, 1. et 28, 39, 8.

5. *amicorum sociorum*, lege *a. et sociorum* ut paullo ante, aut cum aliis *a. sociorumve*, vel *a. aut sociorum*, vel *a. sociorumque*. — *condemnarentur*, forte *condemnarent*; Crev. et Drak.

CAP. 21.)—1. *Vellent juberentne*, f. *juberentve*. — *quum antea semper prius senatus de bello consultus* cet. v. ad 41, 1, 3.

2. *et tribuni plebis, quum ita traditum esset, ne quis* cet. v. Gruch. de com. Rom. 1, 4. p. 597. Post *tribuni pl.* excidisse pauca in hanc sententiam *quod, ante quam privati de lege dicerent, legi ipsi intercederent*, suspicabatur Sigon. Contra Gron. ex præcedd. intellegebat *novo maloque exemplo actioni prætoris adversabantur*. Hoc quidem intellegi potest, nec tamen ex eo satis adparet, in quo situm fuerit, quod tribuni pl. ita adversabantur: quod sine supplemento aliquo vix intellegi potest; Duk. — *ex ratione dissuadentium*, lege *ex rationibus*, vel potius cum Gron. *ex oratione*; Duk.

CAP. 22.)—1. *peccaverimusne, adhuc dubium est* cet. hæc est Astymedis, principis legationis Rhodiorum, oratio ἀκέφαλος, Græcis haudquaquam probata. v. Polyb. 30, 4. et Gell. 7, 3. Livium non tam ea, quæ dixerit orator Rhodius in senatu, quam quæ ab eo dici potuisse ac debuisse putaverit, in hanc orationem contulisse, docet Duk.

2. *ad deos vestros dona ferentes* scil. *veniebamus*; quod verbum, a Sigonio interpositum, elegantius reticeri et ex proximis intellegi putabat Gron. *deducebamur* excidisse credebat Crev. *ferebamus* emend. Perizonius.

3. *ut audimus* vett. edd. non *audivimus*, et est ἰδιωτισμὸς vulgarium quoque linguarum *audio* pro *audivi* vel cognovi; Gron. Cf. cap. 23 extr. et c. 24.

4. *nihil aliud quam quieverunt*, v. ad 2, 8, 9.

5. *Messana in Sicilia obpugnata* h. e. ejus obpugnatio cet. v. ad 28, 28, 3.

6. *a Polyarato et Dinone, civibus nostris*, qui et ipsi paullo post Romam traducti sunt. v. Polyb. 30, 8. 9. — *C. Livium* jam hoc tempore mortuum fuisse, ex 43, 11. colligebat Jac. Periz. Sed h. l. alius designari videtur Livius, qui in prætura classi præfuit. Cf. Drak. et Ind.

CAP. 23.)—1. *ubi navis intra præsidia*, v. ad 9, 31, 1.

2. *ut ne* (pro simpl. *ne*) *ab utraque parte gratiam iniremus*; scribe *ut ab neutra parte*, et mox *navibus, armis, juventute* pro *navalibus, a., i.*; Gron. Forte et *juventute nos nostra*; Drak. *navalibus* sc. auxiliis, ut paullo ante; Ern.

3. *Ne præstaremus, per vos stetit*, v. ad 2, 31, 7. Mox lege: *sed id a vobis prohibiti præstare fuimus*; Gron. — *Hinc jam non*, potius *Hic jam*, i. e. nunc, hoc tempore, ut ap. Cic. pro l. Manil. c. 9. *hic jam plura non dicam*; Duk. et Drak.

4. *nec in potestate vestra remp. f.* v. ad 26, 8, 9. Mox forte leg. *depravarint* et *censerimus*; Drak.

5. *furiosus, ut postea audivimus, orator* cet. respicit ad ea, quæ 44, 14, 15. leguntur. Agesipolis oratio post adlatum Romam nuntium de Perseo victo nequaquam tam insolens fuit; eam tamen hic designari, e Polyb. 29. 7. colligitur; Duk. — *tamquam C. Popillius*, forte *tamquam si*; Jac. Periz. Ita hoc passim dici, ut et *veluti si* et *quasi si*, docet Drak. — *eadem, quæ apud vos* fuit, legatio.

6. *Atheniensium populum*: malim *Atheniensem*, et mox *Lacedæmonium*; Gron. Sed vulgatum exemplis firmavit Drak.

7. *vix in ea, quibus fidit, ingredientem*, vix ea adgredientem s. conantem, quæ se perfecturum esse confidit. — *tumidiorem sermonem*, v. ad 30, 11, 3.

8. *fulmine ictum audimus*, v. ad c. 22. n. 3.

CAP. 24.)—1. *Quid igitur superat*, (v. ad 8, 10, 1.) *quod purgemus*, purgare debeamus: male edd. ante Gron. *purgamus*; Drak.

2. *verba tumidiora* (v. ad 30, 11, 3.) *legati* nostri. Cf. c. 23. n. 5. et 44, 14. 15. — — *Voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari*, v. ad 38, 55, 5.

3. *ut, si quis vellet inimicum perire, si nihil fecerit*, in edd. ante Vascos. *qui*, (v. ad 6, 32, 3.) et *ut si nihil fecerit*; unde *ut is, si nihil fecerit* non male conj. Gron. prob. Drak. Cf. ad 22, 11, 2.

4. *et hoc qui sciebant*, potius *quia s.*, Jac. Periz.

5. *quam quod duobus bellis* cet. immo *quam prosit, quod duobus*, Crev. et Drak.

6. *una dubia est, ut gravior sit*, etiamsi severior, durior sit, ut ap. Cæs. B. C. 1, 2. quod jam monuit Crev. Sensus est: dubium est, utrum damnandi simus, ut vos judicare videmini, *quod uno bello*, adversus *Persea* a vobis gesto, *cessavimus*, non pro vobis pugnavimus, ut in duobus bellis. Non est, quod cum Gron. legas *una dubia est; tantum abest, ut gravior sit*, hoc sensu: una nec absolvit, quia non juvimus, nec condemnat, quia non contra stetimus: tantum abest, ut certo condemnet, vel majorem habeat auctoritatem, ut *gravis auctor* 1, 15, 7. — *Illi* sc. qui voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimant cet. cf. cap. pr.

7. *quo numquam judicabimus* ex emend. Gron. pro vulg. *quod n. judicavimus*. Idem. conj. *qui n. judicabimus*.

CAP. 25.)—1. *Secundum talem orationem*, v. ad 1, 4, 1. — *ramos oleæ subplices jactantes*, v. ad 2, 54, 6.

2. *lenem mitemque senatorem egit*, v. ad Epit. Liv. XLVI. n. 2. — *ipsius oratio*, pro Rhodiis habita, *scripta exstat, Originum quinto libro inclusa*, v. ad 31, 44, 4. 34, 5, 3. Gell. 7, 3. Appian. Pun. 65.

3. *Philocrates et Astymedes* cet. cf. ad hæc et seqq. Polyb. 30, 5. qui etiam Philocratem primo cum aliis, deinde Philophronem et Astymedem advenisse Romam tradit cap. 4 pr. — *Partem legationis*, aliquot legatos, *cum Philocrate renuntiare Rhodum legationem* (v. ad 23, 6, 2.) *placuit* sc. Rhodiis, *partem cum Astymede Romæ subsistere, qui, quæ agerentur* Romæ, *sciret* cet. illud *qui* inserui, et hoc potius excidisse crediderim, quam, quod alii putant, *quæ* vel *ut*: nisi cum Gron. legere malis *subsistere, qui* sc. legati, (nam *pars* id. qd. *quidam legati*) *quæ agerentur, scirent certioresque suos facerent*. Ita diserte Polyb. 30, 5, 1. sed *οἱ περὶ τὸν Ἀστυμήδην* etiam pro solo Astymede dictum adcipi potest, et mandatum illud ad hunc potissimum legationis principem spectat. Livius tamen hæc verba de Astymede et conlegis, nec male, adcepisse, et librarii, ignorantes, voce *partem* plures couprehendi, numerum mutasse, aut virgulas, literæ *e* in *sciret* et *faceret* superscriptas, omisisse videntur.

4. *In præsentia deducere* (quid? præsidia?) *ante certam diem ex Lycia Cariaque præfectos jusserunt* Patres. Polybius hoc decretum senatus post missam legationem, quæ coronam ferebat, factum tradit; Duk. Cf. ad 44, 15, 1. Pro *præfectos* Drak. conj. *præsidia* vel *præsidiarios*. Sed forte leg. *decedere* pro *deducere*. — *Hæc Rhodum nuntiata — in gaudium renuntiata verterunt*, v. ad 2, 3, 2. *nuntiata* pro *nuntiari jussa*, quoniam sequitur *renuntiata*: ac ne sic quidem a frigido pleonasmo inmunis locus videri potest, nisi post *nuntiata* majorem interpunct. facias; Ern.

5. *coronam XX millium* (*millibus* edd. ante ultimam Grut.) *aureorum*, *στέφανον ἀπὸ μυρίων χρυσῶν* Polyb. unde vel *X millium* leg., vel *δισμυρίων*, Gron. — *Theodotum*, *Θεαίτητον* MSS. Polyb. 30, 5. qui eumdem etiam memorat 23, 3. 27, 11. 28, 2. 14. 29, 5. 30, 19. Ex quibus locis patet, eum præcipue Romanis favisse: unde eum quoque maxime idoneum fuisse, qui Romam mitteretur, jam monuit Drak.

6. *quod, nisi* (si non) *inpetrarent*, (scil. postquam ea de re scitum populi factum et literis mandatum esset; Crev. et Drak.) *major ignominia esset repulsis*, ipsis repulsam ferentibus. cf. ad 3, 35, 10. et 39, 32, 3. *quo, si non inpetrarent, minor repulsæ ignominia esset* conj. Gron. Cf. Polyb. 30, 5, 5. ubi non minus incerta est lectio. — *Præfecti classis id unius erat jus* sanciendæ societatis sine populi Rhodiorum scito.

7. *per tot annos* (prope CXL, dicit Polyb.) *in amicitia* Rom. *fuerant*, sed *sociali fœdere se cum Romanis non inligaverant*, *οὐκ ἐπεποίηντο πρὸς αὐτοὺς συμμαχίαν*, et *οὐκ ἐβούλοντο συνδιάζειν, οὐδὲ προκαταλαμβάνειν σφᾶς αὐτοὺς ὅρκοις καὶ συνθήκαις.* "*Socii* ab *amicis* etiam distinguuntur. c. 20. Sed Rhodiensis civitas *socia* vocatur 45, 10. et *amica atque socia populi Rom.* Gell. 7, 3. De Rhodiis etiam supra hoc cap. dicitur ut

[redacted]

nec hostes fierent, nec socii permanerent." Duk. De discrimine amicorum sociorumque Rom. Appian. r. Gall. Ecl. 13. (Exc. 12.) Ἐποιοῦντο δ' οἱ Ῥωμαῖοι ξένους, hospites et amicos, *οἷς ἐδίδοσαν μὲν εἶναι φίλους, ἀνάγκη δ' οὐκ ἐπῆν ὡς φίλοις ἐπαμύνειν*. Longe vero durior erat conditio sociorum. v. ad 22, 13, 9. et 37, 54, 3. — *sed quæ* eos *ipsis Romanis minus suspectos*, cf. Schweigh. ad Polyb. 30, 5, 9. et 10.

8. *Sub idem fere tempus et Caunii descivere ab his* (forte *a Rhodiis*) *et Mylasenses Euromensium oppida o.*, v. ad 32, 33, 7. 33, 20, 3. et 38, 39, 4. Caunus, Mylasa et Euromum oppida Cariæ, quæ *Caria et Lycia* Rhodiis olim a Romanis datæ erant, sed nuper iis SCto *ademtæ*. v. ad 38, 39, 8. et 44, 15, 1. Hoc vero SCtum Rhodiis nondum innotuerat, quum oppida illa deficerent et *cogerentur imperio parere*. Cf. omnino Polyb. 30, 5, 11 — 16.

9. *Cibyratarum adsciverant auxilia*, potius *adciverant*; Gron. Cf. ad 4, 31, 6. — *Mylasenses*, edd. vett. *Mylasenses*. v. ad 38, 39, 4. — *Alabandenos*, qui *Alabandenses* 38, 13. 43, 6. Ἀλαβανδεῖς, et *Alabandei*. Sic *Labranda* Λαβρανδηνὸς, *Halyatta* Ἀλυαττηνὸς, *Amathe* Ἀμαθηνος, Ὑπαῖπα Hypæpeni, Μυλασεῖς, *Mylasenses* et *Mylaseni*, Ἀγβάτανα, Ἀγβατεὺς et Ἀγβατηνὸς, Caryanda Καρυανδεὺς et Καρυανδηνὸς, *Gadara*, *Gadareus* et Γαδαρηνὸς, Gron. Cf. Duk. — *Orthosia* pagus Cariæ ad Mæandrum. v. Strab. 14. p. 650. Cellar. O. A. 3, 3. p. 99.

CAP. 26.)—1. *Rhizoni et Olcinio*, v. Hard. ad Plin. 3, 22. s. 26. In edd. ante Drak. *Olzinio*, sed inf. extr. *Rizonitas et Olciniatas*. Οὐλκίνιον ap. Ptol. 2, 17. forte Ὀλκίνιον. *Olchinium* ap. Plin. — *cum insulis o. effusa*, v. ad 2, 54, 6. — *Hic præsidio* cet. potius *hinc, præsidio inposito, in* cet., Duk.

3. *Antinous et Theodotus* cet. cf. Polyb. 27, 13. 14. et 30, 7. 8.

3. *duorum hominum noxæ*, noxam vel causam *civitatis adcessionem facitis*: ita Jac. Periz. hæc interpretatur; et Doujat. civitatis a. facitis ad crimen duorum, qui soli noxii, vel adsentiendo vosque adjungendo noxiis illis duobus efficitis, ut civitas adcedat ad eorum crimen. Sed *civitatem* legere malunt Gron., Crev. et Drak. v. ad 7, 30, 3. — *Quin aperimus portas*, v. ad 27, 49, 5. — *imperium* Romanum.

4. *Simili pertinacia Cephali* cet. v. ad 43, 18, 1. — *per deditionem recepit*, sc. L. Anicius.

5. *quo quinque legati ab Roma v.*, cf. cap. 17.

6. *Ibi pro tribunali p. de s. c.* v. ad 26, 27, 4.

7. *Non solum liberos, sed etiam inmunes*, v. ad 25, 16, 4. — *Dassaretiorum Pirustas*: hos Illyrico, illos Macedoniæ adtribuit Ptol. 2, 17. 3, 13. De *Dassaretiis* v. ad 27, 32, 3. *Pirustas* Ptol. adpellat Πιρούστας vel Πειρούστας, Strabo 7, 314. Πειρούστας vel Πυρούστας in Pannonia, et forte Appian. Illyr. 16. Περισσαίους, Plin. 3, 22. s. 26. et Mela 2, 3. *Pyreos*. Cf. Palmer. Græc. Ant. 1, 18. et intpp. Cæs. B. G. 5, 1. et Vellej. 2, 115. — *Daorseis*, qui *Daorizi* et Δαόριζοι dicuntur Plin. l. l. et Strab. 7, 315. Δαουέρσιοι Ptol. Δάρσιοι Appiano Ill. 2. (qui eos ab Illyrii filia Δαορθὼ nomen adcepisse tradit) et Δάρσιοι Steph. Byz. ubi v. Holsten. Cf. Intpp. Velleji 2, 115. et Schweigh. ad Polyb. 32, 18, 1. — *Dassarensibus*, qui forte non iidem, qui *Dassaretii*, fuere. — *Selepitani* non alibi memorantur. *Salonitanis* vel *Salvianis* vel ex Plin. 3, 22. *Separis et Epetinis* conj. Doujat. Cf. ad 3, 50, 1. et 42, 21, 2.

8. *quod regi pendissent* prob. Voss. Gramm. 5, 26. sed *pependissent* emend. Sigon. et Drak. Post hoc verbum excidisse videtur *remittere*, vel potius *inponere*. Cf. cap. 29. — — *unam eam fecit, quæ supra dicta est*: at supra nihil de ea dictum est. Hinc Crev. opinatur, vel hic aliqua intercidisse, vel Livium rem non parum fastidiosam indiligentius transcurrisse; adeoque etiam non facile definiri posse ex antecedd., quos populos habuerit prima hæc Illyrici pars. — — *Agravonitas* non alius memoravit. *Ascrivionitas* conj. Doujat. et sane *Ascrivium* cum *Rhizinio* et *Olchinio* junxit Plin. 3, 22. Sed inde non bene formatur nomen illud gentilitium; Crev. Cf. ad 3, 50, 1.

9. *Hac formula dicta in Illyrico* de divisione ejus. v. ad 4, 8, 4. et 26, 24, 5.

CAP. 27.)—1. *Ad Æniorum quoque* cet. incolarum Æni opp. in Thracia. Eos tamen hic intellegi non posse, pluribus argumentis probat Drak. et emend. *Æneatum*, (v. ad 40, 4, 4.) quos, præsidio Persei firmatos, (v. 44, 32.) pertinacius in armis fuisse suspicatur.

2. *tegentibus latera* cet. v. ad 24, 5, 7. — — *inchoatas in vestibulo columnas*, v. Plut. Æmil. p. 270.

3. *Lebadiæ* (in Bœotia ad fines Phocidis, hod. Livadia) *templum Jovis Trophonii*, ubi *os specus, per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt*, v. Strab. 9. p. 414. al. 634 C. Pausan. 4, 16, 4. 9, 37. 39. 40. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 508. Philostr. vit. Apoll. 8, 19. ibique Olear., Luciani dial. mort. 24. Plut. de gen. Socr., Suid. v. Τροφ. Periz. ad Æliani V. H. 3, 45. Vales. ad Harpocrat. v. Λεμβάδεια, Plin. 31, 2, 11. 34, 8. s. 19, 7. Cic. N. D. 3, 22. et de div. 1, 34. — *Deos*, v Pausan. 9, 39, 4.

3. *Jovi Hercynnæque*, forte *Hercynæque*. v. loc. class. Pausan. 9, 39, 2. et 4. ubi Ἕρκυνα dicitur, ut Philostr. l. l. Cf. Tzetz. et Potter. ad Lycophr. v. 153.

4. *ad spectaculum Euripi Eubœæque insulæ, ponte continenti junctæ, descendit, et a Chalcide Aulidem trajicit, trium millium passuum*

[redacted]

distantem, v. ad 28, 6, 3. et 35, 51, 2.
E. i. edidi ex emend. Gron. pro vulg.
* *evoque ante insulæ*. — *portum in-*
statione quondam mille navium Aga-
mnæ classis, v. ad Sil. 3, 229. Juvenal.
12. Strab. 9, 2, 8. p. 403. Duker. ad
yd. 1, 9. Heyne ad Virg. A. 2, 198.
Hom. Il. 2, 493. *Aulis* in Bœotia
Vathi aut Karababa) dicebatur et
Tanagræorum et portus duplex, ma-
minor. Ibidem inclutum *templum*
, portuum custodis, *λιμενοσκόπου*, (v.
hem. ad Callim. H. in Dian. 39. et
ubi Agamemnon, *rex ille regum*,
λεὺς τῶν βασιλέων, qui titulus post-
atus Persarum Parthorumque regi-
de quo v. Ern. ad Suet. Calig. 5.)
malacia diu Aulide detineretur,
iantis monitu *filiam* Iphigeniam tam-
navibus cursum felicem *ad Trojam petiit*
et inpetravit, *filia* Iphigenia tam-
victima aris, aræ, *admota* Dianæ, quæ
a eam inmolantium manibus ereptam,
ituta cerva, in Tauricam transtulit
n, ut in templo Dianæ Tauricæ mu-
sacerdotis fungeretur: quæ fabula
erico ævo recentior, sed Hesiodo jam
fuit. Cf. Pausan. 1, 43. 9, 19. Intpp.
ni fab. 98. Eurip. Iphig. in Aul. et
e ad Virg. A. 2, 116.
Oropum Atticæ opp., ut ap. Plin. 4, 7.
et Ptol. proprie prima Bœotiæ urbi-
in confinio Atticæ, mari propinqua,
tamen Athenienses sibi vindicarunt,
uam agrum ejus, de quo cum Bœotis
nderant, Philippus rex ipsis adjudi-
at. v. Pausan. 1, 34. et Thucyd. 2,
— *ubi pro Deo vates Amphilochus colitur*
cum Amphiarao patre, *templumque ve-*
est, *fontibus rivisque circa amœnum*, et
lum. v. Pausan. 1, 34. (ubi non tem-
uidem, at aræ ejus et cultus cum pa-
ommunis mentio fit; unde nolim cum
nio suspicari, Livium esse corruptum
memoria vacillassé) Strab. 7. p. 501
10. p. 710 B. Heyne ad Apollod. 3,
Salmas. ad Solin. p. 103. Philostrat.
ic. c. 2. §. 8.
arcem, portus, muros Piræeum urbi jun-
cet. v. ad 31, 26, 3. *Arx* Athenarum,
πόλις s. *'Ακρόπολις* et Cecropia, mag-
s ædificiis statuisque exornata. v.
an. 1, 22. 23. et de toto h. l. Meurs.
. Attic. 6, 33. et Cecropia, et Piræeus,
uo libro de *muris* et *navalibus* Athena-
agit cap. 2. et 3.) in T. 4. Gron. Thes.
Gr., Potteri Archæol. 1, 8. Voy. d. j.
h. c. 12. — *navalia, magnorum impe-*
m monimenta, simulacra cet. conj. Crev.
iæ et artium, forte *artis*, etsi 25, 40.
rum artium opera dicuntur signa ac
æ pictæ; Duk.

P. 28.)—1. *Minervæ præsidi arcis* Athe-
n totiusque simul urbis, ut et aliarum arcium urbiumque; (cf. ad 31, 30, 5. 37, 37, 1.) unde *'Ακραία* et *Πολιοῦχος* vel *Πολιὰς* adpellata, aut, si Pausaniæ 1, 26. 27. fides habenda, quoniam *'Ακρόπολις* Athenarum antea *πόλις* dicta. Cf. Meurs. l. l. et Spanhem. ad Callim. H. in Pall. 53. Quatuor autem in arce Athenarum templa habuit Minerva varie cognominata, sc. *Παρθένος*, *Νίκη*, *Πολιὰς* et *Σώτειρα*, e quibus illud, quod *Παρθενὼν* vocabatur, ceteris magnificentius fuit. v. Pausan. 1, 24. 27. 5, 11. 8, 41. 10, 34. Wheeler in Voyages T. 2. p. 420. Meurs. Cecropia c. 14. sqq. Potter. et Voy. d. j. Anach. ll. ll.

2. *Urbs* Corinthus *erat tunc præclara ante excidium* a. V. 607. quo L. Mummius Achaicus cos. eam delevit. — *arx*, *'Ακροκόρινθος*, *inter omnia* (forte *intra mœnia*, Gron.) *in immanem altitudinem* XXX stadiorum *edita* *ὑπερκείμενον τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀπότομον, τείχει κοινῷ περιειλημμένον*, Strab. 8, 4, 8. et 8, 6, 21. p. 361. et 379. Cf. Pausan. 2, 4 et 5. Idem et Strabo Pirenen *fontem* memorant.

3. *Isthmus duo maria*, Ionium et Ægæum, seu sinum Corinthiacum et Saronicum s. Salaminicum, (hod. Golfo di Lepanto et d'Engia) *ab occasu et ortu solis finitima arctis faucibus dirimens*, cf. 32, 21, 12. Strab. 8. p. 334. 369 515 580. Diodor. 11, 16. Plin. 4, 4. s. 5. Pausan. 2, 1.

4. *Epidaurum inclutam Æsculapii nobili templo, quod — Deo*, cf. Pausan. 2, 26, 27. Strab. 8. p. 374. Chandleri Itiner. c. 53. — *quinque millibus passuum ab urbe distans* in loco: nam omnia Æsculapii fana extra urbes et in locis editis condi solebant propter aëris salubritatem. v. Villoison, qui ipse urbem templumque adiit, in Proleg. ad Hom. p. L. — *donis dives erat*, *ἀναθήμασι* et tabulis votivis, *ἀνακειμέναις πίναξιν, ἐν οἷς ἀναγεγραμμέναι τυγχάνουσιν αἱ θεραπεῖαι*, Strab. et Villois. ll. cc. Dona ablata a Sulla, quum in bello Mithridatico pecuniæ inopia laboraret. v. Pausan. 9, 7, 4.

5. *ubi et alia quidem spectanda visa, et* (forte leg. *sed* cum Gron. vel potius *at* cum Crev. quo pondus orationi additur) *Jovem velut præsentem* cet. *Λεύκιος Αἰμίλιος παρῆν εἰς τὸ τέμενος τὸ ἐν 'Ολυμπίᾳ, καὶ τὸ ἄγαλμα θεασάμενος ἐξεπλάγη, καὶ τοιοῦτον εἶπεν ὅτι μόνος αὐτῷ δοκεῖ Φειδίας τὸν παρ' 'Ομήρῳ Δία μεμιμῆσθαι· διότι, μεγάλην ἔχων προσδοκίαν τῆς 'Ολυμπίας, μείζω τῆς προσδοκίας εὑρηκὼς εἴη τὴν ἀλήθειαν*, Polyb. 30, 15, 3. Similia tradit Plut. Æmil. p. 270. De Jovis Olympici magnifico et templo et simulacro, a Phidia ex auro et ebore confecto, v. Pausan. 4, 31. 5, 10 - 13. et Vœlkel *über den grossen Tempel und die Statüe des Jupiters zu Olympia*, Lips. 1794.

6. *Demetriadem quum revertit*, utique *revertisset*; Gron. At *in itinere* ei turba obcurrit, et potius leg. *revertitur*, quoniam classici auctores in præsenti passiva verbi forma

[redacted]

utuntur; Drak. — *sordidata turba Ætolorum*, in exsilium actorum, — *DL principes Ætolorum ab Lycisco et Tisippo* cet. cf. cap. 31. et ad 41, 25. 1. *Lyciscus* et *Tisippus* Ætoli patriæ proditores, faventes Romanis. Cf. 42, 38. Polyb. 27, 13. 28, 4. 30, 10. — *missos a Bæbio præside*: "utrum toti Ætolorum genti præpositum, an tantum præsidio urbis, in qua hæc patrata sunt, præfectum dicat Livius, incertum est. Sed neutro sensu alibi *præsidem* dixit. An, quem JCti in Pandectis sæpe *præsidem provinciæ* vocant, vetustiores scriptores eodem nomine adpellent, mihi nondum compertum est." Duk. — *possidere* bona horum *exsulum*, *qui* nunc *arguebant*, adcusabant Lyciscum et Tisippum. — *Jussis Amphipolim adesse*, s. *Amphipoli*; Duker. Sic c. 29 pr. et *adesse Arimini* et *Romæ* 21, 63. et 36, 39. — *convento O.* v. ad 30, 43, 4.

7. *postquam fama adcidit*, v. ad 21, 10, 15.

8. *decem legatos*, cf. cap. 17.

CAP. 29.)—1. *cum decem legatis* — *in tribunali consedit*, v. ad Tac. Ann. 1, 75, 1. Spanhem. ad Juliani Orat. 1. p. 215. et Ernesti clav. Cic. v. *tribunal*. — *Adsuetis* quamquam, licet, *regio imperio tamen* cet. — — *submotor aditus*, lictor, viam aditumque faciens submovendo plebem. v. ad 3, 14, 4. — *adcensus*, v. ad 1, 43, 13.

2. *Omnium primum* cet. cf. Diodor. in Exc. Peiresc. p. 314. 317. Plut. Æmil. p. 370. et Spartian. Hadr. c. 5. qui Macedonas a Catone liberos fuisse pronuntiatos tradit. In quo si quid veri est, Cato, cujus orationem de Macedonia liberanda Priscian. 3, 601. laudat, in senatu hanc sententiam dixisse potuit; Duk. et Drak. — *Deinde in quatuor regiones dividi Macedoniam*, quos Livius recensuit progrediens ab oriente in occidentem; unde geographorum morem sequutus ordinem invertit Cellar. O. A. 2, 13. qui conf. ad hoc et seq. caput. Divisionem hanc viri docti et nummis illustrarunt. v. Drak. Eamdem, ex Polyb. forte, dedit Dexippus, cujus fragm. in Chron. Euseb. p. 59. cum Livio conmisit Schurzfl, in Notit. Bibl. Vinar. p. 70 sq.

3. *primam partem quod agri inter Strymonem et Nessum amnem* (f. *amnes*) *sit*, qua est Macedonia adjecta, (a Philippo) Edonis, pars Thraciæ. *Strymon* fl. olim Macedoniam disterminabat a Thracia, sed deinde *Nessus*, postquam Philippus, magna Thraciæ parte expugnata, fines imperii ad hoc flumen protulerat. *Nessus* aliis *Nestus* et *Nesus* dicitur. — *ad orientem versum* sc. agrum, τὴν πρὸς ἀνατολὴν χώραν. Cf. Drak. — *trans Strymonem autem vergentia ad occasum*, *Bisalticam omnem* cet. at cap. 30. n. 2. legimus *Bisaltas trans Nessum amnem* in Thracia *incoluisse et circa Strymonem*. Hinc Drak. suspicatur, eos fuisse gentem longe ac late atentem, et habitasse ad dextram ripam Strymonis in Macedonia, deinde trans Strymonem inter eum fluvium et Nessum, et denique pertinuisse ultra Nessum ad ripam ejus sinistram in Thracia. Idem h. l. conj. *vergentem ad occasum Bis. e. i. e.* omnem illam Bis., quæ trans Strymonem vergit ad occasum. Contra Periz. ad Ælian. V. H. 5, 11. infra c. 30. emend. *Pars prima Bisaltas habet, fortissimos viros; trans Nessum autem et circa Strymonem multas frugum proprietates*. Cf. et Cellar. G. A. 2, 13. p. 671.

4. *Secundam fore regionem* inter *Strymonem et Axium*, in qua Odomautice, Chalcidice, Crossæa, Mygdonia, Crestoria s. Grestonia, Anthemus, Amphaxitis cum parte Pæoniæ, inter illos fluvios sita. — *ab occasu qua Axius* cet. vox *qua* abundare videtur; Drak.

5. *Tertia pars facta* intra *Axium et Peneum*, in qua Pieria, Bottiæa, Emathia et pars Pæoniæ. Forsitan erunt, quibus quædam in hoc cap. sæpius inculcata displicebunt: sed hi cogitent velim, Macedoniæ in quatuor regiones divisæ suos terminos præstitui; in qua re Æmilio summa perspicuitate versandum erat, ne quid dein controversiis ansam præberet; Drak. — *Bora mons* non alibi memoratur. Forte leg. *Bermius mons*, ad cujus radices sita *Beræa*. Cf. Strab. 7. p. 338. Ptol. 3, 12. Plin. 4, 8, 15. et Schurzfl. l. l. qui in Dexippi fragm. Βέρμιον conj. pro Βέρνον. Alius mons est *Boreas*, sc. Eqiri. — *eodem concesserunt*, eidem parti, regioni, adjectæ sunt.

6. *Quarta regio*, in qua Lyncestis, reliqua Pæoniæ pars, magnaque pars Epiri et Illyrici. — *Pelagoniam*, quæ h. l. aperte urbs est. Cf. Drak.

7. *suæ cujusque regionis*, potius *sua*; Gron. Cf. ad 3, 22, 5.

8. *Pronuntiavit deinde* sc. Æmilius Paulus ex consilii sententia, (ut supra) quo et *fecit* ac *jussit* referenda: nam Livius orationis colorem mutavit: *liberos esse jubere Macedonas — Tertia pars facta — Pelagoniam fecit* cet. Cf. ad 3, 2, 1.

9. *neque connubium*, *neque commercium* cet. v. ad 8, 14, 9. et cf. cap. 30 pr. — *placere* sibi et consilio suo. — *exercentibus* sc. metalla ferri et æris.

10. *Et sale invecto uti vetuit*, sc. ne imminueretur vectigal e salinis. Cf. Burm. de vectig. pop. Rom. c. 6. p. 91.

11. *continens esset finibus suis*, v. ad 4, 22, 4.

12. *salis commercium dedit*, v. ad 43, 5, 4.

CAP. 30.)—1. *ita videri lacerata*, e seqq. intell. Macedonia; Gron. Omnino leg. *lacerati* sc. Macedones; Crev. — *divisui facilis* regio, ut ap. Cic. Fin. 2, 20. *cibus difficillimus ad concoquendum*: nisi leg. *divisu f.*, ut *difficile aditu*, *intellectu*; Crev. Cf. 26, 15. ad 1, 54, 6. ad Sil. 1, 615. Drak. ad h. l. et Schelleri Lex. — *et a se ipsa quæque contenta pars esset*, lege *ut se ipsa q. contenta p. e.*,

i. e. ut nulla pars alterius ope egeret, conmerciis regionum sublatis; Sigon. *et se ipsa q. contenta* emend. Crev. *et ut se ipsa* Drak.

2. *Pars prima Bisaltas habet — trans Nessum et circa Strymonem*, v. ad cap. 29. n. 3. — *Pallenen fertilem* cet. cf. 44, 10.

3. *Æneæ vocant hunc* portum. v. ad 40, 4, 4. — *Vettiorum bellicosam gentem*, quæ alibi non memoratur. v. ad 26, 25, 4. et Cellar. G. A. 2, 12. p. 664.

4. *permultos Gallos et Illyrios*, v. ad 33, 12, 6.

5. *juncta his Atintania* (v. ad 27, 30, 10.) *et Stymphalis* in Molosside Epiri. Στυμφαλία ap. Ptol. et Diodor. 20. Στυμφαία Arrian. 1, 7. Τυμφαῖοι Strab. 7. et Plin. 4, 10, 17. Cf. ad 32, 13, 1. et Intpp. Callim. H. in Dian. 178. — *Elimiotis*, v. ad 31, 40, 1.

6. *cultorum ingenia terræ similia*, v. ad 9, 13, 2.

7. *partium usibus separatis*, conmerciis interruptis. — *quanta universos teneat M.*, forte *quæ v. teneret M.*, Gron. — *formula dicta*, v. ad c. 26. n. 9.

CAP. 31.)—1. *Noxa liberati interfectores* cet. cf. cap. 28. — *qui partis Rom. fuerant*, v. ad 3, 36, 4. 24, 42, 4.

2. *Secundis rebus elati Romanorum partis ejus fautores soli tum in magistratibus* cet. cf. Polyb. 30, 10.

3. *qui nihil præter imperium Rom. spectarent* ex emend. Gron. pro *exspectarent*. v. ad 1, 9, 3. et 1, 34, 5.

4. *in periculo fore Callicratem*, v. ad 41, 23, 2.

5. *in Achæis cæcum erat crimen* cet. v. ad 34, 14, 6.

6. *circa Lesbum est vagatus*, f. *esset*. Gronovius conj. *vagabatur*, vel *erat vagus*, vel *errabat vagus*; et Crev. *erat vagatus*. — *Neo Thebanus*, v. ad 44, 43, 3.

CAP. 32.)—1. *Quod ad statum Maced. pertinebat* cet. verba Paulli, aut potius legatorum Rom. Hinc Crev. conj. *pertineat*, et Duk. *pertineret*. Cf. ad 3, 2, 1. — *senatores, quos vocant Synedros*, adsessores. Τοὺς πρώτους τοῦ συνεδρίου dixit Diodor. in Exc. Peiresc. p. 292. ubi v. Vales. — *majoribus quam XV annos natis*, forte *majoribus XV annis natu*, ut ap. Cic. Acad. 2, 19. et Verr. 2, 49. vel tantum *m. XV annis*; Duk. Cf. Oudend. ad Frontin. 4, 1, 10. et intpp. Nep. Hann. 3. et de reg. 2.

2. *regis amici purpuratique — servire regi humiliter — patiens*: aulam aliquam nostræ ætatis adumbrari putes. — *nulli civilis animus, neque legum neque libertatis æque patiens*, v. ad 4, 5, 1. 7, 5, 2. 45, 15, 3.

3. *Leges Macedoniæ dedit* sc. Æmilius Paullus, quo et seqq. spectant, ut præcedd. — — *unus est legum conrector*, v. ad 1, 21, 3. — *experiendo*, v. ad 44, 41, 3.

4. *Ab seriis rebus* (v. ad 1, , 5.) *ludicrum, quod ex multo ante præparato*, postquam multo ante illud adparaverat, *et in Asiæ* cet. cf. Epit. lib. 51. Polyb. 31, 3, 1. (ex Athen. 5, 5. p. 194. vel 5, 22 pr. ed. Schweigh.) Plut. Æmil. p. 270 C.

5. *legationes cum victimis*, θεωροί, s. θεωρίαι, h. e. legationes, quæ sollemnium spectaculorum sacrorumque causa vel ad civitates et reges amicos atque socios publice mittuntur, ut indicant illa et ad ea invitent, vel a civitatibus regibusque, cum donis plerumque aut victimis, mittuntur, ut spectent ea, et præsentia sua cohonestent. v. Schweigh. ad Polyb. 28, 16, 4. 31, 3, 1. 12. ad Athen. 5, 22. 23. 6, 58. Casaub. ad Athen. 5, 5. 6, 13. p. 194. et 251. Vales. ad Harpocrat. v. θεωροί, Wessel. ad Diodor. T. 1. p. 267, 35. Spanhem. ad Callim. H. in Del. 279. et Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. 3, 3, 12.

6. *qui vincere bello sciret*, v. ad 38, 52, 1.

CAP. 33.)—1. *precatus Martem, Minervam Luamque matrem* cet. v. ad 8, 1, 2. — *vilitas annonæ*, ut ap. Cic. pro l. Manil. 15. Cf. sup. ad 2, 34, 10.

2. *dona data pleraque ejus generis*, v. ad 10, 13, 12. Verba *ejus generis* spectant ad *copiam rerum et annonæ*.

3. *quæ venerat, turbæ*, forte *convenerat*, ut c. 32. et paullo ante *in illo conventu*; Duk.

4. *in ea regia* Macedonica.

CAP. 34.)—1. *literis missis — senatum — — dedisse*, v. ad 8, 19, 10. — *submissis centurionibus* cet. v. ad 40, 14, 6.

2. *centum quinquaginta millia capitum humanorum abducerentur — muri direptarum urbium diruti sunt: ea fuere oppida circa* (v. ad 27, 42, 3.) *septuaginta*, cf. Polyb. 30, 15, 5. (ap. Strab. 7. p. 322.) et Plut. Æmil. p. 270 271. Hic tamen longe minorem prædam fuisse factam et militibus divisam tradit.

3. *quorum cognitionem causæ reservarat*, adde *senatui*; Duk. Cf. 39, 29. — *legati, qui cum Attalo* cet. cf. cap. 19. 20. — *Ver primum ex domo excivit*, supple aut adde *Gallos*; Crev.

4. *P. Licinius* cet. " Hic princeps erat legationis in Asiam missæ, cujus occultis artibus evenisse suspicio est, ne Galli in potestate Romanorum, pacem inter eos et Eumenem conciliantium, fuerint, ut ita paullatim vires Eumenis a Gallis frangerentur; licet mirum videri Livius profiteatur, verba legatorum apud Gallos nullius momenti fuisse. Metus vero, ne, si Attalus castra Gallorum intraret, animi disceptatione irritarentur, speciosus prætextus adreptus est Attalum procul amovendi, ut, eo absente, tanto conmodius legati cum regulo Gallorum agerent, quæ a senatu mandata erant. Suspicionem

[redacted]

hanc palam injicit Polyb. 30, 3, 7 sq." Drak.

5. *inter tam opulentos reges — legatorum R. verba valuisse*, forte leg. *in perquam opulentos*, vel *in tam o.* cet. ut 7, 6, 6.

CAP. 35.)—1. *regia nave ingentis magnitudinis, quam XVI versus remorum agebant*, v. ad 33, 30, 4.

2. *cum tribunis plebis ex auctoritate* cet. si hic Livius non recessit a consuetudine sua loquendi, scripsit *cum trib. pl. ageret, ex a. Patrum rogationem ad populum ferrent;* Duk. Cf. 26, 21. 35, 7. 42, 21. — *ut iis, quo die Urbem triumphantes inveherentur, imperium esset*, v. ad 26, 9, 7. et 26, 21, 3. — — *Intacta invidia media sunt* cet. cf. Vellej. 1, 9. — *Antiqua disciplina milites habuerat*, continuerat, coërcuerat. Cf. c. 37. n. 1.

3. *prensando ipse — stimulaverat*, v. ad 2, 61, 4.

4. *Pecuniam illum dare non potuisse, militem honorem dare posse;* nam qui potest honorem dare, penes eum etiam potestas est non dandi: intelligat igitur Paullus, qui se negat habuisse potestatem dandæ pecuniæ, militem habere potestatem mandandi suffragio triumphi, quem non deferet male merito; Turneb. Adv. 16, 20. Interrogatione verba animant Grut. et Perizon. eaque ita exponunt: Paullum ab animo maligno inpetrare non potuisse, ut liberalius prædam inter milites divideret: milesne ergo ab animo suo inpetrare poterit, ut eidem honorem det? *dare non posse* conj. Sigon. et Crev. *Pecuniam illum non dare potuisse: militem honorem non dare posse* malebat Gron.

CAP. 36.)—1. *rogationem eam* sc. ut Æmilio inperium esset, quo die Urbem triumphans inveheretur. Cf. cap. 35 med. — — *et privatis lege* (immo *de lege*) *dicendi locus esset, nec ad suadendum, ut in re minime dubia*, (forte *dubiosa*, quia in MS. et edd. antt. est *dubia si*; v. ad 3, 72, 2.) *quisquam procederet;* Gron. Cf. cap. 21. — *quoniam hora jam octava* cet. cf. cap. 37. et Plut. Æmil. p. 271.

2. *in posterum diem differrent et mane eam rem agerent:* in præc et seqq. de uno tantum tribuno pl. agitur. Hinc *differret* et *ageret* emend. Jac. Periz. cui extrema verba cap. adversari putabat Drak.

3. *si talibus succederet ducibus*, v. ad 8, 25, 6.

4. *ad legem antiquandam*, v. ad 4, 58, 10.

5. *aliquid et in militum manu esse*, v. ad 5, 20, 1.

6. *Intro vocatæ primæ tribus*, v. ad 10, 13, 9.

7. *in uno nimis se per ambitionem peccare*, " scribe *ultro nimis sæpe per ambitionem peccare* sc. inperatores, aut *peccari*, vel *ultro nimis sæpe ambitionem peccare* sc. inperatorum, h. e. ultro suaque sponte et præter necessitatem peccare inperatores satis frequenter disciplinam ambitionis causa remittendo, et militum favorem et gratiam intempestive captando: quid, si metu cogantur, futurum?" Gron. prob. Drak. Cf. ad 2, 27, 5. et de *ambitione inperatorum* c. 37 f. Sed forte leg. *in unanimis* (h. e. si concordes essent inperatores ac milites) *sæpe ambitionem peccare.*

8. *Tribuni, quum ad deliberandum secessissent*, seorsum ivissent, — *renuntiarunt*, potius *pronuntiarunt;* Duk. cf. similia loca 38, 60, 2. Suet. Ner. 15. Cic. Mur. 24. et in Bruto c. 22.

CAP. 37.)—1. *Itaque antiqua disciplina habiti* (v. ad c. 35. n. 2.) *neque fecerunt*, leg. cum Rubenio *tunc quieverunt;* Gron. Crev. et Drak. Sed vereor ne hæc langueant, et sic eadem sententia bis terve expressa sit. Malim: *in pace fremunt;* et mox *si in L. Paulo adcusandi tirocinium ponere* cet.

2. *privatum eum visurus esset*, pro *eum* alii *quum* ex emend. Sigon. *postero die, quam triumphatum, et quum privatum eum v. e.* conj. Gron. *p. die. quam triumphatum, privatumque quum* vel *eum v. e.* Jac. Periz. *p. die, quam triumphatum et privatum eum v. e.* Drak. Idem mihi in mentem venit, sed et *quum* pro *quam.* — *nomen deferret*, v. ad 9, 26, 5. — *legibus interrogaret*, v. ad 38, 50, 4. *deferre, interrogare, dicere* et *adcusare* sc. *debuit*, malebat Sigon. Id non contemnendum: sed *deferret* forte pro deferre potuisset vel debuisset, et sic cetera; Duk. Livius primum dixit *inpedire debuit*, deinde *deferret* cet. quod referendum ad consuetudinem ejus orationem variandi; Drak.

3. *puram alteram* cet. potius, una voce transposita, *alteram integrioris judicii et puram a favore et odio;* Drak. — *apud concionem togatam* (v. ad 3, 50, 1.) *et u. prius reus agatur* sc. Paullus. *res agatur* conj. Mur. *Prius* ad populum Rom. reus defenditur. Deinde orator transit ad alteram concionem, militum. v. cap. extr. et c. 38. — *abscisa oratio*, quæ vulgo *abrupta* dicitur. Cf. ad 4, 19, 5.

4. *in statione severius et i. institisti — vigiliæ acerbius et diligentius circumitæ sunt* — — *quum ipse inperator et exactor circumires* cet. v. ad 6, 4, 4. et 22, 1, 10. *institit*, et *circumiret* et mox *ductus es* emend. Gron., Crev. et Drak. Pro *duxisti* possis etiam conjicere *iisti*, vel *iter fecit et in a. ex i. duxit.* Contra Doujat. existimabat, primum acute a Servilio induci Galbam, objicientem L. Paullo, quæ tum per milites, tum per se ipse fecerit, quasi exprobraretur illi a Galba, quod laudi vertendum erat, et hinc, oratione ex persona Galbæ ad L. Paullum versa, dici *institisti, operis plus fecisti, circumires, iter fecisti, in aciem duxisti;* deinde ex persona Servilii Paullum defendentis sermonem ad ipsum Galbam con-

[redacted]

verti, *ne victorem quidem te*, Galba, *adquiescere passus est* Paullus cet.

5. *ut vetera* (v. ad 2, 38, 3.) — *non repetat* memoria. — *ambitione inperatorum*, v. ad 2, 27, 5. et 45, 36, 6.

6. *Itaque adcusatorem id scire potuisse* cet. scil. *meminit*, quod tamen parum commodum est: forte leg. *itaque et adcusator id s. potuisset, et supervacanea defensio Paulli fuisset;* Gron. Neutrum satis facit, et locus adhuc mendosus est; Crev. et Drak.

7. *nec Quirites vos*, cives, togatos, contumeliose, *sed milites*, viros militares, *videor adpellaturus* honestiori nomine. " Magistratus aliique, cum populo acturi, cives adloquebantur voce *Quirites;* at inperatores exercitum voce *milites* vel *commilitones:* unde milites adpellatione *Quiritium* adloqui quasi genus pœnæ erat et signum inhonestæ missionis habebatur." Drak. Cf. ad 1, 13, 5. ad Tac. A. 1, 42, 4. Intpp. Suet. Cæs. 70. Oudend. ad Lucan. 5, 358. Brisson. de Form. IV. p. 347.

CAP. 38.)—1. *Quid etiam dicitis*, forte *q. enim d.;* Mur. At Gron. conj. *Equidem ipse etiam aliter adfectus animo sum, quum apud exercitum mihi loqui videor, quam — oratio. Quid dicitis, milites?*

2. *Non unius hoc Paulli* decus est. Id nimis abruptum videbatur Gron. et Crev. Ille post *inperatoris tantum* inserere malebat *si unius hunc Paulli.* Hic post vocem *Paulli* quædam excidisse putabat. — *quam illis, qui triumphaverunt*, hæc est lectio MS. et edd. antt., haud dubie mutila. *post eos* ante *trimphaverunt* inserit Sigon. sed plura deesse credebat Gron., v. c. *quam illis sua cuique decora et aliis, sive ante hos sive post eos tr.* unde Cler. et Crev. edidere *quam* (*decora cuique sua*) *illis qui* (*ante postve eos*) *tr.* Forte pro *illis* leg. *aliis*, vel *aliorum aliis.* — — *ne invidiæ* (f. *invidi*, Crev.) *et ingrati animi opinionem*, famam, existimationem, *habeat*, ne existimetur ingratus esse; Drak. cf. 28, 40, 4. 43, 1. Cæs. B. G. 7, 59. Cic. Off. 2, 11. Justin. 12, 8.

3. *quem tamen ante receptam — urbem violarunt:* ineptum τὸ *tamen*, et forte leg. *tantopere*, vel *temere.* — *Literni domicilium* cet. scil. quam pudendum nobis est: qualia per vehementem adfectum subprimuntur, ut ap. Virg. A. 1, 97. et aliis locis; Crev. Cf. ad 22, 39, 8. 38, 52, 1. et 38, 53, 4.

4. *M.' Curius*, qui de Pyrrho triumphavit. v. Fasti Capit. triumph. ad a. V. 578. — — *triumphum nomine cient* adclamantes *io Triumphe*, ut Bacchæ, ἰὼ Βάκχε. Cf. ad 21, 62, 1. Intpp. Hor. Od. 4, 2, 49. 50. et Epod. 9, 21. 23. Brisson. de Form. IV. p. 351.

5. *confecta provincia*, v. ad 2, 40, 9.

6. *diversi domos quisque abeatis*, v. ad 3, 60, 1. — *Vos certe victores conspici velle debebatis* insulsa et ingrata repetitio; Crev. Ego hic nihil video indignum Livio, qui dicit, si id non responsuri essent milites, *certe*, i. e. minimum, saltem, eos decere, ut victores conspici, et spectatorum oculis in sollemni tali pompa notari vellent; Drak.

CAP. 39.)—1. *auratos purpuratosque*, v. ad 10, 7, 9.

2. *duci in triumphum*, v. ad 34, 52, 2. — — *de adcessione potius belli*, v. ad 7, 30, 3. — — *legiones ex Illyrico*, Illyriæ. v. ad 35, 32, 3. — *suo abrogato*, immo *antiquato* i. e. non concesso, quia rogatio contra Paulli triumphum lata fuerat: nam *abrogari*, nisi quæ adhuc exstiterunt, proprie nequeunt; Ern. — *Quid deinde tam opimæ prædæ* — — *fiet*, v. ad 27, 16, 3.

3. *Syphax rex adcessio P. belli*, v. ad 7, 30, 3. — *Ad hoc fecimus consulem*, v. ad 1, 34, 5. — *per quadriennium*, v. ad c. 41. n. 3.

4. *Diis quoque enim, non solum hominibus, debetur triumphus. Majores vestri — finem eum* sc. deos, mentionem et venerationem deorum, *statuerunt.* Ita leg. monet Gron. prob. Drak. quia vox *utrum* hic commodum non recipiat sensum. — *paludatis lictoribus:* immo *paludatus cum lictoribus;* Gron. v. ad 41, 10, 2.

5. *vota in Capitolio nuncupat*, v. ad 21, 63, 10.

6. *merita dona p. R. traducit*, v. ad 2, 38, 4. et 23, 11, 5. — *ob remp. bene gestam*, v. ad 2, 64, 3.

7. *traducendas in triumpho* (v. ad 34, 52, 2.) *vindicavit:* ita edd. antt. *judicavit* edidere Sigon. et alii. *in triumphum dicavit* conj. Turneb. *traducendas in triumpho dicavit et locavit* Gron. monens, et his adparatibus præbenda fuisse locata. Forte leg. *diis dicavit.*

8. *utrum hominum voluptatis* cet. forte *non h. v. causa, sed deorum honoris;* Crev. Veriorem medicinam ab integriore cod. exspectandam censebat Drak. — *L. Paulli triumpho portæ claudentur*, h. e. Paullum triumphantem inire Urbem prohibebimus?

9. *citra flumen*, Tiberim, *relinquentur:* forte leg. *ultra flumen:* nam in urbe et Capitolio concio habebatur. Cf. c. 36. Mox *at tu, centurio — et hoc dicentem me potius quam illum audi* bene conj. Gron., et deinde *ipsum id maledice.* Frob. e MS. *ipsum maledice.*

10. *honestis cicatricibus, omnibus adverso corpore adceptis*, v. ad 2, 23, 5. et Plut. Æmil. p. 272.

11. *ego ad vos milites* ** lacuna explenda e Plut. l. l. ἐγὼ δὲ καταβὰς (*descendens* sc. templo vel e loco superiori, unde concionabatur) παρακολουθήσω πᾶσι (*comitabor singulos* sc. in suffragium euntes, quasi *rogator, diribitor, custos*, de quibus vocc. v. Ernesti clav. Cic.) καὶ γνώσομαι (distinguam, notabo) τοὺς κακοὺς καὶ ἀχαρίστους, καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις ἢ στρατηγεῖσθαι βουλομένους, *qui in bellis coli quam regi*, vel ambitiose quam sub inperio

[redacted]

et disciplina haberi, *malunt;* Gron. Excidit etiam, quod idem Plut. adjicit, Paullum tulisse suffragia omnium tribuum.

CAP. 40.)—1. *Summam omnis captivi* cet. hæc adnexa descriptioni triumphi Paulli, quæ intercidit, petenda e Plut. l. l. Paullum vero per triduum triumphasse, IV. III. et prid. Cal. Dec., docent tabulæ Capitol.

2. *sestertium millies ducenties:* at *bis millies centies* ap. Vellej. 1, 9. *ter millies* vel potius *bis millies trecenties* ap. Plin. 33, 3. s. 17. sex millia talentorum ap. Suidam : atque e Cic. Off. 2, 22. Plin. l. l. et aliis, qui tradunt, populum Rom. desiisse ab eo tempore tributum pendere, credibile fit, neminem unum ante Paullum egisse opulentiorem triumphum : at bis millies L. Scipio devicto Antiocho intulerat, ut ipse Liv. 37, 59 tradit; Gron. Hinc ille in notis ad h. l. et in comm. de sestert. p. 103. in Livio et Vellejo legendum censet *sestertii* (v. ad c. 4. n 1.) *bis millies ducenties* vel *trecenties.* Enimvero Livium h. l. ostendere, multo minorem pecuniæ summam a Valerio Antiate, quam ab aliis scriptoribus edi, et aliquanto majorem ex numero plaustrorum ponderibusque auri et argenti generatim ab ipso memoratis effici, jam monuere Crev. et Drak. — *quæ* (immo *qua*, Gron.) *haud dubie major aliquanto summa ex numero plaustrorum* — *generatim* cet. forte *speciatim*, Pigh. Ann. ad a. 586. Pro *plaustrorum* Jac. Periz. conj. *Philippeorum:* horum enim mentionem in omnibus Græcis Asiaticisque triumphis fieri, (34, 52. 37, 59. 39, 5. 7.) et præcipue in Macedonicos convenire; neque pecuniæ summam ex vehiculorum multitudine exacte cognosci posse; præterea Plut. l. l. docere, omnem pecuniam non plaustris vectam, sed ab aliquot hominum millibus ἐν ἀγγείοις, in vasis portatam esse. "Satis probabilis est conjectura ejus. Sed cum ea parum convenit, quod in Diss. de ære gravi §. 23. scripsit, pecuniam illam, quam Servilius c. 39. in præda Maced. fuisse dicit, in ponderibus auri et argenti constitisse, vel certe iis æstimatam fuisse. Nam si hic legendum est *Philippeorum*, apertum est, pecuniam ab *auro et argento* distingui, et *numerum* ad Philippeos, *pondera* ad aurum et argentum pertinere; nec pecuniam, sed aurum et argentum non signatum æstimatum fuisse, ut ad rationes et summam pecuniæ signatæ redigi posset." Duk. — *in bellum proximum*, forte *potissimum*, aut *Romanum.*

3. *Ipse postremo Paullus — ordinibus:* hæc verba ante prima hujus cap. *Summam omnis captivi auri — cum Romanis capit*, ponenda putabat Crev. nam secundo die translatum fuisse aurum et argentum, tertio Perseum et captivos ante currum victoris esse ductos; adeoque verisimile non esse, Livium post mentionem Persei factam, ante quam de Paullo, qui proxime sequebatur, diceret, reliquisse descriptionem incedentis pompæ, ut de summa auri argentique, pridie translati, et de opibus Persei dissereret, ac tum denique ad Paullum reverteretur.

4. *Pediti in singulos dati centeni denarii* cet. inserui vocem *denarii*, suadentibus Gron. et Drak. qui monet, eam forte per notam *X* scriptam omissamque fuisse, et in opulentis horum temporum spoliis non, ut olim, nummos æreos, sed denarios memorari 37, 59. 39, 5. 7. 40, 43. 41, 7. 13. 45, 43. — *tantum pediti daturum fuisse*, sc. quantum equiti datum est; Jac. Periz. *tantundem* et *alterum tantum* (sc. ducentos) conj. Gron. — *pro rata* sc. parte, (ut *pro portione* al.) *aliis*, h. e. duplex centurioni, triplex equiti.

5. *hac ipsa summa nuntiata*, potius *pronuntiata;* quod jam alii monuere. Cf. ad 21, 45, 4.

6. *duobus* natu majoribus *datis in adoptionem* Fabio et Scipioni : unde paullo ante *filii duo, Q. Maximus et P. Scipio.* Cf. Vellej. 1, 10. — *sacrorum heredes*, v. ad 4, 2, 6. — — *minor, ferme XII annos natus* cet. cf. Appian. Maced. XVII. et Plut. Æmil. p. 273. 274. et in Apophthegm. p. 198. qui Livio non plane consentiunt.

7. *quos prætextatos* (v. ad 22, 57, 10.) *curru vehi* cet. quo eos tamen vectos fuisse tradit Eutrop. 4, 8. — *sibi ipsos similes prædestinantes triumphos*, potius *ipsis*, more Ciceronis ; nempe ut nunc *patri*, ita et ipsis olim fore talem honorem ; Bauer.

8. *Paucis post diebus* cet. ita et Plut. atque Appian. ll. ll. At Vellejus 1, 10. alia refert. — *data ei concione*, convocata ejus causa, ut *senatum alicui dare*, de quo v. ad 8, 5, 1.

CAP. 41.)—1. *et quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint*, v. ad 6, 39, 4. Baueri nota est: "Non satis probum *quod* pro infinitivo, etsi *quam feliciter* præcedat, et sequatur *non ignorare vos*, a quo minus commode pendeat novus infinitivus: nec placet Gronovianum *quæ duo fulmina.* Certe *duo* tunc abesset. Intellige, ac si foret *hoc*, vel *hanc rem, hunc casum, quod — perculerint.*" Locutio *ignoro quod* viros doctos obfendit. v. ad 3, 52, 2.

2. *Corcyram tenui*, v. ad 1, 1, 8. — *lustra sacrificavi*, sacrificium piaculare obtuli. Sed τὸ *lustra* non satis placet. *rostris* conj. Sigon. Malim *hostias:* nisi vox plane delenda, et mox leg. *ubi exercitu adcepto lustratoque, mutatis* cet. Ita legisse videntur Plut. et Appian. ll. ll.

3. *per quadriennium quatuor ante me consules*, lege *per triennium tres a. me c.;* tot enim tantum fuerunt, P. Licinius Crassus, A. Hostilius Mancinus, Q. Marcius Philippus; Sigon. Ita et cap. 39. n. 3. legendum;

Drak. — *Aliarum secundarum rerum velut proventus*, *φορὰ*, larga messis, lætum incrementum, copia larga tenorque; Bauer. Cf. Oros. 4, 20. — *sequutus* sc. est. Cf. Drak.

4. *quum ex summo* fastigio *retro volvi fortuna consuesset* cet. v. Mitscherl. ad Hor. Od. 3, 10, 10. et in Anal. ad 1, 35, 4. — *defunctam fortunam* cet. v. ad 2, 35, 2. et cf. Plut. l. l. — *ad ludibrium casuum humanorum*, v. ad 30, 30, 3.

5. *ab alterius funere filii curru in* ** adjice *Capitolium*, *ad alterum*, Ursin. Crev. et Drak. vel *Capitolium acto, ad alterum*, Bauer. vel *currum escendi, ad alterum*, Gron. *currum* in MS. unico. *curru in* edd. antt. *curru ex Capitolio ad alterum prope* edidit Sigon.

6. *Paulli in domo præter se nemo superest*, "pron. *se* pro *illum*, *ipsum*, ut 39, 40, 4. *orationes pro se* sc. exstant, i. e. ab ipso pro se dictæ, et ap. Cic. p. Rosc. Am. 2. *hunc sibi ex animo scrupulum, qui se dies noctesque stimulet ac pungat, ut evellatis, postulat*, pro *qui eum dies* cet." Bauer. Ingeniose vir doctus in Misc. Obss. T. 1. p. 150. conj. *præter senem* (h. e. unum, et qui aliorum liberorum procreandorum spem non habeat) *nemo superest*.

CAP. 42.)—1. *magis confudere audientium animos*, v. ad 6, 34, 7. — *sociis navalibus*, v. ad 9, 38, 1. — *magistris navium*, v. ad 43, 8, 2.

2. *Bitis*, *regis Thracum* Cotyis *filius cum* aliis *obsidibus*, (v. ad 3, 25, 4.) a Cotye cum filio ad Persea missis, et captis una cum Persei liberis. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. 30, 12. Sed *Bithys* omnino scribendum esse, idque nomen in Thracia et Bithynia (quæ a Bithy, Martis et Setæ filio, sic dicta credebatur) jam tempore mythico usitatum fuisse, docet Drak. Cf. Zonar. 9, 24. Steph. Byz. v. Βίθυαι et Βιθυνία, Appian. Mithrid. 1. ibique Schweigh.

3. *id ipsum argumenti orationis prætendentibus*, forte *argumentum*, aut *orationi*. v. ad 3, 45, 1.

4. *quam præsens exigere*, v. ad 1, 12, 6. — — *T. Quinctius Flamininus*, "forte is, qui Philippum vicit, cujus tamen legationem ad Prusiam ultimam ejus in toga et armis actionem fuisse dicit Plut. Quinct. p. 381. aut *C.* pro *T.* legendum. *C. Licinius Nerva* forsan prætor hujus anni c. 16. si legatio hæc in annum seq. excessit." Drak.

5. *invisitatæ* (Romanis) *ante magnitudinis* scripsi suadente Gron. pro vulg. *inusitatæ*, a quo vox *ante* aliena est. Cf. ad 4, 33, 1. et 45, 35, 1. — *subductæ*, v. ad 8, 26, 1.

CAP. 43.)—1. *L. Anicius Quirinalibus triumphavit*, i. e. XII Cal. Mart. Cf. Ovid. Fast. 2, 527 sq. et Fest. Idem Anicius victoriæ causa memorabiles edidit ludos, de quibus v. fragm. Polyb. 30, 13. ap. Athen. 14, 1. ed. Schweigh. 14, 4.

2. *transtulit in triumphum*, v. ad 34, 52, 2.

3. *auri XXVII. argenti decem et novem pondo* cet. argenti minus, quam auri, pondus fuisse, haud probabile. Cf. ipse Liv. 38, 55. Etiamsi *argenti mille et novem pondo, denarium triginta millia* legas, una cum auro nondum septingenta millia nummum effeceris; Gron. Denariorum forte non tanta Gentio copia fuit, quia nummi Rom. sunt; Drak. Vox *pondo* iteratur, ut 36, 40. 37, 59. al. — *Illyrii argenti*, v. ad 34, 10, 2.

4. *Igituruvium reges* (v. ad 1, 39, 2.) *traducti:* immo *Iguvium*, Umbriæ opp., hod. Eugubio; Turneb. et Sigon. v. ad Sil. 8, 459. — *ex Illyrico prædæ*, Illyriæ. v. ad 35, 32, 3.

CAP. 44.)—1. *exercitus numquam eduxissent*, forte *nusquam*; Duk. et Crev. — *ad magistratus subrogandos*, v. ad 2, 8, 4. — *L. Julium* Drak. edidit pro vulg. *L. Livium*.

2. *postridie Terminalia intercalares fuere*, v. ad 43, 11, 7. Pigh. Ann. ad a. 587. et Drak.

3. *L. Cornelius Scipio quæstor*, qui *P.* dicitur Val. Max. 5, 1, 1. Sed v. Pigh. in Ann. ad a. 586. — *ædes, quæ ipsum comitesque ejus benigne reciperent*, hoc mihi mire de ædibus videtur dici, et forsan *benigne* ante *conductæ* ponendum: sed ne hoc quidem valde placet; Duk. *benigne* est laxe, commode; Ern. v. ad 3, 63, 2. — *senatum adit*, forte *adiit*, ut mox *gratulatus est*, *commemoravit*, *petiit*; Drak.

4. *Omnium, qui in Macedonia imperatores fuerant*, pro *omnium imperatorum, qui in M. f.* Cf. ad 40, 20, 2.

5. *ex*, cum, *nullius injuria* cet. — *Ne quod detur quidem*, forte *quoi*; Mur. Potius *cui*; Crev.

6. *Munera ei ex* * *sestertiis*, forte *ex C HS.* i. e. ex centum millibus nummum, vel *ei decies sestertii*; sed ea nimia videtur summa pro hoc tempore; Gron. — *ex qua Masgabæ* cet. v. sup. cap. 14.

7. *Mire lætum et ea benignitate* cet. *τὸ et* forte del. aut leg. *lætum tanta b.* Manutius conj. *ex* pro *et*. Sed Livium *lætum ex aliqua re* alibi dixisse non memini; Drak.

8. *munera sibi ipsum emisse*, immo *renuisse*; Gron.

9. *Polybius eum regem indignum* cet. cf. Polyb. 30, 16. (ex quo eadem ad verbum pæne descripserunt Diodor. Legat. 22. T. 2. p. 625. ed. Wessel. et Appian. Mithrid. c. 2.) et 37, 2. ubi v. Schweigh. de Prusia patre et filio.

10. *pileatum, capite raso — gerere*, v. ad 24, 16, 9.

11. *submisisse se, et osculo limen curiæ contigisse* cet. *καθεὶς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας προσεκύνησε τὸν οὐδὸν καὶ τοὺς καθημένους, ἐπιφθεγξάμενος, χαίρετε, θεοὶ σωτῆρες*, Polyb. l. l. ubi nota Reiskii est hæc · "Qui deos adibant, manibus demissis liminu

[redacted]

templorum osculabantur. v. Dio Chrysost. p. 313, 16. Mos ille adhuc obtinet apud Orientales, et obtinuit adhuc Sæc. XVI in America. v. Morini diss. de osculatione manuum in Comment. Acad. Inscr. T. 2." Cf. sup. ad 9, 18, 2. Polybius significare videtur, Prusiam, corpore ad limen inclinato, (*submittentem se*) illud utraque manu contigisse, atque ita osculatum esse; Duk.

12. *Deos servatores suos* cet. χαίρετε, θεοὶ σωτῆρες Polyb. de quo cognomine deorum hominumque v. ad Tac. A. 15, 64, 10. et Spanhem. de usu et pr. num. Diss. VII. p. 415.

COMMENTARIUS

IN

EPITOMAS LIBRORUM LIVII.

CAP. 1.)—1. *Adventus Æneæ in Italiam et res ab eo gestæ; Ascanii regnum Albæ, et Sylvii Æneæ, ac deinceps Sylviorum regum primo libro continentur:* hæc est lectio editionum tantum *non omnium*. Sed e MSS. legendum esse: *A. A. in I. et ejus res gestæ* (vel *res ab eo gestæ*) *referuntur. Ascanii r. A. et deinceps Sylviorum*, et in seqq. etiam multa interpolatoribus deberi, probabile fecit Drak.

2. *In curias populus divisus* ex emend. Sigon. quam firmat Livius 1, 13. et probavit Duk. ad Flor. 1, 6, 3. *In centurias* male MSS. et vett. edd. ut contra ap. Flor. 1. 1. *curiis* pro *centuriis*, quem errorem ex comp. scrib. ortum suspicabatur Drak.

3. *trigeminorum pugna*, al. *tergem. p.* v. ad Liv. 1, 24, 1.

4. *Pontem sublicium in Tiberim fecit*, v. ad Liv. 1, 33, 8.

CAP. 2.)—1. *suos quoque et sororis filios* ex emend. Sigon. pro vulg. *et fratris filios*. Neutra lectio aliorum scriptorum auctoritate firmatur, et Sigon. perperam provocat ad Liv. 4, 15. ubi v. not 3. Aquillii Vitelliique ex sororibus duabus, vel soli Aquillii ex sorore Tarquinii Collatini consulis, non Bruti, nati erant. Illud tradit Plut. in Poplic. p. 98. hoc Dionys. lib. 4. p. 281. 283. Vitelliorum vero soror Bruti uxor dicitur Liv. 2, 4. Plut. et Dionys. ll. ll. Hinc Drak. suspicatur, e cod. Voss. 1. legendum esse *suos quoque fratres et filios*, et *fratres* dici fratres uxoris, qui singulare nomen apud Romanos non habuerint. v. Isidor. Orig. 10, 8.

2. *Ap. Claudius ex Sabinis — viginti una*, hæc in omnibus MSS. et priscis edd. leguntur post extrema periodi seq. verba *apud lacum Regillum*. Aldus ea transposuit, quia hic est ordo rerum in Livio. Eumdem sæpe ab auctore harum Epitomarum fuisse turbatum, sed ubivis, si ultima verba Epit. CIII excipiantur, restitutum ab editoribus, Drak. ad h. l. et passim monuit. Nos id semel monuisse sufficiat.

3. *ad Cremeram* flumen (quam vocem non nisi cod. Bœnd. addit) *ad unum ab hostibus cæsi sunt*, in VIII MSS. *præter unum*, ut ap. Oros. 2, 5. Sed cf. ad Liv. 2, 50, 12.

4. *decimum quemque militum fuste percussit*, ut ap. Frontin. Strat. 4, 1, 34. et Dionys. lib. 9. p. 606. Cf. ad Liv. 1, 26, 6. et 2, 59, 7. *militem* duo MSS. ut ap. Front.

CAP. 3.)—1. *sequenti CXVII millia CCXIX*, at *CXVII millia CCCXIX* ap. Eutrop. 1, 16. (in tribus MSS. et in Pæonii metaphr.) et ap. Liv. 3, 24. extr. ubi libri. tamen admodum variant, ut et h. l. Cf. Drak. qui etiam post alios jam monuit, Livium auctoremque Epitomarum sæpe in diversa abire.

2. *inviso eorum imperio* ex emend. Drak. Cf. Liv. 3, 38. *invito* MSS. *invicto* edd. antt. quod Doujat. exponit: pertinaci, et Gron. coll. 6, 16. quod sine provocatione erat. Hic tamen et Mur. malebant *injusto*. Mox *in amorem Virginiæ* et *Virginiæ virginis* quidam MSS.

3. *necessitatem patri ejus Virginio imposuit* cet. in plerisque MSS. *imposuit*, *rapto enim ex taberna proxima cultro filiam occidit;* prob. Drak. modo ante *necessitatem* inseratur *miseram*, vel *extremam*, vel *ultimam*.

4. *magnæ luxuriæ*, incontinentiæ in re venerea, libidinis; nisi ex quibusdam MSS. leg. *m. injuriæ*, h. e. vel stupri, libidinis, (v. Burm. ad Quintil. declam. 259. p. 476.) vel injustitiæ, iniquitatis; Drak.

5. *et unus conlegarum:* hæc verba in nullo MS. exstant, et a primis editoribus ex Liv. 3, 57. 58. adjecta videntur. *Appius, qui — — meruerat, in c. conjectus est* MSS. Mox verba *et Æquos* primus addidit Aldus, forte ex Liv. 3, 60.

CAP. 4.)—1. *jussu Quinctii C. d. occisus est:* "id non patet ex narratione Liv. 4, 14. 15. et Valer. Max. 5, 3, 2. verum id adfirmant Flor. 1, 26, 7. (ubi cf. Duk.) Aurel. Vict. de viris ill. c. 17. et Ampel. c. 27. dubitat Zonar. Ann. 7, 20. quo auctore Ahala Mælium interfecit, *ἢ αὐτογνωμονήσας, ἢ τοῦτο κεκελευσμένος πρὸς τοῦ Δικτάτορος*" Drak.

2. *Cossus Cornelius*, v. ad Liv. 3, 1, 1.

3. *eoque coloni missi sunt* sc. novi. Cf. Liv. 4, 30. 31. Sed non esse, quod hæc vox adjiciatur, docet Drak. coll. Liv. 37, 46. et 39, 23.

CAP. 5.)—1. *de hostibus captus est*, alii MSS. *ex*, et plerique perperam *ab hostibus:* nam vates ex hostibus fuit.

2. *Faliscorum victoriam*, de Faliscis, ut ap. Justin. 5, 4.

3. *coactis deinde propter famem Romanis descendere*, forte leg. *eo descendere;* Gron. Cf. ad Liv. 23, 14, 5.

CAP. 6.)—1. *in cujus notam senatus consultum factum est, ne — esset*, vel vitiosa est hæc periodus et del. *τὸ senatus*, vel defecta est, ac tum verba SCti aliave exciderunt; Jac. Gron. Potius auctorem hujus Epit. ipsum errasse puto, quem a Livio sæpe diversa tradidisse, ad Epit. l. XLV. videbimus; quin et Livius publicam notam, præter privatam, non tamen per SCtum, sed per legem, mortuo adjectam esse tradidit; Drak.

2. *ne cui de Manlia gente Marco cognomen esset*, v. ad Liv. 6, 20, 13.

CAP. 7.)—1. *Pestilentia civitas laboravit*, v. ad Liv. 3, 31, 1.

2. *telluris hiatu tota territa patria*, h. e. universa civitas, ut sæpe apud posterioris ævi scriptores. Cf. Drak.

CAP. 8.)—1. *Laborantibus in acie Rom.*, v. ad Liv. 3, 31, 1.

2. *Cales colonia deducta est: item Fregellæ colonia deductæ sunt*, IV MSS. *coloniæ deductæ sunt*, male, (v. Drak.) nisi potius verba *colonia deducta est* delenda sunt..

3. *Lex de veneficio tunc primum constituta est:* copiose et docte h. l. docet Duker., legis tum de veneficiis latæ mentionem non facere Livium 8, 18, 7. et admodum probabile esse, quod interpretes juris civilis contendant, hoc maleficium jam ante hoc tempus Romæ non modo cognitum, sed etiam lege XII tabularum vindicatum fuisse, etsi contrarium tradat Val. Max. 2, 5, 3.

CAP. 9.)—1. *in locum arctum*, plerique MSS. *in l. iniquum*, non improb. Duk. Sed *angustiæ saltusque angustos* et *arctiores* dixit etiam Liv. c. 2.

2. *Exsequeres Fabio nomen dedit Maximo*, cognomen Maximi, ut ap. Liv. 9, 46 extr. Sic in Epit. 2. *cui Vindicio nomen fuit*, et similia.

CAP. 10.)—1. *jure jurando obstrictus*, ut ap. Liv. 10, 38, 41. al.

2. *capita ducenta sexaginta* cet. ex MSS. leg. *c. d. septuaginta duo m. et t. viginti.* Numerus ab Aldo mutatus ex Liv. 10, 47.

CAP. 11.)—1. *Fabius Max. pater deprecatus* cet. cf. Val. Max. 1, 7. 4, 1. Oros. 3, 22. et inpr. Zonar. 8, 1.

2. *L. Postumius consularis* cet. cf. Dionys. Exc. Peiresc. p. 531 sq.

3. *Coloniæ deductæ sunt Castrum, Sena* cf. Vellej. 1, 14. et Polyb. 2, 19, 12. — *Triumviri capitales tunc primum creati sunt*, cf. ad Liv. 25, 1, 7. et Varr. L. L. 4. p. 22. "Nihil omnino certi de anno, quo primum creati sunt, constitui posse, existimat Pigh. in Ann. ad a. 464. p. 405. quia Pomponius l. 2. §. 30. D. de or. jur. eos post prætorem peregrinum creatos esse dicat. Sed quum id chronologiæ adversari videatur, vide, qua ratione JCtum excuset Rupert. in Encheirid. c. 16." Drak.

4. *a Q. Hortensio dict. deducta est*, forte *reducta* sc. in Urbem. De hoc dictatore et lege Hortensia, ab eo lata, v. ad Liv. 2, 60, 2. Plin. 16, 10. Gell. 15, 27. Intpp. Institutt. ad §. 4. de jur. nat. gent. et ad l. 2. §. 8. D. de or. jur.

5. *contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat*, cf. Plin. 34, 6. Pigh. Ann. ad a. 463. p. 404. Cluver. Ital. aut. 4, 14. p. 1264. Val. Max. 1, 8, 6. Dionys. in Exc. Legat. p. 306. Vales.

CAP. 12.)—1. *L. Cæcilius prætor* cet. cf. Oros. 3, 22. et Augustin. 3, 17. Alios annales sequutum esse Polyb. 2, 19. neque probabilem esse diversas narrationes conciliandi rationem, a Merula ad Ennii fragm. p. 309. 310. propositam docet Drak.

2. *duumviro, qui præerat classi, occiso*, alii *duce.* Duumviri navales a. V. 443. creari cœpti; Sigon.

3. *in præsidium Rheginorum* (duo MSS. *Reginorum;* v. ad Liv. 23, 30, 5.) *legio C. cum præfecto Decio Jubellio missa*, cf. ad Liv. 28, 28, 1. inf. Epit. XV. Diodor. Exc. Vales. ex l. 22. p. 562 ed. Wessel. et Polyb. 1, 7, 7. ubi v. Schweigh.

CAP. 13.)—1. *Valerius Lævinus* cet. cf. Plut. Pyrrh. p. 39*. et Zonar. 8, 3. quibus mendose *'Αλβῖνος* et *Λαουΐνιος* dicitur pro *Λαιβῖνος.*

2. *inusitata facie*, f. *invisitata.* v. ad Liv. 4, 33, 1.

3. *Cineas legatos*, al. *Cyneas.* Gr. *Κινέας.* Cf. Davis. ad Cic. Tusc. 1, 24. Val. Max. 4, 3, 6. Appian. Samnit. Exc. 10. 11. Plut. et Suid.

4. *ut c. p. c. rex in Urbem reciperetur;* ita quidam: alii tradunt, eum nihil aliud,

[redacted]

quam amicitiam et fœdus, petiisse; Drak. Cf. Duk. ad Flor. 1, 18, 16.

5. *Cn. Domitius censor* cet. cf. Pigh. Ann. ad a. 473.

6. *Cum Carthaginiensibus quartum fœdus r. est.* cf. Polyb. 3, 25. et ad Liv. 7, 27, 2.

7. *qui ad eum a Pyrrho transfugerat*, quem alii Timocharem, alii Niciam adpellant. Cf. Gell. 3, 8.

CAP. 14.)—1. *fulmine dejectum in Capitolio Jovis signum*, Ryck. de Capit. c. 15. eamdem putat historiam referri a Cic. de Div. 1, 10. 2, 19.

2. *ejus, qui citatus non responderat, bona primus vendidit*, cf. Val. Max. 6, 3, 4. et Lips. mil. Rom. 1, 4. — *iterum reversum* pro simpl. *reversum*. Cf. ad Liv. 2, 45, 10. Cave jungas *iterum vicit:* nam Pyrrhum bis a Curio victum, nemo prodidit; Duk.

3. *auxilio Tarentinis venit*, v. ad Liv. 21, 10, 10.

CAP. 15.)—1. *Legio Campana, quæ Rhegium* cet. v. ad Epit. XII, 3.

2. *coloniæ deductæ Ariminum* cet. cf. Vellej. 1, 14.

3. *argento uti cœpit* signato. Cf. Plin. 33, 3.

4. *Quæstorum numerus ampliatus* cet. v. ad Liv. 2, 41, 12.

CAP. 16.)—1. *auxilium Mamertinis ferendum* cet. v. ad Liv. 21, 10, 11. et Schweigh. ad Polyb. 1, 11, 1.

2. *Transgressis tum primum mare equitibus Rom.*, non satis intelligo, cur solos *equites*, neque etiam, ut alii, pedites memoret; Duk.

3. *adversus Hieronem sæpius bene pugnatum*, semel tantum, si fides habenda Polyb. 1, 11. Flor. 2, 2. Oros. 4, 7. Hieronem vicisse tradit Philinus ap. Polyb. 1, 15, eumdem vero, simul ac Appius cos. in Siciliam venisset, Syracusas aufugisse Diodor. l. 23. ecl. 4.

4. *D. Junius Brutus* cet. immo *M. et D. Junius Brutus.* Cf. Val. Max. 2, 4, 4. et Lips. Sat. 1, 8. Quod is addit, ex Epit. Liv. liquere, Livium tradidisse, tria gladiatorum paria a Juniis fuisse data, id potius in conjectura, nec illa tamen inprobabili, positum; Duk.

CAP. 17.)—1. *Cn. Cornelius consul, a classe Punica* cet. cf. Polyæn. 16, 5. Polyb. 1, 21. 8, 1. Zonar. 8, 10.

2. *C. Duilius consul* cet. v. ad Sil. 6, 663 sq. Polyb. 1, 22 sq.

3. *ei perpetuus honos habitus* cet., ab ipso potius privato, nemine prohibente, sumtus, si fides habenda Catoni ap. Cic. de sen. 13. Cf. ad Sil. l. l. Plin. 34, 5. Flor. 2, 2, 10. ibique Freinsh. et Duk.

4. *L. Cornelius consul* cet. cf. Zonar. 8, 11.

5. *Atilius Calatinus consul* — *M. Calpurnii trib. mil.* cet. v. ad Liv. 22, 60, 7.

6. *C. Atilius Regulus consul* a. V. 495. quem dePœnis navalem triumphum egisse, fasti Capitol. et triumphales docent: at in Epit. XVIII pr. agitur de M. Atilio Regulo cos. a. V. 496., Drak. Hunc vero in *Africam trajecisse* constat, non illum. Forte eos confudit auctor Epit.

CAP. 18.)—1. *Atilius Regulus in Africa serpentem* cet. v. ad Sil. 6. 122-302. Gell. 6, 3. Val. Max. 1, 8, 19. Plin. 8, 14. Flor. 2, 2.

2. *petendi successoris, quod agellus ejus a mercenariis desertus esset*, cf. Val. Max. 4, 4, 6. et Sen. consol. ad Helv. 12.

3. *victus prælio et captus est*, v. ad Sil. 6, 302 sq.

4. *Ti. Coruncanius* cet. cf. Pompon. l. 2. §. 35. 38. D. de orig. jur., Ernesti clav. Cic. et Pigh. Ann. ad a. 396.

5. *P. Sempronius Sophus* cet. cf. Val. Max. 2, 9, 7. et Pigh. Ann. ad a. 501. p. 44.

6. *Regulus missus — periit*, v. ad Sil. 6, 346-544.

CAP. 19.)—1. *Cæcilius Metellus — ductis*, cf. Polyb. 1, 39. 40. Plin. 8, 6. et Pigh. Ann. ad a. 503.

2. *Claudius Pulcher consul* cet. cf. Cic. N. D. 2, 3. de div. 1, 16. 2, 8. 33. ad Suet. Tib. 2.

3. *dictatorem Claudium Glíciam dixit* cet. cf. Duker. ad h. l., Intpp. Suet. Tib. 2. Pigh. Ann. ad a. 504., Otto ad l. 4. D. de inoffic. test., Cujac. Obss. 2, 21. 14, 14.

4. *Coloniæ deductæ Fregenæ* et *Brundisium*, cf. ad Sil. 8, 475. Drak. ad h. l. Vellej. 1, 14. Zonar. 8, 7. Cluver. Ital. ant. 2, 2. p. 499 sq. Pigh. Ann. ad a. 509.

5. *Claudia, soror P. Claudii* cet. cf. Suet. Tib. 2. Val. Max. 8, 1, 4. Gell. 10, 6.

6. *Cæcilius Metellus — recedere*, v. ad Liv. 24, 8, 4.

7. *C. Lutatius consul* cet. v. ad Sil. 1, 34. 6, 687. Ceterum mireris, neque in hac, neque in superioribus Epitomis ullam Hamilcaris mentionem fieri.

8. *Metellus ex incendio sacra rapuit*, Palladium. Cf. Val. Max. 1, 4, 4. Plin. 7, 43. Oros. 4, 11. Sen. Contr. Exc. 4, 2. Lips. de Vesta. c. 9.

9. *Velina et Quirina*, al. *Exquilina. Sapinia* conj. Gruch. de comit. 2, 1.

CAP. 20.)—1. *Tuccia virgo Vestalis incesti damnata*, cf. Hard. ad Plin. 28, 2. et Intpp. Val. Max. 8, 1, 6. In MSS. et edd. antt. *Lucia, Luceja, Tutia, Tucia.*

2. *Bellum Illyriis propter unum ex legatis* cet. cf. Polyb. 2, 8. Plin. 34, 6, 11. Pigh. Ann. ad a. 523.

3. *Eo tempore populus Romanus sui* cet. cf. Polyb. 2, 24, 14 sq. ibique Schweigh.

4. *occiso Insubrium Gallorum duce Virdomaro* (al *Viridomaro* et in lapid. Capit.. *Virdumaro*) *opima* cet. cf. Broukh. ad Prop. 4, 10, 41. Plut. Marcell. p. 301. Pigh. Ann. ad a. 531.

5. *Iterum Illyrii quum rebellassent* cet. cf. Polyb. 3, 16-19. 107. 4, 37. 66.

6. *Libertini in quatuor tribus* cet. "Humillimos et omnem forensem turbam in quatuor urbanas tribus ante annos quasi CXXX conjecerant censores Q. Fabius et P. Decius. v. Liv. 9, 46. Hoc nomine etiam libertinos comprehendi, recte tradunt Manutius, Sigonius, Gruchius et Pighius. Nam hos a Fabio *tribubus emotos* auctor est Aurel. Vict. c. 32. Quomodo ergo nunc rursus per omnes tribus dispersi fuerunt? Probabilis est sententia Sigonii de ant. jur. civ. Rom. 2, 14. hoc vel negligentia vel temeritate censorum post Fabium ac Decium factum fuisse." Duk.

7. *C. Flaminius censor viam* cet. v. ad Liv. 22, 11, 3.

8. *circum Flaminium exstruxit*, v. ad Liv. 3, 54, 8.

CAP. 21.)—1. *In Italiam*, h. e. adversus Italiam, seu Romanos eorumque socios in Italia; Drak. qui ita in pluribus codd. legi monet *in Italiam* 23, 35 pr. *in Siciliam* 27, 5. *in Africam* 31, 4. Sed vereor, ut hæc multis adrideant. *In Italia* MS. Bœnd. et ed. Mogunt. prob. Gron. si duo hæc vocab. ad finem Epit. præc. revocentur, ut ita loquatur, quod alii fuerint Galli extra Italiam. Bellum vere Punicum II. simul in Italia, Hispania, Gallia et Sicilia ortum monet.

2. *Hannibal Apenninum quoque — transiit;* eum id frustra tentasse tradit Liv. 21, 58. 59.

3. *duce hostium Magone capto*, v. ad Liv. 21, 60, 5.

CAP. 23.)—1. *excessisse modii mensuram*, v. ad Liv. 23, 12, 1. — *nec tenuit, obstrepente* cet. v. ad Liv. 2, 42, 2.

2. *Senatus ex equestri ordine h. CXCVII s.* v. ad Liv. 23, 23, 7.

3. *Inter Philippum — dedit*, hæc verba in MSS. longe alio ordine leguntur, quem mutavit Aldus.

4. *Claudius Marcellus prætor* cet., potius consul. Cf. Liv. 23, 31. et 44 sq.

CAP. 25.)—1. *ante annos* legitimos, quam vocem addunt edd. antt. Cf. Liv. 25, 2.

2. *sexdecim millia ceciderunt* Aldus substituit ex Liv. 25, 21. pro *XX millia*, quod in MSS legitur.

3. *anno octavo, quam* v. ad Liv. 25, 36, 8.

CAP. 26.)—1. *usque ad ipsam Capenam portam — obequitavit*, forte *adequitavit*, Drak. "Id factum dicit Val. Max. 3, 7, 10. *Capenam portam armis Hannibale pulsante.* Vix tamen credibile est, Pœnum præter castra Fulvii et Esquilinam portam pergere potuisse ad Capenam, nec id Livius concedit; adeo ut, si Epitomator quoque innuere voluerit, eum ab Aniene versus Romam propius adcessisse, haud dubie etiam scripserit *Collinam portam*, ut Livius c. 10. Plin. 15, 20. et Serv. ad Virg. A. 8, 110." Periz. Cf. ejusdem anim. hist. c. 9. p. 379. — *per triduum*, at *per biduum* Liv. c. 11.

2. *num quum in castra rediissent* cet. τὸ *nam* minime h. l. convenit, et vel *at* aut simile quid legendum videtur, vel, quod Crev. suspicabatur, aliquid intercidit, quale reperimus ap. Liv. c. 11. *In religionem ea res apud Pœnos versa est* : *nam* cet.

3. *literas a senatu missas*, ex Liv. c. 15. *l. a prætore missas* conj. Delrius. An leg. *literas cum SCto?*

CAP. 27.)—1. *cum millibus hominum LVI cæsus est;* quidam MSS addunt *capta V millia et CCCC*.

2. *cum electa manu*, MS. Bœnd. *delecta*, probb. Duk. Crev. et Drak.

CAP. 28.)—1. *a Silano, Scipionis legato;* nota Dukeri est: "Silanum a Scipione cum parte copiarum adversus hostes missum fuisse, plus semel scribit Livius; legatum Scipionis nusquam vocat. Adjutorem Scipioni ad res gerendas datum Silanum proprætorem, scribit 26, 19. Prorogatum ei et Scipioni imperium in Hispania 27, 7. utrique suas Hispanias suosque exercitus in annum decretos 27, 22. Et Scipio cum eodem jure eodemque imperio secum in provinciam missum dicit 28, 28." Verba *Scipionis legato* post *Scipione fratre* ponenda esse, putabant Roëll. et Drak. cf. Liv. 28, 28 extr.

2. *cum Pœnis debellavit XIV anno* omnes MSS. et edd. ante ultimam Gruteri. Is *XV anno* reposuit, sed Crev. *XIII anno*. Cf. ad Liv. 28, 16, 4.

3. *a Tarracone in Africam* cet. *a Carthagine* Liv. 28, 17, 5. et ita forte leg. — *ad Syphacem regem Numidarum*, in V MSS. *regem Massiliorum*: unde *Massæsylorum* emend. Delrius et Drak.

4. *in eodem lecto cœnavit* ex V MSS. et edd. antt. recepi. Aldus dedit *adcubavit*, et Curio *adcubuit*, quod plerique ediderunt.

5. *Carthagini novæ* omnes fere MSS. et edd. ante Sigon. et Gron. quæ substituerunt *Carthagine nova*. Forte leg. *Carthagini nova;* Drak. v. ad Liv. 28, 26, 1. Mox *Astapa* Mogunt. edidere ex Liv. 28, 22. In MSS. et edd. antt. *Oisiana, Gigia, Giuia, Gythia, Gytthia.*

CAP. 30.)—1. *Scipio Africanus (incertum militari* cet. forte del. *ita*, et sic distinguendum : *Scipio Africanus, incertum — aura, cognominatus : primus certe* cet. Duker.

CAP. 31.)—1. *juvenes Acarnanes, qui non initiati erant, Athenas venerunt*, hoc obscure dictum, quia *templum Cereris* non fuit Athenis; Duk. Cf. Meurs. Eleus. c. 6.

2. *cum aliis popularibus suis* ex emend. Si-

[redacted]

gon. *pluribus* MSS. et edd. vett. *cum aliis pluribus* vel *cum aliis* conj. Periz. *cum cetera turba* dixit Livius c. 14. — *mortibus suorum*, cf. Drak.

CAP. 32.)—1. *in puppi longæ navis lauream esse natam;* forte *enatam;* Duk. et Drak. coll. Liv. 32, 1. 42, 2. 43, 13. Epit. L. Flor. 2, 7, 7. Suet. Aug. 92. al.

2. *duo millia necati sunt*, quingenti ap. Liv. 32, 26.

CAP. 33.)—1 *Acarnanes, Leucade* cet. forte *Acarnanas*, etsi Charis. 1. p. 14. erroris arguit, qui *Pæanas, Titanas* et *Alcmanas* dixerunt; Drak.

2. *C. Sempronius Tuditanus prætor a Celtiberis* cet. "Hoc non habet e Livio. Nam is cap. 25. eum in Hispania citeriore victum scribit, Celtiberos non memorat. Et sic Oros. 4, 20. Sempronii provincia erat Hispania citerior, Celtiberi autem ultra Iberum erant. Sed quum senatus eum et Helvium, cui ulterior evenerat, jussisset terminare, quæ ulterior citeriorque provincia servaretur, (v. 32, 28.) Sigon. de ant. jure prov. 1, 5. putat, tum veteres terminos harum provinciarum mutatos, et Celtiberos inter Hispaniæ citer. populos numeratos fuisse." Duker.

CAP. 34.)—1. *bello Punico* scil. secundo, ut ap. Liv. 45, 14. et 34, 1, et 6. ubi tamen simul consules nominantur, quibus lex lata est.

2. *de finiendis m. cultibus*, de modo fineque cultibus et eorum sumtibus statuendo; Gron. Cf. Liv. cap. 6. ad 9, 34, 6. et 10, 13, 13. *strigendis* et *fingendis* alii.

3. *Coloniæ pleræque*, v. ad Liv. 10, 13, 12. *plures* al.

CAP. 35.)—1. *P. Scipio Afric. legatus* cet. v. inf. ad c. 14.

2. *Exsequenti*, (v. ad Liv. 5, 15, 8.) *quem tertium diceret:* puto *duceret*, ut in Liv. c. 14. a quo *crederet* et *poneret* sumsit, quibus aptius jungitur *duceret* quam *diceret;* Duk. *diceret* etiam pro *duceret* perperam pauci codd. inf. c. 14. Drak.

CAP. 36.)—1. *Antiochum apud Thermopylas, Philippo rege adjuvante, victum*, sed v. Liv. cap. 25. *Antiochum a. Th. victum Græcia expulit, idemque Philippo rege adjuvante Ætolos subegit* conj. Periz. anim. hist. c. 9. p. 376.

2. *Scipio Nasica consul ædem matris Deum — — dedicavit*, immo M. Junius Brutus prætor urbanus. v. Liv. c. 36. et cf. Periz. l. l. p. 377.

CAP. 37.)—1. *Græcia provincia*, in quibusdam libris *Græcia et Asia p.* Græcia sola ei decreta est, cum eo, ut, si e re publica videretur esse, exercitum in Asiam trajiceret; Duk. Cf. cap. 1. et 2.

2. *regiam classem Antiochi*, vox *Antiochi* forte glossa; Duk.

CAP. 38.)—1. *qui Brenno duce in Asiam transierant*, in quo auctor discedit a Livio. Cf. Periz. anim. hist. c. 9. p. 376. — *Ortiagontis* ex emend. Sigon. pro *Orgiagontis*.

2. *Censa sunt civium capita CCLVIII millia et CCCXXVIII.* forte et *CCCXVIII.* quem numerum ap. Liv. 38, 36 extr. ex cod. Mog. restituit Drak. Ibi tamen et h. l. numerus variat in MSS. et edd. antt. neque etiam semper consentiunt Livius et auctor Epit.

3. *non modo* non *in iis ullum vestigium* cet. v. ad Liv. 1, 40, 1.

CAP. 40.)—1. *liberos eorum, quos occiderat* c. Leid. et ita Liv. 40, 3. et Polyb. 24, 8. nisi ex iis lectio deprompta est: nam in reliquis libris pro *occiderat* legitur *in vinculis nobilissimorum hominum habebat*, et rectius *liberos eorum, quos in vinculis tenebat* vel *habebat, nobilium hominum.* Cf. Periz. anim. hist. c. 9. p. 376.

2. *pro liberis suis et sororis a. p. verita regis libidinem*, locutio non ferenda videtur et leg. *Theoxena liberis suis et s. a. pueris, verita — venenum, suasit, ut* cet. Drak. Theoxena a priore marito, quem Philippus interfecerat, vidua relicta fuerat cum uno filio, eamque apud Poridem liberos enixam non fuisse, argumento sunt verba Livii c. 4. *suum sororisque filios:* sed auctor Epit. *liberos* de uno filio dixisse potuit, ut sæpe scriptores Latini; Duk.

3. *veneno necatus est — devenit*, Latinæ linguæ vel mediocriter periti dicerent *necatus fuerit* et *devenerit;* Duk.

4. *quæ dissolvendarum religionum* sc. *erant*, quod in quibusdam edd., sed in nullo MS., additur, et sine quo etiam Sall. Jug. c. 88. dixit *quæ postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit;* Duk.

5. *de pœna Persei cogitavit*, delevi τὸ *et*, quod ante *de* legitur in omnibus MSS. præter Leid. et e fine vocis præc. repetitum videbatur etiam Duk.

CAP. 41.)—1. *Ti. Sempronius Gracchus proc.*, v. ad 28, 38, 4.

2. *Antiochus Antiochi filius* cet. v. ad Liv. 41, 20, 1.

3. *in regnum Syriæ* cet. sed v. Appian. Syr. 45.

4. *præter religionem, qua multa — regem egit*, cf. ad Liv. 41, 20, 6. Hæc verba a MS. Leid. et Gud. min. absunt, in ceteris codd. et omnibus fere edd. sunt extrema hujus Epit. Nos ea cum Cler. et Crev. h. l. inseruimus auctore Gron. cujus nota est; "Ergo, quum hæc epitome fieret, jam mutilum erat cap. 20. hujus libri. In eodem enim turpi errore versatur, qui tenuit aliquamdiu viros doctos, quæ illic narrantur, ad Persen Macedonem pertinere. Verba hæc videntur primogenio aliquo in exemplari scriptoris vitio prætermissa, in

[redacted]

marginem deinde conjecta fuisse. Itaque sequentium alios eadem dissimilasse, alios ad finem adlevisse suspicor." *qua* ex ejusdem Gron. emend. *quam* plerique MSS. *quod quam* ceteri et edd. tantum non omnes, — *capita CCLXIII millia* cet. v. ad Liv. 42, 10, 1.

5. *Q. Voconius Saxa trib. pl. legem tulit, ne quis heredem mulierem institueret*, v. Drak. ad h. l. Ernesti clav. Cic. in Ind. legum, intpp. Cic. Verr. 1, 41-3. Balduin. Comm. de legg., Pigh. in Ann. ad a. 584. Periz. in Diss. Triad. p. 99. et Wieling, lect. jur. civ. 2, 19 sq.

CAP. 42.)—1. *de agro fuit arbiter ad disceptandum a senatu datus*, ita MS. Barber. et Leid. *dies* quidam pro *arbiter*: non male, si *dictus* legatur pro *datus*. Livius c. 24. nec *arbitri dati*, nec *diei dicti* meminit: sed auctor Epitomarum sæpe ab eo diversa tradit; Drak.

2. *civium capita CCLVII.* (CCXLVII Leid. et Berg.) *millia CCXXXI.* v. ad Liv. 42, 10, 1.

CAP. 43.)—1. *P. Licinius Crassus proconsul — crudeliter diripuit*; Sigon. emend. *consul*, quia *crudeliter avareque in Græcia bellatum ab consule Licinio* legatur 43, 4. et prorogatio inperii in P. Licinio non fuerit necessaria, quum A. Hostilius consul hoc anno in Macedoniam cum inperio venerit atque ibi hoc tempore esset. " Enimvero et consul et proconsul illud facere potuit Licinius; neque constat, quando Hostilius in provinciam venerit: quem non inprobabile est, prodigiis et sacris aliquamdiu retentum, atque interim Licinio inperium, quoad successor venisset, prorogatum fuisse." Duk.

2. *victis Dardanis et Illyrico, cujus rex erat Gentius*: sed hic tantum Labeatium Illyriorum rex fuit, et Perseus aliis quidem Illyrici populis bellum intulit, non autem illis et Gentio, quem potius omni modo ad societatem perlicere conabatur. cf. Liv. 43, 18 sq. et Periz. anim. hist. c. 9. p. 375.

3. *motus in Hispania ab Olonico factus*, in MSS. *Olonico*, *Olomico*, *Holonico*, *Helenico*, *Elenico*, *bello Punico*. Sigonius emend. *in Peonia ab Elonico*; (v. ad Liv. 40, 58, 5.) at Gron. *in Hispania ab Salondico* ex Floro 2, 17. ad cujus narrationem refert illa Liv. 43, 4. *culpamque in duorum amentiam conferentibus, qui se ultro ad pœnam ipsi obtulissent.* Quæ conjectura non propterea displicere debet, quod *consulem* vocat Florus, qui Livio *prætor* est. Cf. Hearne.

4. *princeps in senatu*, ut ap. Liv. 27, 11. et 38, 28. Verba tamen *in senatu* absunt a VII MSS. et ed. Camp.

CAP. 44.)—1. *Paullus in concione precatus* cet. immo Paullus hæc demum precatus est in oratione post triumphum habita. cf. 45, 41. Val. max. 5, 10, 2. et Periz. anim. hist. c. 9. p. 375.

2. *ab iis relictus est*: hoc de Eumene et Gallis verum est, non de Gentio, quem *victum in deditionem venisse* paullo ante recte scripsit; Duk.

CAP. 45.)—1. *Rhodiorum, quia eo bello contra populum Rom. faverant*, (ut ap. Suet. Cal. 30.) *exclusa*, in senatum non admissa est. Hæc pertinent non ad ea, quæ Livius cap. 3. sed quæ cap. 20. narrat. Quidam MSS. *fuerunt* et *fuerant* pro *faverant*; et *exclusæ*: sed unam tantum hoc tempore Rhodiorum legationem Romæ fuisse, licet constantem ex pluribus legatis, ex Liv. 45, 25. patet; Drak. — *Postero die, quum* cet. hoc non est in Livio; Duk.

2. *Macedonia in provinciæ formam reducta est*, at non tum, (v. cap. 29.) sed post devictum Pseudo-philippum; quem errorem jam notarunt Periz. anim. hist. c. 9. p. 374. Sigon. de jur. prov. 1, 6. Duk. ad Flor. 2, 14, 5. et Gron.

3. *et Persen cum tribus filiis ante currum duxit*: pars illa hujus libri, in qua Livius triumphum Paulli exposuerat, periit; Duk. De literis Persei v. ad Liv. 42, 52, 3.

4. *Censa sunt civium capita CCCXII millia LXXXV.*, quidam MSS. *CCCXII m. DCCCCV.* et *DCCCXCV.* " De numero nunc nihil in Livio legitur: sed in eo haud dubie scribarum error est: certe mihi non adparet causa, cur nunc multo major fuerit, quam et superioribus et sequentibus lustris. Cf. 42, 10 pr. et Epit. lib. XLI. XLVI. XLVII. XLVIII." Duk.

CAP. 46.)—1. *Eumenes rex Romam venit*: non venit Romam; sed quum Brundisium venisset, quæstor ad eum missus est cum SCto, quod, quum fama esset, eum Romam adventare, factum fuerat, quodque mox perperam *lex* dicitur; Duk. cf. ad hæc et seqq. Polyb. 30, 17.

2. *quia Maced. bello medium* (v. ad Liv. 1, 32, 5.) *egerat*, ita MSS. Leid. Voss. Berg. et Lov. 2., ut in Epit. LII. ap. Liv. 45, 25, 2. et al. v. Drak. qui etiam monet, in aliis MSS. legi *se medium egerat*; sed Grævium ad Suet. Claud. 29. jam observasse, Romanos dixisse *agere principem*, *patrem*, *ministrum*, sumtasque locutiones esse a scena, ubi *agere Davum*, *Simonem*, et hinc *mimum* vel *comœdiam* histriones, illorum personas gerentes, ideoque ipsi *actores* dicantur. Cf. Ern. et Wolf. ad Suet. Claud. 25 pr. Ceterum *medium se gerere* eodem sensu dixit Liv. 2, 27, 4.

3. *in commune lex lata est*, in universum, ὡς καθόλου δυσαρεστούμενοι ταῖς τῶν βασιλέων ἐπιδημίαις, δόγμα τι τοιοῦτον ἐξέβαλον Polyb. l. l.

4. *Legati Prusiæ regis* cet. cf. Polyb. 31, 6. qui tamen Eumenem ab Asiaticarum civitatum, non a Prusiæ legatis Romæ, societatis *cum Antiocho* initæ adcusatum dicit.

5. *Censa sunt civium capita* CCCXXVII

[redacted]

m., forte ex MS. Jac. Susii et Plut. Æmil. p. 275. leg. *CCCXXXVII.* Pigh.

6. *Princeps senatus lectus M. Æmilius Lepidus*, nunc quartum, (v. Liv. 40, 51. 41, 27. 43, 15.) deinde bis: (v. Epit. XLVII. et XLVIII.) quod haud scio, an ulli præter eum contigerit; Duk.

7. *Ptolemæus Ægypti rex* cet. cf. ad Liv. 42, 19, 4.

8. *filius ejus Ariarathes* cet. cf. Polyb. 31, 14, 15.

9. *mortuo Antiocho* Epiphane, *filium* ejus *Antiochum* Eupatorem *cum Lysia tutore Demetrius* Soter, *Seleuci* Philopatoris *filius*, *qui Romæ obses* cet. cf. Polyb. 31, 12. 19 - 23. 32, 4 sq. 33, 14.

10. *L. Æmilio Paullo mortuo, tanta ejus abstinentia fuit, ut, quum ex Hispania et Maced.* cet. cf. Polyb. 18, 18. 32, 8. 14. Diodor. p. 326. Plut. Æmil. Ex h. l. vulgo colligitur, eum ter triumphasse. Sed v. Periz. anim. hist. c. 6. p. 211. et ad Morellii Quæst. epistol. resp. in calce Diss. de ære gravi p. 132. 156. 229.

11. *Pomptinæ paludes* cet. " quas *siccandas provinciam* consularem fuisse, putabat Gruch. c. 43. Refut. ad post. disp. Sigon. quod haud verisimile et a ratione hujus temporis alienum est. Neque etiam probabile, quod Pigh. Ann. ad a. 593. existimat, alteri consulum Galliam et Ligures, alteri Italiam provincias decretas fuisse, et illam Anicio, hanc Cethego evenisse, eumque, quum in Italia materiam belli non haberet, e paludibus Pomptinis agros fecisse. Quamcumque demum provinciam Cethegus habuit, non potuit manu militari Pomptinas paludes, quæ in Volscis, non in provincia Italia, erant, siccare, nisi extra ordinem dato eas siccandi negotio." Duk.

CAP. 47.)—1. *Cn. Tremellio tribuno pl. mulcta dicta est* " ab ipso pontifice max., credo, ut 37, 51. et 40, 42. et quum de mulcta ad populum, ut solebat, certatum fuisset, tribunum damnatum fuisse. *Jus magistratuum* autem adcipio jus tribunorum pl., quibus, quod sacrosancti erant, vel Tremellius solus, vel cum eo etiam ceteri tribuni plebis videntur contendisse, non esse jus pontifici max., mulctam dicere: de quo non dubitatum fuerat, quum pontifices max. in alios magistratus jure illo usi fuissent. Ceterum hoc Pighius ad a. 593. quo Cethegus consul fuit, non scio qua ratione, refert. Quum alio libro a Livio relatum fuisse adpareat, non dissimile vero est, post illum annum factum fuisse." Duk.

2. *sacrorumque, quam magistratuum*, (sacrosanctorum) *jus potentius fuit*, (plus valuit, ut Liv. 7, 22. et 25, 1.) Leid. et Lov. 2. Cf. Gron. ad h. l. et Obss. 4, 8. p. 121.

3. *Lex de ambitu lata*; quo anno, incertum, etsi ad a. 594 referunt Manut. de leg. Rom. c. 28. et Sigon. de judic. 2, 30. et Pigh.

4. *Antipolim et Nicæam*, colonias *Massiliensium*, regioni eorum vicinas; Drak. cf. Strab. 4, 180. et Polyb. 33, 4.

5. *Præterea res in Hispania* cet. cf. Appian. Hisp. 56 sq.

6. *magistratum peractis comitiis* cet. verba corrupta. Post *comitiis* Pigh. ad a. 600. inserit *deposuere*, et deinde legit *consules creati inire cœperunt.* At Drak. post *creatis* excidisse putat *abdicarunt, et novi consules Cal. Jan.* vel *Cal. Jan.* ante *inire.* Consules certe eo die magistratum hoc anno iniisse, Chronica Cassiodori et Mariani Scoti docent.

7. *avaritiæ nomine adcusati* (v. Periz. ad Sanctii Min. 2, 3. p. 164.) *damnati sunt* judicio extraordinario ex SCto constituto, ut in Liv. 43, 2. nam prima lex de repetundis pecuniis, qua quæstio illa ordinaria est facta, demum a. 604. a L. Calpurnio Pisone lata, v. Cic. Brut. 27. et de Off. 2, 21.) hæc autem ante annum illum gesta sunt; Duk.

CAP. 48.)—1. *fuga explicuerit*, ut Epit. 49. 68. et Flor. 4, 2.

2. *in prætura mortui*, ut ap. Plut. Cat. Maj. p. 251. Eum prætorem designatum obiisse dicit Gell. 13, 19. — *nam pauper erat*; contrarium tradit Plut. — *Andriscus* cet. cf. ad 49, 14.

3. *lecto se strato sine linteis* cet. forte cum Jac. Periz. leg. *strato linteis sine purpura*: vix enim *lintea* tanti pretii fuisse videntur, ut se illis efferri Lepidus prohiberet; Drak. Cf. Ulit. ad Grat. Cyn. v. 87.

4. *ne plus, quam æris denos*: in ed. Camp. et MSS. Berg. et Bœnd. *æris decies*, in aliis MSS. *æris deuncem*, *deunce*, *decus* et *decus*; quod probabat Gron. et pro *decussis* vel *decusse* positum censebat. Sed hanc pecuniæ summam nimis exiguam, illam nimis magnam videri, monet Drak.

5. *Publicia et Licinia* cet. cf. Val. Max. 6, 3, 8. qui tamen non *consulares* ab iis veneno necatos dicit, sed ab illa L. *Postumium Albinum consulem*, (quem a. 599. in magistratu mortuum Fasti Capit. produnt) ab hac Claudium Asellum; quod cognomen nulli Claudiorum fuit, qui circa hæc tempora consules fuere; Duk.

6. *quum prætori pro se* (ita c. Sus. at alii MSS. *prædes*, *preces*, *pretes*, *plures* et *prædictos*, i. e. quos ille ab iis postulaverat: nisi malis *a prætore die dicta*, Gron.) *vades dedissent*, v. ad Liv. 3, 13, 9. et 23, 32, 3. — *cognatorum decreto necatæ sunt*, v. ad Liv. 39, 18, 4.

7. *Gulussa, Masinissæ filius, denuntiavit*, indicavit, ut ap. Liv. 42, 24. 45, 1. 34. Quidam MSS. *nuntiavit*, et mox *haud dubie bellum strui.* — *P. Cornelio Nasica*, v. ad Epit. XLIX. n. 2.

8. *in carcerem conjecti sunt* consules a tribunis pl., quod ante D. Brutum et P. Sci-

pionem coss. non factum dicit Cic. de Leg. 3, 9, 20. ubi Manut. id oratorie adcipit dictum de re, quæ ante perraro aut semel tantum facta sit; at Wagner ibi paucis mutatis legit *et, quod ante factum non erat, C. Gracchus runis* cet., aut Livium a Cic. dissentire putat.

9. *L. Lucullus consul, qui M. Claudio Marcello* (ex emend. Drak. pro *cui M. Claudius M.*) *successerat, quum lacessere* cet. quidam MSS. *quum pacasse* vel *placasse* — *videretur.* Cf. Appian. Hisp. 48 - 59. Polyb. 35, 1 sq. et fragm. hist. XXVII. Pigh. Ann. T. 2. p. 434. et Freinsh. Supplem. Liv.

10. *P. Cornelius Africanus Scipio Æmilianus* — *tribunus militum* cet. cf. Appian. Hisp. 49. et Pun. 71. Polyb. 35, 4. 5. Cic. Somn. Scip. 1. Aur. Vict. vir. inl. 58. et Ampelius c. 22. qui eum Luculli legatum in Hispania fuisse dicunt. Vox *Africanus* delenda, (ut et in Epit. XLIX. n. 6.) quia nondum id cognomen habebat, aut certe, si per prolepsin excusanda, (v. Duk. ad Flor. 4, 3, 5. et Burm. ad Suet. clar. Rhet. 1.) post *Scipio* ponenda est; Drak.

11. *in obpugnatione Intercatiæ urbis* Vaccæorum *majus* cet. cf. Appian. Hisp. 53 sq. Val. Max. 3, 2, 6. Aur. Vict. et Ampel. ll. ll.

12. *annos habente nonaginta duos* cet. potius *duodenonaginta.* v. Wessel. Obss. 1, 24. et ad Epit. L. n. 6. — *sine pulpamine*, pulpamento, ut *stramen* et *stramentum*, *tentamen* et *tentamentum*, *purgamen* et *purgamentum*; Duk. In fine hujus Epit. adduut Exc. Pithœi: *Motus præterea Syriæ et bella inter reges gesta referuntur; inter quos motus Demetrius Syriæ rex occisus erat.*

CAP. 49.)—1. *Tertii Punici belli initium* sc. hoc in libro est seu refertur, *altero et DC anno ab V. c.* sc. cœpti et *intra* cet., Gron. Forte tamen verba *altero et DC ab V. c.* pendent a voce *initium.* Ceterum *altero* etiam dixit Eutrop. 4, 10. *secundo* Oros. 4, 22. Utrum vox *alter*, numero ordinali adposita, h. l. sit *primus*, ut ap. Suet. Tit. 11. (v. Burm. ad Petron. c. 108.) an *secundus*, ut ap. Liv. 3, 33, 1. et 33, 21, 1. (ubi cf. Polyb. 18, 24, 8.) non minus dubium esse, quam ap. Cic. ad div. 12, 25. et forte Virg. Ecl. 8, 39. (ubi Passerat. ad Cic. p. Cæc. 9. Græv. ad Cic. Phil. 1, 13. aliique pro *primo*, sed Periz. anim. hist. c. 7. p. 282. et alii rectius pro *secundo* adcipiunt) monet Duk.; sed initium belli Punici III. certe obsidionis Carthaginis ab omnibus historicis (etiam auctore hujus Epit.; v. not. 5.) in consulatum L. Marcii Censorini et M'. Manilii, hunc vero ab aliis Fastorum auctoribus in a. V. c. DCIV., ab aliis in a. DCV. conferri. Hinc alii pro *altero* h. l. conjiciunt *quarto*, alii *quinto* secundum Varronis, vel potius *tertio* secundum Catonis, Livii et Dodwelli chronologiam. Cf. not. 3.

2. *Scipionem Nasicam, qui etiam vir optimus a senatu judicatus erat*; ita et Diodor. in Exc. Peiresc. p. 382. Sed hic filius fuisse videtur illius, qui *vir optimus judicatus* fuerat; Duk. cf. Rupert. ad Pompon. l. 2. §. 37. D. de Orig. Jur. Hic, de quo etiam v. Epit. XLVIII., bis consul fuit a. V. 591. et 598. ac censor a. 594. eique ob sapientiam datum cognomen *Corculum.* v. Cic. Tusc. 1, 9. in Bruto 20. 58. et de N. D. 2, 4. Hinc et h. l. auctor Epit. dixit *etiam*; (non modo sapientissimus vir fuit, sed *etiam* optimus) at perperam putasse videtur, eidem homini duo cognomina, *Optimi* et *Corculi*, tributa fuisse.

3. *Diti patri* ac Proserpinæ *ludi* sæculares seu Terentini *ad Terentum*, locum in campo Martio prope Tiberim, — *facti*; cf. Festus v. *sæculares* et *Terentum*, Serv. ad Virg. Æn. 8, 63. Censorin. c. 17. loc. class. Val. Max. 2, 4, 5. (ubi v. intpp.) Heins. et Burm. ad Ovid. Fast. 1, 501. Mitscherl. ad Hor. carm. sæc. p. 643. 644. *ad Tarentum* perperam omnes MSS. et Zosim. lib. 2. pr. Vocem *Sibyllinorum* uncinis inclusi, quia eam scripti codd. ignorant, et *libri* simpl. dici solent. v. ad Liv. 3, 10, 6. — — *anno centesimo*, adde *ante*, aut lege *ante annum centesimum*: nam in MSS est *annum centesimum* et *anno centesimo a primo P. bello*; Gron. — *quingentesimo et altero anno ab V. c.* conf. Censorin. c. 17. *Tertii ludi fuerunt, Antiate Livioque auctoribus, P. Claudio Pulcro, L. Junio Pullo coss.* (h. e. anno DI. ad summam annorum Livianam; Sigon. *De quartorum ludorum anno triplex opinio est: Antias enim et Varro et Livius relatos esse prodiderunt L. Marcio Censorino, M'. Manilio coss. a. V. c. DCV.* in quo numero edendo alios eum auctores, quam Livium, sequi monet Sigon. Cf. sup. not. 1.

4. *ut in alium locum* — *ne minus*, (v. ad Liv. 38, 24, 3.) *remotum, oppidum facerent*: cum Gron. leg. *transferrent*, aut ex nonnullis libris *in alio loco* — *remoto.* — *ad rebellandum* ex MS. Leid. recepi pro *ad bellandum.*

5. *ab L. Marcio, M'. Manilio coss.* cf. not. 1. et 3. Appian. Pun. 56. 75. (ubi v. Schweigh.) 94 - 110. Pigh. Ann. ad a. 604.

6. *a Scipione Africano*, v. ad Epit. XLVIII. n. 10. *Æmiliano* Lov. 2. quod præferrem, si plures codd. id vellent; Drak. *Orfitiano* Pal. 1. et Exc. Pith.

7. *quod nocte expugnabant*, h. e. expugnaturi videbantur, alioquin expugnaturi erant, parum aberant, quin expugnarent; Gron. v. ad Liv. 3, 21, 3. *obpugnabant* primus reposuit Frob. a. 1535. Cf. ad Epit. LXXV. n. 3.

8. *cum altera manu*, Voss. *alia*, et Exc. Pith. non male *ampla.*

9. *reliquos, qui in Africa militarent, umbras militare, Scipionem vigere*, versus Hom. Odyss. 10, 495. Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσιν, ad Scipionem, quod jam Plut.

[redacted]

in Apophth. notavit, et ad alios (v. intpp. Hom.) translatus. Ex eo Gron. non male conj. *volitare* pro *militare*.

10. *ut comitiis plurimæ eum tribus consulem scriberent*, forte *juberent*: nam prima lex tabellaria a Gabinio lata est demum a. V. c. DCXIV. ante quam suffragia pronuntiabantur, non scribebantur; Gron.

11. *L. Scribonius* Libo *tribunus pl. rogationem promulgasset, ut Lusitani*, qui — *a Ser.* Sulpicia *Galba in Galliam venissent*, venditi seu venum dati essent. *in Gallia* emend. Sigon. Sed vulgatum, licet locutionis hujus exempla mihi non subpetant, præfero: nam *in Gallia* vendit, qui in Gallia consistens vendit, sed *in Galliam*, qui alibi constitutus vendit ea conditione, ut in Galliam abducatur, ut ap. Liv. 29, 13. *scribere* Romæ *legiones in Bruttios* mittendas: certe Galba, qui prætor Hispaniam ulteriorem obtinuit, non videtur Galliam, alterius provinciam, adiisse, ut in ea captivos Lusitanos venderet, sed id potius in ipsa Hispania ementibus Gallis fecisse, qui eos in Galliam adsumerent; Drak. Nota Dukeri est: " Rogationi causam dedit perfidia Galbæ prætoris in Lusitanos, quam Appian. Hisp. 58 sq. Cic. Brut. 23. et p. Mur. 28. Val. Max. 8, 1, 2. 9, 6, 2. Suet. Galb. 3. Oros. 4, 21. et alii narrant. Sed vel plura fuere hujus rogationis capita, vel alia rogatio separatim a Scribonio in Galbam lata est. Nam Cic. de Or. 1, 53. Libonem in eum *quæstionem*, et in Brut. 23. *rogationem privilegii similem* tulisse, auctor est. De *rogatione, ut Lusitani in libertatem restituerentur*, alibi nihil proditum inveni: eam, quæ in Galbam lata erat, Catonem suasisse, addit Cic. Brut. 23. quod Val. Max. 8, 1, 2. Catonem actioni tribuniciæ subscripsisse dicit. Sed eam non adceptam fuisse, adparet ex iis, quæ in seqq. et ap. Cic. ac Val. Max. ll. ll. et Quintil. I. O. 2, 15. de ratione, qua Galba periculum evaserit, traduntur. Nam quod Livius 39, 40 extr. Galbam a Catone *ad populi judicium adductum*, Plut. in Cat. et Auct. de viris inl. c. 47. a Catone *adcusatum* scribunt, in hanc sententiam adcipio, Catonem in suadenda rogatione Scribonia ita aspere et vehementer apud populum de Galba loquutum, quod Cic. dicit, et ita adcusatorie crimen ejus exaggerasse, ut pro adcusatore haberi potuerit. Nam Catonem suasoris tantum partes egisse, ex Cic. patet. Errat autem Appian. Hisp. 60 extr. scribens κατηγορούμενος διέφευγε διὰ τὸν πλοῦτον, sc. Galba adcusatus." Cf. H. Steph. ad Appian. l. l. qui διέφευγε reddit *evadere solebat* sc. sæpe in judicium vocatus.

12. *Exstat oratio* Catonis *in Annalibus*, Originibus, *ejus inclusa*, cf. ad Liv. 45, 25, 2. Cic. Brut. 23. et Voss. hist. lat. 1, 5.

13. *propter sese castra habentes*, v. ad Liv. *21, 27, 6.*

14. *Andriscus quidam*, s. Pseudophilippus, Adramittenus, *ultimæ sortis homo* cet. cf. Flor. 2, 14. Vellej. 1, 11. Justin. 35, 1. Ammian. Marcell. 14, 40. Zonar. 11, 28 sqq. Oros. 4, 22. Pausan. 7, 13. Strabo 13, 624. — *ab urbe Romana*, al. *Roma*. Cf. Drak. ad h. l. et Epit. 88.

15. *ad falsam ejus fabulam*, sermonem, rumorem, quem ipse de se serebat, *velut ad veram*, v. ad Liv. 1, 11, 5. *famam* quidam MSS.

16. *prope ad ultimum finem*, v. ad Liv. 6, 42, 6. — *detectam tandem ubi*, tum, *originem suam falsæ matri et libellum datum* malebat Drak. qui et *ibi* pro *sibi* dedit ex emend. Jac. Periz.

17. *scientem mulierem subditum se esse*, subditicium, (quod demum dedit ed. Ven. a. 1498.) ut ap. Terent. Heaut. 5, 3, 12. *scienti* multi MSS. prob. Drak.

CAP. 50.)—1. *omniumque humillimorum vitiorum* sc. rex; Sigon. *omnium humiliore morum atque vitiorum* MS. Gud. prob. Gron. si *humilium* legatur. Quædam edd. addunt *fautor*. De re v. Liv. 45, 44. — *a Nicomede filio* — — *occisus est* Nicomediæ. v. Appian. Mithrid. 4 - 7. et ad Liv. 42, 12, 2.

2. *Habebat alium filium*, Prusiam (cf. seqq.) aut Nicomedem Monodem, *qui pro superiore* cet. v. ad Liv. 42, 12, 2. Kühn. ad Polluc. 2, 94. Hard. ad Plin. 7, 16. Suidas v. Ἀπολλωνιὰς λίμνη. Val. Max. 1, 8. ext. 12. Solin. c. 1. — *tres legatos* pro *legatos* recepi e c. Lov. 2. quod firmari aliis MSS., qui *in legatos* et *inde* (iii) *legatos* præferunt, jam monuit Drak.

3. *unus ex iis multis cicatricibus sparsum caput haberet*, saxo quondam in caput percussus, *alter pedibus æger esset*, ὑπὸ ῥεύματος, *tertius* cet. cf. Appian. Mithridat. c. 6. et Plut. Cat. maj. p. 340. *sparsum* Lov. 2. et edd. tantum non omnes. In reliquis MSS. *plenum pene desertum*, *fractum*, *sarsum*, et *farsum*, quod recepit Sigon. putans id esse id. qd fartum, et hoc refertum, plenum; quo sensu potius *sparsum* dicitur 22, 1. 41, 21. et al. v. Duk. et Drak.

4. *In Syria, quæ eo tempore stirpe generis parem Macedonum regi*, (sc. Andrisco) *inertia* cet. ita MS. Leid. et Delrii, quos sequutus sum, nec aliter Voss. Berg. Bocud. et Lov. 2. nisi quod *pacem* habent. Male vulgo legitur *ex stirpe generis Persei, regis Macedonum*; et nostra emendatio, quam etiam Delrius, Crev. et Drak. probarunt, verisimilior quam Gronoviana, *ex stirpe generis incerti, inertia* cet. Designatur h. l. *Alexander Balas, homo ignotus et incertæ stirpis, qui occiso Demetrio* Sotere *rege* (de quo v. ad Epit. XLVI. n. 9.) *in Syria regnabat*, quemque deinde *Demetrius* Nicator, illius *Demetrii filius, contemta socordia inertiaque ejus, adjuvante Ptolemæo Ægypti rege, bello interemit*: quæ legimus in Epit. LII. Cf. Polyb. 33, 14. et 16. Appian. Syr. c. 67 sq. Joseph.

Ant. 12, 12. 13, 2. 8. 12. Oros. 5, 4. Justin. 35, 1. et Strabo. — *in ganea et lustris*, ut ap. Liv. 26, 2.

5. *Ammonius regnabat* cet. nota Dukeri est: "Hunc amicum Alexandri (v. Joseph. 13, 8.) *regnasse* dicit, i. e. rege per inertiam negligente regni curam, omnia ex libidine et arbitrio suo administrasse, quod Justino 30, 2. est regnum possidere. *Laodicen* filiam Antiochi Epiphanis fuisse, e Polyb. ll. ll. colligitur. Eam si uxorem habuit Balas, sequutus est exemplum regum Ægyptiorum; nam ipse quoque se Antiocho Epiphane natum ferebat. Quem *Antigonum Demetrii filium* dicat, non liquet. Vix dubitari potest, quin Demetrium Soterem designet, de quo v. not. 4. et ad Epit. XLVI. n. 9. Sed huic filium fuisse *Antigonum*, nusquam proditum legi. Duos illius filios, Demetrium Nicatorem, qui Bala victo regnum paternum recuperavit, et Antiochum Sideten, Demetrio fratre a Parthis capto, itidem regem Syriæ, memorant Justin. 35, 2. 36, 1. Joseph. et Appian. ll. ll."

6. *Masinissa, Numidiæ rex, major XC annis decessit — inter cetera opera juvenilia* cet. cf. Epit. XLVIII extr. Polyb. 37, 3. Appian. Pun. 105 sq. Plut. T. 2. p. 791 sq. Diodor. Ecl. 3. ex lib. 32. T. 2. p. 523. in Bibl. Photii p. 1161. Cic. de sen. 10. Val. Max. 8, 13. ext. 1. Zonar. 9, 27. Plin. 7, 14. s. 12. — *filium genuerit*, quem Polyb. Στέμβανον, Suidas Στέμβαν, Val. Max. *Methymnatum* vel *Mathumnatum*, Plinius *Methymathnum* adpellat.

7. *Inter tres liberos ejus* sc. legitimos et patri superstites, præter quos multi fuere aut nothi aut ante patrem mortui; inter quos etiam referendi videntur *Masgaba* et *Misagenes*, a Livio sæpius memorati. Quatuor tamen filios præter Stembanum ab eo relictos dicit Polyb. decem Diodorus, et XLIV Eutropius. *Mastanabalem* (Gr. Μαστανάβαν) rectius scribi quam *Manastabalem*, docent Drak. ad h. l. Corte ad Sall. Jug. 5. et alii. Trium filiorum medius dicitur Zonaræ 9, 27.

8. *P. Scipio Æmilianus* cet. cf. Appian. l. l.

9. *Phamææ* (seu *Phameæ*) *Himilconi* cet. cf. Appian. Pun. 97. 100. 104. 107 sq. et Zonar. 9, 27. Huic et Suidæ Φαβέας mendose dicitur. Cf. Drak. ad h. l. et intpp. Eutrop. 4, 10.

10. *Claudius Marcellus* cet. cf. Ascon. ad Cic. Pis. 19.

11. *Hasdrubalem, Masinissæ nepotem — juvantis*, v. Appian. Pun. 93. et 111. — *quem prætorem habebant:* ejus successor, itidem Hasdrubal, *rex*, et Hasdrubalis uxor *regina* dicuntur Orosio 4, 23. quia Suffetes summam et regiæ similem, sed annuam tantum, potestatem Carthagine obtinebant; Drak. — *Romanos auxilio juvantis* Exc. Pithœi, unde recepi pro vulg. *Romanorum auxilia juvantis*.

12. *quoniam per annos consulem fieri non licebat*, (ita omnes MSS. et edd. ante Mogunt. quæ *decem* ante *annos* inseruit) v. ad Liv. 5, 12, 6. et 25, 2, 4. *consuli* malebat Gron. v. ad Liv. 21, 44, 6. Scipionem tum inplevisse annum ætatis XXXVII., ex Liv. 44, 14. et Fastis cons. docet Duk.

13. *M'. Manilius* cet. cf. Oros. 4, 22. Val. Max. 5, 2. ext. 4. — *P. Juventio* cet. cf. Oros. 4, 13. et Zonar. 9, 28. — *Pseudophilippus in Macedonia a Q. Cæcilio* Metello Macedonico *victus captusque est; et recepta Macedonia*, cf. Entrop. 4, 13. et quos laudavi ad Epit. XLIX. n. 14.

CAP. 51.)—1. *per partes capta est* Carthago *primum a L. Mancino legato*, v. Appian. Pun. 110. 113. 114. Zonar. 9, 29. Plin. 35, 4. et Flor. 2, 15. Hic Mancinum facit consulem, qui potius prætor classem sortitus erat. v. Appian. Fasti, et Pigh. Ann. ad a. 605. 606.

2. *urbem expugnavit DCC anno, quam erat condita:* per DCC potius annos Carthago floruit. v. Heyne Exc. 1. ad Virg. Æn. IV.

3. *transfugas* (exterarum gentium ap. Val. Max. 2, 7, 13.) *et fugitivos bestiis objecit*; v. ad Liv. 30, 44, 9.

4. *Belli Achaici semina*, origo et causæ, *referuntur hæc: quod legati populi Rom. ab Achaicis* (immo *Achæis*; Gron.) *pulsati sint Corinthi, missi* cet. ita pro *Corinthum missi* e vestigiis MSS. primus edidit Jac. Gron. monens, in eo emphasin esse, ibi id facinus patratum, quæ urbs inde exitium merita. Sed vulgatæ lect. idem sensus est. Cf. Epit. LII. et de ipso bello ejusque origine Polyb. 38, 1-5. 40, 2-11. Pausan. 7, 12-17. (ex quibus scriptoribus patet, non ipsos legatos Rom. violatos fuisse ab Achæis, sed Lacedæmonios, qui in eorum deversorium confugerant) Oros. 5, 2 sq. Zonar. 9, 31 sq. Flor. 2, 16. Vellej. 1, 11 sq.

CAP. 52.)—1. *Critolaus veneno sibi m. c.* aliter Pausan. 7, 15. — *in ejus locum Diæus* cet. cf. Polyb., Pausan. et Zonar. ll. ll.

2. *Thebæ quoque et Chalcis — dirutæ:* quod si verum est, mirum videri potest, Strabonem et Pausan. id non memorasse; Duk. Metellum quidem cepisse vacuas Thebas, ædibus vero pepercisse tradit Pausan. 7, 15, 5. sed 7, 16, 5. Mummium dejecisse muros urbium, quæ bellum adversus Romanos gesserint.

3. *Ipse L. Mummius abstinentissimum virum egit*, v. ad Epit. XLVI, 2. et de re ipsa Polyb. 40, 11. et Cic. Off. 2, 22. Sed opibus quoque illis abstinuisse creditur, quia pretium earum haud noverit. v. Vellej. 1, 13.

4. *Viriathus in Hispania* cet. qui Lusitanos, ex Luculli et Galbæ sævitia (v. Epit. XLIX.) superstites, ad arma vocarat. De bello Viriathico v. Epit. LIV. Flor. 2, 17. Oros. 5, 4. inpr. Appian. Hisp. 59-75. Ab hoc octo ejus anni numerantur, ab illis XIV., a Diodoro in Exc. Peiresc. p. 361. (T. II. p. 597. ed.

[redacted]

Wess.) undecim, a Justino 44, 2. decem, a Vellejo 2, 90. viginti: sed ibi *X.* aut *XI.* pro *XX.* legendum videtur. Cf. Reimar. ad Dion. T. 1. p. 32 sq. et de scriptura nominis *Viriathus* tum idem, tum nos ad Sil. 3, 354.

5. *M. Vetilium,* forte *C. Vetilius* ex Appiano et Oros.

6. *Alexander, homo gnotus — bello interemit,* v. ad Epit. L. n. 4. 5. — *ob incertos belli casus ablegatus Gnidon,* v. Justin. 35, 2. Joseph. Ant. 13, 8. et auctor hist. Maccab. 1, 10, 67.

7. *Ptolemæus* Philometor, *in caput graviter vulneratus,* (ut *in femur g. v.* in MSS. Justini 1, 9, 8. prob. Schæff.) — *expiravit, atque in locum ejus frater minor Ptolemæus* Physcon, *qui Cyrenis regnabat, successit,* v. ad Liv. 42, 29, 4. Vulnus adceperat in prœlio adversus Alexandrum Balam. Cf. Polyb. 40, 12. ibique Schweigh.

8. *Demetrius ob crudelitatem — a Diodoto* Tryphone *quodam, uno ex subjectis* cet. v. 1 Maccab. 11, 19. 14, 1. Appian. Syr. 68. et 70. Joseph. Ant. 13, 9. Oros. 5, 4. Justin. 36, 1. *Demetrius ob crud., quam exercebat per tormenta, invisus subjectis, a Diodoto quodam, qui Alexandri* cet. emend. Gron. — *Alexandri* Balæ *filio,* qui Alexander dicitur Appiano, Alexander Diodoti filius Oros. 5, 4. (nisi ibi leg. *Alexandri filio* et *filium*) sed Justino *Antiochus* (VI.) *Demetrii privignus:* nam pater ejus Alexander Balas uxorem duxit Cleopatram, filiam Ptolemæi Philometoris, regis Ægypti, quæ postea nupsit Demetrio; Drak. cf. Epit. LV. extr. Joseph. Ant. 9, 7. 8. et 1 Maccab. 10. et 11. — *timulo admodum,* v. ad Liv. 21, 36, 3. et inf. ad Epit. LV.

9. *L. Mummius — in triumpho tulit,* cf. Tac. Ann. 14, 21. Strab. 8, 381. Plin. 34, 7.

CAP. 53.)—1. *Ap. Claudius cos. Salassos* cet. cf. Obseq. c. 19. Oros. 5, 4. Suet. Tib. 2. extr. Val. Max. 4, 4, 6. Pigh. Ann. ad a. 610.

2. *Alter Pseudophilippus* vel Pseudoperseus (primus fuit Andriscus) *in Macedonia a L. Tremellio* Flacco Scrofa, *quæstore* A. Licinii Nervæ prætoris, *cæsus est,* cf. intpp. Eutrop. 4, 15. Varr. R. R. 2, 4. Macrob. Sat. 1, 6.

3. *Q. Cæcilius Metellus* Macedonicus et Celtibericus *proc. Celtiberos cecidit* a. V. 611. v. Appian. Pun. 135. et Hisp. 76. Flor. 2, 17. Val. Max. 9, 3, 7. Pigh. Ann. T. 2. p. 470. et 478 sq.

4. *a Q. Fabio* Maximo Serviliano et consule et *proconsule* res adversus *Lusitanos* et Viriathum gestæ; Duk. Sed v. ad Epit. LIV. n. 4.

5. *C. Julius senator Græce res Romanas scribit:* quod nusquam alibi legi puto: sed de A. Postumio, qui a. V. 602. consul fuit, id plures tradiderunt; Duk.

CAP. 54.)—1. *Q. Pompejus* Nepos, Auli tibicinis filius, *consul,* qui in Hispania citeriore belloque Numantino successit Q. Cæcilio Metello proc., non, in Hispania ulteriore vel Lusitania et bello Viriathico, Q. Fabio Serviliano. Hoc tradit Appian. Hisp. 68. illud idem c. 76 sq. ubi res ab eo gestas copiose persequitur. Cf. Schweigh. ad c. 68. et Pigh. Ann. ad a. 610 sq. De Pompejo v. et LIX, 5. Plut. Apophth. p. 200. Vellej. 2, 1. et Ern. clav. Cic. — — *Termestinos subegit:* idem oppidum videtur esse *Termantia* et *Termes,* (a quo gentile est *Termestinus*) sed Appianus Hisp. 76. 77. Termantiam a Pompejo frustra tentatam scribit; Duk. Cum eo consentit Diodor. Legat. 30. De oppido hoc. v. ad Tac. Ann. 4, 45, 1.

2. *cum eisdem et Numantinis pacem ab infirmitate* (v. ad Liv. 1, 1, 5.) *fecit;* Exc. Pith. et Norv. atque edd. ante Grut. *ob infirmitatem.* Utrumque nugatorium est, et forte leg. *pacem inprobante po. Ro. fecit,* vel potius *pacem a p. Ro. infirmatam fecit;* Gron. De pace, quam Pompejus, ob res male gestas judicium metuens, fraude mala fecerat, v. Appian. Hisp. 79. Vellej. 2, 1. Cic. off. 3, 30. de fin. 2, 17. et Brut. 76. Pigh. Ann. ad a. 614. Quintil. 3, 8, 3. 7, 4, 12 sq.

3. *Macedonum legati conquestum de D. Junio Silano prætore,* filio *T. Manlii Torquati,* adoptatum a D. Junio Silano, *venissent — fecit,* cf. Val. Max. 5, 8, 2. Cic. de fin. 1, 7. et Pigh. Ann. ad a. 613. Nota Dukeri est: "Quæri potest, cur a Macedonibus ad senatum delatæ fuerint querelæ, quum jam a. V. DCIV. quæstio de repetundis perpetua facta fuisset, et quotannis prætorem suum habere cœpisset? Hoc tangit, sed non dilucide explicat Sigon. de judic. 2, 27. Credo responderi posse, legatos Macedonum senatum quidem ex more vetusto adiisse, sed verosimile esse, senatum cognitionem hujus causæ non suscepturum, verum ad prætorem, qui quæstionem de repetundis sortitus erat, rejecturum fuisse, nisi pater Silani petiisset inpetrassetque, ut ea sibi mandaretur. Ceterum minus proprie h. l. *abdicatus* dicitur filius, qui, D. Silano in adoptionem emancipatus, nec nominis, nec sacrorum, nec familiæ patris naturalis heres erat, ut Livius 45, 10. loquitur." — *sedensque domi* in *solio potestatem consultantibus fecit ex instituto,* more JCtorum, domi de jure respondentium. v. Ern. clav. Cic. v. *solium,* et Wagner ad Cic. de Leg. 1, 3, 10. *consultantibus,* et *consultare aves* et oraculum ap. Plin. Pan. 76. et Plin. H. N. 32, 2. s. 8., Drak. *consulentibus* Exc. Pith. quod præfero: nam *consultare JCtos,* pro consilium ab iis petere, vix credo usquam alibi legi; Duk.

4. *Q. Fabius* Maximus Servilianus et consul et *proconsul* a. V. 611. et 612. *res in Hispania* ulteriori *prospere gessit,* sed iis *labem inposuit, pace — facta,* v. Appian. Hisp. 67.

70. Alius est Q. *Fabius* Maximus Æmilianus, qui consul a. V. 608. in eadem Hispania duo cepit oppida, et eumdem Viriathum aliquoties vicit. v. Appian. Hisp. 65. et sup. Epit. LIII. ubi *a Q. Fabio consule* legendum esse, jam alii monuere. Hi autem Fabii fuere adoptivi fratres, ab eodem Q. Fabio Max. Labeone cos. a. 570. adoptati; hic filius L. Æmilii Paulli Macedonici, et frater naturalis Scipionis Africani minoris; (v. ad Liv. 45, 40, 6.) ille filius Cn. Servilii Cæpionis cos. a. 584., et frater naturalis Q. *Servilii Cæpionis* cos. a. 613., quo fratri in Hispania ulteriori successit, et, quod mox h. l. traditur, *Viriathum a proditoribus interficiendum* curavit; de quo v. Appian. Hisp. 70. 74. 75. Vellej. 2, 1. Val. Max. 9, 6, 4. Flor. 2, 17. cf. Pigh. Ann. ad a. 608 sq. p. 474. et 482 sq.

5. *ab exercitu suo comploratus*, v. ad Liv. 3, 38, 3.

6. *per quatuordecim annos*, v. ad Epit. LII. n. 4.

CAP. 55.)—1. *P. Cornelio Nasica cos.* a. V. 615. filio P. Nasicæ Corculi, (v. ad Epit. XLIX. n. 2.) *cui cognomen Serapion* (alii *Serapio* et *Serapioni*; cf. Drak.) *fuit primum ab irridente* C. *Curiatio trib. pl.*, (v. Cic. Leg. 3, 9. et Val. Max. 3, 7, 3.) deinde vulgo *inpositum* propter similitudinem cujusdam victimarii aut suarii negotiatoris. v. Val. Max. 9, 14, 3. et Plin. 7, 12. s. 10. 21, 3. s. 7. quo loco perperam videtur tradi, hunc Scipionem fuisse tribunum pl. et manumissum ab aliquo Scipionum.

2. *C. Matienus adcusatus — sub furca diu virgis cæsus est*, v. ad 1, 26, 6. et Lips. Mil. Rom. 5, 19. — *sestertio nummo veniit*, cf. intpp. Suet. Cæs. 50. Val. Max. 5, 2, 10. Cic. Rab. Post. 17.

3. *M. Popillius* Lænas cet. cf. Appian. Hisp. 79. (qui a Popillio nihil rei gestum dicit) et Frontin. Strat. 3, 17, 9. — *cum quibus pacem* cet. v. ad Epit. LIV. n. 2.

4. *pulli ex cavea avolaverunt* cet. cf. Obseq. c. 38. et Val. Max. 1, 6, 7. *avolaverunt* e duobus MSS. recepi pro vulg. *evolaverunt*: nam portentum in eo est, quod aufugiunt, non quod in altum volant. Cf. Intpp. Suet. Galb. 18. et Obseq. l. l.

5. *Victus a Numantinis* cet. cf. Appian. Hisp. 79-83.

6. *Triginta millia Rom.* cet. cf. Flor. 2, 18, 2. ibique Duk.

7. *D. Junius* Brutus Callaicus (v. ad Epit. LVI. n. 1.) *Lusitaniam — persuasit*, cf. Appian. Hisp. 71-73. — *quum fluvium Oblivionem* (qui et *Limæas*, *Limeas*, *Limia*, *Limius*, et nunc *Lima* vocatur: sed forte leg. *fluvium Oblivionis*, quia sic aliis, et Græcis ὁ τῆς Λήθης, dicitur) *transire nollent milites*, quia fluvius hic, ut Lethe in inferis, vi aquis propria, patriæ rerumque præteritarum *oblivionem* adferre credebatur, *ereptum signifero* cet. cf. ad Sil. 1, 236. Appian. l. l. ibique Schweigh., Strab. 3, 153. Flor. 2, 17. Plin. 4, 22. s. 35. Plut. Qu. Rom. p. 272. Bochart. Chan. 1, 34. p. 605.

8. *Alexandri* Balæ *filius, rex Syriæ, — occiderunt*, v. ad Epit. LII. n. 8. Appian. Syr. 68. 1 Maccab, 13, 31. et, qui leviter ab eo dissentit, Joseph. Ant. 13, 7 al. 12. — *decem annos admodum habens*: sed in Epit. LII. extr. *bimulus admodum* dicitur. Puto eum, quo tempore Tryphon ei regnum adserebat, bimulo majorem, aut, quum a Tryphone de medio sublatus est, decem annis minorem fuisse: nam inter illius et patris ejus necem tantum quinque anni interjecti fuerunt; et Josephus eum quarto regni anno peremtum, rumoremque a Tryphone sparsum dicit, ὡς χειριζόμενος ἀποθάνῃ, i. e. eum inter curandum mortuum esse; Duk. Difficultas hæc tolletur, si cum Delrii cod. *puero admodum* pro *bimulo* a. in Epit. LII. scribere liceat; Drak.

CAP. 56.)—1. *D. Junius Brutus in Hisp. ult. feliciter adversus Gallæcos pugnavit*, unde et *Gallæcus* aut potius *Callaicus* cognominatus est. Cf. Appian. Hisp. 71-73. Vellej. 2, 5. Flor. 2, 17. Oros. 5, 5. *Callaicos* aut *Callæcos* scribendum pro *Gallæcos*, quoniam et Græcis vocantur Καλλαϊκοὶ vel Καλλαϊκοι, et ita ab opp. *Calle* dicti creduntur. Nomen hoc conruptum videtur, ex quo regio eorum Gallæcia seu Gallicia adpellari cœpit. Cf. ad Sil. 2, 397. Ulit. ad Grat. Cyn. 514. et Nemes. Cyn. 253.

2. *Dissimili eventu M. Æmilius Lepidus* cet. v. Appian. Hisp. 80-83. Oros. 5, 5. — *Mancinus*, (cf. Epit. LV.) *deditus Numantinis, non est receptus*; eadem de Caudinæ pacis auctoribus traduntur a Livio 9, 10.

3. *nongenta viginti tria*: hæc verba, quæ ob numeri præc. similitudinem exciderunt, adjeci e tribus MSS. Possis et e tribus aliis substituere *n. triginta tria*.

4. M. *Fulvius Flaccus consul* a. V. 618. *Vardæos* (v. ad Liv. 27, 30, 10.) *in Illyrico subegit*, et ab ora maritima transtulit in interiora. v. Appian. Illyr. 10. et B. C. 1, 34. et Strab. 7, 5, 7. p. 315. qui locus ad hanc historiam pertinet.

5. *ob legem, quæ vetabat, quemquam iterum consulem fieri*; quam paullo ante hæc tempora, Catone suadente, latam, sed post tacito consensu civitatis abrogatam fuisse, conligebat Sigon. ex Prisciani l. 3. p. 601. et Festo v. *pavimenta*. Cf. Pigh. Ann. ad a. 603. et 619. Pleræque edd. vett. perperam post *quemquam* inseruere *intra decem annos*: nam MSS. fere omnes ignorant hæc verba, et XII anni interjecti sunt inter priorem et hunc Scipionis consulatum. De re cf. Appian. Hisp. 84. qui tamen male tradit, Scipioni nondum legitimam fuisse ætatem, et in ejus gratiam legem annalem abrogatam, annoque inseq. iterum sancitam fuisse,

[redacted]

13. *C. Sempronius* Tuditanus *consul contra Iapydas* cet. v. ad Liv. 43, 5, 1. et Pigh. Ann. ad a. V. 624. — *D. Junii Bruti, qui* cet. v. ad LVI, 1.

CAP. 60.)—1. *Aurelius cos. rebellantes Sardos subegit*, cf. Pigh. Ann. ad a. 627. *rebellantes* pro *bellantes* ex ejus emend. receptum. *Pellitos Sardos* conj. Gron. v. ad Liv. 23, 40, 2.

2. *M. Fulvius Flaccus* (cf. Epit. 59.) *primus Transalpinos Ligures bello domuit — adversus Salluvios* (v. ad Liv. 5, 34, 7.) *Gallos* cet. cf. Pigh. Ann. ad a. 630. *primus:* sed v. Epit. 47. Livium incuriæ vel oblivionis arguit Periz. anim. hist. c. 8. p. 346. *Transalpinos Gallos* et *Salvios* aut *Salluvios Ligures* conj. Cluver. Ital. ant. 1, 7. p. 50. suspicans, Salluvios non recte *Gallos* dici; aut eos saltem Celtici generis fuisse, et, quum sermone, moribus et cultu Liguribus similes fuerint, eos primum a Græcis, deinde a Romanis ejusdem gentis populum habitos fuisse.

3. *L. Opimius prætor Fregellanos* cet. cf. Plut. Gracch. p. 836. Vellej. 2, 6. Cic. Agr. 2, 33. in Pis. 39. (ubi v. Ascon.) et Inv. 34. Pigh. Ann. ad a. 628. De *Opimio* cf. Ern. clav. Cic.

4. *Pestilentia in Africa ab ingenti locustarum* cet. cf. Obseq. de prod. c. 90. et Oros. 5, 11.

5. *C. Gracchus, Tiberii frater, — leges tulit* cet. cf. Plut. Gracch. p. 834-845. Appian. B. C. 1, 21-26.

6. *ut semisse et triente frumentum*, modius frumenti, *plebi* daretur, h. e. dextante aut decunci; sed hoc nummi genus olim non cudebatur, neque nummi æerei formæ publicæ Romanis fuere præter dipondium, sesquassem, assem, semissem, trientem, quadrantem, v. Gron. de pec. vet. 4, 12. p. 336. et Contarenus de frum. Rom. largit. c. 2.

7. *tertiam, qua equestrem ordinem — conrumperet*, (ad suas partes traheret et abalienaret a senatu) *ut sexcenti ex equitibus — haberet*, locus inpeditissimus et forte conruptus: nam nusquam alibi scriptum est, lege hac DC equites in senatum adlectos fuisse; Duk. Neque etiam ex eo intellegitur, hanc legem Semproniam fuisse judiciariam. Cf. Plut. Gracch. p. 837. (qui trecentos tantum equites totidem senatoribus adscriptos et ita cum iis judices factos dicit) Appian. B. C. 1, 22. (qui judicia a senatoribus ad solos equites translata fuisse tradit) Manut. de leg. Rom. c. 15. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 2. Pigh. Ann. ad a. 631. inf. ad Epit. 97, 7.

8. *continuato in alterum annum tribunatu — — ut conplures coloniæ — deduxit*, cf. Appian. B. C. 1, 23. 24. et Plut. l. l.

9. *res a Q. Cæcilio Metello cos. adversus Baliares gestas*, unde ille cognominatus est *Balearicus* seu *Baliaricus*: nam utramque scripturam in fastis et denariis reperiri, docet Drak. Cf. ad Liv. 21, 21, 7. Strab. 3, 5. p. 167. Pigh. Ann. ad a. 632. — *Baliares — Græci Gymnesias — Baliares a teli missu, aut a Baleo* cet. v. ad Liv. 21, 21, 7.

10. *Cleopatra Demetrium* Nicatorem, Demetrii Soteris filium, nepotem Seleuci, filii Antiochi M., *virum suum et Seleucum filium*, fratrem Antiochi Grypi, — *interemit*, v. Appian. Syr. 67 - 69. Justin. 39, 1. Joseph. Ant. 13, 17.

CAP. 61.)—1. *Aquas Sextias*, hod. Aix en Provence. — *ob aquarum copiam*, Gron. malebat *ab a. copia*.

2. *ad oppidum Vindalium*, quod etiam memorat Oros. 5, 13. *Vindalum* MS. Leid. ut Οὐίνδαλον ap. Strab. 4, 185. ex emend. Casaub. et Scalig. Auson. Lect. 1, 30. pro Οὔδαλον. Mox pro *Teutomolium* MSS. *Crotoniculum*, *Cortomoculum*, *Tentomolum*, *Toutomotulum*, *Teutomotulum*; et edd. vett. *Teutomalum* et *Teutonialum*.

3. *a L. Opimio cos.*, *ex SCto* cet. cf. Plut. Gracch. p. 841. — *socius ejusdem furoris*, seditionis. Cf. ad Liv. 2, 42, 6. et Cort. ad Sallust. fragm. p. 942.

4. *Q. Fabius Maximus consul, Æmilii Paulli nepos*, qui a victoria hac Allobrogicus est dictus, et Æmiliani forte filius fuit, etsi *Æmilianus* quibusdam vocatur. v. Pigh. Ann. T. III. p. 68. et Casaub. ad Strab. 4, 185. et 191. — *Bituitum*, *Arvernorum regem*, ut ap. Valer. Max. 9, 6, 3. Flor. 3, 2. Eutrop. 4, 22. Oros. 5, 14. *Vituitus* et *Vetuitus* dicitur Hieron. Chron. Euseb. p. 148. Βίττος Strab. 4, 191. Βίτυις Athenæo 4, 37. Βιτοῖτος βασιλεὺς τῶν 'Αλλοβρίγων Appiano Gall. 2, 12. (ubi cf. Schweigh.) Βιτοῖτος miles vel dux Gallorum, qui Mithridatem interfecit, ap. Appian. Mithr. 111. (ubi v. Schweigh.) Cf. ad Epit. CII, 1. *Betultus* in fragm. fastorum triumphal. Capit. ap. Grut. Inscr. T. 1. p. 298, 3. quod probant Pigh. Annal. ad a. 632. (qui ita transformatum putabat Celticum nomen regis, *Betultich* a patientia vel modestia adpellati) Delrius, Ursinus et Drak. qui conf. ad h. l. — *Ex Bituiti* (*Bitiuti* MS. Berg.) *exercitu cæsa millia h. CXX;* ita MSS. (præter Bœnd. qui CCXX habet) et Appian. Gall. 1, 2. at *CL millia* ap. Oros. 5, 14. *CXXX millia* ap. Plin. 7, 50. *CC millia* ap. Strab. 4, 185. et 191. Cf. Pigh. l. l.

5. *Ipse, quum ad satisfaciendum* cet. alia tradunt Valer. Max. 9, 6, 3. Eutrop. 4, 10. Florus 3, 2. — *Albam custodiendus datus est*, v. ad Liv. 9, 16, 4.

6. *Congentiatus*, MSS. *Congenatus*, *Congienatus*, *Congenetiatus*, *Cognoncaticus*, *Congonnetiacus*, *Congonietiacus*. Terminationem Gallicam esse *tiacus*, ut in *Divitiacus* et *Vedeliacus*, monet Jac. Gron.

7. *L. Opimius adcusatus a Q. Decio trib. pl.*, immo *a P. Decio*. Cf. Cic. Brut. 28. et de Or. 2, 30. 31. 62. Aurel. Vict. de viris inl. c. 72. Pigh. Annal. ad a. 633.

CAP. 62.)—1. Q. *Marcius* Q. F. Q. N. Rex *consul Stænos, gentem Alpinam* et Ligusticam *expugnavit*, ac de iis triumphavit. v. Oros. 5, 14. 15. fragm. fastorum triumphal. in Gruter. Inscr. p. 298, 5. Pigh. Annal. ad a. 630. et 636. *Stænos* ex illo fragm. *Stonos, Stenos, Stinos, Sarmes, Sarmos* MSS. Στόνοι Tridentinis vicini ad radices Alpium et latrociniis adsueti ap. Strab. 4, 204. Στουῖνος et *Stonos* caput Euganeorum in Grajis Alpibus ap. Steph. et Plin. 3, 20. s. 24. *Carnos* male conj. Cluver. Ital. ant. 1, 15. et 19.

2. *Micipsa, Numidarum rex — Jugurtha Hiempsalem* cet. hæc notissima vel ex Sallust. Jug. 1 sq. et 12.

3. *L. Cæcilius* L. F. Q. N. *Metellus* Dalmaticus *Dalmatas subegit* et de iis triumphavit. v. Ascon. ad Cic. Verr. 1, 59. et Pigh. Annal. ad a. 635. *Delmatas* et *Delmaticus* in Inscr. v. Pigh. l. l. Goltz. Fast. ad a. 636. et nos ad Tac. Ann. 2, 53, 3.

4. *L. Cæcilius Metellus et Cn. Domitius Ahenob. censores*, cf. Cic. Verr. 1, 55. Valer. Max. 2, 9, 9. et fragm. legis agrar. in Pigh. Annal. ad a. 616. p. 137.

CAP. 63.)—1. *Cato Porcius*, (v. ad Liv. 3, 1, 1.) IV. MSS. *C. Porcius*, non minus recte : nam dictus est *C. Porcius Cato*, filius M. Catonis, et M. Catonis Censorii nepos, *consul* a. V. 639. — *in Thracia male adversus Scordiscos pugnavit*, cf. Flor. 3, 4. Eutrop. 4, 24.

2. *Æmilia, Licinia, Marcia — refertur;* sed Licinia et Marcia absolutæ. Cf. Cic. Brut. 43. Plut. Qu. Rom. p. 284. B. Macrob. Sat. 1, 10. Pigh. Annal. ad a. 640. Vales. ad Exc. Peiresc. ex Dione p. 626. Haverk. comm. ad Morelli Thes. T. 1. p. 440.

3. *Cimbri gens vaga — ab iis* Cn. *Papirius Carbo cos. fusus est* a. V. 640. apud Noreiam in Carniola. Cf. Flor. 3, 3. Strab. 5, 328. 7, 292 sq. et Beckii Anleit. zur Kenntniss der allg. Weltgesch. T. II. p. 169 sq. ubi et recentiores laudantur scriptores, qui de Cimbris eorumque et bellis et sociis, Ambronibus, Teutonis, Tectosagibus aliisque, egerunt.

4. M. *Livius Drusus consul* a. V. 641. *adversus Scordiscos — in Thracia feliciter pugnavit*, cf. Flor. 3, 4. et Pigh. Ann.

CAP. 64.)—1. *Adherbal bello — censuit*, cf. Sallust. Jug.

2. *Massivam, qui regnum ejus* Jugurthæ, patruelis, *adfectabat*, petens illud a Romanis. Cf. Sall. Jug. 5, 35 sq.

3. *O urbem venalem* cet. cf. Sall. Jug. 35. Flor. 3, 1. Oros. 5, 15.

4. *A. Postumius legatus* cet. cf. Sall. Jug. 41 sq. et Oros. 5, 15. — *prœlio gesto*, ut ap. Frontin. 2, 6, 1. et Aurel. Vict. de Cæs. 26. et de vir. ill. c. 10. Drak.

CAP. 65.)—1. *M. Junius Silanus consul* a. V. 644. *adversus Cimbros infeliciter pugnavit*, cf. Ascon. Ped. in Cic. Or. 1. p. Cornel. extr. p. 131.

2. *sedem et agros, in quibus consisterent*, h. e. post longos vagosque errores certa stabilique sede manerent et quiescerent.. Cf. Duk. et Drak. ad h. l. Heins. ad Virg. A. 1, 629. et Burm. ad Ovid. Met. 11, 407. *considerent* primum exhibet ed. Ascens. a. 1513.

3. *M. Minucius* Rufus *proc. adversus Thracas*, Scordiscos et Triballos, *prospere pugnavit* a. V. 644. Cf. Flor. 3, 4. Frontin. 2, 4, 3. Vellej. 2, 8. Pigh. Annal. ad a. 644.

4. *L. Cassius* Longinus *consul* a. V. 646. *cæsus est a Tigurinis Gallis, pago*, uno e quatuor pagis, *Helvetiorum, qui a civitate secessserant*, i. e. ab Helvetiorum populo, re publica. v. ad Liv. 34, 16, 4. De re cf. Cæs. B. G. 1, 7. 12 sq. Oros. 5, 15. Flor. 3, 3. Helvetii Gallis adnumerabantur: sed eorum loco *Germanos* memorat Tac. Germ. 37. Hinc Oudend. et Davis. ad Cæs. l. l. suspicabantur, Gallos sub *Germanorum* nomine contineri, et Pighius in Annal. ad a. 646., Tigurinos se Cimbris, Teutonibus aliisque *Germanis* consociasse, eorumque auxilio obtinuisse victoriam illam. Mox *superaverant* restitui pro *superaverunt*, quod demum exhibet ultima ed. Grut.

CAP. 66.)—1. Cum hac Epit. conf. Oros. 5, 15. Diodor. 36. Plut. Mar. et Sallust. Jug.

CAP. 67.)—1. *M. Aurelius Scaurus, legatus consulis* et consularis, qui biennio ante consul fuerat, *a Cimbris* cet. v. Intpp. Vellejі 2, 12. Pigh. Annal. ad a. 645. et 648. Ernesti ad Tac. Germ. 37.

2. *a Bojorige rege*, omnes MSS. *a Bolorege:* at *Bojorige* repositum ab intpp. Flori 3, 3, 18. ex Plut. Mar. p 419. Oros. 5, 16. et Eutrop. 5, 3. Cf. et Liv. 34, 46. Sed vox *rege* forsan delenda.

3. *Ab iisdem hostibus Cn. Manlius* (alii *Mallius* Græce aut liquescente pronuntiatione; at perperam *Manilius*, et *C.* vel. *M. Manlius*) Maximus *consul* a. V. 648. *et Q. Servilius Cæpio proconsul* cet. cf. intpp. Eutrop. 5, 1. Oros. 5, 16. Tac. Germ. 37. Sallust. Jug. 114. Vellej. 2, 12. Dio Cass. 1, 41 sq. Pigh. Annal. ad a. 648.

4. *Secundum populi Rom. jussionem:* verba ineptissima, et aut omnino delenda, aut mutanda ; Gron. qui conj. *quadraginta, secundum Arausionem. Cæpionis* cet. In Exc. Pith. *secundum Aprausionem;* in reliquis MSS. *secundum a po. Ro. ausionem*, vel *auxionem* vel *jussionem*. Vulgatum interpretari conatur Corradus ad Cic. Brut. p. 247.

5. *Cæpionis, cujus temeritate clades adcepta erat*, cui adcessit invidia et contentio ejus e Manlii, qui duces Galliam provinciam exercitusque partiti erant. — *damnati bona*

[redacted]

publicata sunt, imperiumque ei abrogatum: sed hoc tantum eodem anno factum, illud decennio post. Cf. Cic. Or. 2, 21. 25. 47. 48. Tusc. Qu. 5, 5. p. Balbo 11. ad Heren. 1, 12, 14. Pigh. Annal. ad a. 548. et 658. Præcipua et cladis illius et damnationis causa fuisse dicitur sacrilegium Cæpionis, quem, prædæ magis, quam victoriæ, cupidum, in consulatu bellum intulisse Tectosagis, Cimbrorum sociis, et ex Tolosa, eorum capite, aurum Tolosanum, a Gallis olim e Delphico templo raptum, abstulisse tradunt Strabo 4, 1, 13. p. 188. Gell. 3, 9. Justin. 32, 3. Cic. N. D. 3, 30. et alii, jam laudati. Iidem et Valer. Max. 4, 7, 3. 6, 9, 13. varia referunt de misera ejus fortuna.

6. *Cn. Domitius pontifex max. populi suffragio creatus est;* "id semper ante id tempus factum: sed forte Livius exposuerat præcipuam aliquam causam gratiæ et studii populi erga Domitium, sive virtutes ejus, propter quas eum consulem, censorem et pontif. max. factum Valer. Max. 6, 5, 5. scribit, sive legem ab eo a. V. 650. vel priore anno, quum tribunus pl. esset, latam, qua jus sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transferebatur; (v. Cic. in Rull. 2, 7. Vellej. 2, 12. et Suet. Ner. 3.)" Duker.

7. *bellicosis se Teutonis* (v. Duk. ad Flor. 3, 3, 7.) *conjunxerunt,* ut ap. Obseq. de prod. 103. *Cimbri Alpes transgressi per Hispaniam vastatam junxerunt se Teutonis.* Sed in MSS. h. l. *inbellicosis,* vel *in bellicosis;* et cur Teutoni præ aliis *bellicosi* prædicentur, causæ parum esse dicit Gron. Hinc conj. *Ambronibus se et Teutonis c.* non inprob. Crev. quoniam Epit. seq. Ambrones et Teutoni simul castra Marii obpugnasse dicantur. Sed Schæffer et Oudend. ad Obseq. l. l. recte monent, ibi quoque nullam fieri Ambronum mentionem, et emendationem illam longius a vulgato abire. Ille potius legendum censebat *belli causa,* et hic *in belli casus se Teutonis c.* quod lectione MSS. firmatur.

CAP. 68.)—1. *M. Antonius prætor in Ciliciam* cet. cum inperio forte consulari vel *pro consule* missus. v. Cic. de Or. 1, 18. Periz. de prætorio 1, 12. 13. ad Liv. 28, 38, 4. Pigh. Annal. ad a. 650.

2. *C. Marius IV consul* a. V. 651. cum Q. Lutatio Catulo. — *a Teutonis et Ambronibus:* horum sedes fuisse putant ad fl. Emmerami. s. Ambram in episcopatu Paderbornensi et Monasteriensi, vel ad Rhodanum, vel in Provincia, vel in Helvetia; illorum in Westphalia, vel ad oram et in insulis maris Baltici. v. Jo. Mülleri bellum Cimbricum p. 49 sq. Ritter ad hist. Guther. 5, 4, 18 sq. et 185 sq. Mascov Gesch. d. Deutsch. 1, 7. Oudin piéces d'hist. et de lit. T. IV. Louis de Bochat Mém. crit. T. II. p. 263 sq. *Teutones* et *Teutsche* dici fœderatos, vel a *Theut,* populo, suspicabantur Heinrich teutsche Reichsgesch. im Guthrie IX, 1. p. 28. Möser Ossnabrüg. Gesch. T. I. et alii. — *castra defendit,* tribus obpugnata diebus, et vicit naturam arte, (fossa Mariana ad confluentes Isaræ et Rhodani) hostes constantia, et milites religione. v. Plut. Mar. p. 418. Voss. ad Mel. 2, 5. Oros. 5, 16.

3. *circa Aquas Sextias* (v. Epit. LXI. pr.) *eos hostes delevit* cet. cf. Plut. l. l. Flor. 3, 3. Oros. 5, 16. ibique Fabric. de vario cæsorum captorumque numero. — *capta nonaginta,* quidam MSS. *capta CXC.* et *CC.*

4. *qui fauces Alpium obsederat — consequuti,* verba non satis sana, in quibus admodum variant MSS. Ex iis et Plut. Mar. p. 418. 419. Gron. conj. *obsidebat, flumen Athesim transgressi castellum editum, quod insederat, ut relinqueret, effecerunt. Qui tamen in castello fuerunt* (hæc tria verba excidisse putabat) *virtute sua expliciti, fugientem p. e. c. sunt. In Italiam quum deinde trajecissent* cet. Alia tentabat Pigh. Annal. ad a. 652. De re ipsa v. Oros. 5, 16. Plut. et Pigh. ll. ll.

5. *junctis ejusdem Catuli* proc. *et C. Marii* V. cos. *exercitibus, prœlio victi sunt ab eis* a. V. 652. III. Cal. Aug. in campis Raudiis inter Veronam et Vercellas. Cf. Plut. Mar. p. 420. 421. Oros. 5, 17. Eutrop. 5, 1. Flor. 3, 3. Pigh. l. l. Dio Cass. l. p. 43.

6. *Marius totius civitatis* cet. v. ad Juvenal. 8, 245-253. et Plut. l. l.

7. *Publicius Malleolus, matre occisa, primus insutus culeo* cet. cf. Oros. 5, 17. et de hac parricidii pœna ad Juvenal. 8, 214. et Otto ad §. 6. Instit. de publ. jud. et in Præf. T. IV. Thes. Jur. civ. Eam dudum ante hoc tempus legibus constitutam fuisse, putant JCti; Duk.

8. *Ancilia cum strepitu mota esse* sc. sua sponte: nam alioqui quotannis *moveri* solebant. v. ad Liv. 1, 20, 7. 37, 33, 3. ad Juvenal. 2, 126. *Ancilia cum crepitu sua sponte mota* dicit Obseq. de prod. c. 104. ubi Oudend. putabat, in hac Epit. legendum esse *crepitu.* Livium de armis sæpius quidem dixisse *crepare* et *crepitum,* v. c. 1, 25. 6, 24. 24, 44. 25, 6. 28, 8. 38, 17. 46. et *strepitum* forsitan nusquam, nec tamen vulgatum idcirco mutandum esse, monet Duk.

CAP. 69.)—1. *L. Appulejus Saturninus,* seditiosorum post Gracchos eloquentissimus, (v. Cic. Brut. 62.) *tribunus pl. per vim creatus* iterum a. V. 653. nam primum fuerat trib. pl. a. V. 651. v. Pigh. Annal. ad a. 651. et 653. Appian. B. C. 1, 28-32. Flor. 3, 16. Plut. Mar. p. 421 sq. Cic. de Or. 2, 25. 49. p. Balbo. c. 21. de leg. 2, 6. ad Heren. 1, 12. N. D. 3, 30. *Appulejus* rectius scribitur, quam *Apulejus.* v. Drak. ad Epit. V. Burm. ad Suet. Aug. 100. Noris. Cenot. Pis. 3, 9.

2. *occiso A. Nonio competitore per milites*

Marianos, etsi tum missos. Cf. Plut. et Appian. ll. ll. Aurel. Vict. de vir. ill. c. 73. intpp. Flor. 3, 16, 1. Valer. Max. 9, 7. et Oros. 5, 17. *per clientes* conj. Gron.

3. *legem agrariam* de centenis jugeribus agri veteranis dividendis. v. Aurel. Vict. l. l. et de aliis legibus Appulejis, quæ Sempronianis similes erant, auctores nota 1. laudatos. Earum vim quo firmiorem redderet, simul sanxit, ut, qui tribuno rogationem ferenti obstitisset, majestatis esset reus, utque, si plebs eam scivisset, senatus *in eam* s. verba ejus *juraret;* qui recusasset jus jurandum, senatu moveretur, mulctamque CCCCLXXX HS. penderet. Quæ exsilii causa fuit Q. *Metello Numidico.* v. Flor. Plut. Oros. et Appian. ll. ll. Ernesti clav. Cic.

4. *ibique legendo et audiendis magnis viris avocabatur* ex emend. Gron. qui docet, verbum hoc proprium esse de iis, qui aut a sensu rerum adversarum aut gravantibus alioqui negotiis animum avertant eique levando dent operam. Cf. ad Liv. 1, 6, 1. Duk. et Drak. ad h. l. intpp. Frontini 1, 4, 14. et Plin. Ep. 8, 4. *vacabat* ed. Frob. a. 1535. et hinc alii prob. Crev. In MSS. plerisque *audiendo magnos viros advocabat,* et *advocabatur:* sed *avocabatur* in Lov. 2. et Exc. Pith.

5. *Profecto* Metello *C. Marius, qui sextum consulatum — emerat, aqua et igni interdixit,* cf. Plut. Mar. p. 422 sq. Appian. l. l. et alii.

6. *Idem Appulejus Saturninus tribunus plebis* tertium designatus in annum V. 654. *C. Memmium candidatum consulatus occidit,* quia eum *maxime adversarium actionibus suis timebat,* et juvabat sui Marianique *furoris socium,* C. Servilium *Glauciam prætorem,* qui ex prætura urbana consulatum contra leges per vim et seditionem invadere conabatur: quare Appulejus et Glaucia hostes a senatu judicati, a perfido Mario deserti, in Capitolio *obpressi armis* et *interfecti* sunt. v. Plut., Appian., Flor. et Oros. ll. ll. Pigh. Annal. ad a. 653. et 654. Cic. pro C. Rabir. 7 sq. et Catil. 3, 6. 4, 2. Post *candidatum consulatus* priores edd. inserunt *petitorem,* sed ed. Camp. et omnes MSS., præter Norvic. perpetuum adseclam editionum, omittunt. Illud probant Gron. (cf. ej. Obss. 2, 24.) et Græv. ad h. l. et ad Suet. Aug. 10. hoc vero Duk., Crev., Drak. et plerique intpp. Suet.

7. *bello quodam interfectus est:* pro *bello* Sigonius conj. *a Rabirio,* Freinsh. ad Flor. 3, 16, 7. *telo,* et Gron. *a Scæva* aut *a servo.* Cf. Auctor de vir. ill. c. 73. Cic. p. Rabir. c. 11. Pigh. Annal. ad a. 653.

8. *M'. Aquillius proc.* cet. cf. Plut. Mar. p. 413. Cic. Agrar. 2, 30. et Verr. 3, 54. Pigh. Annal. ad a. 653. et 654.

CAP. 70.)—1. *Quum M'. Aquillius* (v. ad Epit. LXIX extr. de pecuniis *repetundis causam diceret,* adcusatus a L. Fufio Caleno —*solus auctor,* v. Cic. Brut. 62. p. Flacco 38. Verr. 5, 1. de off. 2, 14. de Or. 2. 28. 45. 47. Quintil. I. O. 2, 15. Fuit forte filius M'. Aquillii, qui a P. Lentulo repetundarum reus erat factus; (de quo v. Cic. in Cæcil. 21. Appian. Mithrid. 12. 57. et B. C. 1, 22. Pigh. Annal. ad a. 628.) et frater M'. Aquillii, de quo v. Cic. Tusc. Qu. 5. 5. et Appian. Mithrid. 11. 17. 19, 21. 112. Verba *quibus conspectis* absunt a VII MSS. non modo commode, sed etiam eleganter; Gron.

2. *T. Didius proc. adversus Celtiberos feliciter pugnavit* a. V. 656. ut in consulatu adversus Vaccæos aliosque Hispanos a. 655. quo Q. Sertorius trib. mil. sub eo meruit. Cf. Plut. Sertor. p. 560. Obseq. 46. Gell. 2, 27. Ab eo et Q. Cæcilio Metello coss. lata lex Cæcilia Didia de modo legum ferendarum. v. Cic. Phil. 5, 3. pro domo 20. ad Att. 2, 9. Pigh. Annal. ad a. 655.

3. *Ptolemæus, Cyrenarum rex, Ægyptii* regis Ptolemæi VII. Euergetæ II. s. Physconis filius nothus, *cui cognomentum Apioni fuit,* inditum ei ab *Api* Ægyptiorum deo, vel quia *macer* filius fuit patris Physconis s. obesi, *mortuus heredem populum Rom. reliquit* a. V. 657. *et ejus regni civitates senatus liberas esse jussit,* sed a. 678. a tyrannis obpressas in formam provinciæ redegit, cui postea Augustus eumdem, quem Cretæ, præfecit. v. Appian. B. C. 1, 111. Justin. 39, 5. Cic. Agr. 2, 19. Plut. Lucull. p. 492. Strab. 17, 1194. Dio 53. Sigon. de ant. jur. prov. 1, 16. 2, 16. Ammian. 22 extr. Pigh. Annal. ad a. 657. et 678. Ritter über Guthrie V. 2. p. 196 sq.

4. *Ariobarzanes in regnum Cappadociæ a L. Cornelio Sulla reductus est,* v. Appian. Syr. 48. et Mithrid 10-15. 57. 60. 64. 105. 114. Plut. Sulla p. 453. Pigh. Ann. ad a. 661.

5. *Parthorum legati* cet. v. Pigh. l. l.

6. *P. Rutilius* Rufus — Q. Mucii Scævolæ Auguris quæstor in Asia a. V. 632. et deinde *legatus* Q. Mucii Pont. et proc. a. 654., *invisus equestri ordini, penes quem judicia erant — in exsilium missus est* Smyrnam. v. ad Tac. Ann. 3, 66, 4. 4, 43, 12. — Ascon. in Cic. Div. in Verr. c. 17. Rupert. ad Pompon. l. 2. §. 40. D. de orig. jur. Cic. p. Balbo 13. p. Font. 13. N. D. 3, 30. Vellej. 2, 13. Periz. anim. hist. c. 2. p. 59. Voss. de hist. græc. 1, 22. Ernesti clav. Cic. Pigh. Annal. ad a. 654. et 660.

7. *C. Sentius* III MSS. In aliis *Septius, Servius, Sericius, Census;* in edd. antt. *C. Geminius* prob. Crev. quia Sentius his quidem temporibus prætor Macedoniæ fuisse videatur, sed *contra Thracas feliciter pugnaverit.* v. Oros. 5, 18. Plut. Sulla p. 458. Cic. p. Planco 8. p. Pis. 34. et Verr. 3, 93. Noris. Cenot. Pis. 3, 9. Pigh. Annal. ad a. 664-672. Hinc *feliciter* pro *infeliciter* h. l. conj. Sigon.

8. *M. Livio Druso* cet. cf. Epit. seq.

[redacted]

CAP. 71.)—1. *M. Livius Drusus trib. pl.* a. V. 662. *occisus est*, v. ad Tac. Ann. 3, 27, 3. Appian. B. C. 1, 23. 35 sq. Vellej. 2, 13 sq. Oros. 5, 17. 18. Flor. 3, 17. Aurel. Vict. V. I. 66. Pigh. Annal. ad a. 662. et Ern. Clav. Cic.

2. *judiciariam quoque pertulit:* non pertulit; saltem illa mox sublata est. v. Cic. de leg. 2, 6. et loc. class. Appiani modo laud. unde etiam constat, hac lege cautum fuisse, ut, quum senatores vix trecentorum explerent numerum, totidem adjicerentur ex equestri ordine, atque ex his omnibus judices legerentur. Cf. ad Epit. 97, 7.

3. *Eorum coitus*, forte *cœtus* vel *coitiones;* Duk. v. ad Liv. 3, 35, 10. et Gron. ad 4, 13. *conventus* MS. Berg.

4. *invisus etiam senatui factus* ob legem judiciarium. Cf. Appian. et Pigh. ll. ll.

CAP. 72.)—1. *Italici populi defecerunt* a Romanis cet. cf. Appian. B. C. 1, 38 sq. Oros. 5, 18. Flor. 3, 18. Vellej. 2, 15. Pigh. Annal. ad a. 663 sq. — Mox *initio belli a P. orto* e vet. libro Sigon. et Gron. refrag. Drak. qui monet, *movere bellum* passim dici pro incipere. Num vero et *initium belli?*

2. *Q. Servilius proc.* MS. Bœnd. et Appian. l. l. Plerique MSS. h. l. et Oros. 5, 18. et Vellej. 2, 15. *Q. Servius*, prob. Jac. Gron. Sed v. Duker. ad Flor. 3, 18, 9. — *in oppido Asculo* Piceno, non Apulo.

3. *Saga populus sumsit*, quod in tumultu eoque imminente edici et fieri solebat. Cf. ad Epit. 73, 4. 74, 1. 118, 3. Cic. Phil. 8, 11. 14, 1. Vell. 2, 16.

4. *ad quam devertebatur*, v. ad Liv. 1, 51, 2.

CAP. 73.)—1. *L. Julius Cæsar* et *P. Rutilius consules* a. V. 663. quo bellum sociale geri cœptum est. *Sex. Julius Cæsar* (qui a. 662 consul fuit) vocatur Appiano B. C. 1, 40. 48. 72. ad quæ loca v. Schweigh., et Fabric. ad Oros. 5, 18. intpp. Flori 3, 18.

2. *Nola colonia* forte tum nondum fuit, sed ætate auctoris Epit., ut et *Aricia* ac *Lanuvium*, quæ coloniæ vocantur Epit. LXXX. v. ibi Duk. et ad h. l.

3. *P. Rutilius* Lupus *cos. male* cet. cf. Appian. B. C. 1, 40-43. Oros. 5, 18. Flor. 3, 18. ubi pro *Julius Cæsar* viri docti conj. *Rutilius consul.* MS. Leid. *male;* reliqui *parum prospere*, quod majori consulis cladi minus convenire monet Drak.

4. *Romæ saga posita sunt*, quæ populus sumserat. v. ad Epit. 72, 3. — *Herio Asinio* ex Vellejo 2, 16. et Appiano B. C. 1, 40. *Hernio, Hirnio* et *Hirno* MSS. et edd. antt.

CAP. 74.)—1. *Cn. Pompejus* Strabo, pater Pompeji M., consul a. V. 664. *Picentes* aliosque hostes *fudit*, et triumphavit. v. Pigh. Annal. ad a. 664. — *insignia sumta sunt, forte resumta*, quæ ante posita fuisse adparet, (v. ad Liv. 9, 7, 5.) ut a populo, quum saga sumsisset, habitum urbanum et civilem, (v. ad Epit. 72, 3. 73, 4.) et sic Oros. 5, 18. dicit, *senatus laticlavia et alia dignitatis insignia recepit*, etsi rem ipsam non adcurate narrat; Duker.

2. *Libertini tum primum militare cæperunt;* nam antea pauci tantum et in tumultu vel ad tutelam Urbis militaverant; v. Liv. 10, 21. 22, 11. 40, 18. 42, 27. nisi potius hi fuere nati ex libertis. Ita Lips. de mil. Rom. 1, 2.

3. *L. Porcius* Cato *prætor Marsos, quum uterque populus defecisset:* pro *Marsos* leg. forte *Etruscos* ex Oros. 5, 19. Floro 3, 18, 13. et Appiano B. C. 1, 49. nam Marsi jam ante defecerant, et primi omnium Italicorum bellum moverant; Duker.

4. *Nicomedes.* Prusiæ nepos *in Bithyniæ, Ariobarzanes in Cappadociæ regna reducti sunt* a. V. 662. expulsi regnis a Mithridate Euergete patre Mithridatis M. v. Appian. Mithrid. 10-20. 57. 60. 64. Plut. Sulla p. 453.

5. *A. Sempronius Asellio* cet. v. Appian. B. C. 1, 54. Valer. Max. 9, 7, 4. Pigh. Annal. ad a. 664. Vales. ad Diodori Exc. Peiresc. p. 394. 396. — *secundum debitores jus dicebat*, cf. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 2.

6. *incursiones Thracum in Macedoniam*, ubi cum Romanis bellum gerebant. Cf. Epit. 76. 81. 82. Oros. 5, 18. Appian. Mithr. 15. 69.

CAP. 75.)—1. *A. Postumius Albinus legatus* L. Sullæ, *classi præesset, infamis crimine* falso *proditionis* et superbia, *ab exercitu suo interfectus est* a. V. 664. v. Oros. 5, 18. Plut. Sull. p. 455. Valer. Max. 9, 8, 3. Sed eum *classi præfuisse*, et Romanos omnino classibus usos esse in bello sociali, nemo tradit. Hinc verba *quum classi præesset* delenda, et pro iis *in obsidione castrorum hostilium*, quæ cum aliis, ex initio Epit. seq. inculcatis, in quibusdam MSS leguntur, reponenda putabat Drak. Forte leg. *legatus quum castris præesset.* Certe in castris eum lapidibus obrutum fuisse auctor est Valer. l. l.

2. *L. Cornelius Sulla legatus* L. Julii Cæsaris cet. v. Appian. B. C. 1, 40. 46. 50 sq.

3. *L. Porcius* Cato *consul* a. V. 664. — — *cecidit* occisus forte a filio C. Marii. v. Oros. 5, 18. et Appian. B. C. 1, 50. — — *dum castra eorum expugnat*, forte *oppugnat;* Drak. Cf. ad Epit. XLIX. n. 7.

4. C. *Cosconius* prætor a. V. 664. *et* L. *Luccejus* — *Marium Egnatium* cet. cf. Appian. B. C. 1, 40. 45. 52. ad quæ loca v. Schweigh. Luccejus, ni fallor, est ille, a quo Cicero consulatum suum scribi cupiebat, quique historiam belli Italici et civilis conposuit. (v. Cic. ad div. 5, 10. 12.) Quæ si ad ætatem nostram pervenisset, historiam belli socialis, ab auctoribus, quorum scripta supersunt, admodum concise et neque satis dilucide neque apto

ordine expositam, pauciores premerent difficultates.

CAP. 76.)—1. *A. Gabinius legatus — cecidit*, cf. Oros. 5, 18. et diversa narratio Flori 3, 18, 13.

2. Ser. *Sulpicius legatus* cet. cf. Epit. LXXIII. Oros. l. l. Appian. B. C. 1, 47. Mox Verba *Cn. Pompejus — adcepit* absunt a MS. Berg. repetita forte ex Epit. præc. *recepit* MS. Bœnd. verum id verbum modo præcessit; Drak.

3. *a L. Murena et Cæcilio Pinna*, forte *Pio*, ut sit Q. Cæcilius Metellus Pius; Gron. Id probabile fit ex Vellejo 2, 15. Appiani B. C. 1, 33. 53. 68. 80. et Plut. Mar.

4. *Asculum a Cn. Pompejo* Strabone *captum est* cet. cf. Appian. B. C. 1, 47. 48.

5. *Silo Pompædius*, v. Schweigh. ad Appian. B. C. 1. 40. (ubi et de aliis Italicorum ducibus agitur) 44. 53. intpp. Velleji 2, 16. Flori 2, 18. Oros. 5, 18. Valer. Max. 3, 1, 2. et Obseq. de prod. c. 116. — *auctor hujus rei*, forte *a. h. belli*; Cluver. Ital. 2, 11. p. 732.

6. *Præterea incursiones* cet. cf. Epit. LXXIV extr.

CAP. 77.)—1. *P. Sulpicius* Rufus *tribunus pl.* a. V. 665. alter Saturninus, qui rem publicam turbavit stipatus satellitibus, MMM gladiatoribus equitibusque, quos *Antisenatum* nominabat. v. Plut. Sulla, p. 456 sq. Ern. clav. Cic. et Pigh. Ann. — *ut exsules revocarentur*, Bestia, Cotta, Mummius aliique damnati lege, a. Q. Vario Hybrida trib. pl. a. 662 lata, ut quæstio haberetur de iis, quorum dolo malo sociis spes injecta civitatis et belli occasio data esset. v. Appian. B. C. 1, 37. 55 sq. Ern. Clav. Cic. v. *Varius*, Cic. ad Herenn. 28. Pigh. Annal. ad a. 662. et 665. — *et novi cives libertinique distribuerentur in tribus* veteres, qui in quatuor tribus urbanas erant conjecti. v. ad Liv. 45, 15, 1. Epit. LXXXIV, 2. et 4. Plut. l. l. Appian. B. C. 1, 55 sq. Sigon. de ant. jur. civ. Rom. 2, 4. et 14. Spanhem. Orb. Rom. 1, 10. — *ut Marius* (*consul* vel *cons. Marius* MSS. unde *C. Marius* conj. Drak.) *adversus Mithridatem dux crearetur* loco Sullæ consulis, qui jam ad bellum Mithridaticum sibi mandatum cum exercitu Urbe profectus erat. Cf. Plut. et Appian. ll. ll.

2. *occiso Q. Pompejo* cet. cf. Vellej. 2, 18. et Appian. l. l. — *ex qua* factione *duodecim* cet. cf. Appian. B. C. 1, 60.

3. *P. Sulpicius, quum in quadam villa — — dejectus est*, cf. Appian. l. l. Vellej. 2, 19. Plut. Sulla p. 457. Oros. 5, 19. Freinsh. Subpl. c. 28. *Præmium indici promissum* fuisse, aliunde non constat; Drak. *indici* pro *indicii* ex emend. Gron. — *de saxo* Tarpejo.

4. *C. Marius filius in Africam trajecit*, cf. Appian. B. C. 1, 60. 62. Vellej. 2, 19. Plut. Mar. p. 426. Oros. 5, 19. — *C. Marius pater — Africam*, cf. Appian. B. C. 1, 61 sq. Plut. Mar. p. 428. Aur. Vict. V. I. 67. Vellej. 2, 19. Val. Max. 2, 10, 10. — *natione Gallus*: alii Cimbrum fuisse dicunt. — *publice*, publica Minturnensium auctoritate, Drak. eorumque sumtibus. v. ad Liv. 2, 41, 13. et 41, 20, 5.

5. *L. Sulla civitatis statum ordinavit*, v. Appian. B. C. 1, 59. — *exinde colonias deduxit* militares veteranorum, quorum opera usus fuerat. Id vero confecto demum bello civili factum esse, alii tradunt; neque probabile esse monet Duk., et Sullam, ad bellum Mithrid. properantem, cogitationem de re, quæ brevi temporis spatio transigi non potuerit, suscipere voluisse, et, juventute Rom. absumta bello civili, superfuisse, qui ab Urbe in colonias mitti potuerint.

6. *Q. Pompejus* Rufus *consul* a. V. 665. cet. cf. Appian. B. C. 1, 63. Vellej. 2, 20. Val. Max. 9, 7.

7. *pulso M'. Aquillio legato*, qui præcipuus belli Mithrid. auctor a Mithridate necatus est, auro liquefacto in os infuso. Cf. Appian. Mithr. 17-21. 112. Vellej. 2, 18. Cic. p. lege Manil. 5. Plin. 33, 3. Diodor. Exc. Peiresc. p. 401. (Opp. T. 2. p. 613. ed. Wessel.) De dissensu auctorum v. Duk. ad h. l. Schweigh. ad Appian. Mithr. 19. et Ern. clav. Cic.

CAP. 78.)—1. *Mithridates Asiam* cet. cf. Appiani Mithr.

2. *Q. Oppium proc.*, qui Græcis στρατηγὸς dicitur. Cf. Duk., et Appian. Mithr. 17. 20. 112.

3. *quidquid civium Rom. in Asia* cet. cf. Appian. Mithr. 22 sq. Vellej. 2, 18. Cic. Flacc. 25. Val. Max. 9, 2. ext. 3.

4. *Archelaüs præfectus* cet. cf. Appian. c. 27 sq.

CAP. 79.)—1. *L. Cornelius Cinna*, quem Sulla, ad bellum Mithrid. discessurus, ex adversa factione, ut populum placaret, sed juramento prius et devotionibus in partes et acta sua adstrictum, consulem nominaverat in a. V. 666. cum *Cn. Octavio*. Cf. Appian. B. C. 1, 64 sq. Plut. Mar. p. 428 sq. et Pigh. — *per vim atque arma*: verba *atque arma* non exstant in quibusdam MSS. Sed *vim* et *arma* passim jungi, et vim multis modis fieri posse, sed præcipue fieri armis, monent Duk. et Drak.

2. *pulsus Urbe a Cn. Octavio* cet. cf. Appian. B. C. 1, 64. qui etiam docet, legem Sulpiciam a Cinna renovatam de novis civibus per omnes tribus distribuendis præcipuam tumultus fuisse causam, eique majorem partem tribunorum pl. intercessisse. Quod non favere lectioni *cum sex tribunis pl.* sed potius adversari, contra Sigon. jam monuere Crev. et Drak. *cum Sex. Publio tri. pl.* Bœnd. Berg. et ed. Camp. Suspicarer *cum M. Virgilio tr. pl.*, nisi a vulg

[redacted]

lect. id nimis recederet. cf. Cic. Brut. 48. et Plut. Sulla p. 458. Non minus tamen ab ea recedunt nomina reliquorum hujus anni tribunorum pl. v. Pigh. Annal. ad a. 666. An leg. *a Cn. Octavio conlega et sex tribunis plebis?*

2. *Ap. Claudii exercitum* in Campania.

4. *in quo bello duo fratres* cet. cf. Tac. Hist. 3, 51. Oros. 5, 19. Val. Max. 5, 5, 4. Augustin. de civ. dei 2, 25. et similia exempla in Scalig. Catal. Virg. p. 185. Pithœi Catal. vet. poët. p. 159. et Sil. 9, 66 sq. — *ex Pompeji exercitu:* nam Cn. Pompejus Strabo proc., pater Pompeji M., qui exercitui ad mare superum præerat, senatus advocaverat. Cf. Appian. B. C. 1, 66 sq.

5. *Et quum obprimi inter initia potuissent* sc. Cinna et Marius, e seqq. ad quæ conf. Appian., Plut. et Oros. ll. ll. — *consulis segnitie,* Cn. Octavii; nisi leg. *consulum,* Cn. Octavii et L. Cornelii Merulæ, qui Cinnæ subfectus erat.

CAP. 80.)—1. *Italicis populis a senatu civitas* sine subfragio, quod jus postea, et forte jam ante necem Cinnæ, adjectum, (v. Epit. 84. n. 2.) *data est:* sed id jam factum a. V. 664. et 665. legibus a L. Julio Cæsare cos. et M. Plautio Silvano et C. Papirio Carbone tribunis pl. latis. v. Cic. p. Balbo c. 8. p. Arch. c. 4. Appian. B. C. 1, 49. 53. Sigon. de ant. jur. It. 3, 1. Spanh. Orb. Rom. 1, 10. Contaren. var. lect. 1, 10. Pigh. Ann. — *Plautius,* qui Epit. LXXIV. 4. *Plotius* dicitur, judice Pighio in Ann. ad a. 650. p. 159.

2. *Ariciam et Lanuvium colonias,* v. ad Epit. LXXIII, 2. *Lanuvium* pro *Lavinium* ex emend. Cluver. Ital. ant. 3, 3. et 4. p. 898. et 939. qui coloniam eo a Sulla deductam putabat. Cf. Appian. B. C. 1, 69.

3. *M. Antonio eloquentissimo viro, L. et C. Cæsare* fratribus, et aliis, *quorum* cet. v. Appian. B. C. 1, 71 sq. Plut. et Oros. ll. ll. Cic. de Or. 3, 3. — *Crassus filius* cet. aliter Appian. Cf. Ern. clav. Cic.

4. *se ipsos renuntiaverunt* sc. Cinna et Marius.

5. *Sex. Licinium senatorem de saxo* Tarpejo cet. cf. Plut. Mar. p. 432. ubi Λικίνιον Aldus recte pro Λουκῖνον edidisse videtur. Eamdem rem narrari putabat Duk. in Exc. Peiresc. e Dione p. 644. non a Vellejo 2, 24. (ubi v. intpp.) causam vero pœnæ, a Pigh. ad a. 667. adlatam, ex loco Plut. haud adtente lecto depromtam esse.

6. *quam rem publ. amatus servavit,* (cf. Epit. LXVIII.) *togatus evertit,* v. ad Liv. 3, 50, 1.

CAP. 81.)—1. *L. Sulla Athenas — expugnavit* a. V. 668. Cf. Strab. 13, 906 sq. Plut. Sulla 3, 97-106. Appian. Mithr. 28-40. Dio fr. Peir. 124. p. 49 sq.

2. *Magnesia* ad Sipylum, *quæ sola in Asia* cet. v. Appian. Mithr. 21. (ubi cf. Schweigh.) et 61. (ubi et aliæ memorantur civitates Asiæ, quæ in fide manserant) Spanh. Orb. Rom. 2, 9.

3. *Thracum in Maced.* cf. ad Epit. 74, 6.

CAP. 82.)—1. *Sulla copias regis* Mithridatis, ejusque duces Archelaüm et Taxillem — — *prœlio vicit* a. V. 668. ad Chæroneam, cæsis CX millibus. v. Appian. Mithr. 42 sq. Plut. Sulla 3, 106-118. Memnon ap. Phot. p. 732. Oros. 6, 2.

2. *iterum exercitum regis* ducesque Archelaüm et Doryalum *fudit* apud Orchomenum. v. Plut. 120 sq. Appian. 49 sq.

3. *Archelaüs cum classe* cet. v. Plut. 124 sq. Appian. 51-56. Dio 1, 73.

4. *L. Valerius Flaccus* consul, subfectus Mario mortuo a. V. 667. — *a C.* Flavio *Fimbria legato — occisus* cet. v. Appian. Mithr. 51-53. 59-64. 112. et B. C. 1, 75. Vellej. 2, 23. 24. Strab. 13, 594. Aur. Vict. V. I. 70.

5. *direpta provincia;* forte ex MS. Bœnd. leg. *direptæ provinciæ.* Cf. Appian. Mithr. 20. 112.

CAP. 83.)—1. *C. Fimbria in Asia fusis prœlio aliquot præfectis Mithridatis,* v. ad Liv. 28, 30, 1. Quidam MSS. et edd. antt. *aliquot copiis M.* Ipsum Mithridatem ejusque filium aliquoties fusos dicunt Appian. Mithr. 52. et Vellej. 2, 24. — *Urbem Ilion* cet. cf. Appian. 53.

2. *Quum L. Cinna et Cn. Papirius Carbo, ab se ipsis consules per biennium creati* (a. V. 668. et 669.) cet. cf. Appian. B. C. 1, 67 sq. 75-78. 82. 86-98. — *L. Valerium Flaccum principem senatus* a. V. 667 lectum, qui a. 656 cum M. Antonio censor fuerat.

3. *Cinna ab exercitu — consulatum Carbo solus gessit,* cf. Plut. Pompej. p. 621. et Appian. B. C. 1, 77 sq.

4. *Sulla — pacem cum Mithridate fecit,* ut motus Romæ obprimeret, suamque potestatem firmaret. v. Appian. B. C. 1, 54-64. 76 sq. — *provinciis Asia, Bithynia, Cappadocia,* forte leg. *provincia,* quoniam Bithynia et Capp. non fuere eo tempore provinciæ Rom., sed regna; Crev. Sed provinciæ Mithridatis intellegi possunt; Drak.

5. *Fimbria desertus — occideret,* cf. Appian. Mithr. 59. 60. — *inpetravitque de servo suo* cet. IV MSS. et edd. vett. *a servo suo,* ut Epit. 83.

CAP. 84.)—1. *Sulla legatis* cet. cf. Appian. B. C. 1, 77. 79. et Plut. Sull. — *futurum se in potestate senatus,* v. ad Liv. 2, 56, 16.

2. *Novis civibus SCto suffragium* cet. v. ad Epit. 80. pr.

3. *Q. Metellus Pius* cet. cf. Appian. B. C. 1, 33. 53. 68. 80-91. 97. Plut. Crass. p. 545. Pigh. Annal. ad a. 669. — *in Africa* cura Romanis diversarum (Sullanarum) partium, qui Africam obtinebant; Drak. — *a. C. Fabio prætore,* v. ad. Epit. 86. 2.

4. *Libertini in XXXV tribus d. s.* v. ad. Epit. 77, 1.

CAP. 85.)—1. *Sulla in Italiam — a consule C. Norbano — L. Scipionis ulterius consulis* cet. cf. Appian. B. C. 1, 79 sq. Flor. 3, 21. Pigh. Ann. ad a. 670. Plut. Sull. p. 468 sq. *Cn. Norbano* multi MSS. h. l. et plerique in Epit. 89. Sed v. Pigh. l. l. et App. B. C. 82.

2. *per omnia id egerat, ut pacem jungeret*, adeoque bona fide, non similare. Illud tradit etiam Vellej. 2, 25. hoc Plut. et Appian.

3. *Cn. Pompejus*, qui Magnus postea cognominatus est. *Cn. F. ejus, qui Asculum ceperat*, (v. ad Epit. 74, 1. et 76, 4.) *conscripto* cet. cf. App. B. C. 1, 80. 87 sq. Plut. Sull. et Pomp.

CAP. 86.)—1. C. *Marius, C. Marii* septies consulis *filius* ex Julia, amita C. Julii Cæsaris. v. Plut. Cæs. pr. et Appian. 1, 62. qui tamen c. 87. eum C. Marii fratre genitum dicit; unde fuere, qui a patruo eum adoptatum putarent. Sed hos Appianumque refellit Periz. anim. hist. c. 3. p. 98 sq. — *consul* a. V. 671. cum Cn. Papirio Carbone III. *per vim creatus ante annos XX*, quod haud verisimile est, quoniam sexto ante anno in exsilium actus est, et tum ante illud uxorem duxit, (v. Plut. Mar. p. 425 sq.) tum in eo multa egit, quæ immaturæ ætati convenire nequeunt; Drak. Annos XXVII. memorat Appian. B. C. 1, 87. annos XXV. Aur. Vict. V. I. c. 68. et XXVI. Vellej. 2, 26. ubi cf. Voss. *creatus est. C. Fabius* cet. conj. Gron. deleta prima voce Epit. *quum*.

2. *C. Fabius* Hadrianus, qui nunc pro prætore erat; Duk. Cf. ad Epit. 74, 3. Dio Cass, 35, 9. Plut. Lucull. p. 502. 515. Haverk. ad Oros. 5, 20. et in comm. ad Thes. Morell. T. I. p. 171. Schweigh. ad Appian. Mithr. 88. *in prætorio suo*, ut ap. Ascon. ad Cic. Verr. 1, 27. 5, 36. sed Ciceroni ibi *domus* est; Duk. cf. Periz. de prætorio 1, 30. 2, 5.

3. *L. Damasippus prætor* cet. ita et dicitur Vellej. 2, 26. et Oros. 5, 20. (ubi v. Fabric.) at *Brutus* Appiano B. C. 1, 88. unde ei duo fuisse cognomina *L. Junium Brutum Damasippum* suspicabatur Pigh. Ann. ad a. 671. eique tribuebat, quæ in Epit. 89 pr. de M. Bruto, et in Appiani B. C. 1, 92. de Damasippo leguntur: quod in dubium vocavit Duk. ad h. l. et ad Flor. 3, 21, 20. — *senatum contraxisset*; forte *convocasset*. — *omnem, quæ in Urbe erat, n. t.* ex aliis patet, hic rem supra modum exaggerari; Duk. Ex Appiano vero et aliis, id demum factum esse jussu Marii, postquam is Præneste compulsus obsidebatur, de quo v. Epit. 87.

4. *Q. Mucius Scævola pont. max.* Ciceronis in jure præceptor, temperantiæ prudentiæque specimen, juris peritorum eloquentissimus et eloquentium juris peritissimus, qui in consulatu cum Crasso a. 658. legem Muciam Liciniam tulerat. v. Cic. Brut. 39. 89. N. D. 3. 32. Or. 1, 3. Off. 3, 11. 15. — *in vestibulo ædis Vestæ occisus est*; ante simulacrum Vestæ dicit Cic. N D. 3, 32. in curia Hostilia Vellej. 2, 26. non longe a curia Appian. B. C. 1. 88. Hæc curia et ædes Vestæ in foro Rom. et forsan vicinæ fuerunt, et in curia eum occidere percussores constituerant, sed aufugientem in proxima æde Vestæ occiderunt; Drak. Cf. Duk. ad Flor. 3, 21, 21.

5. *a L. Murena* cet. cf. Appian. Mithr. 32. 43. 64 sq. 93. 112. Cic. l. Manil. 3. Verr. 1, 35. Brut. 90. *Murena* Gr. Μουρήνας, et sic in fastis Capit. ad a. V. 731. et nummis gentis Liciniæ. Alii scribunt *Muræna*, nomen deducentes a pisce, qui Gr. μύραινα dicitur. Cf. Drak. ad h. l. et Spalding in Berlin. Monatsschr. a. 1805.

CAP. 87.)—1. *Sulla C. Marium — repulit*, v. Appian. B. C. 1, 87-90. 94. Plut. Sull. p. 470 sq. Flor. 3, 21. Aur. Vict. V. I. 68. 75. Vellej. 2, 26. 27.

2. *ad Sacriportum* in Volscis inter Signiam et Præneste. — *Marium erumpere* ex Præneste.

CAP. 88.)—1. *Sulla* Cn. Papirium *Carbonem* cos., *exercitu ejus* (per legatos, ut quidam tradunt) *fuso ad Clusium — expulit*, cf. App. B. C. 1, 89-92. Vellej. 2, 28. Plut. — — *Faventiam*, ap. Appian. c. 92. *Placentiam*: quæ tamen pro *Fidentia*, urbe vicina, est posita. Cf. ibi Schweigh.

2. *cum Samnitibus, qui soli* cet. cf. App. B. C. 1, 51-53. 68. 87. 92 sq. Plut. Sulla 3, 141 sq. Oros. 5, 20. — *juxta urbem Romanam*, v. ad Epit. 49, 14.

3. *Octo millia deditorum in villa publica* (v. ad Liv. 4, 22.) *trucidavit: tabulam proscriptionis* (primum inhumanitatis hujus exemplum) *posuit* (forte *proposuit*; Drak.) cet. cf. Appian. B. C. 1, 93. 95 sq. Plut. Sull. 3, 145-150. (p. 472.) Dio I. p. 53-58. Vellej. 2, 28. Lucan. 2, 139 sq. Flor. 3, 21, 24 sq. Oros. 5, 21. Val. Max. 9, 2, 1. August. de civ. dei 3, 28. Aur. Vict. V. I. 75. Meiners Gesch. des Verf. d. Römer p. 117-132. Ex his etiam patet, Catilinam eique similes fuisse instrumenta crudelitatis Sullanæ.

4. *omnes Prænestinos* cet. v. Appian. B. C. 1, 94.

5. M. *Marium* Gratidianum, *senatorii ordinis virum*, a M. Mario, C. Marii septies consulis patruo aut potius filio adoptatum — *necavit*, v. Periz. anim. hist. c. 3. p. 98. sq. Gron. Obss. 2, 6. intpp. Lucani 2, 175. Flori 3, 21, 26. Augustini l. l. Sen. de ira 3, 18. Ern. clav. Cic. v. *M. Gratidianus*.

6. *C. Marius, Præneste obsessus a Lucretio Ofella — cum Pontio Telesino*, (fratre minore Pontii Telesini, callidi Samnitium ducis,

[redacted]

qui paullo ante in prœlio adversus Sullam ad portam Urbis Collinam perierat) — *occiderat*, cf. Appian. B. C. 1, 88. 90. 93. 94. Plut. Sulla p. 471. Flor. 3, 21. Vellej. 2, 27. Oros. 5, 21. In verbis *id est* aliquid vitii hærere, locum etiam hunc non integrum esse, .et varias potius sententias de morte Marii, ut in Velleji l. l., relatas fuisse, certe non eadem genera mortis memorari, jam monuit Duk.

CAP. 89.)—1. *M. Brutus* (v. ad Epit. 86, 3.) *a Cn. Papirio Carbone, qui Cossuram* (ins. inter Siciliam et Africam, hod. Pantalarea; v. ad Sil. 14, 272.) *adpulerat — Cn. Pompejus — Cn. Carbonem — occidit*, cf. App. B. C. 1, 96. 98. et Oros. 5, 21. e quibus Sigon. *Cossuram* pro *Corcyram* primus substituit. *mucroni* pro *mucrone* conj. Gron. et *in se mucrone verso — ei incubuit* Drak.

2. *quod nemo umquam fecerat:* hæc verba ab inepto aut sciolo homine inserta putabant Lips. Elect. 1, 23. et Voss. ad Cæs. B. C. 1, 6. quia dictatoribus semper *XXIV fasces* et secures prælatas fuisse testantur Polyb. 3, 87. Dionys. Hal. X. p. 650. Plut. Fab. p. 176. Appian. B. C. 1, 100. (ubi cf. Schweigh.) et Dio LIV. p. 521. Alii legendum putabant *quod nemo* sc. eo tempore viventium *umquam viderat*, (nam per annos CXX nemo dictator fuerat; de quo v. Plut. Sulla p. 473. Vellej. 2, 28. et Appian. B. C. 1, 98. ubi cf. Schweigh.) vel *Sulla dictator perpetuus, quod nemo umquam fuerat.* Cf. Drak. ad h. l. et Spanh. de usu et pr. num. diss. X. p. 94. 172. Ceterum et *Fausti* vel *Felicis* et 'Επαφροδίτου cognomen ei datum vel ab ipso sumtum est. Cf. Liv. 30, 45 extr. Diodor. Ecl. 2. ex l. 37. Opp. T. 2. p. 541. Plut. Sull. p. 473. Appian. B. C. 1, 97. ibique Schweigh.

3. *Rebus novis reip. statum confirmavit* cet. cf. App. B. C. 1, 97-100. Plut. Sulla p. 473 sq. *Legibus* pro *rebus* bene conj. Gron. *Regibus* MS. Leid. Legibus Corneliis reip. status mutatus est: de quibus v. Pigh. Annal. ad a. 672. et Ern. clav. Cic. — — *ademit* sc. tribunis. Cf. Cic. leg. 3, 9. Vellej. 2, 30. Antiquam potestatem tribunis restituit Pompejus. App. B. C. 1, 100. 2, 29.

4. *Pontificum augurumque conlegium ampliavit, ut essent XV.* quibus non adversatur locus Cic. de Har. resp. c. 6. quia tres pontifices minores fuere scribæ pontificum. v. ad Liv. 22, 57. et Drak.

5. *senatum supplevit ex equestri ordine* adlectis CCC., et civibus inseruit ex proscriptorum servis decies mille, quos vocavit Cornelius. v. App. B. C. 1, 100. et 104. — *proscriptorum liberis* cet. cf. Plut. Cic. 4, 769. Cic. Agr. 3, 3. p. Rosc. Am. 43. 44. et Verr. 1, 47. Vellej. 3, 28. — *ex quibus plurima primo rapuit*, MSS. Leid., Barb. et Gud. minor pro *primo* habent *præmia*, probb. Gron. et Drak. qui *præmia* passim prædas, manubias dici monent. Aliquid potius intercidisse putabat Crev. ut Sulla dictus sit *plurima primo rapuisse*, deinde cetera *redegisse* in publicum.

6. *Q. Lucretiam Ofellam* (v. ad Epit. 88, 6.) — *dixit*, cf. App. B. C. 1, 101.

7. *Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium* cet. cf. Oros. 5, 21. Val. Max. 6, 2, 8. et Plut. Pomp. p. 624. — *Hiarbam s. Iarbam* (v. ad Sil. 1, 414-7.) *regem Numidiæ* cet. v. Plut. et Oros. ll. ll. Eutrop. 5, 9. Aur. Vict. V. I. 77. — *XXIV annos natus* cet. ut ap. Plut. Pomp. p. 625. at *XXVI annos* ap. Aur. Vict. V. I. 77. De triumpho ejus v. Plut. Sull. p. 473.

8. *C. Norbanus consularis — occidit*, cf. App. B. C. 1, 91. *C.* ex Exc. Pith. et edd. pr. recepi pro *Cn.* v. ad Epit. 85, 1. — — *Mutilus* Papiorum cognomen; Sigon. *Mutilius*, *Mutillus* et *Metellus* al. — *ad posticas ædes*, v. ad Liv. 23, 8, 8. Duk. et Drak. ad h. l. — *Bastiæ*, Leid. *Hastiæ*. Neutrius gentis quisquam meminit, et forte leg. *Hostiæ;* Drak.

9. *Sulla Nolam in Samnio recepit*, immo *a Samnitibus*, qui invaserant; Gron. conl. Epit. 73 Hoc in Leid. superesse videtur; Drak.

10. *XLVII legiones in agros captos* cet. vix credi potest, Sullam tot legiones sub signis habuisse, et Appian. B. C. 1, 100. et 104. memorat XXIII., et CXX millia hominum; Duk. *LXVII legiones* Bœnd, et ed. Camp. *XXVII l.* conj. Drak.

11. *Volaterras* cet. Sullam agros Volaterranorum publicasse, non divisisse, neque iis civitatem eripere potuisse, Cic. p. domo 30. ad Att. 1, 9. et ad div. 13, 4. scribit; Duk.

12. *Mitylenæ quoque in Asia* cet. urbem a M. Thermo, cujus prætura nusquam alibi reperitur, apud solum Suet. Cæs. 2. legitur, et Pigh. Ann. ad a. 672. conjecturas habet sine testimonio veterum; Duk.

CAP. 90.)—1. *Sulla decessit* phthiriasi correptus a. V. 675. Puteolis, quo concesserat a. V. 674. postquam sponte se abdicaverat dictatura, seque paratum esse dixerat ad rationem omnium rerum a se gestarum reddendam: *honosque ei a senatu habitus est, ut* corpus humeris senatorum portaretur *in campum Martium* ibique *sepeliretur;* qui honos non nisi regibus Cæsaribusque et eorum familiæ (sed et Hirtio ac Pansæ, si fides habenda Epit. 119.) habitus est; Cf. ad Epit. CVI, 1. ad Tac. Ann. 1. 8, 13. 16. 13, 17, 2. Appian. B. C. 1, 103-106. Plut. Sulla, p. 474. 475.

2. *M. Æmilius Lepidus* cos. a. V. 675. cum Q. Lutatio *Catulo* cet. cf. App. B. C. 1, 105. 107. Pigh. ad a. 675. Oros. 5, 22.

3. *M. Brutus*, (pater M. Bruti Cæpionis, qui cum Cassio et aliis adversus Cæsarem conspiravit) *qui Cisalpinam Galliam obtinebat*, forte ex prætura, quæ tamen conjectura

[redacted]

Pighii Ann. ad a. 675 sq. nulla auctoritate scriptorum veterum confirmari potest, deperditis monimentis vetustis; Duk. Cf. App. B.C. 1, 60, 2, 111. Plut. Pomp. et Brut.

4. *Q. Sertorius* cet. cf. App. B. C. 1, 65. 67. 85 sq. 107-114. et Hisp. 101 sq. Flor. 3, 22. Oros. 5, 23. Plut. Sertor. et Pomp.

5. *L. Manlius proconsul*, forte prætor cum inperio consulari. Cf. Duk. ad h. l. Oros. 5, 23. Plut. Sertor. p. 574. ubi pro Λόλλιον forsan leg. Μάλλιον, non Μανίλιον. — *M. Domitius legatus* Metelli, qui Sallust. fr. hist. 1. ap. Priscian. X, 901. *proconsul*, et Eutropio 6, 1. *prætor* (sc. cum inperio procons.) dicitur. Cf. Plut. Sertor. p. 574. ubi pro Δομέτιον δὲ καὶ Λούσιον quidam conj. Λούκιον δὲ Δομίτιον, et Fabric. ad Oros. 5, 23. Δομ. δὲ Καλουΐνον. Pro *M.* vel cum Drak. leg. *Cn.*, vel potius ex Eutrop. 6, 1. *L.* v. Suet. Ner. 1.

6. *ab Herculejo quæstore*, Sertorii duce, qui Plut. Pomp. p. 628. Ἑρέννιος nominatur; Sigon. Cf. Epit. XCI. Sallust. hist. II. ex Marcello v. *sagum*, et intpp. Flori 3, 22, 6. Front. 1, 5, 8. Oros. 5, 23. et Eutrop. 6, 1.

7. *a P. Servilio* Vatia Isaurico *procons.* a. V. 676. cet. cf. Eutrop. 6, 3. Flor. 3, 6. Cic. Verr. 1, 21. 3, 90.

CAP. 91.)—1. *Cn. Pompejus, quum adhuc eques esset* cet. cf. Epit. 89. et 97. Plut. Pomp. p. 630. Cic. p. lege Manil. 21. Dio 36, 13. *eques* c. Voss. Reliqui *quæstor* et *equester:* unde *eques R.* (Romanus) conj. Drak.

2. *Sertorius* — *cecidit*, cf. ad Epit. 90, 4. et 6.

3. *Ap. Claudius* Pulcer cos. a.V. 674. *proconsul* a. 675. *Thracas p.p. vicit* Macedoniam populantes, et in Sarmatas usque pervenit. v. Flor. 3, 4. Sed eum varia fortuna dimicasse dicit Obseq. c. 58. et ægritudine animi morboque mortuum esse Oros. 5, 23. Eutrop. 6, 2. et Sex. Rufus.

CAP. 92.)—1. *Cn. Pompejus d. e. cum Sertorio pugnavit* ad Sucronem — *ita ut singula*, forte *sinistra;* Gron. Id firmat Plut. in Pomp. p. 628. in Sertor. p. 578. Cf. et App. B. C. 1, 110.

2. *Q. Metellus Sertorium et Perpernam* (al. *Perpennam;* de quo v. ad Liv. 44, 27, 6.) — *fudit* ad Seguntiam; *cujus victoriæ* — *pugnavit*, cf. Appian. l. l. M. *Perperna* Sertorii socius, qui a.V. 661. consul, deinde legatus in bello sociali, et in bello civili dux Marianorum fuerat. Cf. App. B. C. 1, 107. 110. 113 sq.

3. *Obsessus deinde Cluniæ* cet. cf. Dio 39, 115. Clunia opp. Arevacorum is Hispania Tarrac. v. Plin. 3, 3. s. 4. et intpp. Suet. Galb. 9.

4. *Præterea ab* C. Scribonio *Curione* cos. a. V. 677. *proc.* a. 678. quo Ap. Claudio (v. ad Epit. 91, 3.) successerat *in Thracia* cet. cf. Epit. 95. Flor. 4, 1, 45. Flor. 3, 4. Cis. Pis. 19. Pigh. Ann. ad a. 677. 678.

5. *Q. Sertorii multa crudelia* cet. cf. Appian. B. C. 1, 112, 113. Plut. Sert. p. 581.

CAP. 93.)—1. *P. Servilius proc. in Cilicia Isauros domuit* cet. cf. ad Epit. 90, 7. Quum tota Isauria tunc et diu etiam post id tempus domicilium et receptaculum latronum fuerit, *Isauros* h. l. potius pro piratis dici, quam Ciliciam et Isauriam confundi, putabat Duk. ad Flor. 3, 6, 5. Sed *Isauri*, a quibus domitis Servilius etiam cognomen Isaurici adcepit, proprie dicti videntur, et *Cilicia* latiori sensu sumta, ut simul Isauria, inter eam et Lycaoniam ad Taurum in Asia min. sita, ea comprehendatur. Hinc et Isaurus *arx Ciliciæ* vocatur Flor. 3, 6. et seriori ævo Cilicia aspera, s. τραχεῖα adpellata est Isauria. v. Ammian. Marc. 14, 7. et Hierocl.

2. *Nicomedes* III. Philopator, nepos Prusiæ, (quidam hunc Nicomedem IV., tertii filium aut nepotem, fuisse putant) *Bithyniæ rex, moriens* a. V. 678. *populum* cet. cf. Appian. B. C. 1, 111. et Mithr. 2. 7. 71. ad quæ loca v. Schweigh.

3. *Mithridates, fœdere cum Sertorio icto* a.V. 678. *bellum populo Rom. intulit* tertium cet. Cf. Appian. Mithr. 68. et Plut. Sert. p. 580. 581. Oros. 6, 2. Memnon ap. Phot. p. 735-755. — De *regiarum copiarum pedestrium navaliumque* (v. ad Liv. 22, 31, 4.) *adparatu* v. Appian. Mithr. 67. 69. et Pigh. Ann. ad a 679.

4. *M. Aurelius Cotta consul* a. V. 679. *ad Chalcedonem a rege victus est*, v. App. B. C. 1, 71. 112. Plut. Lucull. p. 496. Ceterum suadente Drak. recepi lectionem omnium MSS. nisi quod post *Sertorium* adjeci *gestæ* ex ed. Camp. in qua certe *gestas* legitur. Ita *adparatus, victus* et *res* pendent a verbo *referuntur*, aut simili, quod subplendum est; ut *concio ejus bona* Epit C. et alia. Sigonius et deinde reliqui editores post *Sertorium* inseruere *gestas continet*, quæ ratio durior est et scabriorem efficit orationem. — *omnibus belli militiæque artibus*, forte leg. *o. bellis* (quæ cum Pompejo et Metello gessit) *militiæ a. par fuit* illis; Drak. *belli, militiæ* Bœnd. Sed non est forsan, quod pleonasmus ille displiceat.

5. *ab obsidione Calagurris* (v. ad Liv. 39, 21, 3.) *oppidi* cet. cf. Appian. B. C. 1, 112. Plut. Sert. p. 579. B. C. — *coëgit diversas regiones petere* commeatum intercludendo iis, insidiando, circumveniendo, circumcursitando et litora obsidendo navigiis prædatoriis. Ita Plut. l. l. — *Metellum ulteriorem* cet. contrarium tradit Plut. l. c.

CAP. 94.)—1. *L. Licinius Lucullus consul* a. V. 679. cum Cotta (v. ad Epit. 93, 4.) *adversus Mithridatem* cet. cf. Appian. Mithr. 33. 51. 56. 72-90. et Plut. Lucull.

2. *Deiotarus, Gallogræciæ tetrarches* cet. cf. App Mithr. 75. Gallogræci antiquitus constabant ex tribus diversis populis, quorum quisque divisus erat in quatuor tetrarchias, ita ut universæ genti præfuerint XII tetrarchæ, qui deinde ad tres, postea ad duos redacti sunt, donec tandem unus Deiotarus iis præesse inceperit; Drak. v. Strab. 12, 566. App. Mithr. 114. Cic. p. Deiot. et Ern. clav. Cic.

CAP. 95.)—1. *C. Curio proc. Dardanos in Thracia domuit*, cf. ad Epit. 92, 4. et Sallust. hist. II. ap. Non.

2. *LXXIV gladiatores Capuæ ex ludo* gladiatorio Cn. *Lentuli* Batiatæ vel potius Vacciæ s. Vatiæ *profugerunt, et* — *Crixo et Spartaco ducibus* cet. de quo bello gladiatorio, a. V. 680. 681. 682. gesto, quod etiam Spartacium, servile et fugitivorum dicitur, v. et Epit. 96. 97. Appian. B. C. 1, 111. 116-121. Plut. Crass. p. 547-550. Vellej. 2. 30. Flor. 3, 20. Eutrop. 6, 7. Oros. 5, 24. *CCCCLXX gladiatores* Berg. et Leid. LXXVIII fuisse dicit Plut. alii vero pauciores. — *servitiorum*, servorum, *ergastulorumque*, illorum servorum, qui compediti in ergastulis custodiebantur; Drak. Cf. ad Juvenal. 14, 24. *et ergastulorum* edd. antt. *ex ergastulis* in MSS legit Puteanus: idque placebat Dukero. cf. Liv. 24, 15. et Justin. 1, 6. *Spartacum* fuisse Thracem, *Crixum* et *Œnomaüm* Gallos, tradit Oros. l. l. ubi cf. Fabric.

3. *Claudium Pulchrum legatum*, qui *Clodius prætor* dicitur Oros. Κλώδιος στρατηγὸς Plut. *Clodius Glaber*, quod potius Vatiniorum cognomen fuit) Floro. Cf. Frontin. 1, 5, 20. 21. — *P. Varinium* ex emend. Sigon. restitui. *P. Voremum* edd. vett. *P. Varcenum* Voss. *P. Varenum* plerique MSS. et edd. recentt. (*Varenus* nomen Rom., v. c. ejus, pro quo orationem habuit Cicero.) *P. Varinus* dicitur Cic. p. Flacco 19. et Plut. l. l. sed rectius *P. Varinius* Frontino 1, 5, 22. et *P. Varinius Glaber* Appiano B. C. 1, 116. et in fragmento antiqui monimenti, in quo historia belli servilis descripta fuit, ap. Murator. Thes. nov. inscr. T. 1. p. 4. unde constat, *Varinium* gentis adeoque verum nomen esse.

4. *L. Lucullus* cet. cf. App. Mithr. 72-78.

CAP. 96.)—1. *Q. Arrius prætor — cecidit:* quam victoriam Gellio cos. tribuunt Appian. B. C. 1, 117 pr. Plut. Crass. p. 548. D. et Oros. 5, 24. Arrii prætoris nullam mentionem faciunt alii in historia hujus belli. De eo tamen v. Cic. Brut 69. et Verr. 2, 15. 4, 20.

2. *Cn.* Cornelius *Lentulus* Clodianus et *L. Gellius* Poplicola *consules* a. V. 681. *a Spartaco victi sunt*, cf. Appian. et alii ad Epit. 95, 2. laudati.

3. *Sertorius a M'. Antonio et* M. Perperna cet. cf. Appian. B. C. 1, 113 sq. Plut. Sert. p. 581. 582. (ubi leg. Μάνιος Ἀντώνιος pro Μάλλιος A.) Sallust. hist. III. ap. Non.

4. *Imperium partium* Sertorii *ad Marcum* Perpernam (nisi ex Lov. 2. leg. *M. Perpernam*) *translatum — bellum.* cf. Appian. et Plut. ll. ll.

5. *C. Cassius* cet. cf. auctores ad Epit. 95, 2. laudati.

CAP. 97.)—1. *M. Crassus prætor — Gannico*, cf. Plut. Crass. p. 549. Appian. B. C. 1, 118-120. Oros. 5, 24. Frontin. 2, 4, 7. et 2, 5, 34. ubi ipsa Livii verba laudantur. *Gannico* pro *Granico* recepi ex MSS. et Frontino. *C. Cannicius* dicitur Plut. Fuit fortassis C. Cannicii alicujus libertus, vel unus e colluvie ingenuorum Italicorum, quos (præter *Gallos Germanosque*) ad Spartacum confluxisse, Appianus auctor est; Duk.

2. *Cum Spartaco dein debellavit* cet. cf. Plut. et App. ll. ll. *dein debellavit* cum Crev. reposui pro *deinde bellavit*. Drak. malebat *deinde debellavit*, quia *dein* sæpe quidem in Livio, at numquam aut rarissime in Epitomis occurrat. — *millibus LX* pro *m. XL.* edidit Drak. ex III MSS. Oros. 5, 24. et Eutrop. 6, 7. Idem reponendum putabat ap. Vellej. 2, 30. aut cum aliis *XC.* quia cæsorum numerum iniri non potuisse dicat Appian.

3. *M. Antonius*, oratoris filius, triumviri pater, avarissimus homo, *prætor* a. V. 679. quo infinitum imperium in omnes oras maritimas nactus factione Cethegi et gratia Cottæ cos., Siciliam aliasque provincias depopulatus est, et bellum *Cretensibus* intulit, sed et *morte sua finivit.* Cf. Cic. Verr. 2, 3. 3, 91. Vellej. 2, 31. Flor. 3, 7. Appian. de reb. Sic. Exc. VI. ibique Schweigh. Cognomen *Cretici* (v. Plut. Anton. pr.) a vano homine jam initio belli sumtum, aut per contumeliam ei inditum putatur. — — *parum prospere gestum* revocavi ex MSS. et edd. ante Grut. quæ substituit *p. p. susceptum.*

4. *M.* (Terentius Varro) *Lucullus*, L. Licinii Luculli frater a Varrone adoptatus, qui consul fuerat a. V. 680. cum C. Cassio Varo, *proconsul* Macedoniæ *Thracas subegit*, cf. Eutrop. 6, 8. 10. Flor. 3, 4. Ammian. 27, 3. 8. Ern. clav. Cic. Appian. Illyr. 30. et B. C. 1, 92. Vellej. 2, 28. Oros. 6, 3. Sex. Ruf. c. 9. Strab. 7, 319. Freinsh. Subpl. XCVII, 16. 17.

5. *L. Lucullus in Ponto* cet. cf. Appian. Mithr. 78-82. et Plut. Lucull. p. 499 sq.

6. *M.* Licinius *Crassus et Cn. Pompejus consules* a. V. 683. *facti* (*sed Pompejus — restituerunt*, v. ad Epit. 89, 3. et 91, 1.

7. *Judicia quoque per L. Aurelium Cottam prætorem* a. V. 683. *ad equites Rom. translata sunt*, proprie communia senatoribus, equitibus ac tribunis ærarii facta: sed non-

nunquam non modo senatores tantum et equites memorantur, tamquam præcipui judicum ordines, (ut V classes civium, non VI) sed etiam soli equites, quoniam judicia horum potissimum munia sensim sunt facta. Cf. ad Tac. Ann. 2,35, 4.3,30, 2. 12, 60, 3. Duker ad h. l. (qui laudat Cic. Verr. 1, 2. 8. 16. 2, 71. 3, 96. 5, 69. divin. in Cæcil. 3. p. Cluent. 43. quique monet, *judicia transferri* non eadem semper significatione dici) intpp. Velleji 2, 32. et Ern. clav. Cic. in ind. leg. v. *Aurelia.* Judicia primum fuerant penes senatum, sed a. V. 632. a C. Graccho ad equites vel solos vel simul translata, (v. ad Epit. 60, 7.) a. 647. a Q. Servilio Cæpione cos. et a. 662. a M. Livio Druso trib. pl. utrique ordini data, (quorum tamen leges non perlatæ aut paullo post sublatæ; cf. ad Epit. 71, 2.) a. 673. a Sulla senatui restituta; a. 683. a L. Aurelio Cotta prætore, et a. 698. a Cn. Pompejo II. cos. senatoribus, equitibus et tribunis ærarii communicata, a. 707. a C. Julio Cæsare dictat. et III. cos. senatoribus equitibusque tradita. Hæc sancita legibus judiciariis Sempronia, Servilia, Livia, Cornelia, Aurelia, Pompeja et Julia; de quibus v. Ern. clav. Cic. et Bachii hist. jurisprud. Rom.

8. *Mithridates — ad Tigranem, Armeniæ regem* generumque suum, *confugit* a. V. 682. cf. Appian. Mithr. 67. 82 sq. et Plut. Lucull. p. 503 sq.

CAP. 98.)—1. *Machares, filius Mithridatis, Bospori rex* cet. cf. Appian. Mithr. 67. 78. 83. 102. 113. Plut. Lucull. p. 507. Dio l. 36. p. 25. Oros. 6, 5.

2. *Cn. Lentulus et L. Gellius censores* a. V. 683. qui et simul consules fuerant, (v. ad Epit. 96, 2.) *asperam egerunt censuram*, ab a. 667 intermissam. Cf. Pigh. Ann. ad a. 683.

3. *censa sunt civium capita CCCCL millia;* ita omnes editi: at MSS. *DCCC m.*, *DCCCCL m.*, *DCCCC* et *DCCCCL m.* habent, et Phlegon (in bibl. Phot. cod. 92.) *DCCCCX m.* Hunc majorem numerum probant Lips. Elect. 1, 27. Rualdus ad Plut. animadv. 85. et Voss. in Obss. quia sociis in civitatem receptis admodum auctus sit civium numerus. Eumdem vero continuis fere bellis, Cimbrico, sociali, civilibus, Mithridatico et servili, valde imminutum, et a. V. 667., civitate jam Italicis data, censa tantum civium CCCCLXIII millia fuisse, (v. Scalig. ad Euseb. Chron. Ol. 173, 4. et Pigh. Ann. ad a. 667.) adeoque saltem dubitari posse, monet Duk.

4. *L. Metellus prætor* a. V. 683. *in Sicilia*, ubi successit Verri, *adversus p. p. r. g.* cf. Oros. 6, 3. et Ern. clav. Cic.

5. *Templum Jovis in Capitolio, quod incendio consumtum* a. V. 670. *ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est*, ita omnes MSS. et ed. Camp. sed reliquæ edd. ante Sigon. *consumtum erat, refectum a Q. C. d. est*, et sane refectio etiam Capitolii Catulo mandata est, sed mortuo demum Sulla, cui prius data erat. Cf. Tac. hist. 3, 72. Gell. 2, 10. Suet. Cæs. 15. Dio 37, 44. 43, 14. Pigh. Ann. ad a. 670.

6. *L. Lucullus in Armenia* cet. cf. Appian. Mithr. 83-88. Plut. Lucull. p. 503 sq. Dio 35, 1 sq.

Q. Metellus proc. a. V. 685. *bellum adversus Cretenses* gerere cœpit, iisque intra triennium subactis leges dedit: quo et triumphum et Cretici cognomen meruit. Cf. Epit. XCIX. et C. Appian. de reb. Sic. Exc. VI. Flor. 3, 7. Oros. 6, 4. Vellej. 2, 34. Cic. l. Manil. 12. 16. Pigh. ad a. 685 sq.

8. *C.* (al. *L.*) *Triarius — pugnavit* a. V. 686. cf. Appian. Mithr. 88, 89. 112. 120. Plut. Lucull. p. 515. et Pomp. p. 639. Dio. 35, 10-13. Plin. 6, 3. Phlegon in Phot. Bibl. p. 147.

9. *Lucullum — reliquerunt*, cf. Appian. Mithr. 90. Dio 35, 14-17. Plut. Lucull. p. 514 sq. — *legiones Valerianæ* duæ, quas a. L. Valerio Flacco cos. a. V. 669. in Asiam adductas, Valerio occiso, Fimbria occuparat, deinde vero Sulla, ex Asia discedens, ibi cum Murena reliquerat, et Lucullus postea junxerat exercitui suo; Duk. Cf. App. Mithr. 51. 52. 60. 64. 72. Dio 35, 14. 15, 29.

CAP. 99.)—1. *Q. Metellus* cet. v. ad Epit. 98, 7.

2. *L. Roscius* Otho *tribunus plebis* a. V. 686. *legem tulit* theatralem, *ut equitibus Rom.* (iis tantum, quibus census equester esset) *in theatro XIV gradus proximi adsignarentur*, v. ad Juvenal. 3, 153 sqq. 14, 323 sq. ad Tac. Ann. 15, 32. Ern. clav. Cic. in Ind. leg., intpp. Vellej. 2, 32. Plut. Cic. p. 867. Hard. ad Plin. 7, 30. s. 31. et 33, 2. s. 8. — — *proximi*, cui? Forte excidit *orchestræ*, aut leg. *primi*, sc. post orchestram; Duk. Cf. Horat. Epod. 4, 15. ibique Mitscherl.

3. *Cn. Pompejus, lege ad populum lata a.* V. 686. ab A. Gabinio trib. pl., cui L. Trebellius trib. pl. et Q. Hortensius frustra resistebant, *persequi piratas jussus — dedit*, cf. Dio 36, 1-20. Appian. Mithr. 91. 94 sq. et B. C. 1, 111. Plut. Pomp. p. 631-634. intpp. Flori 3, 6. Eutrop. 6, 12. et Vellеji 2, 31. 32.

4. *Præterea res gestas a Q. Metello — debuisse*, cf. ad Epit. 98, 7. Plut. Pomp. p. 633. 634.

CAP. 100.)—1. *C. Manilius trib. pl.* a. V. 687. *magna — mandaretur*, cf. Dio 35, 25 sq. Plut. Pomp. p. 634. Vellej. 2, 33. Cic. p. lege Manil. — *Concio ejus bona*, v. ad Epit. 93, 4.

2. *Q. Metellus — dedit*, v. ad Epit. 98, 7. et 99, 4.

3. *Cn. Pompejus — cum rege Parthorum*

[redacted]

Phraate — bellum inter Phraaten et Tigranem, et inter Tigranem filium patremque g. c. cf. App. Mithr. 104-106. Plut. Pomp. p. 636 sq. Dio 36, 28. 34 sq. Vellej. 2, 37.

CAP. 101.)—1. *Cn. Pompejus Mithridatem — Tigranem — restituit*, cf. App. Mithr. 98-102. 104 sq. 114. Plut. l. l. Dio, 36, 31 sq. Vell. 2, 37.

2. *Conjuratio eorum, qui in petitione* cet. hi erant P. Autronius et P. Sulla, eorumque socii, præter alios, Catilina, Cn. Piso, Cæsar et Crassus, quem a Cicerone argui auctorem conjurationis, a Pisone et Catilina factæ, Ascon. ad princ. Cic. or. in toga cand. scribit; Duk. Cf. Suet. Cæs. 9. Dio. 36, 27. Pigh. ad a. 687. Sallust. Catil.

3. *Cn. Pompejus, quum Mithridatem — continet*, cf. Appian. Mithr. 101-103. Dio 36, 33. 37. et 37, 1-7. Plut. Pomp. p. 637 sq. Aur. Vict. V. I. 77. Vell. 2, 40. Plin. 6, 11 sq. Strab. 11, 752. 765 sq.

CAP. 102.)—1. *Cn. Pompejus in prov. f. Pontum redegit. Pharnaces, filius Mithrid., bellum patri intulit — Mithridates — interfectus est* a. V. 690. Cf. App. Mithr. 109-112. Plut. Pomp. p. 641. Dio 37, 10-14. — *quum veneno sumto parum profecisset ad mortem* adcelerandam: nam ab ineunte ætate antidotis (Mithridaticis) se adversus venena munierat. Cf. ad Juvenal. 6, 661. 14, 252. Gell. 17, 16. App. et Dio ll. ll. — *a milite Gallo, nomine Bitæto* ex emend. Sigon. *Bitocho, Bitoco, Biroco, Bithocco, Bithoco* MSS. et edd. vett. Cf. ad Epit. 61, 4. Fabric. ad Oros. 6, 5. et intpp. Aur. Vict. V. I. 76. ubi *Sithocus* dicitur.

2. *Cn. Pompejus Judæos subegit: fanum eorum in Hierosolyma*, (v. ad Liv. 38, 39, 4.) *inviolatum* usque *ad id tempus*, (ut passim; v. Drak.) *cepit*; cf. App. Mithr. 106. Jos. b. Jud. 1, 5 sq. et Antt. Jud. 14, 4 sq. Dio 37, 15-19. Oros. 6, 6. Strab. 16, 763.

3. *L.* Sergius *Catilina — sumtum est* a. V. 690. quæ vel tironibus nota ex Ciceronis oratt. Catil. et Sallustio. Cf. Dio 37, 10. 29-42. et Appian. B. C. 2, 2-7. — *Ea conjuratio — eruta est* v. Gron. ad Sen. de clem. 1, 22. *exstincta est* Bœnd. et ed. Camp. ut ap. Oros. 6, 6. Sed ex glossa id natum puto; Drak.

CAP. 103.)—1. *a C. Antonio proc.* cf. Dio 37, 30.

2. *P. Clodius adcusatus* a. V. 692. *quod in habitu muliebri* psaltriæ *in sacrarium*, locum, ubi sacra Bonæ deæ agerentur, (ut ap. Liv. 39, 9. 13. 15.) domum Cæsaris, *in quod virum intrare nefas est, intrasset, et* Pompejam, *uxorem maximi pontificis*, Cæsaris, *stuprasset, absolutus est*, cf. ad Juvenal. 6, 337 sq. in Cæs. p. 711 sq. et in Cic. p. 874 sq. Dio 37, 45. 46. Cic. ad Att. 1, 5. 11-19. *in Pis.* 22 sq. de prov. cons. 5 sq. p. Mil. 27. Suet. Cæs. 74. Sen. ep. 97. *uxorem maximi pontificis* ex emend. virorum doctorum pro *u. Metelli pontificis* vel *Ponti* et *Pontii* et *Pon.* quas lectiones ex compendio scripturæ *M. Pont.* vel ex eo ortas putant, quod Metullus Pius pontifex max. fuerit ante Cæsarem. Quæ conjecturæ si veræ sunt, erravit certe auctor Epit. cum aliis, aut minus apte *max. pont.* pro *prætoris* dixit: nam Cæsar quidem pontifex max. tum fuit, sed et prætor, (v. Dio 37, 37. 44.) ac sacra Bonæ deæ in ædibus consulum aut (illis forte absentibus) prætorum, non pontificis maximi, agi solebant. v. Cic. de har. resp. 17. Dio 37, 45. Plut. in Cæs. p. 711. et in Cic. p. 870.

3. *C. Pontinius prætor* a. V. 690. consule Cicerone, cujus necessarius fuit, *Allobrogas ad Solonem domuit*, et de iis triumphavit a. 699. Nomen ejus varie scribitur in MSS., fastis et lapidibus, *Pontinus*, *Pontinius*, *Pomtinus*, *Pomptinus*, *Pomptinius*. Cf. Reimar. ad loc. class. Dion. 37, 47. 48. 39, 65. Goltz. in fast. ad a. 699. (ubi in nummo *C. Pontinii* præt. victoria et triumphus de Allobrogibus memoratur) Ernesti clav. Cic. in ind. hist. v. *Pomtinus*, Cort. ad Sall. Cat. 45. Oudend. ad Front. 2, 4, 7. Fabrett. p. 640. Donius class. 2, 189. 16, 4. et Gruter. — *Solonem*: Dio 37, 48. *Solonium* aut *Solomium* vocat.

4. *P. Clodius ad plebem transiit* a. V. 693. ex patricio factus est plebejus, adoptatus a. P. Fontejo plebejo homine et natu etiam minore, ut tribunus pl. fieri et a Cicerone inimico ultionem petere posset. Cf. Plut. Cic. p. 875 sq. Dio 37, 51. 38, 12. Cic. p. domo 13, 29. ad Att. 1, 18 sq. 2, 7. Suet. Cæs. 20. et Tib. 2. Ceterum de Dolabella idem tradit Dio 42, 29.

5. *C. Cæsar* pro prætore *Lusitanos* et Gallæcos *subegit*, et rediit ex obærato locuples factus, sed triumphum, ne consulatu excluderetur, dimisit. v. Plut. Cæs. p. 712 sq. Appian. B. C. 2, 8. Dio 37, 52 sq. Suet. Cæs. 18. Pigh. Ann. ad a. 692. — *eoque consulatus candidato — conspiratio* (τρικάρηνον) *inter tres p. c. facta est, Pompejum, Crassum, Cæsarem* Lucæ a. V. 693. Cf. Appian. B.C. 2, 9. 14. Plut. in Crasso p. 551 sq. in Pomp. p. 643 sq. in Cæs. p. 713 sq. Dio 37, 54-58. Suet. Cæs. 19. Vellej. 2, 44.

6. *Leges agrariæ* (lex agraria Julia de agro Campano et Stellate, XX millibus civium, quibus terni pluresve liberi essent, a XX viris dividendo) *a Cæsare cos.* a. V. 694. aut 695. — *invito senatu et altero consule M. Bibulo latæ sunt*, v. Plut. ll. ll. Dio 38, 1-8. App. B. C. 2, 10 sq. Cic. p. Planco 5. 14. Phil. 5, 19. ad Att. 2, 2. 16-19. Vellej. 2, 44. Suet. Cæs. 20. Aug. 4. Goes. script. r. agr. p. 530. Mazoch. de amphith. Camp. p. 14 sq.

7. *C. Antonius proc.* oratoris filius, Ciceronis in consulatu collega, *in Thracia parum*

prospere rem gessit, cf. Plut. in Cæs. p. 708. in Cic. p. 866. Dio 38, 10 sq. Ern. clav. Cic.

8. *M. Cicero*, *lege* post alias *a P. Clodio trib. pl. lata*, *quod indemnatos cives*, Catilinæ socios, *necasset*, *in exsilium missus est*, bona quoque ejus publicata sunt, et in dirutæ domus area ædes Libertatis exstrui cœpta. Cf. Plut. Cic. p, 875 sq. Dio 38, 13-30. Cic. p. Sexto 15. 25 sq. p. domo 17 sq. p. Pis. 4. 8. 10. ad Q. fr. 1, 3 sq. ad Att. 3, 4. Appian. B. C. 2, 14. 15. Pigh. Ann. ad a. 695.

9. *Cæsar in provinciam Galliam — volebat*, duce Orgetorige, cf. Plut. Cæs. p. 714 sq. Cæs. B. G. 1, 2-29. Dio 38, 31 sq. Flor. 3, 10. — *per provinciam Cæsaris Narbonem*, forte *Narbonensem*, sc. in aliam Galliam, quæ non erat provincia; Gron. *Narbonem* abest a c. Leid. et potest abesse ob præc. *provinciam Galliam*; Drak.

10. *Pompejus de liberis Mithridatis — triumphavit*, sed jam a. V. 692. ad quem v. Pigh. Hinc ordinem rerum verborumque vel librarii turbarunt, vel ipse auctor, ut in Epit. 139 extr. Præterea Gron. emend. *Pompejus de Mithridate, ductis ante currum Mithridatis liberis et Tigrane, Tigranis filio, triumphavit*. Id firmant Appian. Mithr. 116. 117. Plut. Pomp. p. 642. Eutrop. 6, 16.

11. *Magnusque a tota concione consalutatus est*: quod cognomen quando et a quo adceperit, varie traditur. v. Duk. ad h. l. (qui illud primum a Sulla post res in Africa gestas, deinde vulgo, ac postremo post hunc triumphum a tota populi concione ei datum esse suspicabatur) Liv. 30, 45 extr. Appian. Mithr. 97. 118. 121. et B. C. 1, 4. 2, 86. Plut. Crass. p. 546. et Pomp. p. 625. Plin. 7, 26. s. 27. et Spanh. ad Juliani Cæs. p. 167. ed. Amst.

CAP. 104.)—1. *C. Cæsar* . — *Germanos Gallia expulit*, cf. Cæs. B. G. 1, 30 sq. Dio 38, 34 sq. Plut. Pomp. p. 716 sq. Flor. 3, 10.

2. *M. Cicero — ab exsilio reductus est*, v. Pigh. Ann. ad a. 696. Appian. B. C. 2, 16. Plut. Cæs. p. 877 sq. Dio 38, 30. 39, 6 sq. Cic. p. Sext. 31 sq. ad div. 5, 4. ad Att. 3, 22 sq. 4, 1 sq. oratt. p. domo, de har. resp., post reditum ad Quirites et in senatu. — — Vox *agente*, a Sigon. inserta, adprime convenit: nam Milo non tantum pro reditu Ciceronis oravit, sed etiam Clodium, qui legem ea de re ferri inpediebat, licet gladiatoribus armatum, lege Plotia de vi postulavit, et, quum judicia sublata videret, gladiatores emit, quibus conatus furoresque Clodii conprimeret; Drak.

3. *Cn. Pompejo per quinquennium annonæ cura mandata est* eodem anno, quo Cicero rediit ex exsilio. v. Appian. B. C. 2, 18. Plut. Pomp. p. 646. Dio 39, 9. 24. Cic. ad Att. 4, 1. et p. domo 7. 10.

4. *Cæsar Ambianos* cet. cf. Cæs. B. G. 2, 3 sq. — *contra Nervios unius civitatis* (*unam horum civitatem* sc. Belgarum malebant Gron. et Crev.) — *ex LX millibus* cet. codices admodum variant. Cf. Drak., et Cæs. B. G. 2, 28. Plut. Cæs. p. 717, 718. Dio 39, 3.

5. *Lege lata* a P. Clodio trib. pl. a. V. 695. *de redigenda — Cypro — M. Catoni* cet. cf. Plut. Cat. min. p. 776. App. B. C. 2, 23. Dio 38, 30. 39, 22 sq. 53, 12. Cic. p. domo 8 sq. Strab. 14, 684 sq. Vellej. 2, 38. 45. Ammian. 14, 27. Flor. 3, 9. — — *Ptolemæus, Ægypti rex, ob injurias, quas patiebatur a suis regno pulsus*: verba *regno pulsus* absunt a. c. Leid. et, quod jam Duk. et Drak. monuere, suspecta sunt, quia Ptolemæus sponte regno cessit, et injurias non tam passus est, quam civibus propter exactiones pecuniarum intulit, neque ob illas, sed ob has rex pelli solet, nisi *post regno pulsus* intellegi potest, *ut ferebat aut querebatur*. Cf. Plut. l. l. et Pomp. p. 645, Dio 39, 12-16. *ob injurias, quas patiebantur, a suis regno pulsus* edd. vett. forte rectius.

6. *C. Cæsar Venetos — vicit* tertio expeditionis Gallicæ anno V. c. 697. in Gallia Celtica s. Lugd. ubi Venetia, Venetorum caput, hod. Vannes s. Vennes in Britannia inf., Bretagne. Cf. Strab. 4, 4, 1. p. 195. Cæs. B. G. 3, 7 sq. Dio 39, 40 sq.

CAP. 105.)—1. *C. Catonis trib. pl.* qui primum reductionem Ptolemæi (v. ad Epit. 104, 5.) inpedire conatus erat, et deinde a Pompejo et Crasso, consulatum ambientibus, subornatus, *comitia tollebat* cet. cf. Dio 39, 15, 27. 28. Manut. ad Cic. ad Q. fr. 2, 6. Non. v. *rumor*, Pigh. Ann. ad a. 697 sq. Ern. clav. Cic.

2. *M. Cato — prælato P. Vatinio*, sordido scelestoque homine, quem Cn. *Pompejus* et *M. Crassus*, alterum per vim adepti *consulatum*, et Catonem adversarium veriti, adjuverant. v. Pigh. Ann. ad a. 698. Plut. in Pomp. p. 646 sq. in Cat. min. p. 779 sq. Dio 39, 26-32. Ern. clav. Cic.

3. *Idem* M. Cato, *quum legem inpediret* cet. cf. Plut. ll. ll. et in Crasso p. 552. et in Cæs. p. 718. Dio 39, 33-36. App. B. C. 2, 17. 18. Suet. Cæs. 24. Pigh. l. l. — — *Cæsari Gallia et Germania*: de Germania nihil apud alios proditum inveni, et Cæsar bellum quidem gessit adversus Germanos, sed ipse causam ejus quæsivit Germanis per fraudem circumventis, et perfidia eorum ambitioni et crudelitati suæ prætexta; Duk. Cf. Plut. Cæs. p. 718. et Cat. min. p. 784. Suet. Cæs. 24. Dio 39. 48. Cæs. B. G. 4, 13.

4. *A. Gabinius proc.* Syriæ, quam lege Clodia adceperat, *Ptolemæum* a. V. 698. *reduxit in regnum Ægypti*, *ejecto Archelao*, immo cum Berenice filia, quæ ei nupserat, occiso; Duk. Cf. Dio 39, 55-65. Appian. Syr. 51. et B. C. 2, 24. Strab. 17, 796. Plut. Anton. p. 916 sq. Joseph. Antt. I. XIV.

5. *Cæsar victis Germanis* — primus Ro-

[redacted]

manorum, et quidem bis, et *Rhenum transcendit* inter Bingium Moguntiamque, (a. V. 699. adversus Sicambros, et a. 701 adversus Suevos proficiscens) et *in Britanniam trajecit* ex portu Ittio s. Iccio a. 699. et 700. Cf. Cæs. B. G. 4, 16 sq. 20 sq. 5, 2. 11 sq. 6, 9 sq. Plut. Cæs. p. 718 sq. Dio 39, 48-53. 40, 1-11. Strab. 4, 5, 2. 3. p. 199 sq. Tac. Agric. 13. — *iterum parum felicius:* vox *parum* ex verbis præc. perperam repetita; Gron. et Drak.

CAP. 106.)—1. *Julia, Cæsaris filia, Pompeji uxor, decessit, — ut in campo Martio sepeliretur,* cf. ad Epit. 90, 1. Plut. Pomp. p. 644. 647. in Cæs. p. 714. 719. Suet. Cæs. 12. 26. Dio 39, 64. 40, 44. App. B. C. 2, 19.

2. *Gallorum aliquot populi, Ambiorige duce Eburonum — a quibus L.* Aurunculejus *Cotta et Q. Titurius* Sabinus — *in Nerviis Q. Cicero M.* frater cet. cf. Dio 40, 4-11. Plut. Cæs. p. 719. Cæs. B. G. 5, 24-58. Oros. 6, 10. Ceterum cum Gron. leg. *interque ea, quibus in Nerviis* (male *Treviris* MSS et edd. antt.) *præerat Q. Cicero,* vel cum Drak. *inter quæ ejus, qui in N. p., Q. Ciceronis.* Cf. Epit. 77. 80. 107.

3. *M. Crassus* proc. *bellum Parthis inlaturus — interfectus est* a. V. 700. Cf. Plut. Crass. p. 552-565. (ex quo ad verbum fere expressa est hist. Parth., quæ vulgo tribuitur Appiano) Dio 39, 39. 40, 12-30. Joseph. A. I. 14, 12. B. I. 1, 6. Justin. 42, 4. Oros. 6, 13. Vell. 2, 46. Flor. 3, 11. Strab. 16, 1083 sq. — *Surenas* s. Surena dicebatur Parthis, qui dignitate secundus erat a rege. v. Plut. Crass. p. 556. ad Tac. Ann. 6, 42, 6. Brisson. de regno Pers. l. 1. p. 7. et 134.

CAP. 107.)—1. *C. Cæsar Treviris — persequutus est* a. V. 700. Cf. Dio 40, 31 sq. Cæs. B. G. 6, 3-8. 29 sq. Plut. Cæs. p. 719. Ante *persequutus est,* quod frigide dicitur, excidisse *frustra,* conj. Duk. conl. Cæs. B. G. 6, 30. et 43.

2. *P. Clodii, a T. Annio Milone — Milo i. d. in exsilium actus est,* v. Pigh. Ann. ad a. 701. Plut. Cic. p. 878. Dio 40, 48-55. App. B. C. 2, 20-24. Cic. or. pro Milone et ad eam Ascon. — *Cn. Pompejus legatus a senatu,* forte *delegatus,* aut *rogatus:* hanc enim speciem ambitioni suæ circumdedit; Gron.

3. *Lex lata est* a X tribunis pl., *ut ratio absentis Cæsaris in petitione consulatus haberetur,* cf. App. B. C. 2, 25. Dio 40, 51. 56. Plut. Pomp. p. 649. Flor. 4, 2. Cic. ad Att. 7, 3. 8, 3. et, qui adcuratissime rem tradit, (v. Duk.) Suet. Cæs. 26. et 28. — *invito et c. M. Catone,* quod verisimile quidem est, nec tamen alibi, quod sciam, legitur; Duk.

4. *Præterea res gestas — Arvernorum,* cf. Plut. Cæs. p. 720 sq. Strab. 4, 2, 3. p. 191. Dio 40, 33-41. Cæs. B. G. 7, 4 sq. Oros. 6, 11. Flor. 3, 10, 20. — *Vercingentorix* plerisque *Vercingetorix* dicitur, Plut. *Vergentorix.* Cf. intpp. Flori.

CAP. 108.)—1. *C. Cæsar Gallos ad Alesiam vicit — adcepit,* cf. Cæs. B. G. 7, 68 sq. Oros. 6, 11. Flor. 3, 10. Vell. 2. 47. *Alexiam* MSS et edd. vett. male. v. Diodor. 4, 158.

2. *C. Cassius* Longinus — *Parthos — cecidit,* cf. Plut. Crass. p. 564. Dio 40, 25. 28. 29. Vell. 2, 46. Oros. 6, 13.

3. *In petitione consulatus M. Cato* cet. v. Pigh. Ann. ad a. 702. Dio 40, 58. Plut. Cat. min. p. 783.

4. *Præterea contentiones inter consules* cet. cf. Dio 40, 59. et ad Epit. CIX. pr. — — Mox del τὸ *id,* et leg. *in tempus consulatus,* h. e. in solidum decennium; Gron. coll. Cæs. B. C. 3, 1.

5. *resque a M. Bibulo* proc. *in Syria gestas,* qui cæso M. Crasso bellum Parthicum confecit. v. Pigh. Ann. ad a. 703. Dio 40, 30. Cic. ad div. 2, 10. 15, 3 sq. ad Att. 5, 20.

CAP. 109.)—1. *Causæ civilium armorum,* belli inter Pompejum et Cæsarem gesti — — *contentionesque de successore Cæsari mittendo* — C. Scribonii *Curionis actiones — M. Antonio et Q. Cassio — caperet,* v. Pigh. Ann. ad a. 703. 704. Appian. 2, 25-34. Dio 40, 59-66. 41, 1-3. Plut. in Pomp. p. 649 sq. in Cæs. p. 722 sq. in Anton. p. 917 sq. Hirt. B. G. 8, 50 sq. Cæs. B. C. 1, 1 sq. Suet. Cæs. 28 sq. Cic. ad Att. 7, 1. 7. ad div. 8, 6. 10. 13. 16, 11. Vell. 2. 48 sq. — *ut viderent, ne quid resp. d. c.* v. ad Liv. 3, 4.

2. *C. Cæsar bello inimicos — in Italiam venit* transgressus Rubiconem — *Corfinium cum L. Domitio et L.* (immo *P.*) *Lentulo* — — *Italia expulit,* cf. Appian. B. C. 2, 34-40. Plut. in Pomp. p. 651. in Cæs. p. 723. Dio 41, 4-14. Cæs. B. C. 1, 7 sq. Cic. ad Att. 7, 11. 14. 17 sq. 8, 1. 13. 9, 13. Suet Cæs. 31 sq.

CAP. 110.)—1. *C. Cæsar Massiliam — se permiserunt,* cf. Cæs. B. C. 1, 34-87. 2, 1-22. App. B. C. 2, 40 sq. Dio 40, 15-25.

2. *C. Antonius — Opitergini Transpadani* cet. cf. App. B. C. 2, 41. 47. Dio 41, 40. Flor. 4, 2, 31 sq. Quintil. 3, 8, 23. Lucan. 4, 401-551.

3. *C. Curio — in Africa — adversus P.* Attium *Varum — a Juba — cæsus est,* cf. Dio 40, 41. 42. App. B. C. 2, 44-46. Cæs. B. C. 2, 23 sq. Oros. 6, 15.

4. *C. Cæsar in Græciam trajecit,* cf. Plut. Cæs. p. 725 sq. App. B. C. 2, 52-59. Dio 41, 44-50. Cæs. B. C. 3, 4-33.

CAP. 111.)—1. *M. Cœlius Rufus prætor* — — *novarum tabularum spe* rescissisque Cæsaris actis et legibus *plebe solicitata* — *Miloni exsuli, qui fugitivorum,* gladiatorum cet.

[redacted]

cf. Pigh. Ann. ad a. 705. Cæs. B. C. 3, 20. Vellej. 2, 68. Dio 42, 22-25. Oros. 6, 15. Suet. Cæs. 42. *Tabulæ novæ* dicuntur, quum nomina in tabulis expensorum mutantur, h. e. creditorum plane delentur, aut pars de summa debiti demitur. Cf. ad Epit. 113, 4. Ern. clav. Cic. et intpp. Sall. Cat. 22. et Suet. l. l.

2. *Cleopatra a Ptolemæo fratre*, puero et Ptolemæi XI. Auletis filio, *regno pulsa est* et deinde restituta a Cæsare. Cf. Epit. CXII. Plut. Cæs. p. 730 sq. App. B. C. 71. 84. 89 sq. Dio 42, 2 sq. 9. 34-41. Suet. Cæs. 35. 52.

3. *Propter Q. Cassii* Longini *prætoris avaritiam c. Cordubenses in H. cum duabus Varronianis legionibus*, quibus M. Varro in ulteriori Hispania præfuerat, quæque deinde cum provincia traditæ fuerant Q. Cassio, *a p. C. d.*, cf. Epit. CX. Cæs. B. C. 2, 20. 21. Auctor b. Alex. 48-58. Dio 42, 15. 16. Val. Max. 9, 4, 2. Pro *Cassii* in MSS. et edd. antt. male legitur *Catuli* et *Catii:* pro vulg. *Varianis* (MS. Leid. *Varranis*) ex emend. Jac. Gron. substitui *Varroïanis* i. e. *Varronianis*.

4. *Cn. Pompejus ad Dyrrhachium obsessus a Cæsare, et — apud Pharsaliam acie victus est — Cæsar ignovit*, cf. Pigh. ad a. 705, Dio 41, 47-63. Plut. in Pomp. p. 652-8. in Cæs. p. 726 sq. App. B. C. 2, 52-81. Cæs. B. C. 3, 25-101. Oros. 6, 15. Lucani Phars. — *præsidiis ejus*, Cæsaris. Cf. Oros. 6, 15. — *apud Pharsaliam*, in Pharsalia, regione, (v. ad Liv. 10, 23, 12.) aut h. l., ut ap. Tac. Hist. I, 50. Flor. 4, 2, 66. 84., *Pharsalia* pro urbe posita; Duk. — *Cicero*, v. ad Epit. 106, 2.

CAP. 112.)—1. *Trepidatio victarum partium in diversas o. t. partes;* nam *trepidare* est huc illuc discurrere cum tumultu; (v. ad Liv. 1, 14, 6, et 3, 49, 4.) nisi seq. copula *et* post *partium* ponenda; Drak. *per* pro *in* edd. antt. et multi MSS.

2. *Cn. Pompejus, quum Ægyptum petisset, jussu Ptolemæi, auctore Theodoto et Pothino* (v. intpp. Flori 4, 2, 60. Oudend. ad Cæs. B. C. 3, 108. et ad Lucan. 8, 483.) *occisus est ab Achilla — refugerunt*, cf. Dio 42, 1-5. Plut. Pomp. p. 660 sq. App. B. C. 2, 83-87.

3. *Cæsar post diem tertium — caput Pompeji et annulum — Alexandriam intravit — — Cleopatram — reduxit — Ptolemæum — — subsedit*, cf. Plut. Pomp. p. 662. in Cæs. p. 730 sq. Dio 42, 7-9. 34-44. App. B. C. 2, 88 sq. Cæs. B. C. 3, 107 sq. Oros. 6, 15. 16. (Hirt.) de b. Alexandr., Lucan. l. 10. *post diem tertium* a nece Pompeji? Id tamen nusquam proditum opinor, et forte Livius dixerat, quod Appian. c. 89., Cæsarem tribus diebus ab Rhodo Alexandriam pervectum fuisse; Duk. Idem Appianus c. 88. tradit, Cæsarem tertio demum post pugnam Pharsal. die Pompejo fugienti institisse. Mox Gron. non male conj. *et offensus est, et inlacrumavit; nec sine periculo* cet. cf. Dio 42, 34. 35.

4. *laboriosum M. Catonis in Africa — iter*, cf. Plut. Cat. min. p. 786 sq. App. B. C. 2, 87. Dio 42, 9 sq. — *bellum a Cn. Domitio contra Pharnacem*, regem Bospori, filium Mithridatis M., *parum prospere gestum*, cf. ad Epit. CII, 1. App. Mithr. 113. 120. et B. C. 2, 91 sq. Dio 42, 45-48. Hirt. de b. Afric. 34 sq.

CAP. 113.)—1. *Confirmatis in Africa — — mandatu est Catoni*, v. Plut. Cat. min. p. 787. App. 2, 87. 95. Dio 42, 10 sq. 56 sq. Vox *imperium* male repetita, judice Sigon. — *P. Scipioni* Nasicæ, (Q. Cæcilio Metello Pio Scipioni) socero et collegæ Pompeji III consulis. Post adoptionem etiam aliis P. non Q. Scipio est dictus. v. Duk. et Drak. ad Epit. CXIV. et Ern. clav. Cic.

2. *Cn. Pompejus M. f. in Hispania — renovavit*, v. App. B. C. 2, 87. 103 sq. Plut. Cæs. p. 733 sq. Dio 42, 15 sq. 43, 14. 28 sq. (Hirt.) de b. Hisp.

3. *Pharnaces, M. f., rex Ponti — victus est*, v. ad Epit. 112, 4. *ex Ponto* plerique MSS. et edd. ante Mogunt. Forte leg. *in Ponto*, (ut ap. Oros. 6, 16.) vel *rex Bospori*, vel *regis Ponti*.

4. *Quum seditiones Romæ a P.* Cornelio *Dolabella trib. pl.* Ciceronis genero, *legem ferente de novis tabulis*, (v. ad Epit. 111, 1.) cui intercessere collegæ L. Trebellius et C. Asinius Pollio — *cæsi sunt*, v. Dio 42, 29 sq. Plut. Anton. p. 919 sq. Cic. Phil. 2, 24 sq. 38. 6, 4. 10, 10. 11, 6. ad Att. 7, 8. 11, 21. ad div. 2, 15 sq. 12, 3. (his aliisque locis *Cn. Dolabella* dicitur) Pigh. Ann. ad a. 706. Freinsh. Suppl. c. 28 sq.

5. *Cæsar veteranis*, Decumanis, *cum seditione missionem postulantibus dedit*, v. App. B. C. 2, 92 sq. Dio 42, 52-55. Suet. Cæs. 70. Plut. Cæs. p. 730. Pigh. ad a. 706. — *in Africa contra copias Jubæ regis*, Vari, Scipionis, Labieni et Petreji, *c. d. m. pugnavit* ad Ruspinam. v. Plut. l. l. Dio 42, 56 sq. App. B. C. 95 sq. (Hirt.) de b. Afric.

CAP. 114.)—1. *Bellum in Syria Q. Cæcilius Bassus* prætor a. V. 707. — *relicta a legione Sex. Cæsare — occisoque eo*, instigante Basso, v. Dio 47, 26 sq. App. B. C. 3, 77 sq. 4, 58 sq. Joseph. A. J. 14, 7. 11. B. J. 1, 8. Abramus ad Cic. p. Dejot. 8 sq. Ern. clav. Cic. Vox *eo* forte del., aut leg. cum Periz. (anim. hist. c. 4. p. 176 sq.) *occiso eo*, vel cum Drak. *occisoque*. *Et* vel *C. Cæsar* cet.

2. *Cæsar Scipionem* (v. ad Epit. 113, 1.) *prætorem, Afranium Jubamque vicit ad Thapsum* a. V. 707. — *Cato, quum se percussisset Uticæ — anno ætatis XLVIII. Petrejus Jubam seque interfecit. P. Scipio — Faustus* (filius Sullæ) *et Afranius occisi*, cf. Plut. in Cæs. p. 732 sq. in Cat. min. 787-794. App. B.

C. 96-100. Dio 43, 1-13. (Hirt.) de b. Afric. *prætorem*, ducem; (cf. Epit. 113 pr. et ad Liv. 6, 42, 7.) nisi potius cum Gron. leg. *Petrejum*, vel, quod Periz. anim. hist. c. 4. p. 177. et Drak. probabant, *proconsulem*. — *anno ætatis XLVIII*. optimi MSS. Cf. Plut. et App. ll. ll. Gruch. de comit. Rom. 1, 3. — *Petrejus Jubam s. i.* cf. Freinsh. ad Flor. 4, 2, 69. — *vocem quoque adjecit:* videtur excidisse *parem* aut *memorabilem*; Gron.

CAP. 115.)—1. *Cæsar quatuor triumphos duxit* — *dedit*, v. Pigh. ad a. 707. Plut. Cæs. p. 753. Dio 43, 14. 19-24. App. B. C. 2, 101 sq. Suet. Cæs. 49. 51.

2. *Marcellus* — *a Cn. Magio Cilone* (qui aliis *P. Magius Chilo* dicitur; de quo v. Fest. v. *Chilo*, Charis. Inst. Gram. 1, 78. et Drak.) *cliente suo Athenis occisus*, cf. Cic. p. Marc. 1. ad div. 4, 12. ad Att. 9, 8. 13, 10. Val. Max. 9, 11, 4. Cæs. B. C. 1, 24.

3. *Recensum egit, quo censa sunt civium capita CL millia;* idem de censu a Cæsare acto tradunt Plut. Cæs. p. 753. et App. B. C. 2, 102. Sed hos errasse, et Livium potius *recensum populi* h. e. plebis (v. ad Liv. 31, 50. 1,) frumenti publice distribuendi causa factum, (ut Suet. Cæs. 41. et Dio 43, 21.) non censum totius populi, a Cæsare numquam forte actum, (etsi id dixerit Dio 43, 25.) memorasse, suspicantur Duk. ad h. l. Casaub. ad Suet. l. l. Lips. Elect. 1, 8. 27. Ruald. animadv. 24. in Plut. Pro *recensum* in plerisque MSS. *censum; et censum; Romæ censum.*

4. *Profectusque in Hispaniam* — *ad Mundam* cet. cf. Pigh. ad a. 708. Plut. Cæs. p. 753. 754. App. B. C. 2, 103 sq. Dio 42, 15 sq. 43, 28-45. Flor. 4, 2. Vell. 2, 55. Suet. Cæs. 36. et liber de bello Hisp. adnexus Cæsari. — *Pompejus Sextus*, v. ad Liv. 3, 1, 1.

CAP. 116.)—1. *plurimi maximique honores* — *Pater patriæ* — *et sacrosanctus ac dictator in perpetuum* cet. de his aliisque honoribus v. Duk. ad Flor. 4, 2, 91. Dio 43, 42 sq. 44, 4 sq. 48. App. B. C. 2, 106 sq. Plut. Cæs. p. 734 sq. Suet. Cæs. 76.

2. *invidiæ causam* — *quod senatui* — *non adsurrexit, et quod a M. Antonio cos.* — *diadema* —*Epidio Marullo et Cæsetio Flavo* cet. cf. Suet. Cæs. 78. 79. Dio 44, 8-11. Plut. Cæs. p. 736. App. B. C. 2, 107-109. Cic. Phil. 2, 34. Vell. 2, 56.

3. *Ex iis causis conspiratione* — *descenderunt*, cf. Pigh. ad a. 709. Plut. in Cæs. p. 737 sq. in Anton. p. 921 sq. in M. Bruto p. 987-992. Dio 44, 1. 9-34. App. B. C. 2, 110-147. Suet. Cæs. 80 sq. Vell. 2, 56 sq. — *Oblivione cædis*, ἀμνηστίᾳ.

4. *Testamento Cæsaris heres ex parte dimidia institutus C. Octavius sororis* Juliæ *nepos* ex filia Atia f. Attia, *et in nomen a. est*, cf. App. B. C. 2, 143. Plut. in Cic. p. 885. in Anton. p. 922. in Bruto p. 994. Dio 44, 35. 45, 1 sq. Vell. 2, 59. Suet. in Cæs. 83. in Aug. 4. *ex sorore nepos* quidam MSS. et edd. vett. Ita et simpl. *nepos* inferioris ætatis scriptoribus dicitur sororis filius. Sic et τῆς ἀδελφῆς υἱὸν pro ἀδελφιδῆς vulgo ap. Plut. et Dion. ll. ll. Cf. Duk. et Drak.

5. *Cæsaris corpus* — *crematum est*, v. App. B. C. 2, 143 sq. Dio 44, 35-53. Suet. Cæs. 84 sq. — *Dictaturæ honos in p. sublatus est*, v. Dio 44, 51. App. B. C. 3, 24 sq. 37. Cic. Phil. 1, 1 sq.

5. *C. Amatius* (male *Chamaces*, *Chamates*, *Carmates*, *Cammates*, *Camartes* MSS. et edd. ante Sigon.) Pseudo-Marius. cf. App. B. C. 3, 2. 3. 36. Cic. Phil. 1, 2. ad Att. 12, 49. 14, 6 sq. Val. Max. 9, 15, 2. qui Erophilum adpellat. *Marii filium*, nepotem dicunt App. et Val. Max. Cf. intpp. Cic. ad Att. 12, 49.

CAP. 117.)—1. *C. Octavius Romam ex Epiro venit* — *bellum in Macedonia gesturus* — *ominibusque prosperis exceptus etiam nomen Cæsaris sumsit;* cf. Dio 45, 3-5. 46, 47. App. B. C. 2, 110. 3, 9-14. Plut. Anton. p. 922. Vell. 2, 59. 60. Flor. 4, 2 extr. Suet. in Cæs. 44. in Aug. 8. Obseq. de prod. 128. *Bellum* adversus Parthos memorant alii, et alii adversus Dacos et Getas; quos si nomine *Macedoniæ* conprehendit auctor Epit., admodum late id sumsit; Duk. Cf. tamen App. B. C. 3, 25.

2. *In confusione rerum ac t. Lepidus p. m. i.* cf. Dio 44, 53. App. B. C. 2, 132. Vell. 2, 63.

3. *Sed M. Antonius consul* — *desciverunt*, cf. Plut. Anton. p. 921 sq. App. B. C. 3, 13-49. Dio 45, 5 sq. 11-47. 46, 1-28. Vell. 2, 60 sq. Suet. Aug. 10. — *legem de permutatione provinciarum*, Galliæ, Macedoniæ et Syriæ, D. et M. Brutis et Cassio prius, deinde M. et L. Antoniis et Dolabellæ decretarum. cf. Dio 45, 9. App. B. C. 2, 112. 3, 2. 6 sq. 24 sq. 49 sq. 98. 4, 57 sq. Cic. ad div. 11, 1 sq. — *deductos in colonias veteranos* Cæsaris *excitavit*, qui inde *evocati* (v. ad Tac. Ann. 1, 17, 2.) dicebantur. Cf. Dio 45, 12. Vell. 2. 61. (ex quo forte h. l. leg. *exciit*) App. B. C. 3, 40-45. Suet. Aug. 10. Tac. A. 1, 10 pr. — *Legiones quoque quarta et Martia* cet. cf. App. B. C. 3, 40 sq. 45. 66 sq. 93. 4, 115 sq. Dio 45, 13. Cic. Phil. 3, 3. 4, 2. Vell. 2, 61. *tulerunt*, forte *transtulerunt;* Duk. et Crev. Cf. tamen Vell. 2, 61. — *sævitia M. Antonii* cet. cf. App. B. C. 3, 43 sq. Dio 45, 13. *M. Antonii, passim in castris suis trucidantis, qui suspecti erant* conj. Gron.

4. *D. Brutus, ut petenti Cisalpinam Galliam M. Antonio obsisteret, Mutinam c. e. occupavit* a. V. 710. Cf. App. B. C. 3, 45-49. Dio 45, 13-17.

CAP. 118.)—1. *M. Brutus in Græcia,*

[redacted]

Macedonia, — *redegit*, cf. App. B. C. 3, 63. 79. 4, 58. 75. Dio 47, 20-36. Vell. 2, 69. Plut. Brut. et Cic. ad Brut.

2. *C. Cæsari* Octaviano, *qui primus reip. arma sumserat* anno ætatis XIX. *proprætoris* — — *esset*; nam auctore Cicerone Antonius hostis reip. judicatus est, et Octaviano summi honores decreti sunt. Cf. Cic. Phil. 5. et 8. Dio 45, 18-47. 46, 1 sq. 29. 35. App. B. C. 2, 54-60. 3, 51 sq. Vell. 2, 61. Flor. 4, 4. Pro *primus reip.* cum Sigon. leg. *pro rep.*, aut potius cum Gron. et Duk. *privatus* (privatoque consilio et sumtu) *pro rep.* Cf. Vell. et Flor. ll. ll. Cic. Phil. 3, 2. et monim. Ancyr. — *cum consularibus ornamentis*, ità App. l. l. Prætoria ei data esse, tradunt Plut. Anton. p. 923. Dio 46, 29. 35. Tac. A. 1, 10. Vell. 2, 61. Suet. Aug. 10. et Cic. Phil. 5, 17. consularia vero post bellum Mutinense mortemque consulum Dio 46, 41.

3. *M. Antonius D. Brutum Mutinæ obsedit, missique* cet. cf. App. B. C. 3, 50-63. Dio 46, 29 sq. Cic. ad div. 11, 8. 12, 4 sq. Flor. 4, 4. — *Populus R. saga sumsit*, v. ad 72, 3. — *M. Brutus in Epiro* cet. cf. not. 1.

CAP. 119.)—1. *C. Trebonius in Asia fraude P. Dolabellæ occisus* cet. v. App. B. C. 3, 2. 7. 24. 26. 61. 3, 95. 4, 58. Cic. Phil. 11, 1. Vell. 2, 69. Dio 47, 26. 29. 30. Ern. Clav. Cic.

2. *Quum* C. Vibius *Pansa consul* — *A. Hirtius consul* — *in campo Martio sepulti sunt*, (v. ad 90, 1.) cf. App. B. C. 3, 65-76. Dio 45, 17. 46, 35-38. Cic. ad div. 10, 30.

3. *Adversus C. Cæsarem*, cujus opera consules occisi credebantur, (v. Suet. Aug. 11. Tac. A. 1, 10. sed et Cic. Ep. ad Brut. 6.) *parum gratus senatus fuit* — *ob quæ C. Cæsar, reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia* — *consul creatus est* cum Q. Pedio consanguineo Cæsaris. cf. Pigh. ad a. 710. Dio 46, 39-49. App. B. C. 3, 74-95. Cic. ad div. 11, 20 sq. ad Brut. 10. Vell. 2, 62-65. — *D. Bruto, obsidione a Cæsare liberato, honore triumphi decreto*, non Cæsari ejus liberatori. "Hic sermo est adulantium potentiæ Octavii et successorum ejus, quo etiam utuntur Vell. 2, 62. et Dio 46, 40. nam de cive non triumphabatur, et, si id speravit Octavius, inprobe speravit. Quanto honestius Suet. Aug. 12. loquutus est! Bruto decretus est triumphus de gentibus Transalpinis, ut colligas ex Epit. 114. et Cic. ad div. 11, 4." Gron. — *quum annos XIX haberet, consul creatus est*, cf. Sigon. et Duk. ad h. l. Petav. doctr. temp. 12, 30. Noris. in cenot. Pis. 2, 2. intpp. Vell. 2, 65. et Suet. Aug. 26.

CAP. 120.)—1. *Cæsar consul legem tulit* cet. quam alii Pediam adpellant, a Q. Pedio collega Octaviani latam. Cf. Dio 46, 48. 49. App. B. C. 3, 95. Vell. 2, 69. Suet. Ner. 3.

2. *Quum M. Antonio vires* — *D. Brutus* — — *jussu Antonii, in cujus potestatem venerat, a Capeno Sequano interfectus est*, cf. App. B. C. 3, 72. 83 sq. 96 sq. Vell. 2, 64. (e. quibus forte cum Drak. leg. *jussu Antonii a Camelo*, vel *Camillo*, vel, ut ap. Liv. 41, 1., *Catmelo Sequano, in cujus p. venerat*) Val. Max. 4, 7, 6. 9, 13, 3. Dio 46, 50-53. Cic. ad div. 11, 10. 13. ad Brut. 12 sq.

3. *C. Cæsar* Octavianus *pacem cum Antonio et Lepido fecit* in parva insula Rheni Bononiensis, hod. Reno, (v. ad Sil. 8, 599.) *ita ut III viri reip. constituendæ* — *in qua proscriptione plurimi equites*, — *M. Ciceronis*, cf. Plut. Cic. p. 884. Anton. p. 923 sq. 929. App. B. C. 4, 1-51. Dio 46, 50-56. 47, 1-19. Vell. 2, 66 sq. Suet. Aug. 27. Oros. 6, 18. — *L. Paulli fratris* germani *M. Lepidi;* nam M. Lepidus triumviri pater, more illorum temporum, alteri filiorum illud nomen dederat, ut renovaret memoriam L. Paulli, insignis viri et gentilis sui, cujus nomen et familia una cum ipso erant exstincta. v. Periz. anim. hist. c. 3. p. 145 sq. De *L. Cæsare* cf. Ern. clav. Cic.

4. *Ciceronis occisi a Popillio* Lænate — *positum est*, v. App. B. C. 4, 6. 19. 20. Dio 47, 8. Plut. Cic. p. 884 sq. Fabritii hist. Cic., Corrad. in Quæstura. — *caput cum dextra manu in Rostris positum est*, inter duas manus scripsit Livius. v. Sen. Suas. 1, 6.

5. *res a M. Bruto in Græcia gestas*, v. Plut. Brut. p. 996 sq. App. B. C. 4, 66 sq. Dio 47, 20-36. Cic. ad Brut. 1 sq.

CAP. 121.)—1. *C. Cassius* Longinus — — *Dolabellam* — *mori coëgit*, v. App. B. C. 3, 3 sq. 26. 63. 77 sq. 95. 4, 27. 57-73. Dio 47, 20. 21. 26 32.

2. *M. Bruti jussu C. Antonius* frater triumviri *c. occisus est*, v. Dio 47, 22-24. App. B. C. 3, 79. 4, 75. Plut. in Anton. p. 925. in M. Bruto p. 996.

CAP. 122.)—1. *M. Brutus adversus Thracas parum* (quam vocem delendam videri, jam alii monuere) *prospere rem gessit* — et ipse et *C. Cassius coierunt Smyrnæ* cet. v. Dio 47, 25. 32-36. App. B. C. 4, 65 sq. 75-82.

2. *M.* Valerio *Messallæ* Gellium *Poplicolam fratrem victum communi consilio condonaverunt*, (v. ad Liv. 2, 35, 5.) cf. Dio 47, 24. *vinctum* Exc. Pith. *junctum* edd. vett. *conjunctum* ed. Parm. *insidiarum convictum* ex Dione conj. Gron. *fratrem* sc. adoptatum a Gellio quodam, retento cognomine gentis Valeriæ. Cf. Drak.

CAP. 123.)—1. *Sex. Pompejus, Magni filius* — *navali prælio vicit*, cf. App. B. C. 3, 4. 4, 25. 36 sq. 83-87. 5, 15. 18. 70. Dio 45, 10. 47, 36. 37. 48, 17-23. Plut. Anton. p. 930. 48, 17-23. — *cum exercitu diu* cet. "Quomodo *exercitum* habere, et cum eo diu

[redacted]

in mari prædari potuit, qui *nullam loci cujusquam possessionem* habebat? Si manum illam *proscriptorum ac fugitivorum*, quos ex Epiro legerat, *exercitum* vocavit, non admodum proprie loquutus est." Duk. — — Q. *Salvidienum* Rufum, v. ad 127, 3. Druk. ad h. l. et intpp. Suet. Aug. 66. et Vell. 2, 59.

2. *Cæsar et Antonius — contra Brutum et Cassium g.* cf. Dio 47, 35 sq. App. B. C. 4, 82. 86. 106.

3. Q. *Cornificius in Africa T. Sextium, Cassianarum partium ducem, prœlio vicit*, v. Dio 48, 21 sq. App. B. C. 3, 85. 4, 36. 53-56. 5, 12. 26. 75. Horum narratio diversa est: sed ex iis cum Sigon. et Drak. forte leg. *Q. Cornificium in Africa Cassian. p. ducem T. Sextius p. vicit.* Cornificium a Cassio et rep. non alieno fuisse animo, docet Duk. ex Dione, App. et Cic. ad div. 12, 22. 25.

CAP. 124.)—1. *C. Cæsar et Antonius apud Philippos — conscivit*, v. Pigh. ad a. 711. Plut. Brut. p. 1001 7. App. B. C. 4, 86-114. 129 sq. Dio 47, 36-47. Suet. Aug. 13. *dextra utriusque cornua*, immo *utriusque aciei*, vel *utrorumque*, vel *utrimque*; Gron.

2. *Altero deinde prœlio victus M. Brutus* cet. Cf. Plut. Brut. 1007-9. App. B. C. 4, 116-138. Dio 47, 47-49. Vell. 2, 71. — *idemque fecerunt p. R. — erat*, hæc recepi ex Exc. Pith. pro vulg. *annorum circiter XL. inter quos Q. H. occisus est*, quæ saltem manca sunt.

CAP. 125.)—1. *C. Cæsar relicto trans mare Antonio, — reversus in Italiam veteranis agros divisit*, cf. Plut. Anton. p. 929. D. Dio 46, 55. 48, 1. 6-12. App. B. C. 5. 3 sq. 12 sq. 22. Suet. Aug. 13. 15. 27. Tac. A. 1, 10. *relicto trans mare Antonio — cesserant* ed. Camp. et omnes fere MSS. quos sequutus sum, nisi quod in his *ex parte inperii potestate recesserant*, et in ed. Camp. *ei cesserat* legitur; quæ jam ita emendavere Gron. et Crev. qui tamen *ejus* pro *ei* conjecere. *C. Cæsar, relicto Antonio, transmarinæ provinciæ ex parte inperium ei cessit: reversus* cett. perperam omnes edd. præter Camp.

2. *Seditiones exercitus sui, conrupti a Fulvia — inhibuit*, v. App. B. C. 5, 14. 19 sq. Dio 48, 6-12.

3. *L. Antonius consul* a. V. 713. — *bellum Cæsari intulit* Perusinum — *in Urbem inrupit*, cf. App. B. C. 5, 19-31. Dio 48, 13.

CAP. 126.)—1. *C. Cæsar — confecit*, cf. App. B. C. 5, 32-50. 54. Dio 48, 14. Flor. 4, 5. Vell. 2, 74. Suet. Aug. 14. 15.

CAP. 127.)—1. *Parthi Labieno duce in Syriam inruperunt, victoque Decidio Saxa — — occupaverunt*, v. Dio 48, 24 sq. App. B. C. 5, 9 sq. 65. 133. in hist. Parth. 71 sq. Justin. 42, 4. Strab. 14, 974 sq. De *Decidio Saxa* v. Reim. ad Dion. 47, 35. Noris. ad cenot. Pis. 2, 16, 5. Cæs. B. C. 1, 66. Ern. clav. Cic.

2. *M. Antonius, quum ad bellum contra Cæsarem gerendum* a Fulvia propter æmulationem Cleopatræ, quam Antonius perdite amabat, *incitaretur, uxore Fulvia dimissa, ne concordiæ ducum obstaret, pace facta cum Cæsare, sororem ejus Octaviam in m. duxit*, cf. Dio 48, 4 sq. 24. 27-31. Plut. Anton. p. 926-930. Appian. B. C. 5, 8 sq. 50. 52-66. Ex quibus locis partim cum Gron., partim cum Duk. legendum videtur *incitaretur ab uxore Fulvia, ea amissa*, (i. e. mortua; nam de divortio Antonii nihil usquam proditum est) *quæ concordiæ ducum obstabat*; vel potius *gerendum paratus esset*, (ita c. Leid. pro *incitaretur*, quod in V MSS deest) *uxore Fulvia amissa* cet. Præterea copulam *et* ante *pace facta* excidisse crediderim.

3. Q. *Salvidienum, consilia — indicio suo protraxit*, (v. ad Liv. 44, 26, 1.) *isque d. m. s. c.* cf. ad 123, 1. Appian. B. C. 5, 66. Dio 48, 33. Suet. Aug. 66.

4. P. *Ventidius* Bassus, *Antonii legatus*, (v. ad Juvenal. 7, 199. App. B. C. 3, 66. 80. 4, 2. 5, 31-35. 50. Gell. 15, 4. Plin. 7, 43. 44. Vell. 2, 65. Val. Max. 6, 9, 9.) *Parthos prœlio victos Syria expulit* a. V. 715. *Labieno eorum duce* (v. not 1.) *occiso*. cf. Plut. Anton. p. 930 sq. App. B. C. 5, 65. et hist. Parth. 71-74. Dio 48, 39-42. Hæc et seqq. non bene temporibus digesta esse, adversus Noris. disputat Pagius in adparatu chronol. ad annales Baronii §. 83. et 93.

5. *Quum vicinus Italiæ hostis Sex Pompejus* (cujus classibus præfecti erant perfidus Menas s. Menodorus et Menecrates, liberti paterni) *Siciliam teneret, et commercium annonæ* (ut Epit. 99.) *inpediret — haberet* a. V. 715. v. App. B. C. 5, 66-74. Dio 48, 30. 31. 36 sq. Zonar. 10, 22. Vell. 2, 73. 76. 77.

5. *motus Africæ et bella ibi gesta* civilia a T. Sextio cum Cornificio et Pangone. v. App. B. C. 4, 53-56. 5, 12. 26. 75. Dio 48, 21 sq.

CAP. 128.)—1. *Quum Sex Pompejus — — pugnavit* a. V. 716. v. App. B. C. 5, 77-100. Dio 48, 45 sq.

2. P. *Ventidius — Parthos vicit regemque eorum* Pacorum *occidit*, et ab Antonio, fortunæ ejus invido, Romam dimissus, de Parthis primus triumphavit a. V. 716 v. ad 127, 4. Dio 49, 19-21. et Frontin. 1, 1, 6.

3. *Judæi a legatis Antonii subacti* a. V. 717. v. Joseph. A. J. 14, 26 sq. 15, 1. B. J. 1, 12 sq. Hegesip. 1, 30. Dio 48, 41.

4. *belli Siculi adparatum* adversus Sex. Pompejum. v. Dio 48, 49. 49. 1. App. B. C. 5, 100.

CAP. 129.)—1. *Adversus Sex. Pompejum — victus deinde Pompejus* novo prœlio inter Mylas et Naulochum, prope Pelorum prom. Siciliæ, a. V. 718. a M. Agrippa, *in Siciliam*

(immo *ex Sicilia;* Drak.) *profugit* Mitylenen et inde in Asiam, ut opem imploraret Antonii; sed bello ibi infeliciter renovato jussu Antonii vel legatorum ejus, Amyntæ et Titii, quibus se dediderat, Midaji aut Mileti interfectus est a. V. 719. Cf. Epit. 131 pr. Dio 49, 1-18. App. B. C. 5, 100-122. 127. 133-143. Vell. 2, 79. Suet. Aug. 16. Flor. 4, 8. Eutrop. 7, 6.

2. *M. Lepidus — relictus ab exercitu* a. V. 718. *abrogato triumviratus honore, vitam impetravit,* et solum pontificatum max. retinuit usque ad vitæ finem a. V. 741. v. App. B. C. 5, 97. 98. 104. 117. 122-126. 131. Dio 49, 11. 12. 15. Vell. 2, 80.

3. *M. Agrippa navali corona,* rostrata, *a Cæsare donatus est, qui honos nulli ante* et post *eum habitus erat,* cf. Dio 49, 14. Vell. 2, 81. Sen. de ben. 3, 32. "Sed ap. Lips. de mil. Rom. 5, 17. Gruter. ad Vell. l. l. Cerdam ad Virg. A. 8, 684. et Schæffer. de mil. nav. 4, 3. contraria sunt testimonia scriptorum veterum. Alii hos lapsos putant, alii illos, Schæfferus ad figuram et speciem coronæ navalis diversam referendum censet." Duk.

CAP. 130.)—1. *M. Antonius, dum cum Cleopatra luxuriatur,* et hinc bellum Parthicum diu per legatos gerit, *tarde Mediam — — ad Cleopatram festinat* a. V. 718-721. Cf. Plut. Anton. p. 932-940. Dio 49, 22-33. 39-44. Joseph. A. J. 15, 3 sq. Flor. 4, 10. Vell. 2, 82. 83.

CAP. 131.)—1. *Sex. Pompejus — occisus est,* v. ad 129, 1.

2. *Cæsar seditionem veteranorum — inhibuit,* v. App. 4, 127. 131. Dio 49, 13 sq. — — *Iapydas et Dalmatas et Pannonios subegit* a. V. 719 sq. v. Appian. Illyr. 16-28. Dio 49, 34-38. 43.

3. *Antonius Artavasdem,* (forte *Artavasden;* Drak.) *Armeniæ regem* perfidum, Tigranis filium, qui Antonium Parthis prodiderat, — *in vincula conjici jussit, regnumque Armeniæ filio suo, ex Cleopatra nato, dedit* a. V. 720. Cf. Plut. Anton. p. 932 sq. 939 sq. Dio 49, 25 sq. 31. 32. 39-41. (ubi Armeniam Alexandro, Cleopatræ fratri, datam dicit) 44. App. B. C. 2, 71. et hist. Parth. 31. 36. 38. 68. 76. 78. 99. Oros. 6, 19. Joseph. A. J. 15, 3 sq. Strab. 11, 12, 4. 11, 13. 9. 10. 15. p. 524. 530. 532. *Artavasdes* quibusdam *Artabazes,* et Dioni utroque modo, dicitur, nomenque ejus in MSS. et hujus Epit. et scriptorum modo laudatorum in varias formas distortum reperitur.

CAP. 132.)—1. *Cæsar in Illyrico D. d.* cf. ad 131, 2.

2. *Quum M. Antonius ob amorem Cleopatræ — Philadelphum et Alexandrum — Cæsar in Epirum c. e. trajecit — Pugnæ d. navalis,* postrema in sinu Ambracio ad Actium, prom. Acarnaniæ a. V. 723. Cf. Dio 49, 32. 41. 50, 1-35. Plut. Anton. p. 942-7. Vell. 2, 82-85. Oros. 6, 19.

CAP. 133.)—1. *M. Antonius, ad Actium classe victus — se ipse interfecit. Cæsar, Alexandria in p. redacta* ac (quod forte excidit) *Cleopatra, ne in a. v. v.,* cet. v. Dio 51, 1-18. Plut. Anton. p. 948-955. Strab. 17. p. 1144 sq. Oros. 6, 19. Zonar. 10, 30. Vell. 2, 86 sq. Flor. 4, 11. intpp. Horat. Od. 1, 37. et Virg. Æn. 8, 675 sq.

2. *tres triumphos egit,* Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum. cf. Dio 51, 21. Suet. Aug. 22. — *imposito fine civilibus bellis altero et vigesimo anno,* quot anni a Lentulo et Marcello coss. a. 704. ad Cæsarem V. et Sex Apulejum coss. a. 724. numerantur; Sigon. Cf. intpp. Vell. 2, 89.

3. *M. Lepidus — occisus est* a. V. 724. v. Vell. 2, 88. Suet. Aug. 19.

CAP. 134.)—1. *Cæsar, rebus compositis — —* a. V. 727. *Augustus cognominatus est, et mensis* cet. forte *ut et mensis Sextilis in h. e. a.,* Gron. vel *ut et m. Sextilis, in h. e. ita adpellatus;* Periz. Cf. Dio 51, 19 sq. 53, 16 sq. Suet. Aug. 7. 31. Ovid. Fast. 1, 607 sq. Censorin. c. 21. Oros. 6, 20. Vell. 2, 90. 91. et marm. Ancyr.

2. *Quum ille conventum Narbone ageret, census a tribus Galliis,* Belgica, Aquitanica et Celtica, (v. Cæs. B. G. 1, 1.) *actus* a. V. 727. v. Dio 53, 22. In Galliis, quibus Julius Cæsar quadringenties in singulos annos stipendii nomine inposuerat, (v. Suet. Cæs. 25.) Augustus primus censum agere instituit, quod fortassis numquam ante eum in ulla provincia, sed non multo post etiam in aliis quibusdam a Romanis factum est; Duk. Cf. ad Tac. Ann. 1, 31, 6.

3. *Bellum adversus Bastarnas, Mæsos — — a M. Crasso gestum* a. V. 724 sq. v. Dio 51, 23-27. Flor. 4, 12.

CAP. 135.)—1. *Bellum a M. Crasso adversus Thracas gestum,* cf. ad 134, 3. — *a Cæsare adversus Hispanos,* Astures, Cantabros (unde bellum Cantabricum dicitur) et Britannos gestum a. V. 727-730. Cf. Dio 53, 22. 25-29. Horat. Od. 1, 35. 3. 14. Flor. 4, 12, 46 sq. Oros. 6, 21.

2. *Salassi, gens Alpina, perdomiti* a. V. 729. a Terentio Varrone. v. Dio 53, 25. Strab. 4, 6, 7. p. 205.

CAP. 136.)—1. *Rætia a Ti. Nerone et Druso, Cæsaris privignis, domita* una cum Vindelicia et Norico a. V. 739. Cf. Dio 54, 20-22. Strab. 4, 206. 7, 292. Vell. 2, 95 sq. intpp. Horat. Od. 4, 4. et 14. Oros. 6, 21. Ceterum ante hanc Epitomen intercidisse duas alias, jam monui in Prooemio.

2. *Agrippa, Cæsaris gener, mortuus* a. V. 742. Cf. Dio 54, 28 sq. Plin. 7, 8.

[redacted]

3. *a Druso census actus est* sc. in Galliis, ut est in fragm. orationis Claudii Imp. ap. Gruter. Inscr. p. 502. Duk.

CAP. 137.)—1. *Civitates Germaniæ — obpugnantur a Druso* a. V. 741-745. Cf. Epit. 138. 139. 140. Dio 54, 25. 32 sq. 36. 55, 1. 2. Vell. 2, 97. Suet. Claud. 1. Strab. 7, 290. 291. Oros. 6, 21. Flor. 4, 12. Hor. Od. 4, 2. Cellarii diss. de Claudii Drusi expeditt.

2. *tumultus, ob censum* et avaritiam Licinii Enceladi *exortus in Gallia*, v. Dio 54, 19. 21. Suet. Aug. 67. Macrob. Sat. 2, 4.

3. *ara* Lugdunensis *Cæsari* et Romæ *ad confluentem Araris et Rhodani dedicata*, v. ad Juvenal. 1, 44. Suet. in Calig. 20. in Claud. 2. Dio 54, 32. Strab. 4, 3, 2. p. 192. et Menestrier hist. consulaire de Lyon p. 68-73. — *sacerdote creato C. Julio V. Dubio Æduo*: Ædui μεταξὺ τοῦ Δούβιος καὶ τοῦ Ἄραρος habitabant: (v. Strab. 4, 192.) quare flumini forte illi vicina fuit urbs ignobilis ejusdem nominis, hujus *C. Julii* patria, unde *Dubius* vocatur, gente Æduus; Drak.

CAP. 138.)—1. *Thraces domiti a L. Pisone*, qui Pamphyliæ præerat, a. V. 743. v. Dio 54, 34. Vell. 2, 98. Flor. 4, 12.

2. *Cherusci, Tencteri, Chatti* cet. v. ad 137, 1.

3. *Octavia* minor, *soror Augusti, defuncta* a. V. 743. *antea omisso filio Marcello*, Augusti nepote et genero, a. V. 731. v. Dio 53, 30. 54, 35. Suet. Aug. 4. 61. 63. Vell. 2, 93. Virg. Æn. 6, 855-888. (ubi cf. Heyne) et Horat. Od. 1, 12, 45. ubi v. Mitscherl. — — *cujus* Marcelli *monimenta sunt theatrum et porticus, nomine ejus dedicata*, h. e. æque ac si ille dedicasset, Marcelli theatrum et porticus adpellata; Sigon. v. Dio 53, 30. Suet. Aug. 29. 43.

CAP. 139.)—1. *Bellum adversus Transrhenanas gentes a Druso gestum* cet. cf. ad 137, 1. Verba *Senectius et Anectius* cet. corrupta esse, ex MSS. probabile fit.

2. *Dalmatas et Pannonios* Ti. *Nero, frater Drusi, subegit* a. V. 742. v. Dio 54, 31. Vell. 2, 39. 96.

3. *Pax cum Parthis facta est, signis a rege eorum* Phraate IV., *quæ sub Crasso et Antonio capta erant, redditis* Augusto, in Asia versanti, et sola nominis rerumque gestarum fama metuve belli Parthos terrenti. v. Dio 51, 18. 53, 33. 54, 8. Joseph. A. J. 18, 2, 4. Strab. 4, 441. 16, 1085 sq. Suet. in Aug. 21. 43. in Tib. 9. intpp. Horat. Od. 1, 2, 51. et 3, 5. Hæc vero jam facta sunt a. V. 734. Hinc Massonus in Jano reser. 4, 2, 2. suspicabatur, vel vocem *ante* post *facta est* excidisse, vel hæc verba librariorum errore loco mota et huc detrusa esse. Cf. ad Epit. 103, 10. et Duk. ad h. l.

CAP. 140.)—1. *Bellum adversus — conditum* a. V. 745. v. ad 137, 1. Dio 55, 1. 2. et ad Tac. Ann. 3, 5. — *in C. Julii tumulo*, h. e. in Augusti (qui solo h. l. *C. Julius* vocatur) monimento s. mausoleo, ut ap. Suet. Aug. 17. et Tac. Ann. 3, 4, 1. Cf. Duk. et Drak. ad h. l. et Dio l. l.

2. *Laudatus est a Cæsare Augusto* et Tiberio, *et supremis* cet. Cf. Dio l. l. et Tac. Ann. 3, 5. *Suprema* pro morte, sive eo, quod mortuis fieri solet, etiam pro reliquiis cadaveris cremati, poni, Salmas. ad Solin. p. 16. et 31. docet; Drak. Cf. ad Tac. Ann. 1, 8, 2.

FINIS.

Typis expressit B. Bensley, Londini.
Calendis Martiis, A. D. 1825.

TRANSLATION

OF THE GERMAN PASSAGES WHICH OCCUR IN THE

COMMENTARY.

LIB. I.

PRÆF. 3. for his share.—13. to sink,—to sink down to the lowest depth.—14. a warning.

CAP. 1.)—4. a canton, district.

CAP. 4.)—9. obtains.—the hull,—a tub, trough.

CAP. 7.)—6. to make away with, steal, embezzle.

CAP. 9.)—3. without fail, at any rate, positively—to have in view

CAP. 11.)—3. to give in one's name, get enrolled, enter, enlist.

CAP. 12.)—1. however.—6. more pressing, more urgent—to pay in ready money.

CAP. 13.)—2. he charged with his horse directly at him.

CAP. 14.)—5. to cower or crouch down.—6. to waver, fluctuate.—8 to drive back, beat back.

CAP. 16.)—2. struck.

CAP. 17.)—2. body of a state.—3. some foreign power.—4 went through them all in routine.—6 opinion, approbation, sanction.

CAP. 18.)—2. adduce or give out as the author, declare to be the author—declaration, narration.—5. austere, gloomy.

CAP. 20.)—11. to acknowledge or own as.

CAP. 23.)—10. chance.

CAP. 26.)—3. counterbalanced.—4. high treason.—5. the officer appointed publicly to proclaim a murderer.

CAP. 30.)—5. capitalists.

CAP. 32.)—10. to agree upon, settle.

CAP. 33.)—10. a dungeon—state prisons.

CAP. 34.)—5. chosen, selected.—10. hovering.

CAP. 35.)—3. of the second rank.—6. boxes.

CAP. 38.)—2. to a decisive battle.—he did not hazard the whole power of the state in a decisive engagement.—6. downwards.

CAP. 39.)—4. natural genius or talent, materials.

CAP. 44.)—3. purified.—7. to carry the pomœrium farther out, advance it outwards.

CAP. 46.)—1. prescription.

CAP. 55.)—9. those forty.

CAP. 56.)—10. to wait for its own time.

CAP. 57.)—2. furlough.

CAP. 58.)—3. is all well? has any thing happened to you?

CAP. 59.)—4. proportionate, sufficient, adequate.

LIB. II.

CAP. 1.)—7. pledges of love.

CAP. 3.)—5. discontented.

CAP. 4.)—3. to catch up, get hold of a report.

CAP. 5.)—4. it is made a matter of conscience or religious scruple.

CAP. 6.)—3. a square battalion.

CAP. 7.)—3. more by one.—by the majority of one tribe.—4. as, as good as.—7. out forth, *vel* up.

CAP. 9.)—4. besides which the common people were at the same time also, &c.

CAP. 18.)—1. during the games.—4. were elected.—6. needs.

CAP. 24.)—3. have the precedence.

CAP. 29.)—7. be upheld or preserved.

CAP. 30.)—1. at any rates, at all events.—to take away credit, to shake it.

CAP. 33.)—3. inspectors of police.

CAP. 35.)—2. that they might get off by that, and escape further punishment.

CAP. 36.)—4. it stood or cost him dear.—6. to give one a foretaste.

CAP. 39.)—1. pretty much, a tolerable share.

CAP. 40.)—9. department.

CAP. 42.)—10. had this issue, terminated in this.

CAP. 43.)—2. to press upon, force upon.

CAP. 45.)—4. precipitately.—9. put their heads together, confer secretly together.

CAP. 46.)—3. at random.

CAP. 48.)—6. gave way.

CAP. 54.)—8. if he shall but stir.—12. in eager expectation.

CAP. 61.)—6. to protract, spin out.

CAP. 64.)—3. the concerns or interest of the state.—9. a piquet, station, outpost.

CAP. 65.)—5. to set on, make an onset, take an impulse.

LIB. III.

CAP. 2.)—1. settled it amicably, agreed thereon between themselves.—agreement.

CAP. 3.)—1. to upbraid.

CAP. 5.)—6. the chief power.—10. to specify precisely.

CAP. 6.)—13. the round or rounds.

CAP. 8.)—2. escaped his attention.

CAP. 9.)—3. unlimited.

CAP. 10.)—1. to own a thing as one's property, prove one's right to it, identify it as one's own.—9. to clip one's wings.

[redacted]

CAP. 11.)—2. they kept themselves far aloof.—5. to commit himself by his precipitance.

CAP. 19.)—11. shame before Gods and men.

CAP. 26.)—6. a dock, dock-yard.—a spade.

CAP. 27.)—4. palisades.—6. to rest or turn thereupon, depend thereupon.

CAP. 31.)—1. to be on one's neck. i. e. to oppress or burden one, or to follow close upon one, be at one's heels.

CAP. 33.)—7. to be collected.

CAP. 35.)—1. this day se'nnight.—7. to lower himself.—to humble, degrade, reduce.

CAP. 36.)—1. he now pulled off the mask, unmasked.

CAP. 37.)—1. to slide out, slide down.

CAP. 38.)—2. to exercise it.

CAP. 39.)—1. obliged, bound.

CAP. 40.)—1. possibility.

CAP. 44.)—5. in favour of.—8. acquaintances.

CAP. 45.)—1. to pretend, use for a pretext or cloak, allege as a reason.

CAP. 49.)—4. confusion, din, tumult.

CAP. 53.)—2. concerted, agreed upon.

CAP. 62.)—7. to drive back.

CAP. 63.)—2. sparingly, niggardly.—liberally, plentifully.

CAP. 70.)—1. complaisance.

LIB. IV.

CAP. 3.)—4. please God, forsooth.—Heaven bless the mark! it it come then to this!

CAP. 4.)—4. to marry out of one's rank.

CAP. 5.)—2. how if.—how would it be, if.—truly, forsooth.

CAP. 8.)—4. archives.

CAP. 9.)—7. to advance.—8. a wall or line of communication.

CAP. 22.)—4. a continued, uninterrupted dominion.—5. contractors.

CAP. 23.)—1. they cite them as vouchers or authorities.

CAP. 24.)—5. servants of the exchequer of the Roman empire.

CAP. 25.)—2. to appoint or call thither. 7. to whiten over, white-wash.

CAP. 26.)—7. invalids.

CAP. 27.)—for the charge of the unforeseen exigencies of war.

CAP. 32.)—5. preceding, former.

CAP. 37.)—4. so *pro* particularly, greatly.

CAP. 43.)—4. take up.

CAP. 48.)—6. personally.

CAP. 57.)—2. for the retraction.—5. a lesson, warning.

CAP. 58.)—10. a proposition or motion. —I vote that it remain in the old state.

LIB. V.

CAP. 2.)—1. to continue.

CAP. 4.)—2. in proportion, in the same ratio.

CAP. 5.)—entrenchments.

CAP. 7.)—5. to begin.

CAP. 9.)—3. I should like indeed to have it decided by experiment.

CAP. 12.)—3. only so far prosperously.

CAP. 16.)—2. light troops.—light cavalry.—baggage.

CAP. 19.)—9. pioneers.—passable.—to pave.

CAP. 23.)—6. state-farmers.—contractors.

CAP. 30.)—2. for house and home.

CAP. 39.)—3. stupified.

CAP. 46.)—10. commander in chief.

CAP. 48.)—5. when the guard mounted.

CAP. 54.)—4. the hangman! the deuce! the plague!

LIB. VI.

CAP. 5.)—3. to stock *et* stocking.—furnished.

CAP. 6.)—1. to send underhand.

CAP. 15.)—1. at this crisis, in this critical situation of things.—8. receive at length the money paid you by your debtors as so much principal discharged, and deduct from the whole amount of debt what has already been paid off in interest.

CAP. 17.)—1. in the decisive moment which is to turn the scale, at the critical point.—4. the very thing which.

CAP. 20.)—1. nay even.—7. he equalled them.—14. of or by themselves.

CAP. 32.)—5. in their footsteps, at their heels.

CAP. 34.)—3. enterprising.—6. have you any further commands?

CAP. 35.)—4. at any rate.—6. well! good!

LIB. VII.

CAP. 1.)—2. to obtain a thing for one.

CAP. 2.)—5. impromptus, to rhyme extempore.—6. composition *vel* melody—a farce, medley.—7. the subject—succession, continuity.—9. method.—11. interlude, after-pieces.—12. farces.

CAP. 10.)—6. under the range of the shot, below the reach of the cannon.

CAP. 12.)—4. a pack-saddle.—a saddle cloth.

CAP. 16.)—1. capitalists, men who live upon the interest of their money.

CAP. 21.)—3. money-changers, bankers. —to advance, lend.—4. debt-accounts.

CAP. 33.)—3. as ever any other.

CAP. 35.)—1. bulletin.—to issue the command by parole.

CAP. 39.)—1. on furlough.

LIB. VIII.

CAP. 7.)—3. glanced over it.

CAP. 8.)—13. a lieutenant.

CAP. 9.)—9. the most remarkable thing.

CAP. 14.)—6. money given to redeem any thing seized, redemption-fee.

CAP. 24.)—6. river of sorrows.

CAP. 28.)—7. pledged.

CAP. 30.)—10. it is almost his second word.
CAP. 37.)—2. because the conditions were still matter of dispute.
CAP. 38.)—9. without resting or looking about.
CAP. 39.)—3. that this alone was of importance, that this made the only difference.

LIB. IX.

CAP. 1.)—9. what one undertakes.
CAP. 2.)—8. implements used by pioneers.
CAP. 5.)—1. a conclusion or treaty of peace, *et* a capitulation.
CAP. 6.)—4. exhortation, consolation.
CAP. 9.)—5. God forbid!
CAP. 11.)—4. let it keep it to itself; I want it not.—6. I do not detain them.—7. a forfeited pledge.
CAP. 12.)—2. to turn the scale.
CAP. 15.)—2. answered his expectation.
CAP. 19.)—5. to miss, feel the want of.—7. without vanity be it spoken.
CAP. 23.)—3. surprised, caught.
CAP. 34.)—8. with all rights and privileges.
CAP. 38.)—5. to crush, destroy.
CAP. 40.)—2. felt.—12. an equipped fleet.—trappings for horses, harness.
CAP. 41.)—5. unimpaired.—11. a bayonet.—with charged bayonet.
CAP. 43.)—9. the Samnites must be taken into a severe apprenticeship or novitiate.
CAP. 46.)—7. a register, protocol.—15. influence in the affairs of the state.

LIB. X.

CAP. 2.)—10. shallows.—flat-bottomed boats.
CAP. 9.)—5. sense of honour.
CAP. 17.)—4. if you will —— then are &c.
CAP. 19.)—6. to owe, be obliged for.
CAP. 25.)—4. what sayest thou?
CAP. 45.)—6. more in columns than in line.

LIB. XXI.

CAP. 1.)—2. they tried or essayed against each other.—to cope with them
CAP. 4.)—12. to be handled or performed.
CAP. 5.)—3. by rounding or consolidating, by the design of, &c.
CAP. 7.)—4. when it came to the work, to the main business.
CAP. 9.)—2. midst affairs of such importance and danger.
CAP. 11.)—10. recruiting officers.
CAP. 14.)—4. to burn the house over one's head.
CAP. 18.)—3. yet.
CAP. 24.)—3. the government of Rousillon.
CAP. 27.)—2. up the stream.
CAP. 28.)—10. fetched after.
CAP. 31.)—11. gravelly.—gravel.
CAP. 32.)—5. half frozen.
CAP. 33.)—4. for himself, for his own self.
CAP. 35.)—7. at the most, at the highest.
CAP. 36.)—6. these supports themselves having slipped from under them.—they only slided.
CAP. 44.)—2. we wage an offensive war, and are come into Italy as the agressors.—6. who have their backs free, have their rear free for retreat.—9. nicely chosen.
CAP. 45.)—3. that they should not feel inclined to change places with any of their countrymen.
CAP. 54.)—3. a council of war.—5. to the command of Mago.
CAP. 61.)—1. to be present.
CAP. 62.)—1. to cry fire.—5. shrunk up.
CAP. 63.)—5. a ship of 300 tons.

LIB. XXII.

CAP. 3.)—8. unless.—9. universally.
CAP. 7.)—2. to make it many times as great as it is.
CAP. 12.)—13. superiors.
CAP. 14.)—4. before them.—5. to put in motion.
CAP. 28.)—1. according to his heart's desire.
CAP. 29.)—1. I always saw, when it would happen.
CAP. 35.)—3. he had come off with a black eye.
CAP. 39.)—11. to be misunderstood.
CAP. 40.)—1. cheerful, consolatory.
CAP. 47.)—3. with even front and deep order of battle.
CAP. 49.)—6. without this.

LIB. XXIII.

CAP. 12.)—3. well?
CAP. 18.)—1. to lift out, remove, force.—5. holding out, enduring.
CAP. 19.)—10. a safeguard.
CAP. 23.)—4. to cause them to be registered anew.
CAP. 24.)—9. they enchased the skull with embossed gold.
CAP. 44.)—4. but it was all flat country round Nola.
CAP. 45.)—1. to be relaxed or enfeebled.
CAP. 48.)—2. a jade, dog-horse.
CAP. 48.)—8. supplies for the army.
CAP. 49.)—22. at the risk of the state.—3. extended to all ranks.

LIB. XXIV.

CAP. 2.)—3. to stipulate for one's self.
CAP. 3.)—1. extending.
CAP. 4.)—2. to blockade.
CAP. 7.)—3. the conspirators removed to an empty house, *or* took up their quarters in an empty house, which stood near a narrow lane.—free residence, free quarters.
CAP. 8.)—11. a useful lesson.

[redacted]

CAP. 18.)—12. to give a bill of exchange, give a note, assign the payment.—to assign.

CAP. 22.)—1. freely, openly.—3. in consequence of this speech, or of this meeting.

CAP. 24.)—2. rude.

CAP. 25.)—6. obliging, complaisant.

CAP. 28.)—4. the less designing and partial this speech appeared, the more authority it had.

CAP. 29.)—2. bilge-water, dregs, filth.

CAP. 30.)—2. given away, *non* given.

CAP. 31.)—3. as is right and proper for him.

CAP. 34.)—6. the swipe or lever of a well.

CAP. 45.)—3. to offer to those formerly betrayed a new treachery as an indemnification.—4. state-imprisonment, free custody.

LIB. XXV.

CAP. 2.)—6. a gallon.—pints.

CAP. 5.)—3. market towns, boroughs.

CAP. 22.)—6. forts.—redoubts.

CAP. 23.)—5. weasel-trap.

CAP. 30.)—5. that each be responsible for the defence of the post assigned to him.—6. to tow.

CAP. 36.)—1. to march the corps forward, and to halt it.

CAP. 38.)—2. in your stead or place.

CAP. 39.)—7, pictures, images, medallic portraits, figures cast or engraven in relievo.

LIB. XXVI.

CAP. 2.)—4. to negotiate.

CAP. 7.)—4. to seize, lay an embargo upon.

CAP. 32.)—2. front.

CAP. 51.)—3. foils.

LIB. XXVII.

CAP. 3.)—1. rent paid in corn, *aut* tithes.

CAP. 21.)—3. that it has its reward.

CAP. 45.)—2. preponderance.—they would turn the scale.—3. lining the roads, forming lanes.—5. to step aside.

CAP. 47.)—7. along the bank.

CAP. 48.)—3. beyond the line.

LIB. XXVIII.

CAP. 17.)—4. personally.

CAP. 42.)—2. a mere joke, mere child's play.

LIB. XXIX.

CAP. 19.)—5. a train, retinue, suite.

CAP. 24.)—5. he inspected them man by man.

LIB. XXX.

CAP. 18.)—4. carried away.

CAP. 30.)—5. cool, calm.

CAP. 33.)—6. in case of victory, on the event of victory.

CAP. 37.)—5. a sight, scene.

LIB. XXXI.

CAP. 24.)—3. couriers.

CAP. 32.)—1. to be revoked, recanted.—to be received back, recalled into possession or control.

CAP. 34.)—2. on which one cannot reckon or depend.

CAP. 47.)—1. the hollows.—hollow Syria.

LIB. XXXII.

CAP. 4.)—2. to look over, survey.

CAP. 30.)—2. to form.

LIB. XXXIII.

CAP. 5.)—5. as ample, as wide.—6. to fix before—the end.

CAP. 32.)—9. possibility.

CAP. 48.)—1. a castle, palace.

LIB. XXXIV.

CAP. 2.)—1. had made it a rule, had observed.—7. an attorney or advocate.

CAP. 4.)—12. natural.

CAP. 7.)—5. the pay for the making of a thing.

CAP. 17.)—4. weighty, of importance.

CAP. 49.)—2. to spread abroad.

LIB. XXXV.

CAP. 1.)—1. as many by half.—as much again, twice as much.

CAP. 18.)—5. to give a diversion.

CAP. 31.)—6. to let fly, fling out.

CAP. 34.)—2. a select committee

CAP. 48.)—6. personally, individually.

CAP. 49.)—5. scantily, sparingly.

LIB. XXXVI.

CAP. 27.)—2. antiquated stuff, old saws.

LIB. XXXVII.

CAP. 52.)—6. with inexplicable courtesy.

LIB. XXXVIII.

CAP. 6.)—1. pitch-rings, fire-arrows.

CAP. 7.)—6. the mines being met or joined together.

CAP. 17.)—1. nearly.

CAP. 51.)—5. these seventeen years.

LIB. XXXIX.

CAP. 6.)—8. *monopodia*, projecting tables, pillar tables, and *abaci*, elegant small table-boards on a foot, adorned with sculptured work in stone and metal.

CAP. 51.)—3. implacable hatred.

LIB. XL.

CAP. 11.)—8. possibility.

CAP. 12.)—4. matter, subject.

CAP. 54.)—7. contributed every thing thereto.

CAP. 58.)—1. who are good to deal with.

LIB. XLI.

CAP. 10.)—3. obedient to his command at a word, obedient to the least command.

LIB. XLII.

CAP. 1.)—5. purveyors.

CAP. 43.)—4. they prepared themselves, put themselves in readiness for Bœotia.

LIB. XLIV.

CAP. 6.)—1. a bathing tub.

LIB. XLV.

CAP. 5.)—1. occasioned, brought to pass.

37